1°
29
h. 20

45 .5

SINGVLARES
SELECTAE
QVAESTIONES
MORALES IVRIDICAE
ZACHARIAE
PASQVALIGI.

SINGVLARES SELECTAE QVAESTIONES MORALES IVRIDICAE

IN QVIBVS

Ex principijs Theologicis, ſacro, atque ciuili iure plura, variaque dubia ad vtrumque forum pertinentia, vt plurimum nouiter excitata, dilucidè, & breuiter reſoluuntur.

A
ZACHARIA PASQVALIGO VERONENSI

Cleric. Regulari Sacræ Theologiæ Profeſſore

CVM SVIS INDICIBVS.



ROMÆ Typis Hæredum Franciſci Corbelletti. MDCLXII.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISSIMO DOMINO

ALOYSIO PAPPACODAE

EPISCOPO LICIENSI

ZACHARIAS PASQVALIGVS CLER. REGVL.

Plenam Felicitatem.

CVM id maximè propoſitum habeam, Aloyſi Antiſtes Illuſtriſs. vt aliquid ſemper à vigilijs meis,atque ab hac mediocritate ingenij publico mortalium ſtudioſorum prȩſertim commodo accedat,operam ſcriptioni dare dum pergo, ſuam in molem excreuit opus hoc aliud, quod in Chriſtiani etiam officij, morumque diſquiſitionibus verſatur; tuæque dicandum tutelæ, ac nomini apud animum meum ſtatui. Quæ verò, vt id tibi nuncuparem, me potiſſimum impulerint, non ea profectò ſunt,quȩ alios paſſim mouent; nempè eximia viri dignitas, patrocinij ſplendor, generis, aut infularum nitor,priſcȩ domus decora,aliaque id genus fortunȩ,non animorum ornamenta. Inſunt hȩc quidem abundè tibi. Nam ſi gentis tuȩ lucem, maiorumque laudem, vel paucis, ſtrictimque deliba-

libauerim, ne quiſque intelliget, ab ea te domo eſſe, in quā opes, tituli, Præfecturę, Infulæ, ac præclara quæque munerum authoramenta cum vetuſtate certant. Quid me grauiſſimi ſupercilij auctoritas, ac modeſtia tua moueat, planè video: temperandum ſtylo eſt, aliàs fusè mihi inſignia ea Ducum nomina, quos pace, belloque virtus in exemplo poſteritati poſuit, recenſenda hic eſſent. Aiulphum dicerem ſub Carolo Rege maritimæ Claſſis Pręfectum, conſilio perinde, ac manu ſtrenuum: Traianum, Caroli item Regis exercitus Ducem, Regum munificentia, opibus, atque oppidorum dominatu auctum: Artaſum magnum Ladislai Seneſgallum, eiuſdemque à Conſilijs, cuius etiam pietatem excitatum, dicatumque Diuo Ioanni templum deprædicat: Boardum, & Annibalem excellentium par capitum apud eundem Ladiſlaum, ac Ferdinandum, auctoritate, & gratia florentiſſimos: Baltaſſarem maiorem Friderici Regis ſtabuli Præfectum, armorum laude inter paucos clarum; Hectorem eidem Friderico quà ciuili, quà militari ingenio commendatiſſimum: Ioannem Laurentium fortuna belli, atque in Regem fide ęquè ſpectatum, à Philippo Hiſpaniarum Rege eius nominis ſecundo pręter Capurtij Marchionatum, arcis etiam Barienſis Præfectura cohoneſtatum: Mitto Sigiſmundum, Leonettum, Artuſum alterum, Antonium, Scipionem, Fridericum: mitto innumeros pénè alios, oppidorum dominatione, ac titulis, Prouinciarum adminiſtratione, geſtis cum laude militiæ, ac togæ muneribus, thiaris, Infulis clariſſimos: mitto Principum clientelas, connubia, ac præcipuas domi, foriſque affinitates. Amplificauerint directè hæc alij, quos tantus rerum fulgor inuitaſſet, vt ſuas tibi vigilias, ac ſtudiorum monumenta ſiſterent. Me non tuorum decus, ac faſces, ſed tu ipſe magna tua indole, atque eximiæ virtutis

tutis

tutis opinione prouocas, vt à tuo nomine lucubrationibus hiſce meis exiſtimationem, pondus, lucem quęram. Sed neque hoc ſingularem animi tui moderationem ſplendida quadam commemoratione virtutum læſerim. Quid de te, vel in ipſo æui flore Romana Aula ſenſerit, communis ſtatim admurmuratio euulgauit. Planè in ea publicę modeſtiæ Paleſtra, in tanta Quiritum luce, in tam celebri ſummorum hominum, atque ingeniorum conuentu, delectuque emicuiſſe ad ſtuporem animi tui præſtantiam, vim iudicij, mentis celſitudinem, litterarum pręſidia, haud mediocri in laude ponendum. Acceſſit Vrbani, Maximi, ac Sapientiſſimi Pontificis iudicium, qui perſpecta difficillimis in negotijs conſilij tui maturitate, atque ipſa in primis in agendo ſolertia, poſt alias ex alijs Præfecturas, elimatum iam te vſu rerum, procurandis ſacerdotijs ſubindè admonuit. Viſus profectò eiuſmodi curis natura factus, vſque adeo egregiè in grauiſſima animarum tractatione partes agis, agitque ſingularis tua ſapientia, ac natiuitas. Ipſa pręcipuè vitę ratio populorum mores, ac diſciplinam informat. Emendas ſtrenuè, ſi quid exorbitat: peracri autem zelo ita nihil detrahit clementia, vt mutua ſeſe ope iuuent. In ipſa pręſertim Eccleſiarum, ſacrorumque immunitate nulla vi territus, vti interdum ardore animi, conſtantiaque incredibili viſus es. Iam, quid in Neapolitanis turbis pro officij tui munere, atque in Catholicum Regem ſtudio Licij geſſeris, meruit profectò, vt compoſitis ad te litteris, Neapolitanus Prorex conceptiſſimis verbis teſtaretur. Ades quippè pacandæ multitudini vi facundię, aſſiduiſque adhortamentis. Magiſtratum Vrbis, ne quid turbaret plebs ieiuna, comparandæ annonę ęre tuo iuuas. Militem etiam tuendis Regijs partibus Neapolim euocatum, auro ad iter inſtruis. Sed amplior omnino ſeges

hęc,

hęc, quàm vt demeti breui poſſit: innuiſſe in hac operis dedicatione, ſat fuerit. Illud poſtremò non diſſimulandum; tuam nempè eruditionem effeciſſe, vt hos tibi commentarios meos, qui demùm illi fuerint, offerrem. Conciliat profectò ſcriptioni famam, illam ſi videtur doctiorum hominum patrocinio commendari. Vix namque non ea eſſe probi ſaporis, quis exiſtimauerit, quæ illi apponuntur, cui pectus, ac palatum ſapit. An verò doctrinis, atque eiuſmodi potiſſimùm ſtudijs conſultiſſimus dici iure poſſis; quædam veluti Apellis linea commonſtrat: diſſertatiundula ſcilicet illa tua, qua Diuis, Vrbis tuæ Patronis, quàm diſertiſſimè patrocinaris: quæ quidem lucubrationibus hiſce innexa nimium quantum ſplendoris, atque eruditionis in illas deriuet: planè vt ab ea doctrinę propinquitate, neſcio quid pręcipui coloris, ducere, ac mirificè exornari videantur. Igitur ſplendidiſſimo tuo nomine inſcriptum opus hoc, tuoque etiam ingenio excultum, cùm prodire in literatorum conſpectum, atque euagari liberè, & cum laude poſſit; honorem hunc illi, ac decus etiam, atque etiam gratulor; atque interim tibi parem meritis felicitatem, felicitati diuturnitatem opto, & voueo. Vale.

APPRO.

Singulares Selecta Quaeſtiones Morales Iuridica R. P. Zachariæ Paſquali-gi Veronenſis Clerici Regularis Theologi à me iuſſu Admodum Reuerendi Patris D. Auguſtini Bozomi Præpoſiti Generalis noſtræ Clericorum Regularium Congregationis attente examinatæ nihil continent fidei, boniſuè moribus, & Sacris Sanctionibus aduerſum, ſed difficultates præcipue Eccleſiaſticas paſſim contingentes pro more ſuo ſolide, atque exacte, ſimulque breuiter, atque clare reſolutas; ideo & tantæ doctrinæ auctore, nominiſque tanti vere dignæ ſunt, & quod publici fiant Iuris ad vtilitatem, & voluptatem communem, & pro fide, &c. Romæ 30. Iunij 1660.

D. Ioannes Calepius Cler. Regul. S. A. D.

OPus, quod inſcribitur *Singulares Selecta Quaſtiones Morales Iuridica* Zachariæ Paſqualigi Clerici Regularis; Iuſſu Adm. Reu. Patris D. Auguſtini Bozomi Noſtræ Congregationis Clericorum Regularium Præpoſiti Generalis, accurate perlegi; nihilque in eo deprehendi Catholicæ fidei, aut bonis moribus diſſonum: Imò maximam facilitatem eruditionem, doctrinam nonniſi ſuo Authori parem comperi. Quare digniſſimum cenſeo, quod in publicam ſtudioſorum, imo, & totius orbis vtilitatem typis mandetur. Romæ in Aedibus Sancti Andreæ de Valle die 21. Octobris 1660.

D. Gaetanus Miroballus S.T.P.

D. AVGVSTINVS BOZOMVS
Præpoſitus Generalis Clericorum Regul.

OPus inſcriptum, *Quaſtiones Singulares Selecta Morales Iuridica*, à P. D. Zacharia Paſqualigo noſtræ Congregationis Theologo compoſitum: & iuxtà præfixam aſſertionem PP. Theologorum, quibus id commiſimus, approbatum; vt typis mandetur, quod ad nos ſpectat, facultatem conceſſimus. Datum Romæ in noſtra Quirinali Domo die 14. Decembris 1660.

D. Auguſtinus Bozomus Præpoſitus Gener. Cleric. Reg.

** Vidi

Vidi iuſſu Reuerendiſſimi P. Raymundi Capiſucchi Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri librum, cui Titulus, *Singulares Selectæ Quæſtiones Morales, & Iuridicæ* ab A. R. P. Zacharia Paſqualigo Veronenſi Clerico Regulari, & Sac. Th. Profeſſore, compoſitum: & quia in eo nihil reperi, quod Sacris Canonibus, Summorum Pontificum aut tellumenicorum Conciliorum decretis, & Conſtitutionibus, ſacrarumue Congregationum declarationibus, aut bonis moribus aduerſetur repugnet, ſi eidem Reu. Videbitur, quia in omnibus doctrinam ſanam ac tutam continet, cenſeo dari poſſe facultatem, vt ad communem ſtudioſorum vtilitatem in lucem edatur. Datum Romæ ex Conuentu S. M. de Populo hac die 13. Iulij 1660.

Fr. Hieronymus Nicolius Romanus, Ord. Eremi S. Aug. Cong. de Obſeru. Lomb. S. Th. Lector. I. V. D. ac eiuſdem Cong. in Rom. Curia Proc. Gen.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici.

O. Caraffa Archiep. Patrac. Viceſgerens.

Imprimatur,

Fr. Raymundus Capiſucchus, Sacri & Apoſtolici Palatij Magiſter, Ordinis Prædicatorum.

INDEX

INDEX QVAESTIONVM.

Qu. 1. IN fundator beneficij iuriſpatronatus poſſit apponere conditionem, quod primus inſtitutus non teneatur ad horas canonicas. *Pag.* 1

Qu. 2. An, qui defloraiut virginem ſibi parem ſub promiſſione matrimonij, teneatur illam ducere renuente patre, & minitante exhæredationem. 3

Qu. 3. An campanile ſeiunctum ab Eccleſia, & diſtans gaudeat priuilegio immunitatis. 5

Qu. 4. An quæ in bello iniuſto capiuntur à militibus, ſint obligata reſtitutioni. 7

Qu. 5. An maritus conſumens fructus dotis in alenda vxore, & vltra ſoluens ei annuam penſionem ad libitum diſtrahendam, teneatur ad ipſam poſt ſeparationem thori. 11

Qu. 6. An vacante Sede Veronenſi poſſit Vicentinus Epiſcopus exequi litteras Apoſtolicas ſibi ſpecialiter demandatas, ſed tanquam viciniori. 13

Qu. 7. An priuilegia conceſſa apud Regulares pro Theologis, valeant etiam pro Canoniſtis. 15

Qu. 8. An Doctor Theologus, aut Iuris canonici, &c. fruatur priuilegijs actu legentium, ſi verſetur in aliquo exercitio ſui Doctoratus. 16

Qu. 9. An Prælatus poſſit applicare Monaſterio legatum factum religioſo in vſus perſonales ipſius. 17

Qu. 10. An, ſi ante expeditionem litterarum ſoluatur pars penſionis irritetur reſeruatio penſionis. 19

Qu. 11. An matrimonium hæretici cum hæretica, ſi ſint incolæ loci, vbi Concil. Tridentinum non eſt receptum, valeat contractum coram eorum prædicante in loco, vbi Concilium receptum eſt. 20

Qu. 12. An ſtante conſuetudine, quod quarta funeralis ſoluatur Cathedrali in obitu aduenæ, debeatur etiam, quando in propria domo moritur. 22

Qu. 13. An ſi contra reſidentiam, & ſeruitium perſonale ſit legitimè præſcriptum, poſſit Capellania conferri ſimplici Clerico. 23

Qu. 14. Regulares an validè renuncient priuilegio de certa diſtantia aliarum Eccleſiarũ à proprijs. 24

Qu. 15. An renuncians priuilegio Eccleſiæ, ſeu communitatis poſ-

✠✠ 2 ſit

ſit puniri. 26

Qu. 16. An obſtet familiaritati, ſi admiſſus ad ſeruitium Cardinalis non exigat expenſas pro victu aſſignatas. 26

Qu. 17. An clericus, qui rogatus ab amico ſcripſit proceſſum in cauſa ſanguinis, cum eſſet Notarius, excuſari poſſit ab irregularitate. 27

Qu. 18. An præmortuo hærede teſtatori, debeantur legata pia, ſi nullus alius ſit ſubſtitutus ſoluenda à venientibus ab inteſtato. 28

Qu. 19. An aggreſſor cum animo non occidendi, nec vulnerandi, ſed ſolum inſultandi, ſit irregularis, ſi in neceſſitate poſitus ob ſui defenſioné occidat aggreſſum. 30

Qu. 20. An qui metu miſit profeſſionem, & poſtea pro nullitate obtinuit ſententiam, ſi ratificauerit profeſſionem iuxta morem religionis, ſit tutus in conſcientia. 33

Qu. 21. An occidens baculo pugnis aggredientem contrahat irregularitatem. 35

Qu. 22. An dans in ſocietatem officij certam ſummam pecuniæ, poſſit loco fideiuſſionis pignora recipere. 36

Qu. 23. An per annum nouitiatus debeat intelligi biennium, ſi apud Religionem tantum duret. 37

Qu. 24. An profeſſus agens nouitiatum, vt aſcendat ad ordinem clericalem poſſit à religione dimitti, ſi non reperiatur habilis. 38

Qu. 25. Qui aliquando furioſum ſe oſtendit, an longo tempore comprobata ſanitate, poſſit ad ordines promoueri. 39

Qu. 26. An bánitus capitaliter cum confiſcatione bonorum amittat penſionem, & quid, ſi reſtituatur. 40

Qu. 27. An poſſit Epiſcopus conferendo ſimul beneficium alieno ſubdito conferre etiam primam tonſuram. 40

Qu. 28. An ſtatutum excluſiuum fœminarum ſupremi Principis afficiat Moniales. 44

Qu. 29. An vt reclamans poſſit audiri, debeat reſumere habitum prioris religionis, ſi ſit nouitius in alia religiane. 45

Qu. 30. An male ordinatus ſit capax beneficij. 45

Qu. 31. An Regularis tranſiens ad aliam religionem deferat ſecum bona acquiſita primæ religioni. 46

Qu. 32. An Monialis tranſiens ad aliud Monaſterium deferat ſecum dotem. 50

Qu. 33. An ſi ſecundum Monaſterium cogatur recipere Monialem, ſit ei reſtituenda dos à primo. 51

Qu. 34. An religioſus tranſiens ad aliam religionem poſſit ſecum deferre ſcripta à ſe compoſita. 53

Qu. 35. An pro renunciatione Monialis profeſſuræ ſufficiat licentia Vicarij Monialium. 55

Qu. 36. An ſi donatio Nouitij ſit nulla, Monaſterium adhuc retineat donata. 56

Qu. 37. An valeat donatio omiſſis ſolemnitatibus iuris ciuilis facta intuitu ingreſſus in Religioné. 57

Qu. 38. An cæcus diſpenſari poſsit, vt ordinetur ſacerdos ad effectum audiendi confeſsiones. 60

Qu. 39. An Religioſus laborans auditu eligi poſsit in Generalem, aut ad alia Officia. 61

Qu. 40.

Qu. 40. An Superiores Religionum, qui neque prima tonſura initiantur, poſsint in ſuos ſubditos ferre cenſuras. 62

Qu. 41. An diſpenſationes matrimoniales expirent morte Pontificis concedentis. 63

Qu. 42. An Monaſterium dicere poſsit de enormi læſione ob renunciationem Monialis dotatæ. 66

Qu. 43. An Epiſcopus ordinans alienum ſubditum cum dimiſſorijs, poſsit cum ipſo diſpenſare in impedimentis, in quibus poteſt à proprio Prælato diſpenſari. 68

Qu. 44. An ſi iuramentum ſit nullum, neceſſaria ſit abſolutio ad effectum agendi. 69

Qu. 45. An Epiſcopus cenſeatur reſidere, ſi identidem à Diœceſi recedat animo breuiter reuertendi. 71

Qu. 46. An reſidentia identidem interrupta per breue tempus ſufficiat ad effectum gaudendi alternatiua. 72

Qu. 47. An Epiſcopus, qui non poteſt ingredi Diœceſim, gaudeat alternatiuâ, ſi prope reſideat. 73

Qu. 48. An Epiſcopus gaudeat alternatiua, ſi exiſtat in loco exempto intra ſuam diœceſim. 75

Qu. 49. An Epiſcopus reſidens in aliena diœceſi, in loco tamen ſuæ iuriſdictionis gaudeat alternatiua. 76

Qu. 50. An alternatiua requirat reſidentiam pro toto integro menſe alternato. 77

Qu. 51. An profeſſus ſolemniter poſsit declarare, aut eligere opera pia, pro quibus legaſſet. 80

Qu. 52. An emittens votum ſimplex caſtitatis conſequi poſsit legatum ſub conditione relictum, ſi non nupſerit. 82

Qu. 53. An, ſi committatur Collegio aliquid eius arbitrio decernendum, poſsit nominare aliquem, in quem transferat determinationem. 84

Qu. 54. An ſi exequutor transferat in alium arbitrium exequendi, teneat exequutio ab ipſo facta. 85

Qu. 55. An omiſsio inquiſitionis, de qua in Bulla 71. Sixti V. quando quis recipitur ad religionem, irritet profeſsionem. 86

Qu. 56. An regulares exempti abſoluere poſsint in ſuis Eccleſijs à reſeruatis Ordinario. 87

Qu. 57. An, & quæ alimenta tutori pauperi ſint præſtanda. 89

Qu. 58. An alimentarius poſsit cogere, vt ſibi ſubminiſtretur, vnde ſibi inſeruientem manutenere poſsit, ſi incidat in morbum. 90

Qu. 59. An expenſa pro lite reſicienda includunt damnum paſſum à Victore in lite. 91

Qu. 60. An ſit locus ſubſtitutioni, ſi Eccleſia hæres non impleat onus impoſitum ex negligentia Prælati 92

Qu. 61. An bannitus cum confiſcatione omnium bonorum recuperet penſionem ſi pleniſsimè reſtituatur à Summo Pontifice. 93

Qu. 62. An ſequuta confiſcatione bonorum ex cauſa hęreſis debeantur alimenta. 95

Qu. 63. An legatum relictum Eccleſiæ ſub onere celebrandi feſtum alicuius Sancti, reſoluatur, onere non impleto. 97

Qu. 64. An canonicus diſpenſatus ſuper reſidentia cenſeatur diſpenſatus etiam ſuper ſeruitio ſacerdotali perſonali in ordine ad percipiendas diſtributiones. 98

Qu. 65. An prouiſus de canonicatu ſacerdotali à Papa poſsit percipere diſtributiones, ſi non ſit ſacerdos, & obſtet ſtatutum ſpeciale Eccleſiæ. 99

Qu. 66. An ſit nulla reſignatio beneficij, ſi reſignans non habeat aliunde, vnde viuat, licet non ſit ordinatus ad titulum ipſius. 101

Qu. 67. An nullitas reſignationis, de qua Concil. Triden. *ſeſſ. 21. c. 2. de reformat.* locum habeat in reſignatione ex cauſa permutationis. 102

Qu. 68. An ordinatus ad titulum patrimonij poſſit illud alienare, adepto ſufficienti beneficio, aut ſi aliunde habeat, vnde commodè ſuſtentetur. 104

Qu. 69. Quodnam beneficium dicatur ſufficiens ad effectum, vt poſsit alienari patrimonium titulare ordinationis. 105

Qu. 70. An reſignans beneficium poſsit paciſci, quod reſignatarius faciat omnes expenſas etiam pro penſione reſeruata. 106

Qu. 71. An qui alterius negocia geſſit per plures annos poſsit petere ſalarium ab eius hæredibus. 107

Qu. 72. An conuentus ad ſoluendum poſsit cogi, ad aliquid vlterius exhibendum, ſi oſtendat quietantias. 109

Qu. 73. An, vt exequutio penſionis locum habeat, ſint iuſtificandæ litteræ reſeruationis. 110

Qu. 74. An valeat oblatio ſub conditione, quod non obſtante quocunque iuramento res ſubhaſtata conſignetur vacua à poſſeſſore, detentore &c. 111

Qu. 75. An valeat aſſecuratio mercium, quæ tempore aſſecurationis iam perierant. 112

Qu. 76. An ius ſepulchri tranſeat in hæredem extraneum. 113

Qu. 77. An obſtet regularitati Eccleſiæ, quod in ipſa exiſtat beneficium ſeculare. 115

Qu. 78. An renunciatarij impugnantes ſentẽtiam nullitatis profeſſionis, teneantur renuncianti ſubminiſtrare alimenta. 116

Qu. 79. An ſi coadiutus ſit excommunicatus, coadiutor percipiat diſtributiones. 117

Qu. 80. An coadiutor excommunicato coadiuto teneatur interuenire diuinis Officijs. 119

Qu. 81. An teſtis deponens de publica voce, & fama ſcire debeat, quid ſit. 120

Qu. 82. An filij hæreticorum priuentur penſionibus Eccleſiaſticis. 121

Qu. 83. An qui acquiſiuit priuilegium iubilationis, adhuc illo potiatur, ſi ſubſtitutus non interuiat. 123

Qu. 84. An obtinens beneficium litigioſum cogi poſsit, vt intra annum ordinetur, aliàs incurrat pœnas, &c. 124

Qu. 85. An adulter teneatur alere natum ex adulterio, & damna inde ſequuta reſarcire. 126

Qu. 86. An filius teneatur ſe gerere tanquam irregularem, ſi mater ei dicat, quod natus ſit ex adultero.

ro. 127

Qu. 87. An ordinans in aliena diœceſi cum licentia poſsit ordinare alienum ſubditum habentem dimiſſorias proprij Ordinarij. 128

Qu. 88. An ſtante prohibitione, quod immobilia non alienentur in exteros, alienari poſsint in Viduam, cuius vir fuit ciuis. 130

Qu. 89. An ſacerdos, qui ob crimen rebellionis fuit ab Ordinario ad inſtantiam Principis ſententiatus, vt degradaretur, & traderetur Curiæ ſæculari, poſsit admitti ad celebrandum. 131

Qu. 90. An filij damnatorum criminis læſæ Maieſtatis ſuccedant in Emphyteuſi eccleſiaſtica. 132

Qu. 91. An confiſcatis bonis remaneat damnatus liber à debitis, etiam in conſcientia. 133

Qu. 92. An Eccleſia teneatur alere Patronum, cui bona confiſcata ſunt. 135

Qu. 93. An patronus poſsit ad idem beneficium plures præſentare. 137

Qu. 94. An patroni poſsint promittere, ſe aliquem præſentaturos vacante beneficio. 138

Qu. 95. An patroni poſsint plures præſentare vacante beneficio iuriſpatronatus. 139

Qu. 96. An habens Capellam in aliqua Eccleſia poſsit illam vendere. 142

Qu. 97. An intra præsbiterium poſſit mulier Princeps aſsiſtere diuinis officijs. 143

Qu. 98. An, ſi beneficiatus recitet officium ſibi non conceſſum, amittat fructus beneficij. 144

Qu. 99. An bona fides in recitando

Officium non conceſſum excuſet à reſtitutione fructuum. 146

Qu. 100. An recitans Officium pro Officio faciat fructus ſuos. 148

Qu. 101. Quid dicendum de quadam tranſactione ſuper mobilibus pretioſis. 150

Qu. 102. An cauſa ſemel commiſſa Cardinalibus poſsit inferioribus delegari. 151

Qu. 103. An Epiſcopus, antequam priuet beneficio non reſidentem, teneatur prius priuare fructibus, &c. 152

Qu. 104. An hæredes teneantur credere Confeſſario defuncti, ſi aliquid onerosum iniungat. 153

Qu. 105. An confeſſarius deputatus nuncius à defuncto ad hæredes teneatur iurare, vt ab ipſis eius dictum recipiatur. 155

Qu. 106. An quando ad beneficium eſt præſentandus ſacerdos, poſsit præſentari non ſacerdos, qui tamen ordinari poſsit, antequam inſtituatur. 156

Qu. 107. Cui nam res pereat emptori, an venditori, ſi dum tranſmittitur, nondum tamen conſtituto certo pretio, pereat. 158

Qu. 108. Emens merces ſibi Romam tranſmiſſas periculo, & expenſis venditoris, an teneatur ei reſtituere gabellam, ſi non ſoluat. 161

Qu. 109. An ſi Abbates Monachorum excedant in vſu Baldachini Pontificalium, puniri poſsint cenſuris ab Epiſcopo. 162

Qu. 110. An Abbates Monachorum poſsint vna ex tribus vicibus ſibi conceſsis Pontificaliter cele-

brare in alicuius exequijs. 163

Qu. 111. An valeat præſentatio illius, ad cuius fauorem lata eſt ſententia iuriſpatronatus facta ante elapſum tempus appellandi. 165

Qu. 112. An Clericus exilio mulctatus poſsit celebrare. 166

Qu. 113. An Beneficiatus damnatus ad exilium amittat beneficium. 168

Qu. 114. An proijcere ſalem in ignem, &c. ad ſibi conciliandum alterius amorem ſit ſortilegium qualificatum. 170

Qu. 115. An vendere Chriſtianos in ſeruitutem tanquam Turcas alijs Chriſtianis ſit delictum pertinens ad Tribunal Inquiſitionis. 171

Qu. 116. An, ſi deficientibus deſcendentibus, eligendus ſit hæres, qui ſit de familia, ſufficiat eligere de familia quacunque habente idem cognomen, & eadem inſignia. 173

Qu. 117. Quem debeat eligere vltimus deſcendentium, ſi eligendus ſit de extranea familia coniunctus in conſanguinitate. 176

Qu. 118. An valeat pactum inter Titularem, & penſionarium, quod ille cedat huic omnes fructus beneficij, & hic cedat penſionis fructus, & etiam fructus aliorum beneficiorum. 177

Qu. 119. An vocatis coniunctis in conſanguinitate familiæ vltimi deſcendentis, veniant etiam affines. 180

Qu. 120. An ſubſiſtat vnio beneficij ſimplicis facta Seminario ſine conſenſu Capituli. 183

Qu. 121. An pro validitate vnionis beneficiorum ſufficiat, ſi conſenſus Capituli ſuperueniat vnioni iam factæ. 185

Qu. 122. An ordinans aliquem ſine titulo teneatur in conſcientia ipſi prouidere de alimentis congruis, abſque eo, quod ordinatus agat. 186

Qu. 123. An ſi ordinatus ſine titulo non ſit habilis pro beneficio, teneatur adhuc ordinator prouidere de alimentis. 188

Qu. 124. A quo ſubminiſtranda ſint alimenta, quando Pontifex concedit, vt quis poſſit à quocunque Epiſcopo Ordinari. 190

Qu. 125. Ad quem pertineat diſponere de legato relicto Eccleſiæ Cathedrali. 191

Qu. 126. Quomodo Epiſcopus concurrat ſimul cum Capitulo ad diſponendum de legato relicto Eccleſiæ. 192

Qu. 127. An adminiſtratio legati relicti Eccleſiæ titulari pertineat ad Cardinalem Titularem. 193

Qu. 128. An ſi legitimatus grauatus reſtituere inſtituat extraneum hæredem, tranſmittat ad ipſum ſuam legitimam. 197

Qu. 129. An cenſenda ſit prohibita detractio Trebellianicæ, ſi teſtator dicat, quod reſtituatur tota, & integra hæreditas. 198

Qu. 130. An mobilia, quæ vſu conſumuntur comprehendantur ſub generali fideicommiſſo. 200

Qu. 131. An Princeps ſæcularis poſſit legitimare filios Clericorũ. 201

Qu. 132. An legitimatus cum clauſula, *Sine præiuditio venientem ab inteſtato*, poſſit retinere tuta conſcientia paternam hæreditatem, in qua eſt inſtitutus à Patre. 204

Qu.

Qu. 133. An ſubſequens matrimonium legitime natos in tempore, in quo non poterat eſſe matrimonium. 205
Qu. 134. An teneat profeſſio illius, qui occultat qualitates, rationes quarum prohibetur quis recipi, & admitti ad profeſſionem à Conſtitutionibus Religionis. 207
Qu. 135. An quis poſſit facere quietantias tanquam ei ſoluta ſit pecunia, ſi alio modo ei ſit ſatisfactum. 211
Qu. 136. An pecunia contineatur ſub fideicommiſſo omnium bonorum. 212
Qu. 137. An ſtante ſtatuto, quod quilibet de Capitulo ſubſcribat deliberationibus Capitularibus, teneatur, & poſſit ſemper ſubſcribere. 214
Qu. 138. An euadat pœnas, qui ſecreto tantum ſuffragio non conſenſit in alienationem rei eccleſiaſticæ. 217
Qu. 139. An collator beneficij commiſerit ſimoniam, dum à prouiſis exegit aliquam ſummam ad ſubleuandam paupertatem ſacriſtiæ. 218
Qu. 140. An beneficium vnitum ſubſtineat onera, quibus ſubiacebat. 220
Qu. 141. An Capitulum, aut aliquis Canonicus remittere poſſit diſtributiones nō intereſſentibus. 221
Qu. 142. An Sacerdotes Congregationis B. Io. Dei immunes ſint à ſeruitio corporali infirmorū. 224
Qu. 143. Cui Parochiæ debeatur quarta funeralium, ſi carceratus moriatur in carcere, aut extra in domo propinqua. 226
Qu. 144. An Capellanus iuuari poſſit præſcriptione immemorabili, ne impleat onera fundationis, ſi conſtet de fundatione. 228
Qu. 145. An hæres detegens malam fidem defuncti poſſit ſe tueri præſcriptione. 230
Qu. 146. An dubius, num iuſtè poſſideat, poſſit rem alienam præſcribere. 233
Qu. 147. An præſcriptio habeat locū inter ſupremos principes. 235
Qu. 148. An hæres eccleſiaſticus poſſit ſine ſolemnitate alienare bona prohibita alienari obſoluenda debita defuncti. 238
Qu. 149. An hæres, cui teſtator oretenus commiſit reſtitutionem hæreditatis, teneatur reſtituere, ſi ſit abſolutè inſtitutus, & non fiduciariè. 239
Qu. 150. Societas an diſſoluatur ex venditione vnius officij, quando eſt fundata ſupra duobus. 240
Qu. 151. An teſti ſacerdoti opponi poſſit, quod nondum miſſam celebrauerit, ſi notabile tempus ſit elapſum ab Ordinatione. 241
Qu. 152. An ſtante conſuetudine valeat contractus ſocietatis ſupra valorem officij. 243
Qu. 153. An vtens ſtrictè priuilegio largo, ſibi præiudicet. 245
Qu. 154. Vbi aduenæ ſepeliendi ſint, ſi non eligant ſepulturā. 247
Qu. 155. Vbi ſepeliendus, qui non poteſt ſepeliri in electa ſepultura. 248
Qu. 156. An confeſſio reuelata poſſit aliquando probare in iudicio. 249
Qu. 157. An religioſus cogi poſſit, vt teſtificetur contra propriam Reli-

Religionem. 252

Qu. 158. An contrahi poſſit matrimonium, ſi ætati requiſitæ deficiant aliquot dies. 253

Qu. 159. An Prælati Regulares locales habeant territorium. 255

Qu. 160. An Monialis obtenta ſententia nullitatis profeſsionis potuerit contrahere matrimonium, ſtante appellatione, licet reiecta, &c. 259

Qu. 161. An Monialis, de qua *in præced. quaſt.* excuſari potuerit in contrahendo matrimonio. 260

Qu. 162. An filij nati in figura matrimonij Monialis, de qua *in præced. quaſt.* ſint legitimi in ordine ad ſucceſsionem. 262

Qu. 163. An dato, quod matrimonium, de quo in *præced. quaſt.* eſſet putatiuum poſſent filij ſuccedere in hæreditate aliàs deuoluta ad matrem. 264

Qu. 164. An Princeps teneatur ſoluere debita ſui Prædeceſſoris contracta pro ædificanda arce. 265

Qu. 165. An qui propoſuit aliquid furari, ſi pluribus vicibus auferat à Domino, committat multiplex furtum. 267

Qu. 166. An quando præſumitur vulneratum non fuiſſe mortuum ex vulnere, ſed ex alia cauſa, vulnerans ſit irregularis. 269

Qu. 167. An commodatarius vtens re commodata ad alium vſum, teneatur ad aliquam reſtitutionem. 271

Qu. 168. An blaſphemans euadat maiorem pœnam, ſi abſoluatur à confeſſario. 273

Qu. 169. An votum Clericatus, Religionis, eximat à foro ſæcularí. 275

Qu. 170. An pœnæ Conſtit. Pij V. & Gregorij XIII. contra ingredientes, & admittentes mulieres intra clauſuram Monaſterij locum habeant quò ad omnes mulieres. 276

Qu. 171. An furtiua introductio mulierum in Monaſterium contineatur ſub diſpoſitione Pij *Quin*-i. 280

Qu. 172. An pœnæ Conſtitutionis Pij V. contra introducentes mulieres intra clauſuram requirant iudicis ſententiam. 282

Qu. 173. *Quis* poſsit abſoluere à ſuſpenſione propter introductionem mulierum in Monaſterio. 285

Qu. 174. An confeſſarius abſoluere poſsit ab huiuſmodi ſuſpenſione. 287

Qu. 175. An Prælatus Regularis diſpenſare poſsit in irregularitate ex celebratione cum ſuſpenſione ob introductas mulieres in monaſterium. 289

Qu. 176. A quibus diſpenſari poſſint Regulares in pœnis contractis ob introductas mulieres intra Monaſterium. 291

Qu. 177. An poſt Decreta S. Congregat. ſub Clemente VIII. & Vrbano VIII. poſsint Regulares abſoluere à reſeruatis Ordinario. 293

Qu. 178. An pacta cum Titulari pro obtinenda penſione inducant ſimoniam. 297

Qu. 179. An præcedente donatione vſufructus penſio æqualis vſufructui à donatario ſit ſimoniacè conceſſa. 299

Qu. 180. An valeat penſio, ſi titularis

ris conſentiat imponi ſuper proprio beneficio, ſi releuetur ab incommodo. 300

Qu. 181. An titularis poſsit denegare penſionem penſionario non deferenti habitum Clericalẽ. 302

Qu. 182. An Conſtitutio Sixti V. priuans clericos beneficijs, & penſionibus, ſi non incedunt in habitu clericali, ſit vſu recepta. 304

Qu. 183. An Vicarius generalis Epiſcopi præcedat Archidiaconum, aut aliam primam dignitatem in Cho o Proceſsionibus, &c. 305

Qu. 184. An in conflictu opinionum poſsimus ſequi eam, quæ eſt contra ſtylũ Romanæ Curiæ. 307

Qu. 185. An Prælati Signaturæ Iuſtitiæ debeant ſequi ſtylum eiuſdem Signaturæ in cauſis ſibi ab eadem delegatis. 308

Qu. 186. An in beneficialibus liceat deducere in pactum obligationem gratitudinis. 309

Qu. 187. An ſtatutum Epiſcopi prohibens delationem armorũ Clericis, comprehendat etiam caſum aucupationis. 311

Qu. 188. An clerici excuſentur à pœna Statuti Epiſcopalis, ſi ſtante inimicitia deferant arma. 313

Qu. 189. Monachi tenentes arma intra Monaſterium an abſolui poſſint à ſuo Prælato locali. 314

Qu. 190. An furans in Eccleſia gaudeat eiuſdem Eccleſiæ immunitate. 316

Qu. 191. An Prælatus qui alienauit prædium Monaſterij non obtento, ſed reſeruato, quatenus opus eſſet, beneplacito Sedis Apoſtolicæ, excuſetur à pœna. 317

Qu. 192. An venditor poſsit percipere annuam penſionem ab emptore, donec ei ſoluat pretium. 320

Qu. 193. An ſi reſeruato beneplacito Apoſtolico vendens res Eccleſiæ tradat poſſeſsionem incidat in pœnas, &c. 321

Qu. 194. An Prælatus alienare poſſit bona Eccleſiæ pro donatione remuneratoria. 323

Qu. 195. An Superiores Regulares euadant pœnas ſi alio tempore à præſcripto faciant publicare Conſtitutiones, & Decreta quotannis publicanda. 324

Qu. 196. An ex credito liquido cõſtitui poſsit cenſus cum debitore vendente ius, &c. 326

Qu. 197. An qui recepit cedulam ex diſpoſitione defuncti in vim ſolutionis pro exigenda pecunia ſoluenda defuncto, teneatur reuelare, ſtante monitorio relaxato ad inſtantiam Creditorum anteriorum. 327

Qu. 198. An qui emit portiones hæreditarias cohæredum accollando ſibi debita, & alia pericula teneatur aliquid reſarcire, ſi quod ſuperfuit exceſſerit expectationem. 330

Qu. 199. An Regularis poſsit ex pecunia, quam liberè ex conceſſione Religionis expendit fundare cenſum, aut certam ſummam tradere amico, vt pro ſe poſt mortem miſſæ celebrentur. 331

Qu. 200. An religioſus peccet contra paupertatem, ſi retineat, quod ſuperior concedit ad vitandas quærelas, &c. 333

Qu. 201. An valeat tranſlatio penſionum in Clericum illegitimum. 335

Qu. 202. An Clericus penſionarius, cui indulgetur incedere ſine habitu, poſsit exercere officia ſæcularia. 337

Qu. 203. An nulliter profeſſus ob defectum ætatis gaudeat antianitate à die profeſsionis, ſi eam ratificet. 338

Qu. 204. An lapſus quinquennij Concil. Trident. ad reclamandum contra profeſsionem, afficiat etiã Religionem. 340

Qu. 205. Ad quem ſpectet eligere eccleſiam, ad quam transferatur Imago adnexa muro priuatæ domus, ſi miraculis coruſcet. 341

Qu. 206. An, qui dedit Eccleſiæ pecuniam reſeruare ſibi annuo intereſſe, & poſtea remaneat ipſi titulo donationis, poſsit imponere onus miſſarum. 342

Qu. 207. An Pontifex poſsit irritare votum Religioſi arctioris Religionis. 343

Qu. 208. An Prælati Regulares irritare poſsint votum ſuorum ſubditorũ ſtrictioris Religionis. 345

Qu. 209. An Prælatus Regularis poſſit acquirere Monaſterio reuocabiliter. 349

Qu. 210. An Epiſcopi nõn recitantes horas Canonicas teneantur reſtituere fructus. 350

Qu. 211. An beneficiarij non recitantes horas Canonicas teneantur reſtituere fructus penſionũ. 352

Qu. 212. An Capellanus teneatur reſtituere fructus Capellaniæ, ſi nõ recitat Horas Canonicas. 354

Qu. 213. An legitimato abſque præiudicio venientium ab inteſtato debeatur legitima in bonis paternis. 356

Qu. 214. An ſi legitimatus ſine præiudicio venientium ab inteſtato, ſit hæres vniuerſalis grauatus reſtituere, poſsit detrahere legitimam. 360

Qu. 215. Quinam teneatur recitare Officium B. Virginis, quando penſionarius cedit alicui commoditatem penſionis. 361

Qu. 216. An si penſionarius non recitet Officium B. Virginis, reſtitutio cedat in præiudicium ipſius, an verò commodatarij. 363

Qu. 217. An Epiſcopus, qui minis conatur deterrere, ne deputati à Capitulo accedant ad Romanam Curiam contra ſeipſum, incurrat aliquam cenſurã Bullæ cœnæ. 365

Qu. 218. An reſignans beneficium poſsit abſque ſimonia conuenire cum reſignatario, quod ſoluat penſiones decurſus, quas ipſe defectu fructuum non potuit ſoluere. 367

Qu. 219. An apponi poſsit aliqua pœna cenſuario, si non obſeruet conditiones appoſitas in fundatione cenſus. 370

Qu. 220. An si cenſus ſoluatur per plures annos iuxta valorem monetæ tempore contractus, poſsit poſtea exigi augmentum monetæ. 371

Qu. 221. An ſubſiſtat contractus cenſus, si apponantur pacta prohibita in Bulla Pij V. 373

Qu. 222. An in Cathedrali Amalphitana poſsit celebrari ſolemnis miſſa de S. Andrea, quando eius feſtum incidit in Dominica prima Aduentus. 375

Qu. 223. An Epiſcopi prohibere poſsint ſuperfluum ornatum mulieri-

lieribus. 377
Qu. 224. An illegitimus diſpenſatus ab ordine ſacro ſit etiam diſpēſatusad simplex beneficiū. 379
Qu. 225. An ſint iteranda pro declarando incorrigibili, quæ præmitti debent, si Regularis per annum probatus retineatur vt correctus. 382
Qu. 226. An valeat matrimonium inter abductam conſentiente matre aeris mutandi cauſa ob valetudinem, & filium abducētis. 383
Qu. 227. An qui in litteris Apoſtolicis mutauit verbum *Honeſta*, in, *Iuſta*, inciderit in Excommunicationem Bullæ Cœnæ. 386
Qu. 228. An falsificans, aut ſecundum ſubſtantiam litteras Apoſtolicas, ſed non vtens, ſubiaceat excommunicationi. 387
Qu. 229. An Nuncij Sede vacante conferre poſsint beneficia, quæ aliàs poterant conferre. 388
Qu. 230. An Nuncius poſsit conferre beneficia, si appellentur Canonicatus, Abbatia, &c. 390
Qu. 231. An Canonicus excommunicatus poſsit optare. 391
Qu. 232. An detrahens, alicui, excuſetur, si proteſtetur, ſe non intendere lædere famam. 393
Qu. 233. An quando pro defenſione licet obijcere alicui,quod mentiatur, liceat addere, quod mentiatur vt fur, vt latro, &c. 394
Qu. 234. An reus coram iudice poſsit proferre iniurias contra teſtes, aut accuſatorem, &c. 397
Qu. 235. An expenſæ factæ à Patre pro filio degente in Romana Curia, computanda ſint in diuisione hæreditatis. 398
Qu. 236. An poſsit quis obtinere plura beneficia ſufficientia, si ſint iuriſpatronatus. 399
Qu. 237. An habens duo beneficia singula inſufficientia ten. atur alterum dimittere, si vnum fiat ſufficiens. 401
Qu. 238. An si habenti inſufficiens beneficium conferatur de per ſe ſufficiens, vacet primum. 403
Qu. 239. An habenti penſionem conferri poſsit beneficium. 405
Qu. 240. An poſt Concil. Trident. valeat Conſuetudo conferendi, & retinendi plura beneficia simplicia. 407
Qu. 241. An tempus conceſſum pro electione Prælati currat à morte ipsius, an vero à ſepultura. 412
Qu. 242. In quibus Eccleſijs electio Prælati non poſſit differri vltra tres menſes. 413
Qu. 243. Quomodo sit accipienda communicatio priuilegiorum cōceſſa Clericis Regularibus à Clemente VII. 415
Qu. 244. An impetrans beneficium cum animo liberè poſtea reſignandi, incidat in pœnā Conſtit. Pauli IV. 419
Qu. 245. Quid faciendum, si dubium ſit, an beneficium vacauerit poſt mediam noctem menſis reſeruati, aut Ordinarij. 423
Qu. 246. An ſit valida erectio noui Conuentus Monachorum facta ante Conſtit. Innocent. X. cum ſola licentia Ordinarij. 425
Qu. 247. An erectio Monaſterij, de qua in præced. ſubſtineri poſsit etiam ratione priuilegiorum. 428
Qu. 248. An pro fundando nouo

Mona-

Monaſterio ſufficiat tacita licentia Ordinarij. 430

Qu. 249. An ſi Ordinario conſtet, quod Regulares introducendi poſſint commode ſubſtentari ſine aliorum detrimento, debeat cæteros Regulares audire. 431

Qu. 250. An Ordinarius poſſit concedere licentiam fundandi Monaſterium, in quo duodecim Religioſi ſubſtentari nõ poſſint. 433

Qu. 251. An quando fundanda ſunt noua Monaſteria, conuocandi, & audiendi ſint etiam Parochi. 435

Qu. 252. An poſt Conſtitutionem Clemen. VIII. de erigendis Monaſterijs fuerit neceſſaria licentia Apoſtolica pro ijs fundandis. 436

Qu. 253. An quando Ordinarij concedunt licentiam exercendi in feſtis opera ſeruilia, poſſint aliquid exigere à Cõfeſſionarijs. 438

Qu. 254. An optio locum habeat in præbendis Canonicatuũ vacãtium in menſibus reſeruatis. 440

Qu. 255. An Pontifex poſſit diſpenſare in primo affinitatis gradu in linea recta ex copula illicita. 443

Qu. 256. An Epiſcopus poſſit declarare excommunicatum, qui eripuit reum è manibus ſatellitum Curiæ laicalis, ſed captum iuſſu ipſius. 445

Qu. 257. An Parochus excommunicatus vitandus poſſit dare licentiam aſsiſtendi matrimonio. 446

Qu. 258. An admitti poſsit reſignatio Canonicatus Pœnitentiarię ad fauorem non habentis annos, quadraginta abſque diſpenſatione ſuper Concil. Trident. 448

Qu. 259. An Concilia prouincialia, & Nationalia poſsint aliquid determinare circa res fides. 449

Qu. 260. An locũ habeat quædã diſpoſitio de miſſa quotidiana. 451

Qu. 261. An Nuncius poſsit diſpenſare ſuper impedimento tertij gradus affinitatis, & conſanguinitatis. 452

Qu. 262. An Nuncius potens diſpenſare in tertio, & quarto gradu ſimplici, & mixto, poſsit etiam diſpenſare concurrente ſecundo, & quarto. 453

Qu. 263. An iudex laicus poſsit à Clerico capere informationem contra laicum offenſorem dicti Clerici. 454

Qu. 264. An faciens diſdictam cenſus contra eccleſiaſticos coram iudice laico, incidat in aliquam cenſuram. 455

Qu. 265. An ſit ſeruanda conſuetudo antiquæ alternatiuæ in electione Prouincialis apud Religionem. N. 457

Qu. 266. An Generalis poſsit concedere Viſitatori Ordinario, quod viſitet ſtante deputatione Viſitatoris extraordinarij. 459

Qu. 267. An Iudæi delinquentes in materia graſciæ puniendi ſint à Clerico Cameræ Præfecto graſciæ. 460

Qu. 268. An Archidiaconus Cathedralis N. teneatur ad continuam reſidentiam. 462

Qu. 269. Quid dicendum de diſpenſatione, in qua circa cauſam aliquid amplius exprimitur, quàm ſit expreſſum in ſupplicatione. 464

Qu. 270. An qui ſuſcipit primam tonſuram ſolum, vt ſe ſubtrahat iurisdictione laicæ, & abſque ani-

mo

mo aſcendendi vlterius, teneatur erga Principem de aliquo damno. 466

Qu. 271. An Epiſcopus poſsit punire Clericum vt Concubinarium iuxta formam Concilij Trident. ſi fœminam non retineat domi. 468

Qu. 272. An valeat electio Examinatorum cuiuſdam Religionis facta à Generali abſque approbatione Definitorum. 469

Qu. 273. An quando iudex laicus procedit contra Clericum ex priuilegio, teneatur inſerere proceſſui tenorem priuilegij. 470

Qu. 274. An renunciatis duobus æqualiter idoneis ab examinatoribus poſsit præferri neſciens cantum firmum ſcienti ſi per ſtatutum ſynodale hic ſit præferendus. 471

Qu. 275. An ſtante clauſula *A quibuſcunque peccatis, nec non à quibuſuis ſententijs cenſuris, &c. quas incurrit vſque ad receptionem præſentium litterarum dumtaxat*, poſsit pœnitens abſolui à mortali commiſſo poſt receptionem, &c. 474

Qu. 276. An ſi peractis pluribus ſcrutinijs non ſequatur electio Prouincialis deuoluatur ad Generalem ſuffragantem in eodem Capitulo Prouinciali. 475

Qu. 277. An Regularis laborans mala fama poſsit aſſumi ad Dignitates Religionis. 476

Qu. 278. An peccet ſuperior Regularis ſi ſuis tantum aſſoclis concedat gratias, &c. 477

Qu. 279. An Prouincialis titularis poſsit eligi Prouincialis adminiſtrans, ſi expleto triennio non poſsit fungi eodem munere. 479

Qu. 280. An Epiſcopi Canonici, &c. poſsint vnire trimeſtre abſentiæ vnius anni cum trimeſtri anni ſequentis. 481

Qu. 281. An reſignans beneficium, ſciens, quod ſeruabitur indemnis, quò ad fructus excedentes penſionem, committat ſimoniam. 483

Qu. 282. An Pontifex Iudæis venientibus ad fidem poſſit aliquo modo condonare vſuras. 486

Qu. 283. An Pontifex poſſit vniuerſaliter ſtatuere, quod Iudæi venientes ad fidem reſtituant tantùm partem ex vſuris. 487

Qu. 284. An priuilegium miniſtrandi Viaticum, & extremam vnctionem veniat in communicationem priuilegiorum. 489

Qu. 285. An delictum reuelationis confeſſionis pertineat ad tribunal Inquiſitionis. 490

Qu. 286. An Superiores Regulares electi à Summo Pontifice cenſeantur eodem iure, ac ſi electi eſſent à Religione. 492

Qu. 287. An Prior, qui non recedit ex diſpenſatione Capituli Generalis, poſſit eligi in Abbatem. 493

Qu. 288. An Magiſtratus cogere poſſit meretrices ad deferendum habitum diuerſum ab habitu honeſtarum mulierum. 494

Qu. 289. An confiſcatis bonis penſionarij penſio ei ſoluenda tranſeat in fiſcum. 495

Qu. 290. An abſentia mariti per triginta annos ſufficiat, vt mulier poſsit tranſire ad ſecundas nuptias. 497

Qu. 291. An peculium Religioſi, qui eſt electus ſuperior alterius

Mona-

Monaſterij, & moritur ante apprehenſam poſſeſsionem, pertineat ad hoc Monaſterium. 500
Qu. 292. An nulliter profeſſus ob non peractum nouitiatum in loco deſignato, ſi poſt quinquennium fugerit, ſit tutus in cõſcientia. 502
Qu. 293. An cenſendus ſit irregularis, qui dubitat de occiſione à ſe commiſſa in bello defenſiuo. 506
Qu. 294. An elapſo triennio poſsit Socius Generalis eligi in Abbatem, ſi non potuerit accedere ad exercendum propriũ munus. 508
Qu. 295. An Apoſtata poſsit redire ad Religionem petendo admitti tanquam ſæcularis in prouincia, vbi non eſt notus. 510
Qu. 296. An nulliter profeſſus ob metum, poſsit elapſo quinquennio reſtitui ad reclamandum, ſi intra quinquennium extra iudicialiter ſit proteſtatus de metu, &c. 513
Qu. 297. An ſi aduocatus obijciat accuſatori aliquid, vnde ipſi mors, aut mutilatio, ſequatur, fiat irregularis. 515
Qu. 298. An qui nunciauit aduentum alicuius intendenti occidere contraxerit irregularitatẽ. 517
Qu. 299. An ad vitandum damnum temporale, aut ob commodum notabile poſsit quis manere in proxima occaſione peccandi. 518
Qu. 300. An Decreta S. Rituum Congregationis ſuper cultu Beatorum comprehendant electos in Patronos. 520
Lycienſis coram ſacra Rituum Congregatione, pro obtinenda confirmatione Sanctorum Iuſti Martyris, Orontij, & Fortunati Epiſcoporum, & Martyrum in Patronos Illuſtriſsimi atque Reuerendiſsimi Aloyſij Pappacodæ Epiſcopi Lycienſis. 524

Auctoris opera iam edita.

Metaphyſicarum Diſputationum de Ente pars prima fol.
Metaphyſicarum Diſputationum de Paſſionibus Entis pars ſecunda fol.
Sacra Speculatiua Doctrina, ſeu Theologia Speculatiua fol.
Sacra Moralis Doctrina, ſeu Theologia Moralis fol.
Deciſiones Morales fol.
De Iubileo ordinario, atque extraordinario fol.
Praxis Ieiunij Eccleſiaſtici, & Naturalis fol.
Quæſtionum Moralium Canonicarum Centuria 1. & 2. fol.
Quæſtionum Moralium Canonicarum Centuria 3. & 4. fol.
Obſeruationes ad Controuerſias inter Epiſcopos, & Regulares Laureti de Franchis fol.
De Sacrificio nouæ legis, & Adnexis fol.
De Apparatu pro Sacrificio, Obligatione offerendi, &c. fol.
Singulares, & Selectæ Quæſtiones Morales Iuridicæ fol.

SINGV-

SINGVLARES SELECTAE QVAESTIONES MORALES IVRIDICAE ZACHARIAE PASQVALIGI VERONENSIS CLER. REG.

An fundator beneficij iuriſpatronatus poſſit apponere conditionem, quod primus inſtitutus non teneatur ad horas canonicas. Quæſt. 1.

S V M M A

1 *Obligatio ad horas Canonicas eſt de iure annexa beneficio.*

2 *Fundator poteſt apponere conditionem, quod primus inſtitutus non teneatur ad horas Canonicas*

In fundatione beneficij poſſunt apponi conditiones contra ius commune de conſenſu Ordinarij.

3 *Obligatio ad horas Canonicas in beneficijs in quo raducetur.*

4 *Eccleſia ius ad horas Canonicas in beneficiatis poteſt ceſſare ex fundatione.*

5 *Fundator an poſſit apponere conditionem, quod beneficiatus nunquam teneatur ad horas Canonicas.*

Hoſpitalia non poſſunt viſitari ab Ordinario, ſi ita caueat fundator.

6 *Fundator beneficij cur poſſit apponere conditiones contra ius commune.*

Quiſque transfert res ſuas cum legibus, quas voluerit.

7 *Explicatur* Cap. Tua nobis. *Eſt correctum.*

Lex non egreditur terminos rationis.

1 NON poſſe talem conditionem apponi videtur reſoluendum. Quia obligatio ad horas canonicas eſt de iure annexa beneficio, vt deſumitur ex Cap. *fin. Diſt.* 92. iuncta declaratione Leonis X *in Concil. Lateran. ſeſſ.* 9. *in Bul. reformat. Romanæ curiæ. cap.*9. & Conſtit. Pii V. 138. *in Bullar.* vnde cum non poſſint inſtitui beneficia contra formam iuris communis, nec etiam poterunt inſti-

tui cum ea conditione, quod inſtitutus non teneatur ad horas canonicas.

2 Verum probabiliſſimũ puto. *Quod fundator beneficij poſsit apponere conditionem de conſenſu Ordinarij, quod primus inſtitutus non teneatur ad horas canonicas:* quod intelligitur, quantum eſt ex vi beneficii, cũ alias ratione Ordinis ſacri poſsit adeſſe obligatio. Ratio eſt. Quia de conſenſu Ordinarii poteſt apponere conditiones contrarias iuri communi, vt ex Cap. *Cum dilectus*. De *conſuetud.* tradunt Gloſ. *ibid.* verbo *Conſtitutum.* in fine. Innocent. *in Cap. in Lateranen.* De *preben.* Cardin. *Conſil.* 11. Calderin. *Conſil. vltim.* De *iurepatron.* Abbas *in Cap. Significatum. not.* 1. De *preben.* Felin. *in Cap. Cum acceſsiſſent. col.* 8. ver. *Primo dummodo.* De *conſt.* Barbaſia *Conſil.* 23. *vol.* 1. & *conſil.* 33. *vol.* 2. Rochus *De iurepatr.* verbo. *Præ eo, quod de Diœceſani. quæſt.* 12. & 13. Lamberteng. *De iurepatr. quæſt.* 4. *princip. par.* 1. *lib.* 1. *num.* 49. Gratian. *Diſcep. Forenſ. tom.* 3. *cap.* 522. *num.* 37. Campanil. *in Diuer. iur. can. Rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 350. *in fine.* Rota *in Hiſpalenſi Theſaurariæ* 14. *Nouemb.* 1616. *Coram Pirouano.* Vnde poterit apponere etiam hanc conditionem, quod primus inſtitutus non teneatur ad horas canonicas.

3 Et hoc à fortiori habet locum quò ad recitationem horarum canonicarum, quia obligatio ad ipſas eſt radicaliter à iure naturali, quatenus habens beneficium tenetur recompenſare fundatorem tanquam benefactorem; præceptum autem Eccleſiæ determinat hanc obligationem decernendo, quod ſit de recitandis horis canonicis, iuxta ea, quæ tradunt Sylueſter. *verbo.* Hora. *nu.* 9. *in fine.* Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 4. *de hor. canon. cap.* 18. Laiman *lib.* 4. *theol. moral. tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. ver, *Secundum. Obligatio hæc.* Filliuc. *tract.* 23. *cap.* 5. *quæſt.* 3. *n.* 154. & alii, qui volunt, obligationem ad horas canonicas in beneficiario eſſe de iure naturali. Cum ergo præceptum Eccleſiæ determinet obligationem naturalem in fauorem eorumdẽ benefactorum, ceſſante obligatione, quæ oritur de iure naturæ, ceſſabit etiam præceptum Eccleſiæ. Ceſſabit autem obligatio, ſi fundator beneficii renunciet iuri ſuo, & nolit, quod primus inſtitutus ad id teneatur.

4 Dices; Non poſſe remittere hanc obligationem, quia agitur etiam de iure Eccleſiæ, quæ ſtante inſtitutione beneficiorum habet ius ad exigendas horas canonicas à beneficiario. Reſp. Ius ad horas canonicas exigendas non conuenire Eccleſiæ, niſi ſuppoſita inſtitutione beneficii: vnde cum originetur à voluntate inſtitutoris, à quo originatur etiam beneficium, non habet locum, niſi tali voluntate ſuppoſita: atque adeo ab ipſa regulatur, & accipit menſuram. Cum ergo inſtitutor beneficii nolit, quod primus inſtitutus ſubſit obligationi recitandi horas canonicas, nec etiam Eccleſiæ acquiretur ius ad ipſas exigendàs.

5 An autem fundator poſsit apponere pactum, quod nunquam quicunque beneficiarius teneatur ad horas canonicas ratione beneficii, mihi videtur valde probabile, quod poſsit. Quod colligo ex alia ſimili doctrina. De iure enim cõmuni Hoſpitalia ſubſunt viſitationi Ordinarii, vt decernitur in Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. De *reformat.* & tamen, ſi fundator in inſtitutione caueat, ne ſubſit viſitationi eiuſdem Ordinarii, præſertim ipſo Ordinario conſentiente tali pacto, non poterit vnquam viſitari, vt tradunt Carp. *lib.* 1. *de Exequut. teſtamen. cap.* 22. *nu.* 65. Perez de Lara *De capellan. & anniuer. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 16. Leon. *De offic. capell. quæſ.* 5. *ſect.* 12. *num.* 203. Alzedo *par.* 2. *praxis Epiſcop. cap.* 2. *num.* 56. Diana *par* 1. *tract.* 2. *reſol.* 83. *init.* Rota *Deciſ.* 33. *init. par.* 3. *Recentior.* Eodem ergo modo, licet de iure cõmuni beneficiarius teneatur ad horas canonicas; non tenebitur, ſi fundator beneficii in fundatione apponat pactum conſentiente Ordinario, quod non teneatur.

6 Ratio autem eſt. Quia Eccleſia ad inuitandos fideles ad fundanda beneficia, loca pia, & alia huiuſmodi, contenta eſt, vt apponant pacta, quæ magis lubuerint, dummodo honeſta ſint ex natura rei, & quamuis ſint contra ius commune, illud relaxat pro illa vice, & vuult, quod

quiſ-

quiſque rei propriæ poſſit imponere, quas leges voluerit, et cum ipſis in Eccleſiaſticos transferre, vt de iure licet *l. 1. §. Conueniat. ff. Depoſiti.* & *l. Si quid poſſeſſorem. §. Sic autem;* & *l. Sed & ſi lege. §. Conſulit. ff.* De *petit. hared.*

7 Neque obſtat Cap. *Tua nobis.* De *teſtamentis*, quia ibi ſolum reprobatur diſpoſitio teſtatoris prohibentis, quod Epiſcopus non ſe intromittat circa exequutionem diſpoſitionum ad cauſas pias tanquam eas quæ impedit ius, quod conuenit Epiſcopo ratione Officii. Vndè cauſa finalis eſt manutenere iuriſdictionem Epiſcopi, nec permittere, vt à priuatis diſpoſitionibus ei derogetur. Cum autem hæc cauſa finalis non habeat locum, quando fundator apponit cōditiones cōtra ius, vt quod beneficiatus non teneatur ad Horas Canonicas, quia in hoc non derogatur iuriſdictioni Epiſcopi, imo apponuntur de eius conſenſu, nec etiam locum habebit diſpoſitio dicti Cap. *Tua nos*, quia lex non egreditur terminos ſuæ rationis finalis, *l. Milites agrum. ff.* De *re milit.* & *l. Cum pater. §. Dulciſſimis. ff.* De *leg. 2.* vbi Bart. Imola & cœteri. Abbas in *Cap. Quia in inſulis.* De *regular.* Butrius in *Cap. Poſt translat. num. 24. De renun.* Dec. *in Cap. Suggeſtum. not. 1.* De *appellat.* Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa. par. 1. num. 144.* vbi alios refert. Vel dicamus & breuius, non obſtat d. Cap. *Tua nobis*, quia eius diſpoſitio eſt correcta per Concilium Tridentinum, in quantum ſæpius mandauit ſeruari in ſimilibus Teſtatorum inſtitutiones, ſeu fundationes, vt declarauit eius ſacra Cong. etiam in hoc ſpecifico caſu in vna Tuſolen.

An, qui deflorauit virginem ſibi parem ſub promiſſione matrimonij, teneatur illam ducere renuente patre, & minitante exhæredationem. Quæſt. 2.

S V M M A.

1 *Deflorans virginem cum promiſſione matrimonij, tenetur eam ducere.*

2 *Quid; ſi contradicant parentes, & minentur exhæredationem.*

3 *Promiſſio non obligat, ſi ſuperueniat notabilis mutatio.*

4 *Promiſſionis obligatio ceſſat, quando contrariaretur iuri naturali.*

Virtutes ſunt inter ſe connexæ.

5 *Matrimonium non poteſt contrahi ſine peccato cum indignatione graui parentum &c.*

Quando timetur ſcandalum; diſſoluuntur ſponſalia.

6 *Sponſalia occulta diſſoluuntur abſque iudicis auctoritate.*

1 Obligari ex iuſtitia, qui deflorauit virginem ſub promiſſione matrimonii, illam ducere, non poteſt in dubium reuocari, vt inter alios notat Sanchez. *lib. 1. de matrim. diſp. 49. num. 5.* Siquidem interuenit cōtractus, Do, vt facias, nam virgo facit copiam ſui corporis cum pacto, quod ducatur poſtea in matrimonium: vnde qui ſub tali promiſſione deflorauit virginem ſolum poteſt deobligari, ſi deueniatur ad caſum, ad quem obligatio promiſſionis non ſe extendat.

2 Dicendum tamen eſt. *In præſenti caſu ceſſare obligationem contrahendi matrimonium cum deflorata.* Ita Coninch. *diſp. 23. de matrim. n. 68.* Gaſpar. Hurtad. *diſp. 11. de matrim. difficul. 14. num. 51.* Præpoſit. 3. *par. quæſt. 9. de ſponſalib. dub. 9. nu. 87.* qui loquuntur de diſſolutione ſponſalium ob contradictionem parentum, licet non faciant mentionem de copula ſub promiſſione matrimonii. Et ii, qui vniuerſaliter volunt, quod ſponſalia diſſolui poſſint ſuperueniente quacunque cauſa, quæ reddat exequutionem matrimonii notabiliter difficiliorem, vt Hoſtienſ. *in ſum. tit. De iureiur. num. 3.* Butrius *in Cap. Quemadmodum. num. 13.* De *iureiur.* Cuchus *lib. 5. Inſtit. Maior. tit. 10. in fine.* Greg. Lopez. *l. 7. tit. 1. par. 4.* Angelus *verbo.* Sponſalia *nu. 21.* Sylueſter. *quæſt. 10. caſu. 17.* Armilla *verbo.* Iuramentum. *num. 35.* D. Antonin. *2. par. tit. 10. cap. 6. §. 5.* Maior. *in 4. diſt. 27. q. 3.* Lopez *par. 2. Inſtruc. cap. 38. de matrim.* Nauar. *in Manuali. cap. 22. n. 27.* & *Conſil. 9.* De *Sponſal. lib. 4. in 2. edit.* Ledeſma *de ma-*

*trimon.quæſt.*43. *art.*3.*cauſa.*12.Petrus Sonu *lect.*18.*de matrim.*§. *Nunc de ratione.* Henriquez *lib.* 11.*ſum.cap.*14.*in fine.*Rodriquez *par.*1.*ſum.cap.*245.*nu.*11.Bartholom. Ledeſma *dub.*13. *de matrim. poſt. caſum.*13. Philiar.*tom.*1.*De offic. Sacerd.par.* 2.*lib.* 2. *cap.* 1. Sanchez *lib.* 1. *de matrim. diſp.*62. *nu.*3. Coninch.*diſp.*23. *de matrim. dub.*8.*init.* Laiman.*lib.*5. *theol. moral.trac.* 10.*cap.*2.*num.*18. Gutierez *de matrim.cap.* 33.*num.*6. Palaus *par.*5.*oper. moral.diſp.*1. *de ſponſal.pun.*28.*nu.*6. Canis. *in ſum.lib.*2. *de ſponſal. tit.*9.*in Anotat.* Rebellius *de obligat. iuſt. par.*2.*lib.*4. *quæſt.* 8.*ſect.*8.*nu.*73. Pontius *lib.*12.*de matrim.cap.*47.*nu.*2. Syluius 3.*par.quæſt.*43.*ſupplem ar.*3.ver.*Decimus.*Villalob.*par.*1.*ſum. tract.*12.*difficul.* 12.*num.*14.qui *nu.*21. loquitur etiã quando renuunt parentes non obſtante, quod ſequuta ſit defloratio, et citat.Felin. Gutierez et alios.Caſpenſ. *par.*2. *Curſ.Theologici.tract.*26. *de matrim.diſp.*1.§.11. *n.*102.

3 Ratio autem eſt. Quià omnis promiſſio, etiam quæ obligat ex iuſtitia, habet tacitam conditionem, quod obliget rebus ſic ſtantibus; non autem, ſi ſuperueniat aliqua notabilis mutatio, præſertim quæ, ſi ab initio adfuiſſet, non fuiſſet ſubſequuta promiſſio. *l. Quæro.* §. *Inter locatorem.ff. Locati.* et *l. Si fuerit. init. ff. Pro ſocio.*&*l. Cum quis.ff.* De *ſolut.* ibi *In eodem ſtatu permaneant.* et Cap. *Quemadmodum.* De *iureiur.* et docent communiter Bar. *in l. Quod Seruius.ff.* De *condit. ob cau.* Dec.cũ aliis *conſil.*475. *num.*23.Anchar.*conſil.*84. *num.*3. Surd. *deciſ.*177. *num.* 10. Tiraquel. *in l. Si vnquam.in Præfat.n.*167.Rota *deciſ.* 664.*num.*9.*par.*1.*Recent.* et *deciſ.*522.*n.*4. *par.*3,& *deciſ.*345.*num.*10.*par.*5.Cuius rei ea eſt ratio, quod obligatio promiſſionis eſt ſecundum menſuram intentionis, non enim plus obligat, quã promittens intendat ſe obligare. Qui autem promiſit alicui, ſe illam ducturum in vxorem ad obtinendam copulam, non intendit ſe obligare in quocunque euentu, ſed tantũ rebus ſic ſtantibus, nõ autem cum tanto diſcrimine, qualis eſt indignatio patris, et amiſſio paternæ hæreditatis: vnde ventum eſt adcaſum, ad quem non ſe extendit promiſſio, ſicut nec ſe extendit intentio promittentis. Præſertim quia ſi ab initio hoc præuidiſſet, non eſt veriſimile, quod ſe voluiſſet obligare.

4 Confir. Seruare promiſsionem in tali caſu, eſſet cum grauiſsimo detrimento promittentis, ſiquidem non ſolum ſubiret grauiſsimam indignationem paternam, ſed etiam priuaretur hæreditate paterna, vnde teneretur renunciare iuri, quod de iure naturæ habet, tuendi ſeipſum, et ſua, et ſe conſeruandi indemnem cõtra quoſcunque. Vnde ſi promiſsio obligaret, eſſet incompoſsibilis cum iure conceſſo à natura, atque adeo iuſtitia, ex vi cuius obligaret promiſsio, eſſet incompoſsibilis cum tali iure, et vnum ius eſſet contra aliud, quod dici non poteſt, quia virtutes morales ſunt inter ſe connexæ, vt docet D. Th. 1.2.*quæſt.*65.*ar.*1.*in corpore.* cum D.Amb. *lib.*5.*in Lucam.* in illud *Beati pauperes ſpiritu.*D.Auguſ.*lib.* 6.*de Trinit.init.* D. Greg. *lib.*22.*Moralium cap.* 1. Vnde nedum vna eſt incompoſsibilis cum alia, ſed etiã trahit illam ſecum, et ideo non poteſt iuſtitia ita obligare, vt deſtruat alienum ius, ſed in tali caſu definet obligare.

5 Confir. 2. Quando promiſsio non poteſt impleri ſine peccato, deſinit obligare, quia non plus obligat, quàm poſsit quis ſe obligare, et nemo poteſt ſe obligare ad peccandum. In præſenti autem caſu matrimonium non poteſt contrahi ſine peccato, nã violatur pietas in re graui, quæ eſt debita parentibus, læditur cognatorũ amicitia, & magnæ perturbationes cauſantur; et exequutio promiſsionis non poteſt eſſe abſque graui ſcandalo proximi. Et proinde non poſſe ſponſos cogi, ſed diſſolui ſponſalia, quando probabiliter timetur ſcandalum, colligitur ex Cap. *Cum in tua.*Cap.2.Cap.*Requiſiuit:*& Cap.*Ex litteris.*De *ſponſalib.*Et militat ratio.d. Cap.*Requiſiuit.*Quod coactiones difficiles ſoleant exitus habere, & tradunt Gloſ. *ibid.* verbo. *Scandalo.* vbi etiam Doctores. Abbas *in Cap.Requiſiuit,num.*4. De *ſponſalib.* Felin. *Conſil.*26.*num.*21.Menoch.*Conſil.*1.*nu.*44. & 66. Ex præterea Laiman. *lib.* 5. *Theol. moral.tract.*10. *cap.* 1. *num.*4. Pontius *de matrim.lib.*12.*cap.*6.*num.*2. Villalob.*par.*1. *ſum tract.* 12. *difficul.*19.*num.*3.Coninch.

*diſp.*22.

*diſp.*22.*de matrim. nu.*8. Ludouic. à S. Io. *in. ſum. queſt.* 1. *de matrim, art.* 8. *difficul.* 7 Gaſpar Hurtad. *diſp.* 1. *de matrim difficul.* 7 Leander *de ſacram. trac.*9.*diſp.*1. *quaſ.* 46. *in fine.* Palaus *par.* 5. *oper. moral. diſp.* 1. *de ſponſal. pun.*8. *nu.*3. Trullench *de ſacram. lib.*7.*cap.*1.*dub.*2.*num.* 9. Auerſa *de matr. quaſt.*8.*ſect.* 8. ver. *Ob hanc.* Amicus *diſp.* 30. *de matrimon. ſect.* 3. *nu.* 14. ver. Debet Præpoſit 3. *par. qu.* 9. *de matrimon. dub.*3. ver. *Aduerte.* Tanner. *tom.*4.*ſum. diſp.*8. *de matrim. quaſt.*1.*dub.*3. *nu.*36. & 38. Baun. *par.*1. *Theol. moral. tract.* 12. *quaſt.* 6. ver. *Si tamen.* Baſſeus *in Florib. Theolog. prac.* ver. *Sponſalia. num.*8. Iſambert. 3. *par. diſp.*6. *de matrim. art.* 3. ver. *Probatur ex cap.* Caſpenſ. *tom.*2. *Theolog. tract.*26. *ſect.*7. *n.*51. Syluius 3. *par. quaſt.*43. *ſupplem. ar.* 1. *quaeſito* 2. ver. *Coeterum.* Reginal. *li.*31. *Praxis. num.*235. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure. cap.* 10. *num.*26. Dicaſtil. *de matrim. diſp.* 1. *dub.* 10. *num.* 161. Fernandez *par.*3. *theol. mor. cap.*27. §. 1. *num.* 14. Naldus verbo. *Sponſalia. num.*13. Molfeſ. *par.* 1. *ſum. tract.*4. *cap.* 5. *num.*26. Sanchez *lib.* 1. *de matrim. diſp.* 29. *num.*4. qui alios viginti quinque Doctores citat. & communiter cum D. Th. *in* 4. *diſt.* 27. *queſt.*2. *ar.* 1. *ad* 2. Et paſſim tenuit Rota. *vt deciſ.*497 *num.* 1. *par.* 1. Diuer. & coram Seraphino *deciſ.* 1112. *num.* 1. & 1258. *num.* 2. & coram Coccino *deciſ.* 437. *nu.*2. & 8. & coram Pennia *deciſ.* 517. *num.*7. & coram Caualero *deciſ.* 458. *num.* 1. Quod habet locum, etiam ſi ſequuta ſit Virginis defloratio ſub ſpe matrimonij vt tradunt Lopez *part.* 1. *Inſtruct. cap.*76. Nauarr. *cap.* 16. Manual. *num.* 18. Gutierez *lib.* 1. *Queſt. Canon. cap.*20. *num.*20. & 23. Corduba *lib.* 1. *queſt.* 13. ver. *Dixi regulariter.* Graf. *lib.* 2. *Deciſ. cap.* 78. *num.* 3. Sanchez *lib.* 1. *de matrim. diſp.* 14. *num.* 3.

6. An autem neceſſaria ſit iudicis auctoritas, vt diſſoluantur ſponſalia. Negatiuè reſpondendum eſt, quia, vt supponitur, ſunt occulta, cum promiſſio facta ſit abſque teſtibus, ſicut etiã eſt occulta defloratio. In quo caſu non eſſe neceſſariã iudicis ſententiam, tradunt Turrecrem. *in cap. Vbi non eſt.* 30. *Queſt.* 2. *n.*6. Palud. *in* 4. *diſt.* 27. *queſt.* 1. *ar.*6. *num.*31. Richar. *ar.*3. *queſt.*4. Nauar. *cap.*22. *Manual. nu.* 28. D. Antonin. 3. *part. tit.* 1. *cap.*18. §. 1. *in fine.* Viguer. *cap.*16. *Inſtit.* §. 7. *ver.* 7. *in fine.* Angelus *verbo.* Sponſalia. *n.*42. Syluester. *queſt.* 11. Tabiena *quaeſt.*9. Petrus Ledeſma *de matrim queſt.* 43. *ar.* 3. *dub. vlt.* Bartholom. Ledeſma *De ſacram. dub.*13. *de matrim. in fine.* Veractux *par.* 1. *ſpecul. art* 21. *in fine.* Henriquez *lib.* 11. *ſum. cap.*14. *num.* 1. Lopez *par.* 2. *Inſtruc. cap.* 38. *de matrim. in fine.* Sanchez *lib.* 1. *de matrim. diſp.* 69. *num.*5. Præpoſit. 3. *par. queſt.*9. *de ſponſal. dub.*9. *num.* 88. Syluius *quaeſt.* 43. *ſupplem. ar.* 3. *in fine.* Caſpenſ. *part.* 2. *Curſ. theol. tract* 26. *diſp.* 1. *ſect.* 11. §. 11. *nu.* 109. Pontius *lib.* 1. *de matrim. cap.* 16. *nu.*8.

An campanile ſeiunctum ab Eccleſia, & diſtans gaudeat priuilegio immunitatis. Quaeſt. 3.

S V M M A.

1 *Campanile coniunctum Eccleſiæ gaudet immunitate.*
2 *Quid, ſi ſit ſeparatum.*
Quæ loca gaudeant immunitate.
3 *Campanile ſeiunctum ab Eccleſia non eſt locus ſacer, nec religioſus.*
Quaenam ſint loca religioſa.
4 *Campanile diſtans ab Eccleſia qualis pars Eccleſiæ.*
5 *Priuilegium immunitatis an fauorabile*
Ius publicum exigit, quod delicta non ſint impunita.
Beneficium principis derogans iuri publico ſtrictè accipitur.
6 *Palatia Epiſcopalia diſtantia ab Eccleſia an gaudeant immunitate.*
7 *Turris commodata Eccleſiæ prò Campanili non gaudet immunitate*
8 *Exercitium operis pij non tribuit loco immunitatem.*
Oratoria priuata non gaudent immunitate

GAudere priuilegio immunitatis, ſi ſit coniunctum Eccleſiæ, non poteſt verti in dubium, quia tunc eſt pars eiuſdem Eccleſiæ; ſolum difficultas eſt, an gaudeat, ſi ſeiunctum ſit, & diſtans ab Eccleſia. Quod autem gaudeat, ex eo videtur ſuaderi, quod ſit

pars integralis Eccleſię, quia licet non ſit ipſi vnitum, exigitur tamen ab Eccleſia, vt quid ſibi debitum, & ideo retinet ordinem ad illam tanquam eius pars. Et ideo cum ſimus in fauorabilibus, priuilegium immunitatis ad ipſum quoque eſt extendendum. Et ita tenet Nouar. *in ſum. Bullar. tit. De immunit. Eccleſ. nu.26.*

2 Verum probabilius puto. *Quod non gaudeat priuilegio immunitatis*. Ratio autem eſt, quia loca omnia, quę gaudent priuilegio immunitatis aut ſunt ſacra, aut religioſa, ita vt ad hęc duo genera omnia reducantur, vt deſumitur ex Conſtit. Gregorii XIV. pro immunitate. ibi. *Ab Eccleſijs, Monaſterijs, Sacellis, Domibus regularibus, & ſecularibus, Lociſuè ſacris, aut religioſis*; quæ vltima verba continet genus omnium locorum, quæ gaudent immunitate. Vnde etiam infra ſub his duobus membris, tanquam ſub duobus generibus exprimit omnia loca, quæ habent priuilegium immunitatis, ibi. *Delinquentes ad eorum Eccleſias, Monaſteria, Domos, & alia loca ſupradicta Sacra, ſeu Religioſa reſpectiuè confugientes. &c.*

3 Campanile autem, dum eſt ſeiunctum ab Eccleſia, & diſtans, non eſt locus ſacer, quia non eſt locus conſecratus, aut benedictus, ſicut ſunt Eccleſię, & Cœmeteria. Sola autē conſecratio, aut benedictio facit locum ſacrum. Nec etiam eſt locus religioſus; quia loca religioſa ſunt illa, in quibus exercentur opera pietatis, aut religionis, vt ſunt Monaſteria, Hoſpitalia, ſi auctoritate Epiſcopi erecta ſunt, vt notant Hoſtienſ. *in Sum.* Tit. *De relig. domib.* §. *Quis dicatur.* Archidiacon. *in Cap. Nemo.* De *conſecrat. Diſt.* 1. Felin. *in cap.* 4. *num.* 4. De *iudic.* Marius Italia. *De immunit. lib.* 1. *cap.* 4. §. 5. *num.* 1. Caluinus *in Lexico iur.* verbo *Religioſæ domus*. Campanile autem non eſt locus, in quo exerceantur opera pietatis, aut religionis.

4 Nec obſtat ratio adducta in oppoſitum, quia Campanile ſeiunctum, & diſtans ab Eccleſia retinet ſolum ordinem partis integralis materialis ad Eccleſiam tantum materialiter conſideratam; non autem partis integralis formalis ad Eccleſiam formaliter acceptam; nā formaliter accepta dicit, quod ſit locus Dei cultui dedicatus, quod fit per conſecrationem, vel benedictionem, quæ, cum non ſe extendat ad Campanile diſtans, non ſit pars integralis formalis. Priuilegium autē immunitatis conuenit Eccleſiæ formaliter ſumptæ, quia conuenit quatenus eſt locus Deo dicatus per conſecrationem, vel benedictionem. Vnde cum non ſe extendat forma, ad quam ſequitur priuilegium immunitatis, nec etiam ſe extendet priuilegium, licet ſimus in fauorabilibus, quia non poteſt ſubſiſtere ſine ſuo fundamento.

5 Imo neque ſumus in fauorabilibus, quia priuilegia immunitatis ſunt ſtrictè interpretanda tanquam odioſa, & contrarius commune *l.* 1. *ff. De iure immunitatum.* Præſertim quia immunitas iſta derogat iuri publico, quod vult, quod delicta non remaneant impunita. *l. Ita vulneratus, ff.* Ad *leg. Aquiliam*; & ideo tanquam odioſa debent ſtrictè accipi, etiam ſi eſſet beneficium principis, quia adhuc eſt ſtrictè interpretandum, quando derogat iuri publico, vt tradunt Angel. *in l. fin.* De *conſtit. princ.* Ias. *ibid.* Bald. *in l.* 2. *C.* An *ſer. ex ſuo facto.* Dec. *Conſil.* 468. *n.* 32. Et ita notat Tiber. Decian. *lib.* 6. *Crimin. cap.* 25. *n.* 14.

6 Et prædicta confirmari poſſunt ex eorum doctrina, qui aſſerunt, quod Palatia Epiſcoporum gaudent priuilegio immunitatis, ſi ſint annexa Eccleſiæ: non autem, ſi ſeiuncta ſint, & diſtantia. Ita Oldrad. *Conſil.* 55. Innoc. *in Cap. Inter alia* ver. *Sed alij.* De *immunit. Eccleſ.* Butr. *num.* 9. Anania *num.* 10. Turrecrem. *in Cap. Id conſtituimus*, 17. *Quæſt.* 4. *num.* 117. Couaruu. *lib.* 2. *Variar. cap.* 20. *num.* 5. ver. *Quinto inſertur.* Decian. *lib.* 6. *Crimin. cap.* 25. *num.* 14. teſtans id ſeruari in praxi. Clar. *lib.* 5. *Recept. ſentent. quæſt.* 30. ver. *Scias etiam.* Bobadil. *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 85. Ambroſin. *De immunit. cap.* 10. *num.* 7. Bonac. *diſp.* 3. *de legib. quæſt.* 7. §. 2. *n.* 8. Piaſecus *in praxi Epiſcop. par.* 2. *cap.* 4. *art.* 8. *numer.* 2. & alij. Vnde hæc doctrina habet locum etiam in præſenti caſu; quia ſi connexitas campanilis facit, quod gaudeat immunitate tanquam pars Eccleſiæ, ſeiunctio, & diſtantia faciet, quod non gaudeat.

7 Ex his colligitur à fortiori, quod ſi communitas accommodaret ſuum campanile alicui Eccleſiæ, vt poſſet vti campanis ad conuocandos populos, & cœteros vſus, tale càmpanile non gauderet priuilegio immunitatis, quia non ſolum non eſſet locus ſacer, aut religioſus, ſed neque pars materialis Eccleſiæ, nam adhuc eſſet ſub dominio Laicorum, & campanæ eſſent per ſe primò ordinatæ ad vſus laicos, & conſequenter etiam campanile.

8 Colligitur 2. contra Nouar. *num.* 1. citat. Non ſufficere, vt locus aliquis gaudeat immunitate, quod in ipſo exerceantur opera pia, vt pulſare campanas in Dei honorem, aut quod ibi afferuntur res ſacræ, nam in Oratorijs priuatis celebratur ipſum ſacrificium, & multoties etiam conſeruantur reliquiæ ſanctorum, & tamen non gaudent immunitate, vt declarauit S. Congregatio Epiſcop. *die* 17. *Nouembris* 1617. & Congregatio immunit. *die* 9. *Decembris* 1631.

An quæ in bello iniuſto capiuntur à militibus, ſint obligata reſtitutioni. Quæſt. 4.

S V M M A.

1 *Capta in bello iniuſto an fiant capientis.*
2 *Bellum eſt de iure gentium, & ſecundum ipſum regulatur.*
3 *Capta in bello iniuſto ſolemni fiunt capitis.*
4 *Cogens ludere, non tenetur reſarcire damna ludentis, ſi perdat.*
5 *Quæ ex hoſtibus capiuntur, fiunt capientis.*
6 *Dauid victis Amalecitis retinuit ſpolia, licet alias reſtituenda.*
7 *Faciens actum cenſetur ſe adſtringere legibus de ipſo diſponentibus.*
8 *Ius belli diſponit, quod capta fiant capientis, licet bellum ſit iniuſtum.*
9 *Diuiſio rerum eſt de iure gentium.*
Ius gentium inualuit ex communi conſenſu.
Diuiſio rerum ſub qua modificatione licet.
10 *Capta in bello iniuſto non fiunt capientis cognita iniuſtitia.*
11 *Ius belli non aſſiſtit bello iniuſto.*
Principium cuiuſque rei eſt ſpectandum:
12 *Bellum iniuſtum infert vim iniuſtum, nec deturbat poſſeſſione:*
13 *De iure naturali poteſt quiſque defendere ſe & ſua.*
Ius belli non deſtruit ius naturale.
14 *Milites poſſunt excuſari à reſtitutione raptorum.*
15 *Milites vnde poſſint iudicare, bellum eſſe iuſtum.*
In dubio præſumitur pro principe.
16 *Miles dubius de iuſtitia belli, an excuſetur à reſtitutione.*
In dubijs melior eſt conditio poſſidentis.
17 *Praxis declarat, in bello iniuſto non poſſe rapi hoſtium bona.*
18 *Cur coactus ludere non ſit indemnis ſeruandus.*
19 *Capta in bello fiunt capientis, ſi bellum ſit ex titulo iuſto.*
Vis quando concedatur.
Bellum quando poſſit habere locum.
20 *Quæ ſpolia Dauid abſtulerit ab Amalecitis.*
21 *Leges belli diſponunt ſolum de bello iuſto.*
22 *Res iure belli quomodo poſſint ammitti.*

---

1 Conuenit omnes, quod acquiſita in bello iuſto fiant capientis, quia iam habet iuſtum titulum acquirendi, ſicut habet iuſtum titulum bellandi. Vnde ſolum difficultas eſt, quando bellum eſt iniuſtum, an tunc fiant capientis, an verò debeant reſtitui? & difficultas præcipuè procedit, quò ad bona mobila, quæ milites vſurpant in hoſtili territorio. Prima autem ſententia tenet, quod non fiant capientis, & proinde ſint reſtituenda. Ita Caſtrenſ. *in repet. l. Manumiſſiones. ff.* De *iuſt. & iure*. Fortunius *in eamdem l.* vbi late. Iaſ. *in l. Ex iure. nu.* 23. *cod. tit.* Guerrer. *in Speculo Princip. cap.* 47. Sotus *lib.* 4. *de iuſt. & iure quæſt* 2. *ar.* 2. loquentes de captiuitate in bello captorum, & de cœteris. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure. cap.* 5. *num.* 12. ver. *Aduerte tamen*, Couaruu. *in reg. Peccatum. part.* 2. S, 11. vbi alios allegat. Iaſ. *in l.* 1. *num* 8. *not.* 4. *ff.* De *acquir. poſſeſ.* Aluat. *ibid. num.* 8. Cabedo *Deciſ.* 88. *num.* 2. *par.* 2.

2 Et quidem ita abſq; dubio eſſet tenendum, ſi bellum, & ea, quæ ad ipſum veniũt in conſequentiam regularentur ſecundum regulas ordinarias iuſtitiæ. Quia tamen bellum eſt de iure gentium, Cap. *Ius gentium. Diſt.* 1. Et *l. Ex hoc iure ff.* De *iuſt.*

iuſt.& iure. atque adeo & quæ ad ipſum conſequuntur, vt direptiones, cedes, incẽdia &c. ideò de his omnibus non ſecundũ ordinarias regulas iuſtitiæ, ſed ſecundum ius Gentium decernendum eſt.

3 Quare, quod capta in bello, etiam iniuſto fiant capientis & proinde non ſint reſtituẽnda, tenet Ferdinandus Vaſquez lib. 1. *Controuer. illuſtr. cap. 9. numer. 14. & ſequent.* vbi latè, & *cap. 10. numer. 2.* dummodo tamen bellum ſit ſolemne, & publicum, atque adeo inter eos, qui illud indicere poſſunt. Et fauet etiam praxis, nam, quæ in bello milites capiunt, non reſtituuntur, nec principes illa reperũt; imo nec poſſibile eſſet illa reſtituere: vnde, ex hac conſuetudine videtur inducta cõſuetudo ex tacito bellantium conſenſu, quod quiſque ſibi retineat, quæ capit de bonis mobilibus pertinentibus ad hoſtes.

4 Et hoc eſt conforme illorum doctrinæ, qui volunt, quod cogentes aliquos ludere non teneãtur reſtituere damnũ, quod victi patiuntur, quia licet inferant iniuriam, dum cogunt ludere, non ſunt tamen cauſa damni; nam tàm lucrari poſſunt, quàm perdere, & ideo ſunt in eadem ſorte, & fortuna; nec aliqua inæqualitas inducitur, dum coguntur ludere, quæ concernat res ludo expoſitas. Ita tenent Molina *de iuſt. & iure tract. 2. de contractib. diſp. 516.* Franciſcus Garzia *par. 2. de contractib. cap. 19.* Sanchez *lib. 4. de matrim. diſp. 10. num. 10.* Alcozer *de Ludo cap. 21.* Adrian. *in 4.* tit. *De reſtit. quæſt. de Ludo*. Et probabile putant Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure cap. 26. dub. 2. num. 9.* Diana *par. 2. tract. 17. reſol. 27.* ver. *At mihi*. Sic ergo cum bellum fiat æqua ſorte ex vtraque parte, ſi quidem tàm vna, quàm altera pars vincere poteſt, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè ſuſcipiatur bellum, interuenit æqualitas tàm quò ad periculũ, quàm quò ad ſpem victoriæ, & ideo quiſq; ſibi retinere poterit, quod in bello capit, tanquam æqua ſorte cum hoſte contendens, & ſolum peccabit princeps; dum iniuſtè bellũ mouet, quia coget ſubditos ſe exponere fortunæ belli.

5 Et hæc ſententia habet fundamentum etiam in iure, quatènus vniuerſaliter ſtatuitur, quod, quæ ex hoſtibus capiuntur, fiant capientium, vt in *l. Naturalem. §. fin. ff.* De *acquir. rer. dom.* ibi. *Quæ ex hoſtibus capiuntur iure gentium ſtatim capientium fiunt*. Nec diſtinguit de bello iuſto, vel iniuſto. & ita docet Gloſ. *in cap. Dicunt aliquis*, verbo *Omnia. 23. Quæſt. 5.*

6 Imo habet etiam fundamentum in ſacra Scriptura quàtenus Dauid victis Amalecitis retinuit ſpolia eorum, tamquam iure acquiſita, non obſtante quod ipſi Amalecitę eſſent latrunculi, & iniuſtè ſpoliaſſent etiam Paleſtinos, nec eorumdem ſpolia in tuto poſuiſſent; quæ quidem, niſi iure belli acquiſiuiſſent, debuiſſet Dauid Paleſtinis reſtituere. Ita *lib. 1. Reg. cap. 30.*

7 Et amplius confir. ex illa regula. Quod faciens actum, cenſetur ſe adſtringere legibus diſponentibus de illo actu, ita vt ad poſitionem actus ſtatim ſubintrent leges illæ, quæ diſponunt circa eumdem actum *l. Si duo. ff.* De *acquir. hæredit.* & notant *ibid.* Gloſ. & Iaſ. Curt. iun. *in Authen. Præterea. n. 23.* C. *Vnde vir, & uxor.* Dec. *ibid. num. 10.* Craueta *Conſil. 75. n. 5.* Alciat. *reg. 3. præſump. 32. num. 14.* Natta *Conſil. 40. num. 22.* & *conſil. 114. num. 10.* Becius *Conſil. 35. num. 11.* Alexan. *conſil. 103. num. 7. vol. 2.* Cagnol. *in l. Qui eum alios n. 8. ff.* De *regul. iur.* alios citans. Caſtrens *in l. Si duo. ff.* De *acquir. hæred.* Boſſius *tit. De principe n. 362.* Riminal. *conſil. 1. num. 14.* Vnde ex ſuppoſitione actus veniunt in conſequentiam & ea omnia, quæ circa ipſum leges ſtatuunt.

8 Lex autem belli de iure gentium ſtatuit, quòd ea, quę in bello capiuntur, fiant capièntis, ſiue bellum ſit iuſtum, ſiue iniuſtum, quia vtrinque æqua ſorte contenditur, cum tàm vna pars, quàm alia poſſit vincere, aut vinci. Vnde Cyrus apud Xenophontem *lib. 5. De Pedia* habet. *Lex eſt ſempiterna inter homines, capta hoſtium vrbe eorumdem res, atque pecunias victori cedere*. & Romani apud Dionyſ. Halicarnaſenſem *lib. 6. Hiſtor.* ad Volſcos reſponderunt. *Nos autem optimum iudicamus poſſeſſionis genus, quod belli iure captum, quæſitumque eſt. Cumq. non à nobis hoc ius ſit inſtitutum, ſed à Dijs veriùs, quàm ab hominibus profectum, omniumque gentium tàm Græcorum, quàm Barbarorum vſum*

proba-

probatum, nihil vobis per ignauiam concedemus, nec bello partis abſtinebimus. Et Ariſt. *l.* 1. *Politicor. cap.* 4. *Lex velut pactũ quoddam commune eſt, quo bello capta capientiũ fiunt.*

9 Et ratio huius legis, ſeu pacti eſt. Quia diuiſio rerum, occupatio ſedium eſt de iure Gentium. Cap. *Ius Gentium. Diſt.* 1. & *l. Ex hoc iure, ff.* De *iuſt. & iure*. Cum autem ius Gentium inualuerit ex communi conſenſu omnium nationum, & tacito quodam pacto ita dictante ratione, vt cõmuniter docent cũ D. Th. 2. 2 *q* 57. *ar.* 3. *in corpore et* dixi in *Theol. morali diſp.* 48. *ſec.* 1. *n.* 11. potuit eodẽ iure modificari rerũ diuiſio, vt ſtaret ſub hac conditione, quod ita fierent propriæ, vt tamen iure belli ab alijs poſſent acquiri; quod factum fuiſſe conſtat ex conſenſu omnium populorum, vt dictum eſt *num. pręced.* Et ideo cum quiſque ſub hac conditione poſsideat, nõ fit ei iniuria, ſi ratione belli ab eo auſeratur, quod poſsidet. Verum tamen eſt, quod hoc ius quò ad bona immobilia apud Principes Chriſtianos eſt valde moderatũ, quia quamuis vnus occupet immobilia alterius ratione belli, non tamen cenſetur iure poſsideri, niſi partium pactum, & conuentio interueniat.

10 Hæc ſunt, quæ pro hac ſententia afferri poſſunt. Quæ tamen defendi non poteſt ex ſuppoſitione, quod bellum ſit iniuſtum, & vt tale cognoſcatur. Vnde tenendum eſt. *Quod capta in bello iniuſto non fiant capientis, ſed ſint reſtituenda ſuis poſſeſſoribus, niſi aliunde capientes excuſentur à reſtitutione.* Et hoc fuit ſeruatum in praxi etiam ab ipſis Gentilibus, vt deſumitur ex Valerio Maximo *lib.* 6. *cap.* 5. ibi *Populus Romanus cum P. Claudius Camertinos ductu atque auſpicijs ſuis captos ſub haſta vendidiſſet, & ſi ærarium pecunia, fines agris auctos animaduertebat, tamen quia parum liquida fide id geſtum ab Imperatore videbatur, maxima cura conquiſitos redemit & prędia reſtituit.* Et Titus Liuius *lib.* 28 *hiſtor.* refert, Romanos reſtituiſſe libertatem, & agros Phocenſibus; & *lib.* 42. refert, Liguribus reſtitutam libertatem, & earũdem bona; & *lib.* 43. narrat, idem ſeruatum cum Abderitis, quia bellum fuerat iniuſtum.

11 Et ratio clara eſt. Quia vſurpatio alienorum bonorum, quæ fit in bello, fundatur tantum in iure belli, quod dat facultatem occidendi hoſtes, auferendi bona ipſorum &c. Ergo, ſi ius belli non aſſiſtit, iniuſtè fit, nec adeſt verus titulus acquirendi dominium in aliena; Quãdo autem bellum eſt iniuſtum, ius belli non aſsiſtit, non adeſt ius, & facultas inferendi bellum, quod non poteſt inferri, niſi ex iuſta cauſa, vt omnes, etiã ipſe Vaſquez concedunt. Ius enim belli originatur ex iuſta cauſa bellandi, qua ſublata, tollitur etiam ius belli; & ſi cauſa ſit iniuſta, iniuſtum quoque erit bellum, & quæcunque in ipſo fiunt, quia ex radice, quæ ſit iniuſtitia, non poteſt iuſtitia pullulare. Vnde ſubintrat regula, quod principium cuiuſq. rei eſt ſpectandum, & ſecundum ipſum iudicandum. *l. Nam origo. ff. Quod vi, aut clam.* & *l. Si tamen. ff.* Ad *Macedonianum* & *l. Pomponius. ff.* De *negoc. geſtis*, & notant Barboſa *in l. Poſt dotem. n.* 75. *ff.* Soluto *matrimonio.* Tiraquel. *in l. Si vnquam.* verbo. *Donatione largitus. num.* 257. C. De *reuocan. donat.* Surdus *De alimen. tit.* 7. *qu.* 34. & *Deciſ.* 102. *nu.* 10. Menoch. *Conſil.* 843. *num.* 37. Tuſch. *littera* P. *Concluſ.* 703.

12 Confir. Stante diuiſione rerum iure Gentium introducta, quicunque poſſidet, iure poſſidet, ita ut ipſum ius Gentium manuteneat poſſeſſionem. Ergo ſi ſine cauſa deturbatur à poſſeſſione, violatur ius, quo poſsidet; nec talis perturbatio per vim in bello poteſt parere acquiſitionem, & dominium, quia actio, qua ius violatur, non poteſt parere aliquid iuſtũ, quale eſt dominium, quod eſt effectus iuſtitiæ. Ergo cũ ius Gentium non poſsit ſibi eſſe contrarium, non poteſt fouere bellũ, quod non habeat iuſtam cauſam, nec ſpoliationes bonorum, alioquin deſtrueret ſeipſum.

13 Confir. 2. Quiſq; de iure naturali habet, quod poſsit ſe defendere, & etiam propria bona, vtpote ad ipſum pertinẽtia: Cap. *Ius naturale. Diſt.* 1. & *l. Vt vim. ff.* De *iuſt. & iur.* & proinde de iure naturali habet, quod ſtante rerum diuiſione, poſsit ſe conſeruare in poſſeſſione. Ergo non potuit introduci de iure Gentium, quod in

bello

bello iniuſto poſsint victores auferre bona victorum, & facere ſua, quia cum ius Gentium ſit ius naturale ſecundarium fundatum in iure naturali primario non poteſt deſtruere abſque cauſa, quæ ſunt iuris naturalis, ſicut deſtrueret, ſi in virtute ipſius poſſent homines in bello iniuſto occidi, ſpoliari ſuis bonis &c. Licet enim poſsit introducere aliqua, quæ ſint contraria iuri naturali, vt captiuitates, & ſeruitutes; non tamen introducit, niſi in vigore iuris naturalis, quod dat facultatem etiam occidendi homines ex cauſa iuſta. Vnde introduxit captiuitates, & ſeruitutes tanquam concernentes publicam vtilitatem, ad quam homines obligat ius naturale, cui magis condueit quod bello capti ſeruentur captiui, quàm occidantur.

14 Ex alio tamen capite poſſunt milites vniuerſaliter excuſari à reſtitutione raptorum in quocunque bello publica auctoritate geſto. Quia nimirum nunquam ipſis conſtare poteſt de iniuſtitia belli. Et ratio eſt, quia cauſe, ob quas Principes bella mouent, ſecretæ ſunt, & quamuis aliquando aliquæ publicentur, vt plurimum non ſunt ſolæ, nec principales, & ideo non poteſt miles priuatus ferre iudicium de iuſtitia, vel iniuſtitia belli, cum nō habeat nōtas omnes cauſas, quibus princeps aut reſpublica mouetur.

15 Deinde. Nunquam inter principes Chriſtianos mouetur bellum, niſi aliqua iuſta cauſa prætendatur; priuatus autem miles, quamuis ipſi non videatur ſufficiens cauſa, poteſt tamen deponere conſcientiam, & iudicare, quod ſit ſufficiens, dum illam Princeps, cum ſuis conſiliarijs, aut reſpublica putat ſufficientem. Rurſus ſemper pro bello ſtat auctoritas extrinſeca, nam dum Princeps cum ſuo conſilio, aut Reſpublica illud decernit; cum ſint perſonæ obligatæ ad curandam publicam vtilitatem, & prudentes, & agatur de negotio grauiſſimo, ex quo ipſi quoque Principi, Conſiliarijs, Senatoribus graue damnum ſequi poteſt, præſumendū eſt, quod non moueantur, niſi ex graui cauſa ad bellum, & proinde iuſtum ſit; præſertim cum non conſtet euidenter de iniuſtitia: vnde etiam in dubio deberet præſumi, quod princeps tanquam bonus, & rectus iuſtè agat *l. Merito ff.* Pro *ſocio*. & *l. Quoties. §. Qui dolo. ff.* De *probat*. & Cap. *Dudum*. & Cap. *fin*. *De præſumpt*. Vnde etiamſi miles iudicaret, bellum eſſe iniuſtum, poſſet ſequi opinionem, quod ſit iuſtum; quæ probabilis eſt ab extrinſeco principio publicæ auctoritatis, qua geritur, cū poſsit quiſque relicta propria opinione ſequi alienam, etiam minus probabilem, vt cum pluribus Doctoribus dixi in *Deciſ. moralib. Deciſ. 15. num. 1. & ſequen.*

16 Denique ad ſummum miles poterit eſſe dubius de iuſtitia belli, quia licet ipſe ex aliquibus motiuis poſsit iudicare fuiſſe iniuſtum, adhuc tamen non eſt certus, quod Princeps, qui bellum mouit, nō habuerit alias cauſas præſertim occultas, quæ ſufficiant ad bellum iuſtificandum, & ideo remanebit dubius de iuſtitia belli ſpeculatiuè, practicè tamen, dum ſuſcipit onus militandi deponat dubium, & conſequenter, licet dubitet poſtea, an iuſtè poſsideat, quæ rapuit hoſtibus, in dubio tamen, cum ſit melior conditio poſsidentis, tribuente poſſeſsione iuſtum titulum retinendi, non tenetur reſtituere, vt tradunt communiter Sotus *in 4. diſt. 27. quæſt. 1. ar. 2. circa fin.* Medina *C. De reſtit. quæſt. 17. §. Corolariè ſequitur*. Syluester *verbo*. Præſcriptio 1. *qu*. 3. Henriquez *lib. 14. ſum. cap. 15. in fine*. Azor. *par. 1. lib. 2. cap. 19. quæſt. 6.* Couaruu. *Regula Poſſeſſor. par. 2. §. 7. num. 4.* Cenedo *Ad Decret. Collect. 50. num. 4.* Victoria *relect. de iure bel. dub. 3. propoſ. 4 num. 3.* Molina. *De iuſt. & iure. tract. 2. diſp. 35. ver. Verum enimuero* Sayr. *lib. 1. Clau. reg. cap. 13. num. 12. & 14.* Villalob. *par. 2. ſum. tract. 11. difficul. 12. num. 2.* Boſsius *De conſcien. tit. 1. par. 2. §. 50 num. 1732.* vbi alios plures citat.

17 Neque vrgent, quæ in oppoſitum allata ſunt, nam, quod dicitur de praxi, non iuuat, quia de tali praxi non poteſt conſtare, ſiquidem Principes Chriſtiani conueniunt inter ſe quò ad immobilia: ſi vero mobilia nō reſtituuntur, ideo fit, quia vtrinque, licet bellum non ſit iuſtum, præſumitur tamen ex vtraque parte probabiliter iuſtum, & ideo in tali caſu non poteſt afferri praxis, quod capta in bello iniuſto

non

non reſtituantur. Imo praxis eſt potius in contrarium, ſiquidem aliquando ſoluitur certa ſumma pecuniæ pro damnis illatis, aut aliquo alio modo compenſantur, reſtituuntur tormenta bellica, & alia ſimilia.

18 Nec eſt eadem ratio de iis, qui minis, aut alio modo coacti ludunt, quia coactio antecedit ludum, nec influit in contractum quò ad ſubſtantiam ſed adhuc manet in ſua natura, & retinet intrinſecam ſuam iuſtitiam. At quando cauſa belli eſt iniuſta, ſeu non adeſt cauſa iuſta, ipſum bellum eſt in ſua ſubſtantia iniuſtum; & ideo quicquid in ipſo fit, iniuſtè fit. Accedit etiam, quód communior opinio eſt in contrarium.

19 Nec faciunt iura, quia licèt vniuerſaliter dicãt, quod capta in bello fiunt capientis, hoc tamen non poteſt extendi ad bellum iniuſtum: tum quia iura debẽt accipi ſecundum regulas generales iuſtitiæ, atque adeo non poſſunt tribuere dominium ſine iuſto titulo: bellum autem iniuſtum nõ dat iuſtum titulũ acquirendi. Tum quia iura loquuntur de bello, quatenus à iure naturali, iure Gentium, & diuino permiſſum eſt: non eſt autem permiſſum, niſi ex iuſta cauſa, quia vis non eſt inferenda, niſi ad defenſionẽ, quando ſcilicet, aut armis, aut alio modo quis in bonis, aut perſona opprimitur. *l. Itaque ff.* Ad *leg. Aquiliam*, & *l. Vt vim. ff.* De *iuſt. & iur.* & *l. 1. §. Vt vim vi. ff. De vi, & arm.* Vnde Tullius *lib. 3. De offic.* ait. *Cùm ſint duo genera decertandi, vnum per diſceptationem, alterum per vim; cumque illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi vti non licet ſuperiore.* Et ratio eſt; quia bellum ordinatur ad pacem, quam habet, pro fine: atque adeo ex intrinſeco ſuo ſupponit perturbatum ordinem, in quo pax conſiſtit, & inæqualitatem rerum, vnde oriatur perturbatio ordinis, & iniuſtitiam; vnde bellum non poteſt inferri, niſi pro reponendo ordine, in quo pax conſiſtit, & conſequenter niſi ex iuſta cauſa: vnde bellum iniuſtum non eſt bellum, ſed mera vis.

20 Neque fauet exemplum Dauidis, de quo ſupra *num.* 6. Quia licet Amalecitæ, quos vicit, eſſent latrunculi, non tamen retulit ab ipſis alia ſpolia, niſi, quæ ipſi abſtulerant à Sicileg, quam deuaſtauerant, & incenderant, hæc autem ciuitas erat ſub imperio Dauid, & ideo ipſe recuperauit ſolum, quæ erant ſui populi, non autem aliquid, quod Amalecitæ alteri iniuſtè abſtuliſſent.

21 Nec iuuat, quod faciens actum ſe adſtringat legibus loquentibus de tali actu, quia ex hoc ſolum ſequitur, quod bellans legibus belli ſtare debeat: Leges autem belli non diſponunt, niſi de bello iuſto, quia introductæ ſunt ad regulandum bellum quatenus permiſſum. Et falſum eſt, quod lex belli ſit, quod capta in bello iniuſto fiant capientis, ſed tantũ in bello iuſto, de quo ſolum diſponunt, vt conſtat ex dictis *nu.* 10. Imo lex naturalis vetat bellum iniuſtum, vt conſtat ex ſupradictis.

22 Ad id, quod vltimo loco affertur *nu.* 9. reſp. Quod potuit quidem iure Gentium modificari rerum diuiſio, & poſſeſſio, vt eſſet ſub hac conditione, quod iure belli poſſint amitti. Vnde vt ex hoc capite poſſint amitti, debet locum habere ius belli: non habet autem locũ, quando bellum eſt iniuſtum, quia tunc continet meram vim; non autem ius, neque enim in eo, quod iniuſtum eſt, ius fundari poteſt.

An maritus conſumens fructus dotis in alenda vxore, & vltra ſoluens ei annuam penſionem ad libitum diſtrahendam, teneatur ad ipſam poſt ſeparationem thori. Quæſt. 5.

S V M M A.

1 *Maritus tenetur alere vxorem.*
2 *Vxor inſeruit marito.*
Alimenta debentur iis, qui ſunt in obſequio.
3 *Alere manentes in noſtro obſequio eſt de iure naturæ.*
4 *Alimenta debentur vxori iuxta ſtatum ipſius licet dos ſit exigua.*
5 *Facta ſeparatione thori non tenetur maritus ad annuam penſionem ad libitum diſtrahen-*

bendam, ſi fructus dotis inſumantur pro alimentis.
Pacta ſunt ſeruanda, ſed non vltra intentionem paciſcentium.
6 *Non veriſimilia non veniunt in generali obligatione.*
Obligatio mariti pro annua penſione vxori ſoluenda oritur ex affectu maritali.
7 *Maritus cur ſoluant vxoribus annuas penſiones.*
Obligatio ex cauſa cum tractu ſucceſſiuo ceſſat ceſſante cauſa.
8 *Vxor non poteſt abſq. culpa priuari ſuis commodis, & iure quæſito.*
Vxor cenſetur manere in obſequio mariti, ſi per ipſam non ſtet.
Maritus non debet ex ſua malitia reportare commodum.

---

1 DIfficultas procedit ſuppoſito, quod pacto ſe obligauerit ad annuam pēſionem, ita vt excederet fructus dotis, qui pro alimentis expendebantur. Eſt autem ſupponendum, quod maritus tenetur alere vxorem, ſiue dotem attulerit, ſiue non *l. Quod ſi nulla. ff.* De *relig. & ſumpt. fun.* & tradunt Innocent. *in Cap. Per veſtras.* De *donat. inter vir. & vxor.* Specul. *tit. Qui filij ſint legit. §. 1. num. 28.* Bart. *tract. d alimen. nu. 28.* Cin. *in l. Quod in vxorem. C.* De *negoc. geſt.* Alexan. *num. 8.* & alij *ibid.* Bald. *in l. Pro onerib.* C. De *iure dot.* Guido Papa. *queſt. 439. init.* aſſerens ita iudicatum fuiſſe in contradictorio iudicio. Roman. *Singul. 317. nu. 1.* Surd. *De aliment. tit. 7. qu. 19. n. 1.* Molin. *De ritu nupt. lib. 3. queſt. 41. num. 3.* & communiter cum Gloſ. *in l. fin.* C. De *diuort.*

2 Et ratio eſt. Quia vxor inſeruit marito, & manet in eius obſequio *l. Si cum putemus. ff.* De *operib. lib.* & *l. Aſsiduis* C. *Qui pot. in pig. habean.* & Cap. *Eſt ordo. 3. Qu. 5.* Exigit autem recta ratio naturalis, vt eis alimenta præbeamus, quos in noſtro obſequio tenemus *l. In rebus §. Poſunt ff. Commodati.* & *l. Serui §. Quas impenſas. ff.* De *ædilit. edicto,* & *l. Sed & ſi quid. §. Sufficienter. ff.* De *vſufr.* & notant inter alios Grammat. *Deciſ. 103. nu. 23.* Benincaſ. *De pauper. qu. 8. in contract. ſpecial. 2. num. 4.* Bart, *in l. Quod in vxorem.* C. De *negoc. geſt.* Socin. iun. *Conſil. 114. num. 42. lib. 3.* Lara *in l. Si quis à liberis. §. Si mater. num. 69. ff.* De *Liber. agnoſc.* Gratian. *Diſcep. forenſ. cap. 374. num. 31. lib. 2.* Roman. *Conſil. 517. init.*

3 Atque hæc obligatio deſcendit à iure naturali, ſiquidem iuſtitia, quæ iure naturali obligat, exigit, quod compenſentur ſeruitia, & obſequia nobis exhibita, quatenus deſcendit à iure naturæ iuxta doctrinam D. Th. *2. 2. quæſt. 85. ar. 1. ad 1.* & *quæſt. 87. ar. 1.* & *queſt. 147. art. 3.* & *quodlib. 2. quæſt. 4. artic. 8.* Et ideo hæc obligatio non oritur ex dote, ſed fundatur in obſequio, quod mulier tanquam ſubdita exhibet viro.

4 Ex quo fit, quod ſi dos ſit exigua, & inſufficiens ad alendam vxorem, debeat nihilominus exhibere cōgrua alimenta ſtatui ipſius ex dict. *l. Quod ſi nulla. ff.* De *relig. & ſumpt. fun.* & notant inter alios Roman. *Conſil 517. init.* Fontanella *de pact. nupt. Clauſ 6. Gloſ. 2. par. 3. num. 14.* Nam adhuc militat eadem ratio, quod maneat in obſequio viri.

5 Ex hoc autem reſoluitur dubium propoſitum, nempe. *Non teneri maritum ſoluere vxori poſt ſeparationem thori illam annuam penſionem, ad quam ſe obligauit, ad libitum diſtrahendam ab vxore.* Ratio autem eſt. Quia licet pacta ſint ſeruanda *l. 1. ff. De pactis.* & *l. 1. ff. De conſtit. pecun.* tamquam ea, quæ deſcendunt à iure naturali. *l. Iuris gentium. ff.* De *pactis* vbi Doctores. & *l. Cum amplius. §. Ilis natura. ff* De *reg. iur.* & Cap. 1. De *pactis.* Non tamen ſunt extendenda vltra intentionem paciſcentium *l. Non omnis. ff.* De *reb. cred.*

6 In præſenti autem pactum de ſoluenda annuatim dictam penſionem non extenditur ad caſum, in quo fiat ſeparatio thori, ſed videtur habere tacitam conditionem, quandiu vxor manſerit in obſequio viri; tum quia reſpiciens ad ſeparationem thori non eſt veriſimile, quod ſe obligaſſet, etiam in tali caſu, & proinde non venit in generali obligatione de ipſa ſoluēda *l. Obligatione generali. ff.* De *pignorib.* Tū quia non eſt veriſimile, quod, dum ſe obligauit ad hanc penſionem, reſpexerit ad caſum ſeparationis thori, præſertim, quia

obli-

obligatio habuit initiũ ab affectu maritali argum. ex *l. Stipulantem. §. ſacr. ff.* De *verbor. obligat.* & proinde nec quod habuerit intentionē ſe obligandi pro tali triſti caſu.

7 Deinde cum dicta penſio promiſſa ſit in hunc finem, vt poſſet vxor expenſas aliquas facere, quæ cōcernerent ſplendorem nobilitatis, reducitur ad alimenta, quatenus inſeruit pro manualibus, & quotidianis expenſis perſonarũ nobiliũ. Ergo facta ſeparatione thori nō eſt amplius debita; quia non debetur tanquam fructus dotis, cum ſit ſupra ipſos, & ipſi ſufficiant pro congruis alimentis. Nec ratione obſequij, quod præſtet, quia ceſſat ob ſeparationem thori: præſertim quia cenſetur ſolui intuitu obſequij, quod præſtet viro, ſicut cenſentur ratione illius ſubminiſtrar. alimenta. Vnde cum habeat ſolutio penſionis tractum ſucceſſiuum, nempe annuum; & ceſſet cauſa, cuius intuitu ſoluitur, & ſuſcepra eſt obligatio, ceſſabit etiã obligatio ſoluendi. *l. Cum te.* C. De *pactis* & Cap. *Cum ceſſante.* De *appellat.* & notat Rota *Deciſ. 50. n. 3. & 7.* & *Deciſ. 428. num. 2. part 1. Recent.*

8 Hæc tamen doctrina tũc ſolum habebit locum, quando vxor ipſa cauſam dedit ſeparationi thori: non autem, quando cauſam dedit maritus. Et ratio eſt, qui nō poteſt vxor ſine cauſa, & propria culpa priuari ſuis commodis, & iure quæſito Cap. *Iam itaque 1. Quæſt.* 4 & Cap. *Si habes* 24. *Quæſt.* 3. & Cap. *Queris.* De *conſecrat. Diſt* 4. Cum enim talis penſio debeatur ſub conditione obſequii præſtandi marito, dum per ipſam non ſtat, quin præſtet, cenſetur adimplere cōditionem, vt tradunt Bart. *in l. In teſtamento 1. ff.* De *condit. & demonſtr.* Bald. *in l. 1. num. 8.* C. De *inſtit. & ſubſtit.* Bruſel. *lib 3. de condit. tit. 4. nu. 4.* Menoch. *Prǽſumpt. 183. num. 18. lib. 4.* Nèc maritus debet ex ſua malitia reporrare commodum, quale eſſet, ſi liberaretur à ſolutione penſionis. *l In fundo, ff.* De *rei vendicat.* & *l. Itaq fullo. ff.* De *furtis.* & Cap. *Inelleximus.* De *iudic.* & Cap. *Sedes.* De *reſcriptis.*

An vacante Sede Veronenſi poſſit Vicentinus Epiſcopus exequi litteras Apoſtolicas ſibi ſpecialiter demandatas, ſed tanquam viciniori. Quæſt. 6.

S V M M A.

2 *Epiſcopus ſpecialiter delegatus, licet non ſit vicinior, poteſt exeq*ui *commiſſionem.*

Expreſſio falſi circa cauſam impulſiuam non vitiat reſcriptum.

Subſiſtente cauſa finali ſubſiſtit voluntas, licet deficiat impulſiua.

3 *Habilitas perſonæ eſt cauſa finalis electionis pro commiſſione.*

4 *In ijs, quæ de facili conceduntur, non habet locum ſubrepsio.*

5 *Falſitas circa accidentalia non inducit ſubreptionem.*

6 *Vicinitas, quando ſit commiſſio viciniori, quomodo attendatur.*

7 *Locus quando dicatur vicinus.*

8 *Si in ſignatione ſupplicationis non exprimatur certus Epiſcopus, attendenda maior vicinitas.*

Qualitas fundamentalis iuriſdictionis eſt iuſtificanda.

9 *Exequutor datus à Papa non poteſt mutari à Cancellaria.*

1 CVm in reſcripto Apoſtolico gratia conceſſa fuerit cum clauſula *Committatur viciniori Ordinario*, in expeditione Bullarum pars ſuggeſit, quod exequutio committeretur Epiſcopo Vicentino putãs ſufficere, quod vni ex vicinioribus committeretur; vnde dubitatur, an Epiſcopus Vicentinus poſſit illas exequutioni mandare; cum in ipſis litteris exiſtat clauſula *Qui, vt aſſeritur, vicinior ordinarius exiſtit.* Si quidē non ipſe, ſed Mantuanus eſt vicinior Ordinarius. Et quia commiſſio ſpecialiter facta eſt Epiſcopo Vicentino, difficultas in eo conſiſtit, an expreſſio falſi, quod nimirũ Epiſcopus Vicentinus ſit vicinior, reddat nullam commiſſionem.

2 Pro reſolutione autem difficultatis tenendũ videtur. *Quod non reddat nullam commiſſionem, & proinde quod poſſit Epiſcopus Vicentinus validè procedere in exe-*

quutione litterarum Apoſtolicarum ſtante, quod exequutio ipſi ſpecialiter demandata ſit. Et ratio eſt. Quia ſola expreſsio falſi circa cauſam finalem, non autem circa cauſam impulſiuam, vitiat reſcriptum, & conceſsionem, vt tradunt Glo. *in Cap. Ex parte 2. verbo. Falſa. De conuerſat. Coniug.* Dec. *in Cap. Poſtulaſti. num. 11. not. 4. De reſcrip.* Beroius *in Cap. Super Litteris. num. 35. in relect. Eodem tit.* Paris. *Conſil. 4. n. 35 uol. 4.* Couaruu. *lib. 1. Variar. cap. 20. nu. 5. ver. Falſitat.* Staphileus *De litteris grat.* Tit. *De vi, & effec. clauſ. init. num. 5.* Syluester. *verbo. Reſcriptum. queſt. 6. & 7. init.* Henriquez *lib. 12. de matrim. cap. 3. num. 7* Loazes *de matrim. dub. 5. n. 37. 44. & ſequen.* & alii, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib. 8. de matrimonio diſp. 21. num 32.* Et ratio eſt, quia ſola cauſa finalis regulat diſpoſitionem, & facit ipſam ſubſiſtere tanquam ſibi commenſuratam; vnde licet deficiat cauſa impulſiua, adhuc ſubſiſtet diſpoſitio, cum adhuc habeat ſuum fundamentum, & adæquatum motiuum: & proinde non deficiat voluntas, quæ cũ à fine trahatur, cauſa finali ſubſiſtente ſubſiſtit etiam voluntas, licet deficiat impulſiua, vt notant communiter Doctores ex Cap *Poſt tranſlationem. De renunciat*, & Cap. *Et ſi Chriſtus. De iureiur.* & Cap. *Cum ceſſante. De appellat.* & ex Cap. *Dudum.* ver *Nos igitur. De prębend.* ibi, *Conſiderantes quoque, quod nos expoſito nobis de poteſtate prędicta, nihilominus litteras gratioſas daremus.*

3 Maior autem vicinitas nõ eſt cauſa finalis commiſſionis, ſed impulſiua; nam cauſa finalis eſt electio perſonæ habilis, pro exequutione litterarum, cum hæc influat in totam diſpoſitionem, & principaliter conſideretur, & ſine qua nõ fieret commiſsio iuxta doctrinam Crauetæ *Conſil. 192. num. 22.* & *Conſil. 299 num. 1,* Bec, *Conſil. 45. num. 38.* Duran. *De condit. & mod. impoſſib. par. 3. cap. 2. num. 1 1.* per tex. *l. 2. §. fin. ff. De donat.* & ideo falſa expreſsio circa ipſam non vitiat commiſſionem.

4 Præſertim quia cum maior vicinitas Epiſcopi Mantuani ſit tàm exigua, vt non veniat in conſiderationem, & proinde, ſi Pontifici ſupplicatum fuiſſet, vt cõmiſsio fieret Epiſcopo Vicentino de facili annuiſſet, præcipuè quia conſideraſſet, quod commiſsio facta Epiſcopo Mãtuano tanquam extra ditionem Venetã non bene aud ta fuiſſet, & aliquam ſuſpicionem parere potuiſſet. In ijs autem, quæ de facili conceduntur, non habet locum ſubreptio, iuxta doctrinam, quam per tex. Cap. *Accedens. De crimine falſi.* tradũt Butrius *in Cap. Dilectus. num. 10. De reſcrip.* Imola *in Cap. Super litteris. Eodem tit.* Felin. *ibid.* Petrus Gregor. *n. 9.* & alij. Plot. *Conſil 29. num. 1. lib. 1.* Marcheſan. *De commiſ.* Tit. *De commiſ. in part cap. 3. num. 10.* Garzias *de Benefic. par. 8. cap. 3. num. 114.* Seraphin. *Decis. 954. num. 1.*

5 Et amplius confir. Quia agitur de litteris commiſsionis, & delegationis, in quibus non habet locum ſubreptio, quia falſitas non eſt circa ſubſtantialia, ſed tãtum circa accidentalia, qualis eſt maior, aut minor vicinitas cum paruo exceſſu, vt tradunt Felin. *in c ap. Super litteris.* ver. *Adde meliorem tex. De reſcrip.* Bald. *in l. Præſcriptio num. 27. C. Si contra ius.* Hondeded. *Conſil. 24. n. 64 lib. 1.* Petrus Gregor. *in Cap. 50. nu. 3. De reſcrip lib. 1.* Marcheſan. *De commiſſ. tit. De commiſſ. in part. cap. 3. num. 10.* Anton. Theſaur. *Queſt. Forenſ. lib. 1. queſt. 4. num. 9.* Lancelot. *De attent. cap. 20. limit. 12. n. 15.* Menoch. *De arbitrar caſu 202. num. 30.* Leonel. *De ſubrept. reſcript. queſt. 5. art. 5 & 6.* Moneta *De commutat. vltimar. volunt. cap. 6. num. 319 in fine.* Garzias *de benefic. par. 8 cap. 3. nu. 114* Coccin. *Decis. 74. n. 4.* Ludouiſ. *Decis. 435. num. 5.* & communiter Doctores *in l. fin. C. de precib. Imp. rat. offeren.* per illum tex. Et hæc ſuppoſita expreſsione falſi.

6 Verum non fuiſſe expreſſum falsũ, dum dictum fuit, Epiſcopum Vicentinũ eſſe viciniorẽ, deducitur ex doctrina Pyrrhi Corrad. *in praxi diſpenſat. Apoſtolicarum lib. 7. cap. 4. num. 18.* vbi ſingulariter notat per tex. Cap. *Statutum De reſcriptis in 6.* ibi. *A fine ſuæ diœceſis.* quod vicinitas attenditur ſecundum fines, & fines diœceſum non autem ſecundum diſtantiam ciuitatum. Vnde cum tàm diœceſis Vicentina, quàm Mentuana confinis ſit

dioece-

diœceſi Veronenſi, nec Mantuanus Epiſcopus, nec Vicentinus dici poteſt vicinior, cum vterque æquè confinis ſit, ſed ambo dicentur viciniores reſpectu non confinium; vnde quando expreſſum fuit, quod Vicentinus ſit vicinior Ordinarius, verum fuit expreſſum. Et quamuis non fuerit maior vicinitas, quæ attenditur ſecundum diſtantiam Cathedralium iuxta diſpoſitionem Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 9. *de reformat.* & declarationem S. Cõcil. Congregat. vt apud Collectorem ad *dic. Cap.* fuit tamen expreſſa maior vicinitas ſecundum aliũ modum eam menſurandi, quod ſufficit, vt non dicatur expreſſum falſum.

7 Et pro confirmatione facit, quod iſta vicinitas in caſu præſenti conſideratur ſecundum locum. Locus autem dicitur vicinus, etiamſi diſtet per centum milliaria, vt notat Gloſ. *in l. Dies cautioni. §. Si tam vicinum. ff.* De *dam. infec.* aut vt alii volunt, ſi diſtet per duas leucas ita Bar. *in dict. l. Dies cautioni: §. Si tam vicinum. ver. Quęrit. Gloſ. ff.* De *dam. infec.* Cepolla *De ſeruit. tit. de mari,* per tex. Cap. *Nonnulli. De reſcrip.* & Cap. *Præſenti. De præben. in* 6. Quare loca, quæ minus diſtabunt, erunt viciniora, & conſequenter omnis diœceſis confinis, atque adeò eius Ordinarius erit vicinior, & ita plures erũt viciniores reſpectu vicinorum.

8 Verũ ſupradicta locum haberent, quando ita ſignaretur ſupplicatio, vt decerneretur cõmiſsio Epiſcopo Vicentino, ſeu alteri nominatim expreſſo tanquam viciniori. At, ſi in ſignatioue decernatur præcisè, quod committatur Epiſcopo viciniori, eſt abſolutè attendenda maior vicinitas, quia tunc maior vicinitas eſt qualitas fundamentalis commiſſæ iuriſdictionis: atque adeo iuriſdictio committitur ſub conditione talis qualitatis; quæ proinde verificanda eſt, vt locum habeat delegatio Gloſ. *in Clem.* 1. verbo. *Repererint. De offic. de leg.* Card. *in Clemen.* 1. *n.* 18. De *conceſ. præben.* Ancharan. *conſil.* 36. *nu.* 4. *ver. Item ex alio capite.* Dec. *conſil.* 603. *n.* 9. Gozadin. *conſil* 2. *num.* 16. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 1. *num.* 3. Præſertim, quia iuriſdictio delegata non extenditur de perſona ad perſonam. Cap. P. & G. De *offic. deleg.*

9 Nec per Cancellariam, aut quemcunque alium immutari poteſt exequutor datus à Papa, vt tradunt Felin. *in Cap. Super litteris num.* 12. *ver. Amplia.* De *reſcrip.* Bellam. *deciſ.* 46. *in fine.* Rebuf. *in Praxi. par.* 2. *Signat. num.* 59. Rota *in Meleuitana penſionis.* 26. *Iunij.* 1620. coram Litta apud Marcheſan. *De commiſsion. par* 1. *pag.* 528. *num.* 6 & in *Hertana Parochialis.* 12. *Decemb.* 1597. coram Peregrino apud eundem Marcheſan. *ead. par.* 1. *pag* 964. *num.* 1. & 3. Et ideo, ſi in ſignatione ſupplicationis decernatur commiſsio facienda viciniori, nõ poterit in expeditione litterarum ad alium dirigi: ſed ſolum exprimi nomen vicinioris Epiſcopi.

An priuilegia conceſſa apud Regulares pro Theologis, valeant etiam pro Canoniſtis. Queſt. 7.

SVMMA.

1 *Canoniſtæ fruuntur priuilegijs conceſſis apud Religiones pro Theologis*

Priuilegia, non extenduntur etiam ob maioritatem rationis.

2 *Priuilegia extenduntur ad æquiparata*

Diſpoſitum de vno ex æquiparatis eſt etiam diſpoſitum de alio.

3 *Valet argumentũ de vno ad aliud ex æquiparatis*

4 *Theologia, & ius canonicum æquiparantur.*

1 Breuiter reſoluendum eſt. *Quod Canoniſtæ quoque fruantur iiſdem priuilegijs, quæ apud religiones conceduntur pro Theologis: & proinde etiam iiſdem immunitatibus, exemptionibus, gratijs &c.* Ratio autem eſt. Quia licet priuilegia non extendantur ob identitatem, vel etiam maioritatem rationis, vt tradũt Panorm. *in Cap. Canonica.* De *ſent excommunicat.* Felin. *in Cap. Tranſlato. n.* 12. De *conſtit.* Rebuf. *De decim. queſt.* 14. *num.* 7. *in fine.* Suarez lib. 8. *De legib. cap.* 28 *nu.* 11. Salas. *diſp.* 17. *de legib. ſect.* 8. *n.* 48.

Azor. par. 1. lib. 5. cap. 23. quæſt. 2. & communiter.

2 Hoc tamen ceſſat, quando ſumus in æquiparatis à iure, quia hæc habentur pro vno, & eodem; vnde quod eſt diſpoſitum de vno, intelligitur etiam diſpoſitum de altero. *l. 1. ff.* De *leg. 1.* vbi *Bart.* & cœteri Doctores. Gloſ. *in l. Si quis ſeruo.* C. De *furt.* & Gloſa Canonica *in Cap.* Si *poſtquam* §. *fin.* De *elect. in* 6. Roman. *Conſil.* 129. Alexan. *Conſil.* 17. *num.* 3. *lib.* 3. Beroius. *Conſil.* 27. *num.* 3. *lib.* 1. Menoch. *De arbitr. caſu.* 88. *nu.* 8. Gabr. *Conſil.* 21. *nu.* 37. *lib.* 1. Paris. *Conſil.* 22. *n.* 42. *lib.* 2. Rolan. *Conſil.* 27. *num.* 2. *lib.* 1. Villagut. *De extenſ. leg. Rubr. De extenſ. leg. correct. & pen. ſim. num.* 64. Euetar. *loco A ratione legis larga. nu.* 52. Honded. *Conſil.* 75. *nu.* 25. *lib.* 1.

3 Et proinde valet argumentum ab vno æquiparatorum ad aliud. *l. Stichus. ff.* De *manumiſ. teſtam.* & tradunt Socin. iun. *Conſil.* 71. *n.* 2. *lib.* 3. Menoch. *Conſil.* 32. *n.* 17. Bec. *Conſil.* 8. *num.* 9. *vol.* 1. Viuius. *Deciſ.* 255. *n.* 19. *lib.* 2. Surd. *De aliment. tit.* 9. *q.* 1. *num.* 9. Rota *Deciſ.* 6. *num.* 3. & 5. *par.* 3. *Recent.* Quia nimitum æquiparatio operatur, præſertim quando eſt à iure, quod idem iudicium, quod eſt de vno, ſit etiã de altero, & quod, dum diſponens cogitauit de vno, cogitauerit etiam de altero.

4 Theologia autem, & ius canonicum æquiparantur in iure Cap. *Cum de diuerſis.* De *Priuileg. in* 6. vbi ſtudentes iuri canonico priuilegiantur, ſicut priuilegiantur ſtudenres Theologiæ in Cap. *Super ſpecula.* De *magiſtris.* & in Cap. *Licet vobis.* De *prabend.* Vnde Doctores quoque vtriuſque facultatis erunt æquiparati, & cum æquiparatio ſit in ordine ad priuilegia, non erit reuocandum in dubium, quod priuilegia conceſſa pro vnis, nõ ſint etiam conceſſa pro aliis. Quod etiam tenet Gloſ. *in dict. Cap. Cum de diuerſis.* De *priuileg. in* 6. *in figuratione caſus* aſſerens Doctores Modernos ſic ſentire. Archidiacon. *in dict. Cap. Cum de diuerſis.* Felin. *in Cap. fin.* De *magiſtris.* Panor. *ibid.* Nauarr. *cap.* 25. *Manual. nu.* 58. Merol. *tom.* 3. *theol. mor. diſp.* 6. *cap.* 6. *dub.* 7. *n.* 240.

An Doctor Theologus, aut Iuris canonici &c. fruatur priuilegijs actu legentium, ſi exerceatur in aliquo exercitio ſui Doctoratus. Quæſt. 8.

S V M M A.

1 *Doctores actu non legentes, ſi ſint in aliquo exercitio ſui Doctoratus an fruantur priuilegijs &c.*
Dignitas cum adminiſtratione eſt maior dignitate ſine adminiſtratione.
2 *Exercitium Doctoratus facit frui priuilegijs &c.*
3 *Doctores exercentes ſuam doctrinam in beneficium communitatis, non minus proſunt, ac ſi actu legerent.*
4 *Munus aduocandi eſt remunerandum.*
5 *Ius concedit priuilegia Doctoribus etiam non legentibus, ſi aliud munus exercerant.*
6 *Dignitas cum adminiſtratione quomodo maior.*

1 PRo parte negatiua, quod nimirum actu non legentes non fruantur priuilegijs, & immunitatibus actu legentium, quamuis ſint in aliquo exercitio ſuæ facultatis, citantur Cephal. *Conſil.* 615. *num.* 125. *lib.* 5. Ferdinan. Vaſquez *in Præfat. ad illuſtr. Controuerſiar. num.* 127. Qui tamen hoc non aſſerit, ſed ſolum, quod actu legens præfertur non legenti. Fundatur autem hæc ſententia in *l. Medicos.* C. De *profeſſ. & med.* vbi ſolum habetur, quod medici actu theoricã medicinã profitentes debent eſſe immunes. Confir. Dignitas cum adminiſtratione eſt maior dignitate ſine adminiſtratione *l. 2.* C. *Vt dign. ordo. clar. ſeruet.* Doctor autem actu legens vt pote habens adminiſtrationem ſuæ facultatis eſt dignior non legente, vt habet Socin. *in hanc legem.*

2 Alij tamen tenent, quod Doctor Theologiæ, aut iuris, ſiue ciuilis, ſiue canonici fruatur priuilegiis actu legentium, ſi occupetur in aliquo exercitio ſuæ artis, aut defendendo, aut patrocinando, aut conſulendo &c. Ita Nicolaus de Neapoli

poli.*in l.Profeſſio.* C.De *muner. patr. lib.* 10. Ancharan. *in Clemen. De magiſtris.* Felin. *in Rubr. De magiſt.* Io.de Anania. *ibid.* Aretin. *Conſil.* 94. Guido Papa. *q.* 88. *& q.* 388. Ripa *in l.Centurio. n.* 17. *ff.* De *vulgari, & pupil ſubſtit.* Cagnol. *in Proemio Pandect.* §. *Nos verò. num.* 255. Rolan. *Conſil.* 66. *nu.* 36. *lib.* 1. Natta. *Conſil.* 1. *& Conſil.* 65. *lib.* 1. Quos citat, & ſequitur Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. Centur.* 4. *caſu.* 379. *num.* 3. Matthias Stephan. *lib.* 3. *De iuriſdict. part.* 2. *cap* 5. *num* 41. Vualterus. *De priuileg. Doctor. cap.* 11 §. 70. Lezana *tom.* 2. *quaſt. Regul. cap.* 13. *num.* 42. vbi exemplificat in iis, qui ſcribunt libros edendos, reſoluunt caſus conſcientiæ &c.

3 Dicendum eſt. *Priuilegia actu legentium habere locum etiam quò ad eos, qui actu non legunt, dummodo exerceant aliquod munus ſuæ profeſſionis, ſeu facultatis, in qua Doctorati ſunt*: ità vt fruantur dictis priuilegiis non ſecus, ac ſi actu profiterentur dictas facultates. Ratio autem eſt. Quia huiuſmodi priuilegia ſunt conceſſa Doctoribus actu legentibus, quatenus exercent munus ſuæ facultatis proficuum cõmunitati, ita vt cauſa finalis fuerit honorare, & remunerari excellentiam perſonæ, quatenus illam conuertunt in beneficium communitatis. Qui autem conſulunt, aduocant, & patrocinantur &c, non minus conuertunt ſuam excellentiam, & doctrinam in beneficium communitatis; vnde de aduocatis. *l. Aduocati.* C. De *aducat. diuerſ. iudicior.* habetur. *Aduocati, qui dirimunt ambigua facta cauſarum, ſuaque defenſionis viribus ſæpe publicis in rebus, ac priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant, non minus prouident humano generi, quàm ſi prælijs, atque vulneribus patriam, parenteſque ſaluarent,*

4 Confir. Munus aduocationis tanquã laudabile, & neceſſariũ hominũ vitæ eſt remunerandum principalibus præmiis. *l. Laudabile.* C. De *aduocat. diuerſ. iudic.* Et eadem ratio militat etiam quò ad cõſulentes tàm in ordine ad lites, quàm in ordine ad conſcientiam, imò à fortiori in ordine ad conſcientiam, cum anima potior ſit corpore, & magis neceſſarium eam rectè dirigere. Ergo potientur etiam priuilegiis actu legentium, cum non debeant eſſe inferioris conditionis, ſicuti nec minus vtiles ſunt.

5 Ad fundamentum in oppoſitum reſp. Priuilegia illius legis conuenire nedũ actu legentibus, ſed etiam exercentibus munus ſui doctoratus, de quibus etiam diſponitur, vt patet ex Rubrica, quæ eſt de Profeſſoribus, & medicis: vnde profeſſores, ſeu actu legentes contradiſtiguuntur ab exercentibus munus, & in ipſa lege priuilegia conceduntur etiam Archiatris, ſeu protomedicis, qui diſtinguuntur ab actu legentibus.

6 Ad confir. Dignitatem cum adminiſtratione eſſe maiorem dignitate ſine adminiſtratione, ſi ſit eadẽ dignitas, quià adminiſtratio auget. Vnde dignitas, quæ habet maiorem adminiſtrationẽ eſt maior ea, quæ habet minorem; etiam ſi ſint diuerſæ, quia adminiſtratio maior arguit à poſteriori maioritatem. In caſu autem præſenti, tàm legentes, quàm exercentes alio modo munus ſui Doctoratus habent proportionaliter ſuam adminiſtrationem, dum in beneficium communitatis incũbunt, & ſuam ſcientiam in illius vtilitatem conuertunt.

An prælatus poſsit applicare Monaſterio legatum factum religioſo in vſus perſonales ipſius. Quæſt. 9.

S V M M A.

1 *Relictum Religioſo in vſus perſonales non poteſt applicari Monaſterio.*
Religioſus nihil poteſt vti tamquam proprio.
2 *Relictum Religioſo in vſus proprios eſt ſub modo licentia Superiorum.*
3 *Relictum ſub modo reſoluitur non impleto modo.*
4 *Legatum habens tractum ſucceſsiuum reſoluitur, ſi ſuperiores negent, aut reuocent licentiam.*
Modus habet tractum ſucceſsiuum, quando illum habet diſpoſitio.
5 *Prælatus non poteſt cogere ſubditum, vt cedat Monaſterio vſum legati.*
Poteſtas exequutoris non tranſit in Prælatum.
Vſus perſonalis legati relicti Religioſo eſt volun-

luntas teſtatoris.

6 *Legatum in vſus perſonales non tranſit quò ad dominium in Religioſum.*

Statutum, quod relicta in fauorem perſonalem Religioſi ſint certi Monaſterij, intelligitur quò ad dominium, non quò ad vſum.

---

1 VIdetur affirmatiuè reſpondendum, nam quicquid acquirit Monachus, acquirit monaſterium: vnde cum ſit de iure monaſterii, poterit applicari à Prælato in vſus ipſius. Verum tenendum eſt. *Quod applicari non poſſit, ſed relinquendum ſit quò ad vſum ipſi religioſo, aliàs reſoluatur, & fiat hæredum.* Ratio autem eſt, Quia cum religioſus ratione voti paupertatis obligetur ad nihil habendum, aut vtendum tanquam proprium, ſeu proprio nomine, & voluntate, ſed tantum voluntate, & nomine ſuperioris. Cap. *Non dicatis.* 12. *Quæſt.* 1. & tradit Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *Cap.* 2. *de Regular,* & proinde non poſſit aliquid recipere abſque expreſſa, vel tacita licentia ſuperioris Cap. *Cum ad monaſterium.* De *ſtatu monachor.* non poteſt huiuſmodi legatũ habere locũ, niſi dependenter à volũtate ſuperioris, ſine qua vltima voluntas teſtatoris quò ad hoc legatum non poteſt ſortiri ſuum effectum. Et ideo cum teſtator velit cum effectu hanc ſuam volũtatem impleri, præſumitur legare cum dependentia ab hac voluntate, & legatum eſſe factum ex ſuppoſitione, quod accedat huiuſmodi voluntas, ſeu conſenſus.

2 Quare cum legatum requirat ex ſui natura, quod ſequatur huiuſmodi conſenſus, erit factum ſub modo, ſi quidem requirit talem conſenſum exhibendum poſt actum perfectum, & conſequenter tamq; modum, *l. Mæuia ff.* De *manumiſ. teſtam.* & *l. Demonſtratio.* §. *fin.* & *l. Quibus diebus.* §. *Termilius. ff.* De *condit. & Demonſtrat.* vbi Bart. *num.* 1. Socin. *num.* 7. Alciat. *reſponſ.* 165. *num.* 15. Paris. *Conſil* 19. *n.* 255. *lib.* 2. Sarmien. *lib.* 2. *Select. cap.* 3. *num.* 1. & 4. Menoch. *Conſil.* 131. *num.* 2. Duranus *De condit. & mod. impoſ. par.* 5. *cap.* 1. *nu.* 3.

3 Cum ergo modus ſit conditio reſolutiua, vt proinde eo non impleto reſoluatur actus, *l. Libertas.* § *Hac ſcriptura. ff.* De *manum. teſtam.* Bart. *in l Quibus diebus* §. *Termilius. num.* 13. & §. *Titio. Oppoſit. vlt. ff.* De *condit & demonſtrat.* Dec. *in l. Cum mota. num.* 6. C. De *tranſact*, Socin. *in l. Pecuniam. not. vlt. ff. Si cert. pet.* & *Conſil.* 62. *n.* 3. *lib.* 4. Ancharan, *Conſil.* 69. *circa fin.* Paris. *Conſil.* 5. *num.* 12. *lib.* 4. & alii cum Gloſ. *in l.* 2. *ff.* De *in diem adiec.* Sequitur, quod non accedente conſenſu ſuperioris legatum reſoluatur, & redeat ad hæredes.

4 Vnde ſi poſt exhibitum conſenſum ſuperior regularis illum reuocet, ſi legatũ habeat tractum ſucceſsiuum, vt ſi eſſet annuũ adhuc reſoluetur quò ad futuram ſolutionem. Quia quando diſpoſitio habet tractum ſucceſsiuum, conditio quoq; & modus habent tractum ſucceſſiuum, vt cum aliis notat Iaſon. *in l. Si quis hæredem. num.* 14. *limit.* 4. C. De *inſtit. & ſubſtit.* & in noſtris terminis Sanchez. *lib.* 7. *ſum. cap.* 17. *num.* 7. & ideo deficiente modo reſoluitur.

5 Ex quo fit, quod nequeat Prælatus cogere ſubditum, vt vſum legati cedat monaſterio, quia licet tranſtulerit in ipsũ omnem ſuam voluntatem, non tamen tranſtulit hanc voluntatem verſantem circa vſum legati, quia hæc eſt propria perſonalis religioſi: ſicuti quãdo religioſo conceditur facultas, vt ſit exequutor teſtamentarius, voluntas, & poteſtas exequutoris non tranſit in Prælatum, vt cum Bart. in *quæſt. diſput. quæſ.* 12. *per totam* notat Sanchez, *lib.* 7. *in Decal. cap.* 17. *nu.* 10. Et ratio ſpecialis in hoc caſu eſt. Quia, quod legatum cedat in vſus perſonales religioſi, eſt voluntas teſtatoris, qui talem legem rebus ſuis impoſuit, & proinde voluntas religioſi volentis retinere talem vſum, non eſt voluntas propria ipſius, ſed eſt voluntas teſtatoris, quia eſt exequutio voluntatis ipſius; vnde ſi ſemel ſuperior conſentit, vt ſubditus habeat vſum legati, conſentit etiam, quod induat voluntatem teſtatoris pro exequutione diſpoſitionis ipſius, & proinde tanquam voluntas perſonæ ſibi non ſubditæ non eſt ſub eius diſpoſitione; aliàs poſſet infringere vltimã voluntatem teſtatoris. Quia tamen poteſt vnuſquiſque cedere fauori ſuo, ideo cum hoc legatum ſit factum in fauorem perſona-

onalem religioſi, poterit bona legata in proprios vſus cedere pro vſibus monaſterii, vt in ſimili notat Sanchez *ibid.*

6 Sed quid, ſi in aliqua religione extent ſtatuta, quæ decernant, quod legata facta in fauorem perſonalem religioſorum ſint alicuius determinati monaſterii, v. g. illius, cuius nomine religioſus legatarius emiſit profeſſionem? Reſp. Huiuſmodi ſtatuta accipienda eſſe in terminis habilibus, cum non poſſint præiudicare volũtati teſtatoris, Vnde ſicuti, quando teſtator legat religioſo ea conditione, vt legatum pertineat ad religioſum, non autem ad monaſterium, debet ita accipi, vt relictum quò ad factum, nempe commoditatem, & vſum pertineat ad monachũ: quò ad ius autem, nempe quò ad dominium pertineat ad monaſterium, quia obſtat lex, ne quò ad dominium tranſeat in monachum, vt tradunt Bart. *in Authen. Excipitur. num.* 2. C. De *bon. quę liber.* Angel *ibid. n.* 2. Fulgoſ. & Com. *ibid. in fin.* Bal. *in l. fin. n.* 15. C. *De art. emp.* Tabiena. *verbo.* Monachus. *num.* 15. Roſella. *verbo.* Abbas. *num.* 12. Syluester. *verbo.* Religio. 8 *qu.* 5. Angelus *verbo.* Monaſteriũ. *n.* 1. Peregrin. *Conſil.* 53. *num.* 21 *tom.* 2, Caſtren. *in l. Lucius Titius. §. Tres hæredes. num.* 4. *ff.* Ad *Trebel.* Bellam. *in Cap. Quia ingredientibus. num.* 3. *Cauſa* 19. *Quæſt.* 3. Abbas. *in Cap.* 2. *num.* 8. De *ſtatu monachor.* Fuluius Pacian. *Conſil.* 36. *num.* 74. *tom* 1. Lamberteng. *de iurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *quæſt* 7. *ar.* 10 *num.* 58. Simon de Prætis. *De interpretat. vlt. volun. lib.* 2. *interpret.* 2. *dub.* 2. *ſolut.* 7. *num.* 13. Mantica *De coniectur. vlt. volun. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 10. *num.* 12 Surd. *De aliment. tit.* 8 *priuileg:* 79. *num.* 4. Rodriquez. *tom.* 2. *quæſt. regul. quæſt.* 125. *art.* 2. Molina *tom.* 1. *De iuſt. & iure. diſp.* 140. ver. *Si aliquid teſtamento.* Quos ſequitur Sanchez *lib.* 7. *ſum. cap.* 17. *num* 4. Ità etiam cum reſiſtat voluntas teſtatoris debent ita ſtatuta accipi, vt legatum de iure, ſeu quò ad dominium ſit talis monaſterii: de facto vero, ſeu quò ad vſum, & commoditatem ſit religioſi legatarii. Eſt tamen aduertendum. Quod S. Congregat. Concil. declarauit, Quod Regularis non poteſt habere vſumfructũ bonorum hæreditariorũ, neque etiam cum licentia ſuorum ſuperiorum Regularium, licet in ordine ad religioſos vſus.

An, ſi ante expeditionem litterarum ſoluatur pars penſionis irritetur reſeruatio penſionis. Quæſt. 10.

S V M M A.

1 *Si penſio exigatur ante expeditionem litterarum, reſeruatio irritatur.*
2 *Decretum irritans inducit formam.*
3 *Si exigatur pars penſionis litteris non expeditis, an irritetur reſeruatio.*
Non cenſetur ſoluere, qui totum non ſoluit.
4 *Pœna impoſita à lege non habet locum, niſi actu perfecto.*
5 *Littera non dicuntur expedita, niſi poſtquam plumbata ſunt.*
Non attenditur data relaxationis litterarum, ſed plumbationis.

1 IN reſeruatione penſionis ponitur clauſula, *Penſionem annuam &c. perſoluendam reſeruamus vigore tamen præſentium, nec aliter, alioquin præſens reſeruatio nulla ſit eo ipſo.* Et proinde, ſi pẽſio exigatur ante expeditionem litterarũ, corruit reſeruatio facta in fauorem pẽſionarii, vt ſenſit Rota *in Veronenſi penſionis die* 1, *Iulij* 1592, coram Millino, & apud Mantiçam *Deciſ.* 286. *num.* 5. & ſequitur Loterius. *lib.* 1. De *re benefic. quæſt.* 37. *num.* 8.

2 Cum enim adſit decretum irritãs, quod inducit formam, vt tradunt Doctores Bald. *in l.* 1, *ff.* De *liber. & poſth.* vbi & alii. Socin. iun. *Conſil.* 71. *n.* 23. *lib.* 1. reſeruatio facta ſub tali forma, quod non poſſit exigi, niſi expeditis litteris, corruit, vt pote deſtituta propria forma, & eſſentia: imo cum non ſit formata, ſicut præſcribit Pontifex, deficit intentio, & voluntas ipſius, à qua reſeruatio habet vigorem.

3 Dubitatur modo, an ſi tãtum pars penſionis ſoluatur ante expeditionem litterarum, corruat adhuc reſeruatio. *Et negatiuè videtur reſoluendum.* Quia pars

Penſionis

penſionis non eſt penſio; & proinde ſolutio illius non eſt ſolutio penſionis, ſed inchoatio ſolutionis; neque enim ſoluere cenſetur, qui totum non ſoluit. *l. Hęredes. §. In illa. ff. Familię herciſcun.* Gonzalez *ad regul. 8. Cancel. gloſ. 63. num. 29.* & proinde pœna annullationis reſeruationis non eſt extendenda ad inchoationem ſolutionis, cum pœnæ ſtrictè ſint accipiendæ, & facienda illa interpretatio, quæ ipſas excludat. Cap. *Ex litteris.* De *conſtit.*

4 Accedit etiam, quod pœna impoſita à lege non habet locum, niſi actu perfecto, & conſumato, vt tradunt Gloſ. *in Cap. 1. verbo.* Contrahere. *De conſanguinit. & affin*, Bald. *in l. penul. §. penult. ff.* Ne *quis eum, qui in ius vocat. eſt. vi. ex.* Iaſ. *in l. 2, circa fin. ff.* De *iuriſdict. om. iud.* & *in l. Quomin. Quaſt. 9. ff.* De *flumin.* Decius *in l. 1. §. Hæc autem verba, num. 10. ff.* Quod *quiſque iur.* Alexand. *Conſil. 194. circa fin. lib. 2.* Corn. *Conſil. 147. circa fin. lib. 1.* Cũ ergo annullatio reſeruationis penſionis ſit pęna impoſita à lege, nempe à Sixto V. qui prædictam irritationem iuſſit apponi in litteris, non debet habere locum, niſi actu ſolutionis perfecto, & conſumato, atque adeo perſoluta tota integra penſione.

5 Eſt tamen aduertendum, quod licet litteræ non dicantur expeditæ, niſi poſtquam plumbatæ ſunt, vt notant Gloſ. *antiq. ad reg. 53. Cancel.* Sarnenſ. *in regul. de non iudic. quaſt. 4.* Loterius *de re benefic. lib. 1. quaſt. 37. num. 11.* non tamen attenditur data relaxationis litterarum, ſed data plumbationis, quia fieri poteſt, quod poſtquam plumbatæ ſunt, ex iuſta aliqua cauſa non relaxentur. Et ita notant Sarnenſ. *in Regul. de non iudic. iuxta formam ſuppl. quaſt. 1. num. 5. ver. Eſt tamen vlterius.* Caſſador. *Deciſ. 4. num. 3. ſuper Regul.* Mohed. *Deciſ. 3. num. 1. de probat.* Garzias, *de benefic. par. 4. cap. 2 num 56.* alios citans Mandos. *in reg. 8. quaſt. 3.* Ludouiſ. *Deciſ. 440. num. 5.* Rota *in Gadicenſi Beneficij. 20. Octob. 1578.* coram Brauo. & *in Biſuntina penſionis. 4. Iunij 1603.* coram Sacrato.

An matrimonium hæretici cum hæretica, ſi ſint incolæ loci, vbi Concil. Tridentinum non eſt receptum, valeat contractum coram eorum prædicante in loco, vbi Concilium receptum eſt. Quaſt. 11.

S V M M A.

1 *Aduenæ non tenentur legibus loci. Contractus regulandi ſecundum leges loci.*
2 *Contrahentes matrimonium, vbi Concil. Trid. eſt receptum, tenentur eiuſdem diſpoſitionem ſeruare.*
3 *Diuertentes ad alium locum breuiter reuerſuri non acquirunt proprium Parochum.*
4 *Diuertentes ad locum, vbi non habent propriũ Parochum, fiunt impotentes ad contrahendum matrimonium. Hæretici, vbi Concil. Trident. eſt publicatum, tenentur formam præſcriptam ſeruare.*
5 *Etiam milites hæretici, & eorumdem mulieres. Milites nullibi habent domicilium.*
6 *Milites debent contrahere matrimonium corã Parocho loci, vbi ſunt.*
7 *Non habentes domicilium habitationis, licet aliud retineant, debent celebrare matrimonium coram Parocho loci, vbi ſunt.*

1 Qvamuis ex eo capite videatur poſſe dici validum, quia aduenæ non tenentur legibus loci, vt docent quamplures, quos citat, & ſequitur Sanchez, *lib. 3. de matrim. diſp. 18. num. 6.* & ego ipſe *in Praxi de ieiunio. Deciſ. 201. nu. 4.* & *deciſ. 202. n. 3.* attamen ex hoc capite nõ poteſt dici validum, quia hæc doctrina, quod aduenæ non teneantur legibus loci, in quo ſunt, non valet, quò ad contractus, vt cũ pluribus notat Sanchez *eadem diſp. num. 10.* Quia cum contractus ſit quid pertinens ad forum externum, regulari debet iuxta leges, ſecundum quas procedit illud forum, vt expreſſe deciditur in *l. Si fundus. ff.* De *euict.* ibi. *Si fundus venierit ex conſuetudine eius regionis, in qua negocium geſtum eſt, pro euictione cauere oportet.* Vnde quò ad omnes actus cum incolis communes

teneri

teneri ſeruare leges loci, tradidi in *Theol. moral. diſp. 57. ſect. 9. num. 54.*

2 Et proinde incolæ locorum, in quibus Concilium Tridentinum non eſt receptum, contrahentes matrimonium, vbi receptum eſt, etiam ſi ibi ſint aduenæ tenentur ſeruare diſpoſitionem Concilij, atque adeo contrahere coram parocho; & ita tradunt Petrus Ledeſma *de matrimon. quæſt. 45. pun. 3. dub. vlt.* Sanchez *lib. 3. de matrimonio. diſp. 18. num. 26.* Pontius *lib. 5. de matrimon. cap. 9. num. 1.* Boſsius *de matrimon. cap. 1. §. 29. n. 79.*

3 Verum hæc doctrina patitur difficultatem, quia quando incolæ alicuius loci aliò diuertunt breui reuerſuri ad proprium domicilium, ſicut non acquirunt ibi domicilium, aut quaſi domicilium, ita nec proprium parochum, qui neceſſariò requiritur pro validitate matrimonij ex Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 1. De reformat. matrimonij*, & proinde defectu proprij Parochi non poſſunt ſeruare decretum Concilij, & fruſtra requiritur, quod ſeruent. Vnde matrimonium per ipſos contractū erit nullum, vt docent Panorm. *in Cap. In noſtra. num. 10. De pœnis.* Cephal. *Conſil. 321. num. 23.* Menoch. *Conſil. 49. num. 18.* Nauar. *Conſil. 52. num. 2. De ſponſalib.* Triuultian. *Deciſ. 23. lib. 3.* Molinus *De ritu nuptiar. lib. 2. different. 11. num. 93.* Gutierez cum aliis *De matrimon. cap. 63. num. 6.* Riccius *in Praxi fori Eccleſ. Deciſ. 244. num. 2.* Vallens. *lib. 3. decret. tit. 3. num. 12.* Zipeus *in Analitica iuris Pontif. lib. 4. tit. De ſponſalia. num. 13.* & ipſe Boſsius *De matrimon. cap. 4. §. 8. num. 16.*

4 Ex eo itaque capite tenendum eſt. *Matrimonium, de quo agitur, eſſe nullum, quia diuertendo ad locum, in quo non habent proprium parochum, ſe reddunt impotentes ad contrahendum, quia ſibi reddunt impoſsibilē formam præſcriptā à Concilio ſeruandā in loco in quo contrahūt: & proinde nulliter contrahunt* iuxta Doctores *num. præcedente* citatos. Siquidem hæretici quoque in loco, vbi dictum decretum eſt publicatum, tenentur illud ſeruare, neque ſufficit eorum miniſter iuxta declarationem & Congregationis Concilij tranſmiſſam Epiſcopo Tricaricenſi Apoſtolico Nuncio apud inferiorem Germaniā, & poſtea Eminentiſsimo Cardinali Caraffæ, quam refert Zipeus *in Analitica iuris Pontificij lib. 4. tit. de ſponſalib. num. 16.* quæ talis eſt: *Tertiò. Hæreticos quoque, vbi Decretum dicti Cap. 1. eſt publicatum, teneri talem formam obſeruare: & propterea etiam ipſorum matrimonia abſque forma Concilij, quamuis coram miniſtro hæretico, vel magiſtratu loci contracta, nulla, atque irrita eſſe.*

5 Et hoc extendendum eſt ad milites hæreticos, & mulieres, quæ ſequuntur ſigna; ſiquidem hi, cum nullam habeant fixam ſtationem, ſed debeant eſſe ſemper parati ad proficiſcendum, quò iubentur, & per accidens ſit, quod diu morentur, habentur pro vagis: cum nullibi habeant domicilium, aut conſtantem ſedem. *L. Eius, qui manumiſit. ſ. fin. ff. Ad municip.* & tradunt Doctores communiter, quos citat & ſequitur Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 25. num. 1. & 2.*

6 Et ideo debent adhibere parochum loci, vbi reperiuntur, ſicut debent vagi iuxta Rebel. *par. 2. De obligat. iuſt. lib. 2. quæſt. 8. num. 3.* Coninch. *De ſacram. diſp. 27. de matrim. dub. 2. num. 20.* Valenſ. *lib. 4. Decretal. tit. 3. num. 12.* vel quemcunque alium parochum, vt cum aliis docet Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 25. numer. 11.* Henriquez *lib. 11. ſum. cap. 3. littera B.* Gutierez *de matrim. cap. 65. num. 10.* Naldus *verbo.* Matrimonium *num. 3.* Leſſius *lib. 4. de Iuſt. & iure. cap. 2. nu. 49.* Laiman *lib. 4. theol. tract. 10. par. 2. cap. 4. nu. 3.* Vener. *lib. 1. Examin. Epiſcop. cap. 49. n. 1. & 3.* Filliuc. *tract. 10. cap. 6. num. 212.* Bonac. *quæſt. 2. de matrimon. pun. 8. numer. 6.* Reginal. *lib. 31. Praxis fori pœnit. nu. 239.* Pontius *lib. 5. de matrim. cap. 14. n. 5. & alij.*

7 Et hoc extendendum eſt ad eos quoque, qui retinent domicilium originis, vel quodcunque aliud acquiſitum, ſed de præſenti vagantur, nec habent domicilium habitationis: nam hi quoque ſunt vagi, vt docent Imola *in Cap. Dilectus. num. 10. De reſcrip.* Socin. *in Cap. fin. numer. 57. De foro competen.* Clarus *lib. 5. recep. ſenten. §. fin. quæſ. 39. vbi. Sed hic quæro.* Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 25. num. 1.* Gutierez *de matrim. cap. 65. num. 2.* Boſsius *de matrim.*

cap.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cap.4. §.55. *num.* 165. Quia, cum ſint extra proprium domicilium, & careant fixa habitatione, de præſenti verè ſunt vagi.

An ſtante conſuetudine, quod quarta funeralis ſoluatur Cathedrali in obitu aduenæ, debeatur etiam, quando in propria domo moritur. *Quæſt.* 12.

S V M M A.

1 *Stante conſuetudine quarta funeralis debetur Cathedrali, etiamſi aduena in certa Parochia receperit ſacramenta.*
2 *Quarta funeralis ſpectat ad Eccleſiam, cui de iure incumbit miniſtrare ſacramenta.*
3 *Si aduena decedat in propria domo, quarta funeralis an ſpectet ad Cathedralem.*
4 *Habitans in propria domo non contrahit domicilium, niſi habeat animum permanendi.*
5 *Domus propria, & alia bona non inducunt domicilium.*
Quid requiratur ad contrahendum domicilium.
6 *Quarta quando debeatur Parochiæ, ſi aduena decedat in propria domo*
Iura concordanda ſunt.
Ex breui mora Eccleſia loci non acquirit ius ſepulturæ.

1 Stante conſuetudine, quod aduenæ ſepeliantur in Cathedrali, eidemque quarta funeralium ſoluatur, dubitatum fuit, an hoc habeat locum, quando aduena in aliqua ſpeciali parochia recepit ſacramenta: ſuper quo conſulta S. Concilii Tridentini Congregatio ad fauorem Eccleſiæ Piſaurienſis reſpondit *die* 22. *Ianuarij anno* 1628. Adhuc quartam funeralem deberi Cathedrali.

2 Quæ reſpõſio fundatur in eo, quod ſtante cõſuetudine prædicta aduenæ fiũt quaſi parochiani Eccleſiæ Cathedralis; & ideo de conſuetudine ſpectaret ad ipſam miniſtrare ſacramenta, atque adeo de iure quoque, cum conſuetudo ius inducat. Quarta autem funeralis ei Eccleſiæ debetur, ad quam de iure ſpectat miniſtrare, non autem miniſtranti, iuxta ea, quæ tradunt Abbas *in Cap. Extirpanda.* §. *Qui verò. num.* 11. *De præbend.* Rebuf. *in Concord. tit. de Collat.* §. *Statuimus. verbo. Parochialis ver. Qui dicatur parochianus.* Nouar. *De nouo iure Pontif. concl.* 1. tit. *de decim.* Riccius *in Praxi. reſol.* 291. *num.* 2. *par.* 4. Quia ius ad quartam funeralem ſequitur ad ius miniſtrandi ſacramenta.

3 Verum adhuc dubitatum fuit, an hoc ipſum haberet locum, ſi aduena decederet in propria domo, quam ibi poſſideret, & ad quã ſoleret diuertere recreationis cauſa: non autem, vt contraheret domicilium, aut quaſi domiciliũ: & proinde ſoleret in illo loco per dies paucos morari. Pro cuius ſolutione tenendũ eſt. *Quod quarta funeralis adhuc debeatur Cathedrali iuxta dictam conſuetudinem*, & declarationem S. Congregat. & doctrinã Innocent. *in Cap. Nos. De ſepult.* Tabienæ *verbo:* Canonica portio. *num.* 17. Angeli *ibid.* Syluestri *ibid. n.* 10. Hoſtienſ. *in Cap.* 1. *De ſepult.* Io. Andr. *ibid.* & alij cum Gloſ. *in Cap. In noſtra De ſepult.* quæ habet locum ſaltem vigore conſuetudinis.

4 Et ratio eſt. Quia, licet habitet in propria domo, adhuc tamen conſtat de animo breui recedendi, ita vt nec per notabilem anni partem velit inhabitare; ſed tantum dictam domum manuteneat, vt identidem per paucos dies ad locum diuertat, quod non ſufficit ad contrahendum domicilium, cum pro hoc requiratur animus habitandi perpetuò iuxta *l. Domicilium ff.* Ad Municip. & tradũt communiter Socin. *in Cap fin. ver Sexto principaliter. De foro compet.* vbi latè. Alciatus *in l. Prouinciales. num.* 2. *ff.* De *verbor. ſignificat.* Gail. *obſeruat.* 36. *num.* 3. *lib.* 2. Nec quaſi domicilium, quia pro hoc non ſufficit habitatio breuis temporis, ſed requiritur longa habitatio iuxta ea, quæ cum aliis tradunt Sanchez *lib.* 3. *de matrimon. diſp.* 23. *n.* 1. *& ſequent.* Riccius *reſolut.* 292. *n.* 2. *par.* 4.

5 Præſertim quia domus propria, & quæcunque alia bona non faciunt domicilium, vt tradunt Gloſ. *in Cap. Cum nullus, verbo Domicilium De tempor. ordinat.* allegans text. *l. Libertas.* §. *Sola. ff.* Ad *municip.*

nicip. Barilis cum aliis *De lege municip. diſquiſit.* 1. S. 4. *num.* 35. Si quidem duo, coniunctim requiruntur ad contrahendum domicilium, nempe habitatio actualis, & animus ibi perpetuò manendi *l. Domicil. ū. ff.* Ad *municip.* & *l. Non vtique. eod. tit.* & *l. Ciues.* & *l. Cum neque.* C. De *incol.* & Cap. 1. 2. & 3. *De ſepult. in* 6. aut ibi manendi per maiorem anni partem pro cõtrahendo quaſi domicilio. Secluſo autem etiã quaſi domicilio locum habet prædicta conſuetudo, & declaratio S. Congregationis, de qua *num.* 1.

6 Nec obſtat altera declaratio S. Cõgregationis, in qua dictũ fuit, quod quarta debeatur Parochiæ, quando aduena deceſsit in propria domo; quia debet accipi in terminis habilibus, vt ſcilicet locũ habeat, quando conſtat, aut de animo contrahendi ibi domicilium, aut quando ita habitauerit in propria domo, vt habeat ibi quaſi domicilium ob lõgam moram, nam concordari debet cum altera declaratione, quod in obitu aduenarum quarta debeatur Cathedrali, iuxta vulgata iura *l. Sed & poſteriores.* & *l. Non eſt nouum. ff.* De *legib.* Neque enim per breuem moram, præſertim ſi ſit recreationis cauſa Eccleſia loci acquirit ius ad ſepeliendum, & conſequenter ad quartam, ſed ſepeliendus eſt mortuus, vbi aliàs ſepeliri deberet Cap. *Is, qui. De ſepult in* 6.

An ſi contra reſidentiam, & ſeruitium perſonale ſit legitimè præſcriptum, poſſit Capellania conferri ſimplici Clerico. Quæſt. 13.

S V M M A.

1 *Conditiones appoſita in fundatione beneficij poſſunt præſcribi.*

2 *Præſcripta reſidentia, & perſonali ſeruitio Capellania, aliàs ſacerdotalis, poteſt cõferri ſimplici Clerico*

3 *Si ſit præſentandus Capellanus, qui miſſas celebret, inſtituitur ſimplex Capellania.*

4 *Quid ſi dicatur, quod præſentetur Sacerdos, ſeu presbiter.*

5 *Habens Capellam an teneatur ſuſcipere ſacerdotium.*

Capellania cum onere celebrandi poteſt conferri ſimplici Clerico, niſi aliter cautum ſit.

1 EX diſpoſitione teſtatoris Capellania requirebat reſidentiam, & quod Capellanus per ſe ipſum celebraret: ſucceſſu autem temporis hæ conditiones in deſuetudinem abierunt, ſi quidem Capellani neque reſidebant, neq. per ſeipſos celebrabant, & tantum temporis elapſum eſt, quod ſufficit pro præſcriptione. Dubitatur modo, an poſsit conferri ſimplici Clerico, qui neque potentia ſit ſacerdos. Eſt autem præmittendum, quod conditiones appoſitæ in fundatione Capellaniæ, ſeu beneficii præſcribi poſſunt, ſi concurrant neceſſaria pro præſcriptione, vt tradunt Nauar, *Conſil.* 1. *num.* 1. & 7. *De præſcript.* Praxis Epiſcopalis. *par.* 2. *verbo.* Beneficium. *num.* 14. Lara *de Anniuerſar.* & *Capel. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 52. Quia ſcilicet iura fundationis tranſeunt ad Eccleſiam, contra quam habet locũ præſcriptio, & proinde etiam contra conditiones poſitas in fundatione.

2 Hoc autem ſtante, *Si reſidentia, & perſonale ſeruitium ſit legitimè præſcriptum, poterit capellania conferri ſimplici Clerico, etiam ſi in fundatione appoſitum ſit, quod debeat reſidere, & per ſe ipſum celebrare.* Ratio autem eſt. Quia detractis conditionibus legitimè præſcriptis remanet ſolum diſpoſitio, quod eligatur Capellanus, qui tot, vel tot miſſas celebret, atque adeo ſimplex inſtitutio Capellaniæ.

3 Quãdo autem fundator dicit, quod præſentetur, ſeu eligatur Capellanus, qui miſſas celebret, inſtituitur ſimplex capellania, quæ non eſt ſacerdotalis, ſed conferri poteſt ſimplici Clerico, vt tradunt Lappus. *alleg.* 35. *num.* 2. & *allegat.* 117. *num.* 2. Felin. *in Cap. Cum omnes. n.* 32. *in fine.* De *conſtit.* Dec. *ver. Sed quando. in* 2. *lectura.* Cardin *in Cap. Si multa.* ver. *Quaro. ſi habens.* De *praben.* Ferret. *conſil.* 112. *inst. lib.* 4. Gonzalez *in Reg.* 8 *Cancel. Gloſ.* 5. *num.* 77. Moneta *de commut. vlt.* 10. *lun.*

*lun.cap.*10 *num.*54. Tabiena *verbo*. Benef. 3.*num.*20. Armilla *num.*83. Silua. *de Beneſ. par.*4.*quæſt.*2.*numer.*3. ver. *Et hoc procedit*, Squillant. *de priuileg Clericor.cap.*4.*nu.* 27. Riccius *in Praxi par.*3. *reſol.* 101. Lara *De anniuer. & capel. lib.*2. *cap.* 5.*num.*8. Barboſa *de poteſtate Epiſcopi.allegat.*29.*nu.*43. Rota *in Romana capel.* 23. *Ianuar.* 1589. coram Pamphil. *& in Lucana capel.* 12. *Decem.*1593. coram Gyptio. & in *Tiracon. capel.*9. *Iunij.* 1603. coram Sacrato. apud Gonzalez *citat*. Quia per prædictam diſpoſitionem ſolum imponitur Capellano onus celebrandi; huic autem oneri ſatiſfacere poteſt per alium, quia non eſt onus perſonale, quod exigat impleri ab ipſo capellano.

4 Imo, etiam ſi teſtator dixiſſet, quod præſentetur, ſeu inſtituatur ſacerdos, ſeu præsbiter, qui miſſas celebret, adhuc poſſet per alium celebrare, & capellania non eſſet ſacerdotalis, ſed poſſet conferri ſimplici Clerico, vt tradunt Rota *in Firmana Altaris*, 5.*Decemb.* 1594. coram Blanchetto apud Garziam *de Beneſ.par.*10 *cap.*2 *num.*37. & in *Pampilonenſi ſacrificij* 11.*Februar.* 1591. apud Gonzalez *in Reg. Cancel.gloſ.*5.*numer.*85. vbi eamdem ſententiam tenet. Alphonſus de Leone. *De offic. capel. quæſt.*4.*Praxi.*6.*nu.*213.

5 Et pro confir faciunt quædam declarationes S. Congregat. quas adducit Garzias *de beneſ.par.*7. *cap.*1. *num.*87. Prima eſt. *Habens capellam non tenetur promoueri ad ſacerdotium, niſi in fundatione cautum ſit, vt capellanus per ſeipſum Miſſas celebret. ſed debet curare, vt per alium Miſſæ in illa celebrentur.* Secunda apud eumdem num.83. *Poteſt conferri ſimplici Clerico capella habens onus celebrandi miſſas, niſi in fundatione cautum ſit, vt per ſeipſum celebret.* Exquibus conſtat. Quod capellania non requirit qualitatem ſacerdotij in capellano, niſi habeat ex vi inſtitutionis per ſeipſum celebrare. Et ideo, quando dicitur, quod eligatur ſacerdos, qui miſſas celebret, non deſignatur qualitas pro idoneitate eligendi, ſed qualitas muneris exercendi, quod cum per alium impleri poſſit, non eſt qualitas perſonalis ipſius propria, & proinde non requiritur, quod ſit actu, vel potentia ſacerdos.

Regulares an validè renuncient priuilegio de certa diſtantia aliarum Eccleſiarum à proprijs. Quæſt. 14.

S V M M A.

1 *In alienatione iurium Eccleſiæ, quando non requirantur ſolemnitates.*
2 *Non fit iniuria rei, quando reſtituitur ad priſtinum ſtatum.*
3 *Regulares non poſſunt renunciare priuilegio de diſtantia aliarum Eccleſiarum.*
4 *Eccleſia non poteſt fundari in loco, vbi præiudicet iam fundatis.*
5 *Priuilegium de diſtantia aliarum Eccleſiarum eſt declaratiuum iuris communis, & ipſi ineſt.*
6 *Renunciatio iuris proprij implicati cum alieno non tenet.*
Renunciatio priuilegij, cui eſt implicatum ius tertij, non tenet.
Conſtituta in fauorem Eccleſiæ, Communitatis; non ſunt ſub priuata diſpoſitione
7 *Priuilegium diſtantiæ Eccleſiarum eſt ob publicam vtilitatem.*

1 QVia Regulares obtinent vt plurimum priuilegium, quod nō poſſint à quocunque erigi Eccleſiæ, niſi in diſtantia centum quadraginta cannarum à ſuis, ideo dubitatur, an poſſint validè abſque licentia Summi Pontificis renūciare huic priuilegio. Et videtur affirmatiuè reſpōdendum per ea, quæ tradunt Abbas *in Cap. Veniens. num.*2.*&* 23. De Preſcrip. Felin. *in cap. Cum omnes. nu* 8. & *in cap. Cum acceſsiſſent. num.* 6. *&* 30. *De conſtit.* Iaſ. *in l Si vnus.§.Pactus, ne peteret. ff.* De Pactis. Gomez *in Reg. De iure quæſi. non tollen.q.*16. Gonzalez *in Reg. de alternat. gloſ.* 7.*n.*14. Crauet. *Conſ.*355. *n.*38. Boer. *Conſ.* 7.*n.*72.*li.*3. Ruin. *Conſil.*2. *n.*8.*lib.*1. Ferret. *Conſ.*38.*n.*1 5.*l.*1. Gozad. *conſ.*26.*n.*55. Tiraq *De iure primogenit. quæſt.* 24. Quos allegat & ſequitur Pellicion. *Quæſt. illuſtr.* 41. *n.*29. Quatenus docēt, quod inalienatione iurium

iurium Eccleſiæ non ſunt neceſſariæ ſolemnitates ad validitatem, quando res reuertitur ad ſui naturam.

2 Ex quo deſumitur fundamentum, quod valeat renunciatio prædicti priuilegii abſque conſenſu Apoſtolico, quia per talem renunciationem res reuertitur ad ſui naturam, & ad ius commune. Non fit autèm iniuria rei, ſi reſtituatur ad priſtinum ſtatum, vt tradit Gloſ. *in cap. Ab exordio.* verbo. *Alſa. Diſt.* 25. allegans tex. *l. Si vnus.* §. *Pactus ne peteret. ff.* De *pactis*.

3 Verum hoc non obſtante tenendũ eſt. *Quod non ſit valida renunciatio priuilegij de diſtantia centum quadraginta cannarum Eccleſiæ erigendæ.* Quod conuincitur ex oppoſito fundamento alterius ſententiæ; nam per renunciationem huius priuilegii res non reuertitur ad ſui naturam, neque ad ius commune, ſed fit contra eius naturam, & contra ius commune.

4 Et ratio eſt. Quia de iure communi non poteſt noua Eccleſia erigi in loco, vbi iam fundatis afferat præiudicium. Cap. *Quæcumque.* & Cap. *Eccleſiæ* 17. *Qu.* 1. & Cap. *Cum dicant.* De *Eccleſ. ædificandis*, & notant communiter *Doctores* præſertim Cardin. *Conſil* 8. *num.* 13 Rota *in Ciuitaten. conſtruc. capel.* 1588. apud Lezanam *in Mari magno Carmelit. n.* 434. Quod etiã fuit innouatum àb Vrbano VIII. in ſua *Conſtit. Romanus Pontifex ſub die* 28. *Auguſti.* 1624. Et eſt ſecundum rei naturam, quia Eccleſia, quæ debet eſſe exemplar charitatis, non debet alteri præiudicium afferre.

5 Hoc autem ſtante fit, quod priuilegium de diſtantia centum quadraginta cannarum Eccleſiæ erigendæ ſit declaratiuum iuris communis; nam præfigit hanc diſtantiam ad tollendum pręiudicium; quod in minori diſtantia afferretur, & quod à iure communi decernitur cauendum, & proinde potius ſit declaratio iuris communis, quàm priuilegium, & inſit iuri declarato *l. Aſſe toto. ff.* De *hered. inſtit.* & *l. Vnum de familia.* §. *Si de falcidia. ff.* De *lega.* 2. & *l. Hęredes pala n.* §. *Si quid poſt. ff.* De *reſtit.* & Clemen. 1. *De iurepatron.* & notant communiter cum Gloſ. *in Cap. Cum te* De *vſur.* & *in Cap. Per ſuas. verbo.* De nouo, *De donat*, atque adeo habetur pro iure communi. Et ideo renunciatio huius priuilegii contineret aliquid contra ius commune, nec per ipſum res reuerteretur ad ſui naturam, ſed ad contrarium ſtatum reduceretur.

6 Præterea. Quando ius proprium ita eſt implicatum cum alieno, vt renunciatio ipſius cedat in præiudicium tertii, non tenet, vt tradunt Felin. *in Cap. Cum dilecta.* De *reſcrip.* Abbas *in cap. Significaſti. num.* 11. *De foro compet.* Caſtrens *in l. pen. in fine.* C. *De pactis*, Iaſ. *num.* 14. Dec. *in cap. Cum acceſſiſſent. num.* 23. De *conſtit.* Calderin. *Conſil.* 1. *in fine.* De *pact.* Gozadin. *Conſil.* 88. *num.* 20. Seraphin. *Deciſ.* 324. *num.* 5. & 341. *num.* 7. Mandel. *Conſil.* 74. *num.* 3. Tuſch. *litttera* P. *concluſ.* 759. *n.* 3. Syluester *verbo* Priuilegium. *qu.* 10. Armilla *qu.* 9. Cened. *qu.* 12 *canon. n.* 10. Sigiſm. *De elect. par.* 1. *cap.* 2. *dub.* 25. *num.* 7. Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 39. *num.* 29. Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 6. *num.* 2. Rota *Deciſ.* 32. *num.* 8. *par.* 2. *Diuerſ.* & *Deciſ.* 273. *num.* 3. *par.* 4. Recent. & de renunciatione priuilegii, cui implicatum eſt ius tertii, decidit tex. Cap. *Cum tempore.* De *arbitr.* Et proinde non valet renunciatio priuilegii, quod concernit vtilitatem publicã; quia, quamuis contineat priuatum commodum alicuius, intereſt tamen omnium, quod in priuatis quoque ſeruetur, ſic non poteſt clericus renunciare priuilegio fori, etiam in cauſa, quæ ſolum concernat priuatum intereſſe ipſius. Et ratio eſt. Quia ea, quæ conſtituta ſunt in fauorem Eccleſiæ, communitatis, & publicæ vtilitatis, non ſunt ſub diſpoſitione priuatarum perſonarum, & ideo deficit in ipſis poteſtas, quæ requiritur, vt teneat renunciatio priuilegii iuxta Cap. *Cum ſuper.* De *offic. deleg.*

7 Quare cum priuilegium diſtantiæ centum quadraginta cãnarum ſit ob publicam vtilitatem, & in fauorem eccleſiæ, ne ſcilicet vna Eccleſia à noua Eccleſia erecta pręiudicium patiatur, & vt ipſi inſeruientes commodè, & cum debito decore ſubſtentari poſſint, vt conſtat ex conſtitutione Vrbani VIII. de qua *num.* 4. non poterit validè ipſis renunciari tanquam

habenti implicatum ius tertii, & publicam vtilitatem.

An renuncians priuilegio Eccleſiæ, ſeu communitatis poſsit puniri. Quæſt. 15.

S V M M A.

1 *Renunciatio priuilegij Eccleſiæ eſt nulla.*
2 *Renuncians priuilegio Eccleſiæ, aut cui ius alienum eſt immixtum, poteſt puniri.*
Proprio priuilegio quiſque renunciare poteſt.
Non tamen, quando implicat ius Eccleſiæ, aut ſuperioris
3 Cap. Cum tempore. De Arbitr. *explicatur.*
4 *Actus nullus violat ius prohibens.*
Actus nulli aliquando puniuntur.

1 NEgatiuè videtur reſoluēdum per Cap. *Cum tempore.* De *arbitris*, vbi cum Abbas renunciaſſet cuidam priuilegio cōcernenti Eccleſiam, Pontifex ſolum declarat actum nullum, non autem punit, aut redarguit Abbatem, quod eſt ſignum, quod non erat puniendus. Præterea dum renunciatio eſt nulla, nullum affert præiudicium Eccleſiæ, & proinde non meretur puniri.

2 Verum tenendum eſt. *Quod renūcians priuilegio Eccleſiæ, aut cui ſit immixtum ius ſuperioris, puniri poſſit*, vt ſpecialiter notat Donat. *in Praxi Rerum Regul. par. 1. tract. 12. quæſt. 4. num. 7.* Quia licet poſſit quiſque renunciare proprio iuri, & priuilegio iuxta Cap. *De terra.* De *priuileg.* Quādo tamen implicat ius Eccleſiæ, aut ſuperioris, non poteſt ipſi renūciari iuxta Cap. *Cum tempore.* De *arbitr.* & tradunt communiter. Abbas *in Cap. 1. nu. 4. De foro compet.* & *in Cap. Cum acceſsiſſent. nu. 8. De conſtit.* Innocent. *in Cap. Accedentibus. De priuileg.* Syluester, *verbo.* Alienatio, *num. 18.* Laiman *lib. 1. theol. moral tract. 4. cap. 23. in Quæſt. de priuileg. nu. 20.* Suarez *tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 1 cap. 20. num. 3.* Vnde cum renuncians huiuſmodi priuilegio faciat contra prohibitionem, meretur puniri.

3 Neque obſtant, quæ in contrarium allata ſunt. Nam Abbas, de quo in dicto Cap. *Cum tempore.* De *arbitr.* non tenūciauerat alicui priuilegio, ſed tantum cōpromiſſerat differentias in Arbitrum, qui cum pronunciaſſet, quod renunciaret priuilegijs libertatis, & exemptionis. Abbas noluit ſtare arbitrio, ſed recurrit ad Apoſtolicam ſedem, & Pontifex approbauit arbitrium pro parte, & pro parte reprobauit, quatenus ſcilicet continebat renunciationem priuilegiorum. Ita conſtat ex Gloſ. *ibid. in figuratione caſus*, & indicant verba illa textus. *Cum, & ſi ſponte volueris, de iure tamen nequiueris ſine licentia Roman. Pontificis renunciare priuileg. vel indulgentijs libertatis &c.* Quaſi diceret, ſententia arbitri in hoc non tenet, quod renūcies priuilegiis, quia etiam, ſi ſponte velles, nō poſſes renunciare.

4 Neque obſtat ſecundum, quia, licet actus ſit nullus, adhuc tamen eſt prohibitus, & proinde violat ius prohibens. Et aliàs etiam actus nulli ſolent puniri, vt conſtat in alienatione rerum Eccleſiæ abſque conſenſu Apoſtolico, quæ eſt nulla, & tamen ipſi imponuntur pœnæ in Paulina. *Ambitioſæ.* De *reb. Eccleſ. non alien.*

An obſtet familiaritati, ſi admiſſus ad ſeruitium Cardinalis non exigat expenſas pro victu aſſignatas. Quæſt. 16.

S V M M A.

1 *Quid requiratur, vt quis ſit familiaris.*
2 *Non exigere expenſas ſibi aſſignatas non præiudicat familiaritati.*
3 *Quid ſufficiat pro commenſalitate*
4 *Habitatio in domo illius, cui exhibetur ſeruitium, non requiritur ad familiaritatem.*

1 DIfficultatem facit Cap. *fin.* De *verbor. ſignificat.* vbi, vt quis ſit verè familiaris, debet eſſe commenſalis, & ali expenſis recipientis ad ſuum ſeruitium. Vnde ſi receptus ad ſeruitium non exigat expenſas ſibi pro victu

ctu aſsignatas, deficit conditio, quod recipiat victum.

2 Nihilominus tenendum eſt. *Quod non officiat familiaritati, ſi non exigat expenſas ſibi aſsignatas*. Ità ferè in iiſdem terminis Gambar. *De poteſt. leg. de lat.* Rub. *An legat. poſ. plu. benef. conſer. numer.* 154. Menoch. *De arbitrar. lib 2. Centur. 6. caſu.* 552. *num.* 6 vbi volunt, eum eſſe commenſalem, cui datus eſt locus in Tinello, licet vti nolit.

3 Ratio eſt. Quia ad commenſalitatem ſufficit, quod aſſignetur menſa expenſis domini, aut quod aſsignentur expenſæ pro menſa; nam eò ipſo, quod fit aſsignatio, & exhibetur ſeruitium, cuius intuitu aſſignantur dictæ expenſę, ſeruiens facit illas ſuàs, & proinde completur conditio requiſita ad familiaritatem; ſiquidē verificatur, quod vnus ſeruiat, & alter exhibeat menſam pro ſeruitio. Quod autem ſeruiens non exigat portionē ſibi aſsignatum, inducit nouū actum liberalis relaxationis dictæ portionis, quæ eſt quædam donatio; familiaritati autem non obſtat, quod familiaris donet domino.

4 Et hoc habet locum, etiam ſi non habitaret in domo Cardinalis: aut Epiſcopi, ſed in propria domo, dummodo illi inſeruiat, vt notant Gomez *in Reg. Cancel. de impetr. benef vacan. per obit. fam. Card. quæſt.* 13. ver. *Vlterius*: Anton. Bard. *tract. De temp. vtili. cap.* 17. *num.* 2. ver. *Sicut diximus*. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu.* 202. *num.* 119. Quia conditio habitationis in Domo Cardinalis, aut Epiſcopi, non requiritur in dict. Cap. *fin.* De *verbor. ſignificat. in* 6. vbi aſsignantur conditiones neceſſariæ, & ità etiam declarat praxis.

An clericus, qui rogatus ab amico ſcripſit proceſſum in cauſa ſanguinis, cum eſſet Notarius, excuſari poſsit ab irregularitate. Quæſt. 17.

S V M M A.

1 *Notarius excipiens dicta teſtium in cauſa ſanguinis, eſt irregularis.*

Paſqualig. Quæſt. Selectæ.

2 *Proferens, aut dictans ſententiam in cauſa ſanguinis fit irregularis.*

Appellatione ſententiæ veniunt etiam Acta.

Quænam inducant irregularitatem in cauſa ſanguinis.

3 *Non habet locum irregularitas ex defectu lenitatis, niſi ſententia habeat effectum.*

Quodnam ſit fundamentum irregularitatis ex defectu lenitatis.

4 *An ſi abſens damnatus ad mortem veniat in poteſtatem curiæ, fiant irregulares, qui concurrerunt ad damnationem.*

Occidens damnatum ad mortem tanquam proſcriptum, non fit irregularis ex defectu lenitatis, ſi non ſit proſcriptus.

1 NOn pertinebat ad ipsū ſcribere acta in cauſa ſanguinis, ſed deficiente conſueto notario ſubrogatus eſt ipſe. Quod autem notarius conficiens acta, ſeu ſcribens dicta teſtium, incurrat irregularitatem ex defectu lenitatis, tradunt communiter cum Gloſ. *in Cap.* 1. *verbo* Ad ſacerdotium. *Diſt.* 51 D. Antonin. 3. *par. tit.* 28. *cap.* 2. *poſt. init.* Henriquez *lib* 14. *ſum. cap.* 14. *num.* 2. Auila De *cenſur. par.* 7. *diſp* 5. *ſect.* 2. *dub.* 1. Suarez *diſp.* 47. *de cenſur. ſect.* 4. *nu.* 1. & 2. Coninch *de cenſur. diſp.* 18. *de irregularit. dub.* 10. *n.* 92. Sayrus *De cenſur. lib.* 7. *cap.* 16. *num.* 4 Gaſpar Hurtad. *De cenſur. diſp.* 2. *de irregularit. difficul.* 11. *nu.* 38. Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 21. *difficul.* 27. *n.* 4. Machad. *de perfec. conſeſ. tom.* 1 *lib.* 1. *par.* 3. *tract.* 18. *do. cum.* 4. *num.* 1. Sylueſter *verbo*. Homicidiū. 3. *Quæſt.* 2. Vgolin. *De cenſur. cap.* 8. *init. num.* 1. Et ratio eſt. Quia notarius cooperatur ad ſententiam ſanguinis tanquam publica perſona, & officialis dans vim ipſis actis, quatenus influunt in ſententiam ſanguinis, & auctorizans teſtium dicta. Quod etiam deſumitur ex *Epiſt.* 24. Innocent. 3. relata in Cap. 1. *Diſt.* 51. ibi *Curiales, qui dum parent poteſtatibus, quæ ſibi ſunt imperata fecerunt*. Et rurſus. *Qui in forenſi exercitatione verſati ſunt*. De his autem omnibus dicitur. *Quicunque tales ordinati fuerint, cum Ordinatoribus ſuis deponantur*.

2 Nec obſtat, quod in Cap. *Sententiā. Ne cler. vel Monachi* prohibeatur ſolum

dictare, aut proferre ſententiam ſanguinis: non autē ſcribere acta: ibi. *Sententiam ſanguinis nullus clericus dictet, aut proferat*. Et proinde non ſit extendenda irregularitas ad ſcribentem acta, cum non ſit inducenda pro iis actionibus, pro quibus à iure non imponitur. Nam nomine ſententiæ veniunt etiam ipſa acta, à quorum viſceribus trahitur ipſa ſententia; quæ proinde in iiſdem actibus virtute continetur. Et proinde notat Gloſ. *ibid.* verbo. *Sententiā*; quod prohibentur ea omnia, ex quibus ſequitur, vel ſequi poteſt vitæ amiſſio, vel ſanguinis effuſio. Imo in ipſo tex. inferius ſubditur. *Nec quiſquam Clericus litteras dictet, aut ſcribat pro vindicta ſanguinis deſtinandas.* Dum autem in cauſa ſanguinis ſcribitur proceſſus, ſcribitur aliquid deſtinatum pro vindicta ſanguinis.

3 Adhuc tamen præfatus Clericus excuſari poteſt ab irregularitate, quia ſcilicet ſententia non eſt ſortita effectum, cū ſit lata in abſentem, ſiquidem reus fuga ſe ſubtraxit. Quamuis enim D. Antonin. cum Specul. 3. *par. tit.* 28. *cap.* 2. *poſt. init.* Maiol. *lib.* 2. *de irregularit. cap.* 6. *num.* 3. teneant, quod hæc irregularitas cōtrahitur, etiam ſi non ſequatur effectus. Communis tamen ſententia tenet, quod non habeat locum, quomodocumque effectus non ſequatur. Ita Hoſtienſis *in Cap. Significaſti.* De *homicidio.* Socin. *num.* 4. ver. *Secundo quæritur.* Syluester *verbo.* Homicidium. 3. *quæſt.* 2. Nauar. *Cap.* 27. *Manual. num.* 21 t. Sayr. *lib* 7. *de Cenſur. cap.* 16. *nu.* 4. *in fine.* & *num.* 5. Henriquez *lib.* 14. *ſum. cap.* 12. *num.* 1. Suarez *diſp.* 47. *de cenſur. ſect.* 1. *num.* 3. Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 21. *difficul.* 25. *num.* 2. Coninch *de cenſur. diſp.* 18. *de irregular. dub.* 10. *num.* 92. Auila *de cenſur. par.* 7. *diſp.* 5. *ſect.* 2. *dub.* 1. ver. *Quartò.* Gaſpar Hurtad. *de cenſur. diſp.* 2. *de irregul. difficul.* 1 1. *num.* 38. Machad *tom.* 1. *de perfect. confeſſar. lib.* 1. *par* 3. *tract.* 18. *docum·* 5. *n.* 1. & cōmuniter Doctores in Cap. *Sententiam ſanguinis.* Ne cler. *vel Monachi.* & in Cap. *Ad audientiam.* De *homicidio.* Ratio eſt. Quia fundamentum huius irregularitatis eſt homicidium, ſi quidem homicidium, licet iuſtum, infert defectū lenitatis, ſi ergo deficit fundamentum, nō habebit locum irregularitas. Vndè neque etiam habet locū irregularitas ex delicto ob homicidium, vt tradunt communiter, niſi ſequatur effectus, quamuis aliàs fuerit attentatum, & per attentantem non ſteterit, quin ſequeretur.

4 Maior difficultas eſt, an ſi damnatus ad mortem veniret in poteſtatem curiæ, & morte afficeretur, fieret tunc clericus iſte irregularis. Videtur enim affirmatiuè reſoluendum, quia tunc ponitur effectus, cuius defectu non fuit cōtracta irregularitas. Tenēdum tamen eſt. *Quod neque tunc fiat irregularis.* Ita Henriquez *lib.* 14. *ſum. cap.* 12. *nu.* 5. Auila *De cenſur. par.* 7. *diſp.* 5. *ſect.* 2. *dub.* 1. ver. *Quartò ſit.* Et ratio eſt, Quia pro inferēda morte eſt neceſſarius nouus proceſſus, & noua ſententia, vnde mors non infertur ex vi prioris ſententiæ, ſed ex vi poſterioris, & prior ſententia non ſe habet in genere efficientis reſpectu mortis, ſed in genere obiecti qualificantis reū, & reddentis dignum morte. Idem quoque dicendum eſt, ſi per ſententiam damnatus ad mortem contingat tanquam proſcriptum ab aliquo interfici, quia non poteſt licitè interfici ab aliquo tanquam miniſtro iuſtitiæ, niſi vltra ſententiam, qua adiudicatus fuit morti, ſequatur etiam ſententia proſcriptionis, & ſolum in virtute huius proſcriptionis interfici poteſt.

An præmortuo hærede teſtatori, debeantur legata pia, ſi nullus alius ſit ſubſtitutus ſoluenda à venientibus ab inteſtato. Quæſt. 18.

SVMMA.

1 *Inſtitutio hæredis eſt neceſſaria pro valore teſtamenti.*

2 *Rupto teſtamento, quia præmoriatur hæres, debentur legata pia.*

In diſpoſitionibus ad pias cauſas ceſſant ſolemnitates iuris ciuilis.

3 *Defectus hæredis eſt defectus ſolemnitatis ciuilis.*

Sine inſtitutione hæredis aliquando valet teſtamentum de iure ciuili.

4 *Legata pia debentur, licet teſtamentum ſit nullum de iure ciuili.*

5 *Clau-*

5 *Clauſula Codicillaris fauore pia cauſa ſubintelligitur.*
6 *Clauſula Codicillaris ſubſtinet teſtamentum, quod pramortuo barede corruit.*
Repetit legata à venientibus ab inteſtato.
7 *Ex teſtamento minus ſolemni non oritur obligatio naturalis.*
Facultas teſtandi eſt à lege.
De iure canonico ſufficit, ſi conſtet de voluntate teſtatoris.
Voluntas teſtatoris de iure canonico quomodo probetur.

---

1 Difficultas oritur ex eo, quod teſtamentum remanet ſine inſtitutione hæredis, quæ eſt baſis, & fundamentum teſtamenti, & forma ſubſtantialis ipſius, & proinde de iure nouiori, aut debet præcedere, aut ſaltem ſubſequi cętera, quæ in teſtamento diſponuntur. § *Ante haredis: Inſtit.* De *leg.* & *l. Prępoſteri*, & *l. Ambigui*. C. De *teſtamentis*. Et proinde cum in præſenti non ſubſiſtat teſtamentum, vt potè deſtitutum forma ſubſtantiali, nec etiam legata ſubſiſtent.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod à venientibus ab inteſtato ſoluenda ſint legata pia, non obſtante; quod rumpatur teſtamentum premorient. harede teſtatori.* Ratio eſt. Quia in diſpoſitionibus ad pias cauſas ceſſant ſolemnitates iuris ciuilis, & attēditur tantum, quod de iure naturæ eſt. Cap. *Cū eſſes*. & Cap. *Relatum*. 1. De *teſtam.* & tradunt ibi communiter Doctores. Alexan. *in l. Hac conſultiſſima. num* 14. C. *Qui teſt. fac. poſ.* Bar. *in l.* 1. *num.* 66. & 80. C. De *ſacroſanc. Eccleſ.* Bal. in l. *In iure. num.* 1. C. De *teſtam, manum.* Dec. *in l. Captatorias. n.* 18. C. De *milit. teſtam.* vbi & cęteri Doctor. Roman. *in Authen. Similiter. num.* 63. C. Ad *leg. Falcid.* Ripa *in l. Nemo poteſt. nu.* 101. *ff.* De *leg.* 1. Aretin. *in l. Si is, qui. nu.* 6. *ff.* De *teſtamen.* Couaruu. *in Cap. Relatum. n.* 4. De *teſtam* Mantica *De coniect. vlt. vol. lib.* 1. *tit* 9. *num.* 4. ver. *Sed ſimili*. Tiraquel. *De priuileg. pię cauſę, priuileg.* 162. Spinus *in Speculo teſtam. gloſ.* 31. *num* 40. Maſcard. *De probat. concluſ.* 1358. *num.* 32. Magdalen. *de num. teſt par.* 2 *cap.* 3. *nu.* 2. Achil. de Graſsis *deciſ.* 301. *num.* 1. *aliàs deciſ.* 1. *de teſtamen.* Buratt. *deciſ.* 475. *num.* 2. Caualer. *deciſ.* 553. *nu.* 1. Rota *deciſ.* 108. *nu.* 3. *par* 7. *Recen.* & *in Viterbienſi hæredit.* 4. *Martij* 1641. §. *fin.* corā Terracinenſi. & in *Alatrina teſtamenti* 26. *Februar.* 1649. §. 1. coram Veroſpio.

3 Cum ergo teſtamentum, de quo agitur, ſolum caducum fiat defectu inſtitutionis hæredis teſtatori præmortui; ſubſtinetur quò ad pias diſpoſitiones, pro quibus adeſt expreſſa, & determinata voluntas teſtatoris. Siquidem defectus inſtitutionis hæredis eſt defectus ſolemnitatis introductæ à iure ciuili, non autem de iure naturæ, aut Gentium, cum etiam de iure ciuili ſubſiſtat aliquādo teſtamentum deficiente inſtitutione hæredis, vt in caſu Authen. *Ex cauſa*. C. De *liber præter.* & Authen. *Vt cum de appel.* §. *Sin autem hæc*. Nouel. 115. Collat. 8. Et proinde de iure Hiſpano tenet omne teſtamentum, etiam ſi in ipſo nullus hęres inſtituatur, vt ſtatuitur in *l.* 1. *tit.* 4. *de teſtam. lib.* 5. Recopilat. & ita obſeruant Marc. Salon. Burg *ad l.* 3. *Tauri. nu.* 833. Ferdinand. Tel. *ibid. par.* 3. *init.* Gregor. Lopez *in proem. tit.* 3. *par.* 6. Matienzo *ad l.* 1. *gloſ.* 10. *n.* 1. *tit.* 4. *de teſtam. lib* 5.

4 Et proinde quod legata pia debeantur, etiam ſi alias de iure ciuili teſtamentum ſit nullum ob defectum Inſtitutionis hæredis, tradunt Bart. *in l.* 1. C. De *ſacroſan. Eccleſ.* Bald. *ibid.* Angel. de Peruſ. *in l Si certis annis*. C. De *pactis*. Couaruu. *in Cap. Relatum* 1. *num.* 3. De *teſtamen.* Imola *in Cap. Quę in Eccleſ.* De *conſtit.* Ripa *in l. Hęc verba. num* 25. *ff.* De *legat.* 1. Roman. *in Authen. Similiter*. C. Ad *leg. Falcid.* Guido Papa *quæſt.* 20. *num.* 6. Dec. *conſil.* 65. *n.* 19. *vol.* 2. Riminal. iun *conſil.* 729. *nu* 34. Ananias. *Conſil.* 28. Anton. Rubeus *conſil.* 72. *n.* 5. Alber. Brun. *de pot. formę fallent.* 3 ?. & & alii in Authen. *Caſſa, & irrita*, & *in l. Id quod Pauperibus*. C. De *ſacroſan. Eccleſ.* Ita etiam communiter Theologi. Molina *de iuſt. & iure trac.* 2. *diſp.* 134. ver. *Contra vero*. Vaſquez *Opus. de teſtam. cap.* 3. *nu.* 12. Leſsius *lib.* 2. *de iuſt. & iure. cap.* 19. *num.* 9. Filliuc. *tract.* 24. *cap.* 7. *num.* 154. *in fine*. Sanchez *lib.* 4. *conſil. cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 3. Facundez *lib.* 2. *de iuſt. & iure. cap.* 3. *n.* 35. Trullench *lib.* 7. *in Decal. cap.* 1. *dub.* 4. *n.* 2.

Bonac.*diſp*.3.*de contrac.q*.1.*pun*.3. *num*. 19. Boſsius *tom*.2.*moral.tit*.12.§.2.*num*.112. Et vniuerſaliter quod ſine ſolemnitatibus iuris ciuilis teneant diſpoſitiones vltimarũ voluntatum ad cauſas pias, firmauit Rota cum pluribus *deciſ*.321.*nu*.2.*par*.4. *Recent*.

5 Accedit etiam, quod licèt in teſtamento non ſit appoſita clauſula codicillaris fauore tamen diſpoſitionum ad pias cauſas ſubintelligitur, vt tradunt Bald. *in l*.Si *iure*. C. De *teſtamen*. *manumiſ*. Socin. Sen. *in l*.*Cum auus*. *num*.13. *ff*.De *condit*. & *demonſtrat*.Socin.iun. *in l*.*Non dubium*.ver. *Fallit in caſu*.C.De *legat*. Anton.Gabr.*concluſ*.5.*num*.4. *de teſtamen*. Mantica *de coniect*.*vlt*. *volun*. *lib*.1. *tit*.9. *num*.6. Quia nimirum cum diſpoſitiones piæ fiat in fauorem animæ, quæ rebus omnibus antefertur, præſupponunt in diſponente enixam voluntatem, quod ſua diſpoſitio valeat omni meliori modo, quo ſubſiſtere poteſt, atque adeo habet voluntatem interpretatiuam, quod ſubſtineatur, ſi opus ſit, etiam virtute clauſulæ codicillaris.

6 Clauſula autem codicillaris habet vim ſubſtinendi teſtamentum, quod caducum fit morte hæredis ante teſtatorem, vt tradunt Marſil. *ſingul*, 344. Bald. *Conſil*, 170. *vol*.5. Paris. *Conſil*, 64 *num*. 13. *vol*.2. Dec. *conſ*.242.*n*.2.ver. *Sed in caſu iſto*. Alexan. *conſil*.42.*nu*.2.*vol*.2. Rolan *conſil*.51. *num*.57.*vol*.2. Menoch. *conſil*.106. *nu*.395. Vincent. de Franch. *deciſ*.156. *nu*.1. quos ſequitur Marta *de clauſul*. *par*. 3. *clauſ*. 11. *num*. 39. & dixit Rota *in Romana hæredit*. 5. *Martij*.1599. coram Corduba. Et repetit legata à venientibus ab inteſtato *l*. *Ex ea*. § *His verbis*. *ff*. De *teſtamen*. vbi Bart, Dec. *conſil*.242.*num*.1. Rota *deciſ*.61. *nu*.3. *par*.4. *Recent*.

7 Nec obſtat, quod ex teſtamento minus ſolemni non oriatur obligatio naturalis, vt plura allegans Matienzo. *l*.1.*gloſ*. 10. *num*.14.*tit*. 4.*de teſtam*. *lib*.5. Quia ſcilicet facultas teſtandi eſt conceſſa à lege; ſi quidem vltima voluntas non ſortitur effectũ, niſi morte ſequuta, quo tempore teſtator iam non eſt, & ideo indulgentia iuris ſubſtinetur; atque adeo regulari debet ſecundum menſuram facultatis, & facultas ſecundum præſcriptionem legis; vnde nullitet procedit etiam naturaliter, ſi non ſeruet leges, & nullam parit obligationem. Nam quicquid ſit de iure ciuili, de iure tamen canonico quò ad diſpoſitiones ad piam cauſam ampliatur facultas, & volũtas teſtantis reducitur ad ſuam naturam, vt in Cap *Relatum*. De *teſtamentis*. Et ideo quomodocunque de ea conſtet, eſt adimplenda, nec alia probatio requiritur, quàm quæ præſcribitur iuxta ordinarias regulas iuris, vt cũ pluribus tradit Rota *deciſ*. 321. *num*. 2. *par*. 4. *Recent*.

An aggreſſor cum animo non occidendi, nec vulnerandi, ſed ſolum inſultandi, ſit irregularis, ſi in neceſſitate poſitus ob ſui defenſionem occidat aggreſſum. Quæſt. 19.

S V M M A

1 *Aggreſſor abſque animo occidendi, & vulnerandi, ſi cogatur ob defenſionem occidere, an fiat irregularis.*

4 *Irregularitas ſolum prouenit ex homicidio directè, aut indirectè voluto.*

Homicidium ob propriam defenſionem non inducit irregularitatem.

Aſſiciens iniuria non amittit ius propriæ defenſionis.

5 *Homicidium caſuale quando inducat irregularitatem.*

6 *Vt homicidium inducat irregularitatem, debet rei illicitæ, cui datur opera, influere aliquo modo in ipſum.*

7 *Inferens iniuriam, quæ poteſt propulſari abſque occiſione, non ſe ponit in neceſſitate occidendi, ob defenſionem.*

8 *Tranſitur ab vno genere aggreſſionis ad aliud, factu, quod diuerſo iure cenſeatur.*

9 *Primus aggreſſor an teneatur fugere, vt vitet neceſſitatem occidendi ob defenſionem.*

Vim vi repellere licet.

10 *Irregularitas vt contrahatur ex homicidio inuoluntario, debet actio eſſe de ſe periculoſa, ita vt poſsit illud immediatè inferre.*

1 Caſus accidit, quod quidã iniutia affectus, voluit iniuriã vlciſci, & profectus eſt, vt aggrede-

te,

retur eũ, à quo iniuriá acceperat, vt iniuriã pariter inferret cũ propoſito nõ occidendi, nec percutiendi, accidit autẽ, quod ipſum armatum ſclopo repererit cũ quinque ſociis, & ideo videns non eſſe tempus opportunum recedebat, ſed ab ipſis inſequutus ſterit, & videns principalem intendentem ſclopum contra ſe, vt occideret, præuenit, & ipſum occidit; dubitatur modo, an incurrerit irregularitatem, & quid, ſi prior aggreſſus fuiſſet.

2 Videtur enim incurrere irregularitatem, quia licet homicidium ſit ob defenſionem propriam, attamen neceſſitas talis defenſionis eſt ex culpa occidẽtis, & ideo cum culpabiliter occidat, incurret irregularitatem. Deinde dum aggreditur, ſeu ſaltem it ad aggrediendum, incipit ipſe aggreſsionem, & qui ſe videt aggreſſum, ſeu videt venientem ad ſe aggrediendum, incipit defenſionem, & volens præuenire occidendo cõtinuat defenſionem: & proinde etiam alter continuat aggreſſionem, quam inchoauerat, aut paratus erat inchoare, & occidendo cenſetur continuare vnam actionem moralem. Et ità tradunt D Antonin. 3. *par. tit.* 5. *cap.* 8. §. 1. Nauar. *in Manuali. cap.* 15. *nu.* 7. & *cap.* 27. *n.* 238. & *Conſil.* 32. *de homicid.* Aſtenſ. *lib.* 2. *ſum. tit.* 35. *art.* 2. Summa Corona *par.* 3. *tit. De irregular num.* 13, Roſella *verbo.* Homicidium. 4. *num.* 2. Maiol. *lib.* 5. *de Irregularit. cap.* 48. *num.* 8. & §. 3. *num.* 15. Zerola *in Praxi Epiſcopali verbo.* Irregularitas *dub.* 6. Philiar. *De offic. Sacer. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 11. §. 3.

3 His tamen non obſtantibus, tenendum eſt. *Quod non incurrat irregularitatem* iuxta ea, quæ tradunt Syluester, *verbo*, Homicidium. 3. *quæſt.* 4. Armilla *verbo.* Irregularitas. *num.* 42. Tabiena *verbo.* Irregularitas 2. *num.* 24. Sotus *lib* 5. *de iuſt. & iure. quæſt.* 1. *ar* 9. ver. *In tertia autem. concluſ.* Medina 1. 2. *q.* 73. *ar.* 8. ver. *Tertia regula.* Salon 2. 2. *quæſt.* 64. *ar.* 7. *controuer.* 1. *concluſ.* 2. ver. *Secunda part.* Petrus Nauar. *li.* 2 *de reſt. cap.* 3. *n.* 362. Henriquez *lib.* 14 *ſum. cap.* 3. *num.* 4. & *cap.* 10. *num.* 4. Sayn. *lib.* 6. *de cenſur. cap.* 17. *num.* 19. Viual. *in Candelab. aur. De irregular. nu.* 212. vbi alios citat. Couaruu. *in Clemen. Si furioſus. par.* 3. §. 4. *num.* 9. ver. *Tertiò ad idem.* De *homicid.* Et Suarez *diſp.* 46. *de cenſur. ſect.* 1. *nu.* 11. putat probabile, & tutum in praxi præſertim quia excipitur caſus propriæ defenſionis, qui cum ſit fauorabilis, eſt potius ampliandus, quàm reſtringendus.

4 Ratio autem eſt. Quia ex duplici tantum capite poteſt irregularitas habere locum, vel quia homicidium ſit directè voluntarium; vel quia, licet per accidens, ſit tamen indirectè volitum, ex eo, quod occidens dabat operam rei illicitæ, & ex culpa ſe cõiecit in neceſsitatem occidẽdi. Ex primo capite non poteſt oriri irregularitas, quia quatenus homicidium eſt directè voluntarium, eſt etiam neceſſariũ ob propriam defenſionem, & committitur abſque peccato, ità vt voluntas ſit voluntas directa de defenſione, nec ſit de ſe peccatum. Homicidium autem neceſſarium ob propriam defenſionem non inducit irregularitatem iuxta Clemen. *Si furioſus.* De *homicid.* quia cum ſit irregularitas ex delicto, præſupponit peccatum in occidendo. Confir. Quia licet occidens prius attentauerit inferre iniuriam, non per hoc tamen amiſit ius propriæ defenſionis, quam omnia iura concedunt. Nec qui iniuria afficiebatur acquiſiuit ius occidendi, quia tantum habebat ius ſe defendendi propulſando iniuriam, quam tamen commodè propulſare poterat abſq. intentione homicidii.

5 Sed neque ex ſecundò capite locũ habere poteſt irregularitas; quia tunc ſolum homicidium per accidens inducit irregularitatem. Tunc autem ſolum iuxta regulam, quam ponunt Doctores præſertim Caſtro *lib.* 2. *de lege pœn. cap.* 14. *circa finem*, homicidium caſuale ex actu illicito inducit irregularitatem, quando eſt ita caſuale, vt ſit aliquo modo indirectè voluntarium, & proinde requiritur, quod opus illicitum ſit aliquo modo inductiuũ homicidii, ita vt in ipſo ſit aliquo modo intentum homicidium; aut quod in iure ob periculum homicidii, quod inde ſequi poteſt, ſit ſpecialiter prohibitum, vt tradunt Socin. *in Cap. Ad audientiam, nu.* 49. De *homicid.* Franc. *in Cap. fin.* De *homicid. in* 6. Villadiego *De irregular. Cap. De percuſ-*

ſore

curſore. Conatuu. *in Clemen. Si furioſus. par.* 2. §. 4. *cap.* 10. Sotus *lib.* 5. *de iuſt. & iure* *quæſt.* 1. *ar.* 9. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 64. *ar.* 8. *dub.* 2. Henriquez *lib.* 14. *ſum. cap.* 15. *num.* 1. & 2. Nauar. *cap.* 27. *Manual. num.* 221. *ver. Tertiò inſertur,* Salon. 2. 2. *quæſt.* 64. *ar.* 8. *controuer.* 3. Valent. *tom.* 2. *ſum. diſp.* 6. *qu.* 3. *pun.* 3. Medina 1. 2. *quæſt.* 73. *ar.* 8. Petrus Nauar. *lib.* 2. *de reſt. cap.* 1. *dub.* 6. *corol.* 2. *n.* 69. Suarez *diſp.* 45. *de cenſur. ſect.* 6. *num.* 9. & alii. Quia ſcilicet irregularitas requirit peccatum, atque adeo quod homicidium ſit ſaltem indirectè voluntarium; quod contingit, quando etiam eſt prohibita actio ob periculum homicidii; nam volens talem actionem, vult etiam periculum, & indirectè, quod inde ſequitur. In caſu autem præſenti, licet occidens daret operam rei illicitæ, non tamen, quæ de ſe eſſet aliquo pacto inductiua homicidij, nec quæ eſſet ſpecialiter in iure prohibita ob periculum homicidii. Imò aderat voluntas directa non occidendi, & non faciendi, quod homicidium inferre poſſet.

6 Confir. Vt homicidium inducat irregularitatem, quamuis ſit caſuale, debet tamen res illicita, cui datur opera, influere aliquo pacto in ipſum, quia non inducit irregularitatem, niſi tanquam aliquo modo cauſatam mediante illa actione, ſiquidem inducit ſolum in auctorem homicidii. In præſenti verò illa attentatio inferendi iniuriam nullo modo influxit in homicidium, quia ortũ habuit adæquatè à directa voluntate ſe defendendi: vnde ſtante cauſa adęquata directa, & per ſe, non poteſt ei aſsignari cauſa indirecta, & per accidens; & ideo ſi non inducit irregularitatem ratione cauſæ per ſe, nec etiã inducet ratione cauſæ per accidens, & caſualis.

7 Ex quibus ſolui poſſunt, quæ pro oppoſita parte *num.* 2. allata ſunt. Nam quamuis attentans inferre iniuriam peccet, quia tamen hæc actio non influit in homicidium, ſi quidem neque de ſe, neq; ex intentione, & indirectè ordinatur ad homicidium, non reddit homicidium culpabile; & ſolum eſt occaſio quædam, ſed remota homicidii, quatenus occiſus inde arripuit occaſionem inuadendi excedendo terminos defenſionis. Vnde cum neceſsitas occidendi ob defenſionem ex eo oriatur, quod occiſus exceſsit terminos iuſtę defenſionis, occidens non ſe poſuit in neceſſitate occidendi ob defenſionem, ſed poſitus fuit ob occiſo, quatenus exceſſit terminos in ſe defendendo; imo fuit aggreſſor.

8 Et quamuis, qui occidit, fuerit primus aggreſſor, mutata eſt tamen aggreſſio in defenſionem ex eo, quod ab vno genere iniuriarum factus eſt tranſitus ad aliud: & ideo totum factum non eſt cenſenda vna moralis actio, ſed duplex. Occiſor namque inchoauit primus aggreſſionem in genere illarũ iniuriarum, quæ de ſe non poſſunt inferre irregularitatem cũ non reſpiciant homicidiũ, aut mutilationem, neque ſint periculoſę; ita vt de his timeri poſsit homicidium. Occiſus autem exceſsit ius proprium, quia non fuit contentus repellere iniuriam, ſed inſtituit aggreſsionem tendentem ad auferendam vitam, atque adeo in alio genere iniuriarum, & ideo conſtituit primum aggreſsorem in neceſſitate ſe defendendi omni meliori modo, quo poterat.

9 Verum difficultas eſt, an primus aggreſſor teneatur fugere, quando videt, quod aggreſſus excedit terminos iuſtæ defenſionis, & quod ab ipſo ponitur in neceſſitate occidendi ob defenſioné propriam. Reſp. Suarez *diſp.* 46. *de cenſur. ſec.* 1. *num.* 12. teneri fugere ad vitandam irregularitatem, quicquid ſit, an committat nouum peccatum, ſi non fugiat. Quia tota illa eſt veluti vna actio moralis, cuius initium fuit voluntas iniurioſa primi aggreſſoris. Verum quod non ſit vna actio moralis, conſtat ex dictis *num. præced.* ſed eſt duplex aggreſsio mutua, quarum vna occaſionem ſumit ab alia: & ideo probabilius puto, quod ſi alias ratione qualitatis perſonę non tenetur fugere; nec etiam teneatur in pręſenti caſu. Et ratio eſt. Quia quando aggreſſus non ſiſtit intra terminos iuſtę defenſionis, ſed inſtituit nouam aggreſsionem, excedit ius proprium, & infert alteri iniuriam, & proinde in iſto conſurgit ius repellendi iniuriam ſibi illatam, quia vim vi repellere licet. *l. Vt vim.* *ff.* De

ff. De *iuſt. & iure.* & *l. Scientiam. §. Qui cum aliter ff* Ad *leg. Aquil.* & Cap. *Significaſti.* De *homicid.* & Cap. *Perpendimus.* De *ſen- ten. excommunicat.* Hoc enim eſt de iure naturali. Cap. *Ius naturale. Diſt. 1.* Et ideo non tenetur fugere, quamuis priori iniuriam intulerit, ſi tales ſint circumſtantię, quod ſecluſa iniuria non teneretur fugere ad vitandam irregularitatem.

10 Supradictæ doctrinæ obſtare videtur, quod in hoc quoque caſu locum habeat ratio Cap. *fin.* De *homicidio. in 6.* ſcilicet, quia *In culpa fuerit, & hoc euenire poſſe, debuerit cogitare.* Sed reſp. Quod in illo tex. agitur de actione, quæ de ſe eſt periculoſa, & ſi adſit exceſſus, poteſt eſſe illatiua mortis per ſe, & immediatè, nempè de verberatione, & ideo debuit cogitare, quod mandatarius poterat excedere, & occidere; quod ſufficit, vt homicidium fuerit aliquo modo volitum in cauſa, & imputari poſſit. At in præſenti agitur de actione, quæ licet illicita, de ſe tamen non eſt periculoſa, nec cum quolibet exceſſu, ſi ſiſtat intra ſuos terminos, poteſt inferre; & proinde non eſt ſufficiens ad inducendam irregularitatem, quia irregularitas ex homicidio caſuali non contrahitur, niſi actio ſit de ſe periculoſa in ordine ad homicidium, & ex natura ſua poſſit immediatè illud inferre, vt norant Franc. *in dict. Cap. fin.* De *homicid. in 6.* Ancharan. *ibi. l.* Couaruu. *in Clement. Si furioſus. par. 2. §. 1. n. 2. & §. 4, nu. 10.* Caſtro *lib. 2, de lege pen, cap. 14.* Sotus *lib. 5. de iuſt. & iure. quæſt. 1, art. 9.* Villadiego. *De irregularit. Cap. de percuſſore.* Corduba *in Quæſt. lib. 2, quæſt. 26.* Aragon. *2. 2, quæſt. 64. art. 8.* Salon, *ibid. controuer. 3.* Sanchez *lib. 9 de matrim. diſp. 32. num. 25.* Nauar. *cap. 2. Manual nu. 221.* Medina *1. 2. quæſt. 73. art. 3.* Molina. *de iuſt. & iure tract. 5. diſp. 77. n. 5.* Auila *par. 7. de cenſur. diſp. 6. ſect. 1. dub. 1. opin. 3.* Laiman, *lib. 3. theol. moral. tract. 3. par. 3. cap. 10. num. 5.* Petr. Nauar. *lib. 2. de reſtit. cap. 2 dub. 6. corol. 3,* Sayr, *lib. 7: de cenſur. cap. 5. n. 12.* Monteſin, *t. 2. diſp. 8. qu: 12, num. 165.* Villalob. *par. 2. ſum tract. 21. diffieul. 23. num. 3.* Rota *decis. 260. num. 2. in fine par. 1. Recent.* In præſenti autem caſu aggreſſio, de qua ſupra, nullo modo de ſe eſt cauſa, ſed ad ſummum occaſio. Et homicidium non eſt caſuale, ſed directè commiſſum ex neceſſitate defenſionis, & abſque vllo peccato; vnde non poteſt inducere irregularitatem; & ſi induceret, tanquam voluntarium, & non vt caſuale induceret.

An qui metu emiſit profeſſionem, & poſtea pro nullitate obtinuit ſententiam, ſi ratificauerit profeſſionem iuxta morem religionis, ſit tutus in conſcientia. Quæſt. 20.

S V M M A.

2 *Series facti ex pluribus actibus metu extortis declarat nullitatem profeſſionis.*

3 *Auerſio à Religione pluries oſtenſa, & procuratio exeundi concludunt coactam profeſſionem.*

Excludunt liberum conſenſum.

4 *Voluntas, & iuramentum originatum à coactione non purgant metum, ſed potius confirmant.*

5 *Ratificatio profeſſionis iuxta conſuetudinem Religionis eſt meticuloſa, ſi profeſſio fuit ex metu.*

6 *Ignorans nullitatem non ratificat profeſſionem.*

Error excludit conſenſum.

1 CONſtitutus erat N. N. ſub poteſtate tutoris, à quo ſeuerè admodum tractabatur in eum finem, vt induceret ad ingreſſum in religionem, à quo tamen valdè abhorrebat. Rurſus Confeſſarius ad inſtantiam tutoris per annum importunis ſuaſionibus procurabat inducere iuuenem ad ſuſcipiendum ſtatum religionis, nec deſiſtabat, donec extorqueret conſenſum, à quo tamen iuuenis ſtatim recedebat, quod videns confeſſarius intimauit illi ex parte Dei, intra annum moriturum, niſi fieret religioſus. Vnde terrore concuſſus decreuit ſuſcipere habitum, & cum magna celeritate eo indutus eſt. Cumque intra annum probationis bis decreuiſſet exire è religione, iiſdem minis ex parte Dei impe-

ditus

ditus fuit ab eodem confeſſario, ne exiret. Accedente poſtea tempore profeſsionis omni via ſibi poſſibili, & implorans aliorũ auxilium, ſed fruſtra, procurauit exire è religione. Cumque duceretur ad iurandum, quod liberè emiſſurus eſſet profeſſionem, dixit, ſe non poſſe iurare, quia metu, & neceſſitate compulſus erat emiſſurus; nihilominus videns, quod non poterat euadere, dixit, quod volebat facere profeſſionem ob amorem Dei, & iurauit. Poſt emiſſam profeſsionem ſtatis temporibus iuxta morem religionis illam ratificauit. Deducta autem cauſa ad forum obtinuit declarationem nullitatis. Vnde dubitatur an tutus ſit in conſcientia.

2 Dictam profeſsionem fuiſſe nullam tanquam extortam metu, minis &c. & quia omni via impeditus fuit, vt egredi poſſet è religione, ſicuti deliberauerat, nõ videtur in dubium reuocandum. Siquidem ipſa ſeries facti ſatis oſtendit coactũ fuiſſe ad ſuſcipiendum habitum, & profitendum iuxta ea, quæ tradunt Paris. *conſil.* 53. *num.* 55. *lib.* 4. Alexan. *conſil.* 99 *num.* 7. *lib* 3. Ludouiſ. *deciſ.* 327. *num.* 35. Præſertim quia factum veſtitur talibus circumſtantijs, quæ ſufficiunt in adoleſcente ad extorquendum conſenſum.

3 Accedit magna illa animi auerſio ad ſuſcipiendum ſtatum religioſum, quam ſemper oſtendit, & procuratio omni diligentia ſibi poſſibili adhibita, vt exiret è religione, quæ ſicuti arguunt defectum liberæ voluntatis, ità etiam concludunt coactionem iuxta *l. Si quis.* §. *Plerique. ff.* *De relig. & ſumpt. fun.* & *l. Si mihi* §. *Interdum. ff.* *De leg.* 1. & excludunt liberum conſenſum *l. Si quis in principio. ff.* *De leg.* 3. Et obſeruant Riminal. iun. *conſil.* 72. *num.* 4. *inter conſil. matrimon.* allegans Alexan. Narta *conſil.* 451. *num.* 20. Rota *in Toletana matrimonij* 3. *Martij* 1589. coram Seraphino.

4 Nec obſtat. Quod dixerit, ſe velle profiteri ob amorem Dei, & iurauerit, ſe non vi, ſed liberè profeſſurum, quia id dixit durare adhuc cauſa metus, & addidit, quod, quia aliud facere non poterat, volebat profiteri ob amorem Dei, & proinde hæc voluntas, & iuramentum originem habuit à metu, & coactione, & ideò licèt præſeferat liberam voluntatem, & animum lætum, qualis eſt, qui operatur ex amore Dei, non tamen purgauit metum, & coactionem, ſed potius magis confirmauit, vt obſeruant Abbas antiquus *in Cap. Super hoc. vet. Filia cuiuſdam. De renũciat.* Io. Andr. Imola, & Panorm. *ibid.* Alexan. *conſil.* 99. *nu.* 8. *lib.* 3. Barboſ. *conſil.* 54. *nu.* 5. Paris. *conſil.* 53. *num.* 6. *lib.* 4. Grat. *conſil.* 38. *num.* 17. Menoch. alios citans *præſump.* 4. *nu.* 23. *lib.* 3. Sanchez cum aliis *lib.* 4. *de matrim. diſp.* 18. *num.* 7. Rota *in Neapolitana Profeſſionis.* 26. *Iunij.* 1598. coram Orano. *& in Toletana matrimonij.* 23. *Ianuar.* 17. *Martij.* & 27. *Octob.* 1599. coram Seraphino.

5 Nec item obſtat, quod ſtatutis temporibus iuxta conſuetudinem religionis ratificauerit profeſſionem, quia hæc ratificatio tanquam veniens in conſequentiam ad profeſsionem coactam, quamuis libera videatur, præſumitur tamen ex eadem cauſa prouenire, & ex ſuppoſitione, quod aliud non potuerit facere, & proinde pro mericuloſa habenda eſt, vt tradũt Bart. *in l.* 2. *num.* 7. C. *De his, quę vi.* Bald. *n.* 8. Dec. *conſil.* 219. *nu.* 7. Menoch *præſump.* 4. *num.* 22. *lib.* 3. Sanchez *lib.* 4. *de matrim. diſp.* 18. *num.* 7. vbi latè, *& lib.* 4. *ſum. cap.* 3. *num.* 13. Farinac. *in Fragmen. verbo* Metus. *num.* 163. Giouagnon. *conſil.* 67. *numer.* 27. *lib.* 1. Seraphin. *deciſ.* 851. *nu.* 1. Ludouiſ. *Deciſ.* 286. *num.* 4 Rota *Deciſ.* 175. *num.* 5. & *deciſ.* 579. *num.* 6. *par.* 3. *Recent.* & *deciſ.* 705. *num.* 4. *par.* 2. & *in Neapolitana profeſſ.* 28. *Iunij.* 1588. coram Gipſio.

6 Accedit etiam, quod ratificando profeſsionem, ignorabat nullitatem ratione metus, & coactionis, & proinde proueniebat ex errore. Error autem excludit conſenſum, & errantis nulla eſt voluntas. *l. Error.* C. *De iur. & facti ignor.* & tradũt Dec. *conſil.* 54. *num.* 73. *lib.* 2. Crauet. *conſil.* 257. *num.* 2. Surd. *deciſ.* 114. *num.* 20. Cæſar de Graſ. *deciſ.* 1. *n.* 2. *de tranſact.* Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 24. *n.* 2. Pontius *item de matrim. lib.* 4. *cap.* 25. *nu.* 12. Merlin. *deciſ.* 628. *n.* 10. Rota *in Romana domorũ.* 9. *Iunij* 1617. coram Andrea. Quare cõcludendũ eſt prædictum adoleſcentem tutũ eſſe in conſcientia.

An

An occidens baculo pugnis aggredientem contrahat irregularitatem. Quæſ. 21.

S V M M A.

1 *Occiſio ex percuſtione baculi eſt caſualis.*
2 *Baculo ſe defendens contra aggredientem pugnis, an excedat.*
Quando ſit exceſſus in defenſione.
3 *Homicidium caſuale non inducit irregularitatem, niſi coniunctum cum peccato mortali.*
4 *Baculo ſe defendens, & occidens aggredientem pugnis, quando ſit irregularis, & quando non.*
5 *Vis æquali vi repelli poteſt.*
Enſe contra pugnos quando liceat ſe defendere.
6 *Inter æquè fortes licet baculo contra pugnos defendere.*
Modus inculpatæ tutelæ in quo conſiſtat.
Defenſio attenditur in eo, quod ſit, non in inſtrumento.
Percutiens gladio percuſſorem ad ſe venientem non tenetur de homicidio.

1 CVm baculus ordinetur ſolum ad percutiendum, non autem ad occidendum, ſiquidem nõ eſt aptus de ſe, vt vno ictu occidat, niſi forte caſu aliquam corporis partem percutiat, ex qua præter intentionem ex aliquo accidenti ſequatur mors: neq. enim quis intendens occidere vtetur baculo, ſed quiſq. putabit, eſſe inſtrumentũ inhabile ad talem effectum, ſequitur, quod mors ſequens ex percuſsione baculi non poſsit eſſe, niſi cauſalis, ſeu fortuita. Et ideo, ſi quis ſe defendens baculo percutiens occidat, videndum eſt, an locum habeat irregularitas ex homicidio voluntario.

2 Videtur autem in præſenti locum habere irregularitas, quia defenſio non eſt facta cum moderamine inculpatæ tutelæ. Quia cum fuerit pugnis aggreſſus, poterat ſe pugnis defendere, nec adhibere baculũ, ſicut ſi impeteretur baculo, non poſſet adhibere enſem, quia exceſſus inſtrumentorum, quæ pro defenſione adhibentur, quãdo offenſa nõ tendit ad inferendam mortem, refundit exceſſum in defenſionem, & ideo non relinquit ipſam inculpatam iuxta ea, quæ tradit Innocent. *in Cap. Significaſti. num. 9. De homicidio*. Et ratio eſt. Quia baculus ordinatur ad maiorem percuſsionem, quàm ordinetur pugnus, & ideo percutiens baculo non ſiſtit in terminis defenſionis, ſed progreditur ad vindictam.

3 Verum cum homicidium caſuale non inducat irregularitatem, niſi ſit coniunctũ cum peccato mortali, vt tenet probabilior opinio, quam tradunt Sotus *lib. 5. de iuſt. & iure. quæſt. 1. ar. 9. in fine*. Henriquez *lib. 14. ſum. cap. 3. num. 1. & cap. 15 n. 1.* Nauar. *cap. 27. Manual. num. 252. ver. Octauo dico*. Salon. 2. 2. *quæſt. 64. ar. 8. Controu. 3. in fine*. Petrus Nauar. *li. 2. de reſtit. cap. 1. dub. 6. corol. 2. n. 69*. Valen. *to. 4. ſum. diſp. 7. quęſt. 19. pun. 3. §. 5*. Suarez *De pœnit. diſp. 31. ſect. 6. dub. 7*. Capeauil. *De caſib. reſer. cap. 10. caſu 10. quęſt. 1. in fine*. Sayr. *lib. 7. de cenſur. cap. 5. num. 5*. Coninch *De cenſur. diſp. 18. dub. 2. num. 12*. & alii plures. Quia nimirum irregularitas eſt pœna grauiſsima, & proinde non imponitur à iure, niſi ob delictum graue, & conſequenter, quod committatur cum peccato mortali, ideo poteſt fieri, quod dicta defenſio aliquando ſit cum peccato mortali, & aliquando ſine peccato mortali, atque adeo quod aliquando inducat irregularitatem, & aliquando non inducat.

4 Itaq. Si aggreſſus ſit fortior aggrediente viribus, & animo, cum facilè ſine baculo ſe defendere poſsit, ſi baculo percutiat, non ſeruabit moderamen inculpatæ tutelæ, ſed tranſibit ad vindictam, quia non ſeruabit modum debitum, & plus faciet, quàm ſit neceſſarium ad repellendam iniuriam. iuxta ea, quæ tradũt communiter Gloſ. *in l. 1. verbo* Moderamine, C. *Vnde vi*, & Clar. *in Prax. §. Homicidium. ver. Sciat tamen. nu* 2. Abbas *in Cap. Significaſti. num. 9.* De *homicid.* Grammat. *conſil. 63. num. 2.* Trentacinq. *Practicar. Reſol. lib. 1. reſol. 1. de defen. nu. 9.* Cuenca *de defenſ. lib. 3. quæſt. 2. num. 5.* Hoc tamen limitandum eſt, niſi improuiſa aggreſsione perturbatus ſtatim percuteret baculo, quẽ manibus teneret. Quia tunc illa percuſsio

eſſet

eſſet ex inſtinctu naturali defenſionis abſque deliberatione, & proinde abſque peccato mortali, pro quo requiritur ſuffi- ciens deliberatio.

5 Rurſus. Si aggreſſus ſit minus fortis, aut viribus, aut animo, ſi baculo percutiat pugnis aggredientem, non peccabit mortaliter, & neque contrahet irregularitatem. Cū enim liceat vim vi repellere. *l. Scientiam. §. Qui cum plures. ff.* Ad *leg. Aquil.* & Cap 2. & Cap. *Significaſti*. De *homicidio* licet etiam æqualem vim obiicere vi illatæ, quia minor non ſufficit ad repellendum, ſed vt debilior ſuccumbet. Si autem minus fortis pugnis percuteret, nō obiiceret æqualem vim, quia pugnus minus fortis minorem vim habet. Vnde Gloſ. *in l.1. verbo.* Moderamine. C. *Vnde vi.* habet. *Quid ſi pugnus vnius plúſquam alterius enſis percutit? Respond o, defendat ſe enſe propter inæqualitatem virium, cum vim vi repellere omnia iura proclament.* & Gloſ. ſequuntur. Bald. Angel. Salicet *ibid.* Donel. *ibid. num.* 7. Oſual. ad Donel. *lib* 17. *cap* 2. *littera L.* Alexan. Trentacinq. *Pract. reſol. lib. 1. reſol. 1. de defenſ. num.* 7. Afdict. *ad Conſtit. Neapol. lib. 1. Rubr.* 8. *num.* 51. Peguera *deciſ. crim. n.* 78 *num.* 28. *par.* 1. Cuenca *de ſui defenſ. lib.* 3. *quæſt* 2. *num.* 6.

6 Quod ſi aggreſſus, & aggrediens ſint æquè fortes corpore, & animo, adhuc licebit ſe baculo defendere, & licet caſu, occidat, non incurret irregularitatem. Dummodo tamen ſiſtat intra terminos defenſionis, nec ex propoſito tendat ad inferendā maiorem percuſſionem quàm ſit neceſſaria pro defenſione. Ratio eſt. Quia tunc obſeruatur moderamen inculpatæ tutelæ, quando illa vis aggreſſori obiicitur, quæ tendit ad propulſandam vim illatam, & eſt ſufficiens pro illa propulſanda, quod autem hoc inſtrumento, vel alio: aut hoc, vel alio genere armorum fiat, materialiter ſe habet, nec facit, quod excedātur termini inculpatæ defenſionis, quia non exceduntur, niſi fiat aliquid, quod tendat ad vindictam: vnde modus defenſionis attenditur in eo, quod fit ob defenſionem, non autem in eo, quo fit, ſeu inſtrumentis defenſionis. Vnde *l. Vt vim. ff. De iuſt. & iure.* dicitur, *Quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, hoc iure feciſſe exiſtimetur.* & ideo etiam ſi baculo percuſſerit pugnis aggredientem & *l.* 2. C. *Ad leg. Cornel. De ſicar.* Si quis percuſſorem ad ſe venientem gladio repulerit, non tenetur homicidii. Et ideo Georgius Obrectus *De neceſſaria defenſione. cap.* 10. *nu.* 6. vult, non requiri, ad moderamen inculparę defenſionis, quod ęquo marte, & paribus armis repellatur. Dum autem non exceditur terminus defenſionis, non habet locum peccatum mortale, atque adeo nec irregularitas.

An dans in ſocietatem officij certam ſummam pecuniæ, poſſit loco fideiuſsionis pignora recipere. Quæſt. 22.

SVMMA.

1 *Principalis obligatio eſt ſubſtantia fideiuſsionis.*
Si principalis obligatio eſt licita, eſt etiam licita fideiuſsio, & è contra.
2 *In ſocietate non præſtans fideiuſſorem, vt promiſit, non lucratur pecunias ex morte illius ſuper cuius vita inita eſt ſocietas.*
Non præſtans, quod debet, priuatur omni beneficio.
3. *In ſocietate officij loco fideiuſsionis poteſt accipi pingus.*
Fideiuſsio. & pignus æquiparantur.
4 *Obligatus ad dandam fideiuſsionem, poteſt dare pignus.*

1 SVppoſito, quod ſocietas contrahatur ſuper officio ſeruatis debitis conditionibus, certum remanet, quod locum habeat fideiuſsio tàm quò ad fructus ſoluendos, quàm quò ad reſtituendū Capitale in caſu, quo debeat reſtitui: nam fideiuſsio eſt acceſſoria principali obligationi, imo principalis obligatio eſt ſubſtantia fideiuſsionis *l.* 1. & *l. Fideiuſſor. obligari init.* & *§. Fideiuſſor.* & *l. Græcè. §. Illud ff. De fideiuſ.* & *§. Fideiuſſor.* Inſtit. *De fideiuſ.* & notant Paris *conſil.* 162. *num.* 25. *vol.* 4. Socin. iun. *conſil.* 19. *num.* 23. *vol.* 3. Bald *conſil.* 223. *num.* 6. *ver. Item nunquā. vol.* 1. Magon. *deciſ. Floren.* 57. *n.* 33. Vnde

Vnde quotieſcunq. principalis obligatio ſit licita, & iuſta, erit etiam talis fideiuſſio. Et quotieſcunque corruit, corruet etiam fideiuſſio. §. *Fideiuſſores*. Inſtit. De fideiuſ. & l. 1. & *l. Si ſub impoſsibili*, & *l. Cum lex. & l. Qui contra. ff.* De *fideiuſ.* & l. 1. §. *Si quis ita. ff.* De *verbor. obligat.* & communiter cum Gloſ. *in Cap. Grauis*. De *cenſib.*

2 Quod adeo verum eſt, vt etiam in materia ſocietatis ſi iniens ſocietatē officij ſe obliget ad fideiuſſores præſtādos, & nō præſtet, nō lucretur pecunias receptas pet mortē illius, ſuper cuius vita ſocietas cōtracta fuit, vt paſsim dixit Rota, *in Romana ſocietatis ſcutorum centum*. 9. *Iunij*. 1689, coram Seraphino. & *deciſ.* 673. *par.* 1. *nouiſſimar.* & *alibi*. Quia cum non adimpleuerit, quod præſtare tenebatur, priuatur omni beneficio, quod aliàs eſſet conſequuturus, vt tradunt Bald. *in l. Inciuile*. C. De *rei vendicat.* Dec. *in l. Cum proponas* 3. *not.* 3. C. De *pac.* Roland. *conſil.* 56. *num.* 32. *vol.* 1. Natta. *conſil.* 60. *num.* 1. *vol.* 1.

3 Quo ſtante reſoluendum eſt. *Quod loco fideiuſſionis accipi poteſt pignus*. Si quidē fideiuſſores, & pignora ęquiparātur *l.* 4. *Quid eſt idoneè. ff.* De *fideiuſ. lib.* & *l. Promiſſor. ff.* De *conſt. pec.* & §. *Venditor*. Inſtit. *De rer. diuiſ.* & obſeruat lo. And. *in Addit. ad Speculat.* Tit. *de dote poſt diuor. reſtit.* §. 1. *num.* 8. Tàm enim fideiuſſio, quàm pignus ordinantur ad ſubſtinendam principalem obligationem: & ideo ſi licitè acceptatur fideiuſſio, licitè etiam acceptabitur pignus.

4 Accedit etiam, quod obligatus ad dandum fideiuſſores poteſt dare pignora etiam inuito creditore; & tunc cred tor tenetur ea acceptare, ſi ſibi de cautione proſpicere vult; vt tradūt Gloſ. *in l.* 1. *ff.* Qui *ſatiſd. cog.* Bart. & cœteri Doctores *ibid.* Item Bar. *in l. Prætoria.* 3. *ff.* De *prato. Stipul.* Bald. *in l. t.* C. De *procur.* Cin. & alij Doctores. *ibid.* Io. Andr. *in Addit. ad Speculat.* Tit. De *pignor. in Rubr.* Alexan. *in l.* 1. *num.* 6. *ff.* qui *ſatiſd. cog.* Iaſ. *num.* 17. Neguſant. *de pignor. par.* 5. *prin. num.* 4. Vnde cum pignus ſubrogetur fideiuſſioni, licebit accipere pignus, ſicut licet accipere fideiuſſionem.

An per annum nouitiatus debeat intelligi biennium, ſi apud Religionem tantum duret. Quæſt. 23.

S V M M A.

1 *Profeſſus laicus, vt aſcendat ad ordinem clericalem, repetit nouitiatum.*

2 *Nouitiatus accipitur ſecundum morem Religionis.*
Repetitio eſt eiuſdem rei reiteratio.

3 *Relatio operatur expreſsionem eorum, quæ ſunt in termi no relato.*

4 *Clauſula* Ad inſtar, *quid operetur.*

5 *Verba debent explicari iuxta mentem proferentis.*

6 *Singularis numerus aliquando accipitur pro pluribus.*

1 Conceſſerat Summus Pontifex facultatem Laico profeſſo, vt poſſet aſſumi ad Ordinem clericorum cum clauſula, *Dummodo tamen nouum probationis annum more Clericali repetas, & compleas cum effectu.* Vnde dubitatum fuit, an de anno tantum, an verò de biennio deberet intelligi. Conditio enim poſita in conceſsione videtur ſonare ſolum annum, & proinde non poſſe conceſsionatium grauari biennio nouitiatus. E contra verò, cum apud religionem, de qua agitur, nouitiatus duret per bienniū, videtur annus nouitiatus accipiendus de hoc biennio.

2 Et quidem concludendum videtur. *Quod debeat intelligi de biennio, ſi attendatur mens ſummi Pontificis.* Quæ ſatis conſtat ex illis verbis conceſsionis, *More clericali repetas, & compleas*. Hæc enim verba declarant, quod ſit repetendus nouitiatus ſecundum conſuetudinem clericorum, adeoque per biennium. Si enim per annum tantum duceretur nouitiatus, non repeteretur, ſed diuerſus nouitiatus inſtitueretur. Neque enim locum habet repetitio, vbi eſt diuerſitas rerum, cum ſit eiuſdem rei reiteratio, vt notant Bart. *in l. Repetendis. ff.* De *legat.* 3. Ruinus *conſil.* 64. *n.* 1. *lib.* 2. Ludouiſ. *deciſ.* 225. *n.* 10.

3 Accedit etiam, quod verbum, *Repetas*, eſt relatiuum ad nouitiatum præmiſſum tanquam renouandum, vnde cum primus fuerit biennalis, repetendus quoq. debet eſſe talis; relatio enim eſt talis naturæ, vt operetur indiuiduam, & propriam expreſsionem cõtentorum in termino relato, vt tradunt Craueta *conſil.* 45. *num* 4. Menoch. *conſil.* 1043. *num.* 7. Mantica *deciſ.* 373. *num.* 9. Seraphin *deciſ.* 1496. *n.* 3.

4 Et cum addatur *More clericali*, quæ verba idem ſonant, ac *Ad inſtar Clericorũ*, clauſula hæc operatur, quod Nouitiatus repetendus debeat eſſe ſimilis nouitiatui Clericorum, atque adeo biennalis iuxta ea, quæ notant Bald. *conſil.* 232. *num.* 2. Zabarel. *in Clement* 1. *notab.* 1. De iudic. Mandos. *De priuileg. ad inſtar. queſt.* 1. *n.* 2.

5 Cum ergo conſtet de mente Pontificis, verbum ſingulare, *Annum*, diiudicari debet, & explicari iuxta mentem *l. Semper in ſtipulationibus. ff. De reg. iur.* & tradunt Caſtrenſ. *conſil.* 148. *num* 1. *vol.* 1. Bertazol. *conſult. deciſ. conſil.* 2. *num.* 10. Oldrad. *conſil.* 9. *num.* 3. Federic. de Senis *conſil.* 4. *num.* 5. Ancharan. *conſil.* 219. *num.* 5. & ideo verbum *Annus* pro tempore conſueto nouitiatus in tali religione, nempe biennali accipitur.

6 Præſertim, quia ſæpè ſingularis numerus accipitur pro plurali, vt *in l. Ei cui ff* De *euict.* & *l. Falſa. ff. De condit. & demonſtrat.* & Cap. 2. *Diſt.* 1. & notant Cagnol, cum aliis *Repet. l. Diem functo num.* 18. *De offic. aſſ ſor* Bolognet, *in Repet l. Qui viam, num.* 59. *ff. De noui oper. nun.* Crauet, *conſil.* 761. *num.* 4. Dec. *conſil.* 362. *num.* 2. Ludou. *Deciſ.* 2. *num.* 12.

An profeſſus agens nouitiatum, vt aſcendat ad ordinem clericalem poſsit à religione dimitti, ſi non repertatur habilis. Quæſt. 24.

S V M M A.

1 *Laicus agens nouitiatum, vt aſcendat ad ordinem clericalem, non poteſt expelli*

2 *In contractu profeſsionis, non habet locum pœnitentia.*

Non poteſt retractari conſilium cum alterius iniuria.

Semel approbatum non poteſt reprobari.

3 *Agens nouitiatum pro ordine Clericali ſolum in ordine ad ipſum poteſt approbari, aut reprobari.*

Poteſtas approbandi, & reprobandi in correlatiuis, quomodo limitetur.

1 Obtinuerat quidam regularis ab Apoſtolica Sede profeſſus in ordine inſeruientium, vt admitti poſſet à ſuperioribus religionis ad ordinem Clericalem, præuio tamen conſueto nouitiatu more Clericorũ eiuſdem religionis, Vnde fuit dubitatum, quid agendum, ſi tempore dicti nouitiatus non repetiretur idoneus, aut committeret aliquod delictum, an ſcilicet poſſet dimitti à religione, vt videbatur poſſe, cum ad nouam probationem reaſſumeretur. Reſoluendum tamen eſt. *Nequaquam dimitti poſſe à religione, ſed ſolum ab ordine clericali repelli poſſe, & reſtitui priſtinó Ordini inſeruientium.*

2 Cum enim ſimus in contractu profeſsionis iam celebrato, & perfecto quò ad ordinem inſeruientium, non habet locum pœnitentia, ita vt ab ipſo partes recedere poſsint, ſicut nec habet in cæteris contractibus perfectis. *l. Sicut ab initio. C. De obligat. & act.* præſertim quia non licet cum alterius iniuria mutare cõſilium. *l. Nemo. ff. De reg. iur.* Et præſertim quia contractus profeſsionis regularis eſt ſolemnis, & ſola auctoritate Pontificis diſſolui poteſt. Vnde ſubintrat communis regula, quod ſemel approbatum non poteſt amplius reprobari, Dinus *in Cap. Quod ſemel. De reg. iur. in* 6. Rota *deciſ.* 456. *num.* 4. *par.* 2. *Recent.*

3 Accedit etiam, quod experimentum ſumendum in nouitiatu, eſt in ordine ad admittendum nouitium, non ad religionem abſolutè, ſed ad ordinem clericalem. Facultas autem approbandi, vel reprobandi non poteſt eſſe amplior, quàm ſit experimentum, cum illi debeat inniti; & ideo non poterit ſe extendere, niſi ad approbandum, vel reprobandum in ordine

ne ad ſtatum clericalem, quem ſolum reſpicit experimentum. Sumus enim in correlatiuis, in quibus poteſtas approbandi, vel reprobandi limitatur ad illud, quod eſt in ſuo correlatiuo, vt tradunt Dec. *conſil.* 63. *num.* 6. Seſſe *deciſ. Aragon.* 125. *n.* 41. Bimius *conſil.* 34. *n.* 6. Et ideo poterit tantum reprobari ab ordine clericali, quem reſpicit experimentum.

Qui aliquando furioſum ſe oſtendit, an longo tempore comprobata ſanitate, poſſit ad ordines promoueri. Quaſt. 25.

S V M M A.

Inſania quando ſit perpetua, & quando temporalis.
Inſanus ex læſione organorum non poteſt ordinari etiam comprobata ſanitate ſine diſpenſatione.
Quid, ſi ſit talis ex prædominante humore,
Inſania quatenus reddat inhabiles ad ordines.
Epiſcopus quomodo ſe gerere debeat in iudicando, an qui fuit inſanus, poſſit ordinari.
Periti comparantur iudici.

Quia furor, ſeu inſania prouenire poteſt vel ex læſione organorum: vel ex prædominatione alicuius praui humoris, qualis eſt bilis, contingit etiam diuerſas amentiæ, ſeu furoris. Nam quando prouenit ex læſione organorum, procul dubio habitualis eſt: & quamuis ceſſet, quò ad actum, remanet tamen quò ad habitum, ità vt ſemper timeri poſſit reuiſcentia ex remanente radice. At quando prouenit ex abundantia alicuius humoris, ſe habet per modum tranſeuntis, & in deſtructo prauo humore, remanet ſapiens omnino liber, nec amplius reuiſcentia timeri poteſt ex præexiſtenti cauſa.

2 Dicendum eſt igitur. *Quod ſi, qui in aliquibus actionibus furioſũ, aut amentem oſtendit, non poſſit tanquam irregularis ad ordines promoueri etiam longo tempore comprobata ſanitate ſine diſpenſatione, ſi id prouenit ex læſione organorum. Poſſe tamen promoueri, ſi prouenerit ex prædominatione alicuius praui humoris, accedente iudicio Epiſcopi de confirmata mentis ſanitate.* Ita Archidiacon. *in Cap. Communiter. Diſt.* 33. per argum. ex illo tex Roſel. *in ſum.* verbo *Vitiatus* D. Antonin 3. *par. tit.* 29. *de irregular. cap.* 5. Maiol *lib.* 2 *de irregularit. cap.* 13. *num.* 5. Sayr. *lib.* 7. *de cenſur. cap.* 13. *num.* 3. Auila *par.* 7. *de cenſur. diſp.* 3. *dub.* 4. Suarez *de cenſur. diſp.* 51. *ſect.* 1. *nu.* 3. & 4. Bonac *diſp.* 7. *de irregular. quæſt.* 2. *pun.* 1. *num.* 1. Palaus *par* 6. *oper. moral. diſp.* 6. *de irregularit. pun.* 10. *num.* 4. Gibalin. *de irregularit. cap.* 3. *quæſt.* 3. *propoſ.* 1. *ver. Dico.* 3.

3 Ratio eſt. Quia furor, & amentia non reddunt inhabilem ad ordines ſuſcipiendos, niſi quatenus priuant vſu rationis, & proinde reddunt inhabilem ad exercendos. Ergo inhabilitas non durat, niſi ad menſuram furoris, & amentiæ, quibus ceſſantibus non remanet quidquam, in quo fundari poſſit inhabilitas. Ergo ſi totaliter ceſſet, ita vt neque habitualiter remaneat radix, ceſſat omnino inhabilitas. Si vero habitualiter maneat, manebit inhabilitas habitualis.

4 Cum autem iudicio Epiſcopi relinquatur, an qui aliquando amentia, aut furore correptus, oſtendit poſtea perfectam mentis ſanitatem per notabile tẽpus, poſſit ad ordines promoueri, vt cautè, & prudenter procedat, inquirere debet peritorũ iudicium, quales ſunt medici, vt ſciat, an remaneat amentia, aut furor in habitu, an verò omninò fuerit extinctus. Periti nãq. æquiparantur iudici, vt tradunt Bald. *in l.* 2 *num.* 4 *ff. De fer.* Bart. *in l.* 1. *§. fin. nu.* 2. *ff.* De *verbor. obligat.* Alexand. *num.* 2. Alberic. *num.* 5. Felin. *in cap Propoſuiſti. nu.* 9. De *probat.* Dec. *num.* 52. *in noua edit.* Corneus *conſil.* 43. *col.* 4. *vol.* 1. Riminal. iun. *conſil.* 212. *num* 16. *vol.* 2. Io. de Amicis. *conſil.* 102. *num.* 3. Pacian. *lib.* 2. *de Probat. cap.* 47. *num.* 15. & 94. Couaruu. *par.* 2. *de matrim. cap.* 4. *§* 1. *num.* 3. Habito autem iudicio peritorum, poterit ſine ſcrupulo ipſum ſequi, non ſecus, ac ſi proſequeretur ſententiam prolatam à iudice.

An bannitus capitaliter cum confiſcatione bonorum amittat penſionem, & quid, ſi reſtituatur. Quæſt. 26.

S V M M A

1 *Bannitus capitaliter cum confiſcatione bonorum amittit penſionem.*
Sub confiſcatione bonorum venit penſio.
2 *Bannitus capitaliter habetur pro mortuo.*
3 *Bannitus reſtitutus non recuperat penſionem.*
Ad confiſcationem bonorum extinguitur penſio.
4 *Bannitus reſtitutus, quando recuperet beneficium.*

1 QVod amittat penſionem, videtur reſoluendum. Quia ſicuti ſtante proſcriptione amittit beneficium, ità etiam penſionem in conſequentiam ad cōfiſcationem bonorum; in hoc enim caſu confiſcationis venit etiam penſio, vt tradunt Gloſ. *in Cap. Quicunq. §. Heretici.* verbo. *Beneficiũ.* De *hęret. in 6.* Geminian. *ibid. num. 2. ver. Nota benè.* Abbas. *in Cap. Ad audientiã. 2. n. 2. ver. Dicerem tamen.* De *reſcrip.* Felin. *ibid. init.* Caccialup. *De penſionib. quæſt. 39.* Gigas *de penſion. quæſt. 52. num. 4. & quæſt. 94. num. 7.* Rota *in Conchenſis penſionis. 6. Martij.* 1598. coram Peregrino, & ideo ratione confiſcationis bonorum remanet priuatus penſione: ſicuti confiſcantur fructus percepti, aut etiam maturati penſionis, vt notat de communi Suarez *de fide. diſp. 27. ſect. 5. num. 6. in fine.* Hoc autem debet intelligi ſuppoſito, quod ſententia lata ſit a legitimo iudice, & proinde valida ſit.

2 Ratio autem eſt. Quia bannitus capitaliter cum confiſcatione bonorum habetur pro mortuo, vt notant Alexand. *conſil. 23. num. 9. lib. 1.* Ruin. *Conſil. 26. nu. 5. lib. 5.* Tiraquel. *de retract. ligna. §. 1. gloſ. 9. n. 27.* alios citans. Rota *coram Seraphino. deciſ. 808. num. 1.* Cum autem iura omnia perſonalia extinguantur cum perſona, remanet etiam extinctum ius ad percipiendam penſionem.

3 An autem, ſi reſtituatur à Principe, recuperet penſionem, negatiuè reſoluendū eſt. Quia extincta penſione non poteſt reuiuiſcere. Ad confiſcationem, autem bonorum extinguitur, vt docent Suarez. *De fide diſp. 22. ſect. 5. num. 6. in fine.* Palaus *par. 1. oper. moral. tract. 4. diſp. 5. pun. 5. num. 12.* & proinde beneficium, ſuper quo erat impoſita, liberum manet. Si enim vt dictum eſt. *num. preced.* Bannitus habetur pro mortuo, penſio quoque habetur pro extincta, nam morte extinguitur, & ideo non poteſt ampliùs reuiuiſcere.

4 Confir. Ex communi doctrina. Quod ſcilicet bannitus reſtitutus recuperat quidem beneficium ſi interim non fuit alteri collatum: non tamen recuperat, ſi ſit alteri collatum. Ita. Bald. *in Cap. Conſtitutus. ver. Sed an reſtitutus. nu. 6.* De *reſcrip.* Abbas. *in Cap. Ex tuę. num. 15.* De *cler. non reſident.* Butrius *in Cap. Innotuit. num. 45.* De *elect.* Felin *in Cap. Inter quatuor. num. 4.* De *maior. & obedien.* Dominicus *in Cap. Quamuis. num. 5. ver. Dicit hic.* De *reſcrip. in 6.* Sfort. Oddo *De in integ. reſt. par. 2. qu. 98. ar. 3. num. 33.* Io. de Sylua. *De benefic. par. 3. quæſt. 31. num. 8.* & alii cum Gloſ. *in Cap. Ex parte. verbo.* Quamuis. *De reſtit. ſpoliat.* Ergo cum penſio ſit extincta, & fructus conſolidati ſint beneficio, & facti de iure beneficiati, reſtitutus eam non recuperabit.

An poſsit Epiſcopus conferendò ſimul beneficium alieno ſubdito conferre etiam primam tonſuram. Quæſt. 27.

S V M M A.

1 *Proprius Epiſcopus quinam ſit.*
Epiſcopus non poteſt in fraudem ordinare alienum ſubditum, licet conferat beneficium.
2 *Fraus in ordinando alieno ſubdito cum collatione beneficij quando habeat locum.*
3 *Alienus ſubditus, ſi paulò ante collatum ſit beneficium, non poteſt ordinari.*
Quid requirat Trident vt Epiſcopus ordinet alienum ſubditum.
4 *Quid ſufficiat, vt alienus ſubditus poſsit ordinari.*
5 *Alieno ſubdito poteſt eodem contextu conferri tonſura, & beneficium.*

6 Ra-

6 *Ratio cur alienus ſubditus ratione beneficij poſſit ordinari.*
7 *Qualitas fundamentalis quando ſufficiat adeſſe.*
8 *Collatio æquipollet electioni, confirmationi, & inſtitutioni*
9 *Poteſtas confirmãtis eſt poteſtas iuriſdictionis.*
Præſentatio ſubijcit præſentatum.
10 *Valet præſentatio de proximè clericando.*
11 *Vtens iure ſuo non committit fraudem*
12 *Epiſcopus ordinans familiarem conferendo beneficium ordinat ſubditum.*
Correctio iuris eſt vitanda.
13 *Concil. cur requirat triennalem familiaritatem, vt alienus ſubditus ordinari poſſit.*
14 *Alienus ſubditus præſentatus ad beneficium ordinari poteſt.*
15 *Epiſcopus ordinat non ſubditum, licet non ſit familiaris triennalis conferendo beneficiũ.*

---

1 DE iure nemo ordinari poteſt, niſi à proprio Epiſcopo. Epiſcopus autẽ proprius nedũ eſt Epiſcopus originis, aut domicilij, ſed etiam Epiſcopus loci, in quo quis obtinet beneficium, vt declarauit Bonifac. VIII. *Cap. Cum nullus. De temporibus ordinationum in 6.* Vnde dubitatur an eodem contextu poſſit Epiſcopus alieno ſubdito conferre primam tonſuram, & beneficium. Certum eſt autem, quod non poteſt facere in fraudem; nam id expreſsè prohibetur in Cap. *Eos clericos.* De *tempor. ordinat. in 6.* vbi prohibetur Epiſcopus ordinare alienum ſubditum quocunque figmento quæſito: vbi Gloſ. *verbo Figmẽto*, inter alia figmento ponit, ſi conferat beneficium, quod intelligi debet, ſi cõferat beneficiũ in hunc finem, vt ordinet, quia tunc principalis intentio eſt de ordinatione alieni ſubditi, & collatio beneficij aſſumitur ad cohoneſtãdam ordinationem alieni ſubditi. Secus autem, ſi principalis intentio ſit de conferendo beneficio, quia ſit perſona digna, & ob vtilitatem Eccleſiæ. Vnde dicta Gloſ. non poteſt allegari pro negatiua ſentẽtia, cum eam abſolutè non tradat, ſed ſolum quando cõfertur beneficium in fraudem, vt poſsit ordinari.

2 Et in hoc ſenſu accipiendi ſunt Molſeſ. *par. 1. ſum. tr. 2. cap. 2. n. 7.* Piaſec. *in Praxi Epiſ. par. 1. cap. 1. trac. 2. n. 3.* Machad. *to. 2. lib. 4. par. 1. tract. 3. docum. 4. num. 4.* & cęteri Paſquaſig. Quæſt. Selectæ. qui docent, non poſſe ordinari in fraudem alienum ſubditum ex eo, quod ipſi conferatur beneficium; quia fraus non poteſt habere locum, niſi in hunc finem conferatur beneficium, vt poſſit ordinari. Nam quando confertur ex principali fine aſſumendi perſonam pro ſeruitio propriæ Eccleſiæ, non videtur interuenire fraus aliqua.

3 Quod autem non poſsit eodem cõtextu ordinari alienus ſubditus, aut initiari prima tonſura, & conferri beneficium deſumitur ex illorum doctrina, qui volunt, neque poſſe ordinari alienum ſubditũ, cui paulo ante Epiſcopus contulit beneficiũ. Citantur pro hac ſententia Franc. *in Cap. Cum nullus.* De *tempor. ordinat. in 6.* Quarantà *in Summa Bullar.* verbo. *Ordo. ver. Circa tertium.* Riccius *r. ſol. 262.* Barboſa *de poteſt. Epiſt. allegat. 4. num. 57.* & in hanc ſententiam magis propendit Marchin. *de ſacram. ordin. tract. 1. par. 5. cap. 8. numer. 9.* Fundamentum eſt. Quia collatio beneficii videtur eſſe in fraudem ad eximendum clericum à iuriſdictione ſui Epiſcopi. Secundo. Concil. Trident. *ſeſſ. 23. cap. 9. de Reformat.* Vt poſsit Epiſcopus ordinare alienum ſubditum, requirit triennalem cõmorationem cum ipſo, & quod ſtatim conferat beneficium; iuxta autem oppoſitam ſententiam non requireretur triennalis familiaritas, ſed ſufficeret collatio beneficii.

4 Quod tamen poſsit alieno ſubdito eodem contextu conferri beneficium, & prima tonſura, deſumitur ex iis, qui volunt, Quod vt quis ratione beneficii ordinari poſsit ab Epiſcopo loci, in quo eſt beneficium, ſufficiat, illud beneficium, reſpectu cuius ordinem ſuſcipit, Ita Gloſ. *in Cap. Cum nullus.* verbo. *Eccleſiaſticum*, De *temporib. ordinat. in 6.* Io. Andr. *ibid.* Dominic. *num. 8.* Franc. *num. 3. ver. In Gloſ.* & alii *ibid.* Valaſc. *allegat. 5. num. 26. tom. 1.* & alii.

5 Dicendum eſt. *Alienum ſubditum poſſe eodem contextu initiari prima tonſura & ipſi conferri beneficium.* Deſumitur ex tex. dicti Cap. *Cum nullus.* De *temporibus ordinat. in 6.* ibi. *Seu in cuius diœceſi beneficium obtinet eccleſiaſticum.* vbi obſeruari

debet, quod non dicit, *Obtinuit*, ſed *Obtinet*, ſignificans tempus prçſens: & ideo ſufficit, ſi obtineat, quando initiatur prima tonſura. Ratio, quam Gloſ. cit. affert eſt. Quia tex. vniuerſaliter loquitur, nec diſtinguit de beneficio iam obtento, aut quod de præſenti obtineat; & ideo nec nos debemus diſtinguere. Cap. *Conſuluiſti*. 2. *Quæſt*. 5, & Cap. *Inter corporalia* De *tranſlat.*

6 Accedit etiam, quod militat eadem ratio, obquam ordinari poteſt ratione beneficii, ſiuè beneficium fuerit iam obtentum, ſiue tunc eodem contextu obtineat. Ideo enim ratione beneficii poteſt ordinari, quia beneficium trahit ſecum ſubiectionem, qua ſubiicitur Epiſcopo loci, in quo ſitum eſt beneficium: vnde fit, quod Epiſcopus non ordinet alienum ſubditum, ſed proprium. Sed quãdo ordinando confert beneficium, ita vt adſcribat ſeruitio propriæ Eccleſiæ, & ordinet ad illud beneficium, quod confert, facit ipſum ſibi ſubditum. Ergo ordinat ſuum ſubditum, & proinde legitimè ordinat: & ceſſat omnis fraus, quia intendit prouidere ſeruitio propriæ Eccleſiæ.

7 Confir. Quando pro actu requiritur qualitas aliqua fundamentalis, ſufficit, ſi adſit tempore, in quo actus perducitur ad effectum, nec requiritur, quod præcedat, iuxta. *l.2.§.Proximum. ff.* De *ſuis, & legit.hæred.* & *l.Tutelas.init.ff.* De *cap.dimin.* & *l.Si vſuſfruc.ff.* Quib. *mod. vſufr. amittat.* & notant communiter Doctores Alexan. *in l.Si rem meam. in fine. ff.* De *verbor. obligat.* Bal. *in l.Humanitatis.nu.*28. ver. *Quandoque* C. De *impub. & aliis ſubſtit.* Craueta *conſil.*202. *num.*31. Vnde ſufficit, quod eo tempore ponatur qualitas iſta, quando ponitur actus, & conſequenter, quod ponatur ſubiectio ratione beneficii, quando alienus ſubditus ordinatur.

8 Cœterum quò ad primam tonſuram hæc doctrina patitur difficultatem, quia collatio beneficii requirit ad ſui validitatem ſtatũ clericalem, atque adeo primam tonſuram. E contra verò, vt poſsit alienum ſubditum initiare prima tonſura, opus eſſet, vt prius conferret beneficium, & faceret ſibi ſubditum ratione beneficii. Sed hoc nõ obſtante videtur, poſſe alieno ſubdito conferre primam tonſuram conferẽdo ſimul beneficiũ reſoluendo collationem beneficii in eos actus, quibus æquipollet. Cum enim æquipolleat electioni, ſeu præſentationi, confirmationi, & inſtitutioni iuxta Clemen. *vn.* iuncta Gloſ. verbo. *Conferantur. in fine.* De *rer. permut.* vbi etiam Doctores. Rebuf. *in Concord. verbo.* Statuimus 2. *Gloſ. vlt. ſub Rubr. de Collat.* Mandos. *ad Reg.*32. *Cancellar. quæſt.*4. *n.* 2. Gonzalez. *ad Reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 16. *num.*9 Rota coram Veral. *deciſ.* 36. *nu.* 15. *par.*3. & omnes iſti actus pertineat ad Epiſcopum, tanquam ad eum, ad quem ſolum ſpectat collatio; poterit alienum ſubditum eligere ad beneficium, & hoc pacto facere eum ſibi ſubditum ratione beneficii, deinde conferre tonſuram, & demum inſtituere.

9 Eò ipſo enim, quod eligitur ad beneficium, ſeu præſentatur, fit ſubditus confirmãtis, ſeu inſtituentis: poteſtas enim cõfirmantis, eſt poteſtas iuriſdictionis, vt notant Hoſtienſ. *in ſum. tit. de elect. n.* 27. Butr. *in Cap.* 1. *nu.*9. De *tranſlat. Prælat.* Seraphin. *deciſ.* 637. *n.* 1. & inſtitutio denotat ſubiectionẽ in inſtituto. Cap. *Decernimus*, cum ibi notatis 16. *Quæſt.* 1. Vnde cum talis ſubiectio inducatur ex electione, ſeu præſentatione ad beneficium, erit ſubiectio ratione beneficii, ſufficiens ad recipiendam tonſuram iuxta Cap. *Cum nullus.* De *temporib. Ordinat. in* 6.

10 Quod autẽ poſsit Epiſcopus eligere ad beneficium laicum, nec requiratur ſtatus clericalis, dummodo eligat in ordine ad ſuſcipiendam tonſuram, antequam inſtituatur in beneficio, deſumitur ex Rota. *deciſione in Imolenſi Iurispatronat.* 19. *Nouembr.* 1584. coram Orano, vbi quod valet præſentatio de proximè clericando ante inſtitutionem, & ex Garzia *par.*7. *de benefic. cap.*1. *num.*28. & ex declaratione S. Congregat. Concilii *ad Cap.*10. *ſeſſ.*7. *de reformat.* talis tenoris. *Vicarius Capituli ſede vacante infra annum poteſt concedere dimiſſorias ad primam tonſuram ei, qui eſt præſentatus à patronis laicis ad beneficium eccleſiaſticum iurispatronatus ipſorum, vt illud obtinere valeat.*

11. Ad

11 Ad 1. in oppoſitum conſtat ex dictis, non interuenire aliquam fraudem. Quia tàm Epiſcopus, quàm beneficiarius vtuntur iure proprio. Neque enim Epiſcopus confert beneficium, vt acquirat facultatem ordinandi, ſed vt acquirat Clericũ propriæ Eccleſiæ reſpiciens ad ipſius ſeruitium. Præſertim, vt ſupponitur, cum non ordinet reiectum à proprio Epiſcopo. Rurſus. Sicut beneficiarius habet ius mutandi domicilium, & facere ſe ſubditum alterius Epiſcopi, à quo poſsit Ordinari; ità etiam habet ius emancipandi ſe ſeruitio alterius Eccleſiæ mediante beneficio, & ideo in hoc non interuenit fraus aliqua, quia vtitur iure ſuo, ſecundum quod diſponit de propria perſona in ordine ad percipiendum commodum, iuxta ea, quæ tradunt Cinus. *in l. Altius.* C. De *ſeruit. & aqua.* Rayner. Salicet. & alii *ibid.* Iaſ. *conſil.* 32. *n.* 3. *lib.* 1. Grat. *conſil.* 113. *in fine. lib.* 1. Alexan. *in l. Titius. num.* 9. *ff.* Ad *Trebel.* Ripa. *in l. Quominus lib.* 3. *ff.* De *fluminib.* Craueta. *De antiquo temp. part.* 4. *princip. partic.* 5. *num.* 33. Ruin. *conſil.* 163. *numer.* 3. *lib.* 3. Alciat. alios referens. *De præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 23. *num.* 1. Menoch. *conſil.* 226. *num.* 129.

12 Ad 2. reſp. Concil. non loqui de ordinatione, quando ratione beneficii ordinandus eſt ſubditus. Sed de ordinatione familiaris, & ideo requirit triennium familiaritatis, & quod ſtatim conferat beneficium. Imo ſi rectè perpendatur dicta diſpoſitio Concil. coadiuuat reſolutionem poſitam. Nam, cum de iure nõ poſsit quis ordinari, niſi à proprio Epiſcopo: & proprius Epiſcopus ſit tantum vel Epiſcopus originis, vel domicilii, vel loci, in quo ordinandus obtinet beneficium, fit, quod de iure non poſsit quis ordinari ratione familiaritatis. Dum ergo Concil. concedit, quod poſſit Epiſcopus ordinare familiarẽ triennalem, ſi tamen ei ſtatim conferat beneficium, quia conferendo beneficium facit ſuum ſubditũ, intendit Concil. quod conferendo beneficium, & ordinando eodem contextu, ordinet, tanquam ſubditũ ratione beneficii. Oportet enim, quod, ſi vult ſeruare diſpoſitionem Concil. ante ordinationem deſtinet ipſi beneficium, vt poſsit ſtatim conferre. Hæc enim interpretatio facienda eſt ad vitandam correctionem iuris communis per Concil. inductam diſponentis, quod nemo poſſit ordinari, niſi à proprio Epiſcopo, & quod proprius Epiſcopus ſit tantum Originis, Domicilii, aut Beneficii. Hęc enim correctio eſt vitanda iuxta vulgata iura, *l. Si quando.* C. De *inoffic. teſtam.* & *Cap.* 1. *De noui oper. nunciat.* & Cap. *Cum expediat. De elect. in* 6.

13 Nec obſtat, quod requirat triennalem familiaritatem, quia non requirit, vt per ipſam reddatur Epiſcopus proprius: nam ſi ab initio nõ ſubſiſtit, quod ratione familiaritatis fiat Epiſcopus proprius, nec etiã fiet, quouis tractu temporis duret familiaritas iuxta vulgatã regulã. *l. Quoties ff. De regul. iur.* Sed requirit, vt poſsit habere exploratos mores ordinandi, & qualitates ipſius. Non hinc tamen fit, quod non poſsit ſtatim ordinare eum, cui confert beneficium, quia poteſt aliunde habere exploratos mores. Concil. verò diſponit ſolum de ordinatione familiarium intuitu familiaritatis.

14 Ex quibus deducitur cum Alphõſo de Leone *de offic. Capel. quæſt.* 4. *Praxi.* 6 *num.* 7. *in fine.* Quod ſi patronus præſentet ſubditum alterius Epiſcopi, poterit ab inſtitutore ordinari, quia ratione talis præſentationis fit ipſi ſubditus, cum acquirat ius ad inſtitutionem in beneficio. Valet autem etiam de prima tonſura, nã ſufficit, quod tẽpore inſtitutionis ſit ipſa initiatus.

15 Nec obiici poteſt, quod ex tradita doctrina corruat Decretum Concil. Trid. *ſeſs.* 23. *cap.* 9. *de reformat.* vbi prohibet, Epiſcopos ordinare ſuos familiares non ſubditos, niſi ſint triennales, & eis conferãt ſtatim beneficium. Quia hoc Decretum procedit, & ſemper habet locum, quando Epiſcopus vult ordinare ex titulo familiaritatis, non autem, quando vult ordinare ratione beneficii, quia tunc ordinat, tanquam ſubditum, & conferendo beneficiũ poteſt ordinare, etiamſi non ſit familiaris triennalis, vt declarauit S. Concil. Congregat. apud Garziam. *de benefic. in Addit. ad* 2. *par. cap.* 4. *num.* 1. Cuius declarationis tenor eſt. *Mattheus Mediolanenſis, cui ab*

Epi-

Epiſcopo Regienſi collatum fuit beneficium, per litteras Dimiſſorias eiuſdem Epiſcopi ordinatus fuit. Dubitauit, an cum permanſiſſet in Diœceſi Epiſcopi vltra annum, ei obſtaret. Cap. 9. ſeſſ. 23. *Trident. Concil. quo cauetur, Epiſcopum non aliter poſſe ordinare non ſubditum, quàm ſi per triennium ſecum fuerit commoratus. Congregatio Concil. cenſuit, Dimiſſorias ritè, & rectè poſſe concedi ab Ordinario beneficij.* Cap. fin. De tempor. ordinat. in 6. *Nec obſtat dictum Cap. 9. Quia loquitur de non ſubditis, & Orator ratione beneficij ſibi collati effectus fuerat ſubditus Epiſcopi* Regienſis. *dic. Cap. fin. Quod non eſt credendum, eſſe correctum per dict.* Cap. 9. Et ita tenent Garzia. *cit. loco.* Zerola *in Praxi par. 1.* verb. *Dimiſſoriæ.* §. 1. quando beneficium ſit qualificatum, vel ſufficiens, & *par. 2. verbo. Ordo. dub. 5.* Sanchez *lib. 7. conſil. moral. cap. 1. dub. 2. nu. 25.* Diana *par. 4. tract. 4. reſol. 145.* ver. *Notandum.* Barboſa *ad dict. cap. 9. num. 10. & 15. ſeſſ. 23. Concil. Trident.*

An ſtatutum excluſiuum fœminarum ſupremi Principis afficiat Moniales. Quaſt. 28.

S V M M A.

1 *Statutum excluſiuum fœminarum non afficit, quæ tempore emanationis, ſunt Moniales.*
2 *Etiamſi ſit ſupremi Principis.*
Iuriſdictio ſupremi Principis non ſe extendit ad perſonas eccleſiaſticas.
3 *Statutum excluſiuum fœminarum non operatur, quò ad non ſubditas ſtatuenti.*
4 *Etiamſi ſit conceptum in rem, & non in perſonam.*

1 CVm communi ſententia Doctorum teneat, quod ſtatutum laicorum excluſiuum fœminarum non afficiat eas, quæ tempore emanationis fuerunt iam moniales, ad euitandam auctoritatem communis ſententiæ, dum oppoſitum tenent, reſpondent Molina. *lib. 2. de Primogenit. cap. 10. num. 82.* Sanchez *lib. 7. ſum. cap. 12. num. 19. in fine.* Communem ſententiam eſſe accipiendam de ſtatuto inferioris Principis, non autem de ſtatuto, ſeu lege ſupremi principis. quia ſtatutum ſupremi principis omnes comprehendit.

2 Verum hæc diſtinctio nullo modo ſubſiſtere poteſt, & miror, quod Sanchez eam ſequutus ſit, cum ſit omninò contra canones. Dicendum ergo eſt. *Neque ſtatutum ſupremi Principis excludēs fœminas comparatione maſculorum habere locum quò ad Moniales, quæ tales fuerunt tempore emanationis ſtatuti.* Ratio eſt eadem, ac quæ militat quò ad inferiores. Ideò enim ſtatuta inferiorum non afficiūt moniales, quia inferiorum iuriſdictio non ſe extendit ad ipſas. Sed neque iuriſdictio ſupremi Principis ſe extendit ad ipſas, nā eſt iuriſdictio laicalis, non autem eccleſiaſtica, quæ proinde non ſe extendit ad perſonas eccleſiaſticas. Cap. *Laicis.* 16. *Quæſ. 7.* & Cap. *Eccleſia S. Mariæ.* De cōſtit. vbi communiter ſcribentes, Ergo non ſe extendet ad moniales, & proinde nec etiam ſtatutum ipſius.

3 Quod præſertim verum eſt. Quia ſtatutum excluſiuum fœminarum, neque etiam inter laicos aliquid operatur, niſi perſonæ excluſæ ſubiiciantur ſtatuenti, vt dixit Rota coram Ludouiſio *deciſ. 255. n. 3* & coram Merlino. *deciſ 513. num. 5.* Quæ ſubiectio, cum non ſolum deſit, ſed etiam impoſſibilis ſit in Monialibus reſpectu Principis, etiam ſupremi, impoſſibile quoque eſt, quod eius lex excluſiua fœminarum ſe extendat ad Moniales.

4 Et hoc locum habet, etiam ſi ſtatutum excluſiuum fœminarum eſſet tantum conceptum in rem, & non in perſonā. Nam hæc diſtinctio, quæ eſt Bart. communiter reiicitur, vt obſeruant Plot. *conſil. 16. nu. 6.* Peregrin. *conſil. 7. nu. 8. lib. 5.* Honded. *conſil. 5. nu. 14. lib. 2.* Gratian. *Diſcept. forenſ. cap. 431. num. 27.* Ioſep Ludouic. *deciſ. Peruſ. 21.* per totam. Rota coram Puteo. *deciſ. 351.* & coram Ludouiſ. *deciſ. 255. numer. 6.* & coram Durano *deciſ. 31. num. 9.* & in *Romana de Saluiatis. 14. Martij. 1603.* coram Litta. & in *Colonienſi hæreditatis 10 Iunij. 1616.* coram Buratto & in *Ciuitatis Caſtelli Supplementi* Legitimæ. *11. Decemb. 1617.* coram Pamphilio. Quia parum refert,

quod

quod concipiatur in rem, ſiue in perſonā, ſiquidem vtroque modo tendit ad priuādas perſonas eccleſiaſticas proprio iure, quod habent ad ſucceſſionem.

An vt reclamans poſſit audiri, debeat reſumere habitum prioris religionis, ſi ſit nouitius in alia religione, Quæſt. 29.

S V M M A.

1 *Nulliter profeſſus reclamans, non auditur, ſi dimiſit habitum.*
2 *Auditur tamen, ſi cum licentia ſit nouitius alterius Religionis.*
3 *Dimittens habitum, cur non audiatur pro nullitate profeſſionis.*
4 *De qua dimiſſione habitus loquatur Concil. dum prohibet audiri.*

1 Circa præſentem difficultatem extat Decretum S. Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 19. De regular.* ita ſancientis. *Quod ſi antea* (nempe antequam reclamet, & cauſam perficiat) *habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandam quamcumque cauſam admittatur, ſed ad monaſterium redire cogatur, & tanquam apoſtata puniatur.* Et proinde reclamare debere retento habitu religionis docent Nauar. *De regul. com. 4. num. 73, & 77.* Leſsius *de iuſt. & iure. lib. 2. cap. 45. nu. 65.* Rodriquez *quæſt. regul. 17. ar. 1. tom. 3.* Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 37. numer. 1.* Bonac. *de clauſura. quæſt. 2. pun. 10. difficul. 3.* Lezana *tom. 2. quæſt. Regul. cap. 2. numer. 8.* Nouar. *in Lucerna Regul. verbo.* Reclamare. *num. 7.*

2 Suppoſito tamen, quod aliquis, præhabitis debitis licentiis tranſierit ad aliam religionem, dubitatur, an durante nouitiatu poſſit reclamare contra profeſſionē emiſſam in priori religione retento habitu, quem de præſenti geſtat, nec reaſſumpto habitu dimiſſo. *Et affirmatiuè reſoluendum videtur.* Et ita videtur ſentire Rota, *deciſ. 523. num. 2.* coram Merlino. ex declaratione S. Congregat. Regular, quæ in tali caſu emanauit.

3 Ratio eſt, Quia præſens caſus non videtur comprehendi ſub diſpoſitione Concilii Trident loquitur enim Concil. de eo, qui ſponte habitum dimiſit, atque adeo temerè, & auctoritate propria prætendendo ſe non eſſe religioſum; antequā eius cauſa examinetur, In quo iniuſtè ſpoliat religionem, & priuata auctoritate recedit à ſolemni contractu profeſsionis; & ideo iuxta regulam de reſtitutione ſpoliatorum, debet religio ſpoliata reſtitui ad priorem poſſeſsionem. Quæ nō habent locum in caſu præſenti; quia reclamans nō dimiſit habitum religionis ſponte, ſed cōmutauit cū habitu alterius religionis, interueniente auctoritate ſuperiorū, & ideo non remanet religio ſpoliata.

4 Accedit. Quod Concil. diſponit de iis, in quibus habitus dimiſsio facit præſumptionem Apoſtaſiæ, quia cum præſumptio ſtet pro validitate profeſsionis, quoaduſq. oppoſitum conſtet, dimittens habitum, præſumitur apoſtata, & ideo Concil. vult; quod redire cogatur, ad religionem, & tāquam Apoſtata puniatur. Is autem, de quo agitur, non poteſt tanquā talis puniri, nec poteſt cogi redire ad priorem religionem, cum inde auctoritate ſuperiorum diſceſserit: & proinde non ſumus in caſu, de quo diſponit Concilium.

An male ordinatus ſit capax beneficij Quæſt. 30.

S V M M A.

1 *Malè ordinatus, ita vt ſit ſuſpenſus, non eſt capax beneficij.*
2 *Quid, ſi bona fide excuſetur.*
3 *Si Epiſcopus ratam habeat ordinationem ordinati ſine licentia, ſit capax beneficij.*
4 *Quid, ſi obtineat beneficium, antequam rata habeatur ordinatio.*
Ratificatio Ordinationis retrotrahitur.
5 *Collatio beneficij nulla ex incapacitate perſonæ, non conualidatur, niſi de nouo interueniant, quæ erant ab initio neceſſaria.*

1 Pro-

1 PRocedit difficultas de eo, qui ob malam ordinarionem remanet ſuſpenſus ab exequutione ordinis, ſiuè quia ſit ordinatus abſque dimiſſoriis ſui Epiſcopi, ſiue ante legitimam ætatem &c. Dicendum eſt. *Non eſſe capacem beneficij, qui ita malè ordinatur, vt remaneat ſuſpenſus*. Ita Paris. *de reſignat. lib.4. quaſt.2. num.54. 56. & 58.* Squillantes *de Priuileg. cler. cap 4. num.16.* Alphonſ. de Leone *de offic. Capellani, quęſt.4. Praxi 6. num.6.* Ratio eſt. Quia ratione ſuſpenſionis remanet impedita exequutio ordinis, & conſequenter etiam omnes effectus, quos ordo inſerre poteſt, atque adeo etiã capacitas beneficiorum. Vnde remanet cum nudo ordine, ſed abſque ijs omnibus, quæ de iure poſitiuo annexa ſunt ordini.

2 Hoc tamen eſt limitandum, ſi malè promotus bona fide excuſaretur, nam tunc non habet locum pœna ſuſpenſionis iuxta ea, quæ tradunt Graf. *par.1. deciſ. lib. 4. cap.27. nu.22.* Rodriquez *par.2. ſum. cap. 16. num.2.* & *queſt. Regular. 23. ar. 11. tom 3.* Sanchez *lib.3. de matrimon. diſp. 3. in fine.* Vgolin. *de offic. Epiſc. cap.26. §.6. n.5.* Suarez *diſp 31. de cenſur. ſect. 2. num.6.* Miranda *tom.1. Manual. quaſt.39. ar.6.* Paris. *conſil. 25. lib.3.* Mandos *ad Regul. 18. quęſt. 8. per totam.* Rota *in Aquenſi irregularitatis. 14. Maij. 1607.* coram Caualero. Cum ergo non habeat locum ſuſpenſio, niſi aliunde adſit aliud impedimentum, non impeditur exequutio ordinis, atque adeo nec capacitas beneficiorum.

3 Si autem quis ſit ſuſpenſus ab Ordine, quia abſque licentia proprii Epiſcopi ſit ordinatus, ſi proprius Epiſcopus ratam habeat ordinationem, ſit capax beneficii, quia rati habitio tollet etiam ſuſpenſionem, vt tradunt Maiol. *lib 1. de irregularit. cap.10. num.1.* Bonac. *diſp.8. de ſacram. quęſt. vn. pun.4. nu 15.* Ciarlin. *lib 1. Controu r. forenſ. cap 46. num. 26.* Paris. *de reſignat. lib.4. quaſt. 2. num.87.* Quaranta *in ſum. Bullarij. verbo. Ordo. ver. Amplia banc.* Nauar. *conſil. 48. de tempor. ordinat. in 2. edit.* Alphon. de Leone *de offic. Capel. quaſ. 4. Praxi 6 nu.8.* Pax Iordan. *tom.1. Variar. Lucubrat. lib.3. tit.6. num.117.* Per hoc enim, quod rata habeatur Ordinatio, reſtituũtur omnes effectus, quos ſuſpenſio impediebat, atque adeo etiam capacitas ad obtinenda beneficia.

4 Maior difficultas eſt. Quid ſi interim, antequam rata habeatur eius ordinatio, obtineat aliquod beneficium. Cum enim collatio, ſeu inſtiturio fuerit nulla, neceſſaria eſt noua prouiſio, vt poſsit retinere beneficium. Et quamuis ratificatio ordinationis retrotrahatur, ac operetur, quod eodem pacto ſe habeat, ac ſi ab initio ritè ordinatus fuiſſet, Cap. *Quoties.* De *pactis* & Cap. *Rati babitionē.* De *reg. iur. in 6* & *l. Cũ decem §. Si fideiuſſor ff.* Soluto *matrimonio* & notant Bald. *ibid. nu.2.* Craueta *conſil. 304. num.2.* ver. *Et ideo.* Surd. cum aliis *deciſ.33. num.2.* Rota coram Merlino. *deciſ. 615. num.9.*

5 Attamen hæc retrotractio virtute ratihabitionis nihil operatur circa collationem beneficii, ſeu inſtirutionem. Cum enim fuerit nulla defectu capacitatis perſonæ, non poteſt conualidari, niſi interueniat facultas conferendi, aut nſtituendi, & cœtera omnia, quæ erant neceſſaria ab initio, vt actus ſubſiſteret, *l. Si vt proponis.* C. De *nupt.* & *l. Nuptię. ff.* De *ritu nuptiarum.* & notant Roman. *conſil. 12. nu.6.* Dec. *conſil. 536. numer.6.* Aretin. *conſil.128. num.1.* Beroius *conſil. 134. num.1. lib.1.* Rota coram Seraphino. *deciſ. 1242. nu.2.* & coram Ludouiſio. *deciſ. 473. num. 9* & ideo indigebit noua prouiſione, vt poſsit beneficium retinere. Imo ſi beneficium eſſet iurispatronatus, non ſufficeret noua inſtitutio, ſed requireretur etiam noua præſentatio, quia prior præſentatio fuit nulla.

An Regularis tranſiens ad aliam religionem deferat ſecum bona acquiſita prima religioni. Quaſt. 31.

S V M M A.

1 *Bona acquiſita priori monaſterio ſequuntur tranſeuntem ad aliam Religionem ſecundum aliquos*

2 *Valet ſecundum alios de bonis tacitè acquiſitis monaſterio, non de expreſsè donatis.*

3 *Secundum alios de bonis omnibus quocunque titulo*

titulo acquiſitis.

4 *Secundum alios tranſit cum Religioſo ſolus vſufructus.*

5 *Tranſeunte Religioſo ad aliam Religionem prior retinet omnia bona.*

6 *Omnia iura profitentis tranſeunt in Religionem, ita vt nullum apud ipſum remaneat, quò ad bona.*

7 *Bona profitentis fiunt abſolutè Religionis, & non ſub tacita conditione perſeuerantiæ.*

8 *Datum ſub conditione, ſub oppoſita cenſetur non datum.*

Datum Religioni à profitente eſt abſolutè datum ratione profeſſionis.

9 *Tranſiens ad aliam religionem eſt incapax recuperandi bona data priori Religioni.*

10 *Bona quomodo ſequantur perſonam.*

11 *Votum paupertatis abdicat omnino bona à profitente.*

12 *Finis tranſlationis bonorum profitentis in religionem eſt perpetuus, & quinam ſit.*

13 *Bona agentium pœnitentiam in monaſterio, cedunt monaſterio.*

Bona rapientium, corrumpentium &c. mulieres religioſas tribuũtur Monaſterio.

---

1 VAriè in hac difficultate opinati ſunt Doctores, vnde in varias ſententias abierunt. Prima ergo opinio tenet, quod bona acquiſita priori Monaſterio ſequantur tranſeuntem, & acquirantur poſteriori religioni. Ita Hoſtienſ. *in Cap. Quod à te. nu* 4. De *cler. coniug.* Anton. *num.* 9. Io: Andr. *num.* 7. Ancharan. *num.* 9. Henr. *num.* 2. Imola *in Clement.* 1. *num.* 38. De *ſtatu Monach.* Archidiacon. *in cap.* 1. *num. vn.* 17. *Quæſt.* 4. Bellarm. *ibid. n.* 1. Angelus. *verbo.* Monaſteriũ. *nu.* 6. Armilla *verbo.* Religio. *n.* 17. Menoch. *de arbitrar lib.* 2. *Centur.* 5. *caſu.* 436. *nu.* 13. Mandel. *conſil.* 712. *num.* 2. *vol.* 4. Angel tamen & Armilla limitãt ad bona patrimonialia. Fundamentum eſt. Quia illa bona acquiſita ſunt tanquam acceſſoria perſonæ: & ideo ſequi debent perſonam tranſeuntem. Afferunt etiam Cap. *vn.* 18. *Quæſt.* 1. vbi ſpes ſuccedendi parentibus competens Monacho, dum erat in priori Monaſterio, tranſit cum eo in poſterius Monaſterium. Verum non facit ad rem, quia modo non agitur de bonis in ſpe, ſed de bonis iam acquiſitis, & incorporatis Monaſterio.

2 Secunda ſententia docet, Bona, quæ cum perſona tacitè tranſeunt per profeſſionem in Monaſterium, deferri cum religioſo tranſeunte ad aliam religionem. Non autem bona, quæ tempore ingreſſus ſunt expreſsè Monaſterio donata. Ita Gloſ. *in Cap. Quod à te. in fine.* De *cler. Coniug.* Cardin. *ibid. Oppoſit.* 4. Abbas. *nu. vlt.* Natta. *Conſil.* 180. *num.* 8. Roſel. *verbo.* Religio. 4. *num.* 12. Fundamentum eſt. Quia priora bona tranſeunt in conſequentiam ad perſonam, & proinde ſub tacita conditione perſeuerantiæ in religione. Poſteriora autem tranſeunt independenter à perſona.

3 Tertia ſententia tenet, quod bona omnia, quæ quocunque modo obuenerũt religioni contemplatione ingreſſus, reddenda ſint poſteriori religioni. Ita Bartholom. Socin. *conſil.* 222. *num.* 3. ver. *Quibus tamen.* Nicolaus de Vbal. *de ſucceſ. ab inteſt. par.* 2. *vbi de ſucceſ. Regular. nu. vlt.* *Redoan. de ſpol. eccleſ quæſt.* 8. *init. num.* 79. Tapia *in Authent. Ingreſſi. verbo.* Sua. *cap.* 6. *num.* 10. C. De *ſacroſan. Eccleſ.* Fundam. eſt. Quia, dum ſunt acquiſita contemplatione ingreſſus, dum religioſus tranſit ad aliam Religionem, ceſſat finis acquiſitionis, & ideo reſoluitur, & ſequitur ingreſſum in aliam religionem.

4 Quarta ſententia aſſerit. Bona acquiſita remanere penes priorem religionem, vſumfructum tamen tranſire ad poſteriorem religionem. Ita Hoſtiens. *in ſum. tit. De Cler. coniug. circa fin.* ver. *Si cum licentia.* Bartholom. Socin. *conſil.* 52. *nu.* 18. *vol.* 4. Mandos. *in Praxi Signat. grat.* §. *Tranſlationes.* ver. *Sed quęro.* Calderin. *conſil.* 23. *poſt. init.* De *regular.* Anan. *in Cap. Quod à te. in fine.* De *cler. coniug.* Rebuſ. De *nominat. Rubr. De regia ad Pręlat. nominat.* verbo. *Conceſſa.* ver. *Quid ſi monachus.* D. Anton. 3 *par. tit.* 16. *cap.* 24. §. 3. Et ita etiã docet Speculator, non abſolutè, ſed quando Monaſterium ad quod transfertur Religioſus, eſt inops. Tit. De *ſtatu Monachor.* §. *vlt. num.* 10. *quęſt.* 6. Fundamentum deſumitur ex Cap. *De lapſis* 16. *Quæſt.* 3. & Cap. *Si quis rapuerit.* 27. *Quæſt.* 1. & Authentic. *Sancti Epiſcop.* §. *penul.* ex quibus tex. conſtat vſumfructum bonorum, quæ acquiſiuit prius monaſterium eſſe tribuendũ

poſte-

poſteriori ratione alimentorum, ne Religioſus translatus ſit ipſi oneroſus.

5 Quinta ſententia abſolutè docet, bona acquiſita remanere priori Monaſterio. Ità Lappus *allegat.* 61. Aretin. *in l. Si quis mihi.* §. *Seruus.nu.*2.*ff.*De *acquirent.hæred.*Io.Andr.*in Cap.fin. num.*3.De *regular.* Cardin.*ibid.n.*2.*quæſt.*4. Abbas.*nu.*3.Ananias.*n.*8.Henr.*n.*4.Bellam.*in Cap.Quanto. num.* 11. De *offic.* Ordin. Imola *in Clemen. fin. numer.* 8. *quæſt.* 7. De *elect.* Caſtrenſ. *in l. Inter antiquam.num.*2.C.De *vſufr.* Ancharan.*conſil.*352.*in fine*.Euerard.*in Topi. de.loco A Seruo ad Monach.n.*5.Bald.*Nouel. ac dote par.* 1. *num.*10. Riminal. iun. *conſil.* 342. *num.* 25. *volum.* 3. Petrus De Vbald. *tract. de mutat. Stat. eccleſ. cap.* 1. *num.*13. Spinus. *in ſpeculo teſtam. gloſ.*12. *prin.num.*23.Couaruu. *in Cap.* 1. *num.* 20. De *teſtam.*Germon. *De ſacror.immunit.lib.* 3.*cap.*4. *num.* 37. Surdus *de alimen. tit.* 9. *quæſt.*27. *nu.*8. Syluester *verbo.* Religio 4. *quæſt.*10. Tabiena *verbo.* Religio.*num.* 28. Nauar.*com.*4. *num.*24.*De Regul.* Aluarad. *de conniect. men. teſt.lib.*2.*cap.*3. *in princip. num.*7. Molina. *tom.* 1. *de iuſt. & iure.diſp.* 140.ver.*quando* Religioſus. Azor.*par.* 1. *lib.* 12. *cap.*15. *quæſt* 3. Rodriquez *quæſt.* Regul.5.*ar.*5.*tom.*3. & *tom.*2. *ſum. cap.*3.*nu.*9. quo in loco vult ſubminiſtranda alimenta Religioſo tranſeunti, Sanchez *lib.* 7. *ſum. cap.*32.*num.*8. Bonac. *de Clauſura quæſt.*2. *pun.*9.*nu.*2. Hieronim. Rodriq *in Compend. Quæſt.Regul.* Reſol.98.*n.*10. Tamb. *De iure Abbatis diſp.*21.*q.*7.& *de iure Abbat. diſp.*7. *q.*6.*n.*7. *tom.*3.Barboſa *de iure eccleſias.lib.*1. *cap.*42 *n.*91.Suarez *to.*4.*de Relig.li.*3.*cap.*14. *n.*5.Fontanel.*dec.*227.*per totã.*Cabedus *dec.* 163.*n.*2 *par.*1.Capic.Latro *deciſ.* 193. *n.* 30. *par.*2.Bottiglier. *de ſucceſ. ab inteſt. cap.*2. *theorem* 78. *num.*1.Pellizar.*tom.*1. *Manual. tract.*3.*cap.*5.*ſect.*3.*num.*153.Palaus *par.*3. *oper.moral.tract.*16.*diſp.*3.*de obligat.ſtat. religioſi.pun.*17.§.2.*n.*3.

6 Hæc vltima ſententia non ſolum eſt communiſſima, ſed etiam melius fundata: vnde tenendum eſt. *Religioſum tranſeuntem ad aliam religionem non deferre ſecum bona, quæ prior religio acquiſiuit ab ipſo, vel ratione perſonæ ipſius.* Deſumitur ex §. *Si quis autem* & §. *Si verò relinquens.* Authent *De Monach. collat.* 1. & ex §. *Si Monachus.*1.Authent.*De ſanctis.Epiſcop.* Et ratio eſt. Quia per profeſsionem omnia iura profitentis transferuntur in religionem, & conſequenter omnia bona ipſius, vel quę de præſenti poſsidet, vel quæ ipſi poſtea obueniunt, fiunt ſtatim religionis propria. Et ità transfert iura ſua in religionem, vt apud ipſum nullum ius remaneat; & proinde bona, quæ poſt profeſsionem acquiruntur, obueniunt immediatè religioni ratione iuris in ipſam trãſlati. Ergo dum tranſit ad aliam religionem, non trahit ſecum huiuſmodi bona; quia, vt traheret, neceſſarium eſſet, quod retineret aliquod ius ad ipſa, ratione cuius adhærerent perſonæ, & ipſam ſequerentur. Cum autem nullum penitus ius retineat, non poteſt trahere, ſicut non poteſt trahere bona, quæ religio aliunde poſſidet, & tamen eſt eadem ratio de his, ac de illis, quæ ratione Religioſi, vel ab ipſo acquiſiuit.

7 Nec dici poteſt. Quod huiuſmodi bona acquirantur religioni ſub tacita cõditione, quod Religioſus perſeueret in religione. Quia hoc non habet locum quò ad bona, quæ ratione Religioſi acquiruntur à Religione poſt illius profeſsionem, quia hæc acquiruntur ratione iuris tranſlati in religionem, atque adeo nõ poſſunt ſubeſſe alicui conditioni impoſitæ tacitè à profitente. Deinde bona, & iura omnia profitentis tranſeunt in religionem ratione voti obedientiæ, & paupertatis, per quę abdicat à ſe omne ius, & dominium, & transfert in religionem; & ideo translatio fit ſecundum menſuram votorum. Cum autem vota ſint ex natura ſua abſoluta, & perpetua, ſiquidem conſtituunt ſtatum religioſum, non poſſunt includere tacitam conditionem, ſi perſeuerauerit, nam hæc conditio poteſt habere locum in eo tantum, quod eſt ex natura ſua indifferens ad vtrumque, non autem in eo, quod ex natura ſua eſt perpetuum, & abſolutum, cum ratione perpetuitatis excludat caſum non perſeuerantiæ; & ex eo, quod eſt abſolutum excludat omnem conditionem. Si ergo translatio bonorum, iurium &c. eſt ſecundum menſuram votorum, erit abſolu-

ſoluta, & perpetua, & abſque vlla tacita conditione, quæ repugnet perpetuitati.

8 Confirm. Si bona, & iura Religioſi transferrentur in religionem ſub prædicta tacita conditione, remaneret apud Religioſum aliquod ius ad eadem bona, nempe ius recuperandi, quod operatur, vt non ſint totaliter translata in religionem, ſed tantum pro aliquo caſu, & pro alio non ſint translata, quia datum ſub cōditione, ſub contraria cenſetur non datum *l. Si legatum*, & *l. Legata inutiliter. ff.* De *adimentis legatis.* & *ſ. Quod purè, init. ff. Quādo dies leg. cedat.* & *l. 2. ff. De in diem addit* vbi Gloſ. *verbo Conditionalis.* Vnde bona, & iura eſſent partim translata, & partim non translata in Religionem. Hoc autem eſt contra naturam profeſsionis religioſę, quæ non relinquit profitenti aliquid proprium: nec velle proprium, aut nolle.

9 Conf. 2. Quando religioſus tranſit ad aliam religionem, nec etiam pro momento abſoluitur à votis eſſentialibus religionis: ſed ſolum immutatur ſtatus ſecūdum accidentalia, nempe ſecundum regulares obſeruantias, & diſſoluitur obligatio mutua, quæ erat inter religioſum, & priorem religionem; & contrahitur cum ſecunda; ſtatus tamen ſubſtātialis religioſi permanet immutatus. Ergo non poteſt transferre ad poſteriorem Religionem bona, quę ratione ſuæ perſonę acquiſiuit. Quia vt afferret, deberet recuperare à priori religione. Repugnat autem, quòd recuperet, permanentia ſtatus religioſi ſecūdum ſubſtantialia, quia reddit religioſum incapacem iuris, & dominij. Vnde nec poſterior religio habet titulum acquirendi, quia ſolū poſſet habere ratione perſonæ, quam ſibi incorporat, vt autem acquireret ratione perſonæ, neceſſarium eſſet, quod prius perſona ea ſibi vindicaret.

10 Quæ autem adducta ſunt pro cōtrariis ſententiis, facilè diſſoluūtur. Vndè ad motiuum primæ ſententiæ reſpondetur. Bona tanquam acceſſoria ſequi perſonam ratione connexitatis, quam habēt cum ipſa: hæc autem connexitas conſiſtit in iure, aut etiam dominio, & poſſeſsione, quibus ſublatis tollitur omnis connexio, & pertinentia. Cum autem profitens ſe ſpoliet poſſeſsione, dominio, & omni iure, & omnia transferat in religionem bona non amplius pertinent ad ipſum, & proinde nec amplius ſequuntur perſonam, quando tranſit ad aliam religionem, ſicut etiam bona renunciata non amplius ſequuntur renunciantem, quia abdicauit à ſe omne ius.

11 Ad motiuum ſecundæ ſententiæ: bona, quæ tranſeunt in religionem in conſequentiam ad perſonam non tranſire ſub illa tacita conditione perſeuerantiæ. Quia eo modo tranſeunt, quo à ſe abdicat ius ad ipſa; ſi quidem ius abdicatum transfertur in religionem. Abdicat autem à ſe abſolutè, & non ſub aliqua tacita conditione, quia abdicat ratione voti paupertatis, quod non admittit aliquam conditionem, ſed eſt de ſe perpetuum, & conſtituit ſtatum. Deinde vt locum haberet dicta tacita conditio: ita vt deberent reſtitui, quando tranſit ad aliam religionem, deberet fieri capax ſaltem pro aliquo tempore iuris ad ipſa: non fit autem neque etiā pro momento, quia continuatur abſque interruptione votum paupertatis, quod ſemper obſtat.

12 Ad motiuum tertiæ ſententiæ. Illa bona acquiri quidem contemplatione ingreſſus, ſed tanquam occaſionis, non tanquam cauſæ finalis. Quia finis transferendi illa bona in religionem, non eſt ingreſſus, ſed eſt illemet finis, quem habet votū paupertatis; qui eſt abdicatio rerum temporalium à ſe in obſequium Dei, & conſequenter ſtatus perfectionis, ad quem ordinantur vota religioſa. Vnde cum iſte finis ſemper perſeueret, quando tranſit ad aliam religionem, quia non diſſoluitur ſtatus religioſus, non poteſt argui, quod ex ceſſatione finis reſoluatur acquiſitio.

13 Textus verò allati pro quarta ſententia nihil probant. Nam in Cap. *De lapſis. 16. Quæſt. 6.* eſt ſermo de ſacerdotibus, & clericis ſæcularibus, qui ob delicta detrudebantur in Monaſteria ad pœnitētiā peragendam; & ſtatuitur, quod ipſorum bona tradantur monaſterio, in quo acturi ſunt pœnitentiam. In Cap. autem. *Si quis rapuerit. 27. Quæſt. 1.* diſponitur de iis, qui rapiunt, ſollicitant, vel corrumpunt mulieres

lieres religioſas, & ſtatuitur, quod bona ipſorum tribuantur religioſo loco, in quo eſt mulier. Et additur, quod mulier cum ſuis rebus Monaſterio cautiori tradatur. Quod neque facit ad rem. Quia talis mulier traditur alteri monaſterio cuſtodienda, non autem tranſit ad ipſum ex acceptatione eiuſdem. Deinde nō conſtat, quod talis mulier ſit ligata voto paupertatis. Rurſus non conſtat, quod mulieres, de quibus loquitur, ſint veræ religioſæ. Denique compenſatur monaſterium, dum ipſi adiudicantur bona delinquentium. Quod nō ſit ſermo de mulieribus regularibus, colligitur ex illis verbis, *Et cum ſuis rebus*, ſi enim habent res ſuas, oportet, quod illas nomine proprio poſſideant, atque adeo non ligentur voto paupertatis.

An Monialis tranſiens ad aliud Monaſterium deferat ſecum dotem. Quæſt. 32.

S V M M A.

1 Dos Monialium quo titulo tribuatur Monaſterio.
Dos ibi eſſe debet, vbi ſunt onera matrimonij.
2 Monialis tranſiens ad aliud Monaſterium non defert ſecum dotem.
Monialis profitendo transfert in Monaſterium ius ad dotem.
3 Acquiſitio non impleto modo quādo reſoluatur.
4 Onus Monaſterij alendi Monialem vnde naſcatur.
5 Quiſque tenetur alere eos, quorum opera vtitur.
Onus alendi Monialem ceſſat, dum tranſit ad aliud Monaſterium.
6 Dos Monialis non compenſat onus alendi.
7 Non valet argumentum à dote vxoris, ad dotem Monialis.
8 Monialis tranſiens ad aliud Monaſterium non trahit ſecum vſufructum dotis.

1 PArtem affirmatiuam tenent Bartholom. Socin. *conſil.* 222. *nu.* 3. vèr. *Sed in caſu noſtro. vol.* 2. Bald. nouel. *de Dote. par.* 1. *num.* 10. ſiue Monaſterium ſit eiuſdem, ſiue diuerſi Ordinis. Tapia *in Authen. Ingreſſi. verbo.* Sua *cap.* 6. *num.* 10. Rodriquez *tom.* 2. *ſum. cap.* 31. *nu.* limitans ad dotem neceſſariam pro alimentis. Fundatur hæc ſententia in eo, quod Dos recipitur à Monaſterio pro alimentis tantum, & ſuffragio vitæ, vt tradūt Bald. *in Authent.* Res, *quæ. nu.* 13. C. *Communia de legat.* Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 63. *num.* 9. Et proinde debet ſequi Monialem, ſicut eam ſequitur exigentia alimentorum. Secūdo. Ibi dos eſſe debet, vbi ſunt onera matrimonii. *l. Si is, qui. ff.* De iure *dot.* Ergo debet ſequi Monialem tranſeuntem ad aliud Monaſterium, quia hoc Monaſterium ſubit onera, quæ ſecum trahit matrimonium ſpirituale Monialis.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod non deferat ſecum dotem traditam primo Monaſterio, ſi voluntariè tranſeat ad aliud, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſi ordinis.* Ita tenent Nauar. *Commen.* 4. De *regul. num.* 34. *ver.* 11. Rodriquez *quæſ. Regular.* 79. *ar.* 2. ver. *Ex quibus. tom.* 2. Sanchez *lib.* 7. *ſum. cap.* 32. *n.* 12. Fauſt. *in Theſau. Religioſ. lib.* 5. *quæſt.* 375. Bonac. *de clauſura quæſt.* 2. *pun.* 9. *§.* 4. *diffic. cul.* 2. *propoſ.* 2. *num.* 6. Tamburin. *de iure Abbatis diſp.* 21. *quæſt.* 7. *num.* 3. Et ita ſenſit S. Congregatio in *vna Neapolitana ſub die* 20. *Iulij* 1583. & in *vna Fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum ſub die* 3. *Auguſti.* 1635.

3 Ratio eſt. Quia Monialis profitendo transfert omnia ſua iura in Monaſterium iuxta Authet. *Ingreſſi.* C. De *ſacroſanc. Eccleſ.* & tradunt communiter Doctores. Iaſ. *ibid. num.* 2. Bald. *in Cap. In præſentia.* De *probat.* Butr. & Io. Andr. *ibid.* & cęteri. Vnde etiam transfert in Monaſterium ius proprium, quod habet ad dotem. Et hoc in virtute ſubſtantialis profeſſionis, prout conſiſtit in emiſsione votorū, vt dictum eſt *præced. Quæſt.* Ergo non retinet aliquod ius proprium ad dotem, ſed fit abſolutè Monaſterii, ita vt ad ipſam acquirat plenum, & totale ius. Ergo quando Monialis tranſit ad aliud Monaſteriū, non eſt ipſi reſtituenda dos tanquam ea, ad quàm nullum ius habet, non ſecus, ac non ſunt ei danda alia bona Monaſterij, cū dos quoque ſit ipſi incorporata, & eodem iure cenſeatur, & ſit facta inalienabilis, ac cœtera bona Monaſterii.

4 Dices

4 Dies Monaſterii acquirere dotem ſub onere alendi Monialem, & ideo cum reſoluatur hoc onus, reſolui etiam acquiſitionem dotis. Verum hoc non ſufficit, vt reſoluatur acquiſitio Monaſterii. Nam onus alendi ſe habet vt modus; tunc autẽ ſolum non impleto modo reſoluitur acquiſitio, quando per acquirentem ſtat, quod non impleatur. *l. Quæ ſub conditione. §. Quoties. ver. Idem eſt. ff. De condit. inſtit. & l. Pater §. Tuſculanus. ff. De leg.* 3. Quãdo autem Monialis voluntariè tranſit ad aliud Monaſterium, non ſtat per primum Monaſterium, quin adimpleatur onus alendi,

5 Deinde onus alendi Monialem non naſcitur ex dote, ſed ex natura profeſſionis, quia eo ipſo, quod per profeſſionem transfert ſeipſam in poteſtatem Monaſterii, & ſe conſtituit ſub illius dominio, & quodammodo fit illius ſerua, ideo acquirit ius ad alimenta, & Monaſterium contrahit debitum alendi, Tenetur enim quiſque eos alere, quos recipit in ſuam poteſtatem, & quorum opera poteſt ad libitũ vti *l. Cum plures. §. Cum tutor. ff.* De *adminiſtr. tut.* & *l. In rebus. §. Poſſunt. ff. Commodati.* & *l. penul. ff.* De *oper. libert.* & *l. Vnica. §. Sed ſimus. C.* De *lat. liber. tol.* & *l. Item ſerui. in fine. ff.* De *ædilit. edic.* & *l. Diuortio. §. fin. ff.* Soluto *matrimonio.* Quod conſtat in Religioſis, qui non ſoluunt dotem Monaſterio, à quo acceptantur; Cum ergo Monialis tranſiens ad aliud monaſterium, ſe ſubtrahat à poteſtate primi, reſoluitur illius obligatio quò ad præſtanda alimenta, & contrahitur ab alio Monaſterio; nec primum tenetur reſtituere dotem, quia non ſuſtinebat onus alendi ratione dotis.

6 Ad 1. rationem in oppoſitum reſp. Aliud eſſe, quod dos recipiatur à Monaſterio pro cõpenſando onere alendi, & aliud quod recipiatur pro ſubminiſtratione materiæ, vnde alere poſſit. Hoc ſecundum eſt verum, primum autem eſt falſum; nam onus alendi compenſatur ex eo, quod Monialis ſe tradit in poteſtatem Monaſterii, & ſuſcipit onus ſeruiendi iuxta regulam. Et ideo non ſequitur, quod ſi de ponit onus alendi, debeat reſtituere dotem, eum ſit data tantum in ſubſidium, & non ſub modo aliquo, qui faciat reſolui acquiſitionem: ſed abſolutè, & hoc tantum volunt Doctores citati, nec volunt, quod ſequatur Monialem.

7 Ad 2. Non valere argumentum à dote pro matrimonio ad dotem Monialis. Quia dos in matrimonio datur pro compenſandis oneribus matrimonii, nec tranſit abſolutè in poteſtatem mariti, ſed vxor retinet ius ad ipſam, quod à ſe non abdicat per matrimoniũ, & mortua vxore reſtituitur, vt plurimum, aut tota, aut ſecundum partem iuxta diuerſa ſtatuta, ſi decedat vxor ſine liberis. At dos monialis, vt dictum eſt, tranſit abſolutè in poteſtatem Monaſterii, nec datur pro onere alimentorum compenſando, ſed pro ſubminiſtranda ope ad alendum; nec Monialis retinet aliquod ius ad ipſam. Et ideo in hac dote non valet, quod ibi debeat eſſe, vbi ſunt onera.

8 Ex quibus deducitur, Monialem tranſeuntem ad aliud Monaſterium, nedũ ſecum deferre dotem, ſed nec etiam vſufructum, quod tenere debent Doctores omnes *quæſt. præced. pro quinta ſententia* citati. Nam cum dos tranſeat in proprietatem Monaſterii, & Monialis per profeſſionem abdicet à ſe omne ius ad ipſam, & transferat in Monaſterium, vſusfructus quoque incorporatur bonis Monaſterii, nec pertinet aliquo pacto ad Monalem, nec ipſam ſequitur.

An ſi ſecundum Monaſterium cogatur recipere Monialem, ſit ei reſtituenda dos à primo. Quæſt. 33.

S V M M A.

1 *Moniali tranſlata ad aliud monaſterium ob pœnitentiam, ſunt à primo ſubminiſtranda alimenta.*
2 *Primum monaſterium an teneatur ad alimenta, ſi ſecundum coactè recipiat Monialem.*
3 *Tenetur ad dotem, ſi inſtet recipi à ſecundo.*
Nemo grauandus pro commodo alterius.
4 *Primum Monaſterium ad nihil tenetur ſecundo, ſi non inſtet, recipi monialem.*
5 *Conſenſus Superioris facit, quod Monaſterii*

non coactè recipiat monialem.
6 *Monaſterium quomodo repræſentetur in monialibus, & quomodo in Prælatis.*
7 *Monaſterium nunquam poteſt reſtituere dotem.*

---

1 IN hac difficultate hoc videtur certũ, quod ſi Monialis transferatur ad aliud Monaſterium ad agendã pœnitentiã, ſiue ſecundũ Monaſteriũ coactè recipiat, ſiuè libenter, teneatur illi primũ Monaſteriũ ſubminiſtrare alimenta, vt deſumitur ex Cap. *De lapſis*, 16. *Queſt.* 6. & *Cap. Si quis requirit.* 27. *quaſ.* 3. & Authen. *De ſanctiſs. Epiſcopis.* §. *penul.* Nam per hãc translationem non fit membrum poſterioris Monaſterii, ſed perſeuerat Monialis prioris Monaſterii; neque enim emittit nouam profeſſionem, per quã ſoluatur vinculum reſpectu prioris Monaſterii, & contrahatur reſpectu poſterioris. Vnde difficultas eſt, quando poſterius Monaſterium coactè admittit incorporando &c.

2 In quo caſu reſpondent Sanchez, *lib.* 7. *ſum. cap.* 32. *num.* 12. *in fine.* Tambur, *de iure Abbatiſſar. queſt.* 7. *num.* 4. Bonac. *de clauſura queſt.* 2. *pun.* 9. §. 4. *difficul.* 3. *propoſ.* 2. *num.* 2. Teneri primum Monaſterium reſtituere dotem. Quia Moniales nõ ſolent admitti ſine dote, nec eſt æquum, quod poſterius Monaſterium, quod inuoluntariè recipit Monialem, patiatur etiam iacturam alimentorum.

3 Verum hæc doctrina ſic abſolutè prolata probari non poteſt. Vnde exiſtimo, quod ſi prius Monaſterium inſtet pro translatione Monialis, teneatur prouidere de dote, ſi poſterius Monaſterium nolit recipere abſque dote. Ratio eſt, Quia, dum primum Monaſterium inſtat pro translatione, præſumitur, quod reſpiciat proprium commodum, quod percipit ex huiuſmodi translatione. Cum ergo poſterius Monaſterium non debeat pro cõmodo primi Monaſterii iacturam ſubire. *l. Si quãdo.* C. De *teſtib.* & notat Surd. *de alimen. tit.* 7. *queſt.* 37. *num.* 55. non debet ſubire iacturã alendi Monialẽ, ſed ſi grauatur in eo, quod cogatur monialem recipere, debet ſubleuari in exhibitione dotis pro ſuſtinendo onere alendi iuxta *l. Eum, qui. ff. De tutelar.* & *l. Iure ſuccurſũ. ff. De tut. dot.*

4 Si verò primum Monaſterium non inſtet, ſed ipſa monialis, vel ſuperiores iudicent expedire, quod transferatur, quamuis poſterius monaſteriũ coactè recipiat, exiſtimo, quod primum non tenebitur reſtituere dotem. Ratio eſt. Quia monaſteriũ habet tantum obligationem alendi monialem, quãdiu manet ſub ipſius poteſtate, & reſoluitur hæc obligatio, ſi deſinat eſſe ſub illius poteſtate, & fiat ſub poteſtate alterius Monaſterii. Rurſus dos, quam recipit monaſterium, fit ipſius irreuocabiliter, ita vt monialis nullum prorſus retineat ius, vt dictum eſt in ſuperioribus, vnde non tenetur reſtituere quocunque caſu eueniente, quia nemo tenetur alteri dare, quod proprium eſt. Præterea, nec etiam tenetur dotare monialem egredientem; cum ex nullo capite contrahat cum ipſa talem obligationem; nam tota obligatio, quam contrahit, fundatur in profeſſione, ratione autem profeſſionis monaſterium contrahit ſolum obligationem alendi monialem, quandiù fuerit ſub ſua poteſtate.

5 Confir. Ideo teneretur reſtituere dotem, quia poſterius Monaſterium coactè recipit; hoc enim eſt totum fundamẽtum oppoſitæ ſententiæ. Verum quamuis moniales inuoluntariè recipiant, non tamen monaſterium coactè recipit; quia non reciperet, niſi ſuperior, qui eſt caput monaſterii, vellet recipi, & ita vellet, vt cogeret moniales ad recipiendũ, quod præſtare non poſſet, niſi ad ipſum ſpectaret diſpoſitio, & directio monaſterii; vnde monaſterium voluntariè recipit in ſuo capite non ſecus, ac voluntariè reciperet, ſi Capitulum conſentiente maiori parte voluntariè reciperet, minori parte diſſentiente, & repugnãte, quia maior pars præualet, & repræſentat totum corpus. Conſenſus autem ſuperioris potentis cogere moniales præualet, & in ipſo repræſentatur totum monaſterium, & ideo ſufficit, vt monaſterium voluntariè recipiat.

6 Ex his ſolutum manet fundamentum in oppoſitum. Falſum eſt enim, quod monaſterium, ad quem iuſſu Superiorum transfertur monialis, coactè reci-

recipiat, non enim licet arguere, quod monaſteriũ coactè recipiat ex eo, quod moniales coactè recipiunt. Quia Monaſterium non repræſentatur in monialibus tantum, ſed etiam in Prælatis; imo in illis tãtum œconomicè, in his verò iurisdictionaliter, & ideo horum conſenſus ſufficit, vt voluntariè monialis recipiatur. Quando autem voluntariè recipitur, non eſt reſtituenda dos, vt tradunt etiam Doctores pro oppoſita parte citati. Quod autem moniales non ſoleant ſine dote recipi, non facit ad rem, quia non ſequitur, quod exhiberi debeat à priori monaſterio, nec quod non poſſit recipi ſine dote, alioquin tradenda eſſet dos, quando poſterius monaſterium reciperet voluntariè, & libenter.

7 Imo ſecundum praxim, & Decreta S. Congregat. tàm Concil. quàm Regularium in nullo vnquam caſu poteſt primũ monaſterium, reſtituere dotem, quia eſt iam incorporata bonis monaſterii, quæ ſine beneplacito Apoſtolico alienati non poſſunt. Vnde primum monaſterium tenebitur ſolum in aliquo caſu ſubminiſtrare alimenta iuxta ſuperius dicta.

An religioſus tranſiens ad aliam religionem poſſit ſecum deferre ſcripta à ſe compoſita. Quæſt. 34.

S V M M A.

1 *Quæ ſcripta poſsit Religioſus ſecum deferre, dum tranſit ad aliam Religionem.*
2 *Poteſt ſecum ferre omnia ſcripta à ſe compoſita.*
Quæ bona, & iura profitentis tranſeant in Religionem.
3 *Votum paupertatis non ſe extendit vltra bona corporis.*
Quorum bonorum carentia faciat pauperem.
4 *Scripta nunquam deſinunt eſſe componentis.*
5 *Scripta ſunt expreſſiones Doctrinæ intellectus.*
Bona mentis non ſunt ſub iure Religionis.
6 *Tranſiens ad aliam Religionem defert imprimenda cum emolumento.*
7 *Etiamſi ſint tranſcripta.*
8 *Exemplaria vulganda præſertim impreſſa non defert ſecum Religioſus ad aliam Religionem.*

1 HVic difficultati reſp. Nauar. *conſil. 55. num. 9. De regular. lib. 3.* Rodriquez *quæſt. Regul. 79. ar. 2. in fine. tom. 2.* Sanchez *lib. 7. ſum. cap. 32. num. 13,* Quod poſsit ſecum afferre illa ſcripta, quæ priori Religioni inutilia eſſent, vel quæ exiſtimat, poſſe deferre non inuito ſuperiore, ſecus autem ea, quæ eſſent vtilia Religioni; aut de quibus non poſsit præſumi licentia Superioris. Ita etiam Villalobos *tom. 2. ſum. tract. 35. difficul. 14. num. 5.* Fauſt. *lib. 5. Theſauri Relig. quæſt. 386. num. 5.* Hieronim. Rodriquez *in Compend. reſol. 123. num. 82.* Fundamentũ huius ſententiæ eſt. Quia omnia, quæ habet Religioſus, non habet nomine proprio; ſed nomine religionis, & ideo tanquam bona religionis debent apud ipſam relinqui.

2 Verum exiſtimo. *Deferre ſecum poſſe omnia ſcripta à ſe compoſita.* Dixi à ſe compoſita, quia ſi eſſent ab alio compoſita, quamuis ab ipſo deſcripta; non poſſet, ſecum deferre, quia connumerarentur inter bona religionis, nam non haberent alium valorem, quàm ſcripturæ, & reputarentur tanquam bona aliunde acquiſita. Ita Valer. *in different. vtriuſque fori. verbo.* Regularis, *Different. 8. n. 2.* Ratio eſt. Quia in Monaſterium ex vi profeſsionis tranſeunt ea tantum bona, & iura Religioſi profitentis, ad quæ ſe extendit votum paupertatis; hæc enim tranſlatio fit ex vi talis voti, & ideò non poteſt eſſe amplior, quàm reſultet ex voto, cum non poſſit effectus excedere facultatem, & virtutem ſuæ cauſæ.

3 Votum autem paupertatis non ſe extendit vltra bona corporis, nec vllo pacto comprehendit bona animi, & tendit ſolum ad abdicandum à vouente dominiũ, & ius circa huiuſmodi bona. Nam, cũ ſolum debeat inducere paupertatem, abdicat tantum bona, quibus quis efficitur diues, & ſine quibus eſt pauper, quæ ſunt tãtũ bona corporis, & quæ ordinantur ad ſubſtentandam vitam, & ſplendorem ipſius iuxta *l. Ius alimentorum. §. 1. ff. Vbi pupil. educ. deb.* & *l Si quis ad declinandam.* C. De *Epiſcop. & Cler.* & Cap. *Quod ſuper his,* De *voto.* & iuxta ea, quæ tradunt Abbas

*ibid.*Salicet. *in Authen.Præterea.*C. Vnde *uir. & vxor.* Alexan.*in l.Qui accuſare.ff. De accuſator.*Craueta *conſil.*199.*numer.* 8. Socin.*conſil.*30.*poſt.init.vol.*4.

4 E contra autem ſcripta à ſe compoſita non pertinent ad bona corporis, ſed ad bona animi, & ideo non comprehenduntur ſub voto paupertatis,per quod non abdicatur à vouente dominium ipſorum, aut ius. Sunt enim partus ingenii: vnde Clemens Alexand.*lib.*1.*Stromat.*habet. *Anima autē liberi sūt ſcripta.*Et proinde nunquā deſinunt eſſe illius,à quo compoſita ſunt,ſicut non deſinūt eſſe filiis neque enim filius vnius,poteſt fieri filius naturalis alterius. Vnde Plinius. *lib.*1.*Epiſt.* 3.inquit. *Effinge aliquid. & excude, quod ſit perpetuò tuum;reliqua rerum tuarum poſt te alium,atque alium:dominum ſortiētur:hoc tuum nunquam deſinet eſſe, ſi ſemul cœperit.* Cum ergo ſcripta à religioſo compoſita non ſint in ordine bonorū, circa quæ verſatur votum paupertatis, non pertinent ad religionem, ſed ſunt ſemper propria ipſius, & ipſum ſequuntur.

5 Confir. Scripta ab aliquo compoſita ſunt expreſsiones quædam doctrinæ, quæ eſt in illius intellectu, & proinde à Caſſiadoro; *in Præfat.* libri vocantur ſpeculum mentis, ibi. *Cęlas ſpeculum mentis tua, vbi te omnis ætas ventura poſſit inſpicere.* Vnde cum doctrina principaliter ſit in intellectu, & acceſſoriè in ſcriptis tanquā in quibusdam expreſsionibus internorum conceptuum,dum religioſus tranſiens ad aliam religionem ſecum defert doctrinam propriam, tanquam inhærentem perſonæ, poterit etiam deferre ſcripta tanquam acceſſoria. Et ſi bona mentis non veniunt ſub iure Religionis, nec etiā cadent ſcripta, quia tanquam acceſſoria ſe quuntur naturam ſui principalis. Quis enim dicat,quod concionator memoriter tenens cōciones, dum tranſit ad aliam religionem, nō poſſit ſecū deferre eaſdem conciones ſcriptas? cum poſſit denuo eos ſcribere:imo ſi relinquat Religioni adhuc ſemper erunt conciones illius, & non religionis.

6 Ex dictis infertur. Quod ſi compoſuiſſet opus aliquod typis euulgandum, ex cuius impreſsione eſſet percepturus notabile emolumentum temporale,vel ob recognitionem impreſſorum, vel ex aliquo alio capite,poſſet adhuc ſecum deferre manuſcripta in ordine ad imprimēdū. Nam illud emolumentum nondum eſt acquiſitum, & in illis manuſcriptis eſt tātum in radice, quæ nondum germinauit. Et cum hæc manuſcripta ſint in genere bonorum animi, non ſunt ſub iure Religionis: & proinde nec etiam id, quod in ipſis continetur tanquam in radice.

7 Secundo infertur. Quid dicendum, ſi ſcripta Religioſi ſint tranſcripta ab alio, cum expenſis ab ipſo erogatis. Cum enim acquirendo pecuniam, quæ expenditur, religioni acquiſierit, ſunt tráſcripta pecunia Religionis; vnde videntur eſſe ex hoc capite ſub dominio Religionis.Sed adhuc tenendum eſt, quod poſsit ſecum deferre. Nam illa pecunia implicata eſt in manutentionem bonorum animi, & proinde non extrahit huiuſmodi bona à ſuo ordine, ſed relinquit in ſuo ſtatu, atque adeo ſub dominio religioſi. Vnde nec etiam tenetur reſtituere pecuniam expenſam pro tranſcriptione, ſicut non teneretur reſtituere, ſi fuiſſet expenſa, vt aliquid addiſceret,aut pro recuperanda ſanitate, aut pro aliquo alio, quod perſonam Religioſi ſequeretur.

8 Tertio infertur, Eſſe diuerſam rationem. ſi apud ſe haberet plura exemplaria alicuius operis à ſe impreſsi,aut etiam plura exemplaria manuſcripta ordinata ad vulgationem.Quando enim exemplaria ordinātur ad euulgationem, & præſertim impreſſa,non ordinantur amplius ad conſeruandum partum proprii ingenii, ſicut ordinatur primum manuſcriptum, in quo Auctor deponi partū ſui ingenii, vt in ipſo conſeruetur, & proinde pertinet ad bona animi: ſed ordinantur ad cōmunicandam cœteris doctrinam, & ad aliquid inde lucrandum: & proinde reponūtur inter bona corporis, & conſequenter ſunt ſub dominio Religionis, nec vltra vnum exemplar à Religioſa aſportari poſſet, niſi accedente licentia Superioris.

Au

An pro renunciatione Monialis profeſſuræ ſufficiat licentia Vicarij Monialium. Quæſt. 35.

S V M M A.

1 ***Renunciatio profeſſuri requirit licentiam Epiſcopi, aut Vicarij.***
Non ſufficit licentia Vicarij foranei.
2 ***Quando ſufficiat licentia Vicarij Monialium.***
Vicarius Monialiũ abſolutus quos actus exercere poſſit.
3 ***Quam facultatem communicet Epiſcopus Vicario Monialium.***
4 ***Vicarius Monialium eſt delegatus ad vniuerſitatem quò ad Moniales.***
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur cum Ordinario.
Facit vnum Conciſtorium cum ipſo.
5 ***Verba accipiuntur ſecundum ſubiectam materiam.***
6 ***Vicarius Monialium præſumitur habere mandatum in eo, quod facit palam.***

1 DE iure nouo ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *De Regul.* requiritur, vt renunciatio profeſſuri ſit valida, inter alias ſolemnitates, quod fiat cum licentiá Epiſcopi, aut eius Vicarii. Vnde dubitatur, an ſufficiat licentia Vicarii monialium, quando Epiſcopus ſolet talem Vicarium conſtituere. Et negatiuè reſoluendum videtur iuxta ea, quæ tradunt Sanchez *lib.* 7. *ſum. cap.* 5. *num.* 72. Fauſtus *lib.* 5. *Theſauri Religioſor. queſ.* 198. Vech. *in Praxi Nouit. diſp.* 8. *dub.* 9. *num.* 2. Barboſa *ad cap.* 16. *nu.* 34. *ſeſſ.* 25. *Concil. Trident.* Tamburin. *De iure Abbatiſſar. diſp.* 4. *quæſt.* 10. quatenus docent, quod requiritur licentia Vicarii Generalis, nec ſufficit licentia Vicarii foranei. Quia appellatione Vicarii ſimpliciter, venit tantum Vicarius Generalis, qui ordinarius eſt, & ſimpliciter Vicarius appellatur.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod ſufficiat licentia Vicarij Monialium, quando eſt ſimpliciter conſtitutus Vicarius pro ipſis.* Ratio eſt. Quia, quando eſt ita conſtitutus, poteſt exercere omnes illos actus iuriſdictionis circa moniales, quos committere poteſt Epiſcopus alteri. Cum ergo Epiſcopus poſſit committere facultatem concedendi hanc licentiam, ſicut; committit Vicario Generali, erit etiam commiſſa Vicario monialium, & approbata per Concil. Trident. dicta *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *De regular.* hac licentia Vicarii, remanet, etiã approbata licentia Vicarii monialium, quia hic habet totam illam facultatem, & iuriſdictionem, quam aliàs haberet Vicarius Generalis non conſtituto Vicario monialium quò ad ipſas moniales.

3 Confir. In Vicario Generali eſt facultas concedendi hanc licentiam, ergo etiam in Vicario monialium. Nam ideo eſt in Vicario Generali, quia Epiſcopus eam ipſi communicat; conſtituendo enim Vicarium Generalem, conſtituit etiã, quò ad moniales, & conſequenter dat ipſi facultatem concedendi talem licentiam. Sed etiam, quando conſtituit Vicarium pro monialibus, illi communicat ſaltem cumulatiuè totam illam facultatem, quò ad moniales, quam communicauit quò ad eaſdem Vicario Generali, & proinde remanet etiam communicata facultas pro prædicta licentia, niſi facultas communicata ſit reſtricta ad certos terminos.

4 Accedit etiam. Quod cum Vicario Monialium ſint cõmiſſa omniá negocia monialium, & conſequenter perſonarum certæ vniuerſitatis, cenſetur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quò ad moniales iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in l.* 1. *init.* ver. *Ab eo ff.* Quis, *& à quo.* Batt. *ibid.* Salicet *in l. A iudice.* ver. *Quæro ad declarationem.* C. De *iud.* Iaſ. *ibid. num.* 8. Felin. *in Cap. Cauſam matrimonij, num.* 7. De *offic. deleg.* Caſtrent. *in l.* 2. *ff.* De *offic. eius.* Cum ergo ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarũ poterit huiuſmodi licentiam concedere. Præſertim quia æquiparatur Ordinario, vt tradunt Gloſ. *in Cap. Statutum. §. Inſuper* verbo. *Moderatus. De reſcript. in* 6. Item Gloſ. *ciuil. in l. A iudice. in fine.* C. *De iudic.* Iaſ. *ibid. num.* 8. Bald. *in l. Si vt proponis.* ver. *Quid ſi delegatus. ff.* Quomodo, *& quan. iud.* Felin. *in Cap. Cauſam. num.* 7. De *offic. deleg.* Cephal. *conſil.* 359. *num.* 21. *lib.* 3. Menoch, *de arbitrar. quæſt.* 66. *num.* 31. *lib.* 1. Vantius de

de Nullit. Tit. *de nullit. iuriſd. nu.*178 Imo Gloſ. *in dict. cap. Statutum* loco cit. dicit, quod delegati ad vniuerſitatem cauſarum eſt idem Conciſtorium cum Ordinario, pro quo allegat Cap. *Romana.* De *appellat.* & ſubdit, quod ſit Ordinarius remittens ſe ad Cap. *Licet.* De *offic. Vicar.*

5. Nec obſtat, quod appellatione Vicarij veniat Vicarius Generalis. Quia quando Concil. requirit licentiam Epiſcopi, aut eius Vicarij, loquitur ſecundum ſubiectam materiam. Verba enim accipienda ſunt ſecundum ſubiectam materiam *l. Cum pater. §. Donatum. ff.* De *legat. 2.* & *l. Ex conducto. §. Si vna. ff. Locati* & *l. Fluminum. §. Hæc ſtipulatio. ff.* De *dam. infect.* & Cap. *Conſtitutus.* De *religioſ. domib.* Vnde Concil. appellatione Vicarij debet, intelligere de eo, qui gerit vicem Epiſcopi in ordine ad profeſſuram, atque adeo de Vicario Monialium, quando profeſſura eſt Monialis.

6. Ex quibus deducitur, quod ſi Vicarius Monialium concedat publicè, & palam huiuſmodi licentiam, debet præſumi valida, nam ſaltem præſumitur habere mandatum ab Epiſcopo iuxta ea, quæ tradunt, Mohed. *deciſ.* 22. *num.* 5. *De preben.* Rota *deciſ.* 1. *in fine. De offic. Vicar. in Nouis.* & *deciſ.* 598. *num.* 10. *par.* 1. *Diuerſ.*

An ſi donatio Nouitij ſit nulla, Monaſterium adhuc retineat donata. Quæſt. 36.

S V M M A.

1 *Monaſterium non poteſt retinere bona, à quibus Nouitius profitendo cadit.*

2 *Bona nulliter à Nouitio donata Monaſterio, ſequuta profeſſione fiunt ipſius.*

Donatio nulla non abdicat dominium à donante.

3 *Nulliter donata per profeſſionem alio titulo tranſeunt in Monaſterium.*

4 *Donata nulliter tertio à profitente, fiunt Religionis.*

5 *Quamuis donatio oſtendat animum contrarium in profitente.*

Efficax intentio dedicandi ſeipſum Religioni præualet intētioni donationis, quæ fuit nulla.

Etiam ſi ignoretur nullitas.

1 Donatio facta Monaſterio à Nouitio poteſt eſſe nulla, vel quia Nouitius non potuerit diſponere liberè de bonis donatis. Vel quia, licet potuerit liberè diſponere, non diſpoſuerit ſufficienter, vel ex defectu alicuius ſolemnitatis, vel ex aliquo alio capite. Si primo modo fuit nulla, videndum eſt, an pertineant bona donata ad Nouitium, an vero profitendo ab ijs cadat. Si enim profitendo ab ijs cadit, certum eſt, non poſſe retineri à Monaſterio, quia nec ratione donationis, nec alio modo ad ipſum perueniunt. Vnde remanet difficultas, quando donatio eſt de ijs, de quibus Nouitius poteſt diſponere.

2. Dicendum eſt. *Quamuis donatio Nouitij facta Monaſterio ſit nulla, adhuc bona donata ſequuta profeſſione fiunt Monaſterij.* Ratio eſt. Quia, licet non perueniant ad ipſum in virtute donationis, perueniunt tamen ex alio titulo. Cum enim donatio ſit nulla, non abdicat dominium à donante, nec aliquem ſortitur effectum *l. Non putauit. §. Non quæuis ff.* De *bonor. poſſeſſ. contra tab.* & *l. Si aut nullum.* C. De *legit. hæred.* & *l. Nulla. ff.* De *auctor. tut.* & Cap. *Illud. De iurepatron.* & notant communiter Doctores. Cotta *in Memorabil.* verbo *Nullus.* Surd. *deciſ.* 40. *num.* 8. Caſſodor. *deciſ.* 6. *num.* 1. De *preben.* Rota *coram Ludouiſio deciſ.* 496. *num.* 9. & *deciſ.* 745. *num.* 8. coram Merlino, vbi in ſpecie. de donat.

3 Cum ergo dominium eorum, quæ Nouitius nulliter Monaſterio donauit, remaneat apud eumdem Nouitium, dum per profeſſionem omnia ſua bona, & iura transfert in Monaſterium, transfert etiā, quę aliàs inualidè donauerat, & ex hoc alio titulo fiunt hæc eadem bona Monaſterij iuxta Authent. *Ingreſſi.* C. De *ſacroſanct. Eccleſ.* Iaſ. *ibid. num.* 2. & Doctores communiter. Vnde ſicuti ſtante validitate donationis neque adhuc bona donata tranſirent in Monaſterium, niſi donatio confirmata fuiſſet profeſſione, ita ſtante inua-

inualiditate donationis, operatur profeſſio ſe ſola, quod aliàs ſimul cum donatione fuiſſet operata.

4. Ex quibus deducitur, quod, ſi donatio non ſit facta in fauorem Religionis, ſed tertiæ perſonæ, & ſit nulla, adhuc ſequente profeſſione illa bona tranſirent ad Monaſterium. Nam adhuc profeſſio ſortitur ſuum effectum dedicandi Deo, & religioni non ſolum perſonam, ſed etiam ipſius bona, & iura iuxta dic. Authen. *Ingreſſi*. C. De Sacroſanc. Eccleſ. Et ideo cum bona donata ob nullitatem donationis remaneant apud donantem, tranſeunt conſequenter ad perſonam in poteſtatem Monaſterii.

5. Nec obſtat, quod ex illa donatione, quantumuis nulla, colligatur animus profitentis non transferendi in Monaſterium, quæ donauerat iuxta *l. Legatum. §. fin. ff.* De adim. leg. & *l. fin. ff.* De reb. cor. qui. & notant Alexan. *conſil. 45. num. 7. lib. 1.* Cephal. *conſil. 312. nu. 113. vol. 3.* Dec. *conſil. 3. num. 36. vol. 1.* Quia non obſtante hac intentione, adhuc bona tranſibunt in Monaſterium. Nam intentio donantis non potuit ſortiri effectum ob nullitatem donationis, & ideo bona donata remanent ſub dominio ipſius: vnde cum in profeſſione efficaciter dedicet ſe ipſum, & ſua Deo, & Religioni, ex vi huius efficacis intentionis transferuntur in Monaſterium non ſecus, ac ſi non præceſſiſſet donatio aliqua. Et hoc verum eſt, etiam ſi tempore profeſſionis non haberet notitiam nullitatis donationis: quia tranſlatio horum bonorum in Monaſterium conſequitur ad tranſlationem perſonæ, quæ trahit ſecum omnia bona, & iura ex natura ſua, & ideo non eſt neceſſaria in profitente ſpecialis voluntas transferendi hæc bona, ſed ſufficit, ſi intendat transferre propriam perſonam.

An valeat donatio omiſſis ſolemnitatibus iuris ciuilis facta intuitu ingreſſus in Religionem. Quæſt. 37.

S. V. M. M. A.

1 *Donatio facta Religioni intuitu ſequuturæ profeſſionis valet ſine ſolemnitate iuris ciuilis. Seruata tamen forma Concil. Trident.*

2 *Donatio inter viuos intuitu ingreſſus Religionis valet ſine ſolemnitate iuris ciuilis.*

Verbum Liberum eſt, *quid importet.*

Clauſula Quo modo voluerit *remouet ſolemnitatem legis.*

3 *Diſpoſitio ſine ſolemnitate iuris ciuilis eſt nulla, licet intuitu ingrediendi Religionem.*

In ſubiectione ad leges attenditur ſtatus præſens.

4 *Diſpoſitio nouitij valet ſine ſolemnitate iuris ciuilis.*

5 *Nouitius eſt perſona eccleſiaſtica.*

6 *Nouitij non poſſunt diſponere de rebus ſuis niſi intra duos menſes proximos profeſſioni.*

7 *Quomodo liberum ſit profeſſuris diſponere de proprijs bonis.*

8 *Profeſſuri vti poſſunt bonis ſuis, quomodo voluerint, & cur.*

1 Donatio fieri poteſt contemplatione ingreſſus in Religionem vel ad fauorem eiuſdem Religionis, vel ad fauorem tertiæ perſonę. Rurſus ſi fiat ad fauorem Religionis, vel poteſt eſſe donatio inter viuentes, ita vt ſtatim ſortiatur ſuum effectum: vel poteſt eſſe donatio quaſi cauſa mortis, ita vt nō ſortiatur effectum, niſi ſequuta profeſſione. Si hoc poſteriori modo fiat ad fauorem Religionis, certum eſt, valere, etiam ſi careat ſolemnitatibus iuris ciuilis, vt in ſpecie tradunt Lappus *allegat. 25. num. 3.* Mandoſ. *ibid. in Addit.* Natta *conſil. 180. num. 7. vol. 1.* & à fortiori ij, qui hoc ipſum tradunt etiam de donatione ad fauorem tertiæ perſonæ, quia in hac diſpoſitione diſponitur id, quod ſecum eſt allatura profeſſio, etiam ſi nō præcederet donatio, nempe tranſlationem bonorum in Monaſterium. Oportet tamen, quod in ipſa ſeruentur ſolemnitates Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 16. De regularib.* quia præſcribuntur pro ſpoliatione propriorum bonorum intuitu profeſſionis. Vnde difficultas eſt, quando donatio eſt ad fauorem tertiæ perſonæ, aut etiam ad fauorem Religionis inter viuos.

2 Quod autem non requirantur ſolemnitates iuris ciuilis, non ſolum quando nouitius iam effectus diſponit, ſed neque etiam, quando antequam induatur

tur habitu nouitiorum diſponit intuitu ingrediendi religionem, tradit Sanchez *lib. 7. ſum. cap. 6. num.* 19. qui alios citat, qui tamen loquuntur de eo, qui diſponit de rebus ſuis intuitu ingreſſus Religionis, per ingreſſum autem religionis intelligũt profeſſionem, quia intelligunt de ingreſſu, quo quis ſe Deo dicat. Prob. ex Cap. *De his. in fine.* De *ſepult.* vbi de volentibus trãſire ad loca religioſa dicitur. *Liberum eſt eis, tunc bona ſua, non ſolum religioſis, ſed etiam quibuſuis priuatis conferre perſonis.* Verbum autem, *Liberum eſt*, importat abſque alicuius licentia, & auctoritate, vt notant Gloſ. *in Clemen.* 2. verbo *Liberè.* De *iurepatron.* Imola *ibid. num.* 13. Cardin. *§. Et vt facilius. num.* 2. & rurſus Gloſ. *in Clemen. fin. verbo.* Liberè. *De ætat. & qualis.* vbi etiam Cardin. *num.* 2. Alexan. *in l. Si mihi, & Titio. num.* 1. *ff. De verbor. obligat.* Secundo, Quia in *§. Illud quoque.* Authen. *De Monach.* Volentibus ingredi Religionem conceditur, quomodo voluerint, vti bonis ſuis, quæ verba remouent ſolemnitatẽ legis. *l.* 1. *ff. De teſtam. milit.* & *l.* 1. C. *De ſacroſanct. Eccleſ.* verbum autem, *vti*, extenditur ad omnem diſpoſitionem. Et ratio tex. valet etiam quò ad minores, nempe quia per ingreſſum eſt abdicandum rerum dominium.

3 Verum abſolutè tenendũ eſt. *Quod donatio, & omnis alia diſpoſitio facta ab eo, qui vult ſuſcipere religionis habitum, ſit nulla, ſi fiat ante ſuſceptionem habitus religionis, etiam ſi fiat intuitu ingreſſus in Religionẽ, non ſeruatis ſolemnitatibus iuris ciuilis.* An autem id locum habeat, ſi ad cauſas pias diſponatur, pendet ex alio capite. Ita Cened. *quæſt. prac.* 6. *numer.* 8. Sperel. *deciſ.* 16. *num.* 18. Rota *coram Durano deciſ.* 121. *num.* 41. Et ex eo concluditur, quod ad videndum, an, & quibus legibus, & ſtatutis quis obligetur, inſpiciendus eſt ſtatus, in quo quis tunc reperitur iuxta *l.* 2. *ff. De in diẽ adiec.* vbi. Gloſ. & obſeruãt Bald. *in l. Iulianus. ff.* De *cond. indeb.* Caſtr. *conſ.* 433. *n.* 3. *vol.* 1. Rot. *dec.* 125. *n.* 49. *pa.* 5 *Rec.* Qui autem nondum induit habitum Nouitiorũ, eſt in ſtatu laicali, & quamuis diſponat intuitu ſuſcipiendi habitum, nondum tamen exiuit è ſtatu laicali, & proinde in diſponendis de proprijs rebus ſubditur legibus, & ſtatutis laicalibus, atque adeo ſolemnitatibus iuris ciuilis.

4 Si autem donatio fiat à Nouitio iã induto habitu religionis intuitu profeſſionis emittendæ, etiam ſi ſit in fauorem tertiæ perſonæ, valida eſt non ſeruatis ſolemnitatibus iuris ciuilis. Ita Abbas *in Cap. In præſentia. nu.* 54. De *probat.* Ancharan. *conſil.* 69. *num.* 7. Lamberteng. *de Contract. gloſ.* 2. *num.* 62. Carpan. *ad Statuta Mediolan cap.* 328. *num.* 34. Roſel. *verbo.* Legare. *num.* 17. Tabiena. *verbo.* Minor. *n.* 3. Angel. *num.* 2. Armilla *in fine.* Syluester, *item in fine.* Lopez *de Contrac. cap.* 39. *quæſt.* 3. *not.* 5. Picus *ad Statuta Vrbis. cap.* 151. *gloſ.* 2. *n.* 30 Beroius *in Cap. In præſentia. num.* 155. De *probat.* Dec. *conſil.* 31. *num.* 3. Simoncel. *De Decr. lib.* 1. *tit.* 2. *Inſpect.* 2. §. 2. & *lib.* 3. *tit.* 1. *inſpect.* 14. *num.* 97. Manent. *conſil.* 58. *n.* 1. Amatus *deciſ. Marcb.* 46. n. 22. Rouit. *conſ.* 27. *num.* 6. *lib.* 2. Carena *reſol.* 156. *num.* 10. Sperel. *deciſ.* 16. *num.* 12. Simon de Prætis *conſil.* 72. *num.* 8. & paſsim Rota, vt coram Buratto. *deciſ.* 461. *per totam.* & corã Durano *deciſ.* 121. *num.* 37. & coram Eminentis. Otthobono *deciſ.* 10. *num.* 48. & in *Romana donationis* 3. *Iunij* 1641. § *Fuit etiam multipliciter* coram Roias. & *in Romana ſucceſſionis de Comitibus.* 15. *Ianuarij.* 1642. §. *Verum Domini.* coram Decano & *in Romana fideicom de Coſciarijs.* 16. *Martiis.* 1648. coram Eminentiſ. Corrado, & in *Ariminenſi manutentionis* 13. *Ianuar.* 1653. coram Peutingero.

5 Ratio deſumitur ex eodem principio, quod ſit attendendus ſtatus, in quo diſponens reperitur ad videndum, quibus legibus teneatur, vt dictum eſt *nu.* 3. Nouitius autem, quamuis ſit tantum in via ad Religionem, reputatur tamen pro perſona eccleſiaſtica, & conſtituta in ſtatu eccleſiaſtico iuxta Cap. *Religioſo.* §. 1. De *ſentent. excommunicat. in* 6. & iuxta ea, quæ tradunt. Dec. *conſil.* 31. *num.* 3. Angel. *in l.* 1. *ff.* De *pæn.* Ancharan. *conſil.* 69. *num.* 7. Iaſ. *in Authen. Si qua mulier. circa fin.* Federic. de Senis *conſil.* 32. *num.* 9. Geminian. *in Cap. Religioſo. De ſentent. excom. in* 6. vbi & cęteri Canoniſtæ, Dec. *in Cap. In præſentia. num.* 286. De *probat.* Franch. *in Cap. Beneſic.*

neſic. De *regul. iur. in* 6. Spinus *in Specul. teſtamen. gloſ.* 12. *num.* 59. Tiraquel. *de Retract. conſanguinit.* §. 1. *gloſ.* 8. *num.* 2. alios citans. Tiber. Decian. *tract. crimin. cap.* 9. *num.* 24. *lib.* 4. *tom.* 1. Guttierez *quaeſt. canon. cap.* 1. *num.* 107. *lib.* 2. Marta alios citans. *De iuriſdict. par.* 4. *cap.* 121. *nu* 24. Farinac. cum aliis. *in Praxi Crimin. quaeſt.* 8. *num.* 46. *ampliat.* 16. Rodriquez *quaeſt. regul.* 2. *ar.* 10. *to.* 2. Caualcan. *deciſ.* 10. *nu.* 537. *par.* 5. Molina *de iuſt. & iure. tom.* 1. *diſp.* 139. ver. *Nouitij aute.* Maſtril. *deciſ.* 190. *num.* 167. Ceual. *de Cognit. per viam violent. queſt.* 104. Cened. *queſti pract.* 6. *n.* 13. Zech. *de repub. Eccleſ. tit. de* Reg. *cap.* 3. *numer.* 9. Berthachin. *de Gabel. par.* 7. *nu.* 56. Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 10. *num.* 10. Sarmien. *Select. interpret. cap.* 5. *num.* 9. ver. *Ex ſupradict. lib.* 1. Bobudil. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 17. Nauar. *conſil.* 5. *de foro compet. lib.* 2. *tom.* 1. Roder. Suar. *allegat.* 20. *num.* 29. Si ergo Nouitii ſunt intra ſtatum Eccleſiaſticum; & in ordine perſonarum eccleſiaſticarum, conſequenter nō tenentur regulare ſuas diſpoſitiones ſecundum ſolemnitates iuris ciuilis, & ideo ijs deficientibus, adhuc validæ ſunt.

6 Eſt tamen aduertendum, quod cũ per mutationem ſtatus de laicali in eccleſiaſticum ſubtrahantur iuriſdictioni laicali, legibus, ſtatutis ipſius, ſubiiciuntur tamen iuriſdictioni eccleſiaſticæ, cui ſubiicitur ſtatus ipſe eccleſiaſticus: & proinde in ſuis diſpoſitionibus ſubiiciuntur ſolemnitaribus iuris eccleſiaſtici; & ideo non poterunt de rebus propriis diſponere intra annum Nouitiatus, niſi intra duos vltimos menſes anni probationis, ſicut diſponit Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* aliàs diſpoſitio erit nulla, cum Concil. adhibeat Decretum irritans, etiam ſi firmaretur iuramento, & renunciaretur fauori huius diſpoſitionis.

7 Ad 1. reſp. Tex. illum Cap. *De his.* De *ſepul.* loqui de iis, qui cum effectu fiũt Religioſi abdicantibus à ſe dominiũ propriorum bonorum, quōd notat Gloſ. *ibid.* verbo. *Tranſtulerint.* interpretans. *Se & ſua reddendo*, non autẽ, quadrat illis, qui ſolum cogitant ſuſcipere habitũ religionis, & ingredi Nouitiatũ. Et de illis dicit, quod ipſis *liberum eſt*, diſponere, prout voluerint de ſuis bonis. Dicitur autem liberum eſſe ſecundum ſubiectam materiam, ſecundum quam verba accipienda ſunt. Subiecta autem materia erat, an tenerentur exhibere aliquid de propriis bonis Eccleſiæ, à qua receperãt ſacramenta, & negatiuè reſpondet, ſed liberum iis eſſe bona ſua conferre tàm Religioſis, quàm priuatis. Vnde L*iberum eſt*, ſignificat, quod habeant liberam electionem eorum, quibus conferant propria bona, nō autem ſignificat libertatem quò ad modum conferendi, ita vt non debeant ſeruare ſolemnitates iuris. Ex quibus etiam cōſtat, quod loquatur de illa diſtriburione bonorum, qua facta ſtatim ſequebatur religioſa profeſsio.

8 Ad 1. Tex. §. *Illud.* Authen. *De Monachis* diſponere de iis, qui non intuitu ſuſcipiendi habitum Nouitiorum, ſed intuitu profeſsionis religioſæ diſponunt de propriis bonis, & his conceditur iis vti, quo modo voluerint, quod apertè declarat ratio, quam reddit tex. nimirum; quia per ingreſſum mox ſequuturum eſt abdicandum bonorum dominium: non abdicatur autem per ingreſſum in nouitiatum, ſed ſolum per profeſsionem, & ideo loquitur tantum de ingreſſuris per profeſsionem. Deinde hæc quoque diſpoſitio, quę concedit ingreſſuris religionem vti bonis ſuis, quo modo voluerint, quatenus dat liberam facultatem, debet accipi ſecundum ſubiectam materiam, quod ſcilicet adſit libera facultas eligendi perſonas, & loca, quibus propria bona relinquantur: non autem quò ad ſeruandas, vel nō ſeruandas leges quò ad modum diſponendi, nam libertas conceſſa intelligitur ſemper ſecundum ſubiectam materiam. Et ideo verba, iſta, *Liberum eſt. Quomodo volueris*, & alia huiuſmodi, non liberãt à ſolemnitatibus iuris ſeruandis. niſi ipſæ ſint ſubiecta materia. Deinde certum eſt, quod his temporibus non adeſt iſta libertas; nam ingreſſurus Religionem, quandiù eſt in ſtatu laicali, ſubeſt ſolemnitatibus iuris ciuilis. Quando verò eſt Nouitius, ſolemnitatibus Concil. Trident.

An cæcus diſpenſari poſsit, vt Ordinetur ſacerdos ad effectum audiendi confeſsiones. Quæſt. 38.

S. V M M A.

1 *Cæcus eſt irregularis.*
Sacerdos cæcus quas functiones poſsit exercere
2 *Cæcus diſpenſari poteſt, vt ordinetur ſacerdos in ordine ad confeſsiones audiendas.*
3 *Irregularitas ex cæcitate eſt diſpenſabilis*
4 *Cæcus non eſt omnino inhabilis ad celebrandum.*
Eſt habilis pro confeſsionibus audiendis.
Poteſtas audiendi confeſsiones eſt diuerſa à poteſtate offerendi ſacrificium.
5 *Ordinatio ſacerdotalis habet locum, ſi aliquis actus ipſius ſit poſsibilis*
Introductum ob plures fines habet locum, ſi vnus ſubſiſtat.

1 CVm cœcus ſit irregularis ex defectu corporis ob inhabilitatē ad actum ſacerdotalem celebrationis miſſæ iuxta Cap. 1. *Diſt.* 49. & *can.* 77. Apoſtol. E contra verò, ſi iam ordinatus ſacerdos fiat cœcus, poſſit exercere illas ſacerdotales fũctiones, quæ non indigent viſu, vt audire confeſsiones iuxta Cap. Cũ *percuſsio.* 7. *Quæſt.* 1. & Cap. 2. *De Cler. ægrotant.* ibi. *Ipſum autem cæteris ſacerdotalibus officijs fungi minimè prohibemus,* & obſeruant Innocent. *in* Cap. 1. *De corpor. vitiat.* Abbas, & cœteri *Doct. ibid.* & *in* Cap. 2. *De cler. ægrotant.* Roſel. *verbo.* Vitiatus. *init.* Maiol. *de irregular. cap.* 20. ver. *Cœcum fieri. lib.* 1, Suar. *diſp.* 51. *de cenſur. ſect.* 2. *num.* 13. Gibal. *de irregularit. cap.* 3. *quæſt.* 2. *conſect.* 1. *num.* 9. ver. *Primo itaque.* Dubium remanet, an poſsit diſpenſari ſuper hac irregularitate ex cœcitate, vt ordinetur ſacerdos in ordine ad exercendas functiones Sacerdotales, quæ non requirunt ſenſum viſus.

2 Dicendum eſt. *Irregularem ex cæcitate diſpenſari poſſe, vt ordinetur ſacerdos in ordine ad audiendas confeſsiones.* Ita videtur ſentire Suarez *diſp.* 51. *de cenſur. ſect.* 2. *n.* 12. in fine. dum ait, quod ſecluſa irregularitate poſſet ſuſcipi Ordo ſacerdotalis ſaltem propter alterum actum, nempe audiendi confeſsiones. Hoc ipſum etiam tenere debent ii, qui volunt ſummum Pontificem diſpenſare poſſe, quod ſacerdos cœcus cœlebret miſſam, vt Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *qu.* 1. *ar.* 2. *ad* 3. Henriquez *lib.* 14. *ſum. cap.* 8. *num.* 2. *Littera N.* Giballin. *de irregul. cap.* 3. *quæſt.* 2. *conſect.* 1. *num.* 9. ver. *Primo itaque.* Imo Sotus aſſerit, ſe vidiſſe cœcũ, qui ex diſpenſatione celebraret. Volunt tamen, quod in tali caſu debeat aſsiſtere alius ſacerdos.

3 Ratio eſt. Quia totũ impedimentum, ob quod non poſsit cœcus ordinari ſacerdos, eſt, quia eſt irregularis ratione cœcitatis. Ergò ſi aliud non obſtat, poterit ordinari ex diſpenſatione. Quia irregularitas eſt impedimentum canonicum inductum à lege poſitiua, ſuper qua poteſt Pōtifex diſpenſare, ſicut diſpenſare poteſt ſuper cœteris irregularitatibus. Sicut enim lex tolli omnino poteſt ab eo, à quo eſt poſita, ita etiam poteſt ab eodem ſuper ipſa diſpenſari.

4 Dices. Cœcitatem importare inhabilitatem ex natura rei, quia reddit inhabilem ad Officium ſacerdotis, & Canones hanc inhabilitatem agnouiſſe, & ideo Pōtificem non poſſe ſuper ipſa diſpenſare. Verum hoc dici non poteſt, quia cœcus non eſt omninò inhabilis ad celebrãdam miſſam, quia poteſt memoriter eam tenere, poteſt tactu, & odoratu percipere præſentiam materiæ conſecrandæ, & quò ad cœtera coadiuuari poteſt à ſacerdote aſsiſtente. Deinde, quamuis inhabilis ſit ad celebrandam miſſam, non eſt tamen inhabilis, ad exercendum actum abſoluendi à peccatis, qui ſimiliter eſt actus principalis officii ſacerdotalis: vnde in ordinatione ſacerdotis ſpeciali modo, & ſeorſim exprimitur hæc poteſtas; imo etiam Chriſtus hanc poteſtatem dedit diſcipulis ſeorſim à poteſtate offerendi ſacrificiũ, quando eis dixit. Io. 20. & Matth. 16. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt*, vt declarat Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 6. *& can.* 3.

5 Hic autem actus ſufficit, vt poſſit

habere locum ordinatio in ſacerdotem, quia cum ſit introducta ob plures actus ſacerdotales exercendos, ſufficit, quod aliquis ipſorum ſubſiſtat, quia quod eſt introductum ob plures fines, non deſinit habere locum, quamdiù aliquis ex ipſis ſubſiſtit iuxta §. *Aſſinitas*. Inſtit. *De nupt*. & *l. Si non lex Aelia*. *ff*. De *hered. inſtit*. & *l. Liberorum*. §. Notatur. *ff*. De *his, qui not. infamia*. & *l. Si quis ad exhibend*. *ff*. De *except. rei iudic*. & obſeruant Bald. & Imola *in dict. l. Si non lex Aelia*. Bart. *in l*. 1. *ff*. Soluto *matrimon*. Alexan. *ibid*. Hartman. Piſt. *quæſt*. 15. *num*. 13. *lib*. 1. Laurent. Sylua *conſil*. 25. *num*. 29. *vol*. 1. Hyppolit. Riminal. *conſ*. 259 *num*. 27. *vol*. 3. Iacob. Riminal. *conſil*. 580. *nu*. 13. Tiraquel. *tract*. *ceſſante cauſa*, *limit*. 22. vbi latè. Roman. *conſil*. 497. *in fine*. Angel. *in* §. *Sacrum*. Inſtit. *De nupt*. Rota *deciſ*. 587. *nu*. 7. *par*. 1. *Recent*. & *deciſ*. 733. *num*. 8. *par*. 2. *Recent*.

An Religioſus laborans auditu eligi poſſit in Generalem, aut ad alia Officia. Quæſt. 39.

SVMMA.

1 *Non poteſt eſſe tutor, qui vtiliter dari nō poteſt.*
2 *Surdaſter poteſt eligi ad gradus Religionis etiā Generalatum.*
Minus audiens poteſt eſſe tutor.
3 *Surditas, niſi ſit totalis, non reddit inhabilem.*
4 *Non impeditur quis, quando poteſt tolli impedimentum.*
5 *Surdus omninò, licet nutibus &c. intelligat, non poteſt eligi ad gradus religionis.*
Eſt inhabilis ad ea, quæ per auditum exercentur.

1 SVpponit caſus, quod nō ſit prorſus ſurdus, ſed tantum laboret auditu, ita vt difficilè audiat. Et negatiuè videtur reſoluendum. Quia Religioſi eliguntur ad huiuſmodi gradus, & officia propter vtilitatem Religionis, ita, vt adminiſtratio ipſorū vtilis ſit. Hoc autem non videtur habere locum, quando quis cum difficultate audit; ſeu eſt ſurdaſter, quia difficultas audiendi impedit tractationem negociorum. Vnde *l. penul. ff*. De *legit. tut*. ſtatuitur, quod non poſſit eſſe tutor, qui vtiliter dari non poteſt.

2 Tenendum tamen. *Quod poſſ. t eligi ad omnes gradus, & officia, etiam generalatus*, Ita Nauar. *conſil*. 7. *nu*. 3. *De corpore vitiat*. Maiol. *lib*. 1. *De irregular*. *cap*. 25. *n*. 5. Sayr. *lib*. 6. *De cenſur*. *cap*. 8. *num*. 17. Peirin. *de Prælato relig: quęſt*. 2. *cap*. 4. *numer*. 20. & deſumitur ex iis quoque Doctoribus, qui volunt, ſurdaſtros, ſeu difficilè audientes eligi poſſe in tutores, Ita Azo *in ſum. Tit. De tut. teſtamen. nu*. 11. Gutierez *de Tutel. par*. 1. *cap*. 7. *num*. 12. Molina *de iuſt. & iur. tom*. 1. *tract*. 2. *diſp*. 221. *nume*. 3. ver. *Intelligendum tamen eſt*: alter Molina *lib*. 1. *de primogen*. *cap*. 13. *num*. 19. Carpius *de Exequutor. teſtamen*. *lib*. 1. *cap*. 14. *num*. 8. Et colligitur ex *l. fin. ff*. De *legit. tut*. Cum enim ius ſtatuat, quod ſurdus non poſſit eſſe tutor, vt *in l. penul. eod. tit*. Subdit limitationem huius diſpoſitionis in dic. *l. fin*. Paulus iuris conſul. ad verbis. *Minus autem audiens poteſt*. Eſt autem eadem ratio de officiis, & gradibus etiam Generalatus, ac de tutore.

3 Vnde ex dicta l. colligitur etiam ratio. Quando ſurditas reddit inhabilem ad aliquem actum, non reddit inhabilem, niſi ſit plena ſurditas, & totalis, vt habetur ex dict. *l. fin*. vnde adhuc eſt habilis, etiā ſi ſit parum audiens, vt ait Gloſ. *ibid*. Et ratio eſt. Quia habilitas non excluditur, niſi per priuationē totalem oppoſitā, quādiù enim remanet aliquis gradus habilitatis, remanet forma habilitatis; & quandiu remanet forma, non poteſt dici inhabilis. Quandiù autem quis aliquo pacto audit, ſicut non eſt priuatus totaliter auditu, ita nec etiam habilitate, quam tribuit auditus; & proinde illa difficultas in audiendo non impedit, quin ſit eligibilis ad ea munera, ad quæ aliàs eligi poſſet.

4 Confir. Non dicitur inhabilis ad aliquod munus exequendum, qui illud præſtare poteſt, licet cum aliqua difficultate, quam tamen poſſit vincere, nam eò ipſo, quod vincere poteſt, eſt in ſua poteſtate exequi; nec impeditur, cum poſſit tollere impedimentum. *l. Qui poteſt. ff*. De

De *reg.iur.* & notant Felin. *in Cap. Extrā ſmiſſa.ver.Pro tanto,* De *præſcrip.* Dec. *in Cap. Cum inter nu.*48.*ver. Prędicta concluſio.* De *except.*Socin.iun.*conſil.*117.*num.*6.*ver. Verum hoc. vol.*2,Paris. *conſil.* 44. *nu.*2.*vol.*1. Cum ergo poſſit ſuperari difficultas audiendi curando, quod loquentes altiori voce loquantur; non præſtabit electioni impedimentum, nec inducet inhabilitatem.

5 An autem idem dicendum ſit de ſurdo omnino, qui tamen ex nutibus, aut motu labiorum percipit loquentes, negatiuè reſoluendum eſt, vt in ſimili reſoluunt etiam Bart. *in l.*1.*§.fin. ff.* De *tutel.* Gutierez *de tutel.par.*1.*cap.*7.*nu.*11. Piagius *eod. tract.cap.*7.*num.*11.Nam eò ipſo, quod caret ſenſu auditus, eſt inhabilis ad functionem talis ſenſûs, ita etiam ad ea, quæ per eumdem ſenſum exercenda ſunt. Nec iuuat, quod alio modo percipere poſſit loquentes, quia non percipiet, niſi in rebus ordinariis, de quibus ſolet haberi loquutio, non autem in negotiis extraordinariis, quæ inducunt extraordinarias circumſtātias, quas ſingulas neceſſarium eſt percipere, & ponderare, quod ſufficit, vt quis reddatur inhabilis, vt eligatur ad gradus, & dignitates, cum his ſit ſemper annexa tractatio grauium negociorum.

An Superiores Religionum, qui neque prima tonſura initiantur, poſſint in ſuos ſubditos ferre cenſuras. Quaeſt. 40.

S V M M A.

1 *Poteſtas ferendi cenſuras non poteſt conuenire laicis*

2 *Superiores Religioſi, licet non initiati prima tonſura poſſunt ferre cenſuras,*

Superiores Religioſi tractant eccleſiaſtica negocia.

3 *Sunt perſonæ Eccleſiaſticæ.*

Gaudent priuilegio Canonis, & fori.

4 *Status religioſus, & prima tonſura æquipollent quò ad capacitatem ferendi cenſuras.*

5 *Poteſtas ferendi cenſuras ſequitur iuriſdictionem fori externi.*

6 *Abbatiſſa non poteſt ferre cenſuras ratione ſexus.*

7 *Prælati indocti peccant ferendo cenſuras ſine conſilio Doctorum.*

8 *Prælati Religionum exemptarum poſſunt ferre cenſuras.*

1 RAtio dubitandi oritur ex eo, quod poteſtas ferendi cenſuras non poteſt conuenire laicis, nec ſecundum curſum Regularem Eccleſiæ iis committi, vt docent communiter Doctores ex eo, quod non poſſint ſe immiſcere rebus Eccleſiaſticis, vt deſumitur ex Cap.2. *De iudic.* & Cap. *Eccleſia.* De *conſtit.* & Cap. *Iudicatum. Diſt.* 89.& Cap. *In noua.* 16. *Quaeſt.*7 Cum igitur dicti Religioſi non ſuſcipiant Ordines, neq. etiam primam tonſuram, videntur etiam eorumdem Superiores incapaces poteſtatis ferendi cenſuras.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod dicti Superiores ſunt capaces poteſtatis ferendi cenſuras; & proinde ferre poſſint in proprios ſubditos.* Ratio eſt. Quia in tantum Laici sũt incapaces poteſtatis ferendi cenſuras, in quantum non poſſunt tractare res eccleſiaſticas, nec iis ſe immiſcere, vt cõſtat ex citat. textib. Prædicti autem ſuperiores de facto tractant res eccleſiaſticas, quia habent regimen ſuorum Religioſorum, & tractāt negocia cõcernentia Religionem, quæ ſunt negocia eccleſiaſtica; & proinde ceſſat ratio, quod non poſſint ſe immiſcere negocijs eccleſiaſticis, & ob quam ſint incapaces poteſtatis ferendi cenſuras.

3 Et ratio à priori eſt. Quia ſunt perſonæ Deo dicatæ, & Eccleſiaſticæ non ſecus, ac ſint Clerici. Sicut enim tonſura dedicat Deo Clericos, & facit perſonas eccleſiaſticas: ita profeſsio religioſa dedicat Deo profitentes, & facit perſonas eccleſiaſticas; imo meliori modo, quia non poſſunt recedere à ſtatu eccleſiaſtico, & religioſo, ſicut poſſunt recedere Clerici. Et proinde gaudent priuilegiis Clericorum fori, & Canonis, vt etiam de Conuerſis conſtat ex Cap. *Non dubium.* De *ſentent.excommunicat.* Et eſſe perſonas eccleſiaſticas religioſos cuiuſcunque Religionis, etiam Conuerſos, notant Gloſ. *in dict. Cap. Non dubium.* verbo *Religionis.* Felin.*n.*1. Duen.

Regul. 99. *ampliat.* 3. & *Regul.* 100. *ampliat.* 5. Sylueſt. *verbo.* Clericus *num.* 1:

4 Si ergo ronſura facit clericos capaces poteſtatis ferendi cenſuras ex eo, quod eos reddit perſonas eccleſiaſticas Deo dicatas, Hoc ipſum quoque præſtabit profeſſio religioſa, cum ſimiliter conſtituat religioſos in ordine eccleſiaſtico æquipollenter ad Clericatum, cum in ordine ad poteſtatem ferendi cenſuras non referat, quod quis ſit capax potius ex clericatu, quàm ex ſtatu religioſo, cum quò ad hoc æquipolleant. *l.* 3. C. De *inſtit. & ſubſtit.* & *l. fin.* C. De *donat. quæ ſub modo fiunt.* & *l. Mulier. ff.* Ad *Trebel.* Et ideo Superiores prædicti tanquam capaces fruentur poteſtate ferendi cenſuras, ſicut fruuntur Superiores aliarum Religionum.

5 Accedit etiam, quod exercent iuriſdictionẽ in proprios ſubditos tanquam ipſorum Prælati, ita vt ſubditi non alium ſuperiorem agnoſcant præter ſuos Prælatos, & Summũ Pontificem, cui tanquam exempri immediatè ſubiiciuntur. Vnde neceſſatium eſt, quod habeant congruam poteſtatem coercitiuam, quæ ſine poteſtate ferendi cenſuras valde debilis, & imperfecta eſſet. Cum ergo ſit ipſis conceſſa iuriſdictio in proprios ſubditos, & vis etiam coercitiua, debuit etiam concedi poteſtas ferendi cenſuras. *l.* 2. *ff.* De *iuriſdict. om. iud.* & *l. Quoties. ff.* De *iudic.* & *l. Legatis. ff* De *adimen. leg.* & *l.* 1. C. De *ord. iud.*

6 Solum obſtare videtur. Quod Abbatiſſa, licet ſit perſona eccleſiaſtica, ſicut ſunt omnes Moniales Cap. *De Monialibus. De ſentent. excommunicat.* non tamen poteſt ferre cenſuras in ſuas ſubditas, vt docent communiter cum Gloſ. *in Cap. Dilecta.* verbo *Iuriſdictionem. De maior. & obed.* & *in Cap. De monialibus.* verbo. *Per Epiſcopum.* De *ſentent. excommunicat.* Vnde videtur, quod neque Superiores prædictæ Religionis ferre poſſint cenſuras, licet ſint perſonæ eccleſiaſticæ. Reſp. tamen, eſſe diuerſam rationem. Quia Abbatiſſæ obſtat ſexus, quæ reddit ipſam incapacem iuriſdictionis eccleſiaſticę; & proinde non habet ſupra proprias ſubditas iuriſdictionem, ſed tantũ poteſtatem dominatiuam œconomicam, ſicut habent prædicti ſuperiores.

Paſqualig. Quæſt. Selectæ.

7 Rurſus obiici poſſet, quod tanquam indocti neſciunt naturam, & qualitatem cenſurarum, nec earumdem effectus, nec quando ferri poſsint, nec alia huiuſmodi, quorum cognitio neceſſaria eſt ad exercendam hanc poteſtatem: vnde non poteſt ipſis eſſe conceſſa talis facultas, tanquam ea, qua vt plurimum abuterentur. Reſp. Ex hoc etiam inferri poſse, quod nõ habeant iuriſdictionem in foro externo. Cum autem certum ſit, quod habeant, & iuriſdictioni ſit annexa facultas ferendi cenſuras, ſolum ſequitur, quod non debeant ea vti, niſi cum conſilio alicuius docti viri, aut niſi ſint ſufficienter inſtructi, quomodo legitimè vti poſsint: & ideo, ſi vterentur abſque debita inſtructione, aut conſilio, peccarent grauiter, quia ſe exponerent periculo abutendi cum ſpirituali damno graui ſuorum ſubditorum.

8 Itaque concludendum eſt. Quod habeant facultatem ferendi cenſuras, ſicut habent cœteri Prælati Religionum exemptarum, vt tradunt communiter ex Càp. *Cum in Eccleſijs.* De *maior. et obed.* Gloſ. *ibid.* verbo. *Excommunicationis.* Abbas. *in Cap. Cum ab Eccleſiarum. nu.* 10. *De offic. Ordin.* Alens. *par.* 4. *queſt.* 22. *memb.* 1. *art* 4. *§.* 2. Richard. *in* 4. *diſt.* 18. *ar.* 4. *qu.* 1. Durand. *quæſt.* 4. *nu.* 7. Sotus *diſt.* 22. *quæſt.* 2. *ar.* 1. *§. Nomine autem Prelatorum.* Nauar. *Cap.* 27. *Manual. num.* 5. Vgolin. *de cenſur. tab.* 1. *cap.* 2. *§.* 20. *nu* 11. Henriquez *lib.* 13. *ſum. cap.* 24. *num.* 3.

An diſpenſationes matrimoniales expirent morte Pontificis concedentis. Q. 41.

S V M M A.

1 *Gratia commiſſa exequutori in fauorem tertij expirat re integra morte concedentis.*

2 *Gratia non mandata exequutioni ante mortem concedentis ſe habet, ac ſi non eſſet facta.*

3 *Diſpenſatio matrimonialis non mandata exequutioni expirat morte Pontificis.*

Mandatum expirat morte mandantis.

4 *Diſpenſatio matrimonialis &c. ſecundũ alios*

non expirat morte Pontificis.
5 *Si exequutor appoſuit manus, diſpenſatio non expirat morte concedentis.*
6 *Quid, ſi res ſit integra.*
Mandatum de faciendo continet gratiam factam.
7 *Diſpenſatio commiſſa exequutori eſt gratia facta.*
Gratia facta eſt exequutioni mandanda mortuo concedente.
8 *Gratia quando ſit facta.*
9 *Gratia eſt facienda, quando conceditur poteſtas pro ipſa.*
Gratia facienda habetur pro non facta morte concedentis.
10 *Mandatum acceſſorium gratiæ iam factæ nõ expirat morte concedentis.*
Gratia ſine exequutione adhuc eſt perfecta.
11 *Gratia facienda expirat morte concedentis, licet exequutor ſit neceſſarius.*
Vſus poteſtatis commiſſæ præcipi poteſt.

1 EAdẽ eſt ratio de cœteris diſpẽſationibus, & gratiis, quæ alicui exequutori committuntur, & ſuccedit mors concedentis, antequam ſint exequutioni mandatæ. Difficultas autem ex eo oritur, quod iſtæ diſpenſationes committuntur exequutoribus, nõ in ipſorum fauorem, ſed in fauorem tertiæ perſonæ;& ideo,cum non ſint exequutioni mandatæ, ſubintrat diſpoſitio Cap. Si cui nulla.§.Secus, De præbendis in 6. ibi. *Secus ſi ſuper prouiſione certæ perſonæ facienda ſit data poteſtas eidem,non ob ſuam, ſed eius, cui prouideri mandatur gratiam, vel fauorem,illa quidem expirat omnino,ſi concedens re integra moriatur.* Præſentes autem diſpẽſationes continent gratiam, non in fauorem exequutoris, ſed certæ perſonæ: & ideo re integra expirant morte concedentis.

2 Cũ ergo diſpenſatio ante mortem concedentis non ſit exequutioni mandata, ſe habet, ac ſi nunquam fuiſſet facta, iuxta ea, quæ tradunt Bal. *in Cap.fin. n.*3. ver. *Sed pone.* De conſtit. Dec. *in Cap. Relatum. num.* 22. ver. *Et iſta concluſio. De offic.Deleg.* Gabr. *concluſ.*1.*num.*7. *De præben.*Rota coram Durano *Deciſ.* 225.*nu.*7. Et proinde non poterit amplius exequutioni mandari.

3 Quod ergo expirent huiuſmodi diſpenſationes, ſi non mandentur exequutioni ante mortem Pontificis, tenent Nauar.*conſil.*38. *in fine.* De tempor.ord.*lib.*1, *in* 1.*edit.*et *conſil.*3.*in fin.* De *fil.presbiteror.*& Cap.29.*Manual.num.*253.*ver. Nono.* Sayr. *lib.*7.*Theſauri cap.*14. *num.*9. Fragos. De *regim.Chriſt. Reipub.par.*2.*lib.*1.*diſp.*1.§.11.*nu.*259. Suarez *lib.*8. *de legib. cap.*31.*n.*18. quatenus docet, facultatem datam delegato in fauorem tertii eſse gratiam faciendam, licet ei imponatur neceſsitas,ſeu præceptum exequendi, ſeu diſpenſandi. & proinde expirare morte cõcedentis. Vgo. lin. *de irregularit.cap.*62. *num.*6. Et pro hac ſententia Boſsius citand. affert Sahagun: de Villeſante *in Cap.Relatum. num.*14. De *offic.deleg.* et Garziam *par.*6.*de benefic.cap.*2.*num.*301.& 302. Verum ibi tantum docet, quod gratia de prouiſione beneficii incerti eſt gratia facienda. Si verò ſit de beneficio certo pro certa perſona.*num.* 300. docet,eſse gratiam factam, et non expirare morte concedentis,vnde eſt pro oppoſita ſententia. Fundamentũ huius ſententiæ eſt præter allata.*num.* 1.& 2. Quia datur tantum commiſsio, et mandatum ad diſpenſandum. Mandatum autem ſpirat morte mandantis. *l.Mandatum.C.Mandati.* et *l. Et quia.ff.* De iuris. om. iud. et Cap. *Relatum.* De *offic.deleg.* vbi Gloſ. *verbo. Conteſtata.*

4 Nihilominus tamen magis communiter tenent, quod huiuſmodi diſpenſationes mortuo Põtifice poſſint exequutioni mandari. Ita Hieronim. Paulus *in Pract.Cancellar.*Tit.*Declarat.ſuper propon. ſeu vouen. §. Præſtantiſſime Doctor.*Rebuf. *De concord.* Tit.*De mand.Apoſt.*§.1.*verbo. Sui Pontificatus.ver.Licet quidem.*Mandos, *ad Reg.* 10.*Cancell.de Annali poſſeſ. quæſt.*2. *num.*4.Henriquez *lib.*12.*ſum. cap.*2. *num* 5. & *cap.*3.*num.vlt. in fine.* Rodriquez *quæſt. Regul.*46.*ar.*7.*tom.*2.Sâ *verbo* Diſpenſatio. *nu.*6.Ledeſma *par.*1.*ſum.tract. de Matrim. cap.*27.*Concluſ.*2.*in fine.*Sanchez *lib.* 8. *de matrim.diſp.*28.*numer.*87. Gutierez *canon. quæſt.cap.*17.*nu.*5.*lib.*2. Boſsius *de contract. matrim.cap.*5.*num.*151. Garzia *de Benefic. par.*6.*cap.*2.*num.*311. in terminis diſpenſationum. Idem Fragos. fortè immemor illius, quod antea tradiderat.*ead.par.*2.*de Regim.*

*Regim.Reip.Chriſt. lib.4. diſp.*10.§.11.*nu.*34.Themudus *deciſ*339. *nu.4.par.*3.

5 In hac difficultate eſt certũ. Quod ſi exequutor principium dederit exequutioni, aut examinando teſtes, aut vocando, aut aliquo alio modo, non expirat gratia diſpenſationis, quia res nõ eſt amplius integra, iuxta ea, quæ tradunt communiter Dominic. *in cap. Si delegatus. num.*10. De *offic. deleg. in* 6. Francus. *num.*4.Iaſ. *in l. More.num.* 15.*ff.*De *iuriſd. om.iud.* Couaruu. *lib.*3. *Variar. cap.* 15. *num.* 4. ver. *Primum* Lappus *in Cap. Si cui nulla. numer.*4. ver. *Sed vbi procedit.* De *praben. in 6.* Io. Nicolaus Gimonteus *De grat. expect.cap.* 3.*num.*2.ver. *Quantum autem*, Staphil. *De litt.Grat.* Tit. *Quib.mod.Litt.ad beneſ.expir.* §.*Dicendum eſt modo*, *num.*4. ver. *Nam vt dict.* Alphonſ. Sotus vulgo Gloſator. *ad* Reg.10.*Cancel.*ver.*Et ratio eſt*. Rota corã Guidobono *deciſ.*29.& coram Veral.*deciſ.* 290.*lib.*1.& coram Pennia *deciſ.*249.*nu.*3. Et habetur ex dic. Cap. Si *delegatus.* De *offic. deleg.in* 6.& Cap. *Si cui nulla*. De *praben. in* 6. vbi gratia facienda expirat re integra. Si autem res non ſit integra prorogatur iuriſdictio, quia pars iam acquiſiuit ius.

6 Verum, quamuis res ſit integra. *Adhuc huiuſmodi diſpenſationes non expirant morte concedentis, ſed poſſunt exequutioni mãdari*. Deſumitur ex eod. Cap. *Si cui nulla.* §.*Secus*. De *prabend. in* 6. nam tunc ſolum gratia expirat morte concedentis, quando committitur concedenda, ſeu facienda, vt indicant illa verba, *Si ſuper prouiſione certa perſona facienda ſit data poteſtas.* Nam prouiſio facienda non continet gratiam prouiſionis factæ, ſicut etiam poteſtas reſpicit gratiam faciendam, cum reſpiciat prouiſionem faciendam. Et clarius ex Cap. *Si ſuper gratia.* De *offic. deleg.* in 6. vbi ſtatuitur, quod, *Si ſuper gratia cuiquam ab Apoſtolica Sede facta exequutores fuerint deputati, æquum eſſe cenſemus, vt ſicut ipſa gratia (licet nondum ſit in eius exequutione proceſſum) morte non perimitur concedentis, ſic nec etiam re integra perimatur exequutoribus data poteſtas*. In huiuſmodi autem diſpenſationibus non committitur alicui poteſtas diſpenſandi, ſed eligitur

exequutor, qui ſi preces veritati nitantur, mandet exequutioni diſpenſationem cõceſſam, & proinde continent gratiam iam factam, & non faciendam. Vnde Hieronim. Paulus *nu.*4. *citat.* habet, quod plures Doctores non aduertentes ad ſtylum Cancellariæ putant, mandata de faciendo, aut prouidendo, continere gratiam faciendam, & proinde non committi meram exequutionem, cum tamen contineant gratiam iam factam. Quia tunc ſolum gratia eſt facienda, quando conceditur facultas ad faciendum, & nullum ius eſt quæſitum parti. Quod non habet locum in diſpenſationibus matrimonialibus, & aliis huiuſmodi, in quibus ante exequutionem tribuitur ius parti, vt conſtat ex ſolutione componendæ.

7 Rurſus etiam. Quod huiuſmodi diſpenſationes cõtineant gratiam factam, & non faciendam, ex eo coſtat, quia non committitur exequutori diſpenſatio, nã oporteret ad ſaluandam hác commiſſionem, quod ei tribueretur facultas diſpenſandi: ſed tantum exequutio diſpenſationis, ſi preces veritati nitantur: & proinde gratia non eſt facienda, ſed vt iam facta exequenda, vt firmat Rota coram Pennia *deciſ.* 244. *nu.*3. vnde ſubintrat communis regula, quod ſit exequutioni mandanda ſequuta morte concedentis, vt tradunt communiter Doctores *in Cap.* Si *ſuper gratia.* De *offic. deleg in* 6. Monac. *nu.*4. Geminian. *n.*1.*&* 4. Io.Andr. *n.*1. ver. *In gloſ. ſecunda.* Archidiacon. *num.*1. Franch. *num.*4.ver. *Et intellige.* Ancharan. *num.*1. Aeneas de Falconib. *tract. de reſeruat. par.* 2.*quæſt.*5. *princip. nu.*4. Federic. de Senis. *conſil.*78. *incipit.Caſus eſt. Papa conceſſit.* Rota *deciſ.*349. *aliàs* 12. *De offic. deleg. in nouis.* & cœteri cum Gloſ. *in Cap. Si cui nulla.* verbo. *Moriatur. De preben. in* 6. vbi & cœteri Canoniſtæ.

8 Quod amplius confir poteſt ex eo, quod gratia, quæ continetur in diſpenſatione, eſt certa, ſingularis, & determinata, & pro perſona determinata. Hoc autẽ ſufficit, vt gratia ſit facta, & non facienda, quia ſtante tali determinatione, & ſingularitate eſt iam deducta in eſſe, & ſolùm pro complemẽto requirit exequutionem.

Et ita loquentes de Beneficio, quando ſcilicet Papa mandat prouideri alicui certæ perſonæ de certo beneficio vacante, tradunt Hieron. Paulus *in Pract. Cancel.* Tit. *Declaratoria ſuper proponente, ſeu vouente*, S. *Præſtantiſſime Doctor.* Rebuf. *in Concord. Rub. De mandat. Apoſtol. §. 1. ver. Fuit pacificatus*, Anton. Gabr. *concluſ. 1. nu. 19. & 30.* Tit. *De præben.* Milis *in Repertorio.* verbo, *Gratia facta. licet nond. exequu.* Mandos. *ad Reg. 10. Cancel. quæſt. 2. num. 4.* Gutierez *canon. Quæſt. cap. 17. nu. 5. lib. 2.* Henriquez *lib. 14. ſum. cap. 17. num. 7.* Azeuedo *ad l. 2. num. 4. tit. 7. lib. 5. Recopilat.* Garzia *de Benefic. par. 6. cap. 2. nu. 300.*

9 Ex quibus ſoluta manent, quæ in oppoſitum allata ſunt. Tex. enim. *Si cui nulla.* procedit de gratia facienda, nã procedit de poteſtate data alicui de prouidẽdo certæ perſonæ de beneficio vacaturo, & ideo ſtatuitur, quod re integra expirat morte concedentis. Quando autem dicitur, quod gratia nõ exequutioni mãdata ſequuta morte concedentis ſe habet, ac ſi non fuiſſet facta, reſp. Id eſſe verum, quando eſt gratia facienda: non autem, quando eſt gratia iam facta, quia, licet non ſit exequutioni mandata, eſt tamen deducta ad eſſe, & ideo non poteſt non eſſe facta ſequente morte concedentis; imo adhuc trahit ſecum exequutionem, vt ſtatuitur in Cap. *Si ſuper gratia.* De *offic. deleg. in 6.*

10 Ad fundamentum oppoſitæ ſententiæ. Reſp, In dictis diſpenſationibus nõ dari tantum mandatum ad diſpenſandum, ſed concedi gratiam diſpenſationis, vt conſtat ex dictis, & dari mandatũ ad exequendum. Hoc autem mandatum non expirat morte mandantis, quia non ſtat de per ſe, ſed eſt acceceſſorium gratiæ iam factæ, & ſequitur illius conditionem, vt dicitur in Cap. *Si ſuper gratia.* De *offic. de leg. in 6.* Neque ex hoc ſequitur, quod ſine exequutione gratia ſit imperfecta, quia aliud eſt, quod ſit imperfecta; & aliud, quod non ſortiatur effectum. Sine exequutione enim gratia adhuc eſt perfecta, vt deſumitur ex Cap *fin.* De *conceſ. præben.* & ex dicto Cap. *Si ſuper gratia. De offic. de leg. in 6.* & notant Geminian. *ibid. init.* Rota coram Pennia *deciſ. 244. num. 17.* & ſolum remanet inefficax, cum non ſortiatur ſuum effectum.

11 Ex quibus deducitur contra Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſp. 28. numer. 87.* In præſenti materia nihil referre, quod exequutor ſit neceſſarius, quia hoc non obſtante adhuc gratia expiraret morte concedentis, ſi non eſſet facta, vt deſumitur ex Cap. *Si cui nulla.* De *præbend. in 6.* Nam ibi exequutor eſt neceſſatius, vt colligitur ex illis verbis, *Sed eius, cui prouideri mandatur.* Mandatum enim inducit neceſſitatem, & is, ad cuius fauorem mãdatur, poteſt cogere mandatarium ad exequendum. Et tamen gratia, de qua ibi, quia non eſt facta, expirat morte concedentis. Nec dici poteſt cum Sanchez *cit.* quod verbum, *Mandatur*, idem ſignificat, quod *Committitur*, vt congruat cum verbo præcedenti *Poteſtas.* quia optimè congruit, quod alicui concedatur poteſtas, & ſimul etiam præcipiarur vſus poteſtatis conceſſæ in concedenda gratia: & proinde verbum, *Mandatur*, idem ſignificat, ac præcipitur.

An Monaſterium dicere poſſit de enormi læſione ob renunciationem Monialis dotatæ. Quæſt. 42.

SVMMA.

1 *Renunciatio Monialis profeſſuræ an præiudicet Monaſterio.*
2 *Monaſterium non læditur ob renunciationem monialis conſueto modo dotatæ.*
3 *Profeſſurus habet plenam facultatem diſponendi de proprijs bonis.*
4 *Renunciatio profeſſuri tantum poteſt ſe extendere, quantum votum paupertatis.*
5 *Profitens eligit famulari Deo in vita pauperi, Eligit viam ad perfectionem.*
Dos monialium vnde ſit proportionata.
6 *Conſenſus Monaſterij non prodeſt pro renunciatione profeſſuri.*

1 SVpponitur, quod Monialis renũcians paternis, & maternis bonis fuerit competenter dotata ea dote,

te, qua dotari ſolent, quæ recipiuntur à tali Monaſterio, & quod hęreditas, ſiue paterna, ſiue materna, cui profeſſura renunciat. ſit valde ampla, ita vt ad eam attendendo longè maior dos illi obueniret. Et quamuis affirmatiuè videatur poſſe reſponderi, quatenus nonnulli Doctores, vt Corneus *conſil.272.lib3.* Ruin. *Conſil.204.lib.1.* & inter eadem conſil. Ruini. Felin. *conſil.206.li.4.* docent Renunciationem factam per Monialem profeſſuram non præiudicare Monaſterio, & proinde cenſeri enormiter læſum, dum monialis non obtinet dotem congruentem paternæ, & maternæ hæreditati.

2 Oppoſitum tamen tenendum eſt, *Nempe monialem non cenſeri enormiter læſam, & conſequenter nec Monaſterium, ſi obtinuit conſuetam dotem ſtante quacunque opulenta hæreditate, cui renunciauerit.* Ita Bald. *in l. fin.* C. *De pact.* Bart. *ibid. numer.7.* Purpurat. *num.188.* Alexan. *conſil.33.nu.4. lib.4.* Dec. *conſil.31. num. 5.* Paris. *conſil. 26. nu.68. lib.3.* Cur. Sen. *Conſil. 27.* Syluester Aldobrand. *conſil.26. numer.38.47. & 105.* Couaruu. *in Cap. Quamuis pactum. par.3. §.2. num.3.* De pact. *in 6.* Molin. *lib.2. de primogen. cap.3. nu.27.*

3 Ratio eſt. Quia profeſſurus in Religione habet plenam, & liberam facultatē relinquendi bona ſua, quibus voluerit, & diſponendi de ipſis, quomodo voluerit. *§. Illud quoque.* Authen. *De Monachis.* & Cap. *De his. in fine.* *De ſepul.* ibi. *Liberū eſt eis, tūc bona ſua non ſolum religioſis, ſed etiam quibuſuis priuatis conferre perſonis.* Ergo habet liberam, & plenam facultatem renunciādi paternæ, & maternę hæreditati, quamtumuis opulentiſſimæ. Ergo Monaſterium non poteſt ex tali renunciatione prætendere aliquam lęſionem, ſi obtinuit dotem congruentem conſuetam. Quia non habet aliud ius, niſi illud, quod à moniali per profeſsionem transfertur in ipſum, & non transferrur, niſi ius. quod tunc de præſenti habet. Vnde cum legitimè renūciauerit paternæ, & maternæ hæreditati, atque adeo nullum ius ipſi remaneat, non poteſt monaſterium prætendere aliquam læſionem, quaſi plus renunciauerit, quàm potuerit, aut debuerit renunciare.

4 Confir. Renunciatio fit in ordine ad emittendum votum paupertatis religioſæ: & proinde ſtante quacumque opulentiſsima hæreditate, poteſt ſe extendere tantum, quantum ſe extendit votum paupertatis religioſæ. Ergo cū votū paupertatis religioſæ abdicet à vouente omnia prorſus bona, iura, &c. poteſt etiam renūciatio eadem omnia abdicare. Ergo renuncians non ſubeſt alicui læſioni ſtāte quacumq. opulentiſsima hæreditate, quia non læditur in eo, nec lædi poteſt, quod per votum paupertatis eſt abdicaturus à ſeipſo. Et conſequenter nec etiam Monaſterium, quando obtinuit dotem conſuetam, cū ipſi non poſſit cōpetere aliqua leſio, niſi ratione monialis profeſſæ.

5 Confir. 2. Moniales ſicuti cæteri profitentes in Religione eligunt in vita pauperi famulari Chriſto iuxta, Gap. *nimis iniqua.* De *exceſsib. Prælat.* & eligendo hāc vitam, eligunt viam ducentē ad perfectionem, vt docent communiter Theologi cum D.Th. 2.2. *queſt.186. art.1. in corpore.* Ergo quò amplior eſt renunciatio, eò magis fauorabilis eſt ſtatui religioſo electo, quia tendit ad maiorem perfectionem ipſius. Quod autem eſt alicui fauorabile, nō poteſt continere læſionem ipſius, & conſequenter, nec etiam monaſterii. Et proinde ſi obtineat dotem congruam, non poteſt dicere de lęſione. Hęc autem congruitas non attenditur ſecundum quantitatem patrimonii, vt dixit Rota coram Ludouiſio *deciſ.64. nu.20.* Sed ſecundum quantitatem, cū qua ſolet monialibus aſsignari, vt notant Salicet. *in Authent. Sed quamuis, num.7. ver. Et adrationem. C. De rei uxor.* Iacob. à S.Georg. *in Inueſtit. feud.* ver. *Qui quidem. in fine.*

6 Ex quibus infertur, quod quamuis ad excludendam omnem prætenſionem monaſterii, putent Purpurat. *in l. fin. n.194.* C. *De pact.* Cagnol. *ibid.* tutius eſſe, quod pro renunciatione monialis interueniat cōſenſus Capituli monialium. hoc tamen nullo pacto eſt neceſſariam. Quia quando fit renunciatio, renuncians nullo pacto pertinet ad monaſterium, cum ſit ſui iuris: & ideo conſenſus monialium nihil circa ipſam operatur. Si enim renunciatio valet,

let, quod moniales non conſenſerint, nihil poteſt ipſas iuuare, ſi quidem recipiunt ad profeſſionem iam priuatam bonis, et iuribus renunciatis etiam quò ad legitimam. Si verò non valet; etiam ſi monaſterii cõſenſus acceſſerit, poterũt adhuc moniales ſuam actionem inſtituere quò ad ea, quorum renunciatio non valet, atque adeo conſenſus nihil iuuaret renunciatarios.

An Epiſcopus ordinans alienum ſubditum cum dimiſſorijs, poſſit cum ipſo diſpenſare in impedimentis, in quibus poteſt à proprio Prælato diſpenſari. Quæſt. 43.

S V M M A.

1 *Conceſſo vno conceduntur omnia, ſine quibus id expediri non poteſt.*
2 *Ordinans alienum ſubditum ſibi dimiſſum non poteſt diſpenſare.*
Ordinans familiarem triennalem non poteſt diſpenſare in impedimentis
3 *Sublato vno obſtaculo non tollitur alterum.*
Tot diſpenſationes requiruntur, quot ſunt impedimenta.
4 *Conceſſio limitata non extenditur vltra expreſſa.*
5 *Conceſſio cenſetur facta in terminis habilibus.*
6 *Conceſſo vno quanam ſint in conſequentiam conceſſa.*
Diſpenſatio non extenditur ad acceſſoria, quando ſuper principali ſortitur effectum.

1 QVia ordinandus impediri poteſt aliquo impedimento canonico præſertim irregularitatis, ne poſsit ordines ſuſcipere, ideo dubitatur, an quãdo proprius Prælatus ordinandi poteſt cum ipſo diſpenſare, poſsit etiam diſpẽſare Epiſcopus, ad quem mittitur ordinandus. Partem affirmatiuam tradunt Syluester *verbo.* Irregularitas. *num. 11. in fine.* Angel. *ibid n. 34.* Armilla *nu. 8* 1 Henriquez *lib. 14. ſum. cap. 17. numer 4. in fine.* Auila *de cenſur. par. 7. diſp. 10. dub. 6.* ver. *Notandum tertiò.* Fundamentum eſt. Quia conceſſo vno conceduntur omnia, ſine quibus id expediri non poteſt *l. 2. ff.* De *iuriſd. om. iud.* et Cap. *Prætarea.* De *offic. deleg.* Promotio autem ad ordines non poteſt fieri, niſi remoto impedimento, Confir. Quia diſpenſatio in principali extenditur etiam ad acceſſoria.

2 Sed pars negatiua tenenda eſt. Quã tradit Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 1. n. 25.* Et faciunt ea, quæ tradunt in ſimili caſu, nempe ex eo, quod Epiſcopus ordinare poſsit ſuum familiarem triennalem iuxta Concil. Trident. *ſeſſ. 23. cap. 9. de Reſor.* nõ ſequi, quod poſsit diſpenſare in defectu Natalium quò ad Ordines minores. Nauar. *conſil. 26. & 27. de tempor. ordinat. lib. 1. in 1. edit. & conſil. 12. & 13. in 2. edit.* Ledeſma *par. 1. ſum. tract. de ſacram. Ordin. poſt. 5. concluſ.* Rodriquez *tom. 2. ſum. cap. 14. concluſ. 10.*

3 Ratio efficax deſumitur ex eo, quod quãdo plura obſtãt alicui actui, ſublato vno, nõ tollitur alterũ. *l. Si domus. ff.* De *ſeruit. vrb. præd.* et Cap. *Ex tuarum.* De *auct. & vſu pal.* et Cap. *Paſtoralis.* De *priuileg.* & notant Geminian. *conſil 33. nu. 8.* Rota coram Puteo *deciſ. 109. in fine. lib. 1.* Et coram Ludouiſio. *deciſ. 87. num. 8.* Et proinde tot diſpenſationes requiruntur, quot ſunt impedimẽta, vt obſeruant Gõzalez alios referens *ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 13. num. 97.* Surd. *conſil. 244. num. 4.* Et proinde Rota *in Zerulen. penſionis. 2. Iunij.* 1597. coram Pennia dixit. Quod diſpenſatio retinendi, et acquirendi penſionem non obſtante matrimonio, non ſe extendebat ad ſupplẽdum defectum Clericatus. Cum ergo in præſenti obſtet ordinationi duplex impedimentum, nempe non eſſe ſubditum, et v. g. irregularitas, ex eo, quod proprius Epiſcopus tollit primum concedendo licentiam proprio ſubdito, vt ordinetur ab alieno Epiſcopo, non fit, quod concedat vt poſſit etiam ſuper irregularitate, aut alio impedimento diſpenſari.

4 Confir. Conceſsio limitata non extenditur vltra id, quod exprimitur in conceſsione. *l. Statu liberum. §. Stychum. ff.* De *leg. 2.* et *l. 1. §. Si mulier. ff.* De *liber. agnoſc.* et proinde non extenditur vltra expreſſa, præſertim, quando id, ad quod extenditur

tur poſſet eſſe cauſa, quod neque expreſſum concederetur. In præſenti autem caſu facile eſt, quod ſi Epiſcopus ſciret impedimentum proprii ſubditi, nollet ipſum ordinare, & conſequenter non eſſet conceſſurus licentiam, vt ab alio Epiſcopo ordinaretur.

5 Ad fundamentum in oppoſitū reſp. Quod ſi aliquid probaret, inde inferrerur, quod poſſent Epiſcopi diſpenſare proprios ſubditos ſuper quacūque irregularitate, quia habent poteſtatem eos ordinandi, & non poſſunt eam exercere, niſi tollendo impedimentum irregularitatis. Et quod quando quis ſede vacante obtinet diſpenſationē à Papa, vt poſſit ordinari à quocunque Catholico Epiſcopo, concederetur Epiſcopo ordinanti facultas diſpēſandi ſuper quacunque irregularitate, & alio impedimento, quod tamen abſurdiſſimè diceretur. Nam conceſſio ſemper intelligitur facta præſuppoſitis terminis habilibus. *l. Mutus. ff.* De *procurat.* & *l Gradatim. §. Lege. ff.* De *muner. & honor.* & proinde conceſſio ordinandi intelligitur, ſi habilis fuerit. Sēper enim inhabiles cenſentur excluſi, vt latè Iaſ. *l.2. §. Pretor. not. 1. ff.* Qui *ſatiſ. cog.* Gomez *in §. Itē ſi quis. Inſt. de ac.*

6 Cum ergo dicitur, quod conceſſo vno conceduntur omnia, ſine quibus id expediri non poteſt, intelligitur de iis, quæ ex natura rei conceſſæ trahuntur tanquā neceſſaria, aut connexa, qualia ſunt media pro aſſequendo fine: non autem, quādo ſunt extra exigentiam rei conceſſæ, quia, quamuis impediant exequutionem rei conceſſæ, id eſt per accidens, vel quia ponunt obicem, vt in præſenti, vel ex aliquo alio capite, non autem quia non ſit conceſsum totum, quod eſt neceſſarium pro exequutione. Quod præſertim locum habet in diſpenſatione, quia quando poteſt, quantum eſt de ſe, ſortiri ſuum effectum ſuper principali, non extenditur ad acceſſoria *l. fin. §. Lucius ff. De condit. indeb.* Conceſſio autem ſuſcipiendi ordines ab alieno Epiſcopo poteſt ſortiri ſuum effectum abſque conceſſione, quod poſſit diſpenſari, cum hęc ſint omnino ſeparata. Quod ſi in tali perſona non poteſt ſortiri, quia habet impedimentum, non eſt ex defectu conceſſionis, quaſi nō ſe extenderit ad omnia neceſſaria, ſed ratione ſubiectæ materiæ, quia non eſt perſona habilis, & proinde exequutio non ſortitur effectum ob obicem repertū in materia. Et ex his ſoluta manet etiam confirmatio.

An ſi iuramentum ſit nullum, neceſſaria ſit abſolutio ad effectum agendi. Q. 44.

SVMMA.

1 *Sine abſolutione poteſt quis venire contra iuramentum nullum ſecundum ſubſtantiam.*
Iuramentum nullum ſecundum ſubſtantiam ſe habet, ac ſi non eſſet interpoſitum.
2 *Iuramentum nullum ſubſtantialiter requirit declarationem, vt contra ipſum fiat.*
3 *Iuramentum nullum defectu ſolemnitatis an requirat abſolutionem. & num. ſequent.*
5 *Iuramentum nullum defectu ſolemnitatis obligat naturaliter.*
Iuramentum licitum eſt ſemper ſeruandum.
6 *Lex annullans iuramentum, non annullat quō ad obligationem naturalem.*
7 *Lex annullans actum quando impediat obligationem naturalem.*

1 IVramentum poteſt eſſe nullū vel ſecundum ſubſtantiam, vel ſecundum ſolemnitates. Certum eſt autem, quod ſi iuramentum ſit nullum ſecundum ſubſtantiam, non eſt neceſſaria abſolutio, vt contra ipſum quis venire poſſit iuxta ea, quę tradunt in ſimili Caſtrenſ. *conſil. 210. num. 2. lib. 2.* Dec. *in Rubr. num 21. De iudic. in 1. lect.* Anton. Corn. *de abſolut. à iuram. par. 4. caſu 27. numer. 3.* Et ratio eſt clara, quia, cum ſit nullum ſecūdum ſubſtantiam, nullam quoque parit obligationem, neque ponit aliquod vinculum, à quo iurans ſolui poſsit, imo nec dici poteſt exiſtere iuramentum, cum tanquā nullum ſe habeat, ac ſi non fuerit interpoſitum. Cap. *Ad diſſoluendum. De diſpenſat. impub.* vbi Gloſ. plura allegans. *verbo Legitimè accuſari.*

2 Quia tamen nullitas ſubſtantialis iuramenti rarò poteſt eſſe ità notoria, vt poſsit non ſeruari abſque ſcandalo, ideo erit neceſſaria abſolutio ad cautelam, aut

ſaltem declaratio nullitatis iuramenti iuxta ea, quæ tradunt Angel. *in l. fin. ff. Qui ſatiſd. cog.* Bald. *in l. fin.* ver. *Conſulunt.* C. De *non num. pecun.* Hoc enim confert non ſolũ ad tollendũ ſcandalũ, & exceptiones, quæ fieri poſſent, ſed etiam ad ſecuritatem, & tranquillitatem conſcientiæ. Difficultas ergo remanet, quando iuramentum eſt nullum ratione ſolemnitatis eò, quod lex, ſeu ſtatutum annullet iuramentum.

3 Quod non ſit neceſſaria abſolutio, tradunt Plotus *tract. De in lit. iuran. n.* 755. Thom. Fer. *tract. caut. in* 3. *caut.* Surd. *con. ſil.* 87. *num.* 15. & *conſil.* 122. *nu.* 15. Io. Bap. March. *tract. de Commiſ. par.* 1. *com.* 1. *cap.* 3. *num.* 10. Qui allegant alios Doctores, qui tamen hoc non dicunt, ſed ſolũ, aut quod iurari tunc non poteſt, aut quod non eſt periurus, qui contrauenit iuramento inualido. Fundamentum eſſe poteſt. Quia cum iuramentum ſit nullum defectu ſolemnitatum, remanet annullatum à lege, ſeu ſtatuto; & ideo non opus eſt abſolutione, cum lex ipſa annullando abſoluat.

4 Tenendum tamen eſt. *Neceſſariam eſſe abſolutionem non obſtante nullitate iuramenti ex defectu ſolemnitatum.* Ità Gloſ. *in Cap. Et ſi Chriſtus*-verbo. *Seruandum.* De *iureiur.* Hoſtienſ. *in Sum. tit. De iureiur.* §. *Quando. init.* Abbas *in Cap.* 2. *nu.* 8. ver. *Secundo, & fortuis. De arbitr.* Anton. Corneus *de abſolut. iuram. par.* 4. *caſu* 18. *numer.* 12. Picus *ad Stat. Vrb. gloſ.* 23. *num.* 18. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 64. *num.* 6. & *in Romana nullitatis obligationis.* 2. *Iunij.* 1604. coram Ottembergo.

5 Ratio eſt. Quia licet iuramentum ſit nullum ex defectu ſolemnitatum, & nõ admittatur de iure tanquam non ſolemniter præſtitum, eſt tamen ſecundum ſubſtantiam verum iuramentum, & naturaliter obligat, quia defectus ſolemnitatum non tollit, quin verè inuocetur Deus in teſtimoniũ veritatis, & non fiat illi iniuria, ſi non ſtetur iuramento. Vnde iuramentum ſemper eſt ſeruandum, ſi licitum ſit, quod iuratur. *l. Non erit.* §. 1. *ff. De iureiur.* & Cap. *Mouet.* 1. *Quæſt.* 1. & Cap. *Et ſi Chriſtus.* De *iureiur.* vbi Gloſ. *verbo. Seruãdum.* Ergo, ſi iuramentum ſecundum ſubſtantiam obligat, ſi quidem ſupponitur eſſe de re licita, vt proinde ſine peccato ſeruari poſſit, erit periurus, qui contra ipſum venit ante abſolutionem.

6 Neque obſtat fundamentum in oppoſitum. Quia licet iuramentum annulletur à lege, ſeu ſtatuto, hæc tamen annullatio non attingit niſi ſolemnitatem, & proinde operatur ſolum, quod non ſit iuramentum ſolemne. Non autem annullat eiuſdem validitatem naturalem, quia hæc habet aſſiſtentiam iuris naturalis obligantis ad ſeruandum iuramentum ob reuerentiam Deo debitam, nec lex poteſt facere, quod non adducatur Deus in teſtimonium veritatis, quando per ipſum iuratur, quia non poteſt lex humana tollere, quę ſunt de iure naturali, nec inualidare actum, qui à iure naturali habet ſuam validitatem.

7 Adhuc tamen inſtari poteſt. Profeſſio regularis cum contineat votum Deo factum, inducit obligationem naturalem, & tamen, quando annullatur, nullam inducit, obligationem vt declarat Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *De regular.* Sic etiã contractus, qui annullantur à lege, nullam pariunt obligationem. Vnde idem dicendum erit etiam de iuramento. Reſp. Ex iis, quæ inducunt obligationem naturalem, quædam eſſe ſecundum ſuam ſubſtantiã ſub publica directione, vt ſunt contractus omnes; quædam verò non eſſe ſub ipſa ſecundum ſubſtantiam, ſed ſolum poſſe eſſe ſecundum aliquam ſuperadditam ſolemnitatem, & ex his eſt iuramentum. Quãdo ergo, quæ inducunt obligationem naturalem ſunt ſecundum ſubſtantiam ſub publica directione, ſi auctoritas publica reſiſtat, & annullet, nullam inducunt obligationem, quia impeditur, ne oriatur, vt ſtatuitur in *l.* Non *dubium.* C. De *legib.* ibi. *Nullum pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos volumus ſubſequutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente,* & ita notant Gloſ. *in l. Cum lex.* verbo. *Cum lex. ff. De fideiuſ.* Bart. *ibid nu.* 4. Angel. *in* §. *Pupillus. num.* 3 Inſtit. De *inut. ſtipulat.* Iaſ. *in l. Frater à fratre. num.* 44. *ff. De condict. indeb.* Fortun. *in l. Veluti. ff. De iuſt. & iure.* Spinus *in ſpeculo teſtament. gloſ.* 15. *Princip. num.* 50. Couaruu. *par.* 2. §. 4. *n.* 6.

vet.

ver. *Tertiò. De pactis*, & alii. Iuramentum autem, cum ſecundum ſuam ſubſtantiam ſit actus priuatus, nec de ſe pertineat ad commercium humanæ ſocietatis, non eſt ſecundum ſubſtantiam ſub publica directione, ſed ſolum ſecundum ſolemnitatem: & ideo annullatio non tangit ſubſtantiã, ſed ſolum ſolemnitatem. Sic etiam pro profeſſio ſecundum ſubſtantiam eſt ſub publica directione, quia ſecundum ſubſtã. tiã eſt cõtractus incorporatiuus certę approbatæ cõmunitati; & vota in ipſa non emittũtur ſimpliciter, ſed vt incorporatiua dictæ cõmunitati, & vt relatiua ad acceptationem. Et ideo, ſi prohibentur acceptari, nihil agitur, quia Religio non poteſt acceptare, niſi in virtute facultatis ſibi à Pontifice conceſsæ.

An Epiſcopus cenſeatur reſidere, ſi identidem à Diœceſi recedat animo breuiter reuertendi. Quæſt. 45.

SVMMA.

1 *Epiſcopus cenſetur reſidere identidem recedens animo breui reuertendi.*
2 *Breuiter reuerſurus non eſt abſens.*
Recedens animo reuertendi non dicitur receſſiſſe.
3 *Reſidentia quomodo conſideretur.*
Nõ eſt præſens, vbi eſt corpus, qui animo abeſt.
4 *Reſidentia debet eſſe operatiua.*
Reſidentia conſtat ex præſentia, & operatione.

1 SVpponit caſus, quod Epiſcopus frequẽter recedat à propria diœceſi ad locum aliquem vicinum ob negocia, cum animo tamen citò reuertendi, vt cõtingere poteſt quò ad Epiſcopos, qui vicini ſunt ciuitati Capitali, ad quam contingit ſæpè eos ſe transferre ob aliqua negocia animo tamen ibi non permanendi, ſed reuertendi quàm primùm ad propriam diœceſim. *Et affirmatiuè reſoluendũ videtur, ità vt non obſtante frequenti receſſu cum animo breui reuertendi, habeatur pro reſidenti.*

2 Et ratio eſt. Quia non habetur pro abſente, qui habet animum reuertendi, & breui eſt reuerſurus, *l. Poſtliminiy. §. Poſt liminio. ff. De capt. & poſtlim. reuer.* & *l. 1. §. Habitare. ff. De his, qui deiec. vel effud.* In hoc enim caſu mora breuis non habetur in conſideratione, quia animus tenet perſonam affixam diœceſi, quod ſufficit ad ſaluandam pręſentiam moralem, in qua fundetur reſidentia. Vnde qui recedit animo reuertendi, non dicitur receſsiſſe. *§. In his autem animalibus*. Inſtit. *De rer. diuiſione* & *l. Qui fugitiuus. ff. De ædib.*

3 Accedit etiam, quod quando conſideratur reſidentia, nõ conſideratur præſentia nuda corporis, & veluti materialis, ſed præſentia viua, & formalis, quæ non cõſiſtit in ſola præſentia corporis, ſed magis in animo applicante corpus, & proinde non dicitur eſſe quis, vbi eſt corpore ſi animo abſit. *l. Poſtliminiy. §. Captiuus. ff. De capt. & poſtlim. reuer.* Et proinde reſidentia non eſt vera reſidentia, ſi abſit animus ibi permanendi iuxta ea, quę tradunt Archidiacon. *in Cap. Licet canon. n. 5. De elect. in 6.* Cordeus *conſil. 244. nu. 18. lib. 2.* Cũ ergo, qui recedit à propria diœceſi animo breui reuertendi, retineat animum reſidendi, non interrumpit omnino reſidentiam, quia remanet principalior pars, quæ conſiſtit in animo applicante perſonam ad reſidendum.

4 Quod pręſertim locum habet, Quia reſidentia Epiſcoporum non debet eſſe reſidentia otioſa, & cum vita deſidea ſed operatoria, ita vt inuigilet curæ animarũ, & continuò aſsiſtat curæ ſuæ Eccleſiæ, vt notant Cardin. *in Clemen. vn. init. num. 22. De foro compet.* Cuiacius *in princip.* Tit. *de cler. non reſident.* ver. *Quod præterea*. Lotter. *de benefic. lib. 3. quæſt. 27. nu. 4.* & alii cum Gloſ. *in Cap. Conquerente.* verbo. *Deſeruiat. De cler. non reſident.* & conſtat ex toto *eod. Tit.* Vnde reſidentia conſtat ex duplici parte nempe præſentia corporali, & operatione in regenda Eccleſia. Quando autem recedit animo citò reuertendi interrumpitur ſola præſentia corporalis, quæ eſt veluti pars materialis reſidentię, continuatur verò operatio, quæ eſt pars formalis, et principalis, et proinde ipſa ſufficit, vt reſidentia dicatur cõtinuari. Præſertim quia pręſentia corporalis non eſt propter

ſe

ſe requiſita in reſidentia, ſed propter operationem; et ideo, quamuis deficiat per aliquod breue tempus, ita vt non deficiat operatio, non deficit reſidentia, cũ poſsit ſtare operatio pro aliquo breui tempore ſine pręſentia corporali; et proinde non ſit neceſſarium, quod ſit continua ſine vlla interruptione.

An reſidentia identidem interrupta per breue tempus ſufficiat ad effectum gaudendi alternatiua. Quæſt. 46.

S V M M A.

1 *Epiſcopus regulariter non reſidens, non gaudet alternatiua, ſi ſit intra diœceſim animo diſcedendi.*
2 *Reſidentia ciuili modo accipitur.*
3 *Alternatiua requirit reſidentiam corporalem.*
4 *Perſonalis reſidentia quanam ſit.*
5 *Dictio* Quamdiu *importat conditionem. Conditio impleri debet in forma ſpecifica.*
6 *Dictio,* Dumtaxat, *excludit omnes alios caſus.*
7 *Regula alternatiuæ requirit copulatiuè animũ reſidendi, & præſentiam corporalem.*
8 *Declaratio S. Congregat. circa reſidentiam pro alternatiua hodie non habet locum.*

1 PRocedit difficultas de illa interruptione, de qua *quæſt. præcedenti*, quę ſcilicet eſt cũ animo breui reuertendi, et quę non interrumpit moraliter reſidentiam. Et pro parte affirmatiua facit, quia ſi Epiſcopus ob aliquod munus regulariter reſideat extra diœceſim, ſi reuertatur intra diœceſim, ſed animo ibi non permanendi, ſed reuertendi ad conſuetam reſidentiam, et interim vacet aliquod beneficium in menſe alternato, non gaudet alternatiua, quia eſt intra diœceſim tantum corpore, nõ animo, vt firmat Rota *in Eluenſi beneficii. 22. Martii.* 1599. coram Millino, quę eſt *deciſ.* 171. *in* Impreſſis ipſius & coram Ludouiſio *deciſ.* 70. *n.* 4. Ergo èc ontra, quamuis quando in menſe alternato vacat beneficium, ſit abſens corpore, dummodo tamen ſit præſens animo, gaudebit alternatiua. Eſt autem pręſens animo, dum habet animũ, quamprimum reuertendi, & cum hoc animo diſcedit.

2 Accedit quod reſidentia nõ debet amarè accipi, ſed modo ciuili, vt declarant Archidiacon. *in Cap. Licet canon. n.* 5. verbo. *Sub reſidentia.* De *elect. in* 6. Geminian. *ib. d. §. Is etiam. num.* 3. Cardin. *in Clement. vn. num.* 21. *De foro compet.* Gonzalez plura cumulans *ad Reg.* 48. *Cancel. gloſ.* 43. *nu.* 2. & 48. Lotter. *De beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 40. *num.* 36. & alii. Habetur autem ſufficienter reſidentia ciuili modo accepta, quamuis cum aliqua breui interruptione quò ad corporalem pręſentiam, licet non quo ad animum; & proinde ſufficiet ad effectum gaudendi alternatiua.

3 Verum quamuis fortè hæc locum habere poſſent attendendo ad alternatiuam. Pii V. de qua in ſuis *Conſtit.* 164. & 165. *in Bullar.* Stante tamen alternatiua Gregor. XIII. non poſſunt habere locum, quia requiritur corporalis reſidentia ad effectum gaudendi alternatiua. Ita Gonzalez *ad Rég.* 8. *Cancel. gloſ.* 43. *num.* 14. & 84. Garzia *par.* 5. *de beneſic. cap.* 1. *num.* 465. & 468. Lotter. *de beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 40. *num.* 38. Rota *in Salaman. Canonicatus* 20. *Iunii* 1572. coram Oradino. & in *Segobienſi Beneficii* 26. *Martii* 1604. coram Iuſto.

4 Fundamentum deſumitur ex verbis Regulæ Cãcellariæ de alternatiua, quæ talia ſunt. *Ipſis, quãdiu apud Eccleſias, ſeu Diœceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſederint dumtaxat.* Quę apertè declarant, quod Pontifex concedendo alternatiuam, vt locum habeat, requirit perſonalem reſidentiam. Perſonalis autem reſidentia importat pręſentiam perſonalem, ſeu corporalem, nõ autem operatiuam tantum; & ideo, quamuis Epiſcopus vacet negotiis ſuæ Eccleſiæ, ſi non ſit ſecundum perſonam intra diœceſim, non dicitur perſonaliter verè reſidere. Quod etiam ex eo, conſtat, quia hęc verba fuerunt addita ad excludendam ſolam reſidentiam formalem conſiſtentem in directione regiminis propriæ Eccleſię.

5 Quod amplius conſtat ex dictionibus. *Quandiu, & Dumtaxat.* Nam dictio, *Quamdiu,* importat idem ac *Donec,* ſeu

Quoad, & conſequenter conditionem, vt obſeruant Bart. *in l.Pater Seuerinum.§.fin. ff.De condit.& demonſtrat.* Socin. *iun. conſil.*38.*num.*8.*vol.*3.Ruin.*conſil.*190.*nu.*22. *vol.*2. Quæ proinde, vt locum habeat cõceſsio, impleri debet in forma ſpecifica, & non per æquipollens *l. Qui hæredi*, & *l. Mæuius.ff.De condit. & demonſtrat.* & notant Ruin.*conſil.*110.*num.*10.*lib.*3. Surdus alia cumulans *conſil.*186.*num.*19. Rota coram Ludouiſ.*deciſ.* 492. *num.*8. Et ideo non ſufficit, quod Epiſcopus animo adſit, & intendat, ac vacet regimini propriæ Eccleſiæ.

6 Rurſus dictio, *Dumtaxat*, tanquam reſtrictiua, & taxatiua excludit omnes alios caſus reſidentiæ extra perſonalem, & corporalem, iuxta *l.* 3.*§.Cum Titio.ff.De adim.leg.*& *l.*2. C.De *leg.* & Cap. *Cum Eccleſia.* De *verbor. ſignificat.* & Cap. 1. *De tempor. ordinat. in* 6. & Clemen.1. *De ſequeſtr.poſſeſſ.*& notant Zabarel. *ibid. init. not.*3.& *in Cap.Contingit.De fide inſtrumen.* vbi & Felin. Archidiacon. *in Cap. Statutũ. §.In nullo*, De *reſcriptis.* Bart. *in l. Si quis. §. Cũ Titio.ff.* De *alimen. leg.* Craueta *Conſil*, 201. *numer.* 40. Roman. *conſil.* 512. *numer.*2. Et ideo, niſi interueniat reſidentia perſonalis, & corporalis, non habebit locum conceſsio alternatiuæ.

7 Quæ autem in oppoſitum allata ſunt, nõ obſtant. Quia, cum Regula Cancellariæ requirat reſidentiam perſonalem, ſeu corporalem, non ſufficit quæcunque alia reſidentia, niſi ſit hoc modo qualificata. Neque ex eo, quod non ſufficiat reſidentia corporalis abſque animo reſidendi, inferri poteſt, quod ſufficiat reſidentia, quantum eſt ex parte animi, quia Regula requirit vtrumque & animum reſidendi, & ipſam corporalem reſidentiam, Et ideo non licet inferre ex eo, quod non ſufficiat reſidentia corporalis ſine animo reſidendi, ſufficiat reſidentia cum animo, licet non ſit corporalis. Reſidentia autem abſque animo non eſt reſidentia, ſed tantum præſentia. Quod autem reſidentia ciuili modo accipienda ſit, id locum habet quò ad obligationem reſidendi; non autem quò ad gratiam alternatiuæ, nam tunc accipi debet cum qualitate, quæ in ſpecie pro alternatiua requiritur; aliàs non haberet locum conceſsio ex defectu conditionis.

8 Ex quibus deducitur. Declarationem S. Congregat. emanatam ſub *die* 9. *Iulii* 1573. quod ſcilicet Epiſcopi abſentes cauſa rei publ. gaudeant alternatiua, hoc tempore non habere locum; nam fundata fuit in Regula, ſecundum quam tunc temporis concedebatur alternatiua, nam tunc Regula non continebat clauſulam, *Quamdiù verè, & perſonaliter reſederint*, & ideo locum habebat reſidentia ficta, quæ hodie ob dictam clauſulam non ſufficit pro obtinenda alternatiua.

*An Epiſcopus, qui non poteſt ingredi Diœceſim, gaudeat alternatiua, ſi prope reſideat. Quæſt.*47.

S V M M A

1 *Diſpoſitio Clemen.* 1. *De* foro compet. *circa Epiſcop. qui non poſſunt ingredi diœceſim.*

2 *Reſidentia in loco propinquo diœceſi non ſufficit pro alternatiua.*

A verbis præciſis non eſt recedendum.

3 *Diſpoſitio non habet locum, ſi non concurrit qualitas requiſita.*

4 *Conditio habetur pro impleta, ſi non ſteterit per eum, à quo impleri debet.*

Et quando.

Conceſſum ſub certa conditione, ſub oppoſita non eſt conceſſum.

5 *Ingreſſurus mox diœceſim, an gaudeat alternatiua.*

1 Contingit, & vtinam non rarò, quod impedientibus Principibus, aut ex aliqua alia cauſa non poſsint Epiſcopi ingredi propriam diœceſim ad paſcendas proprias oues, & proinde coguntur reſidere in aliquo loco vicino, vt inde aſsiſtant regimini Eccleſiæ eo meliori modo, quo poſſunt; vnde dubitatur, an in tali caſu ſufficienter reſideant ad effectum gaudendi beneficio alternatiuæ. Quod autem ſufficiat dicta reſidentia, vt Epiſcopus gaudeat beneficio alternatiuæ, tradit Gonzalez. *Ad Reg.*8. *Cancell.quæſt.*9.*num.*2. Fundamentum *de-*

ſumit ex Clemen. 1. *De foro compet.* Vbi ſtatuit ut, quod Epiſcopus impeditus ingredi propriam diœceſim, poſſit in aliena diœceſi propinqua exercere iuriſdictionem, contra impedientes eos citando, &c. Imo etiam, quod ſi non poſſit contra eos procedere, nec poſsit per aliū in diœceſi propriam exercere iuriſdictionem, poſſit in aliena. Vnde tunc reſidentia in propria diœceſi commutatur in reſidentiam in aliena diœceſi à iure, & proinde ſufficiet, vt gaudeat beneficio alternatiuæ.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod non ſufficiat huiuſmodi reſidentia.* Ita Garzias *par.* 5. *de benefic. cap.* 1. *num.* 469. Et clare deſumitur ex ipſa Regula de Alternatiua, nam loquitur de reſidentia intra diœceſim. ibi. *Quamdiù apud Eccleſias, aut diœceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſederint.* Ex quibus conſtat, quod requiritur reſidentia cum præſentia perſonali, ſeu corporali; & quod hæc reſidentia ſit apud Eccleſiam propriam, & in diœceſi. Vnde cū verba ſint præciſa nō eſt ab ipſis recedendum *l. Non aliter.* & *l. Quæſitum. §. Illud. ff.* De *leg.* 3. & *l. Quicquid adſtringendæ. ff.* De *verbor. obligat.* & *l. Vbi eſt verbum. ff.* De *cōdit. & demonſtrat.* & notant Socin. *ibid. not.* 5. Bet. *conſil.* 21. *nu.* 13. Craueta. *Conſil.* 288. *num.* 3. Surd. *conſil.* 315 *num.* 18. Sarnenſ. *ad Regul. de Annali. quęſt.* 23. *init.* Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 516. *nu.* 3. & *deciſ.* 522. *n.* 3. & coram Merlino *dec.* 486. *n.* 10.

3 Nec ſufficit, quod reſidentia in loco propinquo æquipolleat, quia imprimis, æquipollet tantum in aliquo. Deinde non ſufficit in hoc æquipollentia, quia reſidētia intra Diœceſim requiritur tanquam conditio, quæ in forma ſpecifica impleri debet, vt dictum eſt *quęſt. pręced. numer.* 5. Nec æquipollentia facit, quod in reſidentia reperiatur qualitas requiſita à Regula, & proinde non habet locum diſpoſitio ipſius, vt tradunt Craueta *conſil.* 435. *nu.* 31. Riminal. iun. *conſil.* 550. *numer.* 2. Beroius *conſil.* 24. *numer.* 1. *vol.* 1. Signorol. *conſil.* 92. *ver. Pręterea ad hoc.* Rota coram Puteo. *deciſ.* 22. *num* 6. *lib.* 3. & coram Seraphino *deciſ.* 1058. *nu.* 2. & coram Martino Andrea *deciſ.* 86. *nu.* 11. & coram Coccino *deciſ.* 117. *num.* 1. & coram Merlino *deciſ.* 894. *nu.* 2. & *deciſ.* 100. *numer.* 2. *par.* 2. Diuerſ. & *deciſ.* 234. *n.* 13. *pa.* 1. Recen. & *dec.* 8. *n.* 11. *par.* 7. Recent. Vnde corruit fundamentum oppoſitę ſententiæ, quia licet iuxta illum tex. Clemen. fiat illa commutatio reſidentiæ; reſidentia commutata nō eſt illa reſidentia qualificata, quam requirit cōceſsio.

4 Solum obſtare videtur. Quod conditio rēſidentię perſonalis habetur pro impleta, cum per Epiſcopum non ſtet, quin intra diœceſim perſonaliter reſideat. *l. Iure ciuili. ff.* De *condit. & demonſtr.* & *l. Hæc conditio. ff.* De *contrahen. empt.* & notant communiter Doctores. Reſp. tamen, quod tunc conditio habetur pro impleta, quando non ſtat per eum, qui debet implere, ſi diſponens tacitè, aut interpretatiuè id admittit; quia tūc cenſetur requirere appoſitam conditionem ſolū vt poſsibilis eſt adimpleri. Secus tamen, ſi omnino illam requirat, & extra caſum conditionis declaret, ſe non diſponere, vt contingit in præſenti caſu, nam Pontifex non intendit concedere alternatiuam extra conditionem reſidentiæ perſonalis intra diœceſim, vt ſatis declarat dictio *Dumtaxat*, quæ excludit omnem caſum extra reſidentiam perſonalem intra diœceſim, vt dictum eſt *quæſt. præced. num.* 6. Vnde ſubintrat regula, quod conceſſum ſub certa conditione, ſub contraria habetur pro non conceſſo. *l. Aliquando. ff.* De *condit. & demonſtr.* & notant Ruin. *conſil.* 33. *n.* 3. *lib.* 3. Natta *conſil.* 200. *n.* 5. Rota corā Merlino *dec.* 567. *n.* 64.

5 Ex dictis deducitur cum Gōzalez *ad Reg. Cancell. gloſ.* 43. *num.* 12. Garzia. *de Benefic. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 468. Epiſcopum, qui receſsit à diœceſi animo breui reuertendi, etiam ſi reuerteretur, & interim vacaret beneficium in menſe alternato, non poſſet vti beneficio alternatiuæ defectu conditionis reſidentiæ perſonalis intra diœceſim, quæ, vt dictum eſt, omnino neceſſaria eſt, vt locum habeat alternatiua. Et hoc adeo neceſſarium eſt, vt, etiam ſi eſſet iam iam ingreſſurus, dummodo eſſet extra limites diœceſis, non haberet locum alternatiua, quia non verificaretur conditio, quod intra diœceſim reſideret.

An

An Epiſcopus gaudeat alternatiua, ſi exiſtat in loco exempto intra ſuam diœceſim. Quæſt. 48.

S V M M A.

1 *Epiſcopus reſidens in loco exempto ſuæ diœceſis gaudet alternatiua, ſi ibi exerceat iuriſdictionem.*
2 *Paria ſunt, eſſe exemptum, & eſſe extra territorium.*
3 *Epiſcopus reſidens in loco exempta ſua diœceſis gaudet alternatiua.*
Locus exemptus eſt locus diœceſis.
4 *Epiſcopus aliquando exercet iuriſdictionem in loco exempto.*
5 *Cauſa finalis alternatiuæ habet locum in reſidentia in loco exempto diœceſis.*
Diſpoſitio habet locum, vbi reperitur cauſa finalis.
6 *Exemptio non variat reſidentiam quo ad locum.*
7 *Epiſcopus è loco exempto diœceſis poteſt acceptare alternatiuam.*

1 SVpponit dubitatio, quod locus exemptus exiſtat intra terminos diœceſis Epiſcopi, & ibi Epiſcopus moretur. Quia autem morari poteſt in tali loco ad exercendam aliquam iurisdictionem pro aliquo ex iis caſibus, pro quibus ei competit illam exercere in loco exempto, vel abſque hoc titulo. Ideo ſi primo modo ibi moretur, non eſt controuerſia inter Doctores, quia etiam Garzia infra citan. licet aliàs oppoſitum ſentiat, concedit, gaudere beneficio alternatiuæ: nam ibi moratur tanquam iuriſdictionem habens & exercens, & cōſequenter formaliter, & corporaliter reſidens intra propriam diœceſim, & pro illo acta locus exemptus reputatur pro parte diœceſis.

2 Si autem ibi abſque exercitio iuriſdictionis moretur, putat Garzia *par. 5. de benefic. cap. 1. num. 704.* quod non gaudeat beneficio alternatiuæ. Quia quò ad iurisdictionem paria ſunt, quod locus ſit exemptus, & extra territorium, quia in ordine ad iurisdictionem locus exemptus eſt extra poteſtatem, & territorium Epiſcopi. Cap. *Cum Epiſcopus.* De *offic. Ordinar. in 6.* & notant Io. Andr. *in Cap. 2. numer. 5.* De *conſtit. in 6.* Dominic. *numer. 24.* Franc. *num. 10.* Roland, *conſil. 53. num. 23.* plura cumulans. Felin, *in Cap. Graue. num. 2.* De *offic. Ordinar.* Confir. finis Regulæ de alternatiua, dum requirit reſidentiam, eſt, vt Epiſcopus tanquam bonus Paſtor præſit ouibus ſuis, & perſonaliter munus ſuum exerceat. Hęc autem ratio ceſſat, cum eſt in loco exempto, cum ratione exemptionis oues non ſint propriæ, ſed alienæ, nempe Prælati loci exēpti, nec ibi poteſt munus ſuum exercere regulariter.

3 Tenendum tamen, *Quod, licet moretur in loco exempto propriæ diœceſis, gaudeat beneficio alternatiuæ.* Ita Gonzalez *ad Reg. 8. Cancell. gloſ. 43. quæſt. 7. num. 180.* Fundatur hæc reſolutio in eo, quod locus exemptus, non obſtante exemptione, eſt locus diœceſis. Cap. *Cum Epiſcopus.* De *offic. Ordinar. in 6.* & tradunt communiter Doctores Dominic. *ibid. num. 3.* Franc. *n. 2.* Gloſ. *in Clemen. 1.* verbo. *Aut earum parte.* ver. *Quod ſi in aliquo.* De *foro compet.* Card. *ibid. num. 9.* Imola *num. 22.* *Bonifac. nu. 26.* Abbas *in Cap. Apoſtolica. num. 3. De donat.* Petrus de Vbal. *de Canon. port. cap. 4. qu. 6. num. 11.* Felin. *in Cap. Graue. num. 2.* De *offic. Ordin.* Rota *deciſ. 207. num. 2. par. 2. Diuerſor.* & alii communiter. Cum ergo locus exemptus ſit intra diœceſim, conſequenter, qui eſt in loco exempto, eſt intra diœceſim. Et proinde verificatur diſpoſitio Regulæ de alternatiua requirentis pro conditione reſidentiam intra diœceſim; nam verè perſonaliter reſidet Epiſcopus apud Diœceſim ſuam, quæ ſunt verba, quibus Regula exprimit diſpoſitionem ſuam.

4 Et eò magis, quia Epiſcopus in aliquibus caſibus habet iuriſdictionem in locum, & perſonas exemptas, vt conſtat ex Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 8. de reformat.* vbi ſtatuitur, quod Epiſcopus viſitare poſſit Eccleſias exemptas. *& ſeſſ. 21. cap. 8.* vbi iniungitur Epiſcopis, vt viſitent quæcunque beneficia tam curata, quàm nō curata, etiam exempta. & *ſeſſ. 24. cap. 9. de reform.* Viſitat Epiſcopus *Eccleſias* exemp-

tas, licet nullius Diœceſis. Ex quibus conſtat, quod dum epiſcopus moratur in locis exemptis, manet ibi tanquam habens iuriſdictionem in habitu, atque adeo tanquam potens proprium munus exercere, & ideo, ſi ſint intra diœceſim, concurrunt omnia neceſſaria pro perfecta reſidentia perſonali apud propriam diœceſim.

5 Accedit etiam, Quod cauſa finalis conceſsionis alternatiuæ locum habet in reſidentia in loco exempto intra diœceſim. Finis enim conceſsionis eſt allicere epiſcopos ad reſidentiam, vt poſsint incũbere curæ ſuarũ ouium, & proinde requirit reſidentiam verè perſonalem ibi. *Quamdiu apud Eccleſias, aut diœceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſederint dumtaxat.* Et proindè intelligit de illa reſidentia perſonali, quæ apta eſt, vt poſsit epiſcopus aſsiſtere perſonaliter regimini eccleſiæ. Talis autem eſt reſidentia in loco exempto intra diœceſim. Quia ibi poteſt exercere curã ſuæ eccleſię per ſeipſum. Nam in dicto loco exercere poteſt, quę ſunt iuriſdictionis volũtariæ, cũ hæc exercere poſſit etiã extra diœceſim, & mãdare, quæ exequenda sũt pro regenda eccleſia. Quando verò habet exercere iuriſdictionem contentioſam, poteſt cum omni commoditate accedere ad locum ſuę iuriſdictionis. Vnde cum locum habeat in hac reſidentia cauſa finalis conceſsionis alternatiuę, locum habebit etiam conceſsio *l. His ſolit. §. Satis etiã cautè, C. De reuocan. donat,* & *l. Illud ff.* Ad *leg. Aquil,* & *l. Item veniunt §. Ait Senatus. ff. De petit. hæred.* & cum communi ſententia notat Tiraquel *in l. Si vnquam.* verbo. *Libertis. num. 45. C. De reuocan. donat.*

6 Neque obſtant fundamenta oppoſitæ ſententiæ. Nam imprimis, vt dictum eſt, habet epiſcopus aliquam iuriſdictionem in loco exempto. Quatenus tamen non habet in ipſo iuriſdictionem, quamuis æquiparetur loco extra diœceſim, non eſt tamen extra ipſam, & ideo hoc nihil officit in ordine ad reſidentiam verè perſonalem intra diœceſim, quia non habere iuriſdictionem in tali loco non contrariatur reſidentiæ intra diœceſim, cũ hæc tantum dicat morari perſonaliter intra limites diœceſis. Hæc autem reſidentia ſufficit etiam, vt poſsit per ſeipſum vacare regimini eccleſiæ, vt conſtat ex dictis, & proinde habet locum cauſa finalis alternatiuæ, quamuis oues loci exempti non ſint illius propriæ: ſufficit enim, quod licet reſideat in loco exempto, poſsit regere per ſeipſum ſuam eccleſiam.

7 Ex quibus inferendum eſt, quamuis non conſentiat Garzia *par. 5. de benef. cap. 1. n. 704.* quod epiſcopus è loco exempto propriæ Diœceſis dare poſſet litteras acceptantes alternatiuam, & validę eſſent iuxta Regulam de alternatiua, vt notat Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 62, n. 27.* Nam verificatur, quod requirit Regula alternatiuę, quod ſcilicet debeat epiſcopus acceptare alternatiuam per patentes litteras in ſua ciuitate, vel Diœceſi.

An Epiſcopus reſidens in aliena diœceſi, in loco tamen ſuæ iuriſdictionis gaudeat alternatiua. Quæſt. 49.

S V M M A.

1 *Epiſcopus reſidens in loco ſibi plenè ſubiecto alienæ diœceſis non gaudet alternatiua.*

2 *Verba diſpoſitionis non verificantur de hac reſidentia, ideo nec diſpoſitio.*

3 *Quid ſi non habeat aliam reſidentiam.*

Subrogatum aſſumit qualitates illius, in cuius locum ſubrogatur.

4 *Comprehenditur ſub eadem diſpoſitione.*

Subrogatum trahit ea, quæ trahuntur ab eo, in cuius locum ſubrogatur.

Omnia iura, & priuilegia illius, in cuius locum ſuccedit participiat ſubrogatum.

---

1 QVia nonnulli Epiſcopi in aliena diœceſi habent quædam loca annexa ſuo epiſcopatui, in quibus exercent ſuam iuriſdictionem, ſita tamen in aliena diœceſi, aut etiam in ipſa ciuitate alienæ diœceſis. Ideo dubitatur, an ſi reſideant in his locis, gaudeant beneficio alternatiuæ. In qua difficultate videtur diſtinguendum. Nam vel poſſunt etiam intra propriam diœceſim reſidere: vel non habent intra ipſam reſidentiam, ita vt abſolutè ſit trãſ-

lata

lata ad locum ſitum in aliena diœceſi. Si primo modo res ſe habeat. Dicendũ eſt, *Quod Epiſcopus reſidẽs in loco ſibi plenè ſubiecto ſito tamen intra alienam diœceſim, non gaudeat beneficio alternatiuæ.*

2 Ratio eſt, Quia Regula alternatiuæ requirit reſidentiam apud propriam eccleſiam, aut diœceſim, vt conſtat ex illis verbis, *Quamdiù apud Eccleſias, aut diœceſes ſuas verè, ac perſonaliter reſederint.* Qui autem reſidet in loco ſibi ſubiecto, ſito tamen in aliena diœceſi, non reſidet apud propriam diœceſim, ſed apud alienam, quia verè reſidet intra limites alienę diœceſis, vnde de hac reſidentia non verificantur verba diſpoſitionis conceſsionis alternatiuæ, & proinde nec in ea diſpoſitio habet locum l. *Quod eonſtitutum. ff. De teſt. milit.* & l. 4 §. *Toties. ff.* De dam. infec. & notant Bald. *conſil* 486. ver. *Secundo. prob. lib.* 2. Alex. *conſil.* 17. *num.* 8. *lib.* 2. Roman. *conſil.* 199. *init.*

3 *Si verò non poſſit reſidere intra propriam diœceſim, ſed reſidentia tranſlata ſit ad locum propriæ iuriſdictionis intra alienam diœceſim, tunc reſidentia illa ſufficiet, vt poſſit gaudere beneficio alternatiuæ.* Ratio eſt. Quia reſidentia in dicto loco eſt ſubrogata in locum reſidentiæ intra propriam diœceſim: vnde aſſumit omnes illius qualitates. *l. Si eum. §. Qui iniuriarum. ff.* Si quis caut. & iuxta ea, quæ obſeruant Hoſtienſ. *in Cap.* 3. *n.* 4. *De iure pat.* Abbas *in Cap. Cũ olim. nu.* 6. De *conſuet.* Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 463. *nu.* 3.

4 Pręſertim, quia hæc reſidentia tanquam eadem cum ea, in cuius locum fuit ſubrogata, comprehenditur ſub eadem diſpoſitione. *§. Si igitur defunctus. §. Vnde conſequens.* Authen. *De hæred. ab inteſt. venien.* & notant Bald. *in l. Per diuerſas, n.* 21. C. *Mandati.* Natta *conſil.* 346. *numer.* 3. Decian. *conſil.* 52. *num.* 53. *in fine. lib.* 1. Et proinde quæ trahuntur à reſidentia intra propriã diœceſim, trahentur etiam ab hac reſidentia iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. Pater filium. num.* 13. *ff.* De *inoffic. teſt. in Repert.* Socin. Sen. *in l. Filiæ. §. Titia. num.* 3. *ff.* De *condit. & demonſtrat.* Gabr. *concluſ.* 2. *De reg. iur.* Surd. *deciſ.* 35. *num.* 9. Cephal. *conſil.* 20. *num.* 2. *lib.* 1. Bald. *in l. Parabolani,* C. *De Epiſ. & cler.* Et omnia iura, & priuilegia in ipſa locum habent, quæ locũ haberent in reſidentia intra diœceſim, vt obſeruant Innocent. *in Cap. Abbate, in fine. De verbor. Significat.* Panormit. *ibid. n.* 16. Butrius *n.* 22. Ripa *Conſil.* 3. *nu.* 16. *De elect.* Geminian. *conſil.* 125. *n.* 12. Oldrad. *conſil.* 267. *numer.* 1. Rota *in Tarraconen. Sacriſtiæ* 19. *Martij.* 1621. coram Iuſto, & coram Merlino *deciſ.* 547. *num.* 5. Et ſi reſidentia intra diœceſim eſt priuilegiata, vt ſit conditio, ſub qua conceditur alternatiua, erit eodem modo priuilegiata reſidentia in loco propriæ iuriſdictionis intra alienam diœceſim, ſi ſit ſubrogata in locum illius.

An alternatiua requirat reſidentiam pro toto integro menſe alternato. Qu. 50.

S V M M A.

1 *Vt Epiſcopus gaudeat alternatiua an requiratur reſidentia pro toto menſe.*
2 *Quod non eſt expreſſum, non eſt volitum.*
Dictio, Quamdiù, *diuidit tempora. & num.* 8.
Beneficium Principis eſt latiſſimè contra ipſum interpretandum.
3 *Vt Epiſcopus gaudeat alternatiua, debet ab initio menſis reſidere.*
4 *Menſes alternatiuæ quomodo diuidantur.*
Quomodo cadant ſub alternatiua.
5 *Si alternatiua non intrat initio menſis, non amplius intrat.*
Papa ſemel in poſſeſsione menſis ſemper manet.
Beneficium ſemel affectum ſemper remanet affectum.
6 *Alternatiua quomodo menſes alternet.*
Menſis, qui non eſt integer, non eſt numerabilis.
Aſſignato certo tempore pro aliquid præſtando, parte occupata, totum occupatur.
7 *Reſultans ab expreſſo habetur pro expreſſo.*
8 *Quando eadem ratio ſit de parte ad partem, quæ de toto ad totum.*
9 *Collationes menſis alternati non pendent à continuatione reſidentiæ.*
Ceſſat alternatiua, ſi Epiſcopus diſcedat à Diœceſi.
10 *Alternatiua non eſt latius interpretanda, quàm patiantur verba.*
Obſeruantia Rotæ in iudicando declarat alternatiuam.

1 PVnctus difficultatis in eo conſiſtit, an ſit neceſſarium, quod Epiſcopus pro toto integro mēſe alternato reſideat, vt gaudeat beneficio alternatiuæ; ita vt, ſi in principio menſis non reſederit, quamuis reſideat, quando vacat beneficium, non poſſit illud cōferre, an verò, vt poſſit conferre, ſufficiat, quod reſideat, quando vacat. Et quod nō ſit neceſſarium, quod reſideat toto integro menſe, ſed ſufficiat, quod reſideat, quando in illo menſe vacat beneficium, tradunt Gonzalez *ad Regul.*8. *Cancellar. gloſ.*43.*quæſt.*5.*num.*36.*& ſequent.* vbi latè Garzia *de Benefic. par.*5. *cap.*1. *nu.* 695. & plura pro hac ſententia afferuntur.

2 Primo. Quia regula ſolum requirit, quod beneficium non ſit aliàs reſeruatum, & quod tempore vacationis reſideat; non autem requirit, quod reſideat pro toto integro menſe, nam ſi id Pontifex voluiſſet, expreſsiſset. *l.Item apud.*§.*Ait Prætor.*ver.*Ea enim.ff.* De *iniur.* & Cap.*Ad audientiam.*De *decim.* Vnde cū non expreſſerit, nec etiam requirit. Secundo. Quia dictio, *Quandiu*, quam adhibet Regula, diuidit tempora. *l.Si quis ita legauerit.ff.* De *condit. & demonſtr.* & per ibi notata. Mantica *de coniectur.vlt.volu.lib.*11.*tit.*19.*num.*12. Menſis autem diuiditur in dies, & dies in horas, & eadem ratio, quæ eſt de toto ad totum, eſt de parte ad partem, vt tradit Euerar. *in Topica iuris. Loco de toto ad partem*. Tertio. Sequeretur, quod ſi Epiſcopus reſediſſet ab initio mēſis, & vacantia beneficia contuliſſet, ſi non reſideret in fine, collationes corruerent, aut eſſent conditionatæ, ſi Epiſcopus integro menſe reſideret, contra Cap 2. *De elect in* 6. Quarto ſequeretur, Quod ſi Epiſcopus initio menſis reſideret, & in fine eſſet abſens, quod abſens gauderet alternatiua. Quinto. Regula alternatiuæ innititur iuri cōmuni, & ideo potius amplianda; & cum contineat beneficium Principis, eſt latiſſimè contra ipſum interpretanda *l.*3.*ff.* De *conſtit.Princip.*

3 Tenendū tamen eſt. *Quod, vt Epiſcopus gaudeat beneficio alternatiua, neceſſarium ſit, quod reſideat ab initio menſis.* Ita Germon. *De indult.Cardin.*§.*vlt.numer.*20. Lotter. *De Benefic.lib.*2.*quæſt.*40. *num.*53. *& ſequentib.* Rota *in Fauentina Canon.*16. *Decem.*1585. coram Blanchetto & *in Segobienſi Benefic.* 26. *Martij.* 1604. coram Iuſto, & *in Sulmonenſi alternatiua.*14. *Maij* 1610. coram Lancellotto, & coram Martino Andrea *deciſ.*110. *numer.*1. *& ſequent.* vbi latè, & coram Millino *deciſ.*171.*n.*2. & coram Ludouiſ. *deciſ.*70.*nu.*6. & *deciſ.*144. *num.*2.*par.* 2. Recentior. Et hanc ſententiam ſemper ſequitur Rota in iudicando.

4 Ratio eſt. Quia alternatiua cadit ſupra integris menſibus per modum vnius temporis, in quo conceditur Epiſcopo cōferre vacantia beneficia, quæ ſunt liberæ collationis, ita vt amplectatur hūc, & hūc, & hunc mensē à media nocte præcedente primum diem vſque ad mediam noctem vltimi diei, vt tradunt Rebuſ. *in Concord. de collat.* §.*Prefatique Ordinarij.* ver. *Beneſ. verò*, & teſtatur praxis. Et menſes, quos alternatiua diuidit inter Papam, & Epiſcopum, ſunt menſes integri per modū vnius integri temporis conſtantis ex omnibus ſuis partibus, nempe diebus, quibus cōponitur. Ergo alternatiua, quæ cōceditur, nō eſt de partibus mēſibus, ſed de toto intego menſe, quia loquitur de ipſo, vt de quodā toto tempore: & proinde non cadit ſub poſſeſsione alternatiuæ niſi, vt quoddam totum iuxta *l.Qui vniuerſas.ff.* De *acquiren.poſſeſ.* & *l. Eum. qui ædes.ff.* De *vſucap.* & notant Alciat. *in l.Appellatione rei.* ver. *Quare ſiquis de domo. ff.* De *verbor.ſignificat.* Et ideo non conceditur alternatiua, nec habet locū, niſi pro toto integro menſe, pro quo conceditur, vt ponderat Rota *deciſ.*144.*num.*4.*par.*2. *Recentior*. Si ergo intrat menſis alternatus ad fauorem Epiſcopi, nec repetit reſidentiam, conceſsio alternatiuæ defectu conditionis non habet locum amplius pro illo menſe, quia cum reſpiciat totum integrum per modum vnius, ſi non operatur circa totū, nec etiam operatur circa partem.

5 Et eò amplius. Quia eò ipſo, quod alternatiua non poteſt habere locum defectu conditionis reſidentiæ, menſis fit Apoſtolicus, & Pontifex conſtituitur in poſſeſsione prouidendi beneficia vacantia in illo menſe. Ergo, ſi poſt initium menſis

ſis epiſcopus, incipiat reſidere non poteſt facere ſuos dies, qui ſuperſunt. Tum quia condicio reſidentiæ, ſub qua eſt illi conceſſus, non adfuit tempore debito,& proinde fuit impedita diſpoſitio Regulæ alternatiuæ, ne ſortiretur ſuum effectum, quando debebat ſortiri; & inde ſortita eſt effectum ſecundarium cõuertendo menſem in Apoſtolicum, & non poteſt amplius operari circa primarium effectum. Tum quia cum Papa ſit in poſſeſsione, Regula non habet vim ſpoliandi ipſum, neque per vnum diem, quia tota eius efficacia conſiſtit in alternando menſes, & concedendo epiſcopo menſes, qui aliàs eſſent Apoſtolici, exiſtente conditione. Nõ autem habet vim reducendi menſem ad epiſcopum, ſi ſemel ab ipſo ob non impletam conditionem eſt reuerſus ad Papam. Tum quia cum ſemel Pontifex ponatur in poſſeſsione illius menſis, remanet ſemper in ipſa, & menſis ſemper eſt ipſius, ſicut beneficium ſemel affectum remanet ſemper affectum iuxta Extrauag. Pauli II. incipit. Ad Romani. De *præbend.* & tradunt Simonet. *de Reſeruat. quæſt.* 68. *n.* 7. Mandoſ. *Reg.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 9. Rota *deciſ.* 10. *De præben. in nouit.*

6 Accedit etiã, quod alternatiua alternat menſes numerabili modo, & ſecundũ eorũdẽ propria nomina, ita vt primũ det Papæ, ſecundum epiſcopo, tertium Papæ & ſic deinceps alternando: & proinde diſponit de menſibus non ſolum numerabilibus, prout menſes ſunt, ſed etiam prout tales menſes, nẽpe Ianuarius, Februarius, atque adeo prout ſunt inæquales quò ad dies. Ergo ſi non poteſt attribuere epiſcopo talem menſem v. g. Februarium, quia ſcilicet, deficiat conditio reſidentiæ, nihil attribuet, quia Regula diſponit de tali, & tali menſe ſub nomine proprio, & ſub ratione menſis numerabilis, vt talis menſis eſt. Dies autem aliqui talis menſis, nõ ſunt numerabiles, vt talis menſis iuxta *l. Anniculus. ff. De verbor. ſignificat.* Rurſus vigore eiuſdem Regulæ, ſi non poteſt alternatiua habere locum defectu conditionis reſidentiæ, ille menſis ſub nomine proprio reuertitur ad Papam, & fit Apoſtolicus, & proinde ſecundum ſe totum, quia talis menſis ſub nomine proprio trahit omnes dies, quibus conſtat. Præſertim. Quia, quando tempus diuiditur in certas portiones in ordine ad aliquid præſtandum, eo ipſo, quod aliqua portio eſt occupata ſecundum aliquam ſui partem ab eo, quod agitur, tota cenſetur occupata iuxta *l.* 4. *ff. De verbor. ſignificat.* vbi ſi pro itinere viginti milliarium aſsignatur dies, ſi ſuperſit vnicum tantum milliare, non occupat partem diei, ſed totum integrum diem.

7 Ad 1. reſp. Regulam requirere reſidentiam tanquam conditionem, quæ ſi deficiat ab initio menſis, non intrat conceſsio alternatiuæ defectu conditionis. Dũ autem tunc non intrat, nec etiam poteſt amplius quò ad aliquos dies intrare, quia menſis euaſit Apoſtolicus; & quia eſt facta conceſsio ſecundum menſes deſignatos nomine proprio, & proinde integros. Nec opus fuit, quod Pontifex aliud exprimeret, quia hoc totum tanquam reſultãs ab expreſſo, pro expreſſo habetur *l. Cum quod, ff.* Si *cert. pet.* & *l. Si ita. §. Qui filio. ff.* De *bonor. poſſeſſ. ſecun. tab.* & notant Bald. *in l.* 1. *circa fin.* C. De *his, qui an. aper. tab. teſt.* Rolan. *de lucro dotis. quæſt.* 25. Paris. *conſil.* 97. *num.* 107. *vol* 1. Craueta *conſil.* 257. *num.* 6. Menoch. *De arbitr. caſu* 276. *num.* 2.

8 Ad 2. Dictionem, *Quandiu,* diuidere tempora ſecundum ſubiectam materiã, ſecundum quam fit diuiſio: vnde cum alternatiua diuidat tempora ſecundum menſes tales, & tales nomine proprio expreſſos, dictio quamdiu vt diuiſiua temporis refertur ad eoſdem menſes, & cum ſit conditionalis, requirit conditionem reſidentiæ, quando incipit menſis, quem inducit alternatiua. Nõ tamen diuidere poteſt menſes in dies inducẽdo alternatiuã, quando ab initio menſis non habuit locũ, nam hoc eſſet aliquid amplius, quàm diuidere, ſed ſolum poteſt diuidere ſeparando poſteriores dies menſis à gratia alternatiuæ, quando contingit ſeruari conditionem reſidentiæ. Cur autem non poſſit induci alternatiua, ſi non habuit locũ ab initio menſis, conſtat ex ſupradictis. Neque iuuat illud axioma, quod eadem

ratio

ratio ſit de parte ad partem, quæ eſt de toto ad totum, quia valet tantum quò ad ea, quæ diuiſibiliter accipi poſſunt; cōceſſio autem alternatiuæ non poteſt accipi diuiſibiliter, quia fit pro toto tali menſe, atque adeo pro integro: alioquin ſi fieret pro diebus, non eſſet pro tali menſe.

9 Ad 3. neg. illatio. Quia quando ab initio menſis adeſt cōdicio reſidentiæ, ſubintrat conceſsio pro toto integro menſe independenter à cōtinuatione reſidentiæ, licet dependeat quò ad continuam conſeruationem à continuatione reſidentiæ, vt declarat dictio. *Quamdiu reſederint*, quæ importat continuationem temporis in reſidentia, & facit, quod conſeruatio conceſsionis alternatiuæ ſit alligata continuationi reſidentiæ; vnde ſicuti dependet à reſidentia, vt incipiat habere locum, ita etiam à continuatione reſidentiæ quò ad propriam continuationem. Vnde collationes omnes factæ durante reſidentia ſunt validæ, & abſolutæ, abſque conditione de continuatione reſidentiæ. Quia licet alternatiua requirat reſidentiam ab initio menſis, non requirit tamen, vt continuet, ſed ſolum, vt ipſa quoque continuare poſſit. Et ideo collatio facta ab initio menſis tanquam legitimè facta non corruit iuxta regul. *l. In ambiguis. §. Non eſt nouum. ff.* De *reg. iuris.* & Cap. *Factum legitimè.* De *reg. iur. in* 6. Et ita obſeruat Rota coram Martino Andrea *deciſ.* 110. *num.* 24. Vnde remanet ſolutum etiam quartum argumentū, quia ſcilicet, ſi epiſcopus diſcedat à Diœceſi, ceſſat cōceſsio alternatiuæ, nā requiritur continuatio reſidentiæ vt continuet conceſsio alternatiuæ tanquam alligata in conſeruatione à continuatione reſidentię, vt ſuo fundamento, & ideo cū ceſſet reſidentia, ceſſat etiam gratia *l. Athleta. §.* 1. & *l. Idē Vulpianus. ff.* De *excuſat. tut.* & *l. Titia Seię. §. Vſuras. ff.* De *leg.* 2.

10 Ad 5. Regulam alternatiuæ, quāuis innitatur iuri communi, & contineat beneficium Principis, non poſſe latius interpretari, quàm patiantur verba, vt tradunt communiter Gloſ. *in Clemen. Per litteras.* verbo. *Directat.* De *præbend.* Alexan. de Nęuo *in Cap. Quia circa. numer.* 16. De *conſanguin.* & *affin.* Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſp.* 1. *numer.* 5. Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 28. *num.* 15. Cum autem regula concedat menſes tanquam inuicem diſtinctos, & alternatos ſub proprio ipſorum nomine, non admittit diuiſionem eorumdem menſium. Accedit etiam, quod obſeruātia ſubſequuta in iudicando apud Tribunal Rotæ ita interpretatur Regulam, vt non admittat diuiſionem ſecundum dies eiuſdem menſis; & ideo ſtandum eſt ipſi. Cap. *Cum veniſſent.* De *conſtit.* & Cap. *Cum dilectus.* De *conſuet.* & *l. Sed Iulianus. § Porro ſi acceperit.* ver. *Sed & ſi ff.* Ad *Senatus conſul. Maced.* & *l. Si de interpretatione. ff.* De *legib.* & tradunt communiter Doctores. Bal. *in l. Hi quibus. ff.* De *fideicom. libert.* Iaſ. *conſil.* 128. *lib.* 1. Roman. *conſil.* 271. *nu.* 3. Craueta *conſil.* 226. *numer.* 6. Alex. *conſil.* 6. *num.* 1. *lib.* 1. Et alii, quorum plures citaui. *Quæſt. moral. canon.* 200. *num.* 2. *Centur.* 2.

An profeſſus ſolemniter poſsit declarare, aut eligere opera pia, pro quibus legaſſet. Quæſt. 51.

S V M M A.

1 *Profeſſus poteſt declarare opera pia, pro quibus ante profeſſionem reliquit.*

2 *Profeſſus poteſt declarare ſuam diſpoſitionem factam ante profeſſionem.*
Declaratio nihil facit de nouo, ſed factum oſtendit.

3 *Declarare opera pia in confuſo diſpoſita non eſt de nouo diſponere.*

4 *Profeſſus poteſt determinare opera pia, de quibus diſpoſuit in genere.*

5 *Quid importet hæc determinatio.*
Religioſus poteſt eſſe exequutor vltimarum voluntatum.

6 *Religioſus exequutor vltimarum voluntatū poteſt eligere pauperes.*

7 *Determinare opus pium non eſt vti aliquo dominio, aut iure.*

8 *Profeſſus poteſt declarare, & eligere opera prophana, pro quibus reliquit.*
Religioſus poteſt eſſe exequutor vltimarum voluntatum, etiam ad cauſas prophanas.

1 Propoſita difficultas locum habet tàm de legatis relictis in teſtamento, quàm de quibuscumquę

cumque relictis in renũciatione, ſeu quacumque alia diſpoſitione. Et quod ſpectat ad declarationem dicendum eſt. *Poſſe declarare opera pia, pro quibus, quod ab ipſo relictum eſt, impendi debeat.* Et proinde, dum diſponit ante profeſſionem, poteſt reſeruare ſibi huiuſmodi declarationem. Ita etiam Sanchez *lib. 7. ſum. cap.* 11. *n.* 19.

2 Ratio eſt, Quia profeſſus ſolemniter poteſt declarare ſuam diſpoſitionem factam ante profeſsionem, vt tradunt Rodriquez *quæſt. Regul.* 59. *ar.* 2. *tom.* 2. & *tom.* 2. *ſum. cap.* 32. *num.* 2. Gozadin. *conſil.* 4 t. *num.* 15. Reginal. *lib.* 18. *Praxis fori pœnit. cap.* 27. *num.* 397. Vecchius. *in Praxis Nouitiorum diſp.* 8. *dub.* 12. Tamburin. *De iure Abbatis. diſp.* 4. *quæſt.* 13. *num* 4. Et fundatur in eo, quod profeſſus priuatur tantum facultate diſponendi, cum transferat omnia ſua iura, quæ illi ſuperſunt, in Religionem, non autem repugnat, quod declaret ſuam diſpoſitionem, manifeſtando intentionem, quam habuit, dum diſpoſuit. Nam declarãs nihil de nouo diſponit, ſed quid diſpoſitum fuerit, declarat *l. Hæredes palam.* §. Si quid poſt. *ff.* De teſtam. ibi. *Poterit declarare, de quo ſenſerit. Et puto poſſe; nihil enim nunc dat, ſed datũ ſignificat* & *l.* Adeo. §. Cũ quis. *ff.* De acquir. rer. domin. & Clem. 1. De iurepatr. & notãt cõmuniter Doctores, quorũ plures adduxi. *Quæſt. moral. can.* 61. *n.* 7. *Centur.* 1. cũ Gloſ. *in Cap.* Cũ te. De vſur. & *in Cap.* Per tuas. vet. *De nouo*; De *donat.*

3 Dices, Poſſe profeſſum declarare ſuam diſpoſitionem, quando eſt dubia, nõ aut exprimere de nouo, quod non eſt in diſpoſitione, quia hoc non eſſet declarare, ſed addere diſpoſitioni. Reſp. Poſſe declarare opera pia, quæ ſibi declaranda reſeruauit, quia non eſt addere diſpoſitioni, ſed manifeſtare, quid inſit diſpoſitioni cõfuſo modo expreſſæ. Ideo enim diſponit cõfuſo modo, quia reſeruat ſibi declarationem; & reſeruando declarationem, oſtendit, quod determinatè diſponat, ſed velit nunc, quod determinatio lateat in diſpoſitione. Cum ergo, quod latet manifeſtet, declaratio eſt vera declaratio manifeſtans, quid diſpoſitum ſit, & eſt intellectiua, nõ extenſiua, vt loquitur Bald. *in l.* Quamuis. *init.* & *in l.* Ea, quæ. *vet.* *Vndecimo quæro.* C. *De condit. in deb.*

4 Quod ſpectat ad electionem, tenendum eſt. *Quod poſsit profeſſus eligere opera pia, pro quibus in genere diſpoſuit ante profeſſionem.* Vnde antequam profiteatur, poterit relinquere certam quantitatem expendendam in opera pia poſtea à ſe eligẽda. Hoc autem intelligitur, quantum eſt ex vi ſtatus religioſi, præſcindendo à Regula, & particulari inſtituto Religionũ, cum ex hoc capite poſsit interuenire impedimentum. Ita Sanchez *lib.* 7. *ſum. cap.* 11. *num.* 19.

5 Hoc etiam videtur certum. Quia aliud eſt diſponere de rebus ſuis; & aliud declarare opera pia, & determinate, pro quibus eſt in genere diſpoſitum. Primum importat dominium ſupra diſpoſita, & hoc non poteſt exerceri à religioſo, ſed iam fuit exercitum, quando diſpoſitũ fuit. Secundum autem non dicit exercitiũ dominii, ſed electionẽ operis pii, quæ nõ inuoluit vllum actum dominii, aut exercitium iuris ſuper temporalia bona, ſed ſolum exercitium prudentiæ in conſultãdo, & determinando opere, quod in genere diſpoſitum fuit. Hoc autem non repugnat ſtatui religioſo. Nam Religioſus poteſt cum licentia ſuorum ſuperiorum eſſe exequutor teſtamentarius iuxta Cap. 2. *De teſtamen.* & Clement. *vn.* De *teſtamen.*

6 Ex eo autem, quod poteſt eſſe exequutor teſtamentarius, fit, quod poſsit habere plures electiones liberas, vt ſi teſtator relinquat aliquam ſummam in opus pium benè viſum exequutori, aut ſi relinquat aliquod legatum diſtribuendum pauperibus, aut locis piis, & exequutori relinquat liberam electionem pauperum, aut locorũ piorum, quod per Fratres quoque Minores præſtari poteſt, qua mvis aliàs non ſint capaces exequutionis teſtamentariæ, quia hæc electio eſt quid facti, non autem exercitium iuris. Ita Bar. *in l.* Cum pater. §. *Hæreditatem* 1. *nu.* 3. *ff.* De leg 2. Caſtren. *ibid. num. vn.* Imola *numer.* 5. Bald. *in l. Id quod pauperibus. nu.* 16. C. *De Epiſcop. & Cler.* Iaſ. *in l.* 1. §. *Item acquirimus. ff. De acquir. poſſ.* Salicet *in l.* 1. *num.* 6. *vet. Item prædicta.* C. *De hæred. inſtit.* Alexand. *conſil.* 57. *num.* 8. *vol.* 5. Anan. *conſil.* 30. *in fine.* Ancharan. *conſil.* 412. *num.* 2. Roman. *conſil.* 409. *nu.* 9.

Co-

Couaruu. *in Cap.* Tua *nos. num.* 1. *in fine*. De *teſtam.* Roſel. *verbo.* Religio 1. *num.* 7. Angel. *verbo.* Exequutor. *in fine.* Rodriq. *Quæſt. Regul.* 70. *ar.* 2. *tom.* 3. & alii, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 11. *num.* 32.

7 Solum videtur poſſe obiici, quod iſta determinatio operũ piorum ſit quoddam exercitium dominii, quia ſicuti deſignatio quãtitatis pro opere pio eſt vſus dominii, ſed imperfectus; quia non eſt vſus determinatus: ita determinatio ſit perfectio vſus dominii, quia dat vſum ſpecificũ quantitatis relictæ. Reſp. Hanc determinationem operis pii nullum importare vſum dominii, neque ſupponere vſum imperfectum, quia vſus habet pro materia quantitatem relictam, quam relinquens per primam diſpoſitionem perfectè à ſe abdicat, & deſtinat ad cauſam piam. Determinatio vero operis pii, non determinat vſum, quaſi addat aliquid in ratione dominii, ſed verſatur circa materiam, in qua vſus quantitatis relictæ ſortiri debet ſuum effectum, quam veluti ſubiicit diſpoſitioni antea factæ, quæ remanet determinata non per exercitium alicuius iuris, aut dominii, ſed per ſubiectionem materiæ, quę ſupponitur, & quam ab aliena electione expectabat, vt vſus diſponentis ſortiretur ſuum effectum.

8 Quæ autem dicta ſunt, locum habent non ſolũ quò ad opera pia, ſed etiam quò ad opera prophana; ita vt poſſit Religioſus non ſolum declarare vſus prophanos, pro quibus reliquit, ſed etiam determinare, quos indeterminatos reliquit. Militat enim eadem ratio, quod hoc non dicit exercitium alicuius dominii, ſeu iuris. Si enim poteſt eſſe exequutor teſtamentarius, etiam quò ad prophanas cauſas, vt tradunt Cardin. *in Clemen. vn. n.* 10. *quæſt.* 2. De *teſtam.* Bonifac. *ibid. num.* 71. Franc. *in Cap.* 2. *num.* 1. De *teſtam. in* 6. Iacob. à Canibus. *De exequut. vlt. volun. par.* 1. *n.* 31. *tom.* 8. *tract. par.* 1. *D.* Antonin. 3. *par. tit.* 10. *cap.* 3. *§* 9. *not.* 7. Sanchez *lib.* 6. *ſum cap.* 11. *num.* 2. à fortiori poterit declarare opera prophana, aut eligere, pro quibus reliquit, quia hoc continet exequutionem veluti vltimæ voluntatis, quam habuit profeſſurus pro vltimo tempore habili ad diſponendum. Nec facit, quod ſe immiſceat negociis ſæcularibus. Quia, ſicuti non eſt negocium ſæculare diſpoſitio, qua profeſſurus diſponit de rebus ſuis, vt eligat vitam pauperem in Dei obſequium: ita nec etiam declarare dictam diſpoſitionem, aut determinare opera, in quibus, quæ relicta ſunt, debent implicari; hæc enim tanquam acceſſoria ſequuntur naturam diſpoſitionis.

An emittens votum ſimplex caſtitatis conſequi poſſit legatum ſub conditione relictum, ſi non nupſerit, Quæſt. 52.

S V M M A.

1 *Legatum ſub conditione, ſi non nupſerit, quando habeat locum.*

2 *Votum ſimplex caſtitatis ſufficit pro conſequendo legato ſub conditione, ſi non nupſerit.*

Votum ſimplex caſtitatis conſtituit in ſtatu repugnante matrimonio.

Status per quid conſtituatur.

3 *Sufficit conditionem exiſtere etiam pro momento temporis.*

4 *Vouens caſtitatem ſi habeat cauſam pro obtinẽda diſpenſatione, cõſequitur legatum ſub conditione, ſi non contraxerit matrimonium.*

5 *Quid, ſi voueat animo petendi diſpenſationem.*

Ingrediens religionem animo exeundi, non ſatisfacit voto ingrediendi.

1 SI contingat, legatum alicui relinqui ſub conditione negatiua, ſi matrimonium non contraxerit, dubitatur, an ſi legatarius emittat votum ſimplex caſtitatis, poſſit conſequi legatũ. Ratio dubitandi oritur ex eo. Quia conditio iſta negatiua, ſub qua eſt relictum legatum, nõ poteſt dici impleta, niſi legatarius ad eum ſtatum deueniat, in quo non poſſit amplius contrahere matrimonium, iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in l. Mutiana. circa fin. ver. Quod conditio. ff.* De condit. *&* demonſtrat. Caſtrenſ. *in l.* 2. *numer.* 1. *C. De inſtit. & ſubſtit.* Franc. *deciſ.* 169. *num.* 14.

Pere-

Peregrin. *De fideicom. ar.* 29. *num.* 9. Rota coram Merlino, *deciſ.* 392. *num.* 29. Qui autem emittit votum ſimplex caſtitatis, non venit ad ſtatum, in quo nō poſsit amplius contrahere matrimonium, quia de facili ex rationabili cauſa poteſt diſpenſari ad contrahendum matrimonium.

2 Tenendum tamen eſt. *Sufficere votum ſimplex caſtitatis ad purificandam conditionem, ſi matrimonium non contraxerit.* Intelligitur autem de voto caſtitatis perpetuo, quia, ſi eſſet ad tempus, non purificaret conditionem, nam poſt expirationem voti poſſet contrahere matrimonium. Ratio eſt. Quia votum ſimplex caſtitatis impedit matrimoniū; & ſi eſt perpetuum, impedit perpetuò. Ergo ponit vouentem in ſtatu, in quo non poteſt cōtrahere matrimonium, quia ſtatus conſtituitur per immobilitatem, & firmitatem conditionis perſonæ, vt docet D. Th. 2. 2. *quæſt.* 283. *ar.* 1. *ad* 3. & votum firmat & reddit vouentem immobilem ſecundū conditionem cœlibatus.

3 Et ſufficit, quod, quantum eſt de ſe, reducat ad ſtatum, in quo non poſsit amplius matrimonium contrahi, quamuis poſtea poſsit ſuccedere diſpenſatio, quia ſufficit, vt debeatur legatum, quod conditio ſemel exiſtat, etiam pro momento temporis *l. Si quis hæredem.* C. *De inſtit. & l. Hæredibus init. ff.* Ad. *Trebel.* & *l. Gallus,* §. *Quæramus. ff.* De *liber. & poſth.* & notant Caſtrenſ. *in l. Si marito.* §. 1. *num.* 2. *ff. Soluto matrimonio.* & *in l. Si donaturus.* §. 1. *num.* 4. ver. *Sed breuiter. ff. De cōdit. cau. dat.* Iaſ. *ibid. n.* 19. Ruin. *conſil.* 89. *n.* 8. *lib.* 4. Bald. *in l. Cū precibus, nu.* 6. C. *De impub. ſubſtit.* Roland. *De lucro dotis. quæſt.* 51. *n.* 1. Paris. *conſil.* 32. *n.* 1. *li.* 2. Caſſan. *conſil.* 53. *n.* 6. Crauet. *conſ.* 898. *n.* 6. Rota *in Cluſina dotis.* 17. *Ianuar.* 1598. corā Peregrino, & corā Seraphino *deciſ.* 589. *n.* 1. & *deciſ.* 1063. *n.* 13. & coram Pēnit. *deciſ.* 105. *n.* 11. & corā Ludouiſio *dec.* 5. *n.* 10. & *deciſ.* 379. *n.* 7. *par.* 1. Diuer. Diſpēſatio enim, quę ſupereuenit, ſi forte ſuperueniat, non tollit, quin ſit adimpleta conditio, nam adhuc verum eſt, quod deuenerit ad ſtatum, in quo non poterit nubere, præſertim, quin talis ſtatus de ſe afferit perpetuum impedimentum, & incertum remanet, an ſit ſuperuentura cauſa ſufficiens pro obtinenda diſpenſatione.

4 Maior difficultas eſt, quid dicendū, ſi de præſenti, quando emittit votum, adſit cauſa ſufficiens pro petenda diſpenſatione: & nihilominus votum emittat, vt obtineat legatum, cum animo petendi poſtea diſpenſationem, & nubendi. Et quidem ſi non haberet animū petendi diſpēſationem, res eſſet extra difficultatem, quia, vt dictum eſt *num. præced.* legatum conditionale ſolum requirit, quod ponatur conditio, non autem requirit cōtinuationē ipſius; vnde nec tenetur legatarius illam continuare, & conſequenter, ſi adeſt cauſa ſufficiens, poteſt petere diſpenſationem, quia vtitur iure ſuo abſque alterius iniuria. *l. Fluminū.* §. *vlt. ff.* De *damno infec.* & *l. Si in meo. ff. De aqua pluu. ar.* & Cap. *Cum. Eccleſia.* ver. *Quia.* De *electione.*

5 Si verò emittat votum cum animo petendi diſpenſationem ob cauſam, quam de præſenti habet ſufficientem, non facit legatum ſuum, quia cum dolo procedit, nec votum ponit conditionem, quam requirit legans. Dum enim ponit condicionem, ſi non contraxerit matrimonium, non poteſt votum ſimplex inducere ſtatū, in quo non poſſit contrahi matrimonium, cum ſit coniunctum cum animo petendi diſpenſationem, & cauſa ſufficiat pro obtinenda. Status enim requirit, quod firmetur animus in ipſo; ſic autem adeſt animus contrarius firmitati. Et ſicuti, qui vouit religionem, nō ſatisfacit voto, ſi ingrediatur animo exeundi vti tradunt cōmuniter D. Th. 2. 2. *q. vlt. ar.* 4. *ad* 3. Richar. *in* 4. *diſt.* 38. *ar.* 8. *q.* 1. Palud. *q.* 4. *ar.* 1. *n.* 7. D. Anton. 3. *par. tit.* 16. *cap.* 2. §. 4. Roſella *verb.* Religio. 3. *in fine.* Angel. *verbo.* Votū *n.* 18. Tabiena *verbo.* Nouitius. *n.* 8. *in fine* Syluester. *verbo.* Religio 2. *q.* 19. Nauar. *cap.* 12. Manual. *n.* 47. *in fine.* Viguer. *cap.* 17. *Inſtit. Theol.* §. 1. *ver.* 23. Valent. *to.* 3. *diſp.* 6. *qu.* 6. *pun.* 4. *quæſtiun.* 4. ver. *Vnde rectè.* Azor. *par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 22. *qu.* 6. Sanch. *lib.* 4. *ſum. cap.* 16. *n.* 74. Ita neq. qui vouet animo nō permanendi ſub voto ſatisfacit conditioni requiſitæ à legante de non cōtrahendo matrimonio; & proinde non poterit conſequi legatum; & ſi conſequutus fuerit, tenebitur ad reſtitutionem.

An

An, ſi committatur Collegio aliquid eius arbitrio decernendum, poſſit nominare aliquem, in quem transferat determinationem. Quæſt. 53.

S V M M A.

1 *Collegium non poteſt remittere in priuatam perſonam commiſſionem ſibi factam de aliquo negocio determinando.*
2 *In commiſſione facta ad arbitrium alicuius eſt electa induſtria illius.*
3 *Commiſſio non poteſt in alium transferri, quando eſt electa induſtria perſonæ.*
4 *In commiſſione facta Collegio præſumitur habita ratio communis conſultationis.*
5 *In commiſſione negocij grauis, & ardui facta Collegio cẽſetur electa communis induſtria, & prudentia.*

1 FRequenter contingit, quod teſtator, aut quiuis alius remittat in arbitrium alicuius Collegii electionem aliquam, ſeu determinationem: vnde dubitatur, an tunc Collegium poſſit eligere aliquem de gremio, qui nomine ipſius eligat, vel determinet transferendo in ipſum poteſtatem, quæ ſibi comiſſa eſt, et illi cedendo totum ius, quod habet. Et *negatiuè reſoluendum eſt. Sed ceſſionem huiuſmodi, ſeu deputationem eſſe nullam, & conſequenter etiam quicquid inde reſultat*.

2 Ratio eſt. Quia dum Collegio, & illius arbitrio commiſſa eſt electio, aut determinatio alicuius negocii, electa eſt illius induſtria, & prudentia, vt ſcilicet per plures diſcuſſa, & deliberata materia, reſulter melior reſolutio iuxta *l. Fideicõmiſſa, §. fin. ff.* De *leg.* 3. & notant Bald. *in l. vnic. §. Ne autem num.* 1. *C.* De *caduc. tollen.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 68. *num.* 13. *lib.* 1. & *præſumpt.* 21. *num.* 4. & *præſumpt.* 38. *n.* 3. *lib.* 2. Natta *conſil.* 163. *num.* 10. Et de hoc fine committentis conſtat manifeſtè, quia non alia ratione potuit committere Collegio, niſi vt collegialiter diſcuſſa materia, prudentior reſolutio haberetur.

3 Ex hoc autem fit, quod non poſſit Collegium alteri, licet de proprio gremio, exequutionem demandare cedendo ipſi facultatem ſibi traditam. Quia quando in commiſſione habetur ratio induſtriæ, & prudentiæ Commiſſarij, non poteſt iſte transferre in alterum poteſtatem ſibi traditam, iuxta *l. Inter artifices, ff* De *ſolut.* & Cap. *Quoniam Apoſtolica. §. Si autem cui,* De *Offic deleg.* & notant Io. Andr. *ad Speculat. Tit. de inſtrument. edit. §. Nunc aliqua n.* 76. *littera* E. verbo. *Nulli.* Caſtrenſ. *conſil.* 177. *num.* 1. ver. *Tum quia illis* Menoch. *De arbitrar. caſu* 68. *num.* 28. *lib.* 1. Iaſ. *in l. Si ſic ſtipulatus num.* 29. *ff.* De *verbor. obligat.* Rota coram Merlino *dec.* 393. *num.* 4. ſed debet ipſe exequi.

4 Accedit etiam. Quod ex eo quoque ſpecialiter cenſetur committens reſpexiſſe ad iudicium, & prudentiam Collegii, prout per modum vnius corporis concurrit in vnam deliberationem, quando committit aliquid determinandum; vnde cenſetur voluiſſe, quod deliberatio, & determinatio proueniret ex omnium deliberatione, prouiſione, & induſtria iuxta ea, quæ tradunt Crauetta *conſil.* 303. *num.* 3. Io. Baptiſ. à S. Seuerino *in l. More. num.* 36. *ff.* De *iuris. om. iud.* Felin. *in cap. vlt. §. vlt. not.* 2. De *offic. deleg.* Bald. *in l. vn. §. Ne autem. v. t. Et hæc erunt vtilia. C.* De *caduc. tollen.* Menoch. *de arbitrar. quæſt.* 68. *num.* 13. *lib.* 1. Et ideo eſt taliter Collegio commiſſa poteſtas, vt non habeat facultatem transferendi in alium.

5 Quod præſertim locum haberet, ſi negocium, quod committitur, eſſet graue, & arduum, ita vt indigeret matura deliberatione, vt obſeruant Iaſ. *in l. More. num.* 65. *verſ. Quinto limita. ff.* De *iuriſd. om. iud.* & *in l. A iudice. circa fin. limit.* 13. *ff.* De *iudic.* Dec. *in l.* 1. *num.* 28. *ff.* De *offic. eius, cui man.* Alexan. *ibid. num.* 6. Niger. *num.* 31. Crauet. *conſil.* 303. *num.* 3. ver. *Quarto in rebus.* Menoch. De *arbitrar. quæſt.* 68. *n.* 15. *lib.* 1. Grauitas enim, & arduitas negocij, ſicuti ex ſe requirit examen, & maturam deliberationem: ita etiam declarat, quod commiſſio facta Collegio ſit intuitu illius prudentis conſultationis, quę ab ipſo magis, quàm à priuata perſona expectari poteſt, & ideo non poterit transferre commiſſionem in vnum aliquem, licet de gremio

mio cum in ipſo deficiat cauſa principalis commiſſionis ſibi factæ.

An ſi exequitor transferat in alium arbitrium exequendi, teneat exequutio ab ipſo facta. Quæſt. 54.

S V M M A.

1 *Exequutor validè exequitur, licet in alium poteſtatem exequendi tranſtulerit.*
2 *Verba*, ſibi benè viſum, *denotant arbitrium boni viri.*
Quando exequutio committitur arbitrio alienius, eligitur eius induſtria.
3 *Iuramentum non ſanat nullitatem actus.*
Iuramentum non impedit, quin validè operetur, qui ceſſit nulliter facultatem operandi.
Poteſtas, & voluntas ſufficiunt pro validitate actus.

1 COmmiſit exequutori teſtamẽtario teſtator, quod de certo fundo erigeret Capellaniam in Eccleſia ſibi benè viſa, & ad fauorem alicuius conſanguinei eiuſdem teſtatoris, quem ipſe eligeret. Cum autem exequutor tranſtuliſſet hanc facultatem in alium, et ceſſionem iuramento firmaſſet, hoc nõ obſtante erexit ipſe Capellaniam determinando Eccleſiam, et eligendo Capellanum. Ceſſionarius quoque in alia Eccleſia Capellaniam erexit, et Capellanum nominauit. Vnde dubitatum fuit, quænam ex his erectionibus eſſet ſubſtinenda. Pro reſolutione reſoluendum cenſeo. *Quod ſubſtinenda ſit erectio exequutoris teſtamentarij, exiſtente nulla erectione facta per ceſſionarium.* Eſſe tamen periurum exequutorem, niſi præceſſerit abſolutio à iuramento.

2 Deſumitur ex eo, quod hæc exequutio eſt commiſſa arbitrio exequutoris, prout indicant illa verba *ſibi benè viſa*, aut ſimilia, quæ denotant arbitrium, iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in Extrauag. Ad reprimendam.* verb. *Videbitur. init.* Roman. *conſil.55. num.1.* Becius *conſil.23. num.32.* Giouagn. *conſil.8. num.38. lib.1.* Menoch. *de arbitrar. caſu 8. num.2. lib.1.* Rota coram Merlino *deciſ.393. num.5.* Dum autem exequutio commiſſa eſt arbitrio ipſius, cẽſetur electa induſtria eiuſdem iuxta ea, quæ dicta ſunt *quæſt. præced. num.2.4. et 5.* Arbitrium enim importat arbitrium boni viri, atque adeo prudentis. *l. Fideicommiſſa,* ver. *Quanquam. ff.* De *leg.3.* et *l. Si ſic. ff.* De *leg.1.* et tradunt communiter Doctores *in l. Si quis arbitratu, ff.* De *verbor. obligat.* et *in l. Si in lege. ff.* Locati. et *l. In perſonam §. Generaliter ff.* De *reg. iur.* Bart. *in Extrauag. Ad* Reprimendam verb. *Videbitur.* Decian. *conſil.9. num.53.* Beroius *conſil.176. num.72.* ver. *Item quia. lib.1.* Menoch. *conſil. 422, num.65.* Vnde cum electum ſit arbitrium talis perſonæ, remanet electa induſtria, et prudentia ipſius, qua eius arbitrium, vt arbitrium boni viri, reguletur pro exequutione.

3 Cum autem, quando electa eſt induſtria perſonæ, non poſſit in alium tranſferri facultas exequendi, quod commiſſum eſt, vt dictum eſt. *quæſt. præced. n3.* fit, quod exequutio ceſſionarij nulla ſit defectu poteſtatis, cum in eum non ſit tranſlata. E contra verò, cũ poteſtas remaneat in exequutore, nec iuramentum ſanet nullitatem ceſſionis factæ: nec impediat validitatem vſus poteſtatis eiuſdem exequutoris, valida erit exequutio erectionis Capellaniæ facta ab ipſo exequutore iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in cap. fin.* verbo. Reuocatus. *De procuratoribus in 6.* Abbas *in cap. Dilecto num.17. De præbend.* vbi & cœteri Doctores. Ripa *in cap. 1. n.58. De iudic.* Alexan. *conſil. 16. num.3. lib.3.* Hoſtienſ. *in cap. Dilecto. De maior. & obed.* Felin. *in cap.1. num.5. De probat.* Iaſ. *conſil. 4.* ver. *Quartò adhuc. vol.3.* Roland. alios referens *conſil.2. num.95. vol.1.* Seraphin. *De priuileg. iuram. priuileg. 75. num.10.* Iuramentum enim non impedit validitatem actus, quamuis faciens contra iuramentum veniat, et peccet, quia non tollit poteſtatem, et voluntatem, quæ ſufficiunt pro validitate *actus l. Multum intereſt, C. Si quis alteri, vel ſibi.*

An omiſſio inquiſitionis, de qua in Bulla 71. Sixti V. quando quis recipitur ad religionem, irritet profeſsionem. Quæſt. 55.

S V M M A.

1 *Inquiſitiones præmittendæ pro recipiendis Nouitijs ex Bulla Sixti V.*
2 *Omiſsio inquiſitionum non irritat profeſsionem. Etiam, ſi profitentes inhabiles ſint ex moderatione Clementis V111.*
3 *Omiſsio inquiſitionum, ſi profitentes aliàs ſint habiles, non irritat profeſsionem etiã iuxta Bullam Sixti V.*
4 *Irritatio reſpicit inhabilitatem, non autem omiſsionem inquiſitionis.*
5 *Omittens inquiſitiones præmittendas pro receptione Nouitiorum non incurrit pœnas, &c.*
6 *Pœna recipiẽtium inhabiles locum habent quò ad ſingulos Religioſos.*
Requirunt declarationem.
Quid requiratur pro declaratione.

1 SIxtus V. in *ſua Conſtit. 71. tom. 2. Bullar*, quæ incipit. *Cum de omnibus*. Præcipit, quod antequam quis admittatur ad habitum religioſum præcedat inquiſitio, an ſit ex legitimo matrimonio natus, an ſit criminoſus, an ſuſpectus de criminibus, an ære alieno grauatus, an obnoxius ad reddenda ratiocinia, & non poſſit admitti; ſi ſit criminoſus, aut ſuſpectus de crimine, ita vt contra eum cœpta fuerit inquiſitio, vt declarat in ſequen. Bul. §. 17. Aut ſit ita ære alieno grauatus, vt abſorbeantur facultates ipſius, aut ſit ratiocinijs reddendis obnoxius, propter quæ Religio moleſtias ſubire poſsit, aut ſi ſit illegitimus, & *§. 5. eiuſdem conſtitutionis* declarat irritam admiſſionem ad habitum, & profeſſionem, ſi contra prædictam diſpoſitionem quis admittitur. ibi, *Et ſi qui eorum contra præſentem noſtram conſtitutionem temerè admittentur, tàm ſuſceptionẽ habitus, quã profeſſionẽ, & inde ſequuta ex nũc, prout ex tũc pari modo irritamus, et annullamus viribus, et effectu carere decernimus; ac iubemus eos, qui de facto recepti erunt, habitu ſpoliari, & à Religione expelli.* Ex quibus oritur dubiũ, an ſi omittantur prædictæ inquiſitiones, irrita ſit profeſsio.

2 Non eſſe autem nullam profeſſionem, niſi aliàs de iure nulla ſit, quantum eſt ex parte prædictæ Cõſtitutionis, etiam ſi profeſsi ſint ex illis, qui prohibentur admitti, certum eſt, quia quò ad hanc partem nullitatis profeſſionis reducta fuit ad terminos iuris cõmunis à Clemente VIII. *in ſua Conſtit. 83. tom. 3. Bullar.* quæ incipit, *In ſuprema Eccleſię*, vt conſtat ex §. 3. *in fine*. Conſtitutiones *prædictas Sixti prędeceſſoris quò ad eam partem, per quam eorum, qui formam in eiſdem conſtitutionibus præſcriptam de cætero non ſeruauerint, & quò ad alios etiam caſus ibid. expreſſos, in quibus Receptorum in quibuſcunque etiam Mendicantium Ordinibus profeſsio nulla declaratur, ad terminos iuris, & ſacrorum Canonum perinde, ac ſi prædictæ Conſtitutiones in illa parte editę non fuiſſent, auctoritate Apoſtolica tenore pręſentium reducimus.* & ita etiam obſeruat Rota coram Merlino *decis. 11. n. 12.*

3 Verum præſcindendo & à Conſtitutione Clementis VIII. & in terminis ſolius Conſtitutionis Sixti V. neque adhuc omiſsio prædictarum informationum irritat profeſsionem, dummodo profeſſus non laboret ijs defectibus, qui reddunt inhabilem ad habitum regularem. Ita Rodriquez, *quæſt. Regul. 54. ar. 5. & 6. tom. 3.* Conſtat ex verbis Cõſtitutionis ipſius dicto §. 5. ibi. *Et ſi qui eorum contra præſentem noſtram Conſtitutionem temerè admittentur* &c. quæ verba ſatis declarant, quod Pontifex diſponit pro caſu, in quo quis admittatur ex ijs, quos prohibet admitti, & conſequenter, quod irritatio profeſsionis habeat locum ſolum, quando quis admittitur cũ ijs defectibus, cum quibus Pontifex prohibet admitti; & ideo ſi admittatur aliquis, qui non habeat defectus, de quibus in *dicta Conſtit*, quamuis nõ præceſſerint debitæ inquiſitiones, profeſsio non erit nulla, quia nõ annullatur ex eo, quod non ſint adhibitæ inquiſitiones, ſed quia admiſſus patitur defectus, cũ quibus prohibetur admitti.

4 Et ratio quoque ſuffragatur, quia

in

inquiſitiones nō præcipiuntur propter ſe, ſed propter non admittendos prohibitos admitti: & proinde veniunt in diſpoſitione tanquam quid acceſſorium, & non tāquam principale; & ideo ſi non violatur Conſtitutio quò ad principale, & propter quod inducitur irritatio profeſſionis, non habebit locum pœna irritationis, ſi violetur Conſtitutio in acceſſorio, quia ceſſat cauſa finalis prohibitionis & irritationis, quæ ſolum habet locum in principali. Nec obſtat, quod omiſsio inquiſitionum exponat periculo, quod recipiantur inhabiles, quia hoc tantum facit, quod omiſsio ſit peccaminoſa, non autem, quod trahat irritationē profeſsionis, ſi aliàs profeſſus nō ſit inhabilis aliqua ex illis inhabilitatibus, de quibus in præfata Conſtitutione; quia, vt dictum eſt, irritatio ponitur tantum propter inhabilitatem.

5 Ex quibus infertur, quod Superiores Regulares omittentes præfatas inquiſitiones, non incurrant pœnas priuationis vocis actiuæ, & paſsiuæ, dignitatum, Officiorum, graduū, honorū, quas imponit Pōtifex Sixtus V. *in præfata Conſtitutione*, & quas Clemens VIII. in ſua *præfata Conſtitut.* 83 §. 4. relinquit in ſuo robore, ſi contingat, quod receptus ad habitum, & profeſſionem ſit inhabilis aliqua inhabilitate, de qua in *dicta Conſtit.* Sixti V. Quia nō violant Conſtitutionem in principali diſpoſito, ſed tantū in acceſſorio. Et pœnæ imponuntur tantum recipientibus inhabiles, non autem omittentibus informationes, vt conſtat ex *dicta Conſtit.* 71. §. 6. Sixti V. ibi. *Et inſuper quoſcunque Religioſos, eorumque ſuperiores, qui aliquas perſonas, vt dictum eſt, inhabiles, poſt hanc Cōſtitutionem publicatam, receperunt. voce actiua, & paſſiua, nec non officijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuſcunque per eos obtentis eo ipſo in perpetuum priuamus, & tàm illis priuatos, quā ad alia quæcunque impoſterū obtinenda perpetuò inhabiles, eorūque incapaces decernimus, et declaramus.*

6 Cū autem prædictę pœnæ locū habeat nō ſolū quò ad Superiores, ſed etiām quò ad quoſcunq. Religioſos, vt cōſtat ex tenore relato, & quamuis incurrantur ipſo facto, eſt tamen neceſſaria declaratio iuxta ea, quæ tradunt Nauar. *in Extrauag. Gregor. XIII. De datis, & promiſ. num.* 41. *in* 1. *edit. in* 2. *vero. nu.* 44. Sotus *lib.* 1. *De iuſt. & iure. quæſ.* 6. *ar.* 6. *ad* 4. & *lib.* 4. *quæſt.* 6. *ar.* 3. *circa fin.* Ledeſma 2. *par.* 4. *quæſt.* 18. *ar.* 2. *dub. vlt.* Molina *tom.* 1. *de iuſt. & iure. tract.* 2. *diſp.* 96. Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 30. *n.* 1. Hoc tamen aderit diſcrimen inter Superiores, & ſubditos Religioſos, quod eo ipſo, quod Superiores congregant Capitulū ad recipiendū, præſumūtur concurrere ad receptionem, quia ſi nollent recipere, non congregarent Capitulum, cum obſtet inhabilitas; cœteri verò non præſumuntur concurrere, & ideo nō poterunt declarari incurriſſe pœnas, niſi aliàs conſtet cōcurriſſe ad receptionem, quod probandum eſſet, vt declarari poſſent.

An Regulares exempti abſoluere poſsint in ſuis Eccleſis à reſeruatis Ordinario. Quæſt. 56.

S V M M A.

1 *In aliena diœceſi poteſt quilibet abſolui à ſimplici confeſſario à reſeruatis in propria diœceſi.*
2 *Monaſteria, & Eccleſia Regularium ſunt loca exempta.*
3 *Locus exemptus æquiparatur loco extra diœceſim.*
4 *Habens peccata reſeruata non poteſt abſolui à Regularibus in proprijs locis exemptis.*
Abſolutio ſacramentalis requirit iuriſdictionem in abſoluendum.
Regulares non habens iuriſdictionem quò ad caſus reſeruatos.
5 *Licet loca ſint exceptuata à viſitatione Ordinarij non obſtante cura animarum.*
Regulares non poſſunt in ipſis abſoluere à reſeruatis Ordinario.
6 *Ordinarius reſeruans ſibi caſus quam iuriſdictionem exerceat.*

1 Difficultas procedit, an poſsint abſoluere de iure ordinario independenter à quocunque

uilegio. Et quidam Doctores partem affirmatiuam tuebantur ſuppoſita opinione, quod quilibet in aliena diœceſi poſſit abſolui à reſeruatis in propria diœceſi à quocunque ſimplici cōfeſſario, quæ opinio valde probabilis eſt, & eam tradunt Caiet. *in ſum. verbo* Abſolutio 2. Palud. *in 4. diſt. 17. quæſt. 4.* D. Antonin. 3. *par. tit. 17. cap. 4.* Nauar. *in Manuali cap. 27. num.* 255. Henriquez *lib. 6. ſum. cap. 14. num.* 8. Suarez *diſp. 30. de pœnit. ſect. 1. num.* 4. Rodriquez *tom. 1. ſum. cap.* 55. *concluſ.* 2. Sanchez *lib. 2. in Decal. cap.* 11. *num.* 9. Homobon. *de caſib. reſeruat. par. 1. cap.* 2. Reginal. *lib.* 8. *Praxis fori pœnit. cap. 5. ſect. 3. num.* 69. Granad. 3. *par. tract. 10. de pœnit. diſp. 7. num.* 9. Villalob. *par. 1. ſum. tract. 9. difficul.* 59. *nu.* 4. Lugo Cardin. *diſp.* 20. *de pœnit. numer.* 71. Filliuc. *tract. 7. cap. 7. num.* 28. Bonac. *diſp. 5. de ſacram. quæſt. 7. pun. 5. §. 2 num* 9. Leander *de ſacram. tract. 5. diſp. 12. quæſt.* 26. Mendus *in Bullam Cruc. diſp.* 23. *cap. 2. nu.* 22. Mazzuchel. *de caſib. reſer. diſp. 1. quæſt. 3. difficul. 8. num.* 19.

2 Stante hac opinione inferunt prædicti Recentiores, quod quilibet confeſſarius Regularis abſoluere poteſt à reſeruatis ab Ordinario in propria Eccleſia, ſeu Conuentu, non ſecus, ac quilibet ſimplex confeſſarius extra diœceſim. Quia Monaſterium, & Eccleſia Regularium ſunt non ſolum ratione perſonarum, ſed etiam ratione ſui prorſus exempta, vt latè oſtendi *Quæſt. canon.* 176. *Centur.* 2. & cōſtat ex Conſtit. 1. *Sixti IV.* apud Confettum, *in Collect. priuileg.* ibi. *Diſtinctius inhibemus, ne quiſpiam abſque dicta Sedis ſpeciali commiſſione, & auctoritate in perſonas, domos, & loca dicti Ordinis Prædicatorum, vtpote prorſus exempta, aliquas excōmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias ſpecialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in perſonas, domos, & loca huiuſmodi aliquam præeminētiam, ſuperioritatem, & iuriſdictionem quomodolibet exercere præſumant, etiam ratione contractus, vel delicti &c.*

3 Cum autem Locus exemptus æquiparetur loco extra diœceſim Cap. *Cum Epiſcopus* De offic. Ordinar. in 6. & Clem. *Archiepiſcopo.* De priuileg. & notant Gloſ *in Clemen. Quamuis.* De *foro cōpet.* Io. Andr. *ibid.* & *in Cap.* 2. *num.* 5. De *conſtit. in* 6. Dominic. *num.* 24. Franc. *num.* 10. Roland. *conſil.* 53. *n.* 23. Felin. *in Cap. Graue. num.* 2. De *offic. Ordinar.* Suarez *lib.* 3. *De legib. cap.* 32. alios allegans. Bonac. *diſp. 1. de legib. quæſt. 1. pun. 6. num.* 65. eodem modo poterit quilibet Regularis illius Eccleſiæ abſoluere à reſeruatis nō ſecus, ac quilibet ſimplex confeſſarius extra diœceſim. Cum enim Epiſcopus non poſſit extendere ſuā iuriſdictionem ad loca iſta exempta, nec etiam poterit extendere reſeruationem caſuum.

4 Verum hæc opinio prorſus reiicienda eſt tanquam falſa. Quamuis enim allatæ doctrinæ, aut veræ ſint, aut ſaltem probabiles, ex ipſis tamen non deducitur hęc concluſio. Nam certum eſt, quod non poteſt confeſſarius aliquem abſoluere, niſi in ipſum habeat iuriſdictionem, aut ordinariam, aut ſubdelegatam, vt decernit Concil. Trident. *ſeſſ. 14. cap. 7. de ſacramen. pœnit.* eò quod abſolutio ſit per modum iudicialis ſententiæ, quæ ſolum in ſubditos ferri poteſt. Regulares autem, quamuis exempti, & in loco exempto non habent iuriſdictionem in ſubditos Epiſcopi, quò ad caſus reſeruatos; nec ipſi iiſdem ſubiiciuntur quò ad eoſdem caſus. Hæc enim ſubiectio ex vna parte, & iuriſdictio ex alia non poteſt prouenire, niſi ab aliquo ſuperiore, & hic ſuperior non poteſt eſſe alius, quàm ipſe Ordinarius, aut ſummus Pontifex. Ordinarius autem non dat iuriſdictionem, nec eis ſubiicit proprios ſubditos; quia dum reſeruat ſibi cognitionem caſuum reſeruatorum, vult non ſubiici aliis, quàm ſibi quò ad dictos caſus. Nec etiam id pręſtat Summus Pontifex, quia approbat reſeruationem caſuum, quæ fit ab Ordinariis, & approbatur etiam à Concil. Trident. *dic. cap. 7 de Pœnit. ſeſſ.* 14. Imo Clemens VIII. reuocauit etiam priuilegia, quorum virtute Regulares abſoluere poterant à dictis reſeruatis, & ſucceſſores illius reuocationem approbauerunt, & declarauerunt, quod iſta priuilegia non ſint reſtituta.

5 Et hæc, quæ dicta ſunt, locum habent etiam quò ad illa Monaſteria, in quibus

bus reſident Ordinum Capita, ſiuè Generales, ſiue alio nomine nuncupentur, de quibus diſponit Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *De Regular.* quod excipiantur ab illo Decreto de ſubiectione ratione curæ animarum iuriſdictioni Epiſcopali. Quia hęc exceptio nihil operatur quò ad præſentem caſum. Nam militat eadem ratio, quod ſubditi Ordinarii quò ad caſus reſeruatos non ſubiiciantur confeſſariis talis monaſterii, & proinde quò ad caſus reſeruatos non poſsint in ipſos exercere iuriſdictionem.

6 Et ex his ſoluta manent, quæ pro parte oppoſita allata ſunt. Ordinarius enim, dũ reſeruat ſibi caſus, non exercet iuriſdictionem circa perſonas exemptas, nec ad loca exempta illam extendit, ſed ſolum non ſubiicit alteri quò ad hos caſus proprios ſubditos. Poſſunt autem abſolui in aliena diœceſi, quia de conſuetudine quò ad ſacramentum pœnitentiæ ſubduntur Ordinario illius, ſicut etiam quò ad Eucharistiam, & proinde ſubiiciuntur omnibus Confeſſariis, quibus ſubiiciuntur ſubditi illius Diœceſis, & abſolui poſſunt; quæ ſubiectiò deeſt reſpectu Regulariũ, quamuis eorum Monaſteria, & Eccleſiæ ſint loca exempta.

An, & quæ alimenta tutori pauperi ſint præſtanda. Quæſt. 57.

S V M M A.

1 *Tutori non ſunt præſtanda alimenta.*
2 *Præſtanda ſunt, ſi ſit pauper.*
3 *Quænam veniant appellatione alimentorum.*
4 *Tutori ſubminiſtranda alimenta iuxta exigentiam paupertatis.*
Actus regulantur ſecundum ſuam cauſam.
5 *Cauſa tranſfundit ſuam limitationem in effectum.*
6 *Salarium poteſt præſtari tutori.*
Salarium debet proportionari laboribus.

1 TVtori non eſſe pręſtanda alimenta à pupillo, eſt regula certa, deſumpta ex *l. A tutoribus. §. fin. ff. De adminiſ. & per. tut.* & tradunt communiter Doctores. Salicet. *in l. Solo. C, De lib. caut.* Rolan. *conſil.* 5. *num.* 39. *vol.* 3. Aret. *in §. Sed & propter. num.* 4. Inſtit. *de excuſat. tut.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 47. *num.* 3. Alexand. *conſil.* 108. *n.* 81. *vol.* 1. Portius *in §. Dari autem. nu.* 6. Inſtit. *Qui teſtamen. tut. dari poſ.* Officium enim tutoris non eſt officium lucroſum, ſed ordinatum ad publicam vtilitatem; quia intereſt publicæ vtilitatis, quod adſint, qui curam gerant pupillorum, & ideo qui tenentur inſeruire publicæ vtilitati, tenentur etiam ſuſcipere tutelas.

2 Si tamen tutor pauper ſit, nec habeat vnde aliunde ſubminiſtrentur alimenta, tunc tenendum eſt. *Quod ei præſtanda ſint.* Ita Bart. *tract. de alim. num.* 51. Aret. *in §. Sed & propter. num.* 1. *Inſtit. de excuſat. tut.* Benincaſ. *tract. de Pauper. quæſ.* 7. *num.* 2. Alexand. *conſil.* 108. *num.* 8. *vol.* 1. Chriſtoph. Portius *in §. Dari autem. num.* 6. Inſtit. *Qui teſtam. tut. dari poſ* Caualcan. *tract. De tut. & curat. nu.* 309. Surdus *de alimen tit.* 1. *quæſt.* 47. *num.* 3. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 201. *num.* 1. In hoc enim caſu alimenta præſtita tutori redundant in vtilitatem pupilli, quia aliàs non poſſet tutor vacare tutelæ: quia oporteret, quod vacaret alimentis ſibi comparandis: vnde vtiliter geritur negocium pupilli. Nec turpè eſt, quod tutor percipiat alimenta ob officium, quod debet eſſe gratuitũ, quando recipit non ob lucrum, ſed ob neceſſitatem, & ad præſtandum ſe indemnem.

3 Quæ autem alimenta ei præſtanda ſint, petendum eſt ex communi doctrina de alimentis. Cum autem alimentorum nomine veniant omnia neceſſaria ad vitam ſubſtentandam; idcirco veniunt non ſolum, quæ neceſſaria ſunt pro victu, & veſtitu, ſed etiam pro habitatione pro medicinis, pro manutentione ſeruitii, & cœtera huiuſmodi iuxta *l. Verbo victus.* & *l. Quos nos. §. Viuere. ff.* De *verbor. ſignificat.* & *l.* 1. *§. Mulier. ff.* De *ven. in poſſeſ. mitten.* & obſeruant communiter Doctores Alciat. & Rebuf. *in dict. l. Quos nos.* Corneus *conſil.* 5. *nu.* 3. *lib.* 1. Roman. *Conſil.* 440. Alexan. *conſil.* 178. *num.* 7. *lib.* 6. Menoch. *De arbitr. caſu* 170. *num.* 27. Roland. *conſil.* 22. *nu.* 1.

Surd. *de alimen. tit. 4. quaſt. 1. & ſequen.* vbi latè. Rota coram Seraphino *deciſ.* 1092. *nu.* 4. & coram Merlino *deciſ.* 5. *num.* 6. Vnde quantum eſt ex hoc capite videntur hæc omnia tutori adminiſtranda pro alimentis.

4 Verum, quamuis hæc locum habeant, quando de iure alimenta ſubminiſtranda ſunt, in præſenti tamen caſu non videntur locum habere; quia tutori non ſunt de iure ſubminiſtranda alimenta, ſed tantum ratione paupertatis; quia ea aliunde petere nō poteſt, & ideo videntur tantum ſubminiſtranda, quantum exigit neceſsitas, vt poſsit vacare tutelæ. Subminiſtratio enim regulanda eſt iuxta expreſſam cauſam, ex qua dantur, cum ſecundū ipſam omnis actus regulandus ſit *l. Cum pater. §. Dulciſsimis. ff. De leg. 2.* & *l. Cum tale. §. Falſam. ff. De condit. & demonſtr.* & *l. Non dubium.* C. *De legib.* & notant Angel. *in l. Emptorem. §. Lucius. ff. De pact.* Natta *conſil. 456. num. 12.* Abbas *Conſil. 3. ver. Ad vigeſimam tertiam quaſt. lib. 2.* Bald. *conſil.* 312. *num. 2.* ver. *Tertio, vt cauſa.* Roman. *conſil. 503. num. 7.* Ancharan. *conſil. 254. num. 14.*

5 Quod præſertim verum eſt. Quia alimenta nō debent aliunde ſubminiſtrari, niſi ex cauſa paupertatis, & vt poſsit vacare tutelæ: vnde cum non habeant aliā cauſam, ob quam fiant debita, non poſsūt fieri debita in maiori quantitate, quàm ſit exigentia ſuæ vnicæ cauſæ, cum hęc transfundat in effectum ſuam limitationem *l. In agris. ff.* De *acquir. rer. dom.* & *l. Quod dictum. ff.* De *pactis.* & *l. Ex facto. §. Item quęro. ff. De vulg. & pupil. ſubſtit.* & Cap. *Eanoſcitur. De ſentent. excommunicat.* & notant Bald. *in l. 2. ff. De ſeru. export.* per illū tex. Socin. *in Cap. Cum Ordinem* ver. *Limitata cauſa. De præſcrip.* Mantica *deciſ.* 237. *num. 9.* Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa. par. 1. num. 147.* Cum ergo fiant debita ex cauſa paupertatis, non poſſunt fieri debita, niſi quantum exigit paupertas.

6 Et ex eo quoque confirmari poteſt, Quod quando tutori præſtatur ſalarium iuxta *l. A tutoribus. §. fin. ff. De adminiſ. & peric. tut.* vbi Gloſ. & Bar. Aret. *in §. Actio numer. 44.* Inſtit. *De action.* Guido Papa *quaſt. 68.* Ancharan. *quęſt. familiar. 61. nu. 7. lib. 2.* Menoch. *conſil. 228. nu. 1. & ſequen.* Càualean. *De tut. & curat. num.* 301. habetur ratio laborum, & non plus datur, quàm exigant labores, quibus ſalarium proportionari debet, *l. Seia. ff. De ann. leg.* & notant Bald. *in l. Binos. ff De aduocat. diuerſ. Iudic.* Roman. *conſil. 25. per totum* Surdus *conſil. 42. num.* 10. Rota corā Merlino *deciſ. 338. num. 4.* Cum ergo etiam præſtantur alimenta, quia aliunde ea non habent, non debent excedere exigentiam neceſsitatis.

An alimentarius poſſint cogere, vt ſibi ſubminiſtretur, vnde ſibi inſeruientem manutenere poſſit, ſi incidat in morbum. Quaſt. 58.

S V M M A.

1 *Alimentarius poteſt cogere, ſi infirmetur, vt ſibi inſeruiens alimentetur.*
In alimentis praſtandis attendenda eſt conditio perſona
2 *Alimentario debetur famulus, ſi eius conditio ipſum requirat.*
3 *In praſtatione alimentorum habetur ratio etiam infirmitatis.*
Sub alimentis veniunt etiam medicina.
4 *Alimenta trahunt etiam expenſas pro Medico.*
5 *Si alimentarius ſua culpa incidat in infirmitatem, an debeantur medicina &c.*
Cauſa finalis alimentorum

---

1 DIfficultas præcipuè locum habet, ſi alimentarius incidat in infirmitatem habitualem, ob quam continuò indigeat aliquo ſibi inſeruiente, & aliàs quando ſanus eſt, non debeatur ei famulus eo, quia eius conditio id non exigat. Et *affirmatiuè reſoluendum eſt.* Ita etiam Surdus *de alimen. tit. 9. quęſ. 39. num. 4.* Ratio eſt, Quia in alimentis pręſtandis attendenda eſt conditio perſonæ *l. Plenum. §. Equitij ff. De vſu, et habit.* & *l. Si quis filio exheredato. §. Irritum. ff. De iniuſ. rup. teſtam.* & *l. Sed ſi quid. §. Mancipiorum. ff.* De *vſu.* & Cap. *Solita. De maior. & obedie.*

& Cap.

& Cap. *Cum* De *beneficio de præben. in* 6. Cũ ergo alimentarius ſit talis conditionis ob infirmitatem, quæ ſuperuenit, vt non poſsit, ſine aliquo ſibi inſeruiente ſubſtentare vitam, ipſi ſubminiſtrandæ erunt expenſæ pro inſeruiente.

2 Confir. Si alimentarius ſit talis condicionis, vt non deceat, eum ſibi inſeruire, præſtanda ſunt ei alimenta etiam pro famulo iuxta *l. Habitatio. ff. De vent. in poſſeſ. mitten.* & *l. Tutor ſecundum dignitatem. init. ff.* De *adminiſ. tut.* & *l.* Si *cum dotem. §. Sin autem. ff.* Soluto *matrim.* & tradunt cõmuniter. Gloſ. *in §. fin.* verbo *Onera* Auth. *De non eligend. ſecun. nupt.* Bart. *ibid.* Alex. *in dict. l. Si maritus.* Imola *ibid.* Abbas *in Cap. Cum adeo* De *reſcript.* Aret. *conſil.* 17. *dub.* 5. Corduba *in l. Si quis à liberis. §. Sed ſi filius. num.* 49. *ff.* De *lib. agnoſcend.* vbi alios citat. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 20. *nu.* 14. ver. *Ex quibus etiam.* Roman. *conſil.* 189. *init.* Si ergo, quando conditio perſonę ſolũ ex decentia requirit famulum, præſtanda ſunt alimenta etiam pro ipſo, à fortiori erunt ſubminiſtranda pro inſeruiente, quando, non ex decentia, ſed ex neceſsitate ob infirmitatem requiritur.

3 Solum poteſt obiici. Quod alimenta debeantur ſecundum ſtatum ordinariũ perſonæ, non autem ſecundum ſtatum extraordinarium, quem inducit infirmitas. Verum hoc dici non poteſt. Quia in præſtatione alimentorum habetur ratio etiam ſtatus infirmitatis, & proinde ſub alimentis comprehenduntur etiam Medicinæ. *l. Quos nos. §. Verbum viuere. ff. De verbor. ſignificat.* & *l. Victus. eod Tit.* & notãt Alciat. & Rebuf. *in dict. S. Verbum viuere.* Bart. *in l. Legatis. ff.* De *alimen. & cibar. leg.* Speculator. *Tit. Qui fil ſint legit. §.* 1. *n.* 38. Corneus *conſil.* 286. *ver. Et eſt aduertendum, vol.* 3. Surd. alios citans. *De aliment. tit.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 1. Rota coram Merlino *deciſ.* 5. *num.* 8. Quia medicinæ ſunt neceſſariæ pro ſubſtentatione vitæ.

4 Imo etiam debentur expenſæ pro medico, quia non minus eſt neceſſarius, quàm medicinæ, cum ſine medico non poſsint adhiberi medicinæ, vt notant Angel. *in l. Cum hi. §. Qui tranſigit. ff.* De *tranſact.* Iaſ. *ibid.* Caſtrenſ. *num.* 3. Rolan. *conſil.* 22. *num.* 3. *vol.* 1. Tiraquel. *De nobilit. cap.* 31. *num.* 395. alios citans. Corduba *in l. Si quis à liberis. §. Non tantum. num.* 29. *ff.* De *lib. agnoſcen.* Vnde cum in alimentis præſtandis ſit habenda ratio etiam ſtatus infirmitatis, erit præſtandum quicquid erit neceſſarium intuitu infirmitatis, & proinde etiam alimenta pro inſeruiente infirmo.

5 Et quæ dicta ſunt, locum habent, quamuis alimentarius ſua culpa inciderit in infirmitatem. Quamuis Caſtrenſ. *in l. Peculium. §. Sed ſi ipſe. ff.* De *pecul.* oppoſitũ ſentiat; eius tamen opinio ſolum poteſt habere locum, quando culpa eſſet directè ordinata ad contrahendam infirmitatem; ſecus autem, quãdo præter intentionem delinquentis cauſaret infirmitatem. Vix tamen fieri poteſt, quod quis intendat infirmari, & ponat cauſam ad infirmitatem contrahendam. Vt plurimum enim infirmitates cõtrahuntur ex aliqua cauſa culpabili, & ideo non attenditur, quando agitur de obligatione præſtandi alimenta, quia cum ſint pro ſubſtentatione vitę neceſſaria, & finis ipſorum ſit ſubſtentare vitam alimentarii, qui ſemper illa exigit, non cenſentur fieri indebita quò ad omnia neceſſaria ſtante culpa alimentarij, quia adhuc durat cauſa finalis ipſorum, & culpa ſolum poſſet eſſe cauſa impulſiua nõ præſtandi, quæ nõ poteſt præualere contra finalem. Et ideo ita docent Gloſ. *in Cap. Statutum. §. Cum vero. De reſcrip. in* 6. Geminian. *ibid.* Alexander *in l. Quamuis. col.* 2. *ff.* Soluto *matrim.* Corneus *conſil.* 108. *col. penul. vol.* 1. Felin. *in Cap. Si quis teſtium. in fine.* De *teſtib.* Quos citat, & ſequitur Surd. *de alim. tit.* 4. *quęſt.* 5. *n.* 16.

An expenſa pro lite reficienda includant damnum paſſum à Victore in lite, Quæſt. 59.

S V M M A.

1 *Litis expenſa reficienda à ſuccumbente.*
2 *Damna, quæ victor paſſus eſt ex cauſa litis, an reficienda à ſuccumbente.*

3 Re-

3 *Refectio expenſarum litis cur neceſſaria.*
4 *Expenſa litis quando non reficiantur.*
Quando non reficiuntur expenſa litis, nec etiã reficiuntur damna ex cauſa litis.

1 EXpenſas litis eſſe reficiendas ab eo, qui ſuccumbit, eſt extra cõtrouerſiam iuxta *l. Properandum.* §. *Siue autem.* C. De *iudic.* & *l.* 3. C. De *fruc.* & *lit. expen.* & obſeruant communiter Doctores Bald. *in Authen. Hodie.* §. *Cautione. num.* 5. C. De *appellat.* Angel. *in dict. l. Properandum.* §. *Sin autem* C. De *iudic.* Theſaur. *deciſ.* 67. *num.* 1. Rota *in Lunenſi Sarzanenſi expenſarum* 28. *Maii* 1627. coram Coecino, & coram Durano *deciſ.* 382. *n.* 1. & *deciſ.* 420. *num.* 1. & coram Caſſadoro *deciſ.* 13. *de Reſcrip.* & coram Puteo *deciſ.* 246. *lib.* 2. & coram Caualero *deciſ.* 191. *num.* 2. & coram Merlino *deciſ.* 296. *nu.* 1. Quo ſtante intrat difficultas, an ſub his expenſis contineantur damna, quæ victor ex lite paſſus eſt, vt proinde ſuccumbens teneatur ea reſarcire.

2 Dicendum eſt. *Succumbentem in lite teneri reſarcire damna, quæ victor paſſus eſt ex cauſa litis*, vt ſunt damna, quæ paſſus eſt artifex, quia non potuit arti vacare. Ita Gloſ. *in l. Si procurator. ff.* Rem *ratam haberi* Caſtrenſ. *ibid.* Bart. *ibid. in fine.* Alexan. item *ibid.* Butr. *in cap. Finem litibus. n.* 25. *De dolo, & contum.* Speculat. *tit.* De *expenſ.* §. *fin.* ver. *Quod ſi victor artifex.* Io. Andr. *ibid.* Iaſ. *in l. Properandum.* §. *Sin autem alterutra, num.* 14. C. De *iudic.* Myſinger. *obſeruat.* 2. *Centur.* 1. Aſinius *in praxi* §. 32. *cap.* 2. *limit.* 19.

3 Ratio eſt. Quia refectio expenſarũ non eſt neceſſaria pro introducenda iuſtitia, & reddendo vnicuique quod ſuum eſt: nam per ſententiam redditur ius parti, & introducitur ęqualitas quò ad negociũ principale; vnde pars, quæ victoriam litis reportauit, quamuis quò ad principale acquirat, quod ſuum eſt, remanet tamen damnificata, & cum inæqualitate ratione expenſarum, & proinde ius ſtatuit ad introducendam æqualitatem, & reddendũ vnicuique, quod ſuum eſt, quod reficiantur expenſæ, quod ſatis indicat dicta *l. Properandum illo* §. *Siuè autem* C. *De iudic.* ibi. *Et reddere eam parti læſæ coarctabuntur.* Si igitur pars eſt læſa ob expenſas factas, & proinde reficiendæ ſunt, erunt etiam reficienda damna, quæ paſſa eſt ob cauſam litis, quia ſimiliter ratione ipſorum læſa eſt, & eſt quid minus habens, quàm aliàs haberet, ſi litis moleſtias non ſuſtinuiſſet.

4 Eſt tamen aduertendum. Quod, quando ſuccumbens in lite excuſatur ab expenſis, qualis eſt perſona honeſta, & ſpectatæ fidei iuxta ea, quę tradunt Hoſtien. *in Cap. Finẽ litibus. circa fin.* De *dolo, & contum.* Alexan. *in l. Properandum* §. *Sin autem* C. De *iudic.* Iaſ. *in Authen. Iubemus.* C. De *iudic.* Io. Lupus *in Repet. cap. Per veſtras.* §. 7. *num.* De *donat inter vir. & uxor.* Cotta *in Memorabil. verbo,* Legalitas, Socin. Regul. 139. *Fall. nt.* 3. Felin. *in cap. Super his. in fine.* De *accuſat.* Aſinius *in praxi.* §. 32. *cap.* 2. *limit.* 13. Lancel. Corad. *in pract.* De *offic. prætor. cap.* 9. §. 3. *De offic. prætor. in cau. crimin. limit.* 4. Seraphin. *De priuileg. iuram. priuileg.* 13. *num.* 38. In eodem caſu quoque non erit condemnandus ſuccumbens ad reſarcienda dãna victoris ex cauſa litis. Nam hæc damna ſunt veluti pars expenſarum, cũ ſint pars illius læſionis, quam lis intulit, & ideo eodem iure cenſenda ſunt cum expenſis. Hoc tamen valet ex præſumptione in foro externo nam in conſcientia teneretur, ſi putaſſet, ſe non habere iuſtam cauſam litigandi.

An ſit locus ſubſtitutioni, ſi Eccleſia hæres non impleat onus impoſitum ex negligentia Prælati. Quæſt. 60.

SVMMA.

1 *Subſtitutio non habet locum, etiã ſi ex negligentia Prælati non impleatur onus annexum hæreditati.*
2 *Negligentia Prælati non poteſt præiudicare Eccleſiæ.*
3 *Si Prælatus agnoſcat factum eſſe locum ſubſtitutioni ex proprio facto, adhuc Eccleſia eſt manutenenda.*
4 *Prælatus poteſt nomine Eccleſiæ venire contra proprium factum eidem nociuum.*

Fuit

1 FVit quædam Eccleſia hęres inſtituta cum onere exponendi Sacroſanctam Euchariſtiam cum certa ſolemnitate ſemel ſingulis menſibus pro ſuffragio defunctorum, cum pacto reſolutiuo, quod caderet ab hæreditate, ſi non impleret dictum onus, et eidem hæreditati cum præfato onere ſubſtituta fuit alia Eccleſia. Vnde, cum ex negligentia Prælati ſolius, non concurrente Capitulo, non fuerit onus impoſitum impletum per aliquod tempus, dubitatum fuit, an locus eſſet ſubſtitutioni ratione pacti reſolutiui appoſiti in teſtamento. Et *negatiuè reſoluendum videtur*, pręſertim ſi reaſſumpta ſit adimpletio oneris intermiſſi.

2 Ratio eſt. Quia ſumus in caſu negligentię Prælati; factum autem Pręlati non poteſt Eccleſiæ præiudicare Ita per *l. Si quis in tantam.C. Vnde vi.* Gloſ. *in cap.2. De dolo, & contum.* & Gloſ. *ciuil.in dic.l.Si quis in tantum.* Cardin. *in cap.fin.* De *donat.* Abbas *in Cap.Verum.* De *donat.* Ripa *in Cap.Sepe num.95, De donat.* Ruin. *conſil.22.nu.2. lib.2.* Capel. Tholoſana *queſt. 487. in fine.* Riminal. *conſil.* 428. *num.*30. *lib.*3. Plot. *in l. Si quando num. 71.C.Vnde vi.* Socin. Sen. *in l.Rem, quę nobis. num.9. ff.* De acquir *poſſeſ.* Menoch. *De recuperan. poſſeſ.remed.* 15. *num.*101. Rota cum ibi cumulatis *in Hiſpalenſis decimarum 27. Iunii* 1644. *S. Secundo quia.* coram eminentiſs. Corrado, & *in Toletana decimarum* 15. *Iunii* 1648. *§. Præſertim* coram Celſo, & coram Eminentiſs. Otthobono *dec.*185. *num.*5. Quando enim ſumus in ijs, in quibus Pręlatus non habet ius ſeorſim à Capitulo, factum. ipſius reputatur tanquam factum priuatæ perſonæ, & proinde non ſubſtinet in ipſo iura Eccleſiæ, & conſequenter non poteſt ipſi præiudicare.

3 Imo quáuis Prælatus admiſerit, locum eſſe ſubſtitioni, & cœperit agere de conuentione cum ſubſtituto, non potuit præiudicare Eccleſię, quę manutenēda eſt in ſua poſſeſſione iuxta ea, quæ tradunt Bar. *in l.Si vir.vxor. numer.3. ff.* De acquir. *poſſeſ.* Rota coram Veral. *deciſ.* 182. *n.8. par.2. &* coram Seraph. *deciſ.* 1417. *n.*3. et *in Theatina iuriſdict. S. Io. 10. Martii* 1621. coram Coccino. Quia omnes iſti actus Prælati ſunt nulli, nec in aliquo præiudicare poteſt Eccleſiæ.

4 Imo hoc non obſtante non ſolum Capitulum, ſed etiam ipſe Prælatus nomine Eccleſiæ poterit contra proprium factū iuta Eccleſiæ eiuſdem vindicare, et conſeruare, et proinde illa defendere contra Eccleſiam ſubſtitutam iuxta Cap. *Litteras.* De *dilat.* et notant Abbas *ibid.num.*3. Rota coram Veral. *deciſ.*170. *num.*9. *par.*3. et coram Seraphin. *deciſ.*1417. *num.*3. et coram Merlino *deciſ.*637. *numer.*17. et *in Colimbrienſi Præſtimonior.* 20. *Decemb.* 1631. et 18. *Iunii* 1632. coram Dunozetto et *in eadem* 27. *Iunii* 1630. coram Coccino: Nam tanquam ſubſtinens iura Eccleſiæ poteſt proprium factum tanquam priuatæ perſonę impugnare, et tanquam non geſtum nomine Eccleſiæ.

An bannitus cum confiſcatione omnium bonorum recuperet penſionem, ſi pleniſſimè reſtituatur à Summo Pontifice. Queſt. 61.

S V M M A.

1 *Reſtitutus à Principe non recuperat bona alienata.*
Nec penſionem.
Confiſcatio bonis penſio conſolidatur beneficijs.
2 *Reſtitutus pleniſſimè recuperat bona alienata.*
Reſtitutio pleniſſima adaquat iudicis ſententiam.
3 *Reſtitutus à Principe laico non recuperat penſionem.*
Princeps laicus nihil poteſt circa ſpiritualia.
4 *Reſtitutus à Papa pleniſſimè quando non recuperet penſionem.*
5 *Reſtitutio pleniſſima Papa quando reſtituat penſionem.*
6 *Reſtitutus &c. non recuperat penſiones decurſas.*
Quando legatum annuum alimentorum non ſit reſtituendum.
4 *Pontifex quando reſtituendo præſumatur vti ſola poteſtate ciuili.*
Reſtitutio tendit ad abolendam ſententiam.

Se-

1 SEquuta confiſcatione omnium bonorum, ſi ſuccedat reſtitutio ex gratia Principis, etiam ad bona, non recuperari bona alienata tradunt Bart. *in l. fin. num.* 8. ver. *Si verò erant.* C. De *ſentent. paſ. & reſtit.* & *in l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. num.* 12. *ff.* De *liber. & poſth.* Iaſ. *ibid. num.* 63. *in* 1. *lect.* & *num.* 25. *in* 2. *lect.* Galliaula. *num.* 58. Emmanuel Coſta §. 2. *num.* 42. Calcan. *conſil.* 36. *n.* 29. Dec. *in Cap. fin.* ver *Et ampliatur iſta.* De *conſtit.* Natta *conſil.* 470. *nu.* 20. *lib.* 3. Barbatia *conſil.* 43. ver. *Aut illa bona. lib.* 2. Beroius *conſil.* 6. *nu.* 16. *lib.* 3. Boer. *quæſt.* 65. *num.* 3. Paris. *conſil.* 69. *num.* 165. *lib.* 3. Neuizan. *conſil.* 68. *n.* 47. Alciat. *reſp.* 169. *numer.* 15. Rolan. *conſil.* 45. *num.* 27. Felin. *in Cap. Interquattuor. nu.* 6. ver. *Et dixit. De maior. & obedien.* Farinac. *in Praxi quæſt.* 6. *numer.* 32. & 39. Peregrin. *De iure fiſci alios cumulans lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 22. Vnde ſtante huiuſmodi, reſtitutione reſtitutus nō recuperabit penſionē, quia, cū per cōfiſcationem omniū bonorum veluti alienetur penſio, & eius fructus conſolidentur beneficio iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in Cap. Quicunque §. Hæretici* verbo. *Beneficium. De hæret. in* 6. Gemīn. *ibid. nu.* 2. ver. *Nota benè.* Abbas *in Cap. Ad audient.* 2. *nu.* 2. ver. *Dicerem tamen* De *reſcrip.* Felin. *ibid. init.* Caccialup. De *penſion. quæſ.* 391. Rota *in Conchenſi. penſionis,* 16. *Martij.* 1598. coram Peregrino. Comparatur bonis alienatis, ad quæ non ſe extendit reſtitutio.

2 Quando *tamen reſtitutio eſt pleniſſima, tunc reſtituit etiam ad bona in alium alienata, quę proinde recuperantur* iuxta ea, quæ tradunt Felin. *in Cap. Inter quattuor. nu.* 6. *De maior. & obedien.* Claud. Aquenſ. *in l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. numer.* 31. ver. *Hanc tamen. ff.* De *liber. & poſth.* Pariſ. *conſil.* 1. *num.* 29. 37. & 51. *lib.* 1. Roland. *conſil.* 45. *num.* 21. *lib.* 4. Laderchius *conſil.* 94. *num.* 4. Fachin. *conſil.* 15. *num.* 33. & 37. *lib.* 1. Oddus *de reſtit. in integ. quæſt.* 99. *ar.* 12. *num.* 108. Farinac. *in Praxi. quæſt.* 6. *nu.* 38. Maſtril. *ad Indult. generale cap.* 22. *nu.* 45. Peregrin. *De iure fiſci lib.* 5. *tit.* 2. *nu.* 55. Rota coram Seraphin. *deciſ.* 998. *num.* 9. & coram Merlino *deciſ.* 125. *num.* 2. & in *Vrbeuetana hæreditatis* 3. *April.* 1620. coram Manzanedo. Neque enim eſſet pleniſsima, ſi remaneret aliquid, ad quod non ſe extenderet, aut ſi nō reſtitueret tantū, quantum iudicis ſententia abſtulit *l. fin. §. fin.* C. De *ſentent. paſ.* vbi Bart. & cœteri Doctores.

3 Hinc tamen non ſtatim fit, quod reſtitutus recuperet penſionem, Quia ſi reſtitutio proueniat à Principe laico, non erit ſufficiens ad reſtituendā penſionem amiſſam. Cum enim fructus, quos importat penſio ſint conſolidati beneficio, eò quod penſio, remaneat extincta nō ſecus, ac in morte naturali, debent de nouo veluti ſeparari à beneficio, circa quod nihil poteſt poteſtas laicalis, quia non poteſt ſe intromittere circa ſpiritualia qualis eſt ſeparatio fructuū à beneficio, ſeu reſtitutio penſionis, Cap. 1. *Cum ſequent.* 10. *Quæſt.* 1. & Cap. *Decernimus.* 2. De *iudic.* & Cap. *Oſius.* & Cap. *Maſſana.* De *elect.* & Cap. *Cauſam. De præſcript.* & notant Abbas *in Cap. Quærelam. numer.* 9. De *elect.* Rota coram Seraphino *deciſ.* 1381. *num* 5. & corā Pennia *deciſ.* 905. *num.* 3. & *in Toletan iuris nominandi. die* 28. *Ianuarij* 1583.

4 Ex quo infertur, quod ſi reſtitutio fiat etiam à Papa pro aliquo ſibi ſubiecto in temporalibus, non tanquam à Papa, ſed tanquam à Principe laico habente iuriſdictionem temporalem in terras ſubiectas Eccleſiæ, nō ſe extendet ad reſtituendam penſionem, quia tanquam fundata in poteſtate ciuili, etiam ſi ſit pleniſsima, non excedet limites poteſtatis ciuilis iuxta Cap. *Cum ad verum. Diſt.* 90. vbi vſus poteſtatis, & legum ciuilium habet locum tantum in temporalibus. Et ſicut ciuilis poteſtas eſt coarctata ad terras ſubiectas Eccleſiæ in temporalibus, ita etiam eſt coarctata ad res temporales, & ciuiles nō ſecus, ac poteſtas laicalis.

5 Si autem pleniſsima ſit reſtitutio, & ſit à Papa, non præcisè tanquam domino temporali, ſed vt Papa exercente etiam iuriſdictionem ſpiritualem, reſtituet etiam ad penſionem, quia aliàs reſtitutio non ſortiretur pleniſsimū effectū, quæ proinde ſe extendit etiam ad tranſlata in alium iuxta ea, quę dicta ſunt *num.* 2, Nec obſtat quod ſit ius acquiſitum tertio, quia quādo

quis

quis priuatur bonis ex confiſcatione, in quemcũque transferantur, & quocũque modo tranſeãt ſub tacita cõditione reſtitutionis in euentum, quod is, cui confiſcatá sũt, pleniſsimè reſtituatur in priſtinũ ſtatum. Cum enim ſit in poteſtate principis reſtituere pleniſsimè ad priſtinum ſtatum; & hęc poteſtas non rarò reducatur ad actum, bona confiſcata remanent ſubiecta huic poteſtati, & cum hác ſubiectione tranſeunt in quemcunque poſſeſſorẽ. Et ideo, ſi cogatur reſtituere, non priuatur iure acquiſito, ſed eueniente conditione, ſub qua erant reſtituenda, obligatur poſſeſſor ad reſtitutionem.

6 Eſt tamen aduertendum. Quod hęc reſtitutio non habet locum quò ad penſiones decurſas, ſed tantum quò ad currendas à die reſtitutionis. Quia penſio eſt annua, & proinde tot ſunt penſiones, quot ſunt anni; imitatur enim in hoc legatum annuum, quod non eſt vnum, ſed multiplex iuxta annorum numerum *l. Cũ in annos. ff. De annuis legat.* Et ideo ſicuti legatum annuum eſt affixum ſingulis annis, & fit debitum iuxta eorumdem curſus; ita ſi aliquo anno non fuit debitum, vel ex in capacitate legatarij, vel quia non habeat locum opus, in quod impendi debet, vel ex quocunque alio capite, non poteſt amplius peti, vt de legato alimentorum obſeruat Surd. *de aliment. tit. 9. queſt. 33. num. 11. circa fin.* Et ideo hoc ipſum quoque ſeruãdum eſt in penſione, vt reſtitutio non habeat locũ, quo ad penſiones decurſas, quia tanquam diſtinctæ à ſubſequentibus non trahuntur ab ipſis, atque adeo reſtitutio ad ſubſequentes, non trahit ſecum decurſas.

7 Verum dubium remanet, quando cenſendum ſit, Pontificem vſum fuiſſe poteſtate ciuili, an etiam miſcuiſſe poteſtatẽ ſpiritualem, ita vt voluerit etiam reſtituere ad penſionem. Habet autem locum hæc difficultas ſuppoſito, quod in reſtitutione non fiat ſpecialis mentio de penſione, aut quod Pontifex non explicet, ſe vti poteſtate eccleſiaſtica. In quo caſu exiſtimo reſpiciẽdum eſſe ad ſententiam, à qua emanauit confiſcatio bonorum. Quia ſi ſententia fundetur tantum in poteſtate laica, ſeu ciuili, dum Pontifex reſtituit ad priſtinũ ſtatum, cenſetur tantum vti poteſtate ciuili. Secus autem, ſi emanet à ſententia fundata in poteſtate eccleſiaſtica, Quod ex eo deducitur, quia reſtitutio tendit ad tollendos effectus ſententiæ, & veluti ad eam abolendam tanquam ſi non emanaſſet iuxta *l. fin. §. fin. C. De ſent. paſ.* vbi etiam Doctores, Rota coram Merlino *deciſ. 125. nu. 45.* Vnde fit, quod Pontifex vtatur illa poteſtate ſuprema, cui ſubijcitur poteſtas iudicis, qui ſententiam tulit; poteſtas enim reſtituendi in integrum eſt poteſtas ſibi ſubordinans directè ipſam ſententiam, & poteſtatem, à qua proceſſit. Cum ergo Pontifex non ſubordinet ſibi poteſtatẽ laicalem, ſeu ciuilem iudicis per poteſtatem ſpiritualem Eccleſiaſticã, ſed per poteſtatem ciuilem, hac tantum in reſtitutione vtetur, quando ſententia emanauit à poteſtate ciuili: vtetur verò eccleſiaſtica, quando emanauit à poteſtate eccleſiaſtica.

An ſequuta confiſcatione bonorum ex cauſa hæreſis debeantur alimenta. Qu. 62.

S V M M A

1 *Ob crimen hæreſis bona ſunt ipſo iure confiſcata.*
2 *Alimenta debentur ei, cui ob hæreſim confiſcata ſunt bona*
3 *Damnatus ad metalla recipit alimenta.*
Quiſque habet ius à natura ad alimenta.
4 *Eccleſia confiſcando bona non intendit priuare alimentis.*
5 *Filij hæreticorum debentur alimenta.*
Ius alimentorum cedi non poteſt.
6 *Damnatus ob hæreſim eſt capax legati alimentorum.*
Seruus obtinere poteſt legatum alimentorum.

1 OB crimen hæreſis remanẽt bona ipſo iure confiſcata per Cap. *Cum ſecundum leges. De hæreticis in 6.* licet, non poſſint per Dominos temporales apprehendi, niſi ſequuta legitima ſententia per iudicem eccleſiaſticum ſuper crimine hæreſis, vt decernitur in *eod. Cap.* Vnde dubium oritur, an ſtante gene-

generali confiſcatione bonorum debeantur alimenta.

2. Et reſoluendum videtur, *Quod non obſtante tali confiſcatione debeantur alimenta à Fiſco apprehendente bona confiſcata*. Ita in his terminis Burſat. *conſil.* 14. *nu.* 28. Et generaliter loquentes de confiſcatione omnium bonorum Speculat. *Tit. de exequut.* §. *Sequitur. num.* 115. *circa fin.* Alber. *De ſtat. par.* 3. *quæſtio* 11. Nellus *de Bannitis in* 1. *par. ſecun. temp. quæſt.* 36. *num.* 36. Salicet. *in l. Si redemptis*. C. De *ſentent. paſ.* Bald. *in l. Corruptionem. num.* 7. C. De *vſufr.* Boſſius *tit. de bonor. publicat. num.* 72. Gigas *de crimine lęſę maieſt. Tit. de pœn. com̃it. crim. quę ſt.* 9. *nu.* 5. Corduba *in l. Si quos à liberis.* §. *Sed vtrũ nu.* 6. *ff.* De *lib. agnoſcen.* Clarus *in Pract. quæſt.* 78. *num.* 23.

3. Fundatur hæc ſententia in *l. Is cui annua. ff. De alimen. & cibar. leg.* vbi de damnato ad metalla dicit. Paulus Iuriſconſul. *Reſpondi, eum & præcedentium annorum rectè cœpiſſe alimenta, & ſequentium ei deberi*, vbi Gloſ. *verbo. Prǽcedentium*, & allegat. *tex. l. Si in metallum. ff.* De *ijs, quæ pro non ſcrip. habent*, quòd ſcilicet etiam in pœna manentibus relinqui poſſint alimenta. Et ratio eſt. Quà neque leges, neque ſententiæ poſſunt priuare hominem ijs, quæ de iure naturali ipſi competunt, quia poteſtas humana, in qua fundantur leges, & ſententiæ, non poteſt tollere, quę ſunt iuris naturalis. Alimenta autem ſunt debita de iure naturali, cum ſine ipſis vita ſubſtentari non poſſit; ad quam ſubſtentandã ſicut quiſque de iure naturali tenetur, ita etiam ex iure naturali habet ius ad omnia, quę ſunt neceſſaria pro illius ſubſtentatione. Et hoc pręſertim locum habet de iure canonico, quod cum maximè ęquitatem foueat, debet hoc ius naturale manutenere tanquam æquiſſimum.

4. Accedit etiam, quod confiſcatio bonorum quò ad hæreticos prouenit ex iure Canonico, atque adeo fundatur in poteſtate Eccleſiaſtica, quæ non ſe extendit ad adimendam alicui vitam, ſi quidem pro delictis, quæ morte punienda ſunt, aut tradit Curię ſæculari, aut, vt in terris Eccleſiæ vtitur poteſtate ſæculari. Ergo neque ſe extendit ad adimenda alicui alimenta tanquam debita naturæ pro vita ſubſtentanda; ita vt dum relinquit vitam, relinquat etiam ius in natura fund itum ad ipſa exigenda. Ergo quando imponit pœnam confiſcationis bonorum omnium, non intendit ſubtrahere etiam alimenta, ſed imo illa relinquere. Vnde quando in curia ſæculari mandatur exequutioni confiſcatio, debent relinqui alimenta, non ſolum tanquam debita de iure naturæ, ſed etiam ex intentione Eccleſię.

5. Ex quibus deducitur, quod filij quoque hæretici, cui bona confiſcantur, retinent ius ad alimenta; hoc enim ius eſt datum à natura, & eſt inſeparabile à vita hominis, vt notant in *l. Cum Titio ff.* Ad *leg. Falcid.* Sard. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 22. *num.* 13. vt proinde neque voluntariè cedi poſſit tanquam inhærens perſonæ in fauorem naturę. Et ideo ius habent ea petendi ex bonis paternis tanquam aliàs obligatis pro alimentis filiorum, & Fiſcus ea apprehendens tenetur ſubminiſtrare.

6. Secundo infertur. Quod hæreticus, cui bona confiſcata ſunt, erit capax legati alimentorum. Quia cum retineat ius ad alimenta, retinet etiam ius ad ea acquirenda. Quia etiam aliàs incapaces acquirendi, poſſunt acquirere alimẽta, & ijs debetur legatum alimentorum; vt loquentes de ſeruo tradunt Gloſ. *in* §. *Item vobis. ver. Nihil ſuum.* Inſtit. *Per quas perſ. nob. acquir.* Bald. *in l. Id; quod pauper. num.* 27. C. De *Epiſcop. & Cler.* Cuman. *conſil.* 30. *num.* 3. Caſtren. *in l. Seruo alieno* §. 1. *ff.* De *leg.* 1. Bart. Alber. & cœteri *ibid.* Iaſ. *in l. Si victum num.* 6. *ff.* De *re iud.* Ripa *in l.* 1. *nu.* 47. *ff.* De *leg.* 1. & alij.

An

An legatum relictum Eccleſiæ ſub onere celebrandi feſtum alicuius Sancti, reſoluatur, onere non impleto. Quæſt. 63.

S V M M A.

1 *Legatum factum Eccleſiæ reſoluitur non impleto onere, ſi adſit pactum reſolutiuum.*
Pactum, quòd non implente Eccleſia onus poſſint donata capi propria auctoritate, valet.
Pactum reſolutiuum facit, quod donatum non tranſeat abſolutè in donatarium.
2 *Legatum factum Eccleſiæ non impleto onere non reſoluitur ſecluſo pacto reſolutiuo.*
Modus, qui non continet cauſam finalem, non eſt reſolutiuus.
3 *In relictis Eccleſiæ modus non continet cauſam finalem, ſed impulſiuam.*
4 *Cauſa finalis in relictis, & donatis Eccleſiæ eſt pietas, & obſequium Dei.*

1 Quia dupliciter poteſt onus apponi legato, vel cum pacto reſolutiuo, vel abſque tali pacto. Si primo modo apponatur, ita vt legans declaret, quod nō adimpleto onere reſoluatur legatū, & habeatur pro nō relicto, reſoluetur legatum, & repeti poterit ab iis, ad quos pertinet: potuit enim teſtator apponere legato, quam voluit, conditionem iuxta *l. In traditionibus. C. De pact.* Et proinde valet pactum, quod non implente Eccleſia modum, liceat propria auctoritate capere bona donata, vt tradunt per illum tex. Io. Andr. *in cap. Verum. De condit. appoſ.* Hoſtienſ. & cœteri Doctores *ibid.* In hoc enim caſu legatum, cum habeat annexum pactum reſolutiuum, ſe habet non tanquam relictum abſolutè, ſed ad tempus indeterminatum, determinandum tamen per omiſſionem oneris iniuncti iuxta ea, quæ tradunt Bald. *conſil. 300. dub. 2. vol. 1.* Ruin. *conſil. 27. in fine.* Cardin. *in dict. cap. Verum. De foro compet.* Tiraquel. alios citans *De retrac. conuen. in fine. num. 14.*

2. Si verò non adſit pactum reſolutiuum. Tenendum eſt, *Quod non reſoluatur legatum non adimpleto onere.* Hoc deducitur ex eo, quia quando modus, ſub quo fit donatio, aut relinquitur legatum, non continet cauſam finalem, ſed impulſiuam, eo non impleto non habet locum reſolutio, vt tradunt Bald. *conſil. 219. ver. Præterea etiam. vol. 3.* Bald. Nouel. *tract. de dote par. 6. priuileg 50. & in l. 1. nu. 351. ff. Soluto matrim.* Corſet. *in Singularib.* verbo, *Contractus.* Socin. *conſil. 53. num. 5. ver. Conſtem. vol. 1.* & faciunt *l. 17. §. fin. ff. De condit. & demonſt.* & *l. 1. C. de his, quæ ſub modo.* Et ratio eſt, quia ſicut cauſa finalis eſt illa, quæ inducit ad donandum, aut legandum cauſando determinationem voluntatis; ita etiam, quandiu durat, manutenet voluntatem in eadem determinatione, & conſeruat effectum inde prouenientem. Si ergo modus non contineat cauſam finalem, non facit reſolui donationem, aut legatum, tum quia intantum facit reſolui, in quantum continet cauſam finalem. Tum quia corruente modo remanet cauſa finalis, quæ manutenet diſpoſitionem, ſicut manutenet modus, quando eſt cauſa finalis.

3. Onus autem, quod adiicitur legato relicto Eccleſiæ, licet ſit modus, ſub quo eſt relictum, non tamen continet cauſam finalem, ſed impulſiuam, quia fauore Eccleſiæ in iis, quæ ipſi donantur modus præſumitur cauſa impulſiua, vt conſtat ex Cap. *Verum. De conditionib. appoſit.* ibi. *Cum alicui Eccleſiæ poſſeſſio quolibet interpoſita conditione donatur, à donatore donum poſtea reuocari non poteſt. Niſi forte tali ſit conditione collatum, quod ea ceſſant debeat reuocari,* Tunc enim adeſt pactum reſolutiuum, vt dictum eſt, *num. 1.* & tradunt Gloſ. Card. n. Abbas. Præpoſit. & alii *ibid.* Socin. *in l. Quibus diebus. §. Termiliut. ff. De condit. & demon.* Caſtrenſ. *in l. 1. col. 2. ff. De donat.* Ripa *in l. fin. quæſt. 52. nu. 173. C. De reuocan. donat.* Couaruu. alios citans *lib. 1. Variar. cap. 14. num. 6.*

4. Et ratio eſt. Quia quæ relinquuntur, aut donantur Eccleſiæ, relinquuntur, aut donantur Deo intuitu pietatis, & religionis, & ideo habēt pro fine obſequium Dei ordinatum ad ſalutem animæ, & pietatem iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. 2.*

final. ff. [illegible] Imola, & Roman *ibid.* Sallicet. [illegible] *Generaliter* [illegible] *ſin. vers. aut ad validitatem C. De Epiſc. & Cler.* Brun. *conſil.* 23 [illegible] *num.* [illegible] Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſ. limit.* [illegible] 41. Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 542. *num.* [illegible] & ideo ceſſante quocumque alio, ſubſiſtit ſemper cauſa finalis, quæ proinde facit ſemper ſubſiſtere legatum, ſeu donationem.

An canonicus diſpenſatus ſuper reſidentia cenſeatur diſpenſatus etiam ſuper ſeruitio ſacerdotali perſonali in ordine ad percipiendas diſtributiones. Quæſt. 64.

S V M M A.

1 *Quando concurrunt plura impedimenta requiruntur plures diſpenſationes.*
2 *Diſpenſatus ſuper reſidentia percipit diſtributiones, licet obſtet ſtatutum requirens ſeruitium ſacerdotale.*
Diſpenſatio extenditur ad annexa, & dependentia.
3 *Diſpenſatio ſuper reſidentia eſt etiam ſuper ſeruitio exhibendo Eccleſiæ.*
4 *Sublato uno impedimento, & defectu tollitur etiam connexum.*
Connexa reputantur pro uno, & eodem.
5 *Derogationes tollunt quicquid impedire poteſt effectum gratiæ.*
6 *Etiam ſi contineant tantum clauſulas generales.*

1 PRocedit quæſtio ex ſuppoſitione ſtatuti ſpecialis Eccleſiæ Cathedralis, quod Canonicus non inſeruiens Eccleſiæ in ordine ſacerdotali, non poſſit percipere quotidianas diſtributiones, etiam ſi aliàs ipſi concederetur per Bullas Apoſtolicas. Ex quo oritur difficultas, an ſi canonicus obtineat diſpenſationem à ſummo Pontifice ſuper reſidentia, cenſeatur etiam diſpenſatus à ſeruitio in ordine ſacerdotali requiſito per dictum ſtatutum. Et omiſſa difficultate circa validitatem ſtatuti, ſuppoſito, quod non ſit confirmatum à Sede Apoſtolica;

negatiuè videtur reſoluendum, quia concurrunt duo impedimenta quo ad perceptionem quotidianarum diſtributionum. Vnum de iure communi, quia abſentes, ſi quidem ſoli inſeruientes eas percipere poſſunt. & aliud de iure ſpeciali, nempe non ſeruire in ſeruitio ſacerdotali. Quando autem concurrunt plura impedimenta, requiruntur plures diſpenſationes, vt tradunt Geminian. *conſil.* 33. Surd. *conſil.* 244. *num.* 4. Gonzalez alios referens *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* [illegible] 92. Rota *in Terulen. penſionis* [illegible] *Iunij* 1597. coram Penula, & *in Romana* [illegible] 6. *Iunij* 1602. coram Buratto, & coram Ludouiſio, *deciſ.* 109. *num.* 6.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod diſpenſatus à Pontifice ſuper reſidentia poſſit percipere quotidianas diſtributiones non obſtante huiuſmodi ſtatuto.* Ratio eſt, quia eo ipſo, quod eſt diſpenſatus ſuper reſidentia, eſt etiam diſpenſatus ſuper omni eo, quod fundatur in reſidentia, atque adeo in omni ſeruitio perſonali tàm ſacerdotali, quàm quocunque alio: Licet enim diſpenſatio ſit ſtricti iuris, extenditur tamen ad connexa, & dependentia, vt obſeruant Gloſ. in Cap. *Quia in tantum. De præben.* Abbas *ibid. num.* [illegible] *in l.* [illegible] 5. C. *De tranſact.* [illegible] *Cap. Cum quid. par.* [illegible] *num.* 6. & 13. Surd. *de alimen.* [illegible] 31. *num.* 5. & 3. Accedit etiam, quod ſeruitium perſonale in ordine ſacerdotali, & reſidentia ſunt ita connexa, vt ad ablationem reſidentiæ [illegible] conſequens etiam ſublatio eiuſdem [illegible] Ergo diſpenſatio ſuper reſidentia quò ad effectum percipiendi diſtributiones cadit etiam ſuper ſeruitio in ordine ſacerdotali tanquam ſuper neceſſario connexo iuxta ea, quæ tradunt Felin. *in Cap. Poſtulaſti. num.* 10. *De reſcrip.* Abbas *in Cap. Quia in tantum, num.* 4. *De præbend.* Hoieda, *de incompatib. Beneſic. p.* 1. *cap.* 17. *num.* 29. Rebuff. *in praxi,* [illegible] *num.* 55. Sylua *de beneſic. p.* [illegible] *q.* [illegible] *num.* 1. Stephan. *de gratia* [illegible] 2. *fol. num.* 16. Sanchez *l.* 8. *de matrim. diſp.* [illegible] Vincent. Caroc. *ad Regul.* [illegible] *p.* 2. *amplat.* 1. *n.* 7. Rota coram Dunozo, *deciſ.* 439. *num.* 5.

Ne.

4 Neque obſtat ratio dubitandi, quod tot requirantur diſpenſationes, quot ſunt impedimenta; eo quod diſpenſatio ſuper vno defectu non extendatur ad alium nō expreſſum, vt tradunt Io. Andr. *in Cap. fin. De fil. presbit. in 6.* Natta *in conſil. 600. nu. 33. lib. 3.* Rota coram Pennia *deciſ. 627. n. 3* quia hoc locum habet, quando defectus, & impedimenta ſunt diſparata, nec ex vnius ablatione ſequitur neceſſariò ablatio alterius. Secus autem, ſi ex ablatione vnius impedimenti veniat in neceſſariam conſequentiam ablatio alterius, vt in præſenti; quia diſpenſatio ſuper reſidentia eſt etiam ſuper omnibus, quæ ſine reſidentia præſtari non poſſunt. Ea eſt enim natura connexorum, vt pro vno, & eodem reputentur. *l. Prętor. §. Vnde quaritur. ff. De dam. infec.* & Cap. *Cum ſingula. init. De preben. in 6.* & obſeruant Craueta *conſil. 202. nu. 1.* Angel. *conſil. 326. dub. 4.* Menoch. *De arbitrar. caſu 95. num. 5. & 9. lib. 2.* Surd. *deciſ. 199. num. 13.*

5 Et quatenus obſtare poſſet ſtatutū Eccleſiæ, in qua ſitus eſt Canonicatus, apponuntur in gratia diſpenſationis derogationes quò ad omnia, quæ obſtare poſsūt, ne gratia conſequi poſſit ſuum effectum, & proinde dictum ſtatutum non poteſt impedire effectum diſpenſationis iuxta ea, quæ tradit Rebuf. *in Praxi Inform. nou. prouiſ. verbo. Differri.* Rota coram Puteo *deciſ. 229. lib. 2. in nouis.* & *deciſ. 41. De conceſ. prebend.* in Antiquis, & *deciſ. 375. nu. 3. par. 4.* Recent. Præſertim ſi in derogatoriis fiat mentio ſtatutorum, ſeu Ordinationum Eccleſiæ eiuſdem Canonicatus.

6 Imò ſufficerent etiam derogatoriæ generales ad tollenda quæcunque circa particularia in contrarium, vt ſæpius dixit Rota præſertim. *In cauſa. 5. Angeli penſionis 16. Nouembris. 1594.* coram Cardin. Pamphil. *in Ferrent ina penſionis. 27. Iunij. 1609.* coram Iuſto, *& in Paduana penſionis 22. April. 1616.* coram Andrea. Quia cum ſimus in gratia, & conſtet ex clauſulis generalibus derogatorijs de efficaci voluntate Pontificis, quod gratia ſortiatur ſuū effectū, quæ cum ſit pro perſona particulari, non poteſt ſortiri ſuum effectū, niſi tollat iura ſpecialia, quatenus obſtātgratię.

Paſqualig. Quæſt. Selectæ

An prouiſus de canonicatu ſacerdotali à Papa poſsit percipere diſtributiones, ſi non ſit ſacerdos; & obſtet ſtatutum ſpeciale Eccleſiæ. Quæſt. 65.

S V M M A.

1 *Statutum Eccleſiæ Ariminenſis.*
Quos excludat à percipiendis Diſtributionibus.
In alternatiuis ſufficit alteram partem habere locum.

2 *In prouiſione Papali non attenduntur ſtatuta Eccleſiarum inferiorum.*

3 *Diſpenſatus ad Canonicatum, obtinet etiam diſtributiones.*

4 *Diſtributiones non negantur, niſi ijs, qui non interſunt diuinis officijs.*

5 *Diſpenſatio facit, quod nullum ſit diſcrimen inter diſpenſatum, & habilem.*

6 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris, nec extenditur vltra expreſſa.*
Sublato impedimento quò ad Canonicatum, nullum remanet quò ad diſtributiones.

1 Extat ſtatutum apud Eccleſiam Ariminenſem; quod ſi aliquis Canonicus ſit electus, & non ſeruierit Eccleſiæ in Ordine Sacerdotali, vel nō non habuerit annos determinatos ad talem ordinem, etiam ſi concederetur ipſi per Bullam Apoſtolicam, adhuc tunc nullam partem recipiet de quotidianis diſtributionibus dictæ Eccleſiæ qualitercunque prouenientibus, ſed ſtare debeat cōtentus de ſua prębenda dumtaxat, quandiù non ſeruierit Eccleſiæ perſonaliter in ordine ſacerdotali. Circa quod ſtatutum illud ante omnia eſt aduertendum, quod non diſponit de iis, qui ratione abſentiæ non inſeruiunt perſonaliter in ordine ſacerdotali, quia iam iſti de iure non poſſunt percipere diſtributiones, ſed de ijs, qui prouidentur, & nec ſunt ſacerdote, nec in ætate apta ad ſacerdotium ſuſcipiendum, vt ſatis declarant illa verba. *Et non ſeruierit Eccleſiæ in ordine ſacerdotali, vel non habuerit annos determinatos ad talem ordinem.* Et proinde excludit ſolum à percipiendis diſtributionibus eos, qui non inſeruiunt in

ordine ſacerdotali, aut non ſunt in ætate apta ad ſuſcipiedum ſacerdotium, & ideò, vt canonicus non excludatur à perceptione diſtributionum, ſufficiet, ſi ſit in ætate apta ad ſuſcipiendum ſacerdotium, quia ſufficit, quod altera pars alternatiuæ habeat locum. Cap. *In alternatiuis*. De reg. iur. in 6. & Cap. *Inter cæteras*. De reſcrip. & *l. Plerumque*. ff. De iure dot. & *l.* 2. ff De eo, quod cert. loco.

2 Quicquid tamen de hoc ſit. Si canonicus ſit prouiſus à Papa, non obſtante dicto ſtatuto, quamuis non inſeruiat in ordine ſacerdotali, aut non ſit in ętate apta ad ſuſcipiendum ſacerdotiũ, percipere poterit diſtributiones, ſi aliàs interſit diuinis officiis, ſicut intereſſe debent Canonici. Nam dictum ſtatutum, & qualitates per ipſum requiſitæ non ſunt attendendæ in prouiſionibus apoſtolicis, vt tradũt Anton. Auguſ. *in Epit. Reg.* 8. *menſ. num.* 15. Rota coram Puteo *deciſ.* 301. *lib.* 1 *in nouis.* & *deciſ.* 11. De *reſcrip.* & *deciſ.* 375. *num.* 1. *par.* 4. Recent. Cum enim Pontifex ſit ſuperior, eius prouiſiones non ſubiiciuntur ſtatutis inferioris, ſed tantum iis, quæ de iure communi, & in limine fundationis diſponuntur.

3 Imo etiam ſi aliàs Canonicatus requireret ſacerdotium, aut prouiſus non eſſet in legitima ætate pro obtinendo Canonicatu, ſi tamen ex diſpenſatione obtineret, poſſet percipere diſtributiones, quia eo ipſo, quod diſpenſatus eſt ad obtinendum canonicatum, eſt etiam diſpenſatus ad percipiendas diſtributiones, vt tradunt Barboſa *de Canon. & dignit. cap.* 21. *num.* 12. Rota coram Eminen. Otthobono. *dec.* 46. *num.* 12. Et ità ſæpius declarauit S. Concil. Congregat. vt refert Barboſa. *ibid.* nempe in Reatina. 10. *Iulij* 1627. & in alià Montiſpulciani 13. *Ianuar.* 1629. & ad inſtantiam Caroli Anſaldi Clerici S. Miniati prouiſi de canonicatu in Cathedrali eiuſdem Ciuitatis 15. *Septemb.* 1629. hoc tenore. S. *Congregatio Cardinalium, Concil. Trident. interpret. ſecundum ea, quę proponuntur, cenſuit. Prædictum Oratorem vocem in Capitulo habere, & diſtributiones quotidianas, dum diuinis officijs intereſt, lucrari.*

4 Ratio porro eſt, Quia defectus ætatis, aut qualitatis requiſitæ non impedit perceptionem diſtributionum, ſed tantum nõ intereſſe diuinis Officiis iuxta Clemen. *Vt ij*. De *ętat. & qualit.* & Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 3. *de reformat. & ſeſſ.* 24. *cap.* 12. & notant Gloſ. *in cit. Clemen.* Sicut enim dantur diſtributiones intuitu ſeruitii perſonalis, & intereſſentiæ, ita etiam ſolum denegantur ratione abſentiæ à diuinis officiis. Et ideo eo ipſo, quod quis diſpenſatus eſt, vt obtineat Canonicatum, habet ius ad diſtributiones, ſi interſit diuinis officiis.

5 Accedit etiam, quod diſpenſatio ita tollit inhabilitatem, ac ſi nunquam fuiſſet; & proinde quando inhabilitas eſt à iure, ita illam deſtruit in diſpenſato, ac ſi nunquam ius illam induxiſſet; & operatur, quod nullum ſit diſcrimen inter habilem naturaliter, & habilem ex diſpenſatione, vt tradunt Milis *in Reper. verbo. Diſpenſatus non eſt idem.* Oldrad. *conſil.* 215. *num.* 5. Lotter. *de Re benefic. quæſt.* 40. *n.* 167. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 12. *nu.* 13. *par.* 5. *Recent.* & coram Eminentiſ. Otthobono *deciſ.* 187. *n.* 12. & *in Mileuitana Antianitatis* 1. *Iulij.* 1643. coram Veroſpio. Vnde ſicuti, ſi habilis eſſet naturaliter ad Canonicatum, poſset abſque vllo obſtaculo percipere diſtributiones, ita etiam, dum factus eſt habilis per diſpenſationem.

6 Nec obſtat, quod diſpenſatio ſit ſtrictè accipienda, nec vltra verborum ſignificationem extendenda Cap. *Non poteſt.* De *præben. in* 6. & *l. Ex facto. init. ff.* De *vulg. & pupil. ſubſtit.* Quia in præſenti nulla fit extenſio vltra expreſſa, ſed ſtrictè accipitur. Nam, vt dictum eſt, nullum adeſt impedimentum, quò ad percipiendas diſtributiones, ſed tantum, quò ad obtinendum Canonicatum. Sublato autem hoc impedimento per diſpenſationem, non eſt opus extendere ipſam ad aliud, quia diſtributiones veniunt in conſequentiam ad canonicatum tanquam illi annexæ, & proinde non eſt tollendum aliud impedimentum, quàm quod obſtat canonicatui.

An

An ſit nulla reſignatio beneficij, ſi reſignãs non habeat aliunde, vnde viuat, licet non ſit ordinatus ad titulum ipſius. Quæſt.66.

S V M M A.

1 *Reſignatio beneficij, ad cuius titulum quis eſt ordinatus, eſt nulla hoc non expreſſo.*
2 *Beneficium non poteſt reſignari, ſi reſignans non habeat, vnde ſubſtentetur, etiam ſi non ſit ordinatus ad ipſius titulum.*
3 *Reſignatio eſt nulla.*
4 *Dictio.* Niſi, *inducit conditionem.*
5 *Et proinde etiam formam.*
Deficiente conditione, quod reſignans non habeat, vnde viuat, reſignatio eſt nulla.
6 *Facultas conceſſa ſub conditione, non eſt conceſſa ea deficiente.*
7 *Reſignatio coram Papa eſt nulla, ſi reſignans non habet, vnde viuat.*
8 *Reſignatio eſt nulla, licet reſignans habeat patrimonium, aut aliud beneficium ſufficiens.*
9 *Qui nulliter reſignauit, quia non remanet, vnde viuat, agit actione ſpolij, ſi priuetur poſſeſſione.*

1 QVando reſignans beneficium eſt ordinatus ad ipſius titulũ, eſſe nullam reſignationem, niſi obtineatur licentia, & fiat mentio de ordinatione ad illius titulũ, diſponit Concil. Trident. *ſeſſ. 21. cap. 2. de Reformat.* & obſeruant Paris. *de Reſignat. lib. 2. quæſt. 6. num. 36.* Gonzalez *ad Regul. de menſ. gloſ. 5. §. 10 num. 35.* Lotter. *de beneſic. lib. 3. quæſt. 14. num. 75.* Garzia *de Beneſic. par. 2. cap 5. num. 192. & ſequent.* afferens deciſiones Rotæ, & declarationes S. Congregat. Vnde cum hoc ſit extra difficultatem, dubitatur de reſignatione, quãdo ad eius titulum reſignans non eſt ordinatus, ſed non habet, vnde aliunde viuat.

2 Et quamuis Concil. Trident. ſuper hoc nihil diſponat, extat tamen diſpoſitio Pii V. *in ſua Conſtit. 58. tom. 2. Bullarij.* quæ incipit. *Quanta Eccleſiæ Dei. ſub Kalen. April,* 1568. In qua §. 3. ita diſponit. *Sed nec horum vllus Sacro Ordini mancipatus, niſi religionem ingreſſurus, valeat vllo modo beneficium, vel Officium eccleſiaſticum reſignare, niſi aliunde ei ſit, quo in vita poſſit commode ſubſtentari.* Quæ diſpoſitio, licet procedat de reſignatione facta coram Ordinario, ſeruatur tamen ex ſtylo etiam in curia, vt obſeruant Paris. *lib. 2. de reſignat. quæſt. 14. nu. 3.* Garzia *par. 2. de beneſic. cap. 5. num. 199.* Rota *in vna Lucana. 5. Decemb.* 1586. coram Orano, apud eumdem Garziam. Nam militat eadem ratio, ſiue reſignatio fiat coram Epiſcopo, ſiue coram Papa, nempe quod cum dedecore Ordinis reſignãs remaneret abſq. alimentis, & proinde ſolet apponi clauſula, quod reſignans habeat, vnde aliunde commode viuere poſſit.

3 Sed an reſignatio valida ſit, ſi reſignans non habeat, vnde aliunde ſubſtentari poſſit, non videtur ita certum. Tenendum tamen eſt. *Reſignationem eſſe nullã, & ab initio ſui infici.* Ita Caualcan. *deciſ. 22. num. 6. par. 1.* Rota *deciſ. 539. num. 11. tom. 2. par. 4. Recent.* & coram Eminentiſs. Othobono *deciſ. 194. nu. 10.* & in *Mediolanenſi Canonicatus. 17. Iunij. 1641. §. Vlterius.* coram Eminentiſs. Panzirolo.

4 Nullitas autem reſignationis ex eo deſumitur, quod facultas admittendi reſignationes conceditur Ordinariis ſub conditione, quod reſignans habeat, vnde poſſit commodè ſubſtentari, vt ſatis oſtendunt ad oculum illa verba, *Niſi aliunde ei ſit, quo in vita poſſit commodè ſubſtẽtari,* in præfata Bulla Pii V. Dictio enim *Niſi,* importat conditionem, vt conſtat ex ipſo contextu, & notant Socin. iun. *conſil. 49. num. 18. vol. 2.* Gratus *conſil. 48. n. 6. li. 1.* Rolan. *conſ. 49 n. 14. lib. 3.* Cened. *Singul. 23. num. 3.* Vulpel. *De propoſ. & aduerb.* verbo *Niſi.* Rota *deciſ. 161. nu. 7. part. 2. Recen.*

5 Cum autem dictio prædicta, *niſi,* importet conditionem, inducit etiam formam ſeruandam in reſignatione iuxta *l. Qui hæredi.* & *l. Mauius. ff. De condit. & demonſtrat.* & notant Paris. *conſil. 97. nu. 86. lib. 1.* Menoch. *conſil. 60. num. 48.* Grat. *conſ. 22. num. 22. lib. 2.* Bec. *conſil. 39. numer. 19.* Honded. *conſil. 60. num. 26.* Rota *deciſ. 315. num. 3. par. 1. Recent.* Et ideo, ſi deſit hæc

conditio, actus erit nullus ex defectu formæ *l. Cum. hi. §. Si prætor. ff. De tranſact.* & *l. Qui Romę. §. Flauius. ff. De verbor. obligat.* & notant communiter Doctores Gloſ. in *Cap. Cum dilecta*, verbo *Irritum. De reſcrip.* vbi Abbas *num. 4.* Felin. *num. 6.* Rota *deciſ. 671. num. 1. par. 1. Recent.*

6 Rurſus etiam eſt nulla reſignatio ex defectu poteſtatis in recipiente; quia Ordinario non conceditur facultas recipiendi reſignationem in præfata conſtitut. Pij V. niſi ſub cōditione, quod reſignans habeat aliunde, vndè commodè ſubſtentari poſsit. Vnde, ſi deficiat conditio, perinde ſe habet, ac ſi per diſpoſitionem non eſſet conceſſa facultas, *l. Cedere diem. ff. De verbor. ſignificat.* & *l. Hæc conditio. init. ff. De contrahen. empt.* & *l. Neceſſario. §. Quid ſi pendente. ff. De peric. & com. rei. vend.* & notant cōmuniter Doctores præſertim Cephal *conſil. 56. num. 12. vol. 1.* Rota coram Ludouiſio *deciſ. 555. num. 3.*

7 Et hoc locum habet, etiam ſi reſignatio fiat coram Sanctiſſimo; nam cùm de ſtylo admittatur cum clauſula, quod habeat aliunde, vndè commodè ſubſtentari poſſit, vt notant etiā Paris. *de reſignat. quæſt. 6. num. 41. lib. 2.* Rota *in vna Lucana 5. Decembris. 1586.* coram Orano, apud Garziam mox citandum, tangit ſubſtantiam reſignationis, & ſuper ipſam inducit conditionem, & proinde non verificata conditione remanet nulla, vt notat etiam Garzia *par. 2. De benefic. cap. 5. num. 201.*

8 Ex quibus infertur, Quod nulla quoque eſſet reſignatio, etiam ſi reſignās haberet patrimonium, ad cuius titulum eſſet ordinatus, quod pro ſubſtētatione ſit inſufficiens, aut ab initio, aut temporis proceſſu ſit factum inſufficiens, vt tenuit Rota coram Eminentiſſ. Otthobono. *deciſ. 194. n. 3. & ſequent.* Et idem dicendū eſt, ſi ordinatus ſit ad titulum beneficii, quod tempore reſignationis ſit inſufficiens pro ſubſtentatione. Nam non verificatur cōditio, quod aliunde habeat, vnde commodè ſubſtentari poſſit, & ideo deficit facultas in Ordinario pro admittenda reſignatione, & forma in actu, & proinde remanet nullus.

9 Secundò infertur, Quod ſtante dicta nullitate reſignationis, ſi reſignans priuetur poſſeſsione beneficii, poterit agere actione ſpolii, vt tradunt Lotter. *de re benefic. lib. 3. quæſt. 14. num. 76.* Rota *deciſ. 614. num 2. par. 4. Recent.* Nam per talem reſignationem non cadit à poſseſsione, vt tradunt Caualcan. & Rota. *num. 3.* citati, & ideo deturbatio à poſſeſsione eſt ſpoliatio fundans actionem ſpolii.

An nullitas reſignationis, de qua Concil. Triden. ſeſſ. 21. c. 2. de reformat. *locum habeat in reſignatione ex cauſa permutationis. Quæſt. 67.*

SVMMA.

1 *Quid exprimere, & conſtare debeat in reſignatione beneficij, ad cuius titulum reſignans eſt ordinatus.*
2 *Expreſſio, quod reſignans ſit ordinatus ad titulum, eſt neceſſaria etiam in reſignatione ex cauſa permutationis.*
3 *Finis exprimendi in reſignatione Ordinationem ad titulum.*
4 *Expreſsio, quod reſignans ſit ordinatus ad titulum beneficij, requiritur pro forma.*
5 *Nullum ab initio non conualeſcit poſtea etiam ſublato impedimento.*
6 *In reſignatione requiritur pro forma, quod cōſtet, reſignanti remanere, vnde viuat.*
7 *Expreſſio ordinationis ad titulū in reſignatione non poteſt per æquipollens ſuppleri.*

1 Concil. Tridentinum proſpicere volens decori ſtatus clericalis diſpoſuit *cap. 2. de reformat. ſeſſ. 21.* Quod ordinatus ad titulum beneficii non poſſit illud reſignare, niſi facta mentione, quod ad titulum illius ſit ordinatus: & quod reſignatio non poſsit admitti, niſi conſtet, quod aliunde ſubſtentari poſsit, & quod reſignatio aliter facta ſit nulla. Finis autem Concilii eſt, vt cōſtat ex proœmio illius Cap. Quod in ſacris conſtituti non cogantur mendicare, aut turpi quęſtri vacare cum Ordinis dedecore. Qui finis obtinetur, dum non poteſt reſignatio admitti, nec alienari patrimonium

nium, niſi conſtet, quod aliunde ſuperſit pro commoda vitæ ſubſtentatione. Modo autem dubitatur, an Decretum irritans reſignationem locum habeat, quādo reſignatio fit ex cauſa permutationis cum alio beneficio.

2 In hac difficultate S. Congr. Concil. Trident. apud Ludouiſ. *Deciſ.* 441. *n.* 2. declarauit, quod dicta diſpoſitio Concilij habet locum etiam in reſignatione, quæ fit ex cauſa permutationis: & in vigore huius declarationis Rota bis examinata cauſa pronunciauit, reſignationem canonicatus, ad cuius titulum canonicus fuerat ordinatus, fuiſſe nullam, quia non fuerat expreſſum, quod ad illius titulum fuiſſet ordinatus, & ſententia fuit exequutioni mandata. Et ita ſentiunt Gratian. *Diſcep. forenſ. cap.* 159. *numer.* 3. Lotter. *de beneſic. lib.* 3. *quęſt.* 14. *num.* 78.

3 Et fundatur in eo, quod Conciliū exigit, quod fiat mentio de ordinatione ad titulum beneficii, vt Ordinarius cognoſcere poſſit, an remaneat reſignanti, vnde commodè ſubſtentari poſſit, aliàs non poſſit admittere reſignationem. Hæc autem cauſa finalis Concilii locū habet etiam in reſignatione ex cauſa permutationis, quia debet Ordinarius cognoſcere, an beneficium, cum quo fit permutatio ſit ſufficiens ad ſubſtentandum reſignantem, an ſit adepturus pacificā poſſeſsionem ipſius, & alia huiuſmodi, quæ neceſſariò inquirenda ſunt, ne reſignans remaneat abſque debita ſubſtentatione. Et ideo ſi non exprimatur, quod reſignans ſit ordinatus ad titulum beneficii, quod vult reſignare, nulla erit reſignatio; vt ſenſit Rota *in cit. deciſ.* 441. *num.* 3. coram Ludouiſio.

4 Verum in eadem Deciſ. refertur, quod S. Congregatio declarauerit, quod prędicta declaratio nō habeat locū, quādo reſignās eſt aſſequutus pacificā poſſeſsionē beneficii ſufficientis pro ſubſtētatione. Quod mihi difficilè videtur: vnde puto quod S. Congregatio in caſu particulari, de quo agebatur, potiùs voluerit, quod illa reſignatio toleraretur, ſtante, quod reſignans aſſequutus repræſentabatur pacificum poſſeſsionem beneficii ſufficientis pro ſubſtentatione. Nam cum expreſsio, quod reſignans ſit ordinatus ad titulum beneficii requiratur pro forma, ſi quidem adeſt Decretum irritans reſignationem aliter factam, non poteſt deficiente forma conualidari reſignatio ex eo, quod ſubſequatur pacifica poſſeſsio beneficii ſufficientis.

5 Cùm enim ab initio reſignatio fuerit nulla defectu formæ non ſeruatæ, non poteſt conualeſcere ex eo, quod poſtea ſuperuenerit, pręſertim cum nō inducatur forma requiſita pro validitate *l. fin. init. ff.* Vnde *liberi*, & notant Lappus *alleg.* 1. *n.* 5. *& ſequent.* Zabarel. *conſil.* 104. *num.* 3. Narta *conſil.* 4 30. *num.* 28. *lib.* 2. Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa limit.* 12. *init. &* 19. Quod enim per aliquam formam conſtituitur, non poteſt habere ſuam validitatem, & ſubſtantiam, niſi per eamdem formam, quam non inducit pacificā poſſeſsio beneficii.

6 Deinde etiam ſi reſignans non ſit ordinatus ad titulum beneficii, non poteſt, admitti reſignatio ab Ordinario iuxta *Conſtit.* 58. Pii V. *tom.* 2. *Bullarij*, nec de ſtylo in Curia admittitur, niſi remaneat, reſignanti, vnde commodè ſubſtētari poſſit aliàs reſignatio eſt nulla, vt dictum eſt *quæſt. pręced. num.* 3. *& ſequent.* Et proinde non poteſt eſſe valida reſignatio etiam ex cauſa permutationis ex eo, quod ſequatur pacifica poſſeſsio beneficii ſufficientis, quia obſtabit ſemper, quod non ſit ſeruata forma in admiſsione reſignationis, nempe, quod non admittatur, *Niſi conſtitò, quod (reſignans) aliunde viuere commodè poſſit*, vnde ſubintrabit Decretum irritans, quod ſtatim à Concil. *cit. cap.* 2. *de reformat. ſeſſ.* 21. ſubiicitur. *Et aliter facta reſignatio nulla ſit.*

7 Quod præſertim verum eſt, quia cū prædicta expreſsio requiratur pro forma, non poteſt per æquipollens impleri, vt tradunt Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 10. *num.* 35. Garzia *de Benef. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 193. Rota *deciſ.* 614. *par.* 4. *in nouiſſimè impreſ. & in Aretina Plebis.* 4. *Decemb.* 1600. coram Millino. in fine, & eſt *deciſ.* 246. *in eiſdem impreſſis.* Et proinde non poteſt dici, quod valeat reſignatio omiſſa

dicta

dicta expreſſione, ſi ſequatur pacifica poſſeſſio beneficij pro ſubſtentatione, quaſi per æquipollens forma impleta ſit.

An ordinatus ad titulum patrimonij poſſit illud alienare adepto ſufficienti beneficio, aut ſi aliunde habeat, vnde commodè ſubſtentetur. Quæſt. 68.

S V M M A.

1 *Patrimonium, aut penſio, quibus inhæret titulus Ordinationis, quando non poſſit alienari.*

Quæ alienatio ſit prohibita.

Prohibitum de vno, de altero cenſetur conceſſum.

2 *Ante Trident. patrimonium ordinationis poterat alienari.*

Prohibitio alienationis coarctata non ſe extendit ad non coarctatam.

3 *Adeptus beneficium ſufficiens poteſt alienare patrimonium ſine licentia.*

4 *Dictio, Donec, limitat, & diuidit tempus.*

5 *Facit, quod diſpoſitio non extendatur vltra tempus coarctatum.*

6 *Beneficium, quod ſuccedit loco patrimonij, eſt eiuſdem conditionis cum ipſo.*

1 DE ordinato ad titulum patrimonii diſponit Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.* ſicuti etiam de ordinato ad titulum penſionis, quod, *Illa* (patrimonium, & penſio.) *deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus poſsint, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliunde habeant, vnde viuere poſſint.* Ex qua diſpoſitione conſtat, quod ſub prohibitione non cadit quæcunque alienatio, ſed alienatio abſque licentia Epiſcopi. Vnde indirectè videtur conceſſa alienatio qualificata, nempe cum licentia Epiſcopi, nam prohibitum de vno cenſetur de altero conceſſum. *l. Cum prætor. ff. De iudic.*

2 Præſertim quia, cum ante Concil. Trident. poſſet patrimonium, ad cuius titulum Clericus fuerat ordinatus, alienari ſine licentia Epiſcopi, vt tradunt Gloſ. *fin. in Cap. Tuis. De præben.* Imola *ibid.* Panormit. *n. 8.* Dec. *in Cap. Eccleſia S. Mariæ n. 17. De conſtit.* Felin. *num. 10.* Couaruu. *in Cap. Raynaldus §. 2. num. 7. De teſtam.* Silua *de beneſic. par. 1. quæſt. 3. num. 11.* Guttierez *pract. quæſt. 65. num. 10. lib. 2.* Redoan. *de reb. Eccleſ. alien. Rubr. 33. caſu 13.* Ceual. *com. contra com. quæſt. 527. num. 1.* Dum Concil. coarctat prohibitionem ad alienationem ſine licentia Epiſcopi, cenſetur permittere alienationem qualificatam, nempe cum licentia Epiſcopi iuxta *l. Ab ea parte. ff. De probat.* & notant Gloſ. *in l. Nec non. verbo* prohibeant. *ff. Ex quibus cau. mo.* Alber. *in dict. l. Ab ea parte. ver.* Si *conſidero.* Salicet. *in l. 2. opposit. 3. ff. De probat.* Alexan. *conſil. 57. num. 2. lib. 1.* Hoc autem ſtante vertitur in dubium, an pro alienatione patrimonii requiratur licentia Epiſcopi, quando ordinatus ad eius titulum adeptus eſt beneficium, aut aliunde habet, vnde viuat.

3 Et quamuis. Quintanaduen. *lib. 3. Eccleſiaſt. num. 72.* putet, eſſe adhuc neceſſariam licentiam Epiſcopi, pro alienando patrimonio, non obſtante, quod ordinatus adeptus ſit ſufficiens beneficium, aut aliunde habeat, vnde viuat. Tenendum tamen eſt. *Quod non ſit neceſſaria dicta licentia.* Ita Ceual. *commun. contra com. quæſ. 527. num. 8. & quæſt. 561. num. 30.* Pariſ. *lib. 2. de reſignat. quæſt. 6. num. 16* Garzia *de beneſic. par. 2. cap. 5. n. 186.* Quod etiam intelligendum eſt de penſione, ad cuius titulum quis eſt ordinatus.

4 Ratio deſumitur ex verbis Concilii dicto *Cap. 2. de reformat. ſeſſ. 21.* præmiſſa enim prohibitione alienandi, extinguendi &c. ſtatim ſubdit. *Donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti,* quæ limitant prohibitionem, vt non ſit perpetua, & coarctat ad tempus præcedens aſſequutionem beneficii ſufficientis, aut in quo habeat aliunde, vnde viuat. Dictio enim, *Donec,* eſt reſtrictiua temporis, vt tradunt Gloſ. *in Clemen. 1. verbo.* Donec. *De cenſib.* Cephal. *conſil. 158 num. 39* Alexan. *conſil. 66. num. 3. lib. 3.* Dec. *conſil. 621. n. 7.* Surd. *conſil. 186. num. 15.* Menoch. *conſil. 151. num. 40* Honded. *conſil. 6. num. 36. vol. 1.*

5 Vnde dicta dictio operatur, quod

pro-

prohibitio Concilii non extendatur vltra tempus, cui adiicitur nempe vltra tempus, in quo ordinatus ad titulum patrimonii erit ſine ſufficienti beneficio, aut non habeat aliunde, vnde viuat iuxta ea, quæ tradunt. Bart. *in l. 1. ff. De condit. & demonſtrat.* Socin. iun. *conſil. 76. num. 113. lib. 1.* Ripa *Obſeruat. 372. numer. 2.* Grat. *conſil. 81. num. 26. lib. 2.* Pariſ. *conſil 20. num. 7.* lib. 3. Rota *deciſ. 162 num. 3. in fine. par. 2. Recent.* Vnde cum ſit prohibita alienatio ſine licentia *E*piſcopi durante tempore, quod diuidit dictio *Donec*, eo elapſo ceſſabit prohibitio alienandi ſine licentia Epiſcopi tāquam ad illud tempus coarctata; Quia tamen licentia alienandi, eſt tacitè conceſſa à lege, vt cōſtat ex modo dictis, ideo requiritur, quod habeat exequutionem, quæ ſit auctorizata. Vnde ſpectabit ad *E*piſcopum recognoſcere, an iuxta diſpoſitionem Concilii patrimonium ſit alienabile ratione beneficii adepti, & relaxare licentiam pro exequutione alienationis. *Et* hoc eſt, quod voluit S. Concil. Congreg. dum poſt longam examinationem difficultatis concluſit, quod ſit neceſſaria licentia, vt in *Interamnenſi.* 16. April. 1622.

6 Ex his infertur. Quod ſi ordinatus ad titulum patrimonii illud alienet, poſtquam adeptus eſt beneficium ſufficiens, hoc beneficium non poterit reſignari, niſi reſignans habeat vnde commodè viuere poſſit, non ſolum propter *Conſtitutionem* 58. Pii V. de qua in ſuperioribus, ſed etiam quia beneficium, dum alienatur patrimonium, ſubrogatur in locum illius pro ſubſtentione. Quia Concil. *cit. cap. 2. de reformat. ſeſſ. 21.* in tantum concedit alienari patrimonium, inquantū ſucceſſit eiuſdem muneri, nempe ſubminiſtrationi ſubſtentationis, quōd importat ſubrogationem. In ſubrogato autem idem ſeruari debet, quod ſeruatur in eo, in cuius locum facta eſt ſubrogatio *l. Si cum. §. Qui iniuriarum. ff.* Siquis *caut.* & notant Surd. *deciſ. 35. num. 9.* Gabr. *concluſ. 2. De reg. iur.* Rota coram Merlino *deciſ. 445. num. 1.*

Quodnam beneficium dicatur ſufficiens ad effectum, vt poſſit alienari patrimonium titulare ordinationis. Quæſt. 69.

S V M M A.

1 *Pro renunciando titulo patrimonij requiritur beneficium ſufficiens pro victu.*

2 *Sufficientia alimentorum taxatur iuxta conditionem perſonæ.*

3 *Beneficium, vt ſit ſufficiens. debet ſubminiſtrare alimenta, victum, veſtitum &c.*

4 *Regula ad cognoſcendum, quando beneficium ſit ſufficiens.*

5 *Aduentitia non computantur, quando conſideratur ſufficientia beneficij.*

Eleemoſina intuitu miſſarum non attenduntur, quando conſideratur, an Clericus habeat, vnde viuat.

1 EX diſpoſitione Concil. Trident. *cap. 2. de reformat. ſeſſ. 21.* conſtat, quod ordinatus ad titulum patrimonii non poſſit illud alienare, niſi adeptus ſit ſufficiens beneficium, aut aliunde habeat, vnde viuere poſſit. Vnde conſtat, quod intelligitur de ſufficientia pro victu, & debet victus eſſe cum commoda ſubſtenratione, vt explicatur in *Conſtit.* Pii V. *Quanta Eccleſia Dei*, quæ eſt 58. *num. 5. Bullar.* Et proinde debent fructus beneficii ſubminiſtrare commodam ſubſtentationem.

2 Quanti autem debeant eſſe iſti fructus, non eſt ita facile decernere. Et Doctores agentes de ſufficientia alimentorū, volunt, quod ſtandum ſit arbitrio iudicis conſiderata qualitate, & conditione perſonæ iuxta. *l. Sicut. ff.* De *ann. leg.* & *l. Mela.* & *l. penul. ff.* De *alimen. & cibar. leg.* & *l. Habitatio. ff.* De *vent. in poſſeſſ. mit.* & *l. Sed & ſi quid inædificauerit. §. Sufficienter. ff.* De *vſufr.* Ita Felin. *in cap. Poſtulaſti num. 26.* De *reſcrip.* Maſcard. *de probat. concluſ. 650. nu. 9. vol. 2.* Couuar. *pract. quæſt. cap. 6. n. 7.* Tiraquel. *De nobilit. cap. 20. num. 143.* Corduba alios citans *in l. Si quis à liberis. §. Sed ſi filius, numer. 43. ff.* De *liber. agnoſcen.* Ro-

ta coram Veral. *deciſ.* 65. *par.* 1. & eadem Rota aſsignare ſolebat cuicumque Clerico quamtumuis infimo aureos de Camera 24. vt refert Caſſador. *deciſ.* 6. *nu.* 5. *De appellat.*

3 Quia tamen hoc valde generale eſt, ideo magis in ſpecie difficultas reſoluenda eſt. Pro quo præmittendum eſt. Quod dum Concilium requirit beneficium ſufficiens, cum intelligatur de ſufficientia pro victa, vt declarant ſubſequentia verba *Aut aliunde habeant, vnde viuere poſſint*, & etiam proœmiū diſpoſitionis; oportet, quod ſit ſufficiens, non ſolum pro cibarijs, & veſtitu, ſed etiam pro aliis neceſsarijs ad ſubſtentationem vitæ. Nam appellatione victus veniunt alimenta, quo legato, cenſentur legata alimenta *l. fin. ff. De alimen. & cibar. leg.* & *l. Verbo victus cū l. ſequen. ff. De verbor. ſignificat.* & tradunt Bar. *in l. penul.* §. 1. *n.* 3. *ff. Soluto. matrim.* Caſtrenſ. *conſ.* 436. *num.* 2. *vol.* 2 Roman. *conſil.* 440. *n.* 4. Surd. *de alimen. tit.* 4. *quæſt.* 2. *numer.* 12. Vnde ſecundum exigentiam alimentorum beneficium erit iudicandum ſufficiens, vel inſufficiens,

4 Quia tamen iuxta regionis diuerſitatem plus, aut minus requiritur pro ſubſtentatione vitæ cum cibaria in vno loco pluris valeant, in alio loco minoris, ideo eſt habenda ratio diuerſitatis locorū, & conſiderandum, quid in vnoquoque neceſſarium ſit pro comparandis alimentis, & iuxta qualitatem loci erit determinanda ſufficientia, vel inſufficientia beneficii. Et poſſet hæc regula ſtatui tanquam vniuerſalis, quod tunc beneficium ſit ſufficiens, quando fructus ipſius detractis oneribus æquiualent patrimonio, quod in illo loco habetur pro ſufficienti, vt Clericus ad illius titulum ordinetur. Si enim patrimonium habetur pro ſuffſicienti, vt præbeat congrua alimenta: beneficium quoqueerit ſufficiens, ſi ipſum adæquet.

5 Eſt tamen aduertendum, quod hoc accipi debet de fructibus puri beneficii, nō autē de aduentitiis, quæ ratione beneficii poſſunt obuenire: ſicut nec etiam de eleemoſinis, quæ percipiūtur intuitu celebrationis miſſæ. Nam hæ eleemoſinæ non habentur in conſideratione, quando agitur de fructibus beneficii, aut de eo, vnde victus ſuppeditatur Clerico, quando agitur de neceſſariis pro ſubſtentatione ipſius, vt conſiderauit Rota coram Comitolo *deciſ.* 70. *num.* 14. Quia cum hęc, ſicut & alia aduentitia ſint valdè incerta, non poſſunt computari pro iis, quæ debent aſſignari Clerico pro ſubſtentatione.

An reſignans beneficium poſsit paciſci, quod reſignatarius faciat omnes expenſas etiam pro penſione reſeruata. Qu. 70.

S V M M A.

1 *Pactum, quod reſignatarius faciat expenſas pro penſione reſeruata reſignanti, eſt illicitum.*
2 *Fit licitum, ſi narretur in ſupplicatione.*
Ceſſat ſimonia de iure eccleſiaſtico ex ſcientia Papa.
3 *Admiſſa reſignatione admittuntur etiam pacta adnexa.*
4 *Pacti cancellatio poſt ſignatam ſupplicationem non nocet.*
Ad quid tendat cancellatio talis pacti.

1 CErtum omnino eſt, huiuſmodi pactum eſſe illicitum, cum in reſignatione non poſſint aliqua pacta poni, vt deſumitur ex Cap. *Cum pridem.* & Cap. *fin.* De *pact.* & Cap. *Ex parte De offic deleg.* & Cap. *Tua nos. De ſimon.* & obſeruant Doct. *in dict. Cap. Cum pridem*, & cœteri communiter. Felin. *in Cap. Ad audientiam* 2. *num.* 3. De *reſcrip.* Rebuf. *in Praxi.* Tit. *De pura reſignat.* Staphil. *De litter. grat.* Tit. *Reſignat. modus. num.* 5. Coras. *De beneſic. par.* 1. *cap* 8. *num.* 1. Geminian. *in Cap. Ordinarij.* §. *Conferendi. num.* 3. *De offic. Ordinar. in* 6. Vitalin. *in Clement. vn. num.* 1. *De rer. permut.* Paris. *de reſignat. lib.* 10. *quæſt.* 7. *nu.* 9. & alii, quos citaui *Quæſt. Canon.* 103. *nu.* 1. *Cent.* 2. Hæc enim pacta tendunt ad ſimoniam de Iure eccleſiaſtico prohibitam,

2 Ve-

2 Verum ſi in ſupplicatione exponatur huiuſmodi pactum Summo Pontifici, excluditur omnis ſimonia, vt late tradunt Nauar. *Cap. 23. Manual. num. 108.* Paris. *de reſignat. lib. 14. quæſt. 6. num. 12.* Rota coram Cellado io. *Decif. 3. num. 3. De renunt. & in Hiſpalen. beneſic. 8. Martij 1592.* coram Millino, quæ eſt *decif. 4.* in eiuſdem impreſſis. Ratio vero eſt, quia cum huiuſmodi pacta ſit tantum de iure eccleſiaſtico prohibitū, eo ipſo, quod exponitur Pontifici, & admittitur, ceſſat ſimonia, quia tacitè diſpenſat in eo, vt, quę tradunt Gloſſ. in *Cap. Cum pridem. De pact.* Abb. & Anch. in *Cap. 1. De Simonia.* Hoſtie. in *Cap.* Ex. No prae. oliet *ſoia* Caſſador. *decif. 5. nu. 2. De renunciat. & decif. 5. num. 5. De ſimon.* & Rota in *decif.* coram Millino.

3 Sed quid, ſi admittatur reſignatio beneficij, ſed hoc pactum nec litteris inſeratur, nec regiſtretur? Reſp. hoc nihil obſtare, ſed ſufficere, ſi Pontifex admittat reſignationē ſacta ſibi cum huiuſmodi pacto nec litteris inſeratur, nec regiſtretur, vt teſtatur Rota teſtibus ſuper hoc examinatis *dicta decif. 380. nu. 4. par. 4. Recent.* Dū enim Pontifex admittit reſignationem, admittit eā pactis, cū quibus tractata eſt inter partes, atque tacitè iis conſentit; ſi enim non conſentiret, reiiceret reſignationem. Quod autem non inſeratur litteris hoc pactum, nec regiſtretur, non prouenit, quia Pontifex nolit admittere, ſed ne tranſeat in exemplum, vt ibi aduertit Rota.

4 Et hoc extenditur, vt notat Rota ibid. etiam ſi huiuſmodi pactum in ſupplicatione cancelletur, vt ſolet cancellari, dūmodo tamen cancellatio fiat poſt ſignatā ſupplicationem. Nam ſi cancellaretur ante ſignaturā, non poſſet præſumi conſenſus Pontificis, quia non conſentit, niſi expoſitis in ſupplicatione, quando autem eſt cancellatum ante ſignationem, non eſt expoſitum. Aut ſi Papa iuberet cancellare ante ſignationem, ſatis declararet, quod nollet conſentire huiuſmodi pacto. Quando autem cancellatur, poſt ſignationem, nihil nocet, quia iam Papa in ipſum conſenſit, & cancellatio ordinatur ad effectū, ne regiſtretur aut litteris inſeratur. Ideo nō infert negationem conſenſus iuxta ea, quæ tradunt Bald. *conſil. 472. nu. 2. lib. 1.* Butrigar. *conſil. 30. in fine,* Caſtrenſ. *conſil. 32. init. lib. 2.* Alex. *conſil. 32. numer. 3. lib. 3.* Rota *decif. 380. num. 5. par. 4. Recent.*

An qui alterius negocia geſſit per plures annos, poſſit petere ſalarium ab eius hæredibus. Quæſt. 71.

S V M M A.

1 *Qui alterius negocia geſſit abſque prævio pacto an poſſit petere ſalarium.*
2 *Qui non eſt ſolitus operas locare an non poteſt petere ſalarium.*
3 *Operantes debetur merces.*
4 *Tenemur alere, quos habemus in obſequio.*
5 *Qui parentela coniungitur, quando præſumatur intendere lucrum ex opera ſua.*
Præſumptio ſpecialis vincit generalem.
6 *Indigeni præſumuntur exhibere operam ſuam ob*
Animus lucrandi ſemper præſumitur.
7 *Legatum compenſat debitum ob negocia geſta.*

1 PEr plures annos Titius geſſit negocia Caii conſobrini expectans ab ipſo aliquam munerationem laborum, quam tamen non obtinuit; imò morte præuentus, nec etiam aliquid ipſi legauit, quod ægrè ferens instauit apud hæredes, vt ſalarium obtineret pro tempore, quo eius negocia geſſit. Et proinde dubitatum fuit, an hæredes tenerentur ad exhibendum ſalarium. Et negatiuè reſoluit Rota *decif. 428. num. 1 par. 4. Recentior.* citans Federicum de Senis *conſil. 218.* & aſſerens, hoc ſæpius fuiſſe firmatum in Rota, vt in *Romana mercedis 19. Febr. 1593.* coram Cardin. Aragonio, & in alia *Romana mercedis 14. Decemb. 1615.* coram Manzanedo.

2 Allegatur autem pro hoc *l. Qui mutuum. §. Salarium. ff. Mandati. & l. Salarium. C. Mandati.* Sed hoc ex his tex. non conuincitur. Quia non decernunt, quod non debeatur, ſed agunt de actionibus, & modis, quibus peti non poteſt. Et quamuis quan-

quando vnus eſt ſolitus operas cōducere, & alter locare, locum habeat actio ad petendum ſalarium, vt admittit Rota *cit.deciſ.*428.*num* 1. Atiamen etiam quando vnus non eſt ſolitus operas conducere, nec alter locare, adhuc reperi poteſt compenſatio, quia eſt contractus innominatus, & agitur præſcriptis verbis. Et ita tradit Glo. *in l.*1.*verbo.* Præbebitur. C. *Mandati* per tex. *l. Naturalis meus.* §. *At cum. ff.* De *præſcriptis verbis*. Imò etiam eſt aduertendum, quod dicti tex. non procedunt, quando perſonæ nō ſolent locare, aut cōducere, ſed quando id, de quo agitur, nō ſolet locari, aut conduci. Vnde cum ſimus in caſu, in quo opera negociorum geſtoris ſolet locari, & conduci, ſumus etiam in caſu, in quo ſalarium peti poteſt.

3 Itaque præſcindendo à modo, & actione, qua quis petere poſſit compenſari operas ſuas exhibitas in negociis gerendis in alterius commodum. *Etiam ſi nullum prægeſſerit pactum, petere poterit congruam mercedem.* Quia de iure naturali operanti debetur merces iuxta illud Matt. 10. num. 10. *Dignus enim eſt operarius cibo ſuo.* & Lucæ 10. num. 7. *Dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Qui locus citatur, etiam ab Apoſt. 1. *Ad Timoth.* 5. *numer.* 18. Et facit tex. expreſſus Cap. *Charitatem.* §. *Viſitatores,* 2. *Quæſt* 2. vbi Pontifex Gregor. iubet recognoſci Clericos laborantes in Eccleſiis non ſuis.

4 Et ratio eſt. Quia ſecluſo quocunq. pacto ex natura rei deſcendit, quod quiſq. compenſare teneatur eum, qui ei operam ſuam impendit, niſi, ſe gratis impendere, declaret, aut conditio perſonæ eſſet talis, vt tacitè excluderet compenſationem, vt ſi eſſet diues, qui non indigeret aliqua remuneratione; nam ex natura rei vniuſcuiuſque labori debetur compenſatio. Et proinde eos alere tenemur, quos in noſtro obſequio habemus *l. In rebus,* §. *Poſiüt. ff* Commodati. & *l. Serui.* § *Quis expenſas. ff.* De *ædilit edic.* & *l. Sed & ſi quid.* §. *Sufficienter. ff.* De *vſufruc.* Et proinde veluti ex pacto tacito, qui alterius negocia geſſit, petere poteſt ſiuè ſalarium, ſiuè aliam compenſationem.

5 Et hoc locum habet, quamuis, qui negocia geſſit, coniungeretur aliquo parentelæ gradu cum eo, cuius negocia geſſit, ſi tamen non eſſet diues, ſed ſolitus eſſet incūbere occaſionibus lucri, quia præſumptio, quæ ex parentela oriri poſſet, quod voluerit gratis ſuam operā impendere, eliderețur à præſumptione, quod eſſet ſolitus lucrari, & quod ſoleret amplecti occaſiones lucrandi. Hæc enim præſumptio tanquam ſpecialis, & fundata in conditione perſonæ vinceret præſumptio, nem parentelæ tanquam generalem. *l. In toto. ff.* De *reg. iur.* & Cap *Illud.* De *præſump.* & notant Crauetta *conſil.* 258. *n.* 21. Socin. iun. *conſil.* 128. *num.* 230. *vol.* 1. Paris. *conſil.* 29. *nu* 87. Menoch. *De arbitr. caſu* 42. *n.* 14. Riminal. iun. *in l. Precibus. num.* 417. C. *De impub. ſubſtit.*

6 Imò etiam hoc locum haberet, licet non eſſet ſolitus lucrari, ſi tamen eſſet pauper, & indigeret ſibi comparare alimenta; nam hoc quoque fundaret præſumptionem, quod impendiſſet operam ſuam, vt lucraretur ad vitam ſuſtentandam, ſi quidem præſumitur in vnoquoq. animus lucrandi, præſertim quando indiget iuxta ea, quæ tradūt Bar. *in l Quo enim. num.* 1. *ff.* Rem *ratam haberi.* Abbas *in Cap. Nonne. num.* 4. De *præſumpt.* Roland. *conſil.* 19 *num.* 36. *vol.* 1. Dec. *conſil.* 58 *nu.* 2. vel. *Imo ex eo.*

7 Quæ tamen limitanda ſunt, vt nō habeant locum, ſi ei, qui negocia geſſit, relictum fuiſſet aliquod legatum, quo opera ipſius compenſari poſſet, vt aduertit Rota. *dict. deciſ.* 428. *num.* 7. *par.* 4. *Recent.* Quia legatum cenſetur factum animo compenſandi debitum. *l. Si cum dotem,* §. *Si pater ff.* Soluto *matrim.* & *l. Quoniam nouel.* C. De *inoffic. teſtam.* & Authen. *Præterea.* C. Vndè *vir. & vxor.* & *l. Huiuſmodi.* §. *Si Sempron ff.* De *leg.* 1. & obſeruant Gloſ. *ibid.* verbo. *Repelli.* Bar. *indic.* §. *Si pater.* & *in l. Neſennius. nu.* 5. *ff.* De *negoc. geſt.* Bald. *ibid. nu. item.* 5. Angel. *ibid.* Ruin. *conſil.* 223. *numer.* 2. *lib.* 1. Menoch. *de arbitrar. caſu* 88. *num.* 46. *lib.* 2. Riminal. Sen. *conſil.* 230. *num* 5. Phanut. *de lucro dot. gloſ* 8. *num.* 74. Honded. *conſil.* 50. *num.* 12. *lib.* 2. Surd. *conſil.* 119. *n.* 12. Simon de Pratis *conſil.* 161. *num.* 57. Gratian. *deciſ.* 39. *nu.* 13. Rota coram Merlino *deciſ.* 249. *nu.* 5.

num. 5. & coram Durano *deciſ.* 224. *num.* 2. Præſertim in caſu præſenti, in quo debitũ non eſt determinatum, ſed continet quãdam compenſationem ſecundum æquitatem determinandam.

An conuentus ad ſoluendum poſsit cogi, ad aliquid vlterius exhibendum, ſi oſtendat quietantias. Quæſt. 72.

S V M M A.

1 *Producens quietantias non tenetur ad aliquid aliud.*
2 *Quietantia extinguunt omnem obligationem.*
Continent confeſsionem creditoris.
Nemo poteſt venire contra proprium factum.
3 *Debitor productis quietantijs non tenetur probare veram ſolutionem.*
4 *Creditor non poteſt aliquid intentare contra debitorem productis quietantijs, niſi probet ſuam intentionem.*
5 *Debitori non poteſt deferri iuramentum de vera ſolutione, ſi produxit quietantias.*
Iuramentum quando reo deferri poſſit.

1 PVnctus difficultatis reducitur ad id, an ſi creditor excipiat, quod ſolutio fuerit ſimulata propter aliquem effectum, in quo partes concordauerint, poſſit cogere debitorem oſtendentem quietantias, vt probet veram fuiſſe ſolutionem. Et *negatiuè reſoluendum eſt.* Suppoſito, quod creditor nõ probet, quod ſolutio verè facta non ſit, ſed quod fuerit ſimulata, cum pacto cum debitore inito, quod non obſtantibus dictis quietantijs, teneretur ſoluere, quod fuiſſe ſolutum, ſimulatum fuit.

2 Ratio eſt. Quia quietantiæ extinguũt omnem prorſus obligationem §. *Inſtit. Quib. mod. tol. obligat.* & *l. Verborum obligat. ff. De ſolut.* & *l.* 2. & 3. *ff. De de duob. reis.* & tradunt Mantica *De tacit. & ambig. lib.* 15. *tit.* 6. *num.* 1. Surd. *conſil.* 221. *num.* 58. Rota coram Seraphino *deciſ.* 814. *nu.* 1. & coram Merlino *deciſ.* 714. *numer.* 7. & coram Eminentiſſ. Orthobono *deciſ.* 64. *numer.* 1. & in Paſqualig. Quæſt. Select. Rauennaten. dotis 11. April. 1644. §. *Cum itaque* coram Eminentiſſ. Corrado. Quietantia enim cõtinent confeſſionem creditoris, qua ſibi ſatisfactũ confitetur, & ideo non poteſt amplius contra proprium factum venire, *l. Non idcirco. C. De contrahen. empt.* & *l. Generaliter. §. fin. ff. De non num. pecun* & *l. Si Creditoribus. C. De ſeru. pign. dato.* & Cap *Cum ſuper De conceſſ. præben.* & Cap. *Veniens De fil. presbiter.*

3 Vnde fit, quod debitor poſtquam produxit quietantias, non teneatur probare veram numerationem pecuniæ, vt tradunt Bart. *conſil.* 160. incipit. *Titius promiſit.* Alexan. *conſil.* 90. *nu.* 3. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 437. *nu.* 2. *par.* 4. *Recent.* Quia cum ſit liberatus à creditore virtute quietantiæ, remanet extinctum ius omne eiuſdem creditoris circa debitum: nec poteſt amplius reuiuiſcere: præſertim quia quietantiæ non præſumuntur factæ, niſi ſequuta vera ſolutione.

4 Et ideo non poterit creditor vltra aliquid aliud contra debitorem intentare, niſi probet fundamentum ſuæ intentionis quod ante omnia fundari debet iuxta *l. Illa. ff. De verbor. obligat.* & *l. Actor. C. De probat.* & *l. Accuſare. C. De edend.* & notãt Doctores in dict. *l. Illa.* Paris. *conſil.* 38. *nu.* 16. *vol.* 1. Natta *conſil.* 648. *num.* 6. Ares. *conſil.* 53. *ver. Tertiò dico.* Roland. *conſil.* 86. *nu.* 4. *vol.* 3. Burſat. *conſil.* 11. *num.* 32. Menoch. *conſil.* 301. *num.* 1. Herculan. *De prob. negat. num.* 2. & 16. Gabr. *concluſ.* 6. *num.* 12. *De probat.* Bellon. *conſil.* 45. *nu.* 6. Rota Ianuenſ. *deciſ.* 173. *n.* 7. Rota Romana coram *Merlino deciſ.* 597. *num.* 1. Vnde ſi creditor quid aliud petit à ſuo debitore, oportet, quod oſtendat, quo iure nitatur.

5 Ex quibus infertur. Quod non poterit debitori deferri iuramentum, ita vt cogatur iurare, quod ſolutio vera fuerit, aut quod ſit facta in tali, & tali moneta, quia hoc eſſet eum moleſtare ſuper ſolutione, contra quam non poteſt creditor aliquid opponere ſtãtibus quietantijs, niſi prius fundet ſuam intentionem. Accedit etiam, quod nunquam reo deferendum eſt iuramentum, niſi quando actor plenè probauit ſuam intentionem, & reus ſemiplenè iuxta ea, quæ tradunt Glоſ. in *l. Admonen-*

monendi. ff. De iure iur. vbi etiam Doctores & item Gloſ. *in l. Cum prob. C. De probat.* Grat. *reſponſ.* 152. *num.* 11. *lib.* 2. Seraphin. *De priuileg. iuram. priuileg.* 33. *num.* 13.

An vt exequutio penſionis locum habeat ſint iuſtificandæ litteræ reſeruationis. Quæſt. 73.

S V M M A

1 *Litteræ reſeruationis penſionis ſub conditione non habent paratam exequutionem, niſi iuſtificentur.*

2 *Litteræ Apoſtolicæ habent paratam exequutionem.*

Si tamen non indigeant iuſtificatione.

3 *Si titularis conſentiat in penſionem, adhuc litteræ ſunt iuſtificandæ, ſi non ſint puræ.*

4 *Reſeruatio penſionis, quando ſit conditionalis.*

Conſenſus titularis in penſionem eſt ſub conditione ſub qua eſt reſeruatio.

Quod eſt ſub conditione, euaneſcit ea non purificata.

5 *Quid, ſi titularis conſentiat, & exprimat valorem cum iuramento?*

Iuramentum operatur, quod valor expreſſus habeatur pro vero.

6 *Reſeruatio penſionis pura cum conſenſu titularis habet exequutionem paratam.*

Litteræ apoſtolicæ, ſi ſint puræ, habent ſtatim exequutionem paratam.

---

1 DVplici modo ſolent emanare litteræ reſeruationis penſionis, vel puræ, vel ſub conditione. Conditio autem poteſt diuerſimodè apponi, nempe vel dummodo pro titulari certa quantitas remaneat, vel dummodo penſio, ſeu ſe ſola, vel ſimul cum aliis nõ excedat dimidiam, vel tertiam partem fructuum, ſeu aliquo alio modo. Quando litteræ ſunt expeditæ ſub conditione, certum eſt, quod non habent paratam exequutionem, niſi prius iuſtificentur, & purificetur conditio, ſub qua ſunt expeditæ. Ita Zech. *de Benefic. cap.* 11. *num.* 6. Paris. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 22. Garzia *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *numer.* 458. *& ſequen.* Rota *in Lunen. Sarzanen. penſionis.* 15. *Februar.* 1593. coram Seraphino, & *in Salamantica penſionis* 26. *Martij.* 1593. coram Gypſio, & *in Cluſina penſionis* 9. *Decemb.* 1573. coram Cardinali Lancellotto; & coram Millino. *deciſ.* 237. *num.* 3. & alibi paſſim.

2 Licet enim Litteræ Apoſtolicæ habeant exequutionem paratam, vt tradit communiter Caſſador. *deciſ.* 10. *numer.* 8. *De reſcrip.* Mohedan; *deciſ.* 13. *Vt lite penden.* Rota *in Cremonenſi penſionis.* 15. *April.* 1611. coram Caualerio. *iam* & eſt *deciſ.* 148. *in impreſſis ipſius.* & coram Pennia *deciſ.* 1652. *num* 3. Quia hoc procedit, quando non indigent iuſtificatione, aut ſi indigent, iam iuſtificatæ ſunt; iuxta Rotam coram Cæſare de Graſ. *Deciſ.* 12. *de probat.* & *deciſ.* 221. *nu.* 3. *ver. Placebat etiam. par.* 2. *Diuerſor.* & *deciſ.* 129. *nu.* 5. *par.* 3. Recent.

3 Imo etiam ſi titularis conſenſerit in penſionem, adhuc iuſtificandæ ſunt litteræ reſeruatoriæ, vt tradunt Gigas *de penſion. quæſt.* 85. *num.* 10. & *quæſt. vlt. nu.* 15. Caſſador. *deciſ.* 10. *De reſcrip.* Garzia *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 464. Lotter. *de beneſic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 47. Rota *in Salaman. penſionis* 26. *Maij.* 1593. coram Gyptio. & in *Lunenſi Sarzanenſi penſionis.* 15. *Februar.* 1593. coram Seraphino, & coram Millino *deciſ.* 237. *num.* 3.

4 Ratio eſt. Quia quando litteræ reſeruatoriæ continent conditionem, quæ cadit ſupra reſeruationẽ, remanet reſeruatio cõditionalis, vt dixit Rota *in Brixienſi penſionis.* 28. *Nouem.* 1593. corã Millino, & *in Neritonenſi penſionis* 5. *Nouembr.* 1601. coram Ludouiſio, & coram Caualerio *deciſ.* 148. *num.* 4. Et proinde conſenſus titularis in penſionem eſt ſub eadem conditione, ſub qua eſt reſeruatio, quia conſentit in reſeruationem talẽ, qualis eſt, & proinde in reſeruationem conditionatam. Vnde ſi conditio non purificatur, euaneſcit totũ quod eſt ſub illa conditione, atque adeo non ſolum reſeruatio, ſed etiam conſenſus *l. Nec conditio. iniſ. ff. Si cert. pet.* & *l. Neceſſario. §. Quod ſi pẽdente ff. De per. & com. rei vend.* Et litteræ ante verificationem cõditionis non poſſunt habere exequutionem paratam.

5 Hoc tamen limitandum eſt, vt non ha-

habeat locum, ſi Titularis exprimat valorem beneficii cum iuramento, & valor ſit habilis ad ſubſtinendam penſionem, quia iuſtificatio conditionis reſultat ex huiuſmodi expreſsione, & conſenſu eidem expreſsioni innixo. Ita etiam, Lotter. *De beneſic. queſt. 38. num. 49. lib. 1.* Rota *in Romana penſionis* 15. *Ianuarij* 1627. *coram Kirili.* Iuramentum enim, quo confirmatur expreſsio valoris, operatur, quod habeatur pro vero, & quod expreſſio valoris procedat ex perfecta cognitione iuxta ea, quæ tradunt Butrius *in Cap. Si diligenti. n.* 18. *ver. Et dico.* De *foro compet.* Alexan. *in Rubr. num.* 15. *ver. Propter hoc.* De *verbor. obligat.* Archidiacon. *in Cap.* 2. De *pac. in* 6. Curt. *conſil.* 43. *nu.* 12. Grammat. *deciſ.* 107. *num.* 79. *in fine.* Felin. *in Cap. Si actio. num.* 36. De *fide inſtrumen.* Costa *in memorabil. verbo. Iuramēti religio effec.* 8. Capic. *deciſ.* 156. *num.* 29. *per tex. Cap. Ex reſcript.* De *iureiur.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 49. *num.* 42. Anton. Gabr. *concluſ.* 4. *num.* 1. De *iureiur. lib.* 2. Boer. *deciſ.* 221. *nu.* 13. Gail. *obſeruat.* 39. *num.* 26. Tiraquel. *in Præfat. l. Si unquam. num.* 134. Alexin. *in l. Si quis in conſcribendo num.* 9. C. De *pact.* Sard. *deciſ.* 216. *num.* 11. Natta *conſil.* 144. *n.* 8. *lib.* 1. Honded. *conſil.* 41. *numer.* 22. *lib.* 8. Benedict. Capra. *Regul.* 87. *num.* 124.

6. Denique ſi reſeruatio penſionis ſit pura, & titularis conſenſerit, Litteræ reſeruatoriæ habent paratam exequutionem, ita vt non ſit neceſſaria aliqua iuſtificatio. Ita Rota *in Salamantina penſionis.* 26 *Martij* 1593. coram Gypſio, & in *Abulenſi penſionis.* 27. *Ianuarij* 1600. coram Litta, & coram Mohed. *deciſ.* 331. & corá Guidob. *deciſ.* 141. & coram Millino. *deciſ.* 237. *num.* 1. & coram Coccino *deciſ.* 299. *nu.* 2. & *deciſ.* 441. *nu.* 25. *par.* 4. Recent. Ceſſat enim ratio, ob quam ſit neceſſaria iuſtificatio, & proinde ſubintrat regula, quod habeant exequutionem paratam. Cap. Si *Capitulo.* De *conceſ. præben. in* 6. & notant Gloſ. *ibid.* verbo, *Exequatur.* Mohed. *deciſ.* 13. Vt *lite pend.* Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. *in adnot. nu.* 220. abſque aliqua iuſtificatione.

Paſqualig. Quæſt. Selectæ.

An valeat oblatio ſub conditione, quod non obſtante quocunque iuramento res ſubhaſtata conſignetur vacua à poſſeſſore, detentore &c. Queſt. 74.

S V M M A

1 *Conditio, quæ inducit ad peccandum, non ponitur ſine peccato.*
Eſt de iure impoſſibilis.
Conditio, impoſsibilis vitiat contractum.
2 *Conditio quod res ſubhaſtata conſignetur vacua poſſeſſore &c. non obſtante iuramento valet.*
Impleri poteſt abſque peccato.
3 *Non continet ſcandalum.*
4 *Non eſt de iure impoſſibilis.*
Conditio valet, ſi quocunque modo impleri poteſt.

1 NEgatiuè videtur reſoluendum, quia talis oblatio præbet occaſionem peccati, quia inducit ad periurium, & proinde cōtinet peccatū ſcandali iuxta ea, quæ tradunt Gabr. *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 13. *ar.* 3. *dub.* 4. & *diſt.* 16. *quæſt.* 3. *ar.* 3. *dub.* 6. D. Antonin. *par.* 2. *cap.* 23. §. 13. Syluester *verbo.* Ars. *nu.* 3. Medina C. De *reſtit. quæ.* 30. *vbi de illicita negociat. modo* 1. & *ſequent.* Vnde cum ſit conditio de iure impoſſibilis iuxta *l. Filius qui.* & *l. Conditiones contra. ff.* De *condit. inſtit.* & *l. Non dubitamus. ff.* De *condit. & demonſtr.* & *l. Reprehendenda.* C. De *inſtit. & ſubſtit.* vitiabit oblationem, & proinde erit nulla, cum omni eo, quod inde ſequitur. Cum enim iſta oblatio fundet contractum inter offerentem, & ſubhaſtantem, ob impoſſibilitatem conditionis erit nullus iuxta §. *Impoſſibilis.* Inſtit. De *init. ſtipulat.* & *l. Non ſolum ff.* De *obligat. & act.* & *l. Impoſſibilis. ff.* De *verbor. obligat.*

2 Tenendum tamen eſt. *Quod conditio, ſub qua fit oblatio, quod ſcilicet non obſtante quocunque iuramento res ſubhaſtata conſignetur vacua à quocunque poſſeſſore, detentore &c. non vitiat oblationem; & proinde nec quicquid inde ſequitur.* Ratio deſumitur ex oppoſito, quod ſcilicet, talis cō-

ditio non inducat ad peccandum, & proinde non contineat peccatum ſcandali, nec ſit de iure impoſsibilis, quia ſine peccato impleri poteſt. Quamuis enim tali conſignationi obſtaret aliquod iuramentum, poteſt tamen ſequi abſque periurio, vel relaxante parte, ad cuius fauorem fuiſſet emiſſum, vel præcedente abſolutione à iuramento.

3 Cum ergo conditio impleri poſſit abſque periurio, licet etiam impleri poſſit cum periurio, ſumus in materia indifferenti, quæ habet bonum, & malum vſum, & ideo obligare ad talem conditionem implendam nõ præbet occaſionem ſcandali, atque adeo nec oblatio ſub tali cõditione eſt peccaminoſa iuxta ea; quæ tradunt Caiet. 2.2. *queſt.* 10. *ar.* 4 *in fine.* Aragon. *ibid. in fine.* Bannes *ar.* 11. *in fine.* Leſsius *lib.* 2. *de iuſt. & iure. cap* 13. *dub.* 3. *numer.* 3. *in fine.* Salon. 2. 2. *quaeſt.* 77. *ar.* 4. *controuer.* 6 Azor. *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 22. *queſt.* 6. Nauar. *Conſil* 1. *De Iudeis lib* 5. *in* 1. *edit.* & in 2. *Conſil.* 2 *nu* 9. Ledeſma *tom.* 2. *ſum. tract.* 1. *cap.* 5. *in fine.* Rodriquez *tom.* 2 *ſum. cap.* 76. *num* 13. Suarez *diſp.* 10. *de Charit. ſect.* 4. *n.* 3. Bonac. *diſp.* 2. *de peccatis. quaeſt.* 4. *pun.* 2. *& vn. num* 17. Palaus *par.* 1. *oper. moral. tract.* 6. *diſp* 6. *pun.* 8 *num.* 5. & alij cum D. Th. 2. 2 *queſt.* 169. *ar.* 2. *ad* 4.

4 Vnde cum talis conditio impleri poſſit abſque peccato, non erit de iure impoſſibilis, nec vitiabit contractum oblationis, quia ſufficit, quod quocunq. modo impleri poſsit, vt ſit poſsibilis iuxta *l. Cõditionum, ff. De cond. & demonſtr.* & *l* 2. *ff. De hære. 9. in dic.* & notat Gloſ. *ibid.* Menoc. *conſil.* 388. *nu.* 15. Io. de Anania *conſ.* 22. *n.* 3. Marian. Socin. *conſ* 46. *n* 25. *lib.* 4. Sigdorol. *conſil.* 1 *n* Rota corã Pennia *decif.* 165. *n.* 8. & coram Merlino *decif* 460. *numer.* 23. Ex quibus conſtat, quod; quæ in contrarium adducta ſunt, non poſſunt applicari præſenti caſui, nã ſupponebatur, quod conditio non poſſet impleri abſque periurio, atque adeo quod oblatio cum tali conditione conduceret ad peccatum, quæ falſa ſunt, vt cõſtat ex dictis.

An valeat aſſecuratio mercium, quæ tempore aſſecurationis iam perierant.

Quæſt. 15.

S V M M A

1 *Aſſecuratio mercium, quæ perierunt, an valeat*
2 *Aſſecuratio fieri poteſt ſuper re perempta, & quando.*
3 *Aſſecuratio quando extendatur etiam ad res peremptas, & quid requiratur.*
4 *Simplex aſſecuratio non ſubſiſtit, quando perijt res aſſecurata.*
Subſtantia, & materia aſſecurationis in quo conſiſtat.
5 *Contractus non ſubſiſtit, ſi non ſubſiſtit res, quæ venit in contractum.*
Etiam ſi prius ſubſiſteret, & caſu fortuito tempore contractus perierit.
6 *Emptio, & venditio non ſubſiſtunt, ſi perijt res vendita.*
Aſſecuratio eſt quædam venditio.
7 *Aſſecuratio extenſa ad rem peremptam habet admixtum alium contractum.*
Non tutò nulla ſunt qualitates.

1 CVm diſtinctione procedunt plures Doctores: aſſerunt enim, quod ſi aſſecuratus ſciuit, vel potuit ſcire, quod merces perierint, non valet aſſecuratio; quia aperiretur locus fraudibus. Valere autem, ſi non ſciuit, nec potuit ſcire. Ita Stracca *de aſsecurat. gloſ.* 27. *numer.* 1. Scaccia *de commer. par.* 2. *quaeſt.* 7. *ampliat.* 10. *§.* 1. *nu.* 20. Gamma *decif. Luſit.* 181. *nu.* 1. Coſta *de iur. & fac. ignor. centuria diſt.* 71. *num.* Rota coram Ludou. *decif.* 126. init. & *num.* 9. & coram Merlino *decif.* 597. *num.* 3.

2 Nec obſtat, quod res perierint, ſuper quibus fit aſſecuratio, quia aſſecuratio fieri poteſt etiam ſuper re perempta, vt tradunt Valaſc. *decif. Luſit.* 64. *numer* 6. Gamma *decif.* 181. *num.* 1. Oldus *conſil.* 31. *n.* 42. Riccius *collect.* 833. *in fine par.* 4. Molina *de contract. diſp.* 507. *nu.* 3. *ver. Quare.* Leſſius *de iuſt. & iure lib.* 2. *cap.* 28. *dub.* 4. *n.* 25. Rota Ianuenſ. *decif.* 36. *num.* 6. & *dec.* 102. *num.* 4. Strac. *de aſſecur.* 11. *gloſ.* 27. *numer.* 1. Scaccia *de commer. par.* 2. *quaeſt.* 7. *ampliat.* 10. *§.* 1. *num.* 20. quando neſcitur, quod perierit.

3 In hac difficultate attendenda eſt con-

conuentio inter aſſecuratum, & aſſecurantem, quia ſi inter eos conueniat de aſſecuratione, ſiue tūc temporis merces ſaluæ ſint, ſiue perierint, aut talibus verbis pactum concipiatur, vt poſſit complecti etiam merces, quæ perierunt, dummodo incertum ſit, an perierint, valebit aſſecuratio, etiamſi tempore aſſecurationis perierint iuxta ea, quæ tradunt Dec. *conſil.* 115. *num.* 4. ver. *Præterea.* Valaſc. *deciſ.* 64. *num.* 7. Rota Iauenſ. *deciſ.* 102. *numer.* 4. & in hoc caſu locum habet opinio *num.* 1. relata. In hoc enim caſu non interuenit ſimplex contractus aſſecurationis, ſed etiam ſponſionis ſuper ſalua mercium exiſtentia, quæ, ſi ſaluæ ſint, lucratur aſſecurans; ſi ſaluæ non ſint, lucratur aſſecuratus.

4 Verum. *Si interueniat ſimplex aſſecuratio, nō videtur poſſe ſubsiſtere, niſi merces aſſecuratę ſaluę ſint tempore aſſecurationis.* Quia ſi perierunt, deficit ſubſtantia contractus ex defectu materiæ; & proinde eſt nullus; ſubſtantia enim aſſecurationis cōſiſtit in eo, quod aſſecurator ſuſcipiat in ſe periculum, quod merces ſubire poſſunt, dū ad certum locum deportantur, vt dixit Rota coram Merlino *dic. deciſ.* 597. *n.* 8. Et materia eſt id, quod ab initio periculo exponitur, vt dixit eadem Rota *deciſ.* 47. *nu.* 8. *par.* 5. *Recent.*

5 Si ergo quando initur contractus aſſecurationis, non adeſt res, quæ periculo exponatur, quia iam periit, nec etiam ſubſiſtet contractus aſſecurationis, cum ſit de ſubſtantia cuiuſcunque contractus, quod non ſubſiſtat, niſi ſubſiſtat res, quæ venit in contractum *l. Domum.* & *l. In vendittione ff. De contrahen. empt.* & *l. Mulieres* §. 1. *ff. De verbor. ſignificat.* & *l. Neceſſario ff. De per. & com. rei vend.* Et hoc valet nō ſolū, quando materia contractus abſolutè non extat, ſed etiam, ſi antea extaret, & tēpore contractus ex aliquo caſu fortuito periiſſet; pro quo ad ſūt expreſſiſſimi tex. *l. Domum emi ff. De contrahen. empt.* ibi *Domum emi, dum eam, & ego, & venditor comburſtā ignoraremus Neruia, Sabinus, & Caſſius nihil veniſſe, quamuis area maneat, pecuniamque ſolutam condici poſſe aiunt.* & *l. Arboribus eod. tit.* ibi. *Arboribus quoque vento deiectis, vel igne abſumptis, dictum eſt, emptionem fundi non videri eſſe contractam, ſi cōtemplatione illarū arborū (veluti olìueti) fundus comparabatur.* Si ergo tempore aſſecurationis periit res aſſicuranda, deficit materia contractus. & ſuſceptio periculi in ſe, cum non poſsit ſuſcipi periculum illius, quod non eſt: & proinde etiam ſubſtantia contractus,

6 Et loquendo de contractu emptionis ita docent communiter Doctores in dic. §. *Domum emi,* & *l. Arboribus. ff.* De *contrahen. emp.* præcipuè Bar. & Bal. cum Gloſ. Alber. Bon. *trac. de meliorat. n.* 87. Çeuallos *commun. contra com. quæſt.* 536. *numer.* 40. Surd. *deciſ.* 32. *num.* 44. Hermoſilla *ad l.* 14. *gloſ.* 1. *nu.* 1. *tit.* 5. *par.* 5. Eſt autem eadem ratio de contractu aſſecurationis, cum pro validitate cuiuſcunque contractus requiratur materia, & ſubſtantia ipſius. Imo aſſecuratio eſt venditio ſuſceptionis periculi, vt dixit Rota *in dic. deciſ.* 597. *num.* 7. coram Merlino, & coram Ludouiſ. *deciſ.* 126 *num* 6.

7 Neque ſupradictis obſtat, quæ *n.* 2. allata ſunt; quia, vt dictum eſt, aſſecuratio non ſe extendit ad rem peremptam tanquam aſſecuratio, quod enim periit, aſſecurari non poteſt, nec in ſe ſuſcipi periculum, quod ſub re poteſt, Quia non entis nullæ ſint qualitates *l. Pomponius.* §. *fin, ff.* De *acquir. poſſeſ.* & *l. Nec vllam.* §. *Si quis abſentis ff.* De *petit. hered.* & Cap. *Bonæ.* De *elect.* & Cap. *Ad diſſoluen.* De *diſpenſat. impub.* Sed habet admixtum alium contractum, nempe ſponſionis. Et tunc ſolet explicari, quo extendatur obligatio etiam ad caſum, in quo periiſſet, his, aut aliis huiuſmodi verbis, *Perita, ò non perita,* vt aduertit Rota *deciſ.* 126. *num* 8. coram Ludouiſio, & longè plus ſoluitur, quàm ſoluatur pro ſola aſſecuratione.

An ius ſepulchri tranſeat in heredem extraneum. Quæſt. 76.

S V M M A

1 *Iuspatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.*

1 Finita Familia ius ſepulturæ familiaris reuertitur ad Eccleſiam.
Conceſſio ſepulturæ eſt conceſſio ſolius vſus, non proprietatis.
3 Vſuſfructus finitur morte vſufructuarij.
Qui ſunt de familia, habent ſoli priuatiuè quo ad alios ius ſepulturæ, quando eſt conceſſa pro familia.
4 Ius ſepulchri hæreditarij tranſit ad extraneos hæredes.
5 Ius ſepulchri familiaris apud Gentiles tranſibat ad quoſcunque ſucceſſores.
Cur non tranſeat apud Chriſtianos.

1 EXtincta progenie Petri, qui fuit vltimus familiæ, instituit Ioannem extraneum ſuũ hæredem. Et quia Petrus habebat ius ſepulturæ ſpecialiter deputatæ pro ſua familia, fuit dubitatum, an idem ius tranſierit ad hæredẽ extraneũ, an verò redierit ad Eccleſiã. Et quod tranſierit ad hæredem extraneum, videtur ex vna parte reſoluendum, quia licet ſit ius ad aliquid ſpirituale, videtur tamen imitari iuspatronatus, quod tranſit cum vniuerſitate bonorum, vt tradunt communiter Doctores, Abbas in Cap. Ex litteris nu. 12. De iurepatr. Barboſa de poteſt. Epiſ. alleg. 71. num. 22. Ferret. conſil. 179. n. 2. Rota coram Puteo deciſ. 341. in nouis. & coram Seraphino deciſ. 725. nu. 1.

2 Tenendum tamen eſt, *Quod ius ſepulturæ non tranſeat ad extraneũ hæredem, ſed reuertatur ad Eccleſiam.* Ita Petrus de Vbald. de Canon. parochr. cap. 10. nu. 6. Rota coram Ludouiſio deciſ. 291. num. 3. Ratio eſt. Quia dum alicui conceditur ſepulchrũ in Eccleſia, ſeu cœmeterio, non conceditur proprietas, ſed tantum vſus, itã vt proprietas remaneat penes Eccleſiam, & ſolus vſus tranſeat in conceſſionarium, vt tradunt communiter Doctores, Hoſtienſ. in Cap. Abolenda. num. 18. De ſepultur. Abbas num. 5. Butrius num. 3. & cœteri ibid. & ſæpius firmauit Rota, vt deciſ. 787. num. 4. par. 1. Diuerſ. & in Burgenſi ſepulchri de Vallediego. 1. Iun. 1605. corã Ortembergo. & in Burgenſi S. Dorotheę 13. Febru. 1579. coram Aldobrandino, & coram Pennia deciſ. 442. nũr. 3. & deciſ. 1566. numer. 2. & par. 2. Recent. deciſ. 378. num. 1. Et conſtat ex l. Quamquã. ff. De aqua plu arcẽ. & l. Si ſepulchrum. C. De relig. & ſumpt. fun.

3 Cum ergo vſuſfructus finiatur cum vſufructuario, & conſolidetur proprietati, iuxta l. Rem. C. De vſufruc. & §. Finitur. Inſt. de vſufr. & notat Soc. iun. conſ. 89. n. 3. lib. 3. Rota deciſ. 653. num. 1. par. 2. Recent. & coram Pennia deciſ. 65. numer. 5. Finita familia, pro qua facta eſt conceſſio ſepulturæ, tanquam finito vſufructuario, conſolidatur proprietati, & reuertitur ad Eccleſiã, penes quam remanſit proprietas. Confir. Quando ſepulchrum eſt conceſſum pro familia, illi ſoli, qui ſunt de familia habent ius ſepulturæ quò ad alios omnes priuatiuè iuxta l. Familiaria. ff. De relig. & ſump. fun. Ergo hoc ius tanquam coarctatum ad familiam non poteſt in alios tranſire, & conſequenter neque etiam in extraneum hæredem, & proinde reuertetur ad proprietarium.

4 Dices. Ius ſepulchri tranſit in hæredes iuxta l. Ius ſepulchri. C. De relig. & ſump. fun. & notant Molina lib. 1. de primogen. cap. 24. num. 4. Aſinius in l. Familiaria. ff. De relig. & ſump. fun. Ergo tranſit etiam ad extraneos hæredes, cum hi ſint veri hæredes, licet non ſint de familia. Reſp. Ius ſepulchri hereditarii tranſire ad quoſcunque hæredes, ſiue ſint de familia, ſiue non ſint; ius verò ſepulchri familiaris, quia eſt conceſſum pro familia tantum, tranſire tantum ad hæredes, qui ſunt de familia, iuxta l. Familiaria. ff. De relig. & ſumpt. fun. vbi. Familiaria ſepulchra dicũtur, quæ quis ſibi, familiæque ſuæ conſtituit. Hæreditaria autem, quæ quis ſibi, hæredibuſq. ſuis conſtituit. Quod autem hic dicitur de conſtructione quò ad ſepulchra Gentiliũ, intelligendum eſt quò ad noſtra de conceſſione facta ab Eccleſia.

5 Adhuc tamen inſtari poteſt ex l. Vel qua. ff. De religioſ. & ſump. fun. & l. Ius ſepulchri. C. De relig. & ſump. fun. In ſepulchro familiari ſepeliri poſſunt ſucceſſores, qualeſcunque fuerint; & ius ſepulchri tam familiaris, quàm hæreditarij pertinet ad heredes etiã extraneos. Ergo nõ redit ad Eccleſiam extincta familia. Reſp. Dictos tex. procedere de ſepulchris Gentilium, quæ licet ſecundum ipſos eſſent loca religioſa, non tamen erant loca ſacra, & eccleſiaſti-

ca. Vnde iis nō concedebantur ab aliquo, ſed ipſi ſibi procreabant tale ius, nam inferendo cadauer faciebant locum religioſum: & ideo vſus tranſibat ſimul cum iure, ad quoſcunque ſucceſſores, quia non erat regulandum ſecundum menſuram conceſſionis alicuius. At modo, cum ſepulchra ſint loca ſacra, & de proprietate Eccleſiæ, & vſus ſolus concedatur, debet regulari ſecundum menſuram conceſſionis. Et ideo ſi vſus eſt conceſſus ſolum pro familia, finietur extincta familia, quia conceſſio ad alios non ſe extendit, & reuertetur ad Eccleſiam, non autem tranſiet ad extraneos hæredes.

An obſtet regularitati Eccleſiæ, quod in ipſa exiſtat beneficium ſæculare. Quæſt. 77.

S V M M A.

1 *Eccleſia eſt regularis, licet remaneat in ea beneficium ſæculare, & antea eſſet ſæcularis.*
2 *Eccleſia ſæcularis, ſi vniatur Monaſterio, fit regularis.*
Eccleſia talis eſt, quale Monaſterium.
3 *Eccleſia eſt pars Monaſterij.*
4 *Eccleſia eſt regularis, ſi ſit ſub regimine Regularium.*
5 *Eccleſia vnita Monaſterio exempto eſt exempta.*
Regularium Eccleſiæ ſunt loca exempta.
6 *In Eccleſia Regulari poteſt eſſe beneficium ſæculare.*

VT Epiſcopus loci ius ſibi vindicaret in Eccleſia conceſſa Regularibus, allegabat, quod non eſſet Regularis, quia exiſteret in ipſa beneficium ſeculare ſub titulo Prioratus, cui antea erat annexa cura eiuſdem Eccleſiæ: & proinde contendebat, quod adhuc remaneret in ſtatu ſæculari. Verum hoc non obſtante tenendum, *Quod Eccleſia ſit Regularis, & eo ipſo ſint talis quod Regularibus conceditur.* Intelligitur tamen, dum conceditur in proprietatem, non in ſolum vſum. Tunc autem cenſetur concedi in proprietatem, quando vnitur Monaſterio.

2 Ratio eſt, Quia licet Eccleſia ſit ſæcularis, dum tamen ab auctoritatem habente vnitur Monaſterio regulari, fit regularis, quia non dantur Monaſteria abſque proprijs Eccleſijs, vt dixit Rota *deciſ.* 264. *num.* 4. *par.* 2. *Recent.* Et ideo dum Eccleſia vnitur monaſterio, fit Regularis, cum talis ſit, quale eſt Monaſterium Cap. 1. *De Capel. Monach.* vbi Gloſ. *verbo Monaſterium in fine.* Item Gloſ. *in Cap.* 1. verbo *Exempto, De priuileg. in* 6. Barbaria *in Cap. Cum dilectus, num.* 3. *De conſuet.* Rota coram Dubrano *deciſ.* 74. *num.* 4. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 370. *num.* 2. & communiter Doctores *in dict. Cap.* 1. *De priuileg. in* 6.

3 Cum enim Eccleſia ſit pars Monaſterij, & veniat ſub Monaſterij appellatione, vt notat Gloſ. in *Cap.* 1. verbo *Exempto, De priuileg. in* 6. vbi etiam Doctores, cum Monaſterium ſit regulare, eccleſia quoque erit regularis, quia tanquam acceſſoria ſequitur naturam ſui principalis, & debet eſſe eiuſdem qualitatis, cuius eſt totum.

4 Accedit etiam, quod manet ſub regimine, & cura Regularium. Nam adminiſtratur per Prælatum Regularem cum ſuo Capitulo, quod ſufficit ad inducendam regularitatem, vt tradunt Innocent. *in Cap. Poſtulaſti, num.* 1. De *iurepatron,* Panormit. *in Cap. Niſi eſſent, num.* 11. *De præbend.* Butr. *ibid.* Rota coram Seraphino, *deciſ.* 1272. *nu.* 6. & coram Pennia *deciſ.* 443. *numer.* 2. & alii cum Gloſ. *in Clemen. Et ſi principalis, verbo Conuentualem, De reſcriptis.*

5. Ex quibus fit, quod præfata Eccleſia tanquam regularis, et vnita Monaſterio exempto, ſit omnino exempta, iuxta Cap. 1. §. *In eos, De Priuileg. in* 6. vbi Gloſa *verbo Exempto* alia allegans, Socin. iun. *in Cap. Recepimus, num.* 97. *De priuileg.* Rota *deciſ.* 54. *num.* 11. *par.* 2. *Diuerſor.* & coram Merlino *deciſ.* 8. *num.* 3. Et conſtat etiam ex diuerſis priuileg. Summorum Pontificum, præſertim Sixti IV. *in eiuſdem* 1. *Conſtit. apud* Confect. *Ne quiſpiam* (Ordinariorum) *abſque dictæ Sedis ſpeciali commiſſione, & auctoritate in perſonas, domos, & loca dicti Ordinis Prædicatorum, vt poteſ*

prior-

prorſus exempta; aliquas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias ſpecialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in perſonas, domos, & loca huiuſmodi aliquam preeminentiam, ſuperioritatem, & iuriſdictionẽ quomodolibet exercere præſumant, etiam ratione contractus, vel delicti, ſeu rei, de qua contra ipſos ageretur, vbicunque ineatur contractus, cõmittatur delictum, & res ipſa conſiſtat. Hoc autem priuilegium participatur ab ijs, qui habent communicationem ſaltem in forma ampliſſima, et quæ ſe extendat etiam ad priuilegia, quæ aliàs non veniunt in communicatione. Imò vt declarat obſeruantia ſubſequuta, Monaſteria omnia, & eccleſiæ Regularium plenè exemptorum quo ad exemptionem pariſicantur.

6 Neque obſtat, quod in præfata eccleſia exiſtat beneficium ſæculare, quia non rectè arguitur à ſtatu beneficii ad ſtatum eccleſiæ. Quia poteſt in eccleſia regulari exiſtere beneficium ſæculare iuxta Cap. *fin. §. Præcipimus. De ſtatu Monach.* & obſeruant *ibid.* Ancharan. *nu.* 13. *ver. Quod intellige.* Io. Andr. *nu.* 15. Butrius. *numer.* 16. Lotter. *de benefic. quæſt.* 34. *numer.* 71. *lib.* 1. Sufficit enim, quod non permiſceantur. Quod contingit ob vnionem eccleſiæ cũ Monaſterio; nam hæc vnio ſeparat eccleſiam à beneficio, ita vt quo ad regimen non ſit illi amplius vnita: & ſolum remaneat vnio localis, quatenus erectio beneficij continuat in eodem loco. Et ſtante hac ſeparatione impermixtè ſe habent, ita vt nec ad eccleſiam pertineat ius beneficij, nec ad beneficium, ſeu beneficiarium ius eccleſiæ.

An renunciatarij impugnantes ſententiã nullitatis profeſſionis, teneantur renunciãti ſubminiſtrare alimenta. Quæſt. 78.

SVMMA.

1 *Renunciatarij tenentur ſubminiſtrare alimenta annullanti profeſſionem, ſi impugnent ſententiam nullitatis.*
2 *Litigans, quando collitigãti debeat alimenta.*
3 *Cur debeat ſubminiſtrare.*
4 *Annullans profeſſionem præſumitur pauper.*
Alimenta quando debeantur collitiganti, licet non conſtet de paupertate.
5 *Sententia tribuit bonum ius.*
6 *Agenti ad recuperanda propria bona, debentur alimenta.*
Bona tranſeunt cum onere alendi, ad quem ſpectant.

1 FRanciſcus profeſſurus intra religionem renunciauit bonis omnibus ad fauorem ſuorũ Fratrũ, poſtea excitata lite ſuper validitate profeſſionis obtinuit ſententiam de nullitate & egreſſus eſt à religione dimiſso habitu &c. & cum inſtaret admitti ad bona renunciata, eius fratres impugnare cœperunt nullitatem profeſſionis, & ſententiã pro ipſa latam. Vnde fuit dubitatum, an interim tenerentur ipſi ſubminiſtrare alimenta, & expenſas litis. Et *affirmatiuè reſoluendum eſt*, quod extra difficultatem videtur.

2 Habet enim locum regula generalis, quod collitiganti debentur alimenta, & expenſæ litis, ſi pauper ſit, & habeat bonũ ius, vt tradunt Angel. *conſil.* 245 *numer.* 4. *ver. Præterea.* Paris de Puteo *de Sindicatu ver.* Expenſę. *num.* 2. Io. Lupus *in Cap.* Per *veſtras. not.* 1. *ampliat.* 18. *§.* 39. *ver. Imo quod plus eſt* Couaruu. *Pract. quæſt. cap.* 6. *num.* 5. *ver. Ego vero.* Neuizan. *in Sylua nup. lib.* 6. *num.* 32. & *conſil.* 44. *nu.* 14. Boer. *deciſ.* 303. *num.* 4. Rebuf *ad Conſtit. Regni. tom.* 1. Tit. *De ſentent. prouiſ. ar.* 3. *gloſ. fin. num.* 1. & *in Præfat. num.* 117. Afin. *in Praxi.* §. 32. *ampliat.* 30 Lancellot. *De attent. par.* 2. *cap.* 4 *limit.* 11. *num.* 20. Simon. de Prætis *de interpret. vlt. volun. lib.* 5. *interpret.* 2. *dub.* 2. *nu.* 28 Craueta *conſil.* 164. Cordubæ *in l. Si quis à liberis. §. Si vel. Parent. num.* 47. *ff. De liber. agnoſcen.* Oldrad. *conſil.* 27. *nu.* 3. Deciſ. Peruſin. 46. *num.* 6. Surdus *de alimen. tit.* 1. *quæſt.* 120. *num.* 8. Rota coram Veral. *deciſ.* 20. *num.* 2. *lib.* 1. & coram Seraphino *deciſ.* 426. *num.* 1. & *deciſ.* 1098. *nu.* 2. & *deciſ.* 748. *num.* 1. & 5. *par.* 2. Recent.

3 Hoc etiam conſtat ex diuerſ. text. & ſpecialiter & *l. fin. ff. De Carbon. edicto.*

& *l.*

& l. Si inſtituta. §. Si de inoſficioſo. ff. De inoſfic. teſtam. ibi *Placuit interim propter inopiã pupilli alimenta pro modo facultatũ, &c.* & l. ſin. C. De ordin. cognit. ibi *Tãtum litis ſumptus, & alimonia homini miniſtrantur.* Neque enim debet actor priuari iure ſuo ob ſuam pauperatatem. Ruſſus quia cũ reus ſtante bonitate iuris actoris habeat contra ſe præſumptionem, cogi debet ad alimenta, et expenſas ſubminiſtrandas in pœnam, quod non deſerat, ſicut deferre deberet bono iuri actoris, ſed cogit eum ſubire expenſas, et carere, vnde alimenta percipere poſſet.

4 Quod autem in eo, qui obtinuit ſententiam pro nullitate profeſſionis concurrant conditiones requiſitæ pro obtinendis alimentis, non poteſt vetti in dubium. Nam de paupertate conſtat, quia egreditur è religione nihil proprii poſſidens, præmiſſa renunciatione eorum, quæ poſſidebat ad fauorem fratrum, ad quæ regredi ntendit, cum non ſit renunciatio ſortita ſuum effectum defectu validitatis profeſſionis. Imò cum prætendat alimenta de propriis bonis, quæ à propriis fratribus occupantur, etiamſi non conſtaret de paupertate, ei deberentur, vt dixit Rota *decif. 499. par. 1. Diuerſ.* et coram Pennia *decif. 378. num. 4.*

De altera autem conditione, nempe de bono iure, etiam conſtat, quia præſumptio boni iuris reſultat ex ſententia, quam pro nullitate obtinuit, iuxta ea, quæ tradunt Crauetta *conſil. 164. num. 1. in fine.* Couarruu. *Pract. quæſt. cap. 6. num. 6.* Surd. *de alimen. tit. 1. quæſt. 20. numer. 10. & 11.* Afflict. *decif. 1. num. 5.* Rota coram Seraph. *decif. 318. num. 2.* et coram Merlino *decif. 7. num. 1. & decif. 50. num. 2. par. 1. Recent.* et *decif. 470. num. 2. et decif. 758. num. 1. tom. 2. par. 2. Recent.* Sententia enim operatur, quod ius ſiet ex parte illius, in cuius fauorem lata eſt, et ideo præſumitur habere iuſtam cauſam proſequendi litem, et vindicandi propria iura.

Quod eo amplius conſtat, quia licet lis verſetur ſuper validitate profeſſionis, refertur tamen ad hæreditatem paternam, quam vt fratres ſibi vendicent, conantur euincere validitatẽ profeſsionis, vt euincant validitatem renũciationis, cum nihil eorum interſit, an profeſsio ſit valida, an nulla, niſi quatenus inde reſultat validitas, vel nullitas renunciationis. Quando autem agitur de paterna hæreditate, ſtante quacumque præſumptione boni iuris miniſtrari debent alimenta, vt tradũt Afflict. *decif. 1. num. 2.* Molina *lib. 2. de Primogen. cap. 16. nu. 41.* Creſcent. *decif. 233.* Pennia *decif. 508. num. 3.* Alimenta enim debentur ex bonis, quæ ad alimentarium pertinẽt, et ſubſunt huic oneri, apud quẽcumque reperiantur, vt tradunt Bart. *in l. 2. init. ff.* *De alimen. & cibar. leg.* et *in l. Si quis à liberis. 9. Idem reſcripſerunt. ff. De liber. agnoſc.* Rota coram Pennia *decif. 378. n. 3.*

An ſi coadiutus ſit excommunicatus, coadiutor percipiat diſtributiones: Quæſt. 79.

S V M M A

1 *Excommunicatus amittit ipſo facto fructus beneficij.*

2 *Excommunicatio ſecum affert priuationem fructuum beneficij.*

3 *Excommunicatus tenetur abſtinere à perceptione bonorum Eccleſiæ.*

4 *Coadiutor non lucratur diſtributiones coadiuto excommunicato.*

Coadiutor non habet poſſeſſionem, nec titulum beneficij.

Beneficium non vacat per mortem coadiutoris.

5 *Coadiutores dantur, vt ſuppleant vices coadiuti.*

Diſtributiones debentur titulo beneficij ex conditione intereſſentia.

6 *Coadiutor percipit diſtributiones ſibi aſſignatas, licet coadiutus ſit excommunicatus.*

Excommunicatio alteri non nocet.

7 *Coadiutor quo titulo recipiat diſtributiones ſibi aſſignatas coadiuto excommunicato.*

1 QVamuis nõnulli ſentiãt, quod excommunicatus non priuetur fructibus beneficii, niſi hoc in ſententia exprimatur vt Gloſ. in Cap. *Paſtoralis. §. Verum.* verbo:

Sub-

dicta expreſſione, ſi ſequatur pacifica poſſeſſio beneficij pro ſubſtentatione, quaſi per æquipollens forma impleta ſit.

An ordinatus ad titulum patrimonij poſſit illud alienare adepto ſufficienti beneficio, aut ſi aliunde habeat, vnde commodè ſubſtentetur. Quæſt. 68.

S. V M M A.

1 *Patrimonium, aut penſio, quibus inhæret titulus Ordinationis, quando non poſſit alienari.*
Quæ alienatio ſit prohibita.
Prohibitum de vno, de altero cenſetur conceſſum.
2 *Ante Trident. patrimonium ordinationis poterat alienari.*
Prohibitio alienationis coarctata non ſe extendit ad non coarctatam.
3 *Adeptus beneficium ſufficiens poteſt alienare patrimonium ſine licentia.*
4 *Dictio, Donec, limitat, & diuidit tempus.*
5 *Facit, quod diſpoſitio non extendatur vltra tempus coarctatum.*
6 *Beneficium, quod ſuccedit loco patrimonij, eſt eiuſdem conditionis cum ipſo.*

1 DE ordinato ad titulum patrimonii diſponit Concil. Trid. *ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.* ſicuti etiam de ordinato ad titulum penſionis, quod, *Illa* (patrimonium, & penſio) *deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus poſſint, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel aliunde habeant, vnde viuere poſſint.* Ex qua diſpoſitione conſtat, quod ſub prohibitione non cadit quæcunque alienatio, ſed alienatio abſque licentia Epiſcopi. Vnde indirectè videtur conceſſa alienatio qualificata, nempe cum licentia Epiſcopi, nam prohibitum de vno cenſetur de altero conceſſum. *l. Cum prætor. ff. De iudic.*

2 Præſertim quia, cum ante Concil. Trident. poſſet patrimonium, ad cuius titulum Clericus fuerat ordinatus, alienari ſine licentia Epiſcopi, vt tradunt Gloſ. *fin. in Cap. Tuus. De præben.* Imola *ibid.* Panormit. *n. 8.* Dec. *in Cap. Eccleſia S. Mariæ n. 17. De conſtit.* Felin. *num. 10.* Couaruu. *in Cap. Raynaldus* §. 2. *num. 7. De teſtam.* Silua *de benefic. par. 1. quæſt. 3. num. 11.* Guttierez. *pract. quæſt. 65. num. 10. lib. 2.* Redoan. *de reb. Eccleſ. alien. Rubr. 33. caſu 13.* Ceual. *com. contra com. quæſt. 527. num. 1.* Dum Concil. coarctat prohibitionem ad alienationem ſine licentia Epiſcopi, cenſetur permittere alienationem qualificatam, nempe cum licentia Epiſcopi iuxta *L. Ab ea parte. ff. De probat.* & notant Gloſ. *in l. Nec non. verbo* Prohibeant. *ff. Ex quibus cau. ma.* Alber. *in dict. l. Ab ea parte. ver. Si conſidero.* Salicet. *in l. 2. oppoſit. 3. ff. De probat.* Alexan. *conſil. 57. num. 2. lib. 1.* Hoc autem ſtante vertitur in dubium, an pro alienatione patrimonii requiratur licentia Epiſcopi, quando ordinatus ad ejus titulum adeptus eſt beneficium, aut aliunde habet, vnde viuat.

3 Et quamuis. Quintanaduen. *lib. 3. Eccleſiaſt. num. 72.* putet, eſſe adhuc neceſſariam licentiam Epiſcopi, pro alienando patrimonio, non obſtante, quod ordinatus adeptus ſit ſufficiens beneficium, aut aliunde habeat, vnde viuat. Tenendum tamen eſt. *Quod non ſit neceſſaria dicta licentia.* Ita Ceual. *commun. contra com. quæſ. 527. num. 8. & quæſt. 561. num. 30.* Pariſ. *lib. 2. de reſignat. quæſt. 6. num. 16* Garzia. *de benefic. par. 2. cap. 5. n. 186.* Quod etiam intelligendum eſt de penſione, ad cuius titulum quis eſt ordinatus.

4 Ratio deſumitur ex verbis Concilii dicto *Cap. 2. de reformat. ſeſſ. 21.* præmiſſa enim prohibitione alienandi, extinguendi &c. ſtatim ſubdit. *Donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti*, quæ limitant prohibitionem, vt non ſit perpetua, & coarctat ad tempus precedens aſſequutionem beneficii ſufficientis, aut in quo habeat aliunde, vnde viuat. Dictio enim, *Donec*, eſt reſtrictiua temporis, vt tradunt Gloſ. *in Clemen. 1. verbo.* Donec. *De cenſib.* Cephal. *conſil. 158 num. 39* Alexan. *conſil. 66. num. 3. lib. 3.* Dec. *conſil. 621. n. 7.* Surd. *conſil. 186. num. 15.* Menoch. *conſ. 151. num. 40* Honded. *conſil. 6. num. 36. vol. 1.*

5 Vnde dicta dictio operatur, quod

pro-

prohibitio Concilii non extendatur vltra tempus, cui adijcitur nempe vltra tempus, in quo ordinatus ad titulum patrimonii erit ſine ſufficienti beneficio, aut non habeat aliunde, vnde viuat iuxta ea, quæ tradunt. Bart. *in l.1.ff. De condit. & demonſtrat.* Socin. iun. *conſil.76.num.113.lib.1.* Ripa *Obſeruat.372. numer.2.* Grat. *conſil.81. num.26. lib.2.* Patiſ. *conſil 20. num.7. lib.3.* Rota *deciſ.162 num.3. in fine. par 2. Recent.* Vnde cum ſit prohibita alienatio ſine licentia Epiſcopi durante tempore, quod diuidit dictio *Donec*, eo elapſo ceſſabit prohibitio alienandi ſine licentia Epiſcopi tãquam ad illud tempus coarctata; Quia tamen licentia alienandi, eſt tacitè conceſſa à lege, vt cõſtar ex modo dictis, ideo requiritur, quod habeat exequutionem, quæ ſit auctorizata. Vnde ſpectabit ad Epiſcopum recognoſcere, an iuxta diſpoſitionem Concilii patrimonium ſit alienabile ratione beneficii adepti, & relaxare licentiam pro exequutione alienationis. Et hoc eſt, quod voluit S. Concil. Congreg. dum poſt longam examinationem difficultatis concluſit, quod ſit neceſſaria licentia, vt in *Interamnenſi.* 16. April 1622.

6 Ex his infertur. Quod ſi ordinatus ad titulum patrimonii illud alienet, poſtquam adeptus eſt beneficium ſufficiens, hoc beneficium non poterit reſignari, niſi reſignans habeat vnde commodè viuere poſſit, non ſolum propter *Conſtitutionem* 58. Pii V. de qua in ſuperioribus, ſed etiam quia beneficium, dum alienatur patrimonium, ſubrogatur in locum illius pro ſubſtentione. Quia Concil. *cit. cap.2. de reformat. ſeſſ.21.* in tantum concedit alienati patrimonium, inquantũ ſucceſſit eiuſdem muneri, nempe ſubminiſtrationi ſubſtentationis, quõd importat ſubrogationem. In ſubrogato autem idem ſeruari debet, quod ſeruatur in eo, in cuius locum facta eſt ſubrogatio *l. Si eum. §. Qui iniuriarum. ff. Siquis caut.* & notant Surd. *deciſ.35.num.9.* Gabr. *concluſ.2. De reg. iur.* Rota coram Merlino *deciſ.445. num.1.*

Quodnam beneficium dicatur ſufficiens ad effectum, vt poſſit alienari patrimonium titulare ordinationis. Quæſt. 69.

S V M M A.

1 *Pro renunciando titulo patrimonij requiritur beneficium ſufficiens pro victu.*
2 *Sufficientia alimentorum taxatur iuxta conditionem perſonæ.*
3 *Beneficium, vt ſit ſufficiens, debet ſubminiſtrare alimenta, victum, veſtitum &c.*
4 *Regula ad cognoſcendum, quando beneficium ſit ſufficiens.*
5 *Aduentitia non computantur, quando conſideratur ſufficientia beneficij.*
Eleemoſina intuitu miſſarum non attenduntur, quando conſideratur, an Clericus habeat, vnde viuat.

1 EX diſpoſitione Concil. Trident. *cap.2. de reformat. ſeſſ.21.* conſtats quod ordinatus ad titulum patrimonii non poſſit illud alienare, niſi adeptus ſit ſufficiens beneficium, aut aliunde habeat, vnde viuere poſſit. Vnde conſtat, quod intelligitur de ſufficientia pro victu, & debet victus eſſe cum commoda ſubſtentatione, vt explicatur in *Conſtit.* Pii V. *Quanta Eccleſia Dei*, quæ eſt 58. *num.3. Bullar.* Et proinde debent fructus beneficii ſubminiſtrare commodam ſubſtentationem.

2 Quanti autem debeant eſſe iſti fructus, non eſt ita facile decernere. Et Doctores agentes de ſufficientia alimentorũ, volunt, quod ſtandum ſit arbitrio iudicis conſiderata qualitate, & conditione perſonæ iuxta. *l. Sicut. ff.* De ann. leg. & *l. Mela.* & *l. penul. ff.* De alimen. *& cibar. leg.* & *l. Habitatio. ff.* De vent. *in poſſeſſ. mit.* & *l. Sed & ſi quid inædificauerit. §. Sufficienter. ff.* De vſufr. Ita Felin. *in cap. Poſtulaſti num.26.* De reſcrip. Maſcard. *de probat. concluſ.650. nu.9. vol.2.* Couuar. *pract. quæſt. cap.6. n.7.* Tiraquel. *De nobilit. cap.20. num.143.* Corduba alios citans *in l. Si quis à liberis. §. Sed ſi filius, numer.43. ff.* De liber. agnoſcen. Rota

ta coram Veral. *deciſ.* 65. *par.* 1. & eadem Rota aſsignare ſolebat cuicumque Clerico quantumuis infimo aureos de Camera 24. vt refert Caſſador. *deciſ.* 6. *nu.* 5. *De appellat.*

3 Quia tamen hoc valde generale eſt, ideo magis in ſpecie difficultas reſoluenda eſt. Pro quo præmittendum eſt. Quod dum Concilium requirit beneficium ſufficiens, cum intelligatur de ſufficientia pro victu, vt declarant ſubſequentia verba *Aut aliunde habeant, vnde viuere poſſint*, & etiam prœmiũ diſpoſitionis; oportet, quod ſit ſufficiens, non ſolum pro cibarijs, & veſtitu, ſed etiam pro aliis neceſsarijs ad ſubſtentationem vitæ. Nam appellatione victus veniunt alimenta, quo legato, cenſentur legata alimenta *l. fin. ff. De alimen. & cibar. leg.* & *l. Verbo victus cũ l. ſequen. ff. De verbor. ſignificat.* & tradunt Bar. *in l. penul.* §. 1. *n.* 3. *ff. Soluto. matrim.* Caſtrenſ. *conſ.* 436. *num.* 2. *vol.* 2 Roman. *conſil.* 440. *n.* 4. Surd. *de alimen. tit.* 4. *quæſt.* 2. *numer.* 12. Vnde ſecundum exigentiam alimentorum beneficium erit iudicandum ſufficiens, vel inſufficiens,

4 Quia tamen iuxta regionis diuerſitatem plus, aut minus requiritur pro ſubſtentatione vitæ cum cibaria in vno loco pluris valeant, in alio loco minoris, ideo eſt habenda ratio diuerſitatis locorũ, & conſiderandum, quid in vnoquoque neceſſarium ſit pro comparandis alimentis, & iuxta qualitatem loci erit determinanda ſufficientia, vel inſufficientia beneficii. Et poſſet hæc regula ſtatui tanquam vniuerſalis, quod tunc beneficium ſit ſufficiens, quando fructus ipſius detractis oneribus æquiualent patrimonio, quod in illo loco habetur pro ſufficienti, vt Clericus ad illius titulum ordinetur. Si enim patrimonium habetur pro ſufficienti, vt præbeat congrua alimenta: beneficium quoque erit ſufficiens, ſi ipſum adæquet.

5 Eſt tamen aduertendum, quod hoc accipi debet de fructibus puri beneficii, nõ autẽ de aduentitiis, quæ ratione beneficii poſſunt obuenire: ſicut nec etiam de eleemoſinis, quæ percipiũtur intuitu celebrationis miſſæ. Nam hæ eleemoſinæ non habentur in conſideratione, quando agitur de fructibus beneficii, aut de eo, vnde victus ſuppeditatur Clerico, quando agitur de neceſſariis pro ſubſtentatione ipſius, vt conſiderauit Rota coram Comitolo *deciſ.* 70. *num.* 14. Quia cum hęc, ſicut & alia aduentitia ſint valdè incerta, non poſſunt computari pro iis, quæ debent aſſignari Clerico pro ſubſtentatione.

An reſignans beneficium poſsit paciſci, quod reſignatarius faciat omnes expenſas etiam pro penſione reſeruata. Qu. 70.

S V M M A.

1 *Pactum, quod reſignatarius faciat expenſas pro penſione reſeruata reſignanti, eſt illicitum.*
2 *Fit licitum, ſi narretur in ſupplicatione.*
Ceſſat ſimonia de iure eccleſiaſtico ex ſcientia Papæ.
3 *Admiſſa reſignatione admittuntur etiam pacta adnexa.*
4 *Pacti cancellatio poſt ſignatam ſupplicationem non nocet.*
Ad quid tendat cancellatio talis pacti.

1 CErtum omnino eſt, huiuſmodi pactum eſſe illicitum, cum in reſignatione non poſſint aliqua pacta poni, vt deſumitur ex Cap. *Cum pridem.* & Cap. *fin. De pact.* & Cap. *Ex parte De offic. deleg.* & Cap. *Tua nos. De ſimon.* & obſeruant Doct. *in dict. Cap. Cum pridem*, & cœteri communiter. Felin. *in Cap. Ad audientiam* 2. *num.* 3. *De reſcrip.* Rebuf. *in Praxi.* Tit. *De pura reſignat.* Staphil. *De litter. grat.* Tit. *Reſignat. modus. num.* 5. Coras. *De benefic. par.* 1. *cap* 8. *num.* 1. Geminian. *in Cap. Ordinarij.* §. *Conferendi. num.* 3. *De offic. Ordinar. in* 6. Vitalin. *in Clement. vn. num.* 1. *De rer. permut.* Paris. *de reſignat. lib.* 10. *quæſt.* 7. *nu.* 9. & alii, quos citaui *Quæſt. Canon.* 103. *nu.* 1. *Cent.* 2. Hæc enim pacta tendunt ad ſimoniam de iure eccleſiaſtico prohibitam,

2 Ve-

2 Verum ſi in ſupplicatione exponatur huiuſmodi pactum Summo Pontifici, excluditur omnis ſimonia, ſicut tradunt Nauar. *Cap. 23. Manual. num. 108.* Paris. *de reſignat. lib. 14. quæſt. 6. num. 12.* Rota coram Caſſadoro. *Deciſ. 3. num. 3. De renunt.* & *in Hiſpalen. beneficij. 8. Martij 1592.* coram Millino, quæ eſt *deciſ. 4. in eiuſdem impreſſis.* Ratio vero eſt, quia cum huiuſmodi pacta ſit tantum de iure eccleſiaſtico prohibita, eo ipſo quod exponitur Pontifici, & admittitur, cenſet ſimoniam, quia tacite diſpenſat iuxta ea, quæ tradunt Gloſſ. *in Cap. Cum quidam. De pactis.* [illegible] *in Cap. 1. De Simonia* Hoſtie. *in Cap.* [illegible] *Nó prut. vltet ſuis* Caſſador. *deciſ. 3. n. 2. De renunciat.* & *deciſ. 4. num. 3. De ſimon.* & Rota *ibi deciſ.* coram Millino.

3 Sed quid, ſi admittatur reſignatio beneficij, ſed hoc pactum nec litteris inſeratur, nec regiſtretur? Reſp. Hoc nihil obſtare, ſed ſufficere, ſi Pontifex admittat reſignationem ita ut ſi huiuſmodi pacto nec litteris inſeratur, nec regiſtratur, vt teſtatur Rota teſtibus ſuper hoc examinatis *dicta deciſ. 380. n. 4. par. 4. Recent.* Dum enim Pontifex admittit reſignationem, admittit eum pactis, cum quibus tractata eſt inter partes, atque tacite iis conſentit: ſi enim non conſentiret, reijceret reſignationem. Quod autem non inſeratur litteris hoc pactum, nec regiſtretur, non prouenit, quia Pontifex nolit admittere, ſed ne tranſeat in exemplum, vt [illegible] aduertit Rota.

4 Et hoc extenditur, vt notat Rota *ibid.* etiam ſi huiuſmodi pactum in ſupplicatione cancelletur, vt ſolet cancellari, dummodo tamen cancellatio fiat poſt ſignatam ſupplicationem. Nam ſi cancellaretur ante ſignaturam, non poſſet præſumi conſenſus [illegible], quia non conſentit, niſi expoſitis in ſupplicatione, quando autem eſt cancellatum ante ſignationem, non eſt expoſitum. Aut ſi Papa iuberet cancellare ante ſignationem, ſatis declararet, quod nollet conſentire huiuſmodi pacto. Quando autem cancellatur, poſt ſignationem, nihil nocet, quia iam Papa in ipſum conſenſit, & cancellatio ordinatur ad effectũ, ne regiſtretur aut litteris inſeratur. Et ideo nõ infert negationem conſenſus iuxta ea, quæ tradunt Bald. *conſil. 472. nu. 2. lib. 1.* Bottigar *conſil. 30. in fine,* Caſtrenſ. *conſil. 32. incip. lib. 2.* Alex. *conſil. 32. numer. 3. lib. 3.* Rota *deciſ. 380. num. 5. par. 4. Recent.*

An qui alterius negocia geſsit per plures annos, poſsit petere ſalarium ab eius hæredibus. Quæſt. 71.

S V M M A.

1 *Qui alterius negocia geſsit abſque prauio pacto an poſsit petere ſalarium.*
2 *Qui non eſt ſolitus operas locare adhuc poteſt petere ſalarium.*
3 *Operanti debetur merces.*
4 *Tenemur alere, quos habemus in obſequio.*
5 *Qui parentela coniungitur, quando præſumatur intendere lucrum ex opera ſua.*
Præſumptio ſpecialis vincit generalem.
6 *Indigens præſumitur exhibere operam ſuam ob [illegible] mercedem.*
Animus lucrandi ſemper præſumitur.
9 *Legatum compenſat debitum ob negocia geſta.*

1 Per plures annos Titius geſſit negocia Iuriconſobrini expectans ab ipſo aliquam munerationem laborum, quam tamen non obtinuit, imò morte præuentus, nec etiam aliquid ipſi legauit, quod ægre ferens inſtauit apud hæredes, vt ſalarium obtineret pro tempore, quo eius negocia geſsit. Et proinde dubitatum fuit, an hæredes tenerentur ad exhibendum ſalarium. Et negatiuè reſoluit Rota *deciſ. 428. num. 1 par. 4. Recentior.* citans Federicum de Senis *conſil. 218.* & aſſerens hoc ſæpius fuiſſe firmatum in Rota, *vt in Romana mercedis 19. Febr. 1593.* coram Cardin. Arigonio, & in alia *Romana mercedis 14. Decemb. 1615.* coram Manzanedo.

2 Allegatur autem pro hoc *l. Qui mutuum § Salarium ff. Mandati.* & *l. Salarium. C. Mandati.* Sed hoc ex his tex. non conuincitur. Quia non decernunt, quod non debeatur, ſed agunt de actionibus, & modis, quibus peti non poteſt. Et quamuis

quan.

quando vnus eſt ſolitus operas cōducere, & alter locare, locum habeat actio ad petendum ſalarium, vt admittit Rota *cit.deciſ.*428.*num* 1. Attamen etiam quando vnus non eſt ſolitus operas conducere, nec alter locare, adhuc reperi poteſt compenſatio, quia eſt contractus innominatus, & agitur præſcriptis verbis. Et ita tradit Gloſ *in l.*1.*verbo. Præbebitur.C. Mandati* per tex. *l. Naturalis mœue.*§. *At cum. ff.* De *præſcriptis verbis.* Imò etiam eſt aduertendum, quod dicti tex. non procedunt, quando perſonæ nō ſolent locare, aut cōducere, ſed quando id, de quo agitur, nō ſolet locari, aut conduci. Vnde cum ſimus in caſu, in quo opera negociorum geſtoris ſolet locari, & conduci, ſumus etiam in caſu, in quo ſalarium peti poteſt.

3 Itaque præſcindende à modo, & actione, qua quis petere poſsit compenſari operas ſuas exhibitas in negociis gerendis in alterius commodum. *Etiam ſi nullum precesſerit pactum petere poterit congruam mercedem.* Quia de iure naturali operanti debetur merces iuxta illud Matt. 10. num, 10. *Dignus enim eſt operarius cibo ſuo.* & Lucæ 10. num. 7. *Dignus eſt enim operarius mercede ſua.* Qui locus citatur, etiam ab Apoſt. 1. *Ad Timoth.*5. *numer.* 18. Et facit tex. expreſsus Cap. *Charitatem.* §. *Viſitatores.* 2. *Quæſt* 2. vbi Pontifex Gregor. iubet recognoſci Clericos laborares in Eccleſiis non ſuis.

4 Et ratio eſt. Quia ſecluſo quocunq. pacto ex natura rei deſcendit, quod quiſq. compenſare teneatur eum, qui ei operam ſuam impendit, niſi, ſe gratis impendere, declaret, aut conditio perſonæ eſſet talis, vt tacitè excluderet compenſationem, vt ſi eſset diues, qui non indigeret aliqua remuneratione; nam ex natura rei vniuſ. cuiuſque labori debetur compenſatio. Et proinde eos alere tenemur, quos in noſtro obſequio habemus *l. In rebus.*§. *Poſiūt. ff Commodati.* & *l. Serui.* § *Quis expenſas. ff. De ædilit edic.* & *l. Sed & ſi quid.* §. *Sufficienter. ff.* De *vſufruc.* Et proinde veluti ex pacto tacito, qui alterius negocia geſſit, petere poteſt ſiuè ſalarium, ſiuè aliam compenſationem.

5 Et hoc locum habet, quamuis, qui negocia geſsit, coniungeretur aliquo parentelæ gradu cum eo, cuius negocia geſſit, ſi tamen non eſſet diues, ſed ſolitus eſſet incūbere occaſionibus lucri, quia præſumptio, quæ ex parentela oriri poſset, quod voluerit gratis ſuam operā impendere, eliderctur à præſumptione; quod eſſet ſolitus lucrari, & quod ſoleret amplecti occaſiones lucrandi. Hæc enim præſumptio tanquam ſpecialis, & fundata in conditione perſonæ vinceret præſumptio, nem parentelæ tanquam generalem. *l. In toto. ff.* De *reg.iur.* & Cap *Illud. De præſump.* & notant Crauetta *conſil.*258.*n.* 21. Socin. iun. *conſil.*128.*num.*230.*vol.*1. Paris. *conſil.* 29.*nu* 87 Menoch. *De arbitr.caſu* 42. *n.*14. Riminal. iun. *in l. Precibus. num.*417. *C. De impub.ſubſtit.*

6 Imò etiam hoc locum haberet, licet non eſſet ſolitus lucrari, ſi tamen eſſet pauper, & indigeret tibi comparare alimenta; nam hoc quoque fundaret præſumptionem, quod impendiſſet operam ſuam, vt lucraretur ad vitam ſubſtentandam, ſi quidem præſumitur in vnoquoq. animus lucrandi, præſertim quando indiget iuxta ea, quæ tradūt Bar. *in l Quo enim. num.*1 *ff.* Rem *ratam haberi.* Abbas *in Cap. Nonne.num.*4. De *præſumpt.* Roland. *conſil.* 19 *num.*36. *vol.*1. Dec. *conſil.*58 *nu.*2. ver. *Imo ex eo.*

7 Quæ tamen limitanda ſunt, vt nō habeant locum, ſi ei, qui negocia geſſit, relictum fuiſſet aliquod legatum, quo opera ipſius compenſari poſſet, vt aduertit Rota. *dict. deciſ.*428. *num.*7. *par.*4. *Recent.* Quia legatum cenſetur factum animo compenſandi debitum. *l. Si cum dotem.* §. *Si pater ff.* Soluto *matrim.* & *l. Quoniam nouel.* C. De *inoffic.teſtam.* & Authen. *Præterea.* C. Vndè *vir.* & *vxor.* & *l. Huiuſmodi.* §. *Si Sempron ff.* De *leg.*1. & obſeruant Gloſ. *ibid.* verbo. *Repelli.* Bar. *indic.* §. *Si pater.* & *in l. Neſennius. nu.*5. *ff.* De *negoc. geſt.* Bald. *ibid. nu. item.*5. Angel. *ibid.* Ruin. *conſil.*223. *numer.*2. *lib.*1. Menoch. *de arbitrar.caſu* 88. *num.*46. *lib.* 2. Riminal. Sen. *conſil.*230. *num* 5. Phanut. *de lucro dot. gloſ* 8. *num.*74. Honded. *conſil.* 50. *num.*12. *lib.*2. Surd. *conſil.* 119. *n.*12. Simon de Prætis *conſil.*161. *num.*57. Gratian. *deciſ.* 39. *nu.*13. Rota coram Merlino *deciſ.* 249. *nu.*5.

num. 5. & coram Durano *deciſ.* 224. *num.* 2. Præſertim in caſu præſenti, in quo debitū non eſt determinatum, ſed continet quādam compenſationem ſecundum æquitatem determinandam.

An conuentus ad ſoluendum poſsit cogi, ad aliquid vlterius exhibendum, ſi oſtendat quietantias. Quæſt. 72.

S V M M A.

1 *Producens quietantias non tenetur ad aliquid aliud.*
2 *Quietantiæ extinguunt omnem obligationem.*
Continent confeſsionem creditoris.
Nemo poteſt venire contra proprium factum.
3 *Debitor productis quietantijs non tenetur probare veram ſolutionem.*
4 *Creditor non poteſt aliquid intentare contra debitorem productis quietantijs, niſi probet ſuam intentionem.*
5 *Debitori non poteſt deferri iuramentum de vera ſolutione, ſi produxit quietantias.*
Iuramentum quando reo deferri poſſit.

1 PVnctus difficultatis reducitur ad id, an ſi creditor excipiat, quod ſolutio fuerit ſimulata propter aliquem effectum, in quo partes concordauerint, poſſit cogere debitorem oſtendentem quietantias, vt probet veram fuiſſe ſolutionem. Et *negatiuè reſoluendum eſt.* Suppoſito, quod creditor nō probet, quod ſolutio verè facta non ſit, ſed quod fuerit ſimulata, cum pacto cum debitore inito, quod non obſtantibus dictis quietantijs, teneretur ſoluere, quod fuiſſe ſolutum, ſimulatum fuit.

2 Ratio eſt. Quia quietantiæ extinguūt omnem prorſus obligationem §. 1. Inſtit. *Quib. mod. tol. obligat.* & *l. Verborum obligat. ff. De ſolut.* & *l. 2. & 3. ff. De de duob. reis.* & tradunt Mantica *De tacit. & ambig. lib.* 15. *tit.* 6. *num.* 1. Surd. *conſil.* 221. *num.* 58. Rota coram Seraphino *deciſ.* 824. *nu.* 1. & coram Merlino *deciſ.* 714. *numer.* 7. & coram Eminentiſſ. Otthobono *deciſ.* 64. *numer.* 1. & in Paſqualig. Quæſt. Select.

Rauennaten. dotis 11. April. 1644. §. *Cum itaque* coram Eminentiſſ. Corrado. Quietantiæ enim cōtinent confeſſionem creditoris, qua ſibi ſatisfactū confitetur, & ideo non poteſt amplius contra proprium factum venire, *l. Non idcirco. C. De contrahen. empt.* & *l. Generaliter. §. fin. ff. De non num. pecun* & *l. Si Creditoribus. C. De ſeru. pign. dato.* & Cap *Cum ſuper De conc. ſ. præben.* & Cap. *Veniens De fil. presbiter.*

3 Vnde fit, quod debitor poſtquam produxit quietantias, non teneatur probare veram numerationem pecuniæ, vt tradunt Bart. *conſil.* 160. incipit. *Titius promiſit.* Alexan. *conſil.* 90. *nu.* 3. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 437. *nu.* 2. *par.* 4. *Recent.* Quia cum ſit liberatus à creditore virtute quietantiæ, remanet extinctum ius omne eiuſdem creditoris circa debitum; nec poteſt amplius reuiuiſcere: præſertim quia quietantiæ non præſumuntur factæ, niſi ſequuta vera ſolutione.

4 Et ideo non poterit creditor vltra aliquid aliud contra debitorem intentare, niſi probet fundamentum ſuæ intentionis quod ante omnia fundari debet iuxta *l. Illa. ff. De verbor. obligat.* & *l. Actor. C. De probat.* & *l. Accuſare. C. De edend.* & notāt Doctores in dict. *l. Illa.* Paris. *conſil.* 38. *nu.* 16. *vol.* 1. Natta *conſil.* 648. *num.* 6. Ares. *conſil.* 53. *ver. Tertiò dico.* Roland. *conſil.* 86. *nu.* 4. *vol.* 3. Burſat. *conſil.* 11. *num.* 32. Menoch. *conſil.* 301. *num.* 1. Herculan. *De prob. negat. num.* 2. & 16. Gabr. *concluſ.* 6. *num.* 12. *De probat.* Bellon. *conſil.* 45. *nu.* 6. Rota Ianuenſ. *deciſ.* 173. *n.* 7. Rota Romana coram *Merlino deciſ.* 597. *num.* 1. Vnde ſi creditor quid aliud petit à ſuo debitore, oportet, quod oſtendat, quo iure nitatur.

5 Ex quibus infertur. Quod non poterit debitori deferri iuramentum, ita vt cogatur iurare, quod ſolutio vera fuerit, aut quod ſit facta in tali, & tali moneta, quia hoc eſſet eum moleſtare ſuper ſolutione, contra quam non poteſt creditor aliquid opponere ſtātibus quietantijs, niſi prius fundet ſuam intentionem. Accedit etiam, quod nunquam reo deferendum eſt iuramentum, niſi quando actor plenè probauit ſuam intentionem, & reus ſemiplenè iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. in *l. Admonen-*

monendi. ff. *De iure iur.* vbi etiam Doctores & item Gloſ. *in l. Cum prob.* C. *De probat.* Grat. *reſponſ.* 152. *num.* 11. *lib.* 2. Seraphim. *De priuileg. iuram. priuileg.* 33. *num.* 13.

An vt exequutio penſionis locum habeat ſint iuſtificandæ litteræ reſeruationis. Quæſt. 73.

S V M M A

1 *Litteræ reſeruationis penſionis ſub conditione non habent paratam exequutionem, niſi iuſtificentur.*

2 *Litteræ Apoſtolicæ habent paratam exequutionem.*
Si tamen non indigeant iuſtificatione.

3 *Si titularis conſentiat in penſionem, adhuc litteræ ſunt iuſtificandæ, ſi non ſint puræ.*

4 *Reſeruatio penſionis quando ſit conditionalis.*
Conſenſus titularis in penſionem eſt ſub conditione ſub qua eſt reſeruatio.
Quod eſt ſub conditione, euaneſcit ea non purificata.

5 *Quid ſi titularis conſentiat, & exprimat valorem cum iuramento?*
Iuramentum operatur, quod valor expreſſus habeatur pro vero.

6 *Reſeruatio penſionis pura cum conſenſu titularis habet exequutionem paratam.*
Litteræ apoſtolicæ, ſi ſint puræ, habent ſtatim exequutionem paratam.

1 DVplici modo ſolent emanare litteræ reſeruationis penſionis, vel puræ, vel ſub conditione. Conditio autem poteſt diuerſimodè apponi, nempe vel dummodo pro titulari certa quantitas remaneat, vel dummodo penſio, ſeu ſe ſola, vel ſimul cum aliis nō excedat dimidiam, vel tertiam partem fructuum, ſeu aliquo alio modo. Quando litteræ ſunt expeditæ ſub conditione, certum eſt, quod non habent paratam exequutionem, niſi prius iuſtificentur, & purificetur conditio, ſub qua ſunt expeditæ. Ita Zech. *de Benefic. cap.* 11. *num.* 6. Paris. *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 22. Garzia *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *numer.* 58. *& ſequen.* Rota *in Lunen. Sarzanen. penſionis* 15. *Februar.* 1593. coram Seraphino, & *in Salamantica penſionis* 26. *Martij.* 1593. coram Gypſio, & *in Cluſina penſionis* 9. *Decemb.* 1573. coram Cardinali Lancellotto; & coram Millino. *deciſ.* 237. *num.* 3. & alibi paſſim.

2 Licet enim Litteræ Apoſtolicæ habeant exequutionem paratam, vt tradūt communiter Caſſador. *deciſ.* 10. *numer.* 8. *De reſcrip.* Mobedan; *deciſ.* 13. *Vt lite penden.* Rota *in Cremonenſi penſionis.* 15. *April.* 1611. coram Caualero. *im̄.* & eſt *deciſ.* 148. *in impreſſis ipſius.* & coram Pennia *deciſ.* 1652. *num* 3. Quia hoc procedit, quando non indigent iuſtificatione, aut ſi indigent, iam iuſtificatæ ſunt; iuxta Rotam coram Cæſare de Graſ. *Deciſ.* 12. *de probat.* & *deciſ.* 221. *nu.* 3. *ver. Placebat etiam par.* 2. *Diuerſor.* & *deciſ.* 129. *nu.* 5. *par.* 3. Recent.

3 Imo etiam ſi titularis conſenſerit in penſionem, adhuc iuſtificandæ ſunt litteræ reſeruatoriæ, vt tradunt Gigas *de penſion. quæſt* 85. *num.* 10. & *quæſt. vlt. nu.* 15. Caſſador. *deciſ.* 10. *De reſcrip.* Garzia *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 464. Lotter. *de benefic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 47. Rota *in Salaman. penſionis* 26. *Maij.* 1593. coram Gyptio. & in *Lunenſi Sarzanenſi penſionis.* 15. *Februar.* 1593. coram Seraphino, & coram Millino *deciſ.* 237. *num.* 3.

4 Ratio eſt. Quia quando litteræ reſeruatoriæ continent conditionem, quæ cadit ſupra reſeruationē, remanet reſeruatio cōditionalis, vt dixit Rota *in Brixienſi penſionis.* 28. *Nouem.* 1593. corā Millino, & *in Neritonenſi penſionis* 5. *Nouembr.* 1601. coram Ludouiſio, & coram Caualero *deciſ.* 148. *num.* 4. Et proinde conſenſus titularis in penſionem eſt ſub eadem conditione, ſub qua eſt reſeruatio, quia conſentit in reſeruationem talē, qualis eſt, & proinde in reſeruationem conditionatam. Vnde ſi conditio non purificatur, euaneſcit totū quod eſt ſub illa conditione, atque adeo non ſolum reſeruatio, ſed etiam conſenſus *l. Nec conditio. in ii.* ff. *Si cert. pet.* & *l. Neceſſario.* §. *Quod ſi pendente* ff *De per. & com. rei vend.* Et litteræ antè verificationem cōditionis non poſſunt habere exequutionem paratam.

5 Hoc tamen limitandum eſt, vt non ha-

habeat locum, ſi Titularis exprimat valorem beneficii cum iuramento, & valor ſit habilis ad ſubſtinendam penſionem, quia iuſtificatio conditionis reſultat ex huiuſmodi expreſsione, & conſenſu eidem expreſsioni innixo. Ita etiam, Lotter. *De beneſic. queſt. 38. num. 49. lib. 1.* Rota *in Romana penſionis 15. Ianuarij 1627. coram Kirili.* Iuramentum enim, quo confirmatur expreſsio valoris, operatur, quod habeatur pro vero, & quod expreſſio valoris procedat ex perfectâ cognitione iuxta ea, quæ tradunt Buttrius *in Cap. Si diligenti. n. 18. ver. Et dico.* De *foro compet.* Alexan. *in Rubr. num. 15. ver. Propter hoc.* De *verbor. obligat.* Archidiacon. *in Cap. 2.* De *pac. in 6.* Curt. *conſil. 43. nu. 12.* Grammat. *deciſ. 107. num. 79. in fine.* Felin. *in Cap. Si actio, num. 36.* De *fide inſtrumen.* Costa *in memorabil. verbo. Iuramēti religio. effec. 8.* Capic. *deciſ. 156. num. 29. per tex. Cap. Ex reſcript.* De *iureiur.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 49. num. 42.* Anton. Gabr. *concluſ. 4. num. 1.* De *iureiur. lib. 2.* Boer. *deciſ. 221. nu. 13.* Gail. *obſeruat. 39. num. 26.* Tiraquel. *in Præfat. l. Si unquam. num. 134.* Alexan. *in l. Si quis in conſcribendo num. 9.* C. De *pact.* Sard. *deciſ. 216. num. 11.* Natta *conſil. 144. n. 8. lib. 1.* Honded. *conſil. 41. numer. 22. lib. 8.* Benedict. Capra. *Regul. 87. num. 124.*

6 Denique ſi reſeruatio penſionis ſit pura, & titularis conſenſerit, Litteræ reſeruatoriæ habent paratam exequutionem, ita vt non ſit neceſſaria aliqua iuſtificatio. Ita Rota *in Salamantina penſionis, 26 Martij 1593.* coram Gypſio, & in *Abulenſi penſionis. 27. Ianuarij 1600.* coram Litta, & coram Mohed. *deciſ. 331.* & corā Guidob. *deciſ. 141.* & coram Millino. *deciſ. 237. num. 1.* & coram Coccino *deciſ. 299. nu. 2.* & *deciſ. 441. nu. 25. par. 4. Recent.* Ceſſat enim ratio, ob quam ſit neceſſaria iuſtificatio, & proinde ſubintrat regula, quod habeant exequutionem paratam Cap. Si *Capitulo.* De *conceſ. præben. in 6.* & notant Gloſ. ibid. verbo. *Exequatur.* Mohed. *deciſ. 13. Vt lite pend.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. in adnot. nu. 220.* abſque aliqua iuſtificatione.

An valeat oblatio ſub conditione, quod non obſtante quocunque iuramento res ſubhaſtata conſignetur vacua à poſſeſſore, detentore &c. Quaeſt. 74.

S V M M A

1 *Conditio, quæ inducit ad peccandum, non ponitur ſine peccato.*
Eſt de iure impoſſibilis.
Conditio, impoſſibilis vitiat contractum.
2 *Conditio quod res ſubhaſtata conſignetur vacua poſſeſſore &c. non obſtante iuramento, valet.*
Impleri poteſt abſque peccato.
3 *Non continet ſcandalum.*
4 *Non eſt de iure impoſſibilis.*
Conditio valet, ſi quocunque modo impleri poteſt.

1 NEgatiuè videtur reſoluendum, quia talis oblatio præbet occaſionem peccati, quia inducit ad periurium, & proinde cōtinet peccatū ſcandali iuxta ea, quæ tradunt Gabr. *in 4. diſt. 15. queſt. 13. ar. 3. dub. 4.* & *diſt. 16. queſt. 3. ar. 3. dub. 6.* D. Antonin. *par. 2. cap. 23. §. 13.* Syluester *verbo. Ars. nu. 3.* Medina C. De *reſtit. quæ. 30. vbi de illicita negociat. modo 1. & ſequent.* Vnde cum ſit conditio de iure impoſſibilis iuxta *l. Filius qui.* & *l. Conditiones contra. ff.* De *condit. inſtit.* & *l. Non dubitamus. ff.* De *condit. & demonſtr.* & *l. Reprehendenda.* C. De *inſtit. & ſubſtit.* vitiabit oblationem, & proinde erit nulla, cum omni eo, quod inde ſequitur. Cum enim iſta oblatio fundet contractum inter offerentem, & ſubhaſtantem, ob impoſſibilitatem conditionis erit nullus iuxta *§. Impoſſibilis.* Inſtit. De *init. ſtipulat.* & *l. Non ſolum ff.* De *obligat. & act.* & *l. Impoſſibilis. ff.* De *verbor. obligat.*

2 Tenendum tamen eſt. *Quod conditio, ſub qua fit oblatio, quod ſcilicet non obſtante quocunque iuramento res ſubhaſtata conſignetur vacua à quocunque poſſeſſore, detentore &c. non vitiat oblationem, & proinde nec quicquid inde ſequitur.* Ratio deſumitur ex oppoſito, quod ſcilicet, talis cō-

ditio non inducat ad peccandum, & proinde non contineat peccatum, ſcandali, nec ſit de iure impoſsibilis, quia ſine peccato impleri poteſt. Quamuis enim tali conſignationi obſtaret aliquod iuramentum, poteſt tamen ſequi abſque periurio, vel relaxante parte, ad cuius fauorem fuiſſet emiſſum, vel præcedente abſolutione à iuramento.

3 Cum ergo conditio impleri poſſit abſque periurio, licet etiam impleri poſſit cum periurio, ſumus in materia indiſſicienti, quæ habet bonum, & malum vſum, & ideo obligare ad talem conditionem implendam nō præbet occaſionem ſcandali, atque adeo nec oblatio ſub tali cōditione eſt peccaminoſa iuxta ea, quæ tradunt Caiet. 2. 2. *quæſt.* 10. *ar.* 4. *in fine.* Aragon. *ibid. in fine.* Bannes *ar.* 11. *in fine.* Leſsius *lib.* 2. *de iuſt. & iure. cap.* 13. *dub.* 3. *numer.* 3. *in fine.* Salon. 2. 2. *quæſt.* 77. *ar.* 4. *controuer.* 6 Azor. *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 22. *quæſt.* 6. Nauar. *Conſil.* 1. *De Iudeis lib.* 5. *in* 1. *edit.* & in 2. *Conſil.* 2. *nu.* 9. Ledeſma *tom.* 2. *ſum. tract.* 1. *cap.* 5. *in fine.* Rodriquez *tom.* 2. *ſum. cap.* 76. *num.* 13. Suarez *diſp.* 10. *de Charit. ſect.* 4. *n.* 3. Bonac. *diſp.* 2. *de peccatis. quæſt.* 4. *pun.* 2. *§ vn. num.* 17. Palaus *par.* 1. *oper. moral. tract.* 6. *diſp.* 6. *punct.* 8. *num.* 5. & alij cum D. Th. 2. 2. *quæſt.* 169. *ar.* 2. *ad* 4.

4 Vnde cum talis conditio impleri poſſit abſque peccato, non erit de iure impoſſibilis, nec vitiabit contractum oblationis, quia ſufficit, quod quocunq. modo impleri poſsit, vt ſit poſsibilis iuxta *l. Cōditionum. ff. De cond. & demonſtr.* & *l.* 2. *ff. De his*, *q. in diz.* & notat Gloſ. *ibid.* Menoc. *conſil.* 388. *nu.* 15. Io. de Anania *conſ.* 22. *n.* 3. Marian. Socin. *conſ.* 46. *n.* 25. *lib.* 4. Sigdorol. *conſil.* 1. & Rota corā Pennia *deciſ.* 105. *n.* 8. & coram Merlino *deciſ.* 460. *numer.* 23. Ex quibus conſtat, quod, quæ in contrarium adducta ſunt, non poſſunt applicari præſenti caſui, nā ſupponebatur, quod conditio non poſſet impleri abſque periurio, atque adeo quod oblatio cum tali conditione conduceret ad peccatum, quæ falſa ſunt, vt cōſtat ex dictis.

An valeat aſſecuratio mercium, quæ tempore aſſecurationis iam perierant.

Quæſt. 15.

S V M M A

1 *Aſſecuratio mercium, quæ perierunt, an valeat.*
2 *Aſſecuratio fieri poteſt ſuper re perempta, & quando.*
3 *Aſſecuratio quando extendatur etiam ad res peremptas, & quid requiratur.*
4 *Simplex aſſecuratio non ſubſiſtit, quando perijt res aſſecurata.*
Subſtantia, & materia aſſecurationis in quo conſiſtat.
5 *Contractus non ſubſiſtit, ſi non ſubſiſtit res, quæ venit in contractum.*
Etiam ſi prius ſubſiſteret, & caſu fortuito tempore contractus periſſet.
6 *Emptio, & venditio non ſubſiſtunt, ſi perijt res vendita.*
Aſſecuratio eſt quædam venditio.
7 *Aſſecuratio extenſa ad rem peremptam habet admixtum alium contractum.*
Non entis nullæ ſunt qualitates.

1 CVm diſtinctione procedūt plures Doctores: aſſerunt enim, quod ſi aſſecuratus, ſciuit, vel potuit ſcire, quod merces perierint, non valet aſſecuratio, quia aperiretur locus fraudibus. Valere autem, ſi non ſciuit, nec potuit ſcire. Ita Stracca *de aſſecurat. gloſ.* 27. *numer.* 1. Scaccia *de commer. par.* 2. *quæſt.* 7. *ampliat.* 10. *§.* 1. *nu.* 20. Gamma *deciſ. Luſit.* 181. *nu.* 1. Coſta *de iur. & fac. ignor. centuria diſt.* 71. *num.* Rota coram Ludou. *deciſ.* 126. *init.* & *num.* 9. & coram Merlino *deciſ.* 597. *num.* 3.

2 Nec obſtat, quod res perierint, ſuper quibus fit aſſecuratio, quia aſſecuratio fieri poteſt etiam ſuper re perempta, vt tradunt Valaſc. *deciſ. Luſit.* 64. *numer.* 6. Gamma *deciſ.* 181. *num.* 1. Oldus *conſil.* 31. *n.* 42. Riccius *collect.* 833. *in fine par.* 4. Molina *de contract. diſp.* 507. *nu.* 2. *verſ. Quære.* Leſſius *de iuſt. & iure lib.* 2. *cap.* 28. *dub.* 4. *n.* 29. Rota Ianuenſ. *deciſ.* 36. *num.* 6. & *dec.* 102. *num.* 4. Strac. *de aſſecurat. gloſ.* 27. *numer.* 1. Scaccia *de commer. par.* 2. *quæſt.* 7. *ampliat.* 10. *§.* 1. *num.* 20. quando neſcitur, quod perierit.

3 In hac difficultate attendenda eſt con-

conuentio inter aſſecuratum, & aſſecurantem, quia ſi inter eos conueniat de aſſecuratione, ſiue tũc temporis merces ſaluæ ſint, ſiue perierint, aut talibus verbis pactum concipiatur, vt poſſit complecti etiam merces, quæ perierunt, dummodo incertum ſit, an perierint, valebit aſſecuratio, etiamſi tempore aſſecurationis perierint iuxta ea, quæ tradunt Dec. *conſil.* 115. *num.* 4. ver. *Præterea.* Valaſc. *deciſ.* 64. *num.* 7. Rota Lauenſ. *deciſ.* 102. *numer.* 4. & in hoc caſu locum habet opinio *num.* 1. relata. In hoc enim caſu non interuenit ſimplex contractus aſſecurationis, ſed etiam ſponſionis ſuper ſalua mercium exiſtentia, quæ, ſi ſaluæ ſint, lucratur aſſecurans; ſi ſaluæ non ſint, lucratur aſſecuratus.

4 Verùm. *Si interueniat ſimplex aſſecuratio, nõ videtur poſſe ſubsiſtere, niſi merces aſſecuratæ ſaluæ ſint tempore aſſecurationis.* Quia ſi perierunt, deficit ſubſtantia contractus ex defectu materiæ; & proinde eſt nullus; ſubſtantia enim aſſecurationis cõſiſtit in eo, quod aſſecurator ſuſcipiat in ſe periculum, quod merces ſubire poſſunt, dũ ad certum locum deportantur, vt dixit Rota coram Merlino *dic. deciſ.* 597. *n.* 8. Et materia eſt id, quod ab initio periculo exponitur, vt dixit eadem Rota *deciſ.* 471. *nu.* 8. *par.* 3. *Recent.*

5 Si ergo quando initur contractus aſſecurationis, non adeſt res, quæ periculo exponatur, quia iam perijt, nec etiam ſubſiſtet contractus aſſecurationis, cùm ſit de ſubſtantia cuiuſcunque contractus, quod non ſubſiſtat, niſi ſubſiſtat res, quæ venit in contractum *l. Domum.* & *l. In venditione ff. De contrahen. empt.* & *l. Mulieres* §. 1. *ff. De verbor. ſignificat.* & *l. Neceſſario ff. De per. & com. rei vend.* Et hoc valet nõ ſolũ, quando materia contractus abſolutè non extat, ſed etiam, ſi antea extaret, & tẽpore contractus ex aliquo caſu fortuito periſſet, pro quo adſũt expreſſiſſimi tex. *l. Domum emi ff. De contrahen. empt.* ibi *Domum emi, dum eam, & ego, & venditor combuſtã ignoraremus, Nerua, Sabinus, & Caſſius nihil veniſſe, quamuis area maneat, pecuniamque ſolutam condici poſſe aiunt.* & *l. Arboribus. eod. tit.* ibi. *Arboribus quoque vento deiectis, vel igne abſumptis, dictum eſt, emptionem fundi non videri eſſe contractam, ſi cõtemplatione illarũ arborũ (veluti olueti) fundus comparabatur.* Si ergo tempore aſſecurationis perijt res aſſecuranda, deficit materia contractus. & ſuſceptio periculi in ſe, cum non poſsit ſuſcipi periculum illius, quod non eſt: & proinde etiam ſubſtantia contractus.

6 Et loquendo de contractu emptionis ita docent communiter Doctores in dic. §. *Domum emi,* & *l. Arboribus. ff. De contrahen. emp.* præcipue Bar. & Bal. cum Gloſ. Alber. Bon. *trac. de meliorat. n.* 87. Çeuallos *commun. contra com. quæſt.* 536. *numer.* 40. Surd. *deciſ.* 32. *num.* 44. Hermoſilla *ad l.* 14. *gloſ.* 1. *nu.* 1. *tit.* 5. *par.* 5. Eſt autem eadem ratio de contractu aſſecurationis, cum pro validitate cuiuſcunque contractus requiratur materia, & ſubſtantia ipſius. Imo aſſecuratio eſt venditio ſuſceptionis periculi, vt dixit Rota *in dic. deciſ.* 597. *num.* 7. coram Merlino, & coram Ludouiſ. *deciſ.* 126. *num.* 6.

7 Neque ſupradictis obſtat, quæ *n.* 2. allata ſunt, quia, vt dictum eſt, aſſecuratio non ſe extendit ad rem peremptam, tanquam aſſecuratio, quod enim perijt, aſſecurari non poteſt, nec in ſe ſuſcipi periculum, quod ſub re poteſt. Quia non entis nullæ ſint qualitates *l. Pomponius.* §. *fin. ff. De acquir. poſſeſ.* & *l. Nec vllam.* §. *Si quis abſentis ff. De petit. hered.* & Cap. *Bona.* De *elect.* & Cap. *Ad diſſoluen.* De *diſpenſat. impub.* Sed habet admixtum alium contractum, nempe ſponſionis. Et tunc ſolet explicari, quo extendatur obligatio etiam ad caſum, in quo periſſet, his, aut alijs huiuſmodi verbis, *Perita, ò non perita,* vt aduertit Rota *deciſ.* 126. *num.* 8. coram Ludouiſio, & longè plus ſoluitur, quàm ſoluatur pro ſola aſſecuratione.

An ius ſepulchri tranſeat in heredem extraneum. Quæſt. 76.

S V M M A

1 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.*

2 *Finita Familia ius ſepulturæ familiaris reuertitur ad Eccleſiam.*
Conceſſio ſepulturæ eſt conceſſio ſolius vſus, non proprietatis.
3 *Vſusfructus finitur morte vſufructuarij.*
Qui ſunt de familia, habent ſoli priuatiuè quò ad alios ius ſepulturæ, quando eſt conceſſa pro familia.
4 *Ius ſepulchri hæreditarij tranſit ad extraneos hæredes.*
5 *Ius ſepulchri familiaris apud Gentiles tranſibat ad quoſcunque ſucceſſores.*
Cur non tranſeat apud Chriſtianos.

---

1 EXtincta progenie Petri, qui fuit vltimus familiæ, inſtituit Ioannem extraneum ſuũ hæredem, Et quia Petrus habebat ius ſepulturæ ſpecialiter deputatæ pro ſua familia, fuit dubitatum, an idem ius tranſierit ad hæredẽ extraneũ, an verò redierit ad Eccleſiã. Et quod tranſierit ad hæredem extraneum, videtur ex vna parte reſoluendum, quia licet ſit ius ad aliquid ſpirituale, videtur tamen imitari iuſpatronatus, quod tranſit cum vniuerſitate bonorum, vt tradunt communiter Doctores, Abbas *in Cap.* Ex *litteris.nu.12.De iurepatr.*Barboſa *de poteſt. Epiſ. alleg.71.num.22.* Ferret *conſil.179.n.2.*Rota coram Puteo *deciſ.341. in nouis.* & coram Seraphino *deciſ.725.nu.1.*

2 Tenendum tamen eſt. *Quod ius ſepulturæ non tranſeat ad extraneũ hæredem, ſed reuertatur ad Eccleſiam.* Ità Petrus de Vbald. *de Canon.paroch.cap.10. nu.6.* Rota coram Ludouiſio *deciſ.291. num.3.* Ratio eſt. Quia dum alicui conceditur ſepulchrũ in Eccleſia, ſeu cœmeterio, non conceditur proprietas, ſed tantum vſus: ità vt proprietas remaneat penes Eccleſiam, & ſolus vſus tranſeat in conceſſionarium, vt tradunt communiter Doctores, Hoſtienſ. *in Cap. Abolenda.num.18. De ſepultur.* Abbas *num.5* Butrius *num.3.* & cœteri *ibid.*& ſæpius firmauit Rota, *vt deciſ.787. num.4. par.1. Diuerſ.* & in *Burgenſi ſepulchri de Vallediego.1. Iun.*1605.corã Ortembergo. & in *Burgenſi S. Dorotheę 13. Febru.* 1579. coram Aldobrandino, & coram Pennia *deciſ.442.nũr.3.* & *deciſ.1566.numer.2.* & *par.2.* Recent. *deciſ.378.num.1.* Et conſtat ex *l. Quamquã. ff.* De *aqua plu arcẽ.* & *l.* Si *ſepulchrum.* C. De *relig. & ſumpt. fun.*

3 Cum ergo vſusfructus finiatur cum vſufructuario, & conſolidetur proprietati, iuxta *l. Rem.* C. De *vſufruc.* & *§. Finitur.* Inſt. *de vſufr.* & notat Soc. iun. *conſ.89.n.3. lib.3.* Rota *deciſ.653.num.1.par.2.* Recent. & coram Pennia *deciſ.65.numer.5.* Finita familia, pro qua facta eſt conceſſio ſepulturæ, tanquam finito vſufructuario, conſolidatur proprietati, & reuertitur ad Eccleſiã, penes quam remanſit proprietas. Confir. Quando ſepulchrum eſt conceſſum pro familia, illi ſoli, qui ſunt de familia, habent ius ſepulturæ quò ad alios omnes priuatiuè iuxta *l. Familiaria. ff. De relig. & ſump. fun.* Ergo hoc ius tanquam coarctatum ad familiam non poteſt in alios tranſire, & conſequenter neque etiam in extraneum hæredem, & proinde reuertetur ad proprietarium.

4 Dices. Ius ſepulchri tranſit in hæredes iuxta *l. Ius ſepulchri.* C. De *relig. & ſump. fun.* & notant Molina *lib.1. de primogen. cap.24. num.4.* Aſinius *in l. Familiaria. ff. De relig. & ſump. fun.* Ergo tranſit etiam ad extraneos hæredes; cum hi ſint veri hæredes, licet non ſint de familia. Reſp. Ius ſepulchri hereditarij tranſire ad quoſcunque hæredes, ſiue ſint de familia, ſiue non ſint; ius verò ſepulchri familiaris, quia eſt conceſſum pro familia tantum, tranſire tantum ad hæredes, qui ſunt de familia iuxta *l. Familiaria. ff. De relig. & ſumpt. fun.* vbi Familiaria ſepulchra dicũtur, quæ quis ſibi, familiæque ſuæ conſtituit. Hæreditaria autem, quæ quis ſibi, hæredibuſq. ſuis conſtituit. Quod autem hic dicitur de conſtructione quò ad ſepulchra Gentiliũ, intelligendum eſt quò ad noſtra de conceſſione facta ab Eccleſia.

5 Adhuc tamen inſtari poteſt ex *l. Vel quæ. ff. De religioſ. & ſump. fun.* & *l. Ius ſepulchri,* C. De *relig. & ſump. fun.* In ſepulchro familiari ſepelliri poſſunt ſucceſſores, qualeſcunque fuerint; & ius ſepulchri tam familiaris, quàm hæreditarij pertinet ad hæredes etiã extraneos. Ergo nõ redit ad Eccleſiam extincta familia. Reſp. Dictos tex. procedere de ſepulchris Gentilium, quæ licet ſecundum ipſos eſſent loca religioſa, non tamen erant loca ſacra, & eccleſiaſti-

ca. Vnde iis nō concedebantur ab aliquo, ſed ipſi ſibi procreabant tale ius, nam inferendo cadauer faciebant locum religioſum: & ideo vſus tranſibat ſimul cum iure, ad quoſcunque ſucceſſores, quia non erat regulandum ſecundum menſuram conceſſionis alicuius. At modo, cum ſepulchra ſint loca ſacra, & de proprietate Eccleſiæ, & vſus ſolus concedatur, debet regulari ſecundum menſuram conceſſionis. Et ideo ſi vſus eſt conceſſus ſolum pro familia, finietur extincta familia, quia conceſſio ad alios non ſe extendit, & reuertetur ad Eccleſiam, non autem tranſiet ad extraneos hæredes.

An obſtet regularitati Eccleſiæ, quod in ipſa exiſtat beneficium ſæculare.

Quæſt. 77.

S V M M A.

1 *Eccleſia eſt regularis, licet remaneat in ea beneficium ſæculare, & antea eſſet ſæcularis.*
2 *Eccleſia ſæcularis, ſi vnitur Monaſterio, fit regularis.*
Eccleſia talis eſt, qualis Monaſterium.
3 *Eccleſia eſt pars Monaſterij.*
4 *Eccleſia eſt regularis, ſi ſit ſub regimine Regularium.*
5 *Eccleſia vnita Monaſterio exempto eſt exempta.*
Regularium Eccleſiæ ſunt loca exempta.
6 *In Eccleſia Regulari poteſt eſſe beneficium ſæculare.*

VT Epiſcopus loci ius ſibi vindicaret in Eccleſia conceſſa Regularibus, allegabat, quod non eſſet Regularis, quia exiſteret in ipſa beneficium ſeculare ſub titulo Prioratus, cui antea erat annexa cura, eiuſdem Eccleſiæ: & proinde contendebat, quod adhuc remaneret in ſtatu ſæculari. Verum hoc non obſtante tenendum, *Quod Eccleſia fit Regularis, & eo ipſo fiat talis, quod Regularibus conceditur.* Intelligitur tamen, dum conceditur in proprietatem, non in ſolum vſum. Tunc autem cenſetur concedi in proprietatem, quando vnitur Monaſterio.

2 Ratio eſt, Quia licet Eccleſia ſit ſæcularis, dum tamen ab auctoritatem habente vnitur Monaſterio regulari, fit regularis, quia non dantur Monaſteria abſque proprijs Eccleſijs, vt dixit Rota *deciſ.* 264. *num.* 4. *par.* 2. *Recent.* Et ideo dum Eccleſia vnitur monaſterio, fit Regularis, cum talis ſit, quale eſt Monaſterium Cap. 1. *De Capel. Monach.* vbi Gloſ. *verbo Monaſterium. in fine.* Item Gloſ. *in Cap.* 1. verbo *Exempto, De priuileg. in* 6. Barbatia *in Cap. Cum dilectus, num.* 3. *De conſuet.* Rota coram Durano *deciſ.* 74. *num.* 4. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 370. *num.* 2. & communiter Doctores *in dict. Cap.* 1. *De priuileg. in* 6.

3 Cum enim Eccleſia ſit pars Monaſterij, & veniat ſub Monaſterij appellatione, vt notat Gloſ. in *Cap.* 1. verbo *Exempto, De priuileg. in* 6. vbi etiam Doctores, cum Monaſterium ſit regulare, eccleſia quoque erit regularis, quia tanquam acceſſoria ſequitur naturam ſui principalis, & debet eſſe eiuſdem qualitatis, cuius eſt totum.

4 Accedit etiam, quod manet ſub regimine, & cura Regulariũ. Nam adminiſtratur per Prælatum Regularem cum ſuo Capitulo, quod ſufficit ad inducendam regularitatem, vt tradunt Innocent. *in Cap. Poſtulaſti. num.* 1. *De iurepatron.* Panormit. *in Cap. Niſi eſſent, num.* 11. *De præbend.* Butr. *ibid.* Rota coram Seraphino. *deciſ.* 1272. *nu.* 6. & coram Pennia *deciſ.* 443. *numer.* 2. & alij cum Gloſ. *in Clemen. Et ſi principalis, verbo Conuentualem, De reſcriptis.*

5. Ex quibus fit, quod præfata Eccleſia tanquam regularis, et vnita Monaſterio exempto, ſit omnino exempta, iuxta Cap. 1. §. *In eos, De Priuileg. in* 6. vbi Gloſa *verbo Exempto* alia allegans, Socin. iun. *in Cap. Recepimus, num.* 97. *De priuileg.* Rota *deciſ.* 54. *num.* 11. *par.* 2. *Diuerſor.* & coram Merlino *deciſ.* 8. *num.* 3. Et conſtat etiam ex diuerſis priuileg. Summorum Pontificum, præſertim Sixti IV. *in eiuſdem* 1. *Conſtit. apud* Confect. *Ne quiſpiam* (Ordinariorum) *abſque dictæ Sedis ſpeciali commiſſione, & auctoritate in perſonas, domos, & loca dicti Ordinis Prædicatorum, vt pote*

prorſus exempta ; aliquas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias ſpecialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in perſonas, domos, & loca huiuſmodi aliquam preeminentiam, ſuperioritatem, & iuriſdictionẽ quomodolibet exercere præſumant, etiam ratione contractus, vel delicti, ſeu rei, de qua contra ipſos ageretur, vbicunque ineatur contractus, cõmittatur delictum, & res ipſa conſiſtat. Hoc autem priuilegium participatur ab ijs, qui habent communicationem ſaltem in forma ampliſſima, et quæ ſe extendat etiam ad priuilegia, quæ alias non veniunt in communicatione. Imo vt declarat obſeruantia ſubſequuta, Monaſteria omnia, & eccleſiæ Regularium plenè exemptorum quo ad exemptionem pariſicantur.

6 Neque obſtat, quod in præfata eccleſia exiſtat beneficium ſæculare; quia non rectè arguitur à ſtatu beneficii ad ſtatum eccleſiæ. Quia poteſt in eccleſia regulari exiſtere beneficium ſæculare iuxta Cap. *fin.* §. *Præcipimus. De ſtatu Monach.* & obſeruant *ibid.* Ancharan. *nu.* 13. *vot. Quod intellige.* Io. Andr. *nu.* 15. Butrius. *numer.* 16. Lotter. *de beneſic. quæſt.* 34. *numer.* 71. *lib.* 1. Sufficit enim, quod non permiſceantur. Quod contingit ob vnionem eccleſiæ cũ Monaſterio; nam hæc vnio ſeparat eccleſiam à beneficio, ita vt quo ad regimen non ſit illi amplius vnita: & ſolum remaneat vnio localis, qua etenus erectio beneficij continuatur in eodem loco. Et ſtante hac ſeparatione impermixtè ſe habent, ita vt nec ad eccleſiam pertineat ius beneficij, nec ad beneficium, ſeu beneficiarium ius eccleſiæ.

An renunciatarij impugnantes ſententiã nullitatis profeſſionis, teneantur renunciãti ſubminiſtrare alimenta. Quæſt. 78.

S V M M A.

1 *Renunciatarij tenentur ſubminiſtrare alimenta annullanti profeſſionem, ſi impugnent ſententiam nullitatis.*
2 *Litigans, quando colligiãti debeat alimenta.*
3 *Cur debeat ſubminiſtrare.*
4 *Annullans profeſſionem præſumitur pauper.*
Alimenta quando debeantur colligiganti, licet non conſtet de paupertate.
5 *Sententia tribuit bonum ius.*
6 *Agenti ad recuperanda propria bona, debentur alimenta.*
Bona tranſeunt cum onere alendi, ad quem ſpectant.

1 FRanciſcus profeſſurus intra religionem renunciauit bonis omnibus ad fauorem ſuorũ Fratrũ, poſtea excitata lite ſuper validitate profeſſionis obtinuit ſententiam de nullitate & egreſſus eſt à religione dimiſſo habitu &c. & cum inſtaret admitti ad bona, renunciata, eius fratres impugnare cœperunt nullitatem profeſſionis, & ſententiã pro ipſa latam. Vnde fuit dubitatum, an interim tenerentur ipſi ſubminiſtrare alimenta, & expenſas litis. Et *affirmatiuè reſoluendum eſt*, quod extra difficultatem videtur.

2 Habet enim locum regula generalis, quod colliti ganti debentur alimenta, & expenſæ litis, ſi pauper ſit, & habeat bonũ ius, vt tradunt Angel. *conſil.* 245 *numer.* 4. ver. *Præterea.* Paris de Puteo *de Sindicatu* ver. *Expenſę. num.* 2. Io. Lupus *in Cap. Per veſtras. not.* 1. *ampliat.* 18. §. 39. *verſ. Imo quod plus eſt* Couarru. *Pract. quæſt. cap.* 6. *num.* 5. *ver. Ego vero.* Neulzan. *in Sylua nup. lib.* 6. *num.* 32. & *conſil.* 44. *nu.* 14. Boer. *deciſ.* 303. *num.* 4. Rebuf *ad Conſtit. Regni. tom.* 1. Tit. *De ſentent. prouiſ. ar.* 3. *gloſ. fin. num.* 1. & *in Præfat. num.* 117. Aſin. *in Praxi.* §. 32. *ampliat.* 30 Lancellot. *De attent. par.* 2. *cap.* 4 *limit.* 11. *num.* 20. Simon. de Prætis *de interpret. vlt. volun lib.* 5. *interpret.* 2. *dub.* 2. *nu.* 28 Craueta *conſil* 164. Cordub. *in l. Si quis à liberis.* §. *Si vel. Parens. num.* 47. *ff.* De liber. *agnoſcen.* Oldrad. *conſil.* 27. *nu.* 3. Deciſ. Peruſin. 46. *num.* 6. Surdus *de alimen. tit.* 1. *quæſt.* 120. *num.* 8. Rota coram Veral. *deciſ.* 20. *num.* 2. *lib.* 1. & coram Seraphino *deciſ.* 426. *num.* 1. & *deciſ.* 1098. *nu.* 2. & *deciſ.* 748. *num.* 1. & 5. *par.* 2. Recent.

3 Hoc etiam conſtat ex diuerſ. text. & ſpecialiter & *l. fin. ff. De Carbon. edicto.* & *l.*

& l. Si inſtituta. §. Si de inofficioſo. ff. De inofficioſo teſtam. ibi *Placuit interim propter inopiā pupilli alimenta pro modo facultatū, &c.* & *l. fin. C. De ordin. cognit.* ibi *Tātum litis ſumptus, & alimonia homini miniſtrantur.* Neque enim debet actor priuari iure ſuo ob ſuam pauperṫatem. Rurſus quia cū reus ſtante boni iuris actoris habeat contra ſe præſumptionem, cogi debet ad alimenta, et expenſas ſubminiſtrandas in pœnam, quod non deſert, ſicut deferre deberet bono iuri actoris, ſed cogit eum ſubire expenſas, et carcere, vnde alimenta percipere poſſet.

4 Quod autem in eo, qui obtinuit ſententiam pro nullitate profeſſionis, concurrant conditiones requiſitæ pro obtinendis alimentis, non poteſt verti in dubium. Nam de paupertate conſtat, quia egreditur è religione nihil proprii poſſidens, præmiſſa renunciatione eorum, quæ poſſidebat ad fauorem fratrum, ad quæ regredi intendit, cum non ſit renunciatio ſortita ſuum effectum defectu validitatis profeſſionis. Imò cum prætendat alimenta de propriis bonis, quæ à propriis fratribus occupantur, etiamſi non conſtaret de paupertate, ei deberentur, vt dixit Rota *deciſ. 499. par. 1. Diuerſ.* et coram Pennia *deciſ. 378. num. 4.*

5 De altera autem conditione, nempe de bono iure, etiam conſtat: quia præſumptio boni iuris reſultat ex ſententia, quam pro nullitate obtinuit, iuxta ea, quæ tradunt Crauetta *conſil. 164. num. 1. in fine.* Couarruu. *Pract. quæſt. cap. 6. num. 6.* Surd. *de alimen. tit. 1. quæſt. 20. numer. 10. & 12.* Afflict. *deciſ. 1. ſ. num. 5.* Rota coram Seraph. *deciſ. 318. num. 2.* et coram Merlino *deciſ. 7. num. 1.* & *deciſ. 150. num. 2. par. 1. Recent.* et *deciſ. 470. num. 2.* et *deciſ. 748. num.* item. 2. *par. 2. Recent.* Sententia enim operatur, quod ius ſtet ex parte illius, in cuius fauorem lata eſt; et ideo præſumitur habere iuſtam cauſam proſequendi litem, et vindicandi propria iura.

6 Quod eo amplius conſtat, quia licet lis verſetur ſuper validitate profeſſionis, refertur tamen ad hereditatem paternam, quam, vt fratres ſibi vendicent, conantur euincere validitatē profeſsionis, vt euincant validitatem renūciationis, cum nihil eorum interſit, an profeſsio ſit valida, an nulla, niſi quatenus inde reſultat validitas, vel nullitas renunciationis. Quando autem agitur de paterna hereditate, ſtante quacumque præſumptione boni iuris miniſtrari debent alimenta, vt tradūt Afflict. *deciſ. 1. num. 2.* Molina *lib. 2. de Primogen. cap. 16. nu. 41.* Creſcent. *deciſ. 233.* Pennia *deciſ. 508. num. 3.* Alimenta enim debentur ex bonis, quæ ad alimentarium pertinēt, et ſubſunt huic oneri, apud quēcumque reperiantur, vt tradunt Bart. *in l. 1. init. ff. De alimen. & cibar. leg.* et *in l. Si quis à liberis. §. Idem reſcripſerunt. ff. De liber. agnoſc.* Rota coram Pennia *deciſ. 378. n. 3.*

An ſi coadiutus ſit excommunicatus, coadiutor percipiat diſtributiones? Quæſt. 79.

S V M M A

1 *Excommunicatus amittit ipſo facto fructus beneficij.*
2 *Excommunicatio ſecum affert priuationem fructuum beneficij.*
3 *Excommunicatus tenetur abſtinere à perceptione bonorum Eccleſiæ.*
4 *Coadiutor non lucratur diſtributiones coadiuto excommunicato.*
Coadiutor non habet poſſeſſionem, nec titulum beneficij.
Beneficium non vacat per mortem coadiutoris.
5 *Coadiutores dantur, vt ſuppleant vices coadiuti.*
Diſtributiones debentur titulo beneficij ex conditione intereſſentiæ.
6 *Coadiutor percipit diſtributiones ſibi aſſignatas, licet coadiutus ſit excommunicatus.*
Excommunicatio alteri non nocet.
7 *Coadiutor quo titulo recipiat diſtributiones ſibi aſſignatas coadiuto excommunicato.*

1 QVamuis nōnulli ſentiāt, quod excommunicatus non priuetur fructibus beneficii, niſi hoc in ſententia exprimatur vt Gloſ. in Cap. *Paſtoralis. §. Verum.* verbo:

Subtrahuntur. De *appellat*. Petrus Nauar. *lib*. 2. *de reſtit*. *cap*. 2. *num*. 243. Auila *de cenſur*. *par*. 2. *cap*. 6. *diſp*. 6. *dub*. 1. & probabile putet Sanchez *lib*. 3. *de matrim*. *diſ*. 51. *num*. 12. Communis tamen ſententia tenet, quod ſit priuatus, nec poſſit tanquã inhabilis eas percipere. Ita Doctores *in dict*. *Cap*. *Paſtoralis*. §. *Verum*. *De appellat*. Abbas. Imola. Butrius. Dec. Marian. Socin. Sen. *in Cap*. *Sacris*. *numer*. 109. De *ſentent*. *excom*. Ripa *in Cap*. 1. *numer*. 27. De *iudic*. Mandoſ. *de ſignat*. *grat*. Tit. *de abſolut*. *ab excommunicat*. *in fine*. Paris. *de reſignat*. *lib*. 4. *quæſt*. 3. *numer*. 57. Vgolin. *de cenſur*. *tab*. 2. *cap*. 12. Gigas *de penſionib*. *quæſt*. 64. Borgaſ. *de irregularit*. *par*. 6. tit. *Quot ſint effec*. *excommunicat*. Couaruu. *lib*. 3. *Variar*. *cap*. 13. *num* 8. Sayr *de cenſur*. *lib*. 2. *cap* 5. *numer*. 24. & 30. Iulius Clarus *lib*. 5. *quæſt*. 57. *num*. 7. Guttierez *canon*. *quæſt*. *lib*. 1. *cap*. 1. *num* 90. Perez *in l*. 1. *tit*. 5. *lib*. 8. *Ordinat*. Lancellot, *De attent*. *par*. 2. *cap*. 12. *limit*. 22. Lopez *ad l*. 31. *tit* 9. *par*. 1. Ledeſma *par* 1. *ſum*. *cap*. 6. *de excommunicat*. Rodriquez *tom*. 1. *ſum*. *cap*. 23. *nu*. 4. Suarez *diſp*. 13. *de cenſur*. *ſect*. 2. *numer*. 2. Vega *par*. 1. *ſum*. *cap*. 36. *num*. 1. Rota corã Seraph. *decíſ*. 1164. *nu*. 2. & coram Puteo *deciſ*. 280. *lib*. 1. & in *Iacenſi portionis coram* Ortembergo apud Farinac. *tom*. 2. *conſil*. *deciſ*. 180. *n*. 1. & cœteri communiter tam Theologi, quàm Canoniſtæ.

2 Et hoc deſumitur ex ipſo Cap. *Paſtoralis*. §. *Verum*. De Appellat. ibi. *Et illi prouentus eccleſiaſtici meritò ſubtrahuntur, cui Eccleſiæ communio denegatur*. Nec dici poteſt, quod verbum *ſubtrahuntur* non dicat priuationem ipſofacto. Quia non eſt diſpoſitiuum, ſed enunciatiuum illius, quod ſecum affert excommunicatio, neq. enim Pontifex intendit diſponere, quod excõmunicatus ſit priuatus fructibus beneficij, ſed ſupponens eſſe priuatum, enunciat, quod meritò illi ſubtrahuntur. Diſponit enim, quod excommunicatus non obſtante appellatione poteſt denunciari excommunicatus, quia excommunicatio trahit ſecum exequutionem, & inducit ſuos effectus, quod an hodiè locum habeat ſtante *Extrauag*. Concil. Conſtant. alibi dictum eſt.

3 Deinde cum excommunicatio trahat ſecum exequutionem, inducit etiam effectus ipſo facto, vt conſtat quoad priuationem communicationis in diuinis, quia licet per Extrauag. Concil. Conſtantienſ. non ſit excommunicatus vitandus ante denunciationem, tanetur tamen ipſe abſtinere, & remanet priuatus participatione bonorum Eccleſiæ, & conſequenter etiam fructibus beneficij, quia acquiruntur titulo ſpirituali beneficii. Et eos percipere eſſet communicare cum Eccleſia, à quà tamen communione abſtinere tenetur. Hoc autem ſtante difficultas eſt, an coadiuto excommunicato coadiutor lucretur diſtributiones.

4 Dicendum eſt. *Coadiuto excommunicato coadiutorem non lucrari diſtributiones*. Ita Gonzalez *ad Reg*. 8. *Cancel*. *gloſ*. 6. §. 9. *num*. 123. Garzia *de benefic*. *par*. 4. *cap*. 5. *num*. 86. Rota coram Pennia *deciſ*. 392. *num*. 9. Ratio eſt. Quia coadiutor non habet poſſeſſionem, nec titulum beneficii, ſed tantum exercitium Offici, vt tradunt Hoſtienſ. *in Cap*. *De rectoribus*. *verbo*, Animarum. *De cler*. *non reſident*. Io. Andr. *ibid*. verbo. *Cum habeat*. Ancharan. *num*. 3. Cardin. *num*. 1. Anania *numer*. 2. Abbas *in fine*. Henr. *in Cap*. *Conſultationibus*. *num*. 8. *eod*. *Tit*. Rurſus Ancharan. *in Cap*. *Grandi*. *num*. 5. *ver*. *Nam iur*. *De ſupplen*. *negligent*. *Prælat*. Garzia *de Benefic*. *par*. 4. *cap* 5. *n*. 71. Lotter. *de benefic*. *lib*. 2. *quæſt*. 25. *numer* 11. Rota coram Puteo *deciſ*. 226. *nu*. 3. & 12. *lib*. 3. & coram Pennia *deciſ*. 314. *numer*. 5. & 6. & *deciſ*. 410. *nu*. 5. *par*. 4. Recen. Quod ſatis ex eo conſtat, quod morte coadiutoris non vacat canonicatus, & proinde titulus non eſt penes ipſum. Et mortuo coadiuto debet capere poſſeſsionem beneficii; vt reſolutt S. Rituum Congregat. *in Colimbrien*. *die* 16. *Septemb*. 1606.

5 Cum ergo diſtributiones debeantur ex titulo beneficii tanquam ex cauſa, ſuppoſita tamen intereſſentia diuinis officiis, fit, quod coadiutor nõn eas lucretur ſibi, ſed coadiuto. Stante enim coadiutoria interuenit diuinis officiis per coadiutorem, quo mediante ſicuti ſupplet muneri proprio, ita etiam lucratur diſtributiones.

nes. Datur enim coadiutores, vt ſuppleāt vices coadiuti, Cap. *Ex parte*, & *toto Tit.* De *cler. ægrotant.* & Cap. 1. De *cler. ægrot. in* 6. Cum ergo coadiutus non poſſit ſtāte excommunicatione lucrari dictas diſtributiones, nec etiam coadiutor poterit eas ipſi lucrari.

6 Ex dictis infertur. Quod ſi pars aliqua diſtributionum ſit cōſignata coadiutori, poterit eam percipere nō obſtante excommunicatione coadiuti. Ita Garzia *de benefic. par. 4. cap. 5. nu. 85.* Rota coram Pennia *deciſ. 455. num. 7.* Excommunicatio enim eſt perſonaliſſima, & non egreditur perſonam, etiam quò ad ſuos effectus. & ideo excommunicatio coadiuti non poteſt coaudiutori nocere iuxta reg. *l. Non debet alteri. ff. De reg. iur.* & Cap. *Non debet aliquis.* De *reg. iur. in* 6. notant Imola *in Cap. fin. in fine.* De *procurat.* Rota coram Pennia *cit. deciſ.* Præſertim quia præſtat ſeruitium Eccleſię, cuius intuitu debentur diſtributiones.

7 Nec dici poteſt. Quod percipiat has diſtributiones iure coadiuti, & ideo cum non poſſit coadiutus percipere, nec etiam poterit percipere coadiutor. Quia ceſſat difficultas, ſi in litteris coadiutoriæ ſit expreſſa aſſignatio, quia tunc eſt auctorizata à Pontifice, & coadiutus eas percipit iure ſibi conceſſo à Papa iuxta Cap. 1. *De cler. ægrotan. in* 6. & ponderat Rota *cit. deciſ. 455. num. 2.* coram Pennia. Si vero aſſignatio ſit facta à coadiuto, tunc coadiutor percipit tāquam ſibi conceſſas à coadiuto, & cum conceſsio ſit facta tempore habili, nempe ante excommunicationem, valet dicta conceſſio. Quamuis enim non poſſit propria auctoritate cedere coadiutori ius percipiendi diſtributiones, poteſt tamen cedere diſtributiones, aut aliquam partem, & coadiutor iure coadiutoriæ eas percipit. Vnde non obſtat, quod pro tempore excommunicationis eas non faciat ſuas, & proinde ceſsio non ſe extendat ad illud tempus tanquam inhabile, quia hoc eſſet verum, ſi ad eas percipiendas non ſubintraret ius coadiutoris.

An coadiutor excommunicato coadiuto teneatur interuenire diuinis Officijs? *Queſt. 80.*

S V M M A.

1 *Coadiutor excommunicato coadiuto non poteſt impediri, quin interueniet diuinis officijs.*
2 *Imò tenetur interuenire.*
3 *Coadiutor tenetur inſeruire.*
Coadiutor inſeruit nomine proprio.
4 *Cauſa finalis coadiutoria.*
5 *Coadiutor ratione muneris obligatur tanquam principalis.*

1 QVod poſsit coadiutor interuenire officijs diuinis, nec impedire poſsit ex eo, quod coadiutus ſit excōmunicatus, videtur eſſe certum, vt obſeruat Garzia *de Benef. par. 4. cap. 5. num. 83.* Cum enim non inſeruiat nomine Coadiuti, ſed nomine proprio, vt tradunt Innocent. *in Cap fin. in fine* De *procurat.* Compoſtellan. *in Cap. fin. num. 17.* De *clerico ægrot.* Oldrad. *conſil. 44. num. 2.* Rota coram Pennia *deciſ. 392. num. 11.* & *deciſ. 455. num. 3.* Eò ipſo, quod ſuſcipit officiū coadiutoris, ſuſcipit etiam onus interueniendi Officio diuino, & ideo ex munere proprio interuenit officiis diuinis, & cōſequēter nō poteſt impediri, niſi ex proprio impedimento perſonali.

2 An autem ſtante excommunicatione coadiuti teneatur interuenire. Videtur negatiuè reſoluendum, quia cum debeat ſupplere vices coadiuti, nō videtur hoc habere locum, quando coadiutus repellitur ab officiis diuinis ab Eccleſia, nā cum ſeruitium principalis reiiciatur, videtur etiam ceſſare ſupplementum illius, & acceſſorium. Tenendum tamen eſt. *Quod teneatur interuenire; imo ex hoc capite, quod repellitur coadiutus, oriri ſpecialem obligationem in coadiutore ad ſupplendum.*

3 Ratio eſt. Quia coadiutor regulariter tenetur reſidere, & inſeruire, vt dixit Rota *deciſ. 392. num. 1. par. 3.* Recent. ita vt ſi reſidere recuſet, poſsit deueniri ad pœnam

priua-

Priuationis, iuxta notata in Cap. *Conquerente*. vbi Gloſ. verbo. *Deſeruat*. & Cap. *Inter*. & Cap. *fin. De cler. non reſiden*. vbi etiam Innocent. *num.* 1. & Rota *cit. deciſ. num.* 5. Rurſus etiam, non inſeruit, nec reſidet nomine alieno, ſed nomine proprio, vt dictum eſt *num.* 1. Ergo quando coadiutus eſt excommunicatus, adhuc tenetur reſidere, & potiori ratione, quia coadiutus non poteſt reſidere, et inſeruire, et aliàs ipſe, nō nomine alterius, ſed nomine proprio tenetur reſidere, cū ad id ſe obligauerit ſuſcipiendo munus coadiutoriæ. Et cū coadiutus non poſsit, tota obligatio eſt penes coadiutorem.

4 Confir. Coadiutoria eſt introducta in eum finem, ne Eccleſia defraudetur ſeruitio ſtaribus impedimentis coadiuti Cap. 1. *De cler. ægrotan.* et obſeruat Rota coram Puteo *deciſ.* 226. *num.* 13. *lib.* 3. et *deciſ. cit.* 392. *num.* 1. *par.* 3. Recent. Et quando ſuſcipit munus coadiutoriæ, onus inſeruiendi, quod eſt in coadiuto, transfertur in ipſum. Et proinde principaliter tenetur inſeruire. Per id autem, quod coadiutus ſit excommunicatus, non ceſsat obligatio coadiutoris, quia nō tenetur inſeruire nomine alterius, ſed nomine proprio. Et ideo ex eo, quod coadiutus nō poſsit, et excuſetur, nō fit, quod excuſetur etiā coadiutor, cum non habeat cauſam excuſantem.

5 Vnde facile ad rationem dubitandi reſpondetur; quod ex eo, quod Eccleſia repellat coadiutum ab Officijs diuinis, non fit, quod ei non ſit debitum ſeruitium coadiutoris, quia hic remanet obligatus ratione muneris ſuſcepti principaliter, ſi quidem ſibi accolauit debitum coadiuti; et proinde poteſt ipſum tanquam principalem conuenire. Vnde ceſsat ratio, quod excuſato coadiuto, ſit excuſatus etiam coadiutor, nam coadiutus reputatur tanquam, ſi non eſset debitor ſeruitij.

An teſtis deponens de publica voce, & fama ſcire debeat, quid ſit. Quæſt. 81.

1. Deponens de publica voce, & fama, non probat, niſi ſciat, quid ſit.

2. Quomodo ſcire debeat, quid ſit publica vox, & fama.

3. Quid, ſi neſciat reſpondere, quid ſit publica vox, & fama.

4. Deponens de ſermonibus incertis, & vagis, non probat publicam vocem, & famam.

5. Si ex depoſitione teſtis non colligitur famam eſſe firmam, & conſtantem, non releuat.

1 DEponentem de publica voce, et fama, non probare publicā famam, niſi ſciat, quid talis fama ſit, tradunt, Purpurat. *in l.* 1. *numer.* 637. *ff. Si cer. pet.* Matth. *in l. De minor.* §. *Plurium. numer.* 104. *ff. De quæſt.* 10. de Amicis *conſil.* 127. *num.* 14. Ruin. *conſil.* 44. *num.* 14. *lib.* 4. Rota apud Farinac. *tom.* 2. *conſil. deciſ.* 138. *numer.* 7. et in *Auenionen. Præpoſit.* 13. *Maij* 1594. coram Litta, et coram Ludouiſio *deciſ.* 325. *numer.* 13. Et ratio videtur clara, quia ſi teſtis dicat, adeſſe publicam vocem, et famam, et neſciat, quid ſit publica vox, et fama poteſt deponere, de eo, quod non eſt, putans, eſſe publicam vocem, et famam, quæ reuera non ſit talis.

2 Verum hinc oritur difficultas; quia ex hoc ſequeretur, quod pauci admodū poſsent deponere de publica voce, et fama, cum paucis admodū ſciant, quid ſit, et quas conditiones requirat. Hæc tamen difficultas ceſſat; quia quando dicitur, quod debet ſcire, quid ſit publica vox et fama, non intelligitur, quod ſcire debeat theoricè, et quaſi ſcientificè, ſed ſufficit, quod apprehendat ipſam ſecundum ſuas conditiones, et proinde de ea deponat ſecundum illas circumſtantias, et conditiones, quibus conſtituitur in eſſe publicæ vocis, et famæ: ita vt Iudex in tali depoſitione agnoſcat veram ſubſtantiam publicæ vocis, et famæ. Ita Pelin. *in Cap. Cum contingat, num.* 5. *De reſcrip.* Rota in *Camberen. Capellaniæ.* 17. *Martij* 1608. corā Ottemberg. et in *Vincent. Parochialis.* 4. *Iunij* 1612. coram eodem, et coram Penna *deciſ.* 393. *num* 4.

3 Ex hoc deducitur, Quod, ſi teſtis interrogatus, quid ſit fama publica, neſciat reſpondere, non ex hoc erit reijcienda eius teſtificatio, tanquam illius, qui

neſciat,

neſciat, quid ſit fama publica, vt obſeruauit Rota *deciſ*. 702. *num*. 5. *par*. 1. *Recent*. et in *Maioricenſi* Sacriſtię. 16. *Decemb*. 1602. coram Pennia. Ex hoc enim ſolum deducitur, quod neſciat definire, quid ſit fama publica: non autem, quod non deponat de ipſa, ſi tamen ex eius depoſitione innoteſcat fama, quæ reuera ſit publica, et quam vt talem poſsit iudex agnoſcere.

4 Secundò deducitur, quod ſi teſtis deponeret de ſermonibus incertis, et varijs, et quod ſic communiter homines loquerentur, neque referret perſonas certas, à quibus audierit, non deponeret de vera publica voce, & fama iuxta Cap. *Licet ex quadam*. De *teſtib*. et Cap. *Qualiter*, *&* *quando*. 2. De *accuſat*. *&* *l*. 3. *§*. *Tu magis ſcire*. *ff*. De *teſtib*. & obſeruant inter alios Maſcard. *de probat*. *concluſ*. 748. *nu*. 9. et *concluſ*. 749. Rota coram Eminentiſſ. Otthobono *deciſ*. 94. *num*. 3. Hæc enim eſſet depoſitio famæ cuiuſdam incertæ, non autem de fama conſtanti. Fama autem inconſtans non magis probat, quàm probet teſtis inconſtans, et varius.

5 Tertiò deducitur. Quod ſi ex depoſitione teſtis non colligeretur, quod fama eſset firma, et conſtans, & proinde quod non ſolum de præſenti vigeret, ſed etiam ante litis conteſtationum viguerit non eſset vera fama publica, et proinde nihil releuaret, vt tradunt Corne. *conſil*. 198. *num*. 12. *lib*. 2. Bald. *conſil*. 295 *num*. 2. ver. *Et hęc fama*. *lib*. 1. Marſil. *in l*. *De minore*. §. *Plurimum*. *num*. 36. *ff*. *De quæſt*. Menoch. *conſil*. 191. *num*. 86. alios citans. Rota in *Pacenſi puritatis*. 6. *April*. 1609. coram Manzanedo: *&* *deciſ*. 182 *num*. 6. *par*. 1. Recent. & coram Pennia *deciſ*. 581. *numer*. 6. et coram Ludouiſio *deciſ*. 498. *num*. 13. alioquin pro vano rumore habenda eſt. Si enim admitteretur, eſset in poteſtate cuiuſcunque maleuoli excitare famam præiudicialem huic, vel illi.

Paſqual, Select. Quæſt.

An filij hæreticorum priuentur penſionibus Eccleſiaſticis. Quæſt. 82.

S V M M A

1 *Appellatione beneficij in materia odioſa non venit penſio.*
2 *Diſpoſitiones circa beneficia quò ad filios hæreticorum comprehendunt penſiones.*
Beneficium quando agitur de cauſa hæreſis ſumitur amplè.
Cauſa finalis, cur filij hæreticorum puniantur quænam ſit.
3 *Cauſa finalis puniendi filios hæreticorum quò ad beneficia, locum habet etiam quò ad penſiones.*
4 *Cauſa finalis extendit diſpoſitionem comprehenſiuè.*
5 *Etiam pœnalem, & odioſam.*
6 *Leges punientes filios hæreticorum ſunt fauorabiles.*
Publica priuatis præferenda.
Lex continens odium, & fauorem; quando ſit fauorabilis, quando odioſa.
7 *Diſpoſitio informata ſua cauſa comprehendit, quæ ſub cauſa comprehenduntur.*

1 PArtem negatiuam firmauit Rota *in Conchenſi penſionis* 24. *Octobris*. 1594. coram Pennia, et eſt *deciſ*. 403. *in impreſſis ipſius*. Quia, quando Doctores tractant de pœnis filiorum hęreticorum, loquuntur ſemper de beneficiis eccleſiaſticis: appellatione autē beneficiorū in materia odioſa, qualis eſt cauſa priuationis, præſertim quò ad filios hæreticorū innocentes nō venit pēſio, vt tradūt Bald. *in Cap*. *Ad audientiam*. 2. De *reſcrip*. Abbas. et Felin. *ibid*. Geminian. *in Cap*. *Quamuis init*. *De pręb*. *n*. *in* 6. Ananias *in Cap*. *Non ſatis*. *col*. 2. *De ſimon*. Gigas *de Penſionib*. *quęſt*. 28. Gomez *ad Regul*. *De annali*. *quęſt*. 21. Rota coram Creſcent. *deciſ*. 14. *num*. 1. *De ſenten*. *&* *re iud*. alias. 59. *lib*. 2. et coram Durano *deciſ*. 181. *num*. 4. & communiter Doctores.

2 Verum appellatione beneficiorum in hac materia comprehendi etiam penſiones firmauit item Rota *in eadem Conchenſi penſionis* 6. *Martij* 1598. coram Peregrino apud Garziam *par*. 11. *de benef*. *cap*. 10. *num*. 79. Et ita tradunt Abbas *in Cap*.

Ad audientiam.2. num. 2. ver. *Dicerem tamen.* De *reſcript.* Felin. *ibid. init.* Gigas *de penſionib. quæſt.94. num.1. & 10.* Garzia *de benefic. cit. cap.10. num.77.* Ricciul. *de perſon. extra Eccleſ. gerem. lib.3. cap.29. n.2.* Sanchez *lib.2. ſum. cap.28. num.35.*

3 Ratio deſumitur ex eo, quod in hac materia beneficium latè ſumitur, vt comprehendat etiam penſionem. vt obſeruant Gloſ. *in Cap. Quicunque §. Hæretici* verbo *Beneficium.* De *hæreticis. in 6.* Geminian. *ibid. nu.2.* Et hæc larga acceptio fundatur in eo, quod cauſa finalis, quæ habet locum in beneficijs propriè ſumptis, habet etiam locũ in penſionibus. Ideo enim puniuntur filij hæreticorum quò ad beneficia, vt parentes videntes proprios filios ſpoliatos, grauius quoque ipſi puniantur, vt conſtat ex Cap. *Vergentis.* De *hæret.* Quia autem lex recipit menſuram, & extenſionem à cauſa finali, cum cauſa iſta finalis habeat locum etiam quò ad penſiones, debet ſumi beneficium cum eadem amplitudine, quam habet cauſa finalis.

4 Et proinde cum eadem cauſa finalis locum habeat in penſione, ac in beneficio, diſpoſitiones, quæ procedunt de beneficijs, locum habebunt, non extenſiuè, ſed comprehenſiuè etiam in penſionibus *l. His. §. Satis etiam cautè. C.* De *reuocan. donat.* Et *l. Illud. C. De ſacroſanc. Eccleſ.* & *l. Item veniunt. §. Ait* Senatus. *ff.* De *petit. hæred.* & notãt cõmuniter Doctores Alexan. *in l. Peregrè §.1. verbo.* Non obſtat. *ff. De acquir. poſſeſ.* Imola *in l. Si verò. §. De viro. num.14. ff. Soluto matrim.* Panor. *in Cap. fin. num.10.* De *reſcrip.* Socin. jun. *conſil.30. num.32. lib.1.* Rolan. *conſil.27. nu.8. vol. 1.* Hyppolit. Riminal. *Inſtit. de donat. n. 227.* Gonzal. *ad Reg. 8. Cancel. §.7. præm. n.105.* Tiraquel. *in l. Si vnquam.* verbo. *Libertis n. 44.* De *reuocan. donat.* Sanchez *lib. 7. ſum. cap.5. num.4.* Salas *diſp.21. de legibus ſect.6. regul.3.* Palaus *par. 1. oper. moral. tract.3. diſp.5. pun.3. §.4. num.2.*

5 Nec dici poteſt, quod iſta comprehenſio non habeat locum in lege pœnali tanquam odioſa. Quia dicet id verum ſit de ſimplice extẽſione, extenſio tamen comprehenſiua locum habet etiam in lege pœnali, vt tradunt Imola *in Cap. 1. De temp. ordin. in 6.* Abbas *in Cap fin. num.10.* De *reſcrip.* Rolan. *conſil.27. num. 48. lib. 1.* Gomez *lib.1. Varrar. cap.5. num.11.* Oſaſc. *deciſ. Pedemon.67. num. 8.* Crot. *conſil. 135. num.28. & 34.* Villagut. *In Rubr.* De *exten. leg. pœnal. tan. num.1.* Couaruu. *in Cap. Alma mater. par.2. §.4. numer.7.* Euerar. *in Topica iur. Loco à rat. leg. ampla ad exten. ipſ.* ver. *Debet ergo* Nauat. *in Cap. Pœna De pœnit. Diſt.1.* Guttierez *quæſt. canon. cap.10. nu.13. lib.1.* Syluester *verbo.* Lex. *Quæſt. 18.* Molina *lib.1. De primogen. cap.5. numer. 10.* Suarez *lib.6. de legib. cap.4. nu. 2.* Sanchez *de Matrim. lib.3. diſp.42. num.4.* Nam catenus extenditur lex cõprehenſiuè, quatenus extenditur intentio: hæc autem extenditur, quatenus extenditur cauſa finalis.

6 Addi etiam poteſt, quod leges, quæ puniunt filios hæreticorum, quamuis ſint odioſæ reſpectu ipſorum, ſunt tamen fauorabiles reſpectu Eccleſiæ, & fidei Catholicæ, nam ordinantur ad conſeruationem ipſius, ſiquidem grauitas pœnarum retrahit homines à lapſu in hæreſim; & hic fauor eſt fauor publicus. Cum ergo in his legibus concurrat odium priuatum, & fauor publicus, & publica priuatis præferẽda ſint *l. Iubemus. C. De ſacroſanc. Eccleſ.* & Cap. *Imperialem init.* De *prohib. Feud. alien. per Lothar.* & Cap. *Pœna,* De *poſtulat.* & Cap. *Licet* De *Regul.* Cenſendæ ſunt abſolutè fauorabiles, tanquam eæ, in quibus præualet fauor, non ſolum ex principali intento legislatoris, qui ideo punit filios hæreticorum, vt etiam hoc remedio vtatur pro conſeruatione fidei. Sed ex materia eiuſdem legis, quæ licet ſit pœna, nõ eſt tamen in odium perſonæ punitæ, cum nullum commiſerit delictum; ſed eſt medium pro conſeruatione fidei. Et ita ſentiendum eſt iuxta doctrinam Gloſ. *in Cap. Si propter.* verbo. *Primi anni.* De *reſcrip. in 6.* Domin *ibid. num.9.* Franc. *numer.6.* & rurſus Gloſ. *in Cap. Sciant Cuncti.* verbo. *Alios.* De *elect. in 6.* Io. Andr. & Geminian. *ibid.* Felin *in Cap.1. num. 14.* ver. *Aliud eſt.* De *ſponſal.* Bar. *in l. Qui exceptionem. num.2. ff. De condit. indeb.* per illum tex. Alber. Iaſ. Sal. ces *ibid.* Caſtren. *in l. Si quis nec cauſam,*

nu.4.ff.Si cert.pet. Milis in Repertor. verbo. Lex dicitur fauorabilis. Couaruu.lib.1.Variar. cap.11.numer.5. Menoch. de recuper. poſſeſ.remed.1.num. 28. Euerar.in Topica iur.Loco à rat.leg. am.ad extenſ.ipſius num. 68.Mandos. ad Reg.10.de annali. quaſt.3. num.7.Honded.conſil.95.nu.17. Tiraquel. de retrac. in Præfat.num.56. & §.30.gloſ.1. num.5. Paris.de reſignat.lib.12.quaſt.2.nu. 23.Ioſeph Ludouic. deciſ. Lucen. 26.num. 23.par.1. Syluester verbo. Interpretatio in in fine. Sanchez lib.1. de matr.diſp.1.nu.4. Suarez lib.5.de legib.cap.2.num.5. Et deſumitur ex Cap.2.§.Statuimus. De dec. in 6. ibi *Cum non ſit dicendum aſperum ſed potius pium, & benignum.* Vnde tanquam fauorabiles erunt extendendæ, non aut reſtringendæ.

7 Ad rationem in oppoſitum allatã, ex dictis reſp. quod appellatione beneficij in materia odioſa non venit penſio, quando ex identitate rationis non comprenditur ſub diſpoſitione; ſecus autem, ſi ex identitate rationis comprehendatur, Quia tunc diſpoſitio tanquam informata ſua ratione trahit ad ſe etiã penſionem, quia diſponit de beneficio, quatenus habet aliquod commune cum penſione. Accedit etiam, vt dictũ eſt, quod nõ ſumus in diſpoſitione odioſa, ſed fauorabili, & ideo extendenda. Quo ſtante filij hæreticorum, aut erunt tantum incapaces penſionum, aut etiam priuati obtentis iuxta opinionum diuerſitatem, an ſint priuati beneficijs obtentis, an verò tantum incapaces ad obtinenda.

An qui acquiſiuit priuilegium iubilationis, adhuc illo potiatur, ſi ſubſtitutus non inſeruiat. Quaſt.83.

S V M M A.

1 *Iubilatio non acquiritur, niſi per ſeruitium perſonale.*
2 *Priuilegium iubilationis habet pro fundamento ſeruitium perſonale.*
3 *Iubilatus ceſſante ſeruitio ſubſtituti gaudet priuilegio.*
4 *Iubilatus ponendo ſubſtitutum non renunciat priuilegio iubilationis.*
5 *Iubilatio dat nouum titulum ad emolumenta. Plures tituli poſſunt ſtare ſimul.*
6 *Iubilatus quando poſſit remouere ſubſtitutum. Vbi Papa manus appoſuit, non poteſt inferior ſe ingerere.*
7 *Iubilatio non habet locum in coadiutore.*

1 SI adſit conſuetudo, aut priuilegium, quod qui in ſuo munere tantò tempore inſeruiuit, habeatur pro iubilato, ita vt non teneatur amplius inſeruire, & nihilominus percipiat eadem emolumenta, quæ perciperet, ac ſi actu inſeruiret, dubitatur, an, ſi in locũ ſuum aliũ ad inſeruiendum ſubrogauerit, percipiat adhuc emolumenta, quamuis ſubrogatus deſinat inſeruire. Pro cuius difficultatis ſolutione videndum eſt, an, antequam ſubrogaret alterum, ſeruitio perſonali compleuerit tempus requiſitũ, pro iubilatione. Priuilegium enim iubilationis ſicuti eſt priuilegium perſonale, ita non acquiritur, niſi ſeruitio perſonali, vt ponderauit Rota coram Pennia *deciſ.* 790.num.15. Vnde quamuis quis per mille annos, vt ita dicam, per alium inſeruiret, nunquam tamen acquireret priuilegium iubilationis.

2 Cum enim priuilegium iubilationis concedatur intuitu ſeruitii perſonalis habet pro fundamento dictum ſeruitium, & ideo nunquam inducitur, niſi interueniat qualitas ſeruitii perſonalis iuxta §.*Proximus.* Inſtit. *De leg. agnoſ. ſucceſ.* & *l.2.* §.*Peregrinum.ff.*De ſuis, & leg. & *l.Tutelas.init.ff.De cap.dimin.* & *l.* Si *vſuſfr.ff.* Quib.*mod.vſuſfr. amit.*& iuxta ea, quę obſeruant Alex.*in l. Si rem meam. in fine.ff.* De *verbor.obligat.*Bald.*in l.Humanitatis.n.* 28.*ver.Quandoq.* C.*De impub.& al. ſubſt.* Menoch.*Conſil.*166.*num.*94.Craueta *conſil.*202.*numer.*31. Si ergo, quando, incipit ſeruire per ſubſtitutum. non compleuit tẽpus ſeruitii perſonalis neceſſarium pro priuilegio iubilationis, non acquiret ipſum defectu fundamenti requiſiti, etiam ſi cõtinuet ſeruitium per ſubſtitutum.

3 An autem, dum iam acquiſiuit priuilegium iubilationis, incipiat ſeruire per ſubſtitutum, ſi ſubſtitutus ceſſet ſeruire, fruatur dicto priuilegio, & percipiat emolumenta, quæ alias perciperet. *Affirmatiuè reſoluendum eſt*, ex quacunque cauſa ceſſet ſeruire. Ita Alexan. *conſil.* 193. *num.* 11. ver. *In contrarium eſt. lib.* 2. Garzia *de Benefic. par.* 4. *cap.* 5. *nu.* 89. Rota *in Tiraſonenſi coadiutoriæ.* 8. *Nouem.* 1599. coram Pennia. & eſt *deciſ.* 790. *numer.* 10. *in impreſſis eiuſdem.*

4 Ratio eſt, Quia per id, quod ponat ſubſtitutum, non renunciat priuilegio iubilationis, ſicut non renunciaret, ſi ipſe adhuc continuaret ſeruitium; imo ampliaret fundamentum, ratione cuius eſt debitum priuilegium. Neque priuilegiũ pro ſui manutentione requirit, quod iubilatus ceſſet à ſeruitio. Ergo ſi retinet priuilegium, non obſtante, quod per ſubſtitutum inſeruiat, ceſſante ſeruitio ſubſtituti, manebit priuilegium in ſuo robore tanquam iam acquiſitum ex proprio ſeruitio perſonali. Et ſicut remanet in eius poteſtate non obſtante iubilatione ſeruire, & non ſeruire; ita etiam ſeruire per ſubſtitutum, & non ſeruire.

5 Confir. Qui inſeruit perſonaliter, aut per ſubſtitutum, habet titulum ſeruitii, ratione cuius percipit emolumenta. Quando autem completo ſeruitio perſonali acquirit priuilegium iubilationis, acquirit nouum titulum, vnde poſſit percipere emolumenta, vnde concurrit duplex titulus quilibet de ſe ſufficiens: nec acquiſitio excludet priorem, quia naſcitur ex ſeruitio; nec nouus acquiſitus excluditur per cõtinuationem ſeruitii, cum poſſint ſtare ſimul plures tituli iuxta Cap. *Poſt electionem.* De *conceſſ. præben.* & obſeruant Abbas *ibid. num.* 4. Felin. *in Cap. In noſtra. numer.* 1. ver. *Titulus multiplicatur.* De *reſcrip.* Rota coram Coccino *deciſ.* 47. *num.* 20. & *deciſ.* 317. *num.* 4. & coram Durano. *deciſ.* 14. *nu.* 16. & coram Pennia *deciſ.* 221. *numer.* 4. & *deciſ.* 117. *num.* 2. *par.* 1. Recent. & *deciſ.* 142. *num.* 3. *par.* 2. Nec obiici poteſt, quod continuando ſeruitium non vtatur priuilegio iubilationis, Quia non conſtat, ex quo titulo percipiat, ſeu quo vtatur; imo poteſt vti vtroque tanquam ad idem tendente.

6 Ex quibus infertur, Quod iubilatus poſſit remouere ſubſtitutum, dummodo non ſit coadiutor Apoſtolica auctoritate poſitus. Nam cum non teneatur ſeruire per ſeipſum tanquam exemptus ratione iubilationis, nec etiam tenetur inſeruire per ſubſtitutum; & ideo ſecluſa auctoritate Apoſtolica poteſt ipſum remouere: præſertim ſi aliquam partem emolumentorũ ipſi ceſſerit. At ſi ſit coadiutor auctoritate Apoſtolica poſitus, non poterit remoueri, nec etiam retrahi poterit pars illa emolumentorum ipſi aſſignata tanquam annexa titulo coadiutoriæ ab ipſo Pontifice. qui cum manus appoſuerit coadiutoriæ, inferior non poteſt ſe ingerere. Cap. *Vt noſtrum* De *appellat.* & obſeruant Innocent. *in Cap. Cum. M. Ferrarienſis.* De *cõſtit.* Bald. *in Cap.* 1. §. *Ad hæc.* De *pace iuram fir.* Gonzalez *ad Reg. de Menſib gloſ.* 52. *num.* 27. Imola *in l. Si expreſſum. ff.* De *appellat.* Valaſc. *conſult.* 165. *num.* 63.

7 Secundo infertur, Iubilationis priuilegium nõ habere locum in Coadiutore, vt obſeruauit Rota coram Pennia *deciſ.* 790. *num.* 14. Quia eſt contra ſubſtantiam muneris coadiutoriæ; Si enim obtineret iubilationem, ita vt non teneretur inſeruire, deſtrueretur munus eiuſdem coadiutoriæ; atque adeo etiam coadiutoria, quæ eſt ſubſtantialiter inſtituta, vt habeat inſeruire loco coadiuti.

An obtinens beneficium litigioſum cogi poſſit, vt intra annũ ordinetur, aliàs incurrat pœnas &c. Quæſt. 84.

S V M M A.

1 *Tempus conceſſum ad ſumendos ordines adnexos beneficijs.*

2 *Non ſumens ordinem infra annum annexum beneficio, ſi ſit litigioſum, non ſubiacet pœnis.*

Poſſeſſio beneficij litigioſi non eſt tuta.

3 *Beneficium ſecundum quandiu litigioſum non facit vacare primum incompatibile.*

4 *Tempus conceſſum vicino ad retrahendum non*

currit

currit durante lite ſuper vicinitate.
Tempus conceſſum proximiori ad retrahendum non currit durante lite ſuper proximitate.
5 *Beneficium quando ſit litigioſum.*

---

1 IN Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *de reformat.* diſponitur, quod *qui Dignitates, Perſonatus, Officia, Præbendas, Portiones, ac qualibet alia beneficia in dictis Eccleſijs* (Cathedralibus, & Collegiatis) *obtinent, aut impoſterum obtinebũt, quibus onera varia ſunt annexa, videlicet vt alij miſſas, alij Euangelium, alij Epiſtolas dicant, ſeu cantent, teneantur iuſto impedimento ceſſante infra annum Ordines ſuſcipere requiſitos, alioquin pænas incurrant &c.* Modo autem difficultas eſt, an ſi obtinens aliquod ex dictis beneficijs non ſuſcipiat ordinem annexũ infra annum, ſubiaceat dictis pœnis, ſi beneficium ſit litigioſum.

2 Dicendum eſt. *Si obtinens beneficiũ litigioſum infra annum non ſuſcipiat ordinẽ annexum, non ſubiacet pœnis innouatis per Concil. Trident. cit.* de quibus in Clemen. *Vt ij. qui. De ætat. & qualit.* Ita Bellamera *deciſ.* 83. *num.* 1. Rebuſ. *in Praxi* Tit. *De non prom. inf. an. num.* 41. Rota *in Toletana Canonicatus.* 5. *Nouemb.* 1610. coram Lãcelotto, & *in Aſtenſi fructuũ.* 1. *Iunij.* 1620. Coram Coccino, & coram Pennia. *deciſ.* 594. *num.* 15. Et deſumitur ex Concil. Trident. cit. nam diſponit de iis, qui obtinẽt, aut obtinebunt. Quamdiù autem beneficium eſt litigioſum, non dicitur obtineri, quia, quamuis capta ſit poſſeſſio, non tamen eſt poſſeſſio tuta, ſed remanet in ſuſpenſo. Deinde imponit pœnas iis, qui non ſuſcipiunt ordinem requiſitum ceſſante iuſto impedimento. Quando autem beneficium eſt litigioſum, adeſt iuſtum impedimentum non ſuſcipiendi ordinem.

3 Ratio eſt. Quia quando beneficiarius non habet pacificã poſseſſionem, non dicitur habere plenè beneficium; quia poſſeſſio quoque ſtat in ſuſpenſio, & proinde quamdiu litigioſum eſt, non facit vacare primum beneficium incompatibile. Cap. *Commiſſa. De elect. in* 6. & Cap, *Licet Epiſcopus. De præben. eod. lib.* & Clemen. *Si plures. De præben.* vbi Gloſ. & Extrauag. *Execrabilis. ver. Qui verò. De præben.* & tradunt communiter Doctores Gloſ. *in Clemen. Gratiæ. De reſcrip.* Abbas *in Cap. de Multa. n.* 16. *De præben. in* 6. Franc. *in dict. Cap. Licet Epiſcopus. num.* 1. Coras. *par.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. Paris. *lib.* 3. *de reſignat. quæſt.* 1. *num.* 129. Burſat. *conſil.* 353. *lib.* 4. Maſcard. De *probat. concluſ.* 183. Nauar. *conſil.* 14. & 18. *de Præben.* Caputaquen. *deciſ.* 294. *par.* 2. Garzia *de benefic. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 100. Qui refert S. Concil. Congregat. ita pluries declaraſſe. Si ergo ſecundum beneficium litigioſum non facit vacare primum incõpatibile, cum tamen vacare debeat adepta poſſeſſione ipſius, qui illud obtinet, non dicetur abſolutè obtinere; & proinde non ſubiacebit pœnis, ſi intra annum non ſuſcipiat ordinem annexum.

4 Confir. Tempus conceſſum vicino ad retrahendum, non currit, quouſque durat lis ſuper vicinitate, vt ſenſit Rota coram Puteo *deciſ.* 50. & 199. *lib.* 1. Nec etiam tempus conceſſum proximiori ad retrahendũ currit durante lite ſuper proximitate: vt obſeruant Guido Papa *quæſt.* 157. *num.* 1. ver. *Aliquis vendit.* Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 451. *num.* 2. Quia lis impedit retrahere: vnde ſubintrat regula, quod impedito non currit tempus. Ergo neque etiam currit obtinenti beneficium litigioſum, quandiù durat lis, Quia tanquã impedito à lite, ne pacificè poſſideat, non curret tempus. Et lis faciet, quod ſuſpendatur obligatio ſuſcipiendi ordines.

5 Eſt tamen aduertendum, quod vt ſupradicta habeant locum, non ſufficit, quod lis ſit ſuper poſſeſſione, ſed debet eſſe ſuper titulo beneficii, vt dicatur litigioſum, vt tradunt Gloſ. *in Cap.* 1. verbo *Litigioſæ. De confir.* vbi communiter Doctor. Bald. *in l.* 2. *num.* 3. C. *De litig.* Angel. *in Authen. De litig. numer.* 3. ver. *Eodem modo.* Milis *verbo. Litigioſa res.* Curt. iun. teſtans de communi. *conſil.* 165. *numer.* 5. Io. Bapt. Ferret. *conſil.* 12. *nu.* 4. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. nu.* 29. Paris. *de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 52. Lancellot. *de Attent. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 143. Caſſador.

ſador. *deciſ.6,num.2.De reſcrip.* & coram Ludouiſ. *deciſ 335.num.5.* & coram Merlino. *deciſ.365.num.7.*

An adulter teneatur alere natum ex adulterio, & damna inde ſequuta reſarcire. Quæſt. 81.

S V M M A.

1 *Natus ex coniugata præſumitur filius mariti.*
2 *Etiamſi tempore conceptionis habuerit copulã cum adultero.*
3 *Quid, ſi filius in effigie referat adulterum.*
Aſſimilatio prolis cum aliquo vnde proueniat.
4 *Adulter non tenetur alere filium natum ex adultera, nec aliqua damna reſarcire.*
Quod natus ex coniugata ſit filius mariti, eſt ſaltem præſumptio iuris.
Præſumptio habet vim probationis.
5 *Dubius nõ tenetur reſtituere, aut reſarcire dãna*
6 *Adultera quando non teneatur ad aliquid erga legitimos filios.*

---

1 SI loquamur in foro externo, reſolutio videtur certa, quod non teneatur, quia natus ex coniugata præſupponitur filius mariti *l. Filium definimus.ff.De his, qui ſunt ſui vel a.l. iur.* & *l. Miles.§.Defuncto.ff.* Ad *leg.Iul.De adulter.* & *l. Quia ſemper. ff.* De *in iuſ. vocat* & *l. Si vicinis.C.*De *nuptijs.* & notant Alciat. *De præſumpt.*Reg.3.*pręſump 37.nu.1.* Gabr. *concluſ.14.num.1.*Tit.De *præſump.*Dec.*conſil.657.* Gomez *in Cap.2.De iud in 6.* Abbas *in cap.Per tuas. nu.1.* De *probat.* Hypolit. *in l.1.§.Ad quęſtionem.num.84.ff.*De *quęſt.*Menoch. De *arbitrar.caſu 89. nu.20.* & *d: pręſumpt. pręſumpt. 56. num. 6.lib. 6.* Rota *deciſ.600.num.11 par.3.Recent.*

2 Quod locum habet, etiam ſi cõſtet, quod tempore conceptionis probabili, interuenerit copula inter adulterum, & adulteram, iuxta dic. *l. Miles.§.Defuncto.ff.* Ad *leg.Iul.* de *Adul.* & *l. Titiu. ff.* De Carbon. *edic.* & tradunt Cin. *in l. Si vicinis. C. De nupt.* Alber. *ibid. num.3.* Abbas *in Cap.Per tuas, not.3, De probat.* Alexan. *conſil.88,num.8.lib.7.* Gabr. *cit.concluſ.14. num.2. De præſumpt.* Dec. *reſp.1.nu.73.* Menoch. *dic.caſu 89. num.20. De arbitrar.* Bald. *in l.Si à matre.C.De ſuis, & legit.* Alexan. *conſil.87.ver.Præterea.vol.3.* Hyppolit. *in l.1.§.Ad quęſtionem.num.20.ff. De quęſt.* Franciſ. Curt. *conſil.31.poſt init.* Rota *deciſ.164.nu.1.par.3.Recent.* & alii apud Gabr. *cit.loco.* Nam ſtante matrimonio poſſeſſio ſtat pro prole, quod ſit ex legitimo concubitu, nam matrimonium dat titulum legitimæ natiuitatis, & ideo non ceſſat poſſeſſio, niſi probetur oppoſitum, Quod nõ poteſt probari, ſi tunc temporis patebat acceſſus mariti ad vxorem.

3 Imo, etiam ſi filius in effigie referret adulerũ, vt tradunt Gloſ. *in l. Quęret aliquis.ff.* De *verbor.ſignificat.* Caſtrenſ. *conſil.275.vol.1.* Alciat. *Reg.3. præſump.37.nu.7.* Iaſ. *in l. Gallus.circa fin.prin.ff.De lib.& poſt.* vbi etiam cœteri Doctores. Gabr. *conſil.14 num.7.De pręſump. lib. 1.* Curt.iun. *conſil.31 num.3,* Rota *deciſ.164.num.7.par.3.Recent.* Aſſimilatio enim non eſt ſignum filiationis, cum videamus regulariter filios non aſſimilari parentibus, & talis aſſimilatio reſpectu adulteri prouenire potuit ex imaginatione mulieris tempore cõceptionis, quæ ſola eſt ſufficiẽs ad inducendã ſimilitudinem. Et probabile eſt, quod mulier prædiligat adulterum præ marito, & proinde de ipſo cogitet.

4 Quod autem ſpectat ad forum conſcientiæ. Reſoluendum eſt. *Adulterum non teneri alere filium natum ex adultera: nec reſarcire aliqua damna inde conſequentia.* Ratio eſt, Quia, vt dictum eſt, præſumunt leges, quod ſit filius mariti: & hæc præſumptio eſt ſaltem iuris, vt ſenſit Rota coram Achille de Graſſis. *deciſ.1. Qui fil. ſint legit.* & *deciſ. 164.nu.2. par.3.* Recent. & in *Firmana iuriſpatron.25 Ianuar.* 1602. coram Pamphilio. Et licet admittat probationem in contrarium, quamdiù tamen non conſtat de oppoſito, habet vim probationis, vt tradũt communiter Menoch. *pręſump.36.num.1.* Pacian. *lib.1. de probat. cap.8. num. 3.* Maſcar. *de probat. concluſ. 1222.numer. 2.* Et proinde ſecundum talem præſumptionem iudicandum eſt in materia iuſtitię, & ita in praxi ſeruari ſolet

let. Cum autem materia iuſtitiæ inducat obligationem ſecundum conſcientiam, fit, quod etiam ſecundum conſcientiam procedendum ſit ſecundum huiuſmodi præſumptionem.

5 Confir. Quacumque diligentia adhibita ſemper remanet dubium, an filius ſit natus ex adultero, quia tàm potuit naſci ex ipſo, quàm ex marito mulieris. Ergo cum ſit in poſſeſſione non ſubminiſtrandi alimenta, nec reſarciendi alia damna, melior eſt conditio ipſius tanquam poſſidentis, iuxta Cap. *In pari. De reg. iur. in 6.* & communem doctrinam, quam tradunt Gloſ. *in Cap. fin. verbo.* Nulla temporis. *De præſcrip.* Abbas. *ibid. num.* 39. Franc. *ibid. in adnot.* Bar. *in l. Naturaliter. colum. 2. ff.* De *vſucap.* Alex. *in L. 3. §. Genera. ff.* De *acquir. poſſeſſ.* Iaſ. *ibid.* Couaruu. *in Regul. Poſſeſſor. par. 2. S. 7. num. 3.* alios referens, Cened. *Collect. 60. num. 5.* Syluester *verbo.* Præſcriptio. *quæſt. 3.* ver. *Tertium.* Sotus *in 4. diſt. 27. quæſt. 1. art. 3. circa finem.* ver. *Ad huiuſmodi euentus.* Salon. *2. 2. quæſt. 5. de domin. art. 7. quæſt. 3.* Tabiena *verbo.* Præſcriptio. *n. 10.* ver. *Nono.* Valent. *tom. 3. ſum. diſp. 5. quæſt. 6. pun. 5.* Angles. *in Florib. par. 2. quæſt. De præſcrip. ar. 2. difficul. 2.* Sayr. *lib. 1. Clau. reg. cap. 13. num. 14.* Vaſquez *1. 2. diſp. 66. cap. 7.*

6 Ex quibus deducitur. Quod neque mulier adultera in prædicto caſu tenebitur ad aliquid. Si enim tempus conceptionis maritus habuit ad ipſam acceſſum, remanet dubia, an ex ipſo, an verò ex adultero conceperit: & proinde eſt melior eius cõditio tanquam poſsidentis bonam famam, & cœtera, quibus ſe priuare poſſet. Rurſus poteſt ſequi ſecundum cõſcientiam dictam præſumptionem iuris. Addo etiam, quod cum non poſsit eſſe certa, ex quo conceperit, non poteſt facere aliquid, vnde proli dubiæ legitimitatis naſci poſsit aliquod præiudicium; nam hoc eſſet cõtra iuſtitiam, neque enim in dubijs poſſumus ſpoliare aliquem ſua poſſeſſione.

An filius teneatur ſe gerere tanquam irregularem, ſi mater ei dicat, quod natus ſit ex adultero. Quæſt. 86.

S V M M A.

1 *Si marito non patet aditus ad vxorem; elidi ditur præſumptio, quod natus ſit filius mariti.*

2 *Filius non tenetur ſe gerere tanquàm irregularem, ſi mater ei dicat, natum eſſe ex adulterio.*

In foro conſcientiæ non tenetur ſtare aſſertioni matris.

3 *Confeſſio matris, quod conceperit ex adulterio, non admittitur.*

4 *Quid, ſi iuraret.*

Teſtis iuratus de facto proprio non facit plenã probationem.

Præſertim ſi non poſſit eſſe certus.

5 *Nemo poteſt propriam turpitudinem detegere.*

Allegans propriam turpitudinem non attenditur.

6 *Filius in nullo caſu tenetur ſtare aſſertioni matris, quod ſit natus ex adulterio.*

1 Difficultas habet locum, quando tempore conceptionis præſũpto patebat aditus marito ad vxorem, alioquin eſſet moraliter certum, quod eſſet filius adulteri, & proinde illegitimus, atque adeo irregularis. Nam abſentia mariti, ſeu quando ipſi non pateret aditus ad vxorem, elidit præſumptionem, quod natus ſit filius ipſius iuxta *l. Filium. ff.* De *his, qui ſunt ſui, vel alien.* & *l. 1. §. Idẽ Iulianus. ff.* De *agnoſcen. lib.* & *l. 3. §. Si mater. ff.* De *Carbon. edic.* Et tradunt Abbas *in Cap. Per tuas. nu. 3. De probat.* Felin. Dec. & alii *ibid.* Decian. *reſpon. 1. num. 98.* Alexan. *conſil. 78. num. 7. lib. 7.* Gozadin. *conſil. 13. num. 45.* Couaruu. *De ſponſalib. par. 2. cap. 8. §. 3. num. 8.* Rota coram Mohedano *deciſ. 1. De probat.* & coram Achille de Graſ. *deciſ. item. 1. eod. tit.* & *deciſ. 164. num. 2. par. 3.* Recent. & *in Firmana iurispatr. 13. Iunij* 1600. coram Coccino,

2 Reſoluendum autem eſt. *Filium non teneri ſe gerere tanquam illegitimum, & irregularem ex eo, quod mater illi dicat,* quod

quod natus ſit ex adulterio. Ratio eſt. Quia neque in foro externo, neque in foro conſcientiæ tenetur ſtare aſſertioni matris, vt tradunt Gloſ. *in Cap. Officij*. De *pœnit. & remis*. Abbas *ibid. num.* 3. Bar. *in l. Filiũ de finimus. ff.* De *bis, qui ſunt ſui, vel alien. iur*. Alexan. *conſil.* 107. *num.* 2. *vol.* 5. Corneus *conſil.* 137. *num.* 8. *vol.* 2. Alciat. *Reg.* 3. *præſum.* 37. Hieronim. Gigas *reſp.* 146. teſtans de communi. Boer. *deciſ.* 299. *num.* 4. Cum enim filius ſit in poſſeſsione legitimę ciuitatis, non poteſt deiici per dictum matris, cum non ſufficiat, tanquam vnius ad deiiciendum aliquem à poſſeſsione.

3 Et hoc locum haberet, etiam ſi mater confiteretur, ſe ex adulterio concepiſſe. Quia neque confeſsio matris admittitur in præſenti caſu, vt tradunt Gloſ. *in l. Si poſthumus. §. fin. ff.* De *lib. & poſth*. vbi etiam Doctores Abbas *in Cap. Accedens. n.* 4. De *purgat. can.* Hyppolit. *in l.* 1. §. *Ad quæſtionem. numer.* 21. *ff.* De *queſtionib.* Paris. *conſil.* 10. *num.* 14. *vol.* 12. Alexan. *in l. Nec profeſſio.* C. De *teſtam.* Grat. *conſil.* 140. *vol.* 1. Gabr. *concluſ.* 14. *nu.* 21. De *prę̃ſump. lib.* 1. qui alios citat. Cum enim in hac confeſſione detegat propriã turpitudinem, præſumendũ eſt, quod non moueatur ſecundum rectam rationem, quia hæc non mouet ad detegendam propriam turpitudinem; niſi hoc ſit neceſſarium pro ſalute animæ: ſed ex aliqua vehementi paſsione inordinata, quæ propterea poteſt eſſe cauſa confeſsionis falſæ, aut quod mater perſuadeat ſibi, eſſe verum, quod non fuit certa eſſe tale.

4 Imo, etiam ſi mater iuraret filio, ſe eum concepiſſe ex adulterio, non teneretur, etiam in conſcientia, ei crederet. Tum quia eſſet tantum vnius inſtar teſtis iurati, qui, quamuis ſecundum aliquos plenè probet, dum deponit de facto proprio, ſecundum alios tamen non probat, & ita tradunt Cinus. *in l. Si quis Decurio. oppoſit.* 4. C. De *fal.* Alexan. *in l.* 2. §. *Si abſens. ff. Si ex noxa cau. ag.* aſſerens, hanc eſſe veriorem ſententiam. Ruin. *conſil.* 65. *col.* 2. *vol.* 5. Socin. iun. *conſil.* 62. *nu.* 6. *vol.* 1. Butr. *in Cap. Cum nobis. circa fin.* De *teſtib.* Innocent. *in Cap. Dilectus.* De *accuſat.* Anton. Gabr. *concluſ.* 1. *nu.* 21. *ver. Contrariam. De teſtib. lib.* 1. qui alios citat. Et in pręſenti militat ſpecialis ratio, quod non poſsit mater de certa ſcientia deponere, quia res aliter ſe habere poteſt, cum ad ſummum coniecturaliter poſsit dicere, ſe hoc, vel illo modo concepiſſe.

5 Accedit etiam, quod detegit propriam turpitudinem, quod valdè minuit eius fidem, quia non poteſt illam detegere iuxta *l. Si creditoribus.* C. De *ſeru. pign. dat. man.* & *l. Alias. ff.* De *iureiur.* & notant Bart. *ibid.* Alex. *in l. Si quis n.* 4. C. *De eden.* Dec. *num.* 6. Aret. *in §.* 1. *num.* 4. Inſtit. *Per quas perſon.* Io. Cephal. *conſil.* 203. *num.* 16. *vol.* 2. Et proinde non debet attendi iuxta. *l. Mercalem.* C. *De condic. ob turp. cau.* & *l. Si profitearis.* C. *De reuocan. donat.* & Cap. *Inter dilectos.* De *donat.* & notant Doctores Iaſ. *in l. Iureiuran.* §. *Procurator. num.* 18. *ff.* De *iureiur.* Socin. *conſil.* 264. *num.* 8. *lib.* 2. Alciat. *in l. Tranſactione. nu.* 4. C. *De tranſact.* Felin. *in Cap. Tertio loco. numer* 6. *De præſumpt.* Craueta *quæſt. de indem. mut. nu.* 33. Signorol. *conſil.* 180. *vbi latè.* Rota *deciſ.* 665. *num.* 12. *par.* 1. *Recent.*

6 Ex his vero infertur, quod neque filius in ordine ad quodcunque aliud, ſiue ſit ſucceſsio ad hęreditatem, ſiue quodcunque aliud, teneatur credere matri aſſerenti, quod ipſum genuerit ex adulterio. Militant enim ſemper eædem rationes: & præſertim, quod non poſsit certò ſcire, ſed ſolum coniecturaliter, ex quo conceperit, quando cum pluribus copulata eſt. Quæ incertitudo facit, vt non poſsit aſſertio matris vincere præſumptionem, quam habet filius pro ſua legitima natiuitate.

An ordinans in aliena diæceſi cum licentia poſsit ordinare alienum ſubditum habentem dimiſſorias proprij Ordinarij. Quæſt. 87.

S V M M A.

1 *Habens facultatem, vt poſſit Ordinari à quocunque Epiſcopo, poteſt ordinari ab ordinãte in aliena diæceſi.*

Gene.

Generalis concesſio operatur, ac ſi ſingula in ſpecie concederentur.

2 *Habens dimiſſorias ad alium Epiſcopum non poteſt ordinari ab ordinante in aliena diœceſi cum licentia particulari.*

Licentia limitata non extenditur vltra terminos.

3 *Habens dimiſſorias poteſt ordinari ab eo, qui ordinat vices illius, ad quem ſunt directa.*

4 *Ordinans auctoritate alterius, nomine illius ordinat.*

5 *Dimiſſoria directa ad ordinantem in propria diœceſi ſunt coarctata.*

6 *Habens dimiſſorias ad ordinantem in propria diœceſi ordinari poteſt ab ordinãte nomine Diœceſani.*

7 *Coarctatio nõ excludit extenſionem ad ea, quæ de iure veniunt in conſequentiam.*

Expreſſum, ſi de iure inſit, nil de nouo operatur.

---

1 POſſunt in hac difficultate conſiderari varii caſus. Primus eſt. Si ordinandus habeat dimiſſorias à proprio Ordinario cum facultate, vt ordinari poſſit à quocunque Epiſcopo. Et hic caſus non videtur habere difficultatem. Quia cum licentia ſit vniuerſalis, eſt in facultate ordinandi eligere quemcumque Epiſcopum, qui legitimè ordinet, etiam ſi in aliena diœceſi ordinet, dummodo interueniat debita licentia. Talis enim generalis conceſſio idem operatur, ac ſi in ſpecie conceſſum fuiſſet, quod à tali, & tali Epiſcopo in ſpecie ordinetur, *l. Si duo. circa fin. ff.* De *leg.* 3. & *l. Omnes. poſt init.* C. De *præſcrip. trigin. vel quadragin. annor.* & iuxta ea, quæ tradũt Feder. de Sen. *conſil.* 85. *num.* 2. Bald. *conſil.* 11. *num.* 5. *lib.* 3. Curt. iun. *conſil.* 376. *init.*

2 Secundus caſus eſt. Si dirigantur dimiſſoriæ ad Epiſcopum diœceſis, & cõtineant licentiam, vt dimiſſus ab ipſo ordinetur. In quo caſu conſiderandum eſt primo loco, qualem licentiam ordinandi conceſſerit extero Epiſcopo: an generalem; an verò limitatam: nempe quò ad aliquos tantum. Si enim conceſſit tantũ limitatam, non poteſt extendi vltra eos, qui in ipſa expreſſi ſunt. *l. Statu liberum. §. Stichum. ff.* De *leg.* 2. & *l.* 1. §. *Si mulier. ff.* De *liber. agnoſc.* Præſertim quia talis licentia eſt per modum mandati, cuius fines non ſunt excedendi. *l. Diligenter ff. Mandati.* & Cap. *Cum olim.* De *offic. Deleg.*

3 Si autem licentia ſit generalis ordinandi quoſcunque accedentes, non ſtatim poterit habens dimiſſorias ad Diœceſarum ordinari ab habente vniuerſalem licentiam ordinandi quoſcumque accedentes, ſed neceſſarium erit, quod dimiſſoriæ recognoſcantur, & acceptentur à Diœceſano, vel eius Vicario. Ordinans enim non poteſt eas recognoſcere. Tum quia ad ipſum non ſunt directæ. Tum quia hæc recognitio importat actum iuriſdictionis, quæ non eſt conceſſa extero Epiſcopo ex eo, quod eſt ipſi conceſſa facultas ordinandi, quæ eſt quid diuerſum à iuriſdictione, ſi quidem eſt actus ordinis, non autem iuriſdictionis, & demandato actu ordinis, non cenſetur demandata iurisdictio; & proinde cum non ſit ad effectum recognoſcendi dimiſſorias de mãdata facultas, nulliter procederet iuxta ea, quæ tradunt communiter Vantius *de nullit. ex defec. man. n.* 101. Coccin. *deciſ.* 96. *num.* 2.

4 Nec obſtat, quod dimiſſoriæ ſint ad Diœceſanum, atque adeo ſit dimiſſo tantum conceſſa facultas, vt ab ipſo ordinari poſſit. Nam cũ Epiſcopus ordinãs habeat à Diœceſano facultatem ordinandi, procedit in ordinando auctoritate ipſius, & nomine illius ordinat iuxta *l. Mandatam. ff.* De *offic. eius.* ibi. *Qui mandatam iurisdictionem ſuſcipit, proprium nihil habet, ſed eius, qui mandauit, iurisdictione vtitur,* & *l.* 1. §. *Qui mandatam. eod. tit.* & *l. Traditio. ff.* De *acquir. rer. domin.* & Cap. *Vt officium,* De *hæret. in* 6. Vnde cum ordinet nomine Diœceſani, perinde eſt, ac ſi ordinaretur à diœceſano: quia cum ſit vna, & eadem iurisdictio ordinandi, faciunt vnum tribunal, & vnum ordinantem.

5 Tertius caſus eſt, ſi dimiſſoriæ dirigantur ad quemcumque Epiſcopum ordinantem in propria diœceſi. Et in hoc caſu negatiuam partem tenet Guttierez *Quæſt. canon. cap.* 16. *lib.* 1. Quia dictæ dimiſſoriæ cõtinent coarctatam facultatem ſuſcipiendi ordines ab alieno Epiſcopo, nempe ordinante in propria diœceſi, & hæc coarctatio reſoluitur in cõditionem,

nimi-

nimirum, ſi ordinet in propria diœceſi: & ideo cenſetur excluſa facultas ſuſcipiendi ordines ab ordinante in aliena diœceſi.

6 Verum, quod adhuc poſsit ſuſcipere ordines ab ordinante in aliena diœceſi cum licentia diœceſani, tenet Ledeſma *par. 1. ſum. tract. de ſacram. Ordin. cap. 8. concluſ. 4. difficul. 5.* Quod mihi magis placet Quia illa coarctatio, quæ ponitur in dimiſſoriis adhuc ſortitur ſuum effectum. Nam quando quis ordinatur ab alieno Epiſcopo cum dimiſſoriis proprij non ſolum interuenit actus ordinandi, ſed etiam recognitio dimiſſorialium, & admiſsio ad ordinationem, quæ ſunt fundamenta, quibus innitur actus ordinandi. Cum ergo Epiſcopus in propria diœceſi recipiat dimiſſorias, recognoſcat, & admittat ad ordinationem, & faciat ordinari nomine ſuo, adhuc verificatur, quod ſuſcipiat Ordines ab Epiſcopo ordinante in propria diœceſi. Quia Epiſcopus in propria diœceſi facit ipſum ordinari per alium, ſed nomine ſuo, & ideo cenſetur ordinari ab ipſo *l. 1. ff. De offic. Conſul.* vbi Zaſius. & *l. Ita. §. Quod ſi quis. ff. De adminiſtr. tut.* & Cap. *Qui facit.* De *reg. iur. in 6.*

7 Neque obſtat ratio in oppoſitum. Quia licet coarctatio tanquam taxatiua expreſſorum excludat, quicquid non eſt expreſſum, Cap. *Cum Eccleſia Sutrina. §. Pars Canonicorũ. De cau. poſſeſſ. & propriet.* & notant Bald. *in l. Si quis ex conſenſu. not. 2. C. De Epiſcop. audien.* Abbas *in dict. cap. Cum Eccleſia* Sutrina, *eod. §.* Bellam. *ibid. num. 16.* Butrius *nu. 18.* Felin. *in Cap. Contingit. n. 2.* De *fide inſtrum.* & cœteri communiter. Attamen nõ excludit ea, ad quæ de iure fit extenſio *l. 1. ff. Si menſ. fal. mod. dix.* & *l. Contractus. ff.* De *reg. iur.* & notant Salicet *in l. 1. C. De bonor. poſſeſ. con. tab.* Bart. *in l. Ob æs alienum* C. De *præced. minor.* De iure autem fit extenſio ad eum, qui ordinat vice diœceſani, ſi quidem de iure poteſt ſubſtituere alium, qui ſuo nomine ordinet. Vnde illa coarctatiua excludit tãtum ordinantem in aliena diœceſi ſine legitima licentia, & exprimit, quod de iure ineſt; ſi quidem non poteſt Epiſcopus dimittere ſuũ ſubditum ad ordinantẽ illegitimo modo; & ideo nihil plus operatur, quàm ſi non adeſſet. *l. Non recte. C. De fideiuſ.* & *l. Conditiones, quæ extrinſecus. ff.* De *condit. & demonſtrat.* vbi Gloſ. & communiter Doctores.

An ſtante prohibitione, quod immobilia non alienẽtur in exteros, alienari poſſint in Viduam, cuius vir fuit ciuis Quæſt. 88.

S V M M A

1 *In uidua, cuius vir fuit ciuis, alienari poſſunt bona prohibita alienari in exteros.*
Vxor acquirit ciuilitatem mariti.
2 *Mortuo viro vxor retinet ciuilitatem mariti.*
3 *Priuilegia mariti communicantur vxori.*
Vxor mortuo viro gaudet iiſdem priuilegiis.
Priuilegia communicata quando non ceſſent mortuo principali.
4 *Vidua reuertens ad domicilium propria originis adhuc gaudet ciuilitate mariti.*
5 *Secus tamen ſi habeat animum deſerendi ciuitatem.*

1 SVpponit dubitatio propoſita; quod vidua ſit aduena, & quærit, an in ipſam alienari poſsint bona immobilia ſtãte prohibitione, quod non alienentur in exteros. *Et affirmatiuè videtur reſoluendum.* Quia non eſt habenda pro extera, ſed pro ciue. Vxor enim acquirit ciuilitatem mariti ex diſpoſitione legis, vt tradunt Bald. *in l. 3. §. Hæc verba. num. 2. ff.* De *negoc. geſt.* & *conſil. 134. n. 4. ver. Nam ſi illa verba. lib. 5.* Dec. *conſil. 282. nu. 10.* Aret. *in l. 2. init. ver. Tu autem. ff. De verbor. obligat.* Cum enim fiat vna caro cum viro iuxta illud Gen. 2. 24. *Erũt duo in carne vna.* & 1. Ad Corinth. 6. non debent ſeparari in ciuilibus tanquam cõſequentibus perſonam, & ipſi acceſſoriis.

2 Et quamuis moriatur vir, adhuc tamen retinet ciuilitatem acquiſitam, nõ ſecus, ac filius retinet originem patris ipſo mortuo, vt tradunt Gloſ. *in l. Cuius. C. De incol. lib. 10.* Bart. Angel. Io. de Platea *ibid.* vbi etiam alij. Ruſus idem Bart. *in l. vlt. §. Iidem reſcripſerunt. num. 4. ff.* Ad *municip.* Bald. *in l. Cum te. C. De nupt.* Corneus *conſil.*

conſil. 55. *num.* 6 *lib.* 1. Fulgos. *conſil.* 92. Tiraquel. *de legib. connub. l.* 1. *num.* 29. Decis. *Pedemon.* 153.

3 Cum enim priuilegia mariti communicentur vxori, vt deſumitur ex *l. Non tantum. ff. De re iud.* & *l.* 1. *C. De in ius vocan.* & tradunt Alber. *in l. Semper. ff. Negociatores. num.* 4 *ff. De iure immunit.* Aleiat. *in dict. l.* 1. *num.* 5. *ff. De in ius. vocan.* Dec. *ibid.* Cuman. *num.* 1. Curt. iun. *numer.* 10. Bald. & Salicet. *ibid.* & Rurſus Bald. *conſil.* 114. *n.* 1. *lib.* 5. Ferret. *conſ.* 107. *n.* 8. Afflict. *lib.* 2. *Conſtit. Rubr.* 31. *numer.* 17. Tiraquel. *ad l. Connub gloſ.* 2. *num.* 55. Perez *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinat.* Mortuo Marito gaudet iiſdem priuilegiis, quia iam sũt facta propria ipſius, vt deſumitur ex *l. Filij.* §. *Senatores.* 1. *ff. Ad municip.* & *l.* 1. *C. De dignit. lib.* 12. & *l. Fœminę. in fine. ff. De Senat.* & *l. Mulieres. C. De dignit. lib.* 10. & tradunt Bart. *in l. vlt. nu.* 2. *C. De verbor. ſignificat.* Alexan. *conſil.* 125. *num.* 19. *lib.* 6. Panormit. *in Cap. Ex parte. num.* 4. *De foro compet.* & *in Cap. Super eo.* 2. *num.* 3. *De teſtam.* Felin. *ibid. n.* 1. Prob. *Ad Monach. in Cap. Is qui.* §. *Mulier. numer.* 10. *De ſepult. in* 6. Rota coram Caputaquen. *deciſ.* 129. *num.* 8. Cum enim ſit facta extenſio priuilegiorum, non ceſſant ex eo, quod ceſſent in eo, cui primò conceſſa ſunt, ob eius mortem, quia non eſt conceſſio, ſeu extenſio dicens acceſſoriam communicationem, ſed per ſe primò: nam fit ſecundum ſubiectam materiam: & cum vxor ſit ęqualis ſortis cum marito, æquali modo quoque participabit eius priuilegia; & proinde morte ipſius nõ extinguentur in vxore iuxta ea, quæ tradunt Mandos. *De priuileg. ad inſtar. gloſ.* 3. *num.* 21. Corduba. *in Addit. ad Compen. Priuileg. Mendic. verbo.* Communicatio. *in fine.* Rodriquez *quęſt. Regul.* 55. *ar.* 21. *tom.* 1. Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 16. *num.* 15.

4 Et hoc locum habet, etiam ſi vidua reuertatur ad domicilium propriæ originis, quia adhuc gaudet ciuilitate mariti. vt tradunt Bald. *in l. Cum quadam puella. in it. De iuriſd. omn. iud.* Socin. *nu.* 10. Alexan. *ibid.* Archidiacon. *in Cap. Is; qui.* §. *Mulier. De ſepul. in* 6. Io. Andr. *ver. Tumulandę.* Franc. *numer.* 2. Ancharan. *nu.* 4. Prob. *in Addit. ad Monac. n.* 13. Quia ex hoc nõ euaneſcũt priuilegia, quæ iã fecit propria, nec amittitur ciuilitas acquiſita, vt etaim tenuit Rota coram Neapolione *deciſ.* 135. *num.* 20.

5 Et quamuis aliqui, ſentiant, quod vidua rediens ad domicilium propriæ originis, amittat ciuilitatem mariti, forum, &c. vt Caſtrens. *in d. l. Cum quadam puella. num.* 14. *De iuriſdic. om. iud.* Curt. *num.* 4. Cagnol. *num.* 8. Cephal. *conſil.* 171. *nu.* 33. Corn. *conſil.* 111. *num.* 5. *lib.* 3. Attamen hoc debet intelligi, vt ad ſummum habeat locum, quando reuertitur animo deſerendi ciuilitatem iuxta ea, que tradunt Rolan. *conſil.* 79. *num.* 51. *lib.* 3. & alij apud ipſum, Boer. *deciſ.* 260. *num.* 54. Afflict. *deciſ.* 384. *n.* 3. & 13. Rota *in Legionenſi Capellaniæ.* 23. *Martij.* 1576. coram Cæſare de Graſſis. Interuenit enim quædam tacita renunciatio ciuilitatis, dũ etiã animo relinquitur, & conſequenter etiam priuilegiorum, quæ ſunt annexa ciuilitati.

An ſacerdos, qui ob crimen rebellionis fuit ab Ordinario ad inſtantiam Principis ſententiatus, vt degraderetur, & traderetur Curiæ ſæculari, poſſit admitti ad celebrandum. Quæſt. 89.

S V M M A.

1 *Sacerdos damnatus ad degradationem, & traditionem Curiæ ſæculari ob proditionem, an poſſit admitti ad celebrandum.*

2 *Sententia nulla non eſt habenda in conſideratione.*

Non ſortitur aliquem effectum.

3 *Sententia ordinarij de degradatione Clerici ob proditionem eſt nulla.*

4 *Sententia eſt indiuidua, & non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere.*

1 VIdetur negatiuè reſoluendum. Siquidem ſententia lata eſt à legitimo iudice, qui præſumitur non tuliſſe ſententiam, niſi de crimine conſtaret, & cum non fuerit ab ipſa appellatum, tranſiuit in rem iudicatam. Et ideo, licet ſit in ea regione, vbi nihil percrebuit

crebuit de crimine, non poterit admitti ad celebrandum, tanquam verbaliter degradatus, & impeditus ratione infamiæ. Oppoſitum tamen tenendum eſt, *nempe poſſe admitti ad celebrandum.*

2 Ratio eſt. Quia ſententia Ordinarij, tanquam nulla, non eſt habenda in conſideratione, neque enim meretur nomen ſententia *l.4. §.Condemnatū. ff.De re iudic.* & notant communiter Doctores Contardus *ad Conſtit. Ægid. limit. 3. per totam.* Rota coram Pennia, *deciſ. 968. n. 2. & deciſ. 1317. numer. 4. & deciſ. 493. par. 4.* Recent. Et proinde nō poteſt ſortiri aliquem effectū contra perſonam cōdemnatam iuxta cit. *l. 4. & l. Nō putauit. §. Nō quęuis. ff.* De bon. *poſſeſ. contra tab.* & *l. 2. ff.* De *auct. tut.* & *l. Non dubiū. C. De legib.* & *l. fin. C. De ſenten. ex breu. recit.* & Cap. *Illud. De iurepatron.*

3 Quod autem talis ſententia ſit nulla, ſenſit Rota coram Coccino. *deciſ. 351. num. 7.* ex defectu iuriſdictionis. Nam Ordinarius, ſeu Epiſcopus non poteſt deuenire ad degradationem Clerici, & traditionem Curiæ ſæculari, niſi in ijs caſibus, in quibus id ei conceditur à iure canonico, & ex diſpoſitione Summorū Pontificum, quos recenſet Rota *cit. deciſ. & num.* coram Coccino. Inter hos autem caſus nō reperitur caſus rebellionis contra principem laicum; & ideo cum Ordinarius non haberet facultatem imponendi talem pœnam, fuit nulliter impoſita, & conſequenter etiam tota ſententia nulla.

4 Cum enim ſententia ſit indiuidua, non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere *l. In hoc iudicio ff* Famil. *herciſ.* & tradunt Bart. & cœteri Doctores *ibid.* & item Doctores *in l. fin. ff. De iuriſd. om. iud.* Felin. *in Cap. Cum inter. num. 6.* De *ſent. & re iud.* Rota coram Cæſare de Graſ. *deciſ. 5 num. 2. de re iud.* & coram Puteo. *dec. 315. lib. 1. in nou.* & coram Burato *deciſ. 641. num. 12.* & coram Merlino *deciſ. 706. numer. 3.* & coram Eminentiſſ. Otthobono *deciſ. 63. num. 12.* & *deciſ. 221. numer. 1. par. 2.* Diuer. & *deciſ. 333. nu 3. par. 2.* Recent. & *deciſ. 576. num. 5. par. 4.* Recent. Et ideo cū prædicta ſententia fuerit nulla quò ad pœnam degradationis, & traditionis Curiæ ſæculari, fuit & in totum nulla.

An filij damnatorum criminis læſæ Maieſtatis ſuccedant in Emphyteuſi eccleſiaſtica. Quæſt. 90.

S V M M A.

1 *Pœna filiorum damnatorum criminis læſæ maieſtatis.*
2 *Filij eorum, qui damnantur læſæ maieſtatis, ſuccedunt in Emphytheuſi eccleſiaſtica.*
Filij ſuccedunt in bonis, quæ non cadunt ſub confiſcatione.
3 *Emphyteuſis eccleſiaſtica non cadit ſub confiſcatione.*
Dominium directum Eccleſiæ impedit confiſcationem.
4 *Clerici non ſubſſt pœnis ciuilibus impoſitis filijs damnatorum læſæ maieſtatis.*
5 *Quæ non tranſeunt ad hæredem extraneum non veniunt ſub confiſcatione.*

1 Poena criminis læſæ maieſtatis extenditur etiam ad filios, vnde priuantur omnibus bonis, iure, honoribus &c. & ſola vita conceditur, vt *in l. Quiſquis. §. Filij vero. C. Ad leg. Iul. maieſt.* ibi. *A materna, vel auita omnium etiā proximorum hæreditate, ac ſucceſſione habeantur alieni, teſtamentis extraneorum nihil capiant, ſint perpetuò egentes, & pauperes, infamia eos paterna ſemper comitetur, ad nullos prorſus honores, ad nulla ſacramēta perueniant; ſint poſtremo tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolatium, & vita ſupplicium.* Stantibus autem his pœnis dubitatur, an ſuccedere poſſint in Emphytheuſi eccleſiaſtica.

2 Et *affirmatiuè reſoluendum eſt.* Ratio deſumitur ex eo, quod filius damnati crimine læſæ maieſtatis poteſt ſuccedere patri in ijs bonis, quæ non comprehenduntur ſub confiſcatione iuxta doctrinam, quam tradunt Gloſ. *in l. Ea ſola. ff. De reg. iur.* Cagnol. *ibid. nu. 3*, Bald. *in l. Eam quam num. 19. in fine. C. De fideicom.* Iaſ. *in l. Ex facto. §. Iulianus. n. 1. ff. De vulg. & pupil. ſubſtit.* & *in l. Quoties. num. 14. C. Quando. non pet. par.* Alex. *in l. Si quis ante. in fine. ff. De legat. 1.* Rota coram Coccino *dec. 351. nu. 4.*

nu.4. Si enim confiſcatio non extenditur ad aliqua bona, remanent in ſuo ſtatu, atque adeo tranſmittuntur ad proximiores ab inteſtato, tanquã extra iuriſdictionem Principis, cuius confiſcatio ad ipſa non potuit ſe extendere.

3 Emphytheuſis autem Eccleſiaſtica non cadit ſub confiſcatione tanquam ea, quæ non eſt ſub iuriſdictione principis cõfiſcantis iuxta ea, quæ tradunt Gozadin. *conſil.*84.*num.*16. Iulius *Clar lib.*4.*Sentent.* *§.Feudum. quæſt.*66. Bart *in l.Si finita §. Si de vectigalibus.num.*3.*ver. Sed contra ff. De dam.infec* Menoch. *de recuper.poſſeſ.remed.* 9.*num.*250.& *conſil.*708. *num.* 33. Cõſtat enim dominium directum Eccleſiæ, quo non poteſt ipſa priuari, præſertim à Principe laico, cui nõ competit ius aliquod in bona eiuſdem Eccleſiæ. Et ideo ſicut non poteſt extendere confiſcationem ad bona, quæ ſunt de iure, & dominio directo Eccleſiæ: ita nec etiam inuertere diſpoſitionem ſucceſſionis factam ab eadem Eccleſia.

4 Et quæ dicta ſunt, à fortiori locum habent, ſi filius condemnati eſſet clericus tempore ſententiæ, quia tunc non ſubeſſet pœnis, quæ in dicta *l. Quiſquis*, decernũtur filiis damnatorum ob crimen leſæ maieſtatis, vt tradunt Geminian. *in Cap. Si quis.* ver. *Nec ad Clericos.*6. *Quæſt.*1. Bellam *ibid. num.* 4. Archidiacon. *numer.* 2. Præpoſit. *num.* 3. Turrecrem *nu.*7. Ananias *in Cap.Vrgentis. num.*12.*ver. Quia lex. De heret.* Decian. *tract.crimin.lib.*7.*cap.*41. *nu.* 11,*tom.*2, Gigas *de crim.leſæ. maieſt.* Tit. De *pœn. quas fil.incur. quæſt.*9.*num.*2. Auguſt. Armin. *in Addit. ad Angel.* De *malefic.* verbo, *Et hoc tradito.num.*12. ver. *Tene tamen* Rota coram Coccino *deciſ.*351.*nu.*3. Perſonæ namque eccleſiaſticæ ſunt extra iuriſdictionem laicorum, præſertim quò ad vim coactiuam, & ideo dato, quod ſubſint legibus ipſorum quò ad vim directiuam, non tamen ſubſunt pœnis per ipſas impoſitas, cum hæ pertineant ad vim coactiuam.

5 Quæ omnia ex eo confir- Quod in confiſcatione bonorum non veniunt ea, quæ non tranſeunt in extraneũ hæredem, vt docent communiter Doctores. *Bar. in* *l.*3.*ff. De interdict. & releg.* Angel. *in l. In inſulam.init.ff.* Soluto *matrimonio.* Alexan. *conſil.*23. *num.*3. ver. *Probatur vol.*1. Dec. *conſil.*442.*num.*27. Rolan. *conſil.*56.*num.*5. Ruin. *conſil.*129.*num.*3.*lib.*2. Vnde non veniunt fideicomiſſa, & alia huiuſmodi, vt ſupponit etiam Sixtus V *in ſua Conſtit.* 6.*§.*8. *in fine. tom.*2. *Bullar.* contra receptatore, fautores &c. bannitorum. Quia ſcilicet non immutantur per confiſcationem diſpoſitiones prædeceſſorum diſponentium, cum delictum ad eos nullo modo pertineat, nec eos punire inſeruiat niſi, cui inſeruit punitio filiorum, & aliorũ deſcendentium. Ergo à fortiori emphytheuſis eccleſiaſtica non cadet ſub confiſcatione, aliàs punitio delinquentis redundaret etiam in punitionem Eccleſiæ.

An confiſcatis bonis remaneat damnatus liber à debitis, etiam in conſcientia. *Quæſt.*91.

S V M M A.

1 *Is, cuius bona confiſcantur, liberatur à ſolutione debitorum in foro externo.*
2 *Per confiſcationem omnia iura actiua, & paſſiua tranſeunt in fiſcum.*
Fiſcus tenetur ſoluere debita illius, cuius bona confiſcantur.
3 *Acquirens poſt confiſcationem noua bona, non tenetur ad ſoluenda debita.*
Etiam ſi reſtituatur, dummodo illi non reſtituantur bona.
4 *Si confiſcatio ſit tantum quò ad partem bonorum, non liberat à ſolutione debitorum.*
Confiſcata parte bonorum, creditor ire poteſt contra ea, quæ ſuperſunt.
5 *Si bona confiſcata ſufficiant pro debitis, nec in conſcientia tenetur, ſi alia acquirat.*
6 *Secus, ſi non ſufficiunt.*
Qui ſit potens ad ſoluendum, tenetur ſoluere.
7 *Cedens bonis tenetur ſoluere, ſi veniat ad pinguiorem fortunam.*

1 DIfficultas habet locum tàm quò ad forum externũ, quàm quò ad internum conſcientiæ. Quod ſpectat ad forum externum

ciuile, tenendum eſt, *Quod is, cui bona confiſcata ſunt, remaneat liber à ſolutione debitorum, ita vt non poſſit amplius ſuper debitis moleſtari.* Ita deſumitur ex *l.* Si *marito. ff.* Soluto *matrimonio*, vbi Gloſ. & *l.* 2. C. Ad *leg. Iul.* De *vi pub.* & notant Bald, & Salicet. *ibid.* Bar. in *l. Creditor. ff.* De *ſolutionibus.* Peregrin. *de iure fiſci. lib.* 5. *tit.* 11. *nu.* 54. Rota *deciſ.* 565. *num.* 1. *par.* 3. *Recent.* & alij.

2 Et ratio eſt. Quia per confiſcationem omnia iura actiua, & paſſiua illius, cuius bona confiſcantur, tranſeunt in fiſcum, quia tranſeunt in ipſum, quæcunq. pertinēt ad bona fortunæ. Et proinde ſuccedit in omnes obligationes illius, cuius bona capit, & tenetur ſoluere debita ipſius. *l. Eum fiſco. ff.* Ad *Syllanian.* & *l.* Reo *criminis. ff.* Soluto *matrimonio*, & notant Peregrin. *de iure Fiſci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 48. Honded. *conſil.* 38. *nu.* 44. *vol* 2. Rota coram Durano *deciſ.* 378. *num.* 2. Ius enim, quod habent creditores ad ſolutionem refertur ad bona debitoris, & ideo ſequuta confiſcatione conuertitur ad Fiſcum, in quem tranſeunt bona ſubiecta debitis *Dō*mini.

3 Et hoc locum habet. etiam ſi poſt confiſcationem acquirat noua bona, & deueniat ad pinguiorem fortunam; imo etiam ſi reſtituatur, dummodo non ei reſtituantur bona. iuxta *l.* 4. C. De *ſenten. pas.* & tradunt Boſsius *in Tract. crimin.* Tit. *de proclam. quod fit bon. publ. num.* 15. Oddus *de reſtit. in integr. par.* 2. *quæſt.* 97. *ar.* 2. *num.* 13. Rota *deciſ.* 565. *num.* 1. *in fine. par.* 3. *Recent.* Nam cum debita iam tranſierint in fiſcum ſimul cum bonis, de quibus erat facienda ſolutio, & ſint facta propria fiſci, non amplius reuertuntur ad ipſum, & quæ de nouo acquirit, remanent libera, ſi aliàs talia ſint.

4 Hæc tamen procedunt, quando cōfiſcatio eſt generalis omnium bonorum præſentium; ſecus tamen, quando eſt tantum alicuius partis; vel quia cœtera ſita ſint in alio territorio, vel aliqua alia de cauſa; nam tunc non liberatur à debitis; ſed poſſunt creditores ire contra bona, quæ non ſunt confiſcata, vt firmat Rota *deciſ.* 565. *numer.* 5. *par.* 3. *Recent.* Cum enim ipſi remaneant aliqua bona, non eximitur ab obligatione ſatisfaciendi creditoribus, qui proinde petere poſſunt, vt ſibi ſatisfiat de bonis, quæ debitori ſuper ſunt iuxta *l. Creditores. ff* De *diſtract. pignor.* & *l. Qui generaliter. ff.* Qui *potior. in pign. habeant.*

5 Quod autē ſpectat ad forum conſcientiæ, cum diſtinctione procedendum eſt. Nam ſuppoſita generali confiſcatione omnium bonorum, vel bona iſta ſufficiunt pro ſoluendis debitis: vel non ſufficiunt. Si ſufficiunt, in conſcientia quoque liberabitur ab omni obligatione ſatisfaciēdi creditoribus. Ratio eſt, quia ſicut dictū eſt, bona tranſeunt in fiſcum cum onere debitorum, quibus tenetur fiſcus ſatisfacere; creditores quoque mutant debitorē, & habent fiſcum ſibi obligatum loco debitoris: & conſequenter debitor non ſolū in foro fori, ſed etiam in foro conſcientiæ remanet liber.

6 Maior difficultas eſt, Si bona confiſcata non ſint ſufficientia pro ſoluendis omnibus debitis. In quo caſu tenendum eſt. *Quod ſi deueniat ad pinguiorem fortunam, teneatur ad ſatiſfaciendum debitis pro quibus bona confiſcata non ſuffecerunt.* Ita etiam Farinac. *de hæreſi qu.* 190. *§.* 1. *in fine.* Ratio eſt. Quia debita inducunt obligationem perſonalem ad ſatisfaciendū, quæ proinde ſemper ſequitur perſonam, niſi in alium tranſeant: & in tantum non vrget, in quantum debitor eſt impotens ad ſatisfaciendum; & ideò ſi fiat, potens, vrget obligatio iuxta ea, quæ tradunt communiter D. Th. 2. 2. *quæſt.* 62. *ar.* 8. *ad.* 2. Caiet. *ibid.* Palud. *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 2. *ar.* 1. *concluſ.* 1. Io. Medina C. *De reſtit. quæſt.* 3. *init.* Sotus *lib.* 4. *de iuſt. & iure. quæſt.* 7. *ar.* 4. *ad* 2. Nauar. *in Manuali cap.* 17. *numer.* 56. Couaruu. *in* Reg. *Peccatum. par.* 2. *num.* 2. Valent. *tom.* 3. *ſum. diſp.* 5. *quæſt.* 6. *pun.* 7.

7 Confir. Qui bonis ceſſit, quamuis de præſenti liberetur, ne ſatisfaciat creditoribus, tenetur tamen ſatisfacere, ſi deueniat ad pinguiorem fortunam, vt deſumitur ex *l.* 1, C. Qui *bon. ced. poſ.* & *l. Sunt qui. ff. De re iud.* Ergo etiam ij, quorum bona confiſcata ſunt, qui in hoc æquiparantur ijs, qui bonis cedunt, quia quò ad effectū

ſunt

ſunt idem ſe ſpoliare bonis proprijs, & ſpoliari ab alio.

An Eccleſia teneatur alere Patronum, cui bona confiſcata ſunt. Quæſt. 92.

S V M M A

1 *Eccleſia tenetur alere patronum egenum.*
2 *Non tamen ſi priuetur iurepatronatus.*
Ius percipiendi alimenta ab Eccleſia tranſit cum iurepatronatus.
Adhæret iuripatronatus inſeparabiliter.
3 *Patronus priuatur iurepatronatus per confiſcationem bonorum, ſi ſit eis adnexum.*
Iuspatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum.
4 *Iuspatronatus annexum certo fundo cadit ſub confiſcatione.*
5 *Iuspatronatus per ſe ſtans non venit ſub cōfiſcatione iudicis laici.*
6 *Iudex eccleſiaſticus poteſt priuare patronum, cui confiſcata ſunt bona, iurepatronatus.*
7 *Iuspatronatus comprehenditur ſub confiſcatione iudicis eccleſiaſtici.*
8 *Quando iuspatronatus non poteſt ex fundatione venire ſub confiſcatione, quid fiat.*
9 *Fundatori patrono debentur alimenta ab Eccleſia, licet, ſit priuatus iurepatronatus.*

1 De iure Eccleſia alere tenetur ſuum patronum, ſi ad egeſtatē redigatur Cap. *fin.* 10. *Quaſt.* 2. & Cap. *Quicunq.* 16. *Quaſt.* 7. vbi Gloſ. & Cap. *Nobis. De iurepatron.* vbi Gloſ. & Doctores, & cœteri communiter Alber. *in Rubr. C. De alen. liber.* Paulus de Citadin. *De iurepatron. ar.* 4. *par.* 6. *num.* 157. Ripa *in l. Cum filio. num.* 15. *ff.* De *leg.* 1. Felin. *in Cap. Cum omnes. nu.* 32. De *Conſtit.* Beroius *conſil* 5. *nu.* 63. *vol.* 1. Io. de Platea *in Rubr. in fine.* C. De *Decurion. lib.* 10. Corduba *in l. Si quis à liberis.* §. *vlt. num.* 20. *ff.* De *liber. agnoſcen.* Duen. *Regul.* 187. *num.* 14. Lambertin. *De iurepatron. lib.* 3. *quaſt.* 3. *prin. in fine.* Caſſador. *deciſ.* 3. *num.* 2. *De iurepatron.* Vnde difficultas eſt, an hæc obligatio inſurgat, quando patronus redigitur ad egeſtatem ob bonorum confiſcationem.

2 In qua difficultate videndum eſt, an priuetur iurepatronatus, an verò non priuetur. *Si enim priuatur iurepatronatur, Eccleſia non obligatur ad ipſum alendum, ſed ſicuti tranſit in alium iuspatronatus ità etiam Eccleſia contrahit cum ipſo obligationem alendi, quam habebat cum priori patrono.* Fundabatur enim hæc obligatio in eo, quod eſſet patronus: vnde cum ius percipiendi alimenta adhæreat iuripatronatus, tranſit cum ipſo. Cap. *Ex litteris. De pignor.* Præſertim, quia ius percipiendi alimenta eſt ita annexum iuripatronatus, vt ab ipſo ſeparari non poſſit iuxta ea, quæ tradunt Abbas *in Cap. Præterea. in fine. De iurepatron.* Rochus de Curte *de iurepat.* §. *Vtile. num.* 152. *poſt med.* Tiraquel. *De retrac. conſanguin.* §. 36. *gloſ.* 1. *nu.* 32. Surdus *de alimen. tit.* 7. *quaſt.* 32. *n.* 13.

3 Per confiſcationem autem omniū bonorum priuatur patronus iurepatronatus, quod eſt annexum vniuerſitati bonorum, vt tradunt Gloſ. *in Cap. filijs, & nepotibus.* 16. *Quaſt.* 7. Aufer. *de poteſt. ſecularis Reg.* 4. *fallent.* 21, Gigas *de crim. læſæ maieſtat. lib.* 2. *Rubr. de pœn. commit. crim. læſæ maieſt. quæſt.* 4. *num.* 6. Coſta *in Cap. Si pater.* verbo. *Trebellianica. num.* 7. De *teſtamen. in* 6. Io. Nicol. Delphin. *lib.* 2. *de Iurepatron. num.* 220. Lambertin. *De iurepatr. lib.* 3. *quaſt.* 8. *ar* 8. Rochus *De iurepatron.* verbo. *Ipſe, vel is. quæſt.* 29. *numer.* 65. Clar. *lib.* 5. *recep. ſenten.* §. *fin. quaſt,* 78. *ver.* 8. Fuſch. *de Viſit. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 22. Garzia *de Benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 27. & alii. Ratio eſt. Quia, quamuis iuſpatronatus non ſit ſub diſpoſitione iudicis laici, tanquam quid annexum ſpirituali, tranſit tamen cum vniuerſitate bonorum. Cap. *Ex litteris.* & Cap. *Sæculum. De iurepatron.* Et ideo cum vniuerſitas bonorum tranſeat in fiſcum, in ipſum quoque tranſit iuspatronatus illi annexum.

4 Et hoc locum habet non ſolum, quando iuspatronatus eſt annexum vniuerſitati bonorum, ſed etiam quando eſt annexum alicui ſpeciali fundo, vt certæ domui, villæ, caſtro, vt aduertunt Coſta *in Cap. Si pater.* verbo. *Trebellianica. nu.* 7. *De teſtamen. in* 6. Molina *de iuſt. & iure. tom.* 3. *diſp.* 620. *num.* 6. *in fine* Garzia *de*

Beneſic. par. 5. cap. 9. numer. 34. Militat enim eadem ratio. Si enim tranſit cum vniuerſitate bonorum, quia eſt illi annexum, tranſiet, etiam cum bonis particularibus, ſi ſit ipſis annexum. Nam adhuc ſaluatur, quod non vendatur &c. Sed trahatur à re vendita &c.

5 Si verò iuſpatronatus non ſit annexum vniuerſitati bonorum, nec alicui fundo particulari, ſed per ſe ſtans, tunc nō venit in confiſcatione bonorum facta per iudicem laicum, vt tradunt Doctores citati *num.* 3. Et præterea Gloſ. *in Clemen. Paſtoralis.* verbo *Sētentia. De re iud.* Imola *ibid. num.* 70. Rota *in Agathen. iuriſpatron.* 4. *Martij* 1602. coram Pamphilio. & corā Coccino *deciſ.* 232. *num.* 1. Quia ceſſat ratio connexitatis, ob quam trahatur à confiſcatione; cum enim directè confiſcatio ad ipſum non poſſit ſe extendere, ceſſante connexitate, nec etiam poteſt indirectè, nam indirecta extenſio fundatur in connexitate.

6 Vnde in hoc caſu, cum non amittat iuspatronatus, nec amittet ius ad percipienda alimenta ab Eccleſia, cum hoc ius ſit inſeparabiliter connexum iuripatronatui, vt dictum eſt *num.* 2. Quia tamē iudex eccleſiaſticus poteſt priuare patronū iurepatronatu, quando ei bona cōfiſcata ſunt tanquam indignum, vt docent Gloſ. *in Cap. Filijs & nepotibus.* 16. *Quæſ.* 7. & *in Clemen. Paſtoralis.* verbo *Subſtantia. De re iudic.* Gigas *de crim. leſæ maieſ. lib.* 2. *Rubr.* De *pœn. commit. crim. leſæ maies. quæſt.* 4. Coſta *in Cap. Si pater.* verbo *Trebellian. n.* 7. De *teſtam. in* 6. Garz. *de Beneſ. par.* 5. *c.* 9. *nu.* 28. qui citat etiam Sahagunde Villaſante *in Cap. Quanto. num.* 24. De *iudic.* Qua ſententia ſequuta, ſicut remanet priuatus iurepatronatus, ita etiam priuatur iure petendi alimenta ab Eccleſia.

7 Si tamen confiſcatio proueniret à iudice eccleſiaſtico, tūc compræhenderet iuspatronatus, etiam per ſe ſtans, & nulli fundo annexum, quia eius iuriſdictio eſt etiam circa eccleſiaſtica, & ſpiritualia, atque adeo etiam adnexa ſpiritualibus. Cap. *Quanto. De iudic.* Et ita tradunt Bertachin. *de Epiſcopo. lib.* 4. *par.* 4. *quæſt.* 3. *in fine.* ver. *Sed quæro.* Lambertin. *de iurepatr. lib.* 3. *quæſt.* 8. *ar.* 8. *num.* 10. Bernard. Diaz *in Pract. crim. canon. cap.* 135. *num.* 5. Rota coram Coccino *deciſ.* 351. *num.* 7. Et proinde confiſcatio priuabit ipſum etiam iure percipiendi alimenta ab Eccleſia.

8 Sed quid, ſi iuſpatronatus ſit exemptum à confiſcatione, eò quod fundator diſpoſuerit, quod tranſeat ad agnatos, vel ad certas perſonas habentes certas qualitates. *Reſp.* In eo caſu, ſi confiſcatio ſit à iudice eccleſiaſtico, patronū priuari iurepatronatus, vt tradunt Diaz *in Pract. crimin. canon. cap.* 35, *num.* 5. Garzia *de Beneſic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 29. Quia quantum eſt ex vi confiſcationis patronus priuatu iurepatronatus cum proueniat ab eo, qu directè habet auctoritatem circa ipſum quia tamen obſtat diſpoſitio fundatoris ideo non tranſit in fiſcum, ſed ad eos, q à fundatore vocantur. Si verò confiſcat ſit à iudice laico, eadem eſt ratio, ac quā do iuſpatronatus eſt per ſe ſtans, quia ſententia confiſcationis non ſe extendit a iuspatronatus, & ideo remanet apud patronum cum iure percipiendi alimenta ab Eccleſia, quouſque per ſententiam iudicis eccleſiaſtici priuetur.

9 Eſt tamen aduertendum. Quod ſi patronus, cui bona confiſcata ſunt, ſit fundator, per hoc, quod amittat iuspatronatus per confiſcationem, vel per ſententiā iudicis eccleſiaſtici, non per hoc liberatur Eccleſia ab onere ſubminiſtrandi alimenta iuxta ea, quæ notat Surdus *de alimen. tit.* 1. *quæſt.* 54. *num.* 11. Nam alimenta ei non debentur, quia patronus tantum ſit, ſed etiam quia fundator. Fundatio enim operatur, quod cum ipſo contrahatur obligatio antidoralis ratione gratitudinis ex cauſa fundationis. Hæc autem cauſa permanet, quamuis fundator priuetur iurepatronatus, quia ſemper remanet fundator, & ideo ſemper viget erga ipſum obligatio gratitudinis: vt enim manuteneatur obligatio, ſufficit, ſi remaneat aliqua ex cauſis finalibus per quas eſt inducta. §. *Affinitatis,* & §. *Sacrum.* Inſtit. *de Nupt.* & *l. Si non lex. ff. De hæred. inſtit.* & *l. Si ventri.* §. *In bonis. ff. De reb. auct. iud. poſſid.* & notant communiter Doctores

Tira-

Tiraquel. *tract. ceſſante cauſa. limit.* 22. Sur. *conſil.* 361. *num.* 20. Barzel. *deciſ. Bononien.* 25. *num.* 86. Rota *deciſ.* 587. *numer.* 7. *par.* 1. *Recent.* & *deciſ.* 773. *num.* 3. *par.* 2. Recent. & coram Merlino *deciſ.* 229. *num.* 15. & *in Interamnenſi donationis* 21. *Maij* 1625. coram Buratto. Obligatio autem alendi patronum, & fundatorem in caſibus prædictis locum habebit, ſi non recipiant alimenta à fiſco.

An patronus poſſit ad idem beneficium plures præſentare. Quæſt. 93.

S V M M A.

1 *Patronus laicus ex cauſa poteſt recedere à prima præſentatione.*

2 *Patronus laicus poteſt alia præſentatione cumulare primam.*

3 *Etiam ſi iuraſſet non præſentare alium.*

Iuramentum impedit actum, non autem tollit facultatem ad ipſum.

4 *Patronus non poteſt præſentare vnum nomine proprio, & alium nomine procuratorio.*

5 *Niſi haberet in mandatis certam perſonã præſentandam.*

Præſentatio quando deſcendit à propria voluntate præſentantis, non poteſt eſſe varia.

6 *Quando ſubſtineri poſſit præſentatio duorum ab eo, qui præſentat nomine proprio, & nomine procuratorio.*

Interpretatio ea ſumenda, quæ ſubſtinet actũ.

1 PAtronum plures præſentare, poteſt cõtingere multipliciter. Poteſt enim præſentare plures nomine proprio. Vel vnum nomine proprio, & alium nomine procuratorio. Rurſus nomine proprio poteſt præſentare ſimul plures, vnum alteri cumulando: vel variando, & recedendo à priori præſentatione, & alium præſentando. Quod ſpectat ad variationem. Certum eſt, quod neque Patronus laicus poteſt recedere à prima præſentatione alium præſentando, niſi forte adſit cauſa rationabilis; ita inter alios tradunt Butr. *in Cap. Cum laici. nu.* 5. *De iurepatronat.* Lambertin. *De iurepatron. lib.* 2. *par.* 2. *quæſt.* 7. *ar.* 22. *num.* 5. Garzia

Paſqualig. Quæſt. Select.

de Benefic. par 5. *cap.* 9 *num.* 213. Rota *in Bononienſi Paroch.* 24. *Nouemb.* 1595. coram Litta, & *deciſ.* 363. *num.* 6. *par.* 4. Recent. Et tunc poſterior præſentatio ſubſiſtit, vt dixit Rota *ibid. numer.* 5. Nam cum præſentatus ex vi præſentationis acquirat ius, non poteſt ſine cauſa ipſo priuari.

2 Quod ſpectat ad præſentationem nomine proprio cumulatiuam, certum quoque eſt. Quod patronus, laicus tamen, poſſit alia præſentatione cumulare primã, id enim habetur ex Cap. *Cum autem,* & Cap. *Paſtoralis.* De *iurepatron.* & obſeruãt *ibidem* communiter Doctores Rochus De *iurepatr. verbo,* Honorificum. *quæſt.* 9. Lambertin. *De iurepatr. par* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 7. Gutierez *de Iuramen. confir. par.* 3. *cap.* 13. Ceual. *commun. cõtra com. quæſ.* 265. Fuſch. *lib.* 2. *de viſit. cap.* 10. *num.* 3. Spinus *de teſtamen. gloſ.* 4. *num.* 73. Garzia *de benefic. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 211. Rota coram Seraph. *deciſ.* 1173. *n.* 1. & corã Coccino. *deciſ.* 464. *num.* 11. & coram Pennia *deciſ.* 1141. *nu.* 5. & in tali caſu electio erit penes inſtitutorem, qui tamen ſeruare debebit regulas conſuetas in præferendo vnum alteri.

3 Imo etiam ſi patronus iuraſſet aliũ non præſentare, & tamen præſentaret, quamuis periurus fieret, valeret tamen præſentatio, vt tradunt Alexan. *conſil.* 16. *num.* 3. *lib.* 3. Burſat. *conſil.* 379. *num.* 13. & 17. *lib.* 4. Felin. *in* Cap. Cum *acceſſiſſent. nu.* 12. De *conſtit.* Couaru. *in Rubr. De teſtam. par.* 2. *num.* 15. *concluſ.* 5. vet. *Eſt & alia,* Gabr. *concluſ.* 1. *n.* 8. *De iureiur.* Seraphin. *De priuileg. iuram. priuileg.* 75. *numer.* 14. Rota *deciſ.* 513. & 547. *par.* 3. *Diuerſor.* & coram Pennia *deciſ.* 1141. *num.* 8. Quia iuramentum impedit quidem actum, non autem tollit facultatem; & ideo, ſi fiat, validus eſt, quamuis illicitus, niſi præcedat abſolutio à iuramento.

4 Quod autem ſpectat ad præſentationem nomine proprio, & nomine procuratorio, tenendum eſt. *Non poſſe plures præſentare videlicet vnum nomine proprio, & aliũ nomine procuratorio.* Ita deſumitur ex Cap. *penul.* § *Porrò.* De *elect. in* 6. & tradunt Lambertin. De *iurepatr. lib.* 2. *par.* 2. *quæſt.* 2. *princip. ar.* 20. Rota coram

Comitolo.*decіſ.*31. *num.* 8. Eſſet enim huiuſmodi præſentatio diſcors ſibi ipſi, & præſentans ſibi non conſtaret, quem vellet, & proinde non attendenda non ſecus, ac ſi quis nomine proprio vnum eligeret, & alium nomine procuratorio.

5 Hoc tamen limitandum eſt, vt non habeat locum, ſi procurator ad pręſentãdum haberet in mandatis, quod certam perſonam præſentaret; quæ limitatio deſumitur ex dicto *§. Porrò.* Cap. *penul. De elect. in* 6. et admittit Rota coram Comitolo *dic. deciſ.* 31. *num.* 9. Et ratio eſt, quia tunc procurator ad præſentandum eſt nudus miniſter, & ex vi mandati habet tãtum præſentare, quem patronus iubet præſentari; et proinde præſentatio non deſcendit ex eius voluntate, ſed ex voluntate mandantis. Et ideo hoc non debet ei præiudicare, ne poſsit præſentare, quem iudicat, eſſe pręſentandum, ita vt præſentatio ex eius deliberatione, & voluntate deſcendat. Hoc autem ceſſat, quando non haberet in mandatis certam aliquã perſonam præſenrare; quia ſicuti tũc præſentatio tàm nomine proprio, quàm nomine procuratorio deſcenderet ab eadem deliberatione, et voluntate, ita non poſſet eſſe, niſi vna, et de vna perſona, niſi fieret cumulatio alterius ad primam præſentatam.

6 Eſt tamen aduertendum, quod ſi præſentans nomine proprio, et procuratorio duos præſentaret, nec exprimeret, quem nomine proprio, et quem nomine procuratorio præſentaret, et eſſet laicus cenſenda eſſet pręſentatio vtriuſque facta tum nomine proprio, tum etiam nomine procuratorio, ita tamen, vt vnus eſſet cumulatiuè ad alterum præſentatus. Nam ſemper eſt accipienda illa interpretatio, quæ ſtat pro validitate actus, *l. Quoties. ff. De reb. dub.* & *l. Si quando. ff. De leg. 1.* & *l. Quoties. ff.* De *verbor. obligat.* et obſeruãt communiter Doctores Rolan. *conſil.* 61. *num.* 26. *lib.* 3. Cephal. *conſil.* 51. *numer.* 39. Abbas *conſil.* 62. *num* 23. *lib.* 2. Mantica *de Coniectur. vlt. volun. lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 13. Rota *deciſ.* 469. *num.* 3. *par.* 2. *Recent.*

An patroni poſſint promittere, ſe aliquem præſentaturos vacante beneficio, Quæſt. 94.

S V M M A.

1 *Patronus non poteſt promittere certam perſonam præſentare.*

2 *Mandatum de præſentanda certa perſona ante vacationem beneficij non valet.*

Neque conualidatur iuramento.

3 *Mandatum, & promiſſio de certa perſona inducit votum captandæ mortis alienæ.*

Votum captandæ mortis non ſeparatur à promiſsione de præſentanda certa perſona.

4 *Promittens præſentare certam perſonam ante vacationem grauiter peccat.*

5 *Qui eſt de collegio vti ſingularis perſona non peccat grauiter, ſi promittat certam perſonam præsentare.*

Hæc promiſſio non obligat ipſum vt membrũ Collegij. & quam vim habeat.

6 *Verba vrbanitatis non inducunt obligationem.*

1 PRima facie videtur affirmatiuè reſoluendum, quia promiſſio eſt de eo, quod erit in poteſtate patroni tempore vacationis, et eſt de re licita, vnde nihil obſtare videtur, ſeu validitati promiſſionis, ſeu honeſtati. Tenendum tamen eſt, *Patronos non poſſe promittere, ſe aliquem præſentaturos vacante beneficio. ita vt promiſſio præcedat vacationem.* Ita Spinus *de Teſtam. gloſ.* 4 *num.* 102. Lotter. *de Benefic. lib.* 2. *qu.* 6. *num.* 9. Qui volunt, huiuſmodi promiſſionem eſſe illicitam.

2 Ratio deſumitur ex eo, quod non valet mandatum de præſentanda certa perſona, antequam vacet beneficium. Cap. *fin.* De *conceſſ. præben.* vbi communiter Doctores, et tradunt Mareſcot. *lib.* 2. *Variar. reſol. cap.* 33. *num.* 1. Rota *in tribus deciſ. Pampilonenſis Parochialis* corã Orano, Peregrino, et Iuſto apud Mareſcot. *cit.* et coram Ludouiſ. *deciſ.* 420. *num.* 3. vbi ſubdit, quod iuramentum interpoſitum non validat mandatum, & citat Rotam

in Pampilonenſi beneficij. 13. *Februar.* 1595. coram Iuſto.

3 Ex hoc autem fit, quod neque poſſit promittere, aliquam determinatā perſonam preſentaturum. Quia ratio, quæ impedit mandatum, impedit etiam promiſſionem. Ideo enim impeditur mandatum, quia repugnat bonis moribus, ſi quidem aperit viam ad votum captandæ mortis alienæ, quod valde ius abhorret. *l. fin. C. de pact.* & Cap. 2. *Ex tenore.* De *conceſſ. præbend.* & Cap. *Ne captandę.* De *conceſſ. prębend. in* 6. Hæc autē ratio locū habet etiam in promiſſione, quia aperit viā ad captandā mortem alienam. Quia ſtāte promiſſione, videtur impoſſibile excludere huiuſmodi votum, vt obſeruant in ſimili Rolan. *conſil.* 47. *num.* 53. ver. *Itē nec pariter vol.* 1, Rota coram Puteo. *deciſ.* 238, *nu.* 3. ver. *Quia reſpendetur. lib.* 1.

4 Ex quibus infertur, quod non ſolū de iure prædicta promiſſio non valeret, ſed neque in conſcientia; imo contineret peccatum mortale, vt notant Spinus, & Lotter. *n.* 1. *citati.* Et ſequitur ex regulis generalibus in materia ſcandali; quia nimirum præberet occaſionem promiſſario peccati, dum conciperet votum captandi alenam mortem. Et quamuis dici poſſet, quod promiſſio ſit materia indifferens, quæ de ſe non inducit ad peccatū, neque ad captandam mortem alienam, ſed tantum ad expectandum: & proinde non contineat peccatum ſcandali, attamen quia ius reprobat ea, ex quibus naſcitur occaſio captandi alienam mortem, ideo eſt prohibita tanquam materia ſcandaloſa, & ſtante hac prohibitione interuenit peccatum ſcandali, quia contra prohibitionem ponitur materia ſcandaloſa, quæ poteſt facere, quod proximus offendat.

5 Si tamen præſentatio facienda ſit à Collegio per modum Collegii, ſi, qui ſunt de Collegio, vti ſinguli promittant, excuſarentur ſaltē à peccato grauij, quia promiſſio vti ſingulorum non inducit obligationem, ſed tantum quamdam cōuenientiam, nam eſt promiſſio perſonæ ſingularis, quæ proinde ipſam non ligat vti membrum Collegii, quia hoc pacto obligari non poteſt, niſi collegialiter agat, & proinde niſi ſit collegiaret congregata: & conſequenter vt collegiaret cōgregata remanet libera ad decernendum, vti audito ſcrutinio iudicauerit expedire.

6 Vnde dicta promiſſio accipienda eſt tāquā continens verba vrbanitatis, quæ nō inducunt obligationem. *l. Quod conditor. ff.* De *dolo.* & *l. Sciendum. ff.* De *ædilit. edic.* & *l. Et, quæ. ff.* De *contrahen. empt.* & Cap. *Cum veniſſent.* De *inſtit.* & notant Cardinal. & Imola *ibid.* Alexan. *in l. Ita ſtipulatus. num.* 6. *ff.* De *verbor. obligat.* Iaſ. *ibid. num.* 5. Angel. *in l. Si cui. ff.* De *ſeruit.* Cardin. *in Clemen. Exiui.* §. *Nos igitur.* De *verborum ſignificat.* Rota coram Seraphino. *deciſ.* 136, *numer.* 3. & *deciſ.* 1322. *numer.* 2. & coram Coccino *deciſ.* 239. *numer.* 7. & coram Pennia. *deciſ.* 430. *num.* 6. & *deciſ.* 138. *nu.* 3. *par.* 2. Recent. Et ideo dicta promiſſio ſolum habebit vim declarationis animi prompti ad gratificandū, ſi occaſio ſe obtulerit.

An patroni poſſint plures præſentare vacante beneficio iurispatronatus Quæſt. 95.

S V M M A.

1 *Quādo ad beneficia poſſint præſentari plures.*
2 *Patroni laici præſentantes vti ſinguli poſſunt plures præſentare, ſinguli ſuum.*
3 *Etiam ſi præſentantes ſint plure vniuerſitates.*
4 *Plures patroni eccleſiaſtici præſentantes vti ſinguli poſſunt plures præſentare*
5 *Singularis patronus laicus poteſt plures alternatiuè præſentare.*
Variatio poteſt fieri ſimul vnico contextu.
6 *Collegium laicale poteſt plures alternatiuè præſentare.*
7 *Patronus eccleſiaſticus an poſſit plures alternatiuè præſentare, & num.* 8.
9. *Clemen.* Plures. *De* iurepatronat. *non habet locum, ſi patronus ſit vnus.*
10 *Patronus eccleſiaſticus quomodo poſſit plures alternatiuè præſentare.*
Præſentatio non eſt completa, niſi exiſtente conditione.
11. *Præſentatio quomodo æquiparetur electioni.*
12 *Præſentatio plurium conditionalis, alternatiua non continet variationem.*
13. *Patronus etiam eccleſiaſticus poſt præſentationem vnius poteſt præſentare alterum ſub conditione.*

14 *Patronus poteſt dare facultatem coarctatam præſentandi unum ex pluribus expreſſis.*

---

1 IN vno caſu admittitur, quod patroni poſſint plures ad idem beneficiũ præſentare, nempe quando ſunt plures Patroni, & habent ius præſentandi vti ſinguli, tunc enim ad Ordinarium ſpectat eligere vnum ex præſentatis, quē inſtituat. Ita ſtatuitur in Clement. *Plures.* S. *Quibus.* De *iurepatronat.* ibi. *Quibus etiam ex eadem cauſa* (nempe, vt antea Pontifex dixerat, vt facilius prouideatur Eccleſijs) *permittimus, vt plures ad vacantem Eccleſiam poſſint eodem modo præſentare perſonas, quod vna ex eis eligi per Epiſcopum valeat, & admitti.* Loquitur autem Pontifex de Patronis, quibus ex hæreditate iuspatronatus vnius delatum eſt.

2 Ex quo tex. deducitur primo, quod generaliter, quando ſunt plures Patroni Laici & habent præſentare vti ſinguli, ſiue ex hæreditate ſit in ipſos diuiſum iuſpatronatus, ſiue ijs conueniat diuiſim ex fundatione, poterunt plures præſentare, ita vt quiſque vnum præſentet. Ita notant in *dict. Clement. Plures. §. Quibus.* De *iurepatr.* Lappus, Cardin. Imola Vitalin. *num.* 4. & alij *ibid.* Lambertin. *De iurepatr. lib.* 2. *par.* 2. *quæſt.* 3. *princip. ar.* 6. *numer.* 1. & reſtans de communi Rota coram Comitolo *deciſ.* 18. *num.* 9. In tali enim caſu præſentatio vniuſcuiuſque habetur tanquam conditionalis, ſi nimirum eligatur ab Ordinario. Vnde tacitè conſentiunt omnes in eum, quem eliget Ordinarius, cum talis præſentatio admittatur in ordine ad huiuſmodi electionem.

3 Et hoc valet, non ſolum, quando Patroni ſunt perſonæ ſingulares, ſed etiã quando ſunt plures vniuerſitates, quæ ſingulæ diuiſim habeant propriam vocem, vt notant Lappus *in dict. Clemen. Plures.* S. *fin.* De *iurepatron.* Cardin. *ibid.* Lambertin. *De iurepatron. lib.* 2. *par.* 2. *quæſt.* 3. *princip. ar.* 6. *num.* 2. Eſt enim iſte caſus idem cum præcedenti, quia non fit variatio, niſi in materiali, nempe in ſubiecto iuriſpatronatus, ſeu illius poſſeſſore; nam in primo caſu patroni ſunt plures perſonæ veræ; in ſecundo verò plures perſonæ fictæ nempe vniuerſitates; & ideo locum habet eadem diſpoſitio dictæ Clement.

4 Secundo deducitur. Quod etiam plures patroni eccleſiaſtici poſſunt plures præſentare, ſi præſentent vti ſinguli, vt obſeruant Cardin. *in dict. Clem. Plures, §. fin.* De *iurepatron. in* 1. *oppoſit.* Lambertin. De *iurepatronat. lib.* 2. *par.* 2. *quæſt.* 3. *princip. ar.* 6. *num.* 2. Militat enim etiam in ipſis ratio tex. dic. Clemen. quia poſſunt eſſe diſcordes in præſentando, & difficilis fieri prouiſio Eccleſiarum. Et cum tex. nõ diſtinguat, ſed ſine vlla reſtrictione loquatur de patronis, qui plures, ſed diuiſim præſentant, debet accipi vniuerſaliter ſine vlla reſtrictione.

5 Difficultas autem remanet, an quãdo eſt vnus tantum patronus poſſit ſimul plures alternatiuè præsẽtare; hoc eſt vnũ, aut alium inſtituendum. Et quidem ſi ſit patronus laicus, res videtur extra difficultatem, quia ipſi conceditur, poſſe cumulatiuè variare, & proinde plures præſentare. Vnde etiam poterit ſimul plures præſentare, vt tradunt Gloſ. *in dic. Clemen. Plures,* verbo *Quibus.* De *iurepatronat.* Cardin. *ibid.* Lambertin. *lib.* 2. *de iurepatron. par.* 2. *quæſt.* 3. *princip. ar.* 6. *num.* 2. & *ar.* 8. *num.* 7. Rota coram Comitolo. *deciſ.* 18. *n.* 8. Variatio enim cumulatiua poteſt fieri vno contextu ſimul, vt notat Gloſ. *in dic. Clemen.* §. *fin.* verbo. *Præſentare,* vnde ſicuti præſentato vno poteſt alium præſentare, poterit etiam vtrumque ſimul præſentare.

6 Et quamuis Lambertin. *De iurepatron. lib.* 2. *par.* 2. *quæſt.* 3. *princip. ar.* 6. *in fine,* abſolutè doceat, quod Collegium non poteſt ſimul plures præſentare, quia ſtandum eſt pro eo, cuius præſentationem primò concludit; attamen exiſtimo, quod idem dicendum ſit de Collegio, ac de patrono, qui eſt vnica perſona habens totũ ius præſentandi; & proinde quod ſi ſit Collegium laicale, poſſit plures ſimul præſentare. Competit enim ipſi illud ius, quod compẽtit cuicunque patrono laico, qui cum poſſit variare, vt dictum eſt, præſentando plures ſimul eodem contextu;

idem

idem etiam poterit Collegium laicale.

7 Quod autem ſpectat ad patronum eccleſiaſticum, poſſe alternatiue plures præſentare, tradunt Cardin. *in Clemen. Plures. § fin. oppoſit.* 1. De iurepatron. Stephan. *ibid.* Bertachinus *in Repertorio.* verbo. *Præſentatio Clericor. ver. vlt.* Rochus *de iurepatronat.* verbo *Honorificum. quæſt.* 7. Quia, licet patronus eccleſiaſticus non poſſit variare, præſentare tamen ſimul plures alternatiuè non eſt variare: quia hi plures præſentantur, vt ſtant ſub eadem determinatione.

8 E contra verò, quod patronus eccleſiaſticus non poſſit ſimul plures præſentare alternatiuè, tradunt Gloſ. *in dic. Clemen. Plures. §. fin. De iurepatron.* Zenzelin. & Io. Andr. *ibid.* Paulus de Cittadinis *De iurepatronat. par. 6. ar. 3. & 6.* Lambertin. *eod. tract. lib. 2. par. 2. quæſt. 3. princip. ar. 8. num.* 11. Quia præſentatio habet vim electionis, quæ non poteſt eſſe alternatiua Cap. 2. *De elect. in 6.* Deinde quia plures præſentare eſſet variare, & hęc variatio non conceditur patrono eccleſiaſtico.

9 In hac difficultate, ſi loquamur de diſpoſitione dictæ Clemen. *Plures* De iurepatron. non videtur per ipſam concedi, quod idem patronus poſſit plures alternatiuè pręſentare. Nam finis diſpoſitionis eſt obuiare difficultatati præſentationis, quando plures in pręſentando habent eamdem vocem, quia facilè diſcordare poſſunt in perſona præſentanda: & reddere faciliorem prouiſionem Eccleſiarum, vt conſtat ex 1. *par. dic. Clem.* ibi *Plures ab vno ex patronis Eccleſię relicti hęredes vocem dumtaxat vnius habebũt in præſentatione Rectoris.* Deinde ſubdit. *Et vt facilius prouideatur Eccleſijs &c.* Pro hac autem faciliori prouiſione diſponit primo, quod poſſint inuicem conuenire, vt per turnum præſentent, ſeu alternis vicibus. Secundò etiam diſponit, & ſubdit, *Quibus etiam* (hoc eſt ijs, qui vt plures hæredes vnius patroni) *ex eadem cauſa permittimus, vt plures ad vacantem Eccleſiam poſſint eodem modo præſentare perſonas, quod vna ex eis eligi per Epiſcopum valeat, & admitti.* Ex quibus conſtat, quod nullo modo diſponit de vno, & eodem patrono. Nec in hoc militat ratio finalis facilioris prouiſionis Eccleſiæ, quia tàm facilè prouideri poterit, ſi vnum, quàm ſi plures præſentet: nec adeſt periculum, quod ex diſcordia præſentantium difficilis reddatur prouiſio.

10 Ex alio tamen capite videtur poſſe plures pręſētare ſubtacita cōditione, quod is inſtituatur, quem inſtitutor elegerit ex præſentatis. In hoc enim caſu præſentatio cuiuſcunque eſt conditionalis dependens à conditione electionis: & ideo non valet, nec eſt completa, niſi exiſtente conditione. *l. Cedere diem. & l. 1. §. Huius rei. ff. De offic. eius, cui mand. eſt iuriſdic. & l. Si quis fundum. ff. De contrahen. empt.* Sed manet in ſuſpenſo vſque ad euentum conditionis, & tunc perficitur, vt notant Menoch. *conſil. 63. num.* 18. Surd. *conſil. 238. nu. 7.* Cum ergo non perficiatur, nec fiat abſoluta præſentatio, niſi ſequuta electione inſtituentis, quę circa vnum tantum verſatur, idē eſt quò ad effectum, ac ſi vnus tantū præſentaretur. Neque hæc conditionalis pręſentatio plurium in ordine ad electionem inſtitutoris repugnat naturæ præſentationis, ſiquidem admittitur etiam per dict. Clemen. *Plures. De iurepatronat.*

11 Neque obſtat, quod præſentatio habeat vim electionis, quæ non poteſt eſſe cōditionata Cap. 2. *De elect. in 6.* Quia non habet vim electionis, niſi quando eſt pręſentatio completa; alioquin, ſi hoc obſtaret, neque etiam, quando plures patroni habent eamdem vocem poſſent plures præſentare. Imo ſicut in electione poſſum nominare plures, cum ea conditione, quod intendo eligere eum, in quem quis conſenſerit, & tunc in ſcrutatione hũc ipſum eligere, quia non eſt electio conditionata, ſed abſoluta, nam non completur, niſi purificata conditione: ita & in præſentatione. Reprobantur enim ſuffragia conditionata, quæ remanent conditionata, non autem quæ fiunt abſoluta, antequam compleatur electio.

12 Similiter etiam hæc præſentatio non continet variationem, quę prohibetur patronis eccleſiaſticis; nam tunc ha-

ber.

bet locũ variatio; quando cumulantur plures, et proinde ſolum in pręſentatione perfecta,& abſoluta, nam ſicuti quando eſt imperfecta, et conditionata, nullus po teſt dici pręſentatis; ita nec etiam poteſt dici, quod in pręſentatione fiat variatio. Quia autem accedente electione inſtitutoris remanet determinata, & abſoluta pręſentatio electi, ideo præſentatio abſoluta non continet aliquam variationem.

13 Ex dictis infertur cum *Lambertino de iure patron.lib.2.par.2.quęſt.3.princip.ar.8.num.11.* Poſſe patronum, etiam eccleſiaſticum, poſt præſentationem abſolutam primi præſentare etiam ſecundũ ſub conditione, ſi primus non eſſet idoneus, quia hęc ſecunda pręſentatio, cum ſit conditionata, non continet variationem, nec eſt ſortitura aliquem effectum, niſi reprobata prima: et proinde quouſq. pendet conditio, habetur pro non facta.

14 Secundò infertur cum eodem Lambert. *loc. cit. num. pręced.* Patronum eccleſiaſticum quoque poſſe dare facultatem præſentandi procuratori coarctatam ad aliquas perſonas, ita vt teneatur vnã ex ipſis præſentare. Cum enim patronus habeat facultatem liberam præſentandi, quem vult ex illis, qui ſunt præſentabiles, ita etiam poteſt coarctare facultatẽ præſentandi, quam alteri cõcedit ad aliquos, ita vt teneatur procurator vnum ex ipſis præſentare. Et ſicut poteſt mandare, vt vnam certam perſonam præſentet, ita etiam à fortiori coarctare facultatem præſentandi ad certas perſonas.

An habens Capellam in aliqua Eccleſia poſſit illam vendere. Quæſt. 96.

S V M M A

1 Habens Capellam in Eccleſia an poſſit illam vendere.
2 Vendens habet dominium rei vendita.
Obtinens Capellam in Eccleſia non habet illius dominium.
3 Sepulchrum eſt extra hominum commercium, nec eſt in bonis alicuius.
Acquiritur tantum illius vſus
4 Capella vendi poteſt ab ijs, ad quos ſpectat Eccleſia.
Non interuenit propriè venditia, & quid interueniat.

1 POteſt quis obtinere Capellam in aliqua Eccleſia, vel cũ iurepatronatus, ſi in ipſa ſit erectũ aliquod beneficium, vel ſine iurepatronatus. Siue autem vno, ſiue altero modo ſe habeat, eſt eadem difficultas, quia certum eſt, iuspatronatus non poſſe vendi, & ideo tota difficultas eſt quò ad ędificiũ, picturas, ornamenta, quæ ſunt prætio æſtimabilia. Quod autem poſſit vendi, tetent Philiarcus *de offic. ſacerd. par.2. lib.6. cap.9. circa finem.* & vult, quod cum venditione Capellæ tranſeat iuſpatronatus. Ledeſma *par.2. ſum. tract. 12. concluſ. 35.* Laſarte *de decina venditionis.cap.14. nu.5.* Fundamentum eſt. Quia totum, quod cadit ſub venditione, eſt tempotale, nec habet admixtum aliquid ſpirituale: et ideo poteſt eſſe materia venditionis.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod habẽs Capellam in aliqua Eccleſia, non poſſit illam vendere.* Ita Garzia *de benefic. par.5.cap.9. num.139.* Ratio eſt. Quia venditio non poteſt habere locum, niſi vendens habeat dominium rei venditæ *§.Nullus.* Inſtit. *De rer.diuiſ.* Si quidem per venditionem trãſfertur dominium in emptorem. Obtinens autem Capellam in aliqua Eccleſia, non habet illius dominium, etiam ſi ſit iuriſpatronatus, vt tradunt Io. Andr. *in Cap. Quod alicui.* De *reg. iur. in 6.* Lambertin. *De iurepatron. lib. 1. par. 1. quęſt. 1. princip. ar. 3. numer. 13.* Capella enim eſt pars Eccleſiæ, & dedicata cultui diuino: & proinde eſt locus religioſus cum omnibus ſuis ornamentis, ita vt eã conſtruens à ſe abdidicet, & dedicet Deo. Et proinde non remanet amplius ſub dominio hominum.

3 Confir. Sepulchrum eſt locus religioſus extra hominum commercium, ita vt non ſit in bonis alicuius, nec ab aliquo acquiri, aut poſſideri poſſit *l. Quamquã. ff.* De *aqua pluu. arcen.* & *l.Si ſepulchrum. ff.*De

ff. de relig. & ſump. funerum. & obſeruant communiter Doctores, & volunt acquiri tantum vſum ipſius in Cap. *Abolendæ. De ſepul.* Hoſtienſ. *num.* 18. *in fine.* Butrius *nu.* 3. Abbas *num.* 5. Petrus de Vbald. *de Canon. paroch. cap.* 10. *num.* 4. Rota coram Coccino *deciſ.* 291. *nu.* 1. & coram Pennia *deciſ.* 442. *num.* 2. Ergo à fortiori idem erit dicendum de Capella, quia hæc eſt magis religioſa, cum ſit dedicata cultui diuino, & in eius conſtructione veluti Deo donata.

4 Opinio tamen *num.* 1. relata poteſt habere locum, quò ad ipſam Eccleſiam, & rectorem illius, nam cum penes ipſum ſit quaſi dominium eccleſiæ, & Capellarum, poteſt ipſas vendere, ad effectum, vt ementes acquirant illud ius, quod acquirerent, ſi eas fabricarent Præſertim, quia vendendo nō transfertur dominium in ementem, ſi quidem adhuc remanet penes eccleſiam: vndè neque eſt proprie venditio Capellæ, ſed ſubrogatio alterius perſonæ ad ius, quod acquirit, qui conſtruit capellam, qui ideo ſoluit pecuniam quæ æquiualeat conſtructioni capellæ, vt poſſit ſubrogari, & vt habeatur pro conſtructore.

An intra præsbiterium poſſit mulier Princeps aſſiſtere diuinis officijs. Qu. 97.

S V M M A.

1 *Præsbiterium quod nam ſit, & quibus alijs nominibus appelletur.*

2 *Laicis, & fæminis prohibetur ſtare, aut adire intra præsbiterium.*

Etiamſi ſint patroni.

3 *Mulier, licet Princeps, non poteſt ſedens, aut ſtans aſsiſtere diuinis Officijs intra præsbiterium.*

4 *Rex cur admittatur ad ſedendum intra præſbiterium.*

Rex eſt perſona ſacra, & quare.

5 *Reginæ non poteſt aſsiſtere intra præſbiterium diuinis officijs.*

Vbi locus ipſi parandus.

1 LOcus ante altare principale ſeparatus ab Eccleſia per cancellos, appellatur præsbiterium, vt conſtat ex Cap. *Sacerdotum. De conſecrat Diſt.* 2. & appellatur etiam Diaconium, eò quod ibi Diaconus miniſtret vt conſtat ex Cap. *Non oportet. Diſt.* 23. & dicitur etiā Sacrariū Cap. *In ſancta. De cōſec. Diſt.* 1. vt aduertit Gloſ. *in Cap.* 1. verbo. *Sed pars illa. De vita, & honeſt. Clericor.* & de hoc loco inquiritur, an ibi mulieres aliquæ principes poſſint aſſiſtere diuinis officiis.

2 Generaliter autē prohibetur laicis ſecus altare ſtare, vel ſedere intra præſbiterium, vt conſtat ex Cap. 1. *De vita, & honeſt. Cler.* ibi. *Quando ſacra myſteria celebrantur, ſtare, vel ſedere inter Clericos, nō præſumant.* & ex Cap. 1. De cohabit. *Cler. & mulier. in fine* ibi. *Prohibendum quoque eſt, vt nulla fæmina ad altare præſumat accedere, aut præſbitero miniſtrare, aut infra cancellos ſtare, ſiue ſedere.* Vnde etiam patroni, quibus de iure debetur honorabilior locus in eccleſia, admitti nō debent inter præsbiterium ex mente S. Congregat. vt dixit Rota *in Valentina Capellæ.* 5. *Martij* 1599. coram Iuſto, & *in Burgenſi ſepulturæ de Villadiego* 5. *Maij* 1603. coram Lancellotto.

3 An autem mulier aliqua Princeps ob eminentiam dignitatis poſſit admitti, *negatiuè reſoluendum eſt*. Quia tex. dict. Cap. 1. tùm *De vita, & honeſ. Cler.* tum *De cohabit. clericor. & mul.* vniuerſaliter loquuntur: & aliàs dignitas illa mulieris non dat aliquam præeminentiam, quæ pertineat ad ordinem eccleſiaſticum, aut quæ extrahat aliquo modo à ſtatu laicali. Ergo neque operatur, quod poſſit admitti intra locum, in quo conuenit Clerus ad celebranda diuina officia, cum hoc ſit aliquo modo communicare cum ipſo in ordine hierarchico.

4 Confir. Ideo intra Presbiterium ponitur ſedes regia, quia Rex ratione vnctionis, de qua in Cap. 1. *De ſacr. vnct.* ponitur inter perſonas ſacras, vt aduertunt Caſtald. *De imperat. quæſt.* 18. *numer.* 6. Alber. *de Rubr. ſuper.* 1. *Gloſ. num.* 3. C. *De nouo Cod. compon.* Marc. Anton. Surgent. *De offic. Præfec. Prætor. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 2. Hæc autem ratio non habet locum quò ad mulieres quantumuis Principes.

Imo

Imo ſemper ijs obſtat ſexus, quo prohibentur miniſtrare altari; & conſequenter ingredi locum proprium miniſtrorum.

5 Et hoc obſeruandum eſt etiam quò ad Reginam, quia militat eadem ratio, quod non debeat communicare cum miniſtris altaris in loco deſtinato pro miniſterio eiuſdem altaris:& quia ſublimitas dignitatis ipſius nō concernit aliquo modo ordinem hierarchicū Eccleſię: & ideo non dat, vnde miniſtris altaris aſſociati poſsit in loco. Vnde etiam in cœremoniali Romano *lib.1.ſect.13.cap.3.* vbi agitur de receptione Reginæ dicitur. *In Eccleſia fiat ei ſuggeſtu ornatum extra, & prope capellam, vbi cum ſuis ancillis poſſit ſtare, & audire miſſam, &, cum diaconus thuris ſuffitu excipit Cardinales, Reginam Acholytus vnus eodem modo excipiat.* Ex quibus conſtat, quod non datur ei locus, vbi exiſtunt miniſtri; neque honor thuris ei exhibetur à Diacono.

An, ſi beneficiatus recitet officium ſibi non conceſſum, amittat fructus beneficij. Quæſt. 98.

S V M M A

1 *Beneficiatus poteſt multipliciter recitare Officium non conceſſum.*
2 *Beneficiatus omittens recitare Officium, non facit fructus ſuos.*
3 *Recitans Officium ſibi non conceſſum non ſatisfacit obligationi.*
Non ſatisfacit Horis canonicis, qui non recitat ex præſcripto Breuiarij Romani.
4 *Recitans Officium non conceſſum perinde eſt, ac ſi non recitaret.*
Talis recitatio habetur pro nulla.
5 *Recitans Officium Breuiarij ſed non iniunctū eo die, aut conceſſum, non recitat ex præſcripto Breuiarij.*
Declaratio S. Congregationis circa recitandum Officium.
6 *Obligatus recitare Officium, tenetur recitare, vt præſcribitur.*
Solui vnū pro alio non poteſt inuito creditore.
7 *Solutio facta contra formam debitā non valet.*
Soluendum eſt eo modo, quo adeſt obligatio.
8 *In recitatione Officij nō habet locū æquipollētia.*

1 Poteſt multipliciter contingere, quod beneficiatus recitet officium ſibi non conceſſum; nam poteſt recitare de communi de aliquo ſancto, de quo non ſit conceſſa recitatio; vel de aliquo Beatificato, de quo ipſi non ſit facta facultas; vel etiam poteſt recitare officium nō approbatum à Sede Apoſtolica; vel poteſt recitare ſecundum ritum ſibi non conceſſum, vt ſi Romanus recitaret ſecundum ritum Ambroſianum, aut ſecundum ritum monachalem, qui non eſt Monachus. Conueniunt autem hi omnes modi in eo, quod obligatus recitare, non recitet ſecundum ſuam obligationem, ſed recitet quid diuerſum ab eo, quod tenetur recitare.

2 Eſt autem præmittendum, quod omittens recitare horas canonicas, non facit pro rata fructus ſuos beneficii, quod poſsidet, vt ſtatuit Leo X. *in ſua Conſtit.7. §.38. tom.1.Bullar.* & confirmauit Pius V. *in ſua Conſtit.135 §.1.tom.2.Bullar.* obligās beneficiarios ad reſtituendos dictos fructus expendendo in fabricam Beneficiorum, vel in eleemoſinas pauperum. Vnde inſurgit dubium, an hoc locum habeat in recitantibus Officium ſibi non cōceſſum, & difficultas in eo conſiſtit, an recitando modo ſupradicto, impleatur onus recitandi horas canonicas.

3 Dicendum eſt. R*ecitantem Officiū ſibi non conceſſum, ſiue ſit ſecundum ritum Romanum, ſiue ſecundum alium ritum, non ſatisfacere obligationi recitandi horas canonicas.* Et proinde, ſi ſit beneficiatus, non facere fructus ſuos, ſed debere reſtituere iuxta diſpoſitionem Pii V. de qua *num. præcedenti.* Ratio eſt. Quia qui tenentur recitare horas canonicas iuxta ritum Romanum, non ſatisfaciunt, niſi recitandò ſecundum præſcriptionem Breuiarii; & proinde de ſanctis, aut de tempore, prout in ipſo præſcribitur, vel continetur in Rubricis, vt ſtatuit Pius V. *in ſua Conſtit.* quæ incipit. *Quod à nobis ſub VII. Id. Iulij 1568.* quæ eſt præfixa Breuiario. ibi. *Qui horas canonicas ex more, & ritu ipſius Romanę Eccleſię iure, vel conſuetudine dicere, vel pſallere debent, propoſitis pœnis per canonicas ſanctiones conſtitutis in eos, qui diuinum*

Of-

Officium quotidie non dixerint, ad dicendũ, & pſallendum poſthac in perpetuum horas ipſas diurnas, & nocturnas ex huius Romani Breuiarij præſcripto, & ratione omnino teneri, neminemque ex ijs, quibus hoc dicēdi, Pſallendique munus neceſſariò impoſitum eſt, niſi hac ſola formula ſatisfacere poſſe.

4 Quo ſtante conſtat, quod recitans Officium ſibi non conceſſum, non ſatiſfacit obligationi, quia non recitat ex Romani Breuiarii præſcripto. Officium enim non conceſſum non eſt ex præſcripto illius. Nõ ſatisfacere autem obligationi perinde eſt, ac non recitare, quia recitatio non ſortitur ſuũ effectum implendi onus *l. Duo ſunt Titij. ff.* De *bonor. poſſeſ. con. tab.* & *l. Si quis ſub conditione. ff.* De *teſtamen. tut.* & *l. Ex conſenſu. §. 1. ff. De appellat.* Et ideo talis recitatio tanquam inutili, pro effectu, quem ſortiri debet, habetur pro nulla, & non facta iuxta ea, quæ in ſimili materia tradunt communiter Doctores Panor. *in Cap. Grauis. numer. 7. De reſtit. ſpol.* Bald. *in l. Inutilem. num. 2.* C. *De furt.* Natta *Conſil. 448. nu 23. vol. 2.* Surd. *deciſ. 51. num. 14.* Curt. iun. *conſil. 92. nu. 6. vol. 1.* & ſcribentes cum Gloſ. *in l. Quoties. ff.* Qui *ſatisd. cog.* & Gloſ. Canon. *in Cap. 2. verbo.* Inutilem *De Tranſlat. Epiſcop.*

5 Nec dici poteſt. Quod hæc locum habeant, quando recitaretur aliud officiũ ab eo, quod eſt in Breuiario: ſecus autem ſi recitaretur officium de Breuiario, licet de Sancto, aut Beato, pro quo non conceditur. Nam adhuc verum eſſet, quod non recitaret ex præſcripto Romani Breuiarii, ſicut exigit Pius V. in ſua *præfat. Conſtit.* Recitare nãque ex præſcripto Breuiarij Romani non ſolum eſt recitare ſecũdum illius ritum: ſed etiam de Sanctis, aut de tempore, prout in ipſo præſcribitur; quia non ſolum præſcribitur ritus, ſed etiam de quo Officium recitandum ſit de tempore, an de Sanctis. Et S. Rituum Congregatio, approbante Sũmo Põtifice Vrbano VIII. declarauit, vt *in Decretis* præfixis Breuiario. *Non potuiſſe poſt Bullam Pij V. de Breuiario Romano, neque poſſe locorum Ordinarios tam ſeculares, quàm Regulares, addere Kalendarijs, etiam proprijs Sanctorum officia, niſi ea dumtaxat, quæ Breuiarij Romani Rubricis, vel S. Rituum Cõgregationis, ſeu Sedis Apoſtolicæ licentia conceduntur.* Et hæc declaratio fũdatur in diſpoſitione dictæ Conſtitutionis, quod recitantes officium aliter, quàm ex præſcripto Breuiarij Romani, non ſatisfaciant obligationi, quia ſcilicet teneantur omnino ex præſcripto ipſius ſatisfacere.

6 Accedit etiam ratio. Quod cum onus recitandi horas canonicas ſit impoſitum ab Eccleſia, ſubiectus oneri, & eccleſia comparantur ad inuicem, tanquam debitor, & creditor: & proinde ſuſcipiens onus recitandi veluti contrahit cum Eccleſia, præſertim ſi ſuſcipiat ratione beneficii, et proinde ſuſcipit illud onus, quod ab ipſa imponitur. Cũ ergo imponatur onus ricitandi horas canonicas non quocumq. modo, ſed iuxta præſcriptum Breuiarii Romani, tenetur ipſe ſecundum eamdem præſcriptionem recitare, aliàs non ſatiſfacit obligationi. Subintrat enim regula, quod debitor non poteſt ſoluere vnũ pro alio inuito creditore *l. 2. §. Mutui datio. ff.* Si *cert. pet.* & *l. Cum à quo.* C. De *ſolut.* et notant Socin. iun. *conſil. 214. nu. 1. lib. 2.* Ruin, *conſil. 65. n. 10. lib. 2.* Rota coram Ludouiſ. *deciſ. 352. num. 2.* Quod autem eccleſia ſit inuita, ſatis conſtat ex declaratione Pii V. in *Præfata Conſtit.* præfixa Breuiario, dum declarat, quod non ſatisfaciant aliter recitantes, quàm ex præſcripto Breuiarii.

7 Quod ex eo quoque confirmari poteſt, quod ſolutio facta contra formam præſcriptam, non liberat debitorem, ſed habetur pro non facta, vt obſeruant Rota coram Seraphino *deciſ. 131. nu. 3.* & *deciſ. 301. num. 18. par. 1.* Recen. et *deciſ. 363. nu. 1. par. 3.* Diuerſor, Nam quiſque ſoluere debet eo modo, quo obligatur *l. Ab emptione. ff.* De *pac.* & *l. Nihil tàm naturale. ff.* De *reg. iur.* et proinde ſoluendum eſt ſecundum formam, quę cadit ſub obligatione. Cum ergo in pręſenti cadat ſub obligatione recitatio Horarum canonicarum iuxta quod pręſcribitur in Breuiario, non ſoluet debitum, qui iuxta illius pręſcriptionem non recitat. Dum autem non ſoluit debitum, nec obligationi ſatisfacit, nõ faciet ſuos fructus beneficii, ſed tenebitur ad reſtitutionem.

8 Exquibus infertur, quod in hoc locum non habeat æquipollentia, quia tūc ſolum admittitur, quando attenditur finis, non autem quando attenditur forma, vt contingit in ſolutione, neque enim, vt dictum eſt, admittitur ſolutio vnius rei pro alia, quamuis æquipollētis, inuito creditore. In præſenti autem non attenditur ſolus effectus, & finis Orationis, ſed & forma, & præſcriptio facta pro recitatione Horarum canonicarum, qua ita enixè intenditur, vt nolit Pontifex, ſicut dictum eſt, impleri obligationem, niſi recitetur Officium ſicut præſcribitur in Breuiario.

An bona fides in recitando Officium non conceſſum excuſet à reſtitutione fructuum. Quæſt. 99.

SVMMA

1 *Recitans bona fide Officium non conceſſum excuſatur à peccato.*
2 *Excuſatur etiam à reſtitutione fructuum.*
Pœna non habet locum, vbi non eſt delictum commiſſum.
Pœna ſupponit eſſentialiter culpam.
3 *Pœna non habet locum pro eo, quod bona fide geſtum eſt.*
4 *Bona fides facit, vt in beneficijs acquirantur fructus.*
5 *Ad cauſandam bonam fidem admittitur error iuris.*
6 *Bona fides naſcitur ex quacunque cauſa veriſimili.*
Et ex quali quali occaſione, quæ excludat malam fidem.
7 *Poſſidens bona fide, tenetur reſtituere fructus, quatenus factus eſt locupletior, adueniente mala fide.*
8 *Fructus ex poſſeſſione bonæ fidei ſunt ex radice infecta & ideo acquiſitio infecta.*
In beneficiato bona fides facit, quod acquirat fructus, quos in mala fide non acquireret.
9 *Bona fides impedit pœnam priuationis fructuum beneficij*
Pœna legis non afficit ignorantes, nec cum bona fide operantes.

1 Facile cōtingere poteſt, quod quis bona fide recitet Officium ſibi non conceſſum, vnde inſurgit difficultas, an tūc ſatisfaciat oneri recitādi, & ſi ſit beneficiatus, faciat fructus ſuos, an verò adhuc teneatur ad reſtitutionem. Et quidem certum eſt, quod in hoc caſu excuſatur à peccato, quia quamuis Officium de ſe non ſit ſufficiens pro implenda obligatione, quia tamen hæc inſufficientia non agnoſcitur, ſed ratione bonæ fidei putatur ſufficiens, ideo talis inſufficientia non eſt voluntaria, & proinde excluditur peccatum, cum tantum ratione inſufficientiæ cognitæ poſſit inficere recitationem.

2 Quod ſpectat ad fructus beneficii, *quod illos non teneatur reſtituere, quando cognoſcit abeunte bona fide, quod non poterat illius Officij recitatione ſatisfacere obligationi* ex eo deducitur, quod ex beneficio habet iuſtum titulum lucrandi fructus, & in tantum non facit ſuos ſatisfaciendo oneri horarum canonicarum, In quantum priuatur ob contrauentionem legis, & ob nō ſolutionem ſui debiti. Et proinde priuatio habet rationem pœnæ, qua punitur violatio legis, & propriæ obligationis. Conſtat autem, quod vbi non eſt delictum, pœna non poteſt habere locum. *l. Si quis in ſuo. §. Legis.* C. De *inoffic. teſtam*, & *l. Abſentem* & *l. Si pœna.* & *l. Crimen. ff.* De *pœn.* & *l. 2. §. penul.* & *l. Sancimus.* C. De *pœn.* & Cap. *Quæſiuit.* De *his, quæ fiunt à ma. par.* & Cap. *Si compromiſſarius. De elect.* in 6. & notant communiter Doctores. Si quidem ipſum eſſentialiter ſupponit, vt docent communiter Theologi cum D. Th. 2. 2. *quæſt.* 108. *ar.* 4 & 1. 2. *quæſt.* 87. *ar.* 7. & 8. Cum ergo in præſenti caſu locum non habeat peccatum, nec etiam pœna priuationis fructuum locum habere poteſt.

3 Præſertim, quia agitur de eo, qui bona fide proceſſit, putans recitando tale officiū oneri horarum canonicarum eſſe ſatisfactum. Pro eo autem, quod bona fide geſtum eſt, locū nō habet pœna *l. Seruum. §. Prætor. ff* De *acquir. hæred.* & notant Doctores Bald. *in l. 11, in fine.* C. De *his quæ pœ. nom.* Craueta *conſ.* 8, *nu.* 31, Quia ſcilicet pœnę ſtatutę ſunt ad coercēdos cōtumaces, & qui voluntariè peccant: non autē eos, qui credunt legitimè operari, vt obſeruat idē Bal. *in l. Volūtas.* C. De *fideicom.*

4 Secundo etiā ex eo deducitur, quod bene-

beneficiatius habet legitimum titulum ad lucrandos fructus, & bona fide eos facit ſuos recitando illas horas canonicas, quibus putat, ſe ſatisfacere: & proinde in virtute bonæ fidei facit fructus ſuos, iuxta *l. Interdictis. ff. De interdict.* & *l. Domum*. C. *De rei vendicat.* & *l. Bonæ fidei. ff.* De *acquir. rer. domin.* & notant Menoc. *De recuperã. da poſſeſ. remed.* 15. *n.* 593. Peregrin. *de Fideicom. ar.* 49. *n.* 109. Feli. *in* Cap. *Cũ cauſa. n.* 27. *De re iud.* Beroius *in* Cap. *Si quis Preſbiterorũ. n.* 45. De *reb. Eccleſ. non alien.* Curt. Sen. *conſil.* 71. *n.* 13. Riccius alios citans *reſol.* 18. *nu.* 3. in Praxi. Tit. *de reb. Eccleſ. non alien.* & Doctores in *l. Si fundum.* C. De *rei vendicat.* Rota coram Seraphin. *deciſ.* 835. *numer.* 1. & *deciſ.* 4. *numer.* 1. *De reſtit. ſpoliat. in nouis.* & *deciſ.* 316. *num.* 4. *par.* 1. Diuer. & *deciſ.* 387. *num.* 1. *par.* 4. Recent. vbi in ſpecie de fructib. beneficii.

5 Si autem obiiciatur, quod bona fides non poteſt habere locum. Quia obſtat præſcriptio Breuiarij, & Rubricarum circa officium recitandum; & proinde qui ſe his non conformat, eſt in mala fide. Reſp. Quod imprimis putare poteſt, quod recitatio talis officii ſit ſecundum Rubricas, quatenus Rubricæ admittunt recitationem cuiuſcumque officii conceſſi; & putare poteſt, quod Rubricæ admittant tale Officium; qui licet ſit error, quaſi iuris, poteſt tamen admitti ad cauſandam bonã fidẽ, vt latè Balb. *in Repet. l. Celſus par.* 1. *n.* 15. & 26. ver. *Quarto limit. ff.* De *vſucap.* & ſequitur Rota *dec.* 120. *n.* 7. *par.* 3. *Recen.*

6 Deinde ſufficit, quod recitet officium tanquam ſibi conceſſum, quia ex quocumque titulo putet, ſibi eſſe conceſſum, poteſt recitare cum bona fide, & in hoc eſt error facti non iuris, quia error eſt circa conceſſionem, quæ eſt quid facti. Bona autem fides naſcitur ex quacunque cauſa veriſimili, vt tradunt Bald. *in l.* 1. *in fine.* C. *Vbi cau. ſtat.* Socin. *conſil* 38. *nu.* 4. *lib.* 3. Crauetta *conſil.* 6. *num.* 119. Bec. *conſil.* 95. *num.* 10. Bellam. *conſil.* 7. *numer.* 9. ver. *Quarto.* Rota *deciſ.* 343. *num.* 10. *par.* 4. *Recent.* Imo nec requiritur cauſa multum probabilis, ſed ſufficit qualis qualis occaſio, quæ excludat malam fidem, qua ſola excluſa ſubintrat bona fides, vt tradunt Bald. *in l. Irritam. num.* 2. C. De *vſucap. pro donat.* Surd. *deciſ.* 25. *nu.* 5. & *deciſ.* 211. *n.* 7. Deciſ. *Pedemon.* 168. *nu.* 8. Rota *deciſ.* 608. *num.* 1. *par.* 4. *Recent.* & in *Salaman. fruct.* 9. *Martij* 1581. coram Gipſiq.

7 Maior difficultas oritur ex eo, quod, quando quis bona fide poſſidet, quando poſtea cognoſcit, ſe poſſediſſe, quod non erat ſuum, tenetur reſtituere fructus perceptos, etiam antequam ſuperueniret mala fides, quatenus tamen non ſint conſumpti, ſed ex iis factus ſit locupletior per tex. expreſſiſſimum *l. Item veniunt.* §. *Præter hæc. ff.* De *petit. hæredit.* ibi. *Eos autem, qui iuſtas cauſas habuiſſent, quare bona ad ſe ſpectare exiſtimaſſent, eorumque dumtaxat. quò locupletiores ex ea facti eſſent, condemnandos eſſe,* & pluribus relatis tradit Sanchez *lib.* 2. *ſum cap* 23. *num.* 73. & *ſeq.* & *num.* 166. & aliis etiam relatis Rota coram Merlino. *deciſ.* 663. *n.* 39. & *ſequen.*

8 Quicquid tamen de hoc ſit, ſumus modo in diuerſo caſu. Nam quæ *num. præced.* allata ſunt, procedunt, quando res aliena bona fide poſſidetur. Quia tunc radix eſt vitiata, ſeu nulla nempe poſſeſſio, ſed eſt tantum putatiua ratione bonæ fidei: & ideo nõ poſſunt prouenire ex ipſa, niſi fructus eiuſdem rationis, nempe non proprij, ſed tantum putatiuè proprii, iuxta *l. Tria prædia. ff.* De *ſeruit ruſt. præced.* & *l. Si viue.* C. De *bon. mater.* et notant Iaſ. *in l. Maritus.* C. De *procur.* Alciat. *conſil.* 7. *numer.* 2. At modo ſumus in caſu, in quo res fructifera, nempe fundus beneficii legitimè poſſidetur cũ iuſto titulo: & proinde fructus, qui inde percipiuntur pertinent ad proprietatem percipientis, & eos facit ſuos ex titulo verè poſſeſsionis: ita vt, ne ſuos faciat, opus ſit, quod ſuperueniat noua diſpoſitio, quæ impediat acquiſitionem prouenientem ex titulo. Bona autem fides impedit effectum huius diſpoſitionis, quo impedito remanẽt fructus in ſuo ſtatu, atque adeo ſub proprietate beneficiati.

9 Quod autem bona fides impediet effectum huius diſpoſitionis, ex eo cõſtat, quod excludit ſcientiam, quod in tali caſu locum habeat lex, cum faciat apprehendi actum tanquam licitum. Lex autem pœnalis, qualis eſt iſta, locum habet tantum

contra eos, qui voluntariè violant legem, cum ſit lata ad coercēdam audaciam: & pœna lata per legem non habet locum, niſi contra ſcientes, actum eſſe prohibitū ſub tali pœna, quando aliàs de ſui natura non eſt prohibitus, vt deſumitur ex *l. fin. in fine. ff. De decr. ab ord. facien.* ibi, *Reſpondi, huiuſmodi pœnas aduerſus ſcientes paratas eſſe.* & *l. Si ignorans. ff. Locati.* ibi. *Non enim contemnunt diſciplinam, qui ignorant.* & Cap. *vlt. in fine.* Qui *matrim. accuſ. poſ.* ibi; *Iſte tamen amoueri nequiret, cum culpabilis non exiſtat.* Et tradunt Gloſ. *in Cap. 2.* verbo. *Culpa.* De *conſtit.* Innocent. *ibid.* Hoſtiens. *in fine.* Abbas *num. 7.* Butr. *numer. 19.* Ancharan, *num. 5.* Bald. *nū. 1.* Henr. *nu. 6.* Aret. *num. 3.* Dec. *num. 22.* Beroius *nu. 44.* Alex. de Næuo. *num 28.* Imola *in Clemen. 2. num. 2.* De *heret* Bonifac. *ibid.* Matſil. *in l. fin. num 81. ff. De iuriſdit. om. iud.* Ancharan. *in Repet. Cap. Poſtulaſti. num. 39. De foro compet.* Bart. *in l. 1. num. 21. C. De ſum. Trinit.* Cinus *ibid.* ver. *Quidam alij.* Bald. *nu. 22.* & alii, quos citat, & ſequitur Sanchez. *lib. 9. de matrimon. diſp. 32. num. 6.* Cum ergo pœna non afficiat, niſi ſcienter delinquentes, multò minus afficiet, qui bona fide operantur. Nec dici poteſt, quod ſciat, adeſſe pœnam priuationis fructuum non recitantibus horas canonicas, ſicuti tenentur; quia non ſcit, quod ſit impoſita tali recitationi, ſed purat talem recitationem eſſe ſatisfactiuam obligationis, & ideo ipſi non eſſe pœnam impoſitam, nec eſſe cōtra præſcriptionem, imo ſecundum ipſam.

An recitans Officium pro Officio faciat fructus ſuos Quæſt. 100.

S V M M A.

1 *Diſcrimen inter recitare Officium, pro Officio, & recitare officium non conceſſum.*
2 *Recitans officium pro officio ſecundum ſe, & abſolutè non ſatisfacit.*
3 *Opinio, quod valeat officium pro officio.*
Opinio grauium Doctorum cauſat bonam fidem.
4 *Sufficit pro cauſanda in recitante bonam fidem.*
Poſſumus ſequi opinionem probabilem relicta probabiliori.
5 *Solutione illius, quod debetur, extinguitur obligatio.*
6 *Officium Paſchatis, aut Pentecoſtes non ſufficit pro alio officio.*
Error iuris reſiſtentis impedit bonam fidem excuſantem à reſtitutione fructuum.

1 Illud eſt diſcrimen inter recitare Officium non conceſſum, et recitare officium pro officio. Quod illud eſt omnino contra prohibitionem eccleſiæ, nam ſiue officium ſit deſumptū ex Breuiario, ſiue ſecundum alium ritum, ſemper abſolutè prohibetur, aut recitare de eo, de quo recitatur, aut etiam recitare ipſum officium ad effectum adimplendi onus Horarū canonicarū. Recitare autē officiū pro officio nō abſolutè prohibetur, ſed tantum pro illo die. Poteſt autem cōtingere, quod recitetur officium pro officio, aut cū æquiualentia, vt ſi recitetur officium vnius Sancti pro alio; aut officiū de Sancto pro officio de feria, ſiquidem parum vnum excedit aliud. Aut ſine æquiualentia, vt ſi recitetur aliquod officium de communi pro officio de Dominica, aut officium Paſchatis pro officio currenti.

2 Eſt autem ſupponendum, quod recitans officium pro officio ſecundum ſe, abſolutè loquendo non ſatisfacit oneri horarum canonicarum. Nam, vt dictum eſt etiam in ſuperioribus. Pius V. *in ſua Conſtitutione.* præfixa Breuiario, ſtatuit, & declarat, quod qui tenentur ad horas canonicas, non ſint amplius impoſterum ſatisfacturi tali oneri, niſi recitent ex præſcripto Romani Breuiarii; qui autem non recitat officium, quod pro ſingulis diebus præſcribitur, non recitat ex præſcripto ipſius, ſed recitat officium, quod ei nō præſcribitur, et ideo non ſatisfacit oneri recitandi, quia, ſicuti dicebatur ſupra, non poteſt ſolui aliud pro alio inuito creditore. Soluitur autem, dum obligatus ad recitādum recitat, vnum officium pro alio. Eccleſia exiſtente inuita, quia non ſolum præſcribit officium, quod pro ſingulis die-

bus

bus vult recitari, ſed etiam declarat, quod non recitans ex præſcripto Breuiarii, non ſatisfaciat obligationi.

3 Verum quia adeſt opinio plurium Doctorum aſſerentium, poſſe cum cauſa recitari officium pro officio, & recitare abſque cauſa non eſſe pluſquam peccatū veniale: & hæc opinio ſolet cenſeri probabilis, quam tradunt Caiet. *in ſum. verbo.* Horæ *cap.* 2. Sotus *de iuſt. & iure. lib.* 10. *queſt.* 5. *ar.* 4. Medina *lib.* 1. *ſum. cap.* 14. §. 11. Io. Medina *Cod.* De *orat. quaeſt.* 19. *difficul.* 19. Sylueſter. *verbo.* Hora. *numer.* 15. Armilla *verbo.* Horæ canonicæ. *numer.* 7. Vega *tom.* 1. *ſum. cap.* 128. *caſu* 17. Azor. *var.* 1. *lib.* 20. *cap.* 10. *quaeſt.* 2. Zerola *in Praxi par.* 1. *verbo.* Horæ canonicæ *num.* 7. Laiman *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 1. *cap.* 5. *nu.* 4. Leſſius *lib.* 2. *de Iuſt. & iur. cap.* 37. *dub.* 12. *num.* 77. Valent. *tom.* 3. *ſum. diſp.* 6. *queſt.* 2. *pun.* 10. Rodriquez *tom.* 2. *ſum. cap.* 195. *nu.* 3. Binsfel, *par.* 4. Enchir. *cap.* 9. *concluſ.* 7. Diana *par.* 2. *tract.* 12. *reſol.* 3. ver. *Dicendum eſt.* Pedrazza *cap.* 5. *ſum.* Ideo, ſi quis ſequatur hanc opinionem, ſubintrabit bona fides, & excuſabitur à peccato, & conſequenter etiam à reſtitutione fructuū; pro quo applicari poſſunt omnia, quæ *preced. queſt.* dicta ſunt, quod excluſo peccato, non habet locum pœna: & quod ſtante bona fide faciat fructus ſuos, & impediatur, ne ſubintret priuatio inducta per legem. Hæc autem bona fides habet etiam fundamentum in eo, quod adſit opinio probabilis, quod valeat officium pro officio, de qua dictum eſt. Opinio autem grauium Doctorum ſufficit pro cauſanda bona fide, vt tradunt Ancharan. *in Clemen. Ne Romani. init.* De *elect.* Iaſ. *in l. Properandum.* §. *Sin autem. num.* 8. C. De *iud.* Rota coram Martino Andr. *deciſ.* 101. *num.* 10.

4 Et addi poteſt. Quod recitans officium pro officio, ſequitur opinionem probabilem aſſerentem, quod ſatisfaciat obligationi recitandi, & quamuis hęc opinio ſit minus probabilis, attamen communiſſimè docent, quod poſſumus ſequi opinionem minus probabilem relicta probabiliori. Medina 1.2. *queſt.* 19. *art.* 3. Lorca *diſp.* 19. *de Actibus human. membr.* 1. Monteſin. *diſp.* 29. *qu.* 5. Vaſquez *diſp.* 62. *cap.* 4. Martinez *queſt.* 29. *ar.* 6. Aragon. 2.2. *queſt.* 63. *ar.* 4. Salon. *controuer.* 2. *concluſ.* 4. Petrus Nauar. *lib.* 3. *de reſt. cap.* 1. *dub.* 13. *nu.* 237. Suarez *diſp.* 22. *de pœnit ſect.* 9. *numer.* 6. & *diſp.* 40. *de cenſur. num.* 6. Sanchez *lib.* 2. *de matrimon diſp.* 51. *num.* 9. Pontius *lib.* 10. *de matrim. cap.* 15. *num.* 4. & alii, quos vſque ad quinquaginta citaui in *D. ciſ. moral. deciſ.* 5. *num.* 3. Quibus addi poſſunt Prepoſ. 1.2. *queſt.* 19. *ar.* 6. Caſpenſ. *in Curſ. theol. diſp. de conſcien. ſect.* 8. Facundez *lib.* 5. *de iuſt. & iure cap.* 18. *num.* 4. Gaſpar Hurtad. *diſp.* 4. *de actib. human. difficul.* 21. Dicaſtil. *De iuſt. & iure, diſp.* 5. *dub.* 9. *numer.* 281. Petrus à S. Ioſeph. *lib* 1. *Ideæ theol. moralis cap.* 3. *reſol.* 4. Latrea *allegat. fiſcul. par.* 1. *allegat.* 61. *nu.* 11. Machad. *tom.* 2. *lib.* 6. *par.* 2. *tract.* 1. *docum.* 7. & alii plures, præſertim qui ſuper hac materia ſcripſerunt integra volumina; inter quos doctiſſimè Stephanus Spinula. Quia ſcilicet opinio probabilis facit, quod operatio ſit conformis rectæ rationi, atque adeo honeſta. Vnde in præſenti facit, quod recitatio talis officij ſit ſufficiens pro implendo præcepto; & conſequénter pro extinguenda obligatione recitandi horas canonicas.

5 Quod etiam confir. Nam officium pro officio eſt quid ſufficiens pro ſoluendo debito iuxta prędictam opinionem horarum canonicarum. Dum autem ſoluitur, quod debetur, extinguitur obligatio *l. Soluitur. ff* Quib. *mod. pign. vel hypoth.* & *l. Nulla.* C. *De ſolut.* Et obſeruat Gloſ. *fin. l. Cū plures ff.* De *euict.* Alexan. *conſil.* 17. *num.* 3. *lib.* 1. Ancharan. *conſil.* 318. *num.* 2. Surd. *conſil.* 150. *nu.* 96. Rota coram Merlino *deciſ.* 463. *n.* 14. Vnde cum extinguatur debitū horarum canonicarum, non habet locum lex de priuatione fructuum beneficii ob non ſolutum huiuſmodi debitum.

6 Hæc tamen non habent locum, ſi loco officii currentis recitetur officium Paſchatis, aut Pentecoſtes, quia admiſſa ſupradicta opinione, quod valeat officium pro officio, non tamen poteſt habere locū quò ad officia Paſchatis, & Pentecoſtes; ſiquidem quò ad hęc ius reſiſtit, nā Gregorius VII. *generali Synodo* ſtatuit, quod dicta officia extra dies, & octauas Paſcha-

tis, & Pentecoſtes non poſſent recitari, vt habetur Cap. *In die Reſurrectionis. De conſecrat. Diſt. 5.* Cum ergo ius reſiſtat, non poteſt habere locum bona fides, quæ excuſet à reſtitutione fructuũ iuxta ea, quæ tradunt Bar. *in l. Sed & ſi. §. Scire. numer. 4. ff. De petit. hæred.* Rodericus *de ann. redditib. quæſt. 17. num. 83. lib. 1.* Surd. *conſil. 115. num. 21.* Rota coram Mantica *deciſ. 51. num. 2.* & coram Merlino *deciſ. 663. num. 32.* & *deciſ. 320. num. 4. par. 2.* Recent. Præſertim quia ratio ipſa naturalis dictat, quod non ſit ſolutio æquipollens.

Quid dicendum de quadam tranſactione ſuper mobilibus pretioſis. Quæſt. 101.

S V M M A.

1 *Quæ pertinent ad Eccleſiam, non comprehenduntur ſub ſpolio.*
2 *Tranſigens agnoſcit ius ſuper materia tranſactionis.*
In tranſactione ſuper rebus Eccleſiæ requiruntur ſolemnitates.
3 *Deficientibus ſolẽnitatibus tranſactio eſt nulla.*
Actus eſt nullus omiſſis ſolemnitatibus.
4 *Accipiens in tranſactione pecuniam, cedit ius, pro quo datur.*
5 *Forma ſuppellectilis conformis vſui prophano indicat, non fuiſſe deſtinatam pro vſu Eccleſiæ.*
6 *Bona fides tranſigentium ſuper iure Eccleſiæ excuſat à pœna.*
Pœna ſunt impoſita ijs, qui ſcienter, & volentes delinquunt.

1 Orta lite inter Canonicos Cathedralis, & hæredes Epiſcopi ſuper certa argentea ſuppellectile defuncti Epiſcopi, & prætẽdentibus Canonicis, quod in virtute Conſtitutionis Pii V. & eſt 42. *de Spolijs* pertineret ad Eccleſiã, in qua ſtatuitur, quod ea, quæ pertinent ad vſum eccleſiarum, non contineantur ſub nomine ſpolii, ſed iiſdẽ eccleſiis relinquantur, eo quod epiſcopus aliquot vicibus vſus fuiſſet dicta ſuppellectili pro ſeruitio altaris. Et prętendentibus hæredibus Epiſcopi, quod veniret nomine ſpolii, & ad ſe ſpectaret cum concordauerint ſuper ſpolio cum Camera Apoſtolica, tranſegerunt canonici cum dictis hæredibus, quod certa pecunia ſoluta, haberent argentea vaſa. Ius autem hæredum in eo fundabatur, quod epiſcopus vteretur dicta ſuppellectili argentea pro vſu priuato, & domeſtico propriæ menſæ, et proinde non eſſet deſtinata pro ſeruitio eccleſiæ.

2 Ex præmiſſo facto reſoluendum venit. *Quod pro tranſigendo fuerint neceſſariæ ſolemnitates.* Cum enim canonici agnouerint ius eccleſiæ, et cœperint defendere coram iudice, tranſactio facta eſt ſuper iure agnito, atque adeo cum alienatione, proprerea fuerunt neceſſariæ ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione, etiam ſi dicta ſuppellex argentea fuiſſet apud hæredes, vt tradunt Iaſ. *in l. Nulli. num. 2. De tranſact.* Bart. *ibid.* Abbas *in Cap. Contingit. numer. 3. De tranſact.* Craueta *conſil. 323. num. 1. ver. Dico quod.* Federic. de Sen. *conſil. 94.* Redoan. *De reb. Eccleſ. non alien cap. 1. n. 12.* Rota corã Caputaquen. *deciſ. 106. par. 1.* & *deciſ. 318. par. 3.* & coram Coccino *deciſ. 301. num. 1.* & *deciſ. 189. nu. 2. par. 4.* Recent. & *in Mediolanenſi reſciſſionis permutationis 10. Ianuar. 1597.* coram Pamphilio.

3 Ex quo fit, quod deficientibus ſolemnitatibus tranſactio ſit nulla ex Cap. *Nulli. De reb Eccleſ. non alien.* et Cap. *1. eod. tit. in 6.* et dixit Rota *deciſ. 755. numer. 2. par. 2. Recent.* & *deciſ. 625. numer. 3. par. 1.* Et coram Merlino *deciſ. 490. numer. 8.* Eſt enim hoc regulare, quod actus ſit nullus omiſſis ſolemnitatibus *l. Cum hi. §. Si prætor. ff. De tranſact.* & *l. Iulianus ſcribit. §. Si quis rem. ff. Ad exhibendum.* et Cap. *Quia propter. De elect.* vbi et Doctores, et notant Bald. *in l. Antiquitatis. C. De teſtam.* Bart. *in l. Item §. Sed ſi ita. ff. Quod cuiuſque vniuerſ. nom.* Io. Andreas *in Cap. Prudentiam §. 1. ver. Circa formam. De offic. de leg.*

4 Nec dici poteſt, Quod ideo tranſegerunt, quia cognoſcebant, ius ſtare pro aduerſario, quia huic motiuo obſtat factum; nam, dum ijs à parte aduerſa ſoluta fuit

fuit certa quantitas pecuniæ, præſumitur ſoluta pro cōpēſatione iuris, quod ipſi cedebant. Dū autē facta eſt ceſſio iuris, facta eſt etiā alienatio, et proinde nō potuerūt omitti ſolemnitates. Vnde non ſolum in foro externo, ſed etiam in foro conſcientiæ non ſubſiſtit tranſactio; quia ſi reuera cognouerunt, dictam ſuppellectilem argenteam ſpectare ad hæredes Epiſcopi et ſe non habere ius, non potuerunt in conſcientia aliquid recipere in compenſationem iuris.

5 Potuiſſent tamen canonici relaxare abſque vlla compenſatione prædictam ſuppellectilem tanquam alienam, & non pertinentem ad eccleſiam: et tunc nulla ſolemnitas fuiſſet neceſſaria, quia reſtitutum fuiſſet, quod erat alieni iuris. Cum enim epiſcopus vteretur continuò dicta ſuppellectile pro ſeruitio propriæ menſæ et vaſa fuiſſent formata, qualia pro vſu menſæ formari ſolent, et nō qualia pro vſu eccleſiæ, conſtabat ex hoc, quod epiſcopus non intenderat deſtinare ad vſum, & in proprietatem eccleſię, ſed principaliter ad vſum proprium, et veluti accommodare eccleſiæ, quando iis aliquando vſus eſt pro ſeruitio altaris. Qui vſus, cum fuerit ſimplex, non induxit acquiſitionem alicuius iuris in fauorem eccleſiæ iuxta ea, quæ tradit Socin. *conſil.* 131. *poſt. init.*

6 Quia tamen tranſactio coniuncta fuit cum bona fide, quæ excludit dolum, & temeritatem, non videtur locus eſſe pœnę impoſitæ alienantibus ſine debitis ſolemnitatibus iuxta *l. Si ſeruum. §. Prætor. ff. De acquir. hæred.* & notant Bald. *in l.* 11. *ff. De his, quę pœn.* Craueta *conſil.* 8. *nu.* 31. Ex veriſimili enim mente ſtatuentiū pœnas deducitur, quod iis tantum impoſitæ ſint, qui ſcientes, et volentes delinquunt, vt aduertit Bald. *in l. Voluntas. C. De fideicom.*

An cauſa ſemel commiſſa Cardinalibus poſsit inferioribus delegari. Qu. 102.

S V M M A.

1 *Cauſa ſemel commiſſa Cardinalibus non debet committi inferioribus.*
2 *Cauſa ad Romanam Curiam deuoluta numquam inde extrahuntur.*
3 *Ita exigente maieſtate Sedis Apoſtol.ca.*
Non eſt iuſtum, quod fiat remiſſio de maiori ad minorem.

1 NOn vertitur in dubium, an de abſoluta poteſtate Pontificis poſſit delegari, ſed an congruenter, & ſine præiudicio dignitatis Cardinalitiæ. Et reſoluendum eſt, *Non poſſe delegari alijs inferioribus cauſam, in qua ſemel Cardinales iudicauerint.* Ita teſtantes de ſtylo curiæ Sarnen. *in Compend. vtriuſque ſignat. quæſt.* 16. *nu.* 48. ver. *Septimum priuilegiū.* Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 6. *n.* 198. Pappazonus *in addit. ad deciſ.* 23. *num.* 7. De *reſcrip. in Nouis.* Miles. *in Repert.* verbo *Appellatio, quę fit à Cardinal.* Lancellot. *de Attent. in Pręfat. cap.* 20. *num.* 61. Marcheſan. *de commiſſion. par.* 2. *tit.* De *com. Cardin direc. num.* 1. Bellam. *deciſ.* 37. *in fine.* Rota *deciſ.* 3. *in fine.* De *appel. in nouis.* Neque enim tanta dignitas patitur, vt in ijs cauſis, quibus Cardinales manus appoſuerunt, ſe immiſceant alij inferiores.

2 Quod ex alio ſtylo confirmari poteſt, nempe, quod cauſæ ad Romanam curiam deuolutæ, nunquam inde extrahuntur, niſi ex ſpeciali licentia Pontificis, ob dignitatem Tribunalis, vt tradūt Bald. *in l. Si, vt proponis. num.* 12. ver. *Et ſic nota.* C. Quum. *& quand. iud.* Iaſ. *in l. Filiusfamilias. §. De vi. nu.* 58. *ff.* De *leg.* 1. Ripa *in Cap. Cum M. Ferrar. num.* 198. ver. *Inferens* De *conſtit.* Dec. *conſil.* 137. ver. *Ex quo infert.* Couaruu. alios citans *Pract. quæſt. cap.* 9. *num.* 5. Mohed. *deciſ.* 12. *nu.* 1. De *ſentent. & re iud.* Rota *in Toletana fructuum.* 16. *Maij.* 1586. coram Pamphilio.

3 Et rationem reddunt Rota *deciſ.* 43. *ante med.* ver. *Et fuit dictum.* De *appellat. in Nouis.* Lotter. *de Benefic. lib.* 3. *quæſti* 12. *num.* 10. Quia ita exigit fauor maieſtatis Sedis Apoſtolicæ, quæ ita afflat cauſam, vt videatur indignum per inferiores deinceps cognoſci. Quę ratio militat proportionaliter, quando cauſa, ſemel commiſſa fuit Cardinalibus; nam eorumdem dignitas ita afflat cauſam, vt indignū ſit, quod

per

per inferiores poſtea cognoſcatur. Neque enim iuſtum eſt, quod remiſſio fiat de maiori ad minorem, vt ponderàt Oldrad. *conſil.* 124.*num*.4. Fundam.3.& 4.

An Epiſcopus, antequam priuet beneficio non reſidentem, teneatur prius priuare fructibus &c. Quæſt. 103.

S V M M A.

1 *Circa beneficiatos non reſidentes quid diſponat* Concil.*Trident.*
2 *Quid ius commune.*
3 *Antequam non reſidentes priuentur beneficijs prius puniendi in fructibus.*
Aliàs priuatio ſecundum aliquos eſt nulla.
4 *Epiſcopus poteſt non reſidentes immediatè priuare beneficijs.*
5 *Priuatio beneficiorum pœna impoſita in iure non reſidenti.*
Iura concordando, quantum fieri poteſt.
6 Concil.*Trident. dat facultatem prius priuandi fructibus non reſidentes, non autem cogit.*
7 In Cap. Ex tuæ. *De* Cler. non reſid *duplex modus procedendi contra non reſidentes aſſignatur.*
8 *Quando, quod de nouo inducitur per legem, habeat rationem forma.*

1 Dificultatẽ facit diſpoſitio Concil. Trident. *ſeſſ*.24. *cap* 12. *§. Præterea. De reformat.* vbi diſponere videtur, quod antequam deueniar Epiſcopus ad priuationem beneficij, debeat prius pro prima vice priuare non reſidentem dimidia parte fructuum, & pro ſecunda vice, omnibus fructibus vnius anni, & deinde venire pro tertia vice ad priuationem beneficij. Ita enim ſtatuit. *Alioquin primo anno priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam prebendę, ac reſidentię fecit ſuos. Quod ſi iterum eadem fuerit vſus negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Creſcente verò contumacia contra eos iuxta Sacrorum Canonum conſtitutiones procedatur.* Ex quibus conſtat, quod antequam deueniatur ad pœnam priuationis impoſitam per Sacros Canones præmittendæ ſint mitiores pœnæ priuationis fructuum.

2 Quod etiã iure ſtatutũ videtur quatenus in Cap. *Ex tua. §. Cõtra eos* De *cler. non reſid.* ſtatuitur, quod contra recuſantes poſt monitionem venire ad reſidentiam, procedatur per ſuſpenſionis, & excõmunicationis ſententiam, & ſi poſtea contumaces fuerint, deueniatur ad priuationẽ, Vnde de iure quoque videtur neceſſariũ non ſtatim deuenire ad priuationem, ſed præmittere alias pœnas per modum correctionis.

3 Et ideo Gloſ. quoque *in dict. Cap. Ex tua.* verbo. *Spoliari.* ſenſit, quod prius præcedere debeat ſuſpenſio ab adminiſtratione temporalium, antequam deueniatur ad ſpoliationem. Et quod præmittenda ſit illa duplex ſpoliatio fructuum de qua Concil. aliàs priuatio ſit nulla, tradũt Zerola *in Praxi par.* 1. verbo. *Priuatio. §.* 3. & 4. Zechius *de repub. Eccleſias. tit. de beneſ. num.* 6. ver. *Quod attinet verò.* Piaſec. *in Praxi par.* 2. *cap.* 3. *num.* 10. ver. *Neceſſario autem* Quos ſequitur Barboſ. *ad Concil. Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *num.* 71. De *reformat.* Qui citat Mant. *deciſ.* 12. vbi tamen nihil de hoc habetur. citat etiam Garziã *de Beneſ. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 155. Sed neque ipſe de hoc agit, ſed tantum de monitione, quæ præcedere debet, vt ad priuationem deueniatur.

4 Verum tenendum eſt. *Quod non ſit neceſſarium præmittere aliquas pœnas, antequam deueniatur ad priuationem beneficij ob non reſidentiam*, ſed poſſe immediatè hanc pœnam infligi, ſi ita Epiſcopo viſũ fuerit, ita vt ſit in electione ipſius, vel immediatè priuare beneficio, vel præmittere ſupra dictas pœnas. Ita ſenſit Rota coram *Mantica deciſ.* 67. *num.* 6. aſſerens, ita intelligendam eſſe Concil. Trident. de quo *num.* 1. teſtans ita declaraſſe S. Concilii Congregationem, ita vt non teneantur ſeruare interualla temporum deueniendo prius ad ſubtractionem fructuum. Et ita etiam, quod non ſit neceſſarium præmittere excommunicationem, aut ſuſpenſionem, ſenſerunt. Io. de Anan. *in Cap. Ex tuę. §. Contra eos.* De *cler. non reſid.* Imola *ibid.*

5 Ra-

4 Ratio eſt. Quia in iure Clericis nō reſidentibus impoſitæ eſt immediatè pœna priuationis beneficii, ſi poſt citationem, & monitionem non compareant, nec requirtur, quod præcedant aliæ pœnæ, ita in Cap. *Ex parte.* 1. & Cap. *Qualiter*, etiam quò ad Epiſcopos, & Cap. *Inter quattuor. De cler. non reſid.* Cum ergo per hos text. poſſit deueniri immediatè ad priuationē non præmiſſis alijs pœnis, & iura concordanda ſint, quantum fieri poteſt. *l. Vnica. C. De inoffic. dot.* non eſt dicendum, quod per alias leges ſit ſublata facultas immediatè procedendi ad priuationem, ſed quod indulgeatur Epiſcopis, vt poſſint, ſi velint, alijs pœnis minoribus prius experiri, an poſſint obtinere finem reſidentiæ, antequam deueniant ad priuationem.

6 Ex quibus conſtat, quod Concil. Trident. non ſtat pro oppoſita parte. Nā ſolum diſponit de pœnis, quibus non reſidentes affici poſſunt, vt ſcilicet poſſint Epiſcopi ijs vti. Cum enim de iure pertineat ad Epiſcopos punire non reſidentes, & de iure fuerit ſtatuta pœna priuationis beneficii, voluit Concil. dare facultatem epiſcopis, vt poſſent mitiori modo procedere, & ideo decreuit duplicem pœnam priuationis fructuum, quæ præmitti poſſit, antequam deueniretur ad priuationem beneficii, quam prius non poterant epiſcopi præmittere; quia non erat ſtatuta à iure. Nec obſtat, quod vtatur verbo imperatiuo. *Priuetur.* Quia quatenus inducit obligationem, & imperium, afficit beneficiatos obligans eos ad ſubiacendum pœnæ, ſi ab epiſcopo habeāt exequutionem, & ſenſus eſt, quod non reſidens pro primo anno ſubiaceat priuationi medietatis fructuum, &c. ſi ei ab epiſcopo talis pœna imponatur. Et quod verba prædicta quatenus vim habent conſtringendi, afficiant beneficiatos, & non epiſcopum, & eo colligitur, quod concipiuntur in ipſos beneficiatos, non autem diriguntur ad Epiſcopum, & ideo non conſtringunt ipſum ad talem modum ſeruandū. Et hoc eſt, quod declarauit S. Concil. Congregat. teſtante Rota. vt dictum eſt *num. 4.*

7 Et pari modò procedit etiam text. *Cap. Ex tuę. De Cler. non reſident.* vt ibid. notant Imola, & Anania. Nam prius decreuit Pontifex Innocent. III. quod poſt præmiſſam citationem, & monitionem, ſi poſt ſex menſes non reſederint, debeant meritò beneficiis ſpoliari. Deinde ſtatim ſubdit. *Contra eos etiam procedatur, vt ipſos per ſuſpenſionis & excommunicationis ſententiā ad tuam obedientiam venire compellas, &c.* Qui cum dicat. Hoc etiam alio modo procedere poteris, vt prius adhibeas cenſuras &c. Vnde cum tradat duplicem modum coercitiuum non reſidentium, manifeſtū fit, quod ponit in electione epiſcopi vti vno, vel altero.

8 Solum difficultatem facit, quod quando lex præter ius commune aliquid de nouo introducit, quicquid exprimitur, reputatur de forma, vt tradūt Rolan. *conſ.* 182. *num.* 61. *lib.* 3. Ancharan. *conſil.* 241. *num.* 6. Surd. *deciſ.* 298. *num.* 9. Boccar. *ad Conſt. March. gloſ.* 6. *num.* 163. & 165. Rota *in Romana Societatis.* 5. *Decembr.* 1616. coram Remboldo. Sed reſp. Hoc habere locum, quando id, quod inducitur à lege præter ius commune, verſatur circa eumdem actum: ſecus autem, quando eſt diſpoſitio circa diuerſum actum. Vnde cum id, quod inducit Concilium Trident. *dic. Cap.* 12. *de reformat. ſeſſ.* 24. verſetur circa nouas pœnas veluti pręparatorias ad pœnam priuationis beneficii, & non obliget epiſcopus ad eas prius imponendas, vt conſtat ex dictis, non poteſt haberi pro forma, quod huiuſmodi pœnæ præcedant priuationem, quò ad beneficium: nam ſi voluiſſet inducere formā appoſuiſſet Decretum irritans, aut ſaltem obligaſſet epiſcopos ad ita ſeruandum.

An heredes teneantur credere Confeſſario defuncti, ſi aliquid oneroſum eis iniungat. Quæſt. 104.

S V M M A

1 *Teſtis unicus non probat.*
2 *Confeſſarius iniungens aliquid nomine defuncti heredibus, fungitur munere nuncij.*
Quarum conſtituant aliquem nuncium.

Nun-

Nuncius eſt organum illius, cuius nomine nunciat.

3 *Nuncio credendum eſt.*

Qui per nuncium facit, per ſe ipſum facere cenſetur.

4 *Nuncio vt credatur, debet conſtare, quod ſit talis.*

Si non conſtet, eſſe nuncium, perinde eſt, ac ſi non eſſet.

5 *Nuncio non creditur in ijs, in quibus habet intereſſe, niſi &c.*

6 *Non eſt credendum, ſi non conſtet fuiſſe conſtitutum nuncium.*

---

1 QVia non rarò conſtituti in art. mortis committunt Confeſſario nonnulla exequenda per hæredes ſequuta morte, dubitatur, an teneantur hęredes credere cōfeſſario notificanti, quæ defunctus iniunxit, præſertim quando ſunt in ipſorũ præiudicium, vt cum agitur de ſoluenda aliqua ſumma &c. Et ratio dubitandi ex eo oritur, quod confeſſarius eſt vnicus teſtis, & proinde non probat, nec venit attendendus. Cap. *Licet*, & Cap. *Veniens*. & Cap. *Iuriſiurandi*. *De teſtib*. & notant communiter Doctores in citat tex. & alibi paſſim prę ſertim Anton. Gabr. *Commun. concluſ. 1. num. 1. & ſequent. De teſtib. lib. 1.* Vnde hæredes non tenebuntur ei credere præſertim in ſui prę iudicium.

2 Verum oppoſitum tenendum eſt, & reſoluendum. *Quod teneantur credere confeſſario defuncto, præſertim in ijs, quę concernunt ad iuſtus defuncti conſcientiam exonerandam* iuxta ea, quæ tradunt Crot. *in l. Nemo poteſt, num. 60. ver. Teneo. ff. De leg. 1.* Alex. *conſil. 54. num. 1.* Peregrin. *De fideicom. ar. 33. num. 59.* Et in terminis Alciat. *in l. 1. §. Eadem. nu. 15. ff. De verbor. obligat.* Marſil. *ſing. 47.* Matheſilan. *ſing. 51.* Couaruu. *cap. 13. lib. 2. Variar. reſolut.* Guzman. *de Euiction. quæſt. 9. num. 59.* Qui affert *l. Theopompus ff. De dote prę leg.* vbi ex diſpoſitione teſtantis ſtandum eſt dicto iurato vnius. Et Ruinus, Afflict. Rota *numer. 1. quæſt. ſequent.* citandi. Licet enim, ſi conſideraretur tanquam teſtis, ſi ſolus eſſet, non eſſet ei credendum, in quo locum haberet ratio dubitandi *num. prę ced.* propoſita. Attamen, quia in hoc non fungitur munere teſtis, locum non habent, quæ de teſtibus traduntur. Sed fungitur munere nuncij, nam non producitur ab aliquo ad dicendum de eo, quod teſtator diſpoſuit; ſed nomine defuncti notificat hæredibus eius voluntatem, & diſpoſitionem, & loquitur hæredibus in perſona defuncti explicando, quæ ab ipſo habuit in commiſſione, vt eis iniungeret nomine eiuſdē. Et proinde concurrunt requiſita ad conſtituendum nuncium iuxta ea, quæ tradunt Speculat. *Tit. De procurat. §. 3. ver. Et nota. & ver. Sed opponitur.* Bart. *in l. 1. §. Si procurator. & §. Quamuis. ff. De procurat.* Bald. *in l. Si ex contractu. C. Quod cum. eo & in l. Si litteras. C. Mandati.* Et eſt conſtitutus Organum defuncti ad manifeſtandam hæredibus ipſius voluntatem, vt dicit Bal. *in dict. l. Si litteras.* Bart. *in l. Qui autem. §. Conſtituere. ff.* De conſtit. pecu.

3 Nuncio autem, dum nomine alterius aliquid ſignificat, in quo deſtinatus eſt ad nunciandum, credendum eſt iuxta *l. Theopompus. ff. De dote præleg.* vbi Bart. & *l. Si vacantia. circa init. C. De bon. vacant. lib. 10.* vbi Angel. & Cap. *Cum parati. De appellat.* & notant Gloſ. *ibid. in figurat. caſus.* & Doctores ibi ſcribentes Bart. *in Auth. Niſi breuiores. C. De ſenten. ex peric. recit.* Tiraquel. *de Retrac. lign. §. 8. gloſ. 19. num. 27.* Rota *in Bononienſi de Mungiolis 14. Decemb.* 1607. coram Coccino Quia ſcilicet nuncius non repræſentat ſe ipſum, ſed perſonam, à qua miſſus eſt: vnde qui per nuncium facit, non per ſubſtitutum, ſed per ſeipſum facere cenſetur, vt norāt Bald. *in Rubr. C. De inſtit.* Alexan. *in l. Qui autem. §. Conſtituere. ff. De conſt. pecu.* Vnde cum confeſſarius ſit conſtitutus nuncius ad nunciandum hæredibus onera, quę defunctus ipſis impoſuit, ei credendum eſt.

4 Vt tamen ei credendum ſit, debet conſtare, quod ſit deſtinatus nūcius à defuncto: nam niſi conſtet, quod ſit nūcius, non tenetur quis illũ acceptare, vt talem iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in Cap. Significante. De appel.* Butr. Abb. Bald. & cœteri Doctores *ibid.* Bart. *in l. Probibitum. C. De iure Fiſci. lib. 10.* & *in l. Eum qui. §. Sed ſi dñ. ff. Commodati.* Alexan. *ibid.* Et ideo neceſſe

erit

erit, quod aut in teſtamento exprimatur, quod confeſſarius conſtituatur nuncius, quò ad declarandam hæredibus voluntatem teſtatoris, aut quod coram teſtibus id ſignificetur, aut quod per ſcripturam manu propria ſubſcriptam. Si enim non conſtat, fuiſſe conſtitutum nuncium, perinde erit, ac ſi non ſit conſtiturus *l. Duo ſunt Titij. ff.* De *teſtam. tut.* & *l. Cum res. §. Itaque. ff. De leg,* 1. & notant Abbas *conſil.* 18. *init. lib.* 2. Imola *conſil.* 129. *circa fin.* Decian. *conſil.* 1. *nu.* 132. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 149. *num.* 2. Rota *deciſ.* 167. *num.* 35. *par.* 1. *Recent.*

5 Rurſus etiam neceſſe erit, vt confeſſario tanquam nuncio credatur, quod in ijs, quæ nomine defuncti nunciat hæredibus, non habeat intereſſe; nam ſicuti nuncio creditor quò ad alios, ita nō creditur quò ad ſe, & in iis, in quibus habet intereſſe, vt obſeruant Abbas *in Cap. Cum parati. De appellat.* Iaſ. *in l. Age. ff.* De *tranſact.* Rota Genuenſ. *deciſ.* 110. *num.* 6, Si enim interponeretur proprium intereſſe, meritò redderetur ſuſpectus, & poſſet ipſi denegari fides. Et ideo prudens confeſſarius curabit, vt ea, in quibus habet intereſſe, per aliū & alio modo ſufficienter iniungantur hæredibus, & ſimiliter etiam, quando conſtituitur nuncius, monere debebit pœnitentem, vt conſtare faciat, quod ipſum talem conſtituat, ne voluntas poſtea defuncti fruſtretur. Hoc tamen limitandum eſt, niſi defunctus cognoſcens intereſſe confeſſarii, nihilominus adhuc voluerit, eſſe nuncium, & ei fidem adhiberi iuxta *l. Theopompus ff.* De *dot pręleg.* & *l fin. ff.* De *prętor. ſtipul.* & notant Bald. *in vtrūq. tex.* Alexan. *conſil.* 54. *num.* 1. ver. *Nam teſtator.*

6 Ex quibus infertur. Quod ſi non conſtet, confeſſarium fuiſſe conſtitutum nuncium ad intimandum hæredibus voluntatem defuncti, non poterunt exequutioni mandari, quæ neceſſaria ſunt, etiam pro exoneranda conſcientia defuncti; quià ſcilicet conſtituere nuncium ipſum confeſſarium, ſed hoc non legitimè notificare, non eſt ſufficiens medium ad obtinendam exonerationem conſcientiæ: & perinde eſſet, ac ſi non ordinaſſet exonerationem, vt pote quia non legitimè ordinauit *l. Si aut nullum.* C. De *legit. hęred.* & *l. Quoties. ff.* Qui *ſatisd. cog.* & Cap. *fin.* De *reſtit. ſpoliat.* & Cap. *Venient.* De *presbit. non baptizat.* Vnde ipſi imputabitur, & ſolum in foro conſcientiæ poterit excuſari, ſi bona fide proceſſit putans, ſe ſufficienter prouidiſſe pro exoneratione conſcientiæ.

An confeſſarius deputatus nuncius à defuncto ad heredes teneatur iurare vt ab ipſis eius dictum recipiatur. Quaſ. 105.

S V M M A

1 *Nuncians nomine defuncti haredibus an debeat iurare.*
2 *Nuncij fidelitas cenſetur electa.*
Defunctus cenſetur per nuncium loqui.
3 *Haredes ſtare tenentur nunciationi illius, qui à defuncto nuncius eſt electus,*
Voluntas teſtatorum omnino ſeruanda.
4 *Haredes venirent contra voluntatem, & factum teſtatoris, ſi non reciperent abſque alio iuramento eius nuncium.*
Hares non poteſt venire contra factum defuncti.
5 *Explicatur* l. Theopompus. ff. *De* dote prælegata.
6 *Teſti non creditur ſine iuramento.*

1 AFfirmatiuè videtur reſoluendū iuxta *l. Theopompus. ff.* De *dote pręleg.* & *l. De pupillo. §. Qui opus. ff.* De *nou. oper. nunc.* & iuxta, quæ notant Angel. *in hanc l.* Caſtrenſ. *ibid. n.* 2. Alexan. *conſil.* 218. *num* 8. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 19. *nu.* 5. *lib.* 2. Afflict. *deciſ.* 371. *num.* 6. Rota coram Caualero. *deciſ.* 77. *num.* 5. Nam venit certificandum id, quod nunciat nomine defuncti, eſſe illud ipſum, quod defunctus cōmiſit nunciandum. Non poteſt autem alio modo certificare, quàm iuramento; quod adhiberi ſolet, quotieſcumque aliquid cōmiſſum eſt alterius conſcientiæ.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod non teneatur iurare, ſed ſimpliciter ſtandum ſit eiuſdem nunciationi.* Hoc in ſimili docent Bar. *in dict. l Theopompus. num* 7. *ff.* De *dote præleg.* Alexand *conſil.* 54. *nu.* 2. *lib.* 2. Crot.

de

de teſtib. par. 7. *num.* 242. Couaruu. *lib.*2. *Variar. cap.*13.*num.*3.ver. *Tertia concluſio.* Afflic. *deciſ.*371.*num.*6. Rota coram Martino Andrea *deciſ.*73. *num.* 6. Ratio deſumitur ex eo, quod conſtitutus eſt nuncius à teſtatore; nam eo ipſo, quod eligitur. quod nunciatum eſt, commiſſum eſt ipſius fidelitati, quæ cenſetur electa à defuncto. Vnde tanquam vox defuncti accipienda eſt ipſius nunciatio, ſi quidem ipſe defunctus cenſetur per ipſum notificare ſuam voluntatem iuxta ea, quæ *praecd. quæſt.* dicta ſunt *num.*3.& ideo ſicut tenerentur ſtare voluntati defuncti per ipſum declaratæ:ita etiam ſtare tenentur voluntati declaratæ per nuncium.

3 Confir. Defunctus obligat hæredes ad exequendum,quod per nuncium à ſe electum nomine ſuo notificabitur:et ſimiliter etiam ad credendum, & acceptandā nunciationem eiuſdem nuncij. Ergo, non poſſunt exigere iuramentum confirmans dictum proprium, cum ſint obligati ad ei credendum, nec opus ſit iuramento quo adſtringātur credere. Voluntas enim teſtatoris eſt omnino ſeruanda. *l. Quoties. §. Si duo. ff.* De *hared. inſtit.*& *l.* Cogi. *ff.* Ad *Senatus conſul. Trebel.*

4 Præſertim quia ſi nollent credere abſque iuramento, cum defunctus ſe remiſerit illius fidelitati, & voluerit, quod hæredes ipſi ſtarent, venirent contra factum, & diſpoſitionem defuncti, quod eis non licet. *l. Ex qua perſona. ff.* De *regul. iur.* & *l. Cum à matre.* C. De *rei vendicat.*& *l. Si ab eo.* C. De *lib. cau.* Et tradunt communiter Doctores cum Gloſ. *in l. fin. §. In computatione.* C. De *iure deliberandi.* Roman. *conſil.*18.*num.*4. Ruin. *conſil.*7.*numer.*39. *lib.*1. Dec. *conſil.*547.*num.*4. Craueta *conſil.*225.*num.*12. Caſtrenſ. *conſil.*370. *nu.*2. ver. *Idem, ſi cum beneficio.* Socin. iun. *conſil.*116. *num.*53. *lib.*1. Paris. *conſil.* 11. *nu.* 39. *lib.*3. Molina *de primogenit. lib.*4.*cap.*1. *nu.*24. Rota coram Seraph. *deciſ.*1157. *nu.*2. & coram Coccino *deciſ.*29. *num.*8. & *deciſ.*104. *nu.*18. & coram Burato *deciſ.* 154. *num.*4. & *deciſ.*175.*num.*12.& coram Caualero *deciſ.* 536. *num.* 4. & coram Ludouiſio. *deciſ.*418. *num.*3. & coram Pennia *deciſ.*407.*num.*4. & coram Merlino *deciſ.* 34. *n.*1.& coram Eminentiſſ. Otthobono *deciſ.*100.*num.*14. & *deciſ.*387.*nu.*4.*par.*1. Recent.& *deciſ.*256.& *deciſ.*697. *numer.*2. *par.*2. Recent.

5 Neque obſtat tex. *l. Theopompus. ff.* De *dote prælata.* quia ibi in tantum requiritur iuramentum, in quantum voluntas defuncti erat notificāda tanquam à teſte, quod indicant verba illa tex. *Sciens mentem meam.* Fuit enim productus Pollianus tāquam teſtis ad deponendum de voluntate defuncti, vt ibi pluries ſupponit Gloſ. Modo autem ſumus in diuerſo caſu; nam agitur de nuncio, cuius fidelitas eſt electa, & approbata à defuncto:& ideo debet eadem fidelitas acceptari, & approbari ab hæredibus, aliàs venirent contra factum defuncti. Neque opus eſt, quod Confeſſarius certificet amplius, quod nunciat, quod reuera ipſi commiſſum eſt nunciandum, cum ſufficienter certificetur ab eius fidelitate, quæ à defuncto auctorizata, & approbata eſt, & cui ſtare debent hæredes ex voluntate defuncti.

6 Et in eodem ſenſu dict. *l. Theopompus* accipienda eſt declaratio Sacræ Congregat. tàm Epiſcop. & Regular. quàm Concil. Trident. quando cenſuit, confeſſarium teneri deponere cum iuramento, vt eius dictum recipiatur, quando deponit circa voluntatem defuncti; tunc enim ſe habet tanquam teſtis, & teſti non creditur, niſi iuramento dictum ſuum confirmet. *l. Iuriſiurandi* 9. C. De *teſtib.* & *l. Teſtiū. eod tit.*& Cap. *Si teſtes.* in fine. 4. *Quæſ.* 3. & Cap. *Tuis.*39. De *teſtib.*

An quando ad beneficium eſt præſentandus ſacerdos, poſſit præſentari non ſacerdos, qui tamen ordinari poſſit, antequam inſtituatur. Quæſt. 106.

S V M M A.

1 *Quod eſt nullum ab initio, non firmatur tractu temporis.*
Qualitas habilitans debet ineſſe ab initio actus.
2 *Licet requiratur qualitas ſacerdotis, quomodo præſentari poſſit non ſacerdos.*

3 *In*

3 *In quo propriè conſiſtat præſentatio.*
4 *Sufficit, ſi qualitas neceſſaria inſit, quando perficitur præſentatio.*
Habilitas præſentati quando examinanda.
5 *Qualitates requiſitæ à fundatoribus quem finem reſpiciant.*
Præſentatio quid includat in ſuo intellectu.
6 *Quando, quod eſt nullum ab initio, non firmetur tempore.*
Non entis nullæ ſunt qualitates.
Præſentatio eſt præcisè actus ſiſtendi coram inſtitutore.
7 *Diſpoſitio cenſetur facta in tempore, in quod confertur.*

---

1 NEgatiuè videtur reſoluendam, quia cum patroni teneantur præſentare ſacerdotem, ex diſpoſitione fundatoris, qui non eſt ſacerdos, defectu qualitatis requiſitæ eſt inhabilis, vt præſentetur, & ideo præſentatio eſt nulla. Nec firmari poteſt ſucceſſu temporis ex eo, quod ſuperueniat qualitas ſacerdotij. Quia quod eſt nullum ab initio non firmatur tractu temporis *l. Quod initio. ff. De reg. iur.* & Cap. *Non firmatur.* De *reg. iur. in* 6. vbi Doctores. Præſertim quia qualitas, quæ fundat habilitatem perſonæ debet initio actus interuenire, vt notāt Bald. *in l.* Titius. *ff. De teſtam. milit.* Aret. *in Cap. Poſt ceſſionem. num.* 36. *De probat.* Oldrad. *conſil.* 58. *num.* 5. ver. Nam *circa.*

2 Tenendum tamen eſt. *Quod valeat pręſentatio illius, qui non eſt ſacerdos, dummodo, quando perſonaliter ſe ſiſtit coram Inſtitutore ſit factus ſacerdos.* Deſumitur ex ijs, quæ tradunt Lappus *allegat.* 75. Garzia *de benefic. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 28. Rota *decis.* 3. *De iurepatron. in Nouis.* & in *Imolenſi iurepatr.* 19. *Nouemb.* 1584. coram Orano, & *in Maceratenſi* Capellania *die* 15 *Maij* 1564. coram Aldobrandino, & *decis.* 4. *num.* 2. coram Pennia, & *in Aquilana iurispatronat.* 14. *Ianuarij* 1646. coram Eminentiſſ. Corrado, apud Viuian. *De iurepatr. decis.* 188.

3 Pro quo aduertendum eſt, quod præſentatio nō perficitur, niſi quando nominatus ſiſtitur coram inſtitutore. Præſentatio enim eſt cum relatione ad inſtitutorem, quia fit, vt ab ipſo recipiat inſtitutionem, & ideo non perficitur, niſi quando ab ipſo petitur inſtitutio; quia non eſt pręſentatio, niſi ordinata ad terminum inſtitutionis; & nō eſt ordinata, niſi fiat coram inſtitutore. Cœtera autem, quæ præcedunt vt deliberatio patronorum, collectio ſuffragiorum, ſi plures ſint patroni, confectio litterarum præſentationis, & alia huiuſmodi, ſunt potius quædam inchoationes præſentationis, & præparatoria, quàm præſentatio, vt notat Abbas *in Cap. fin. num.* 4. *De iurepatr.*

4 Hoc autem præſuppoſito. Vt præſentatio valida ſit, ſufficit, ſi qualitas requiſita à fundatore reperiatur in præſentato tempore, quo perficitur præſentatio, ſeu quo recipit ſuam formam iuxta *l. Interuenit. ff.* De *leg. præſtan.* & *l. Si cognatis. ff.* De *reb, dub.* & *l. Eam qui. ff.* De *condit. & demonſtrat.* Nam tūc requiritur fundamentum, quando debet inniti, quod fundatur: & ideo, cum præſentatio tunc propriè fiat, quando electus ſiſtitur inſtitutori, ſufficit, ſi tunc interueniat qualitas fundamentalis prærequiſita. Præſertim quia tunc ſolum debet examinari habilitas præſentati iuxta Cap. *Cum olim,* & Cap. *fin. De elect. in* 6. & ideo ſufficit, ſi concurrant tunc qualitates neceſſariæ.

5 Deinde qualitates, quæ requirūtur à fundatoribus in præſentandis, requiruntur, non propter ipſam præſentationem, ſed propter ipſam inſtitutionem, vt ſcilicet beneficia non conferantur, niſi habentibus tales qualitates. Finis enim ipſorum eſt determinare perſonas, quibus conferantur beneficia ab ipſis fundata, & coarctare inſtitutionem ad certum genus perſonarum; & quia inſtitutores tenentur inſtituere præſentatos, niſi aliquid obſtet, ideo diſponunt de qualitatibus, quas habere debent pręſentādi. Ergo ſufficit, quod qualitates iſtæ interueniant eo tempore, quo propriè fit præſentatio, nempe quo petitur, talem perſonam inſtitui; nam hoc pacto interuenit tota illa habilitas, & eo modo, quo intenditur à fundatore. Præſertim, quia cum præſentatio in ſuo intellectu includat eum, coram quo fit, non poteſt dici fieri, quandiu non ſiſtitur perſona coram inſtitutore, tanquam ab ipſo in-

ſtituenda. Et ideo ſi tunc interueniat qualitas ſacerdotij, interueniet tempore habili; quia tunc propriè conſurgit actus præſentandi.

6 Neque obſtat, quod in contrarium *num.* 1. allatum eſt. Nam quando dicitur, quod non firmatur tractu temporis, quod ab initio fuit nullum, intelligitur de eo, quod nulliter fit: ita vt non in initio alicuius præparationis, ſed in initio ſui eſſe intrinſeco ſit nullum, & cum incipit eſſe, ſecũdum ſe, incipiat etiam nullitas ipſius. Quod non contingit in caſu præſenti. Nã quamuis præcedant aliqua præparatoria, & inchoationes extrinſecæ in eo tempore, in quo non eſt qualitas requiſita, non tamen ipſe actus formalis prçſentationis, neque enim dici poteſt, quod præſentatio ſiat, quãdiu perſona electa non ſiſtitur coram Ordinario inſtitutore; & cum non ſit, neque etiam poteſt eſſe nulla, quia non entis nullæ ſunt qualitates. *l. Nec vllam.* §. *Si quis abſentis. ff. De petit. hæredit.* & *l. Põponius.* §. *fin. ff. De acquir. poſſeſ.* & Cap. *Bona. De elect.* et Cap. *Ad diſſoluendum. De deſponſat. impub.* Cum ergo, quando interuenit formalis actus præſentationis, interueniat etiam qualitas ſacerdotii requiſita, valida erit prçſentatio. Vnde etiã ſolutum manet, quod additur pro confirmatione, quod ſcilicet qualitas requiſita debeat interuenire ab initio actus, quia intelligitur de actu, qui debet in ipſa fundari. In præſenti, autem interuenit qualitas ab initio actus, quia præſentatio propriè dicta, quę fundatur in qualitate ſacerdotii, conſiſtit ſolum in illo actu, per quem perſona inſtituenda ſiſtitur coram inſtitutore: cœteri vero ſunt actus diſtinctis et quamuis pertineant ad prçſentationem, non ſunt tamen ipſe actus præſentandi, ſed quid præpatatorium.

7 Nec item obſtat, quod antequam ſuperueniat qualitas ſacerdotis, cõficiatur inſtrumentum, ſeu litteræ prçſentationis, in quibus adeſt præſentatio, cum contineant deliberationem patroni circa perſonam præſentandam, expreſſionem voluntatis. Nam adhuc non habetur præſentatio in actu, ſed tantũ in habitu, quia illæ litteræ non ſortiuntur aliquem effectũ in ordine ad præſentationem, ſi quidem tunc ſolum ſortiuntur, quando exhibentur inſtitutori. Et ideo tota diſpoſitio, quæ in ipſis continetur, cum conferatur in tempus, quo exhibentur, cenſetur facta, in illo tempore iuxta *l. Si res. ff. De iure dot.* et *l.* 4. *C. De donat. ante nupt.*

Cui nam res pereat emptori, an venditori; ſi dum tranſmittitur, nondum tamen conſtituto certo precio, pereat. Quæſt. 107.

S. V M M A.

1 *Res perit emptori ſequuta traditione.*

2 *Menſuratio rei venditæ inducit traditionem.*

3 *Sericum tranſmiſſum emptori perit venditori ſi precium non ſit taxatum.*

Pretium eſt de ſubſtantia venditionis.

Non ſequitur venditio, niſi taxetur pretium.

4 *Sine determinatione pretij venditio eſt irrita.*

5 *Pretium non ſtabiliri perinde eſt, ac ſi non apponatur.*

Deficiente ſubſtantia contractus venditio non habet locum.

6 *Pretium debet prius numerari, antequam res vendita tradatur emptori.*

Aut interponi fides, & promiſſio.

7 *Qua traditione ſequuta res pereat emptori.*

8 *Menſuratio, aut ponderatio quando inducat traditionem.*

9 *Obſignatio proprij ſigilli rei venditæ quando inducat traditionem.*

Non inducit, quando contractus non eſt perfectus.

10 *Merces quando tranſmittantur periculo ementis.*

Res perit Domino.

11 *Collatio taxationis pretij in alienum arbitrium, quando perficiat venditionem.*

12 *Ante taxationem pretij venditio eſt conditionalis.*

1 CVm inter Petrum, et Pompeiũ tractaretur de emenda certa quantitate ſerici per litteras exiſtentibus Petro Neapoli, et Pompeio Romæ, et nondum cõueniſſent de pretio, Petrus Neapoli tranſmiſit Romam ſericũ ſcri-

ſcribens Pompeio, quod erit contentus illo pretio, quod Fauſtinus iudicabit iuſtũ, & capſam ſignauit conſueto charactere Pompeii vulgò *Marco*. Dum autem ſericũ Romam deferretur, ſublatum eſt à prędonibus. Vnde ortum fuit dubium, cui perierit, an Petro venditori, an verò Pŏpeio emptori. Et videbatur periiſſe Pompeio. Nam certi iuris eſt, quod tradita re vendita emptori, perit ipſi emptori *l. Lectos emptos* et *l. Quod ſi neque. ff.* De peric. *rei vend.*

2 In pręſenti autem caſu videtur ſequuta traditio. Primò quidem; quia venditor, antequam tranſmitteret ſericum, ponderauit, et ad menſuram concordatã ſeorſim ab alio reduxit, quod ſufficit, vt venditor liberetur periculo rei venditæ *l. 1. §. Poſt menſuram.* ibi *Poſt menſuram factam venditoris deſinit eſſe periculum*, & *l. Si per emptorem. ff. De periculo rei vend.* Secundò. Quia ſericum obſignatum fuit charactere mercatoris ementis, quod infert traditionem. *l. Quod ſi neq. ff.* De peric. *rei vend.* Ibi. *Videri autem trabes traditas, quas emptor ſignaſſet.* Tertiò. Quia, quando inter abſentes fit emptio tranſmittuntur merces periculo ementis, niſi aliud inter partes conueniat; vnde emptoris intereſt, contractum aſſecurationis, cum alio inire; Et proinde tranſmiſſio merciũ habetur pro traditione,

3 Tenendum tamen eſt. *Quod dictũ ſericum perierit periculo venditoris.* Ratio eſt. Quia pretium eſt de ſubſtantia emptionis, & venditionis. Inſtit. *de empt. & vendit.* & *§. Pretium.* & *§. Item pretium. ibid.* & *l. 1. & 2.* C. De *contraben. empt.* & notant Paris. *conſil.* 64. *vol.* 1. vbi latè. Rota Genuenſ. *deciſ.* 136. *num.* 2. Nec poteſt dici, quòd ſit ſequutus contractus emptionis, & venditionis, niſi pretium fuerit certificatum, & determinatum, & contrahentes in ipſum conſenſerint. *§. 1.* Inſtit. De *empt. & vendit.* & obſeruat Rota in *Romana Domorum de Porcionibus* 14. *Iunij.* 1615. S. 2. coram Buratto, & eſt *deciſ.* 725. *num.* 2. *par.* 2. Recent.

4 Vnde taxatio, & determinatio pretii eſt ita ſubſtãntialis contractui emptionis, & venditionis, vt ſine ipſa irritus ſit contractus *l. 2.* & *l. Pactu conuenta. ff.* De *contraben. empt.* & *l. Empti fides.* C. De *contraben. empt.* & *§. Pretium.* & *§. Item pretium.* Inſtit. *de empt. & vendit*, & obſeruãt communiter Doctores Bald. *in l. In vendetis. num. 4. & 6.* C. De *contraben. empt.* Dec. *conſil.* 67. *num.* 5. ver. *Preterea teſtis.* Hyppolit. Marſil. *Singul.* 38. incipit *Emptio, & venditio.* Gomez *cap.* 2. *de empt. & vendit. num.* 9. ver. *Item etiam. tom.* 2. *Variar. reſolut.* Cuiacius. *in l. Si quis arbitratu circa med.* ver. *Addenda eſt. ff.* De *verbor. obligat.* Donel. *ibid. num.* 4. 9. & 14. Surd. *conſil.* 225. *n.* 9. & *conſil.* 572. *num.* 8. Mantica *de tacits lib.* 4 *tit.* 19. *num.* 15. Rota *deciſ.* 725. *nu.* 3. *part.* 2. Recent. & coram Pennia *deciſ.* 6. *num.* 1. & coram Merlino *deciſ.* 565. *nu.* 5.

5 Cum ergo inter emptorem, & venditorem, antequam ſericum tranſmitteretur, nullum fuerit pretium ſtabilitum, perinde eſt, ac ſi non ſit appoſitum pretium. *l. Diem proferre. §. Si plures. ff.* De *recep. arbitr.* vbi Gloſ. *verbo diuerſas* Bart. *ibid. init.* Et ideo cum deficiat ſubſtantia cõtractus, non poteſt venditio, & multò minus traditio habere locum, vt obſeruant communiter Doctores *in l. fin.* C. De *contraben. empt.* Gabr. *conſil.* 64. *num.* 3. *lib.* 1. Molina *de iuſt. & iure*, vbi de contract. *diſp.* 337. *num.* 9. Cotnazan. *deciſ.* 9 *num.* 4. Laſarte *de decima vendit. cap.* 2. *num.* 19. Vnde cum non habeat locum emptio, & venditio, nec etiam potuit ſericum tranſire in dominium emptoris, vt ipſius periculo periret.

6 Præſertim quia vt perficiatur emptio, & venditio, debet prius pretium numerari, antequam res tradatur emptori iuxta *l. 2 ff De rer. permut.* & notant Bald. *in Cap. 1 De ſequeſtr. poſſeſ. & fruc.* Franciſ. Curt. *De ſequeſtr. num.* 13. aut ſaltem debet interponi fides, & promiſſio, quæ ſtat loco pretij, *§. 1.* Inſtit. *De emp. & vendit.* & *l. 1. ff. Qui ſatisd. cogant.* In præſenti autem tantum abeſt, quod fuerit ſolutum pretium, aut interpoſita fides, vt neque etiam fuerit determinatum & taxatum.

7 Ex quibus facilè diſſolui poſſunt, quæ in oppoſitum allata ſunt. Quando enim dicitur, quod res perit emptori ſequuta traditione, intelligitur de traditione, quæ fit in virtute cõtractus emptionis,

dũ autem, non interuenit contractus, nec etiam potuit locum habere traditio; vnde à contrario ſericum non potuit perire emptori, quia non adfuit traditio, ſicut nec adfuit cõtractus emptionis: traditio enim ſupponit contactum conſumatum, & pretium ſolutũ, aut fidem, & promiſſionem interpoſitam, vt dictum eſt. Imò ſi res traderetur ante perfectam emptionem, quia non cenſeretur tradi in dominium, periculum adhuc eſſet venditoris, ad quem ſemper ſpectat. quouſque ſit perfecta venditio. *l. Neceſſariò. ff. De peric. rei vend.*

8 Neque quæ afferuntur, concludũt traditionem, nam ad eam excludendam, ſufficit, quod non fuerit completus contractus. Quãdo autem dicitur, quod menſuratio, ſeu ponderatio infert traditionem, Reſp. Quod intelligitur, quando ſubſequitur contractum iam completum, & ordinatur ad conſignandam rem venditam. Et de hac procedit tex. allatus. Quod ſatis indicant verba immediatè antecedentia. *§. Sed & cuſtodiam.* ibi. *Priuſquam enim ad metiatur vinum, quaſi nondum venit.* vbi eſt aduertendũ, quod non dicit tex. quod nondum ſit venditum, ſed quod quaſi nondum ſit venditum, quia ſcilicet præceſſit contractus, licet nondum exequutioni mandatus. Et eodem etiam modo accipiendus eſt tex. *l. Si per emptorem.*

9 Ad 2. Obſignationem inducere traditionem, & acquiſitionem dominii, non ex ſe, ſed ex circumſtantiis adnexis, nam eſt actus æquiuocus, qui poteſt habere diuerſos effectus: & ideo operatur ſecundum determinationem, quam recipit. Et proinde non inducere traditionem, dixit Vulpianus. *l. 1. §. Si dolium. ff.* De peric. rei vend. Ibi. *Si dolium ſignatum ſit ab emptore, Trebatius ait, traditum id videri. Labeo contra. Quod & verum eſt. Magis enim, ne ſubmitteretur, ſignari ſolere, quàm vt traditũ.* In præſenti autem ſignatio ſerici, non poteſt operari traditionem. Tum quia non fuit facta mandato emptoris, neque ipſo ſignatum ſericum acceptante. Tum quia fuit inducta in aliũ finem, nempe vt poſſit cognoſci. vt obſeruant Stracha *de mercat. par. 2. num. 9.* Bald. et Salicet. mox citandi. Tum quia cum contractus venditionis non fuerit perfectus, non potuit operari traditionem, vt notant Bald. *in Rubr. De per. rei ven.* Salicet. *in l. vlt. in fine.* C. De peric. rei vend. Iaſ. *in l. Quoties. num. 18. ver. Sextò principaliter limita.* C. De rei vendit. Boer. *deciſ. 105. num. 10* Rota coram Pennia *deciſ. 6. num. 9.*

10 Ad 3. Merces tranſmitti periculo ementis, quando tranſmittuntur perfecto contractu, et de mandato ementis. Secus autem, ſi tranſmittantur ante completũ contractum, et abſque mandato ementis, nam, cum adhuc ſint ſub dominio tranſmittentis, ſuo periculo tranſmittit, quia omne periculum rei eſt ipſius domini *l. Neceſſariò.* & *l. Quod ſi neque. ff.* De peric. rei ven. et quandiu manet ſub dominio vendentis, eius periculo perit.

11 Neque obſtat, quod venditor cõtulerit taxationem pretii in arbitriũ Fauſtini, et proinde valeat venditio. *l. fin. C. De contrahen. empt.* Quia id locum habet, quando ſequitur taxatio; ſecus autem, ſi non ſequatur, vt ex eodem tex. deſumitur, ibi. *Et ſiquidem ipſe qui nominatus eſt, pretium definierit, omninò ſecundum eius æſtimationem, & pretium perſolui, & venditio ad effectum perueniat.* Vnde ante taxationem venditio non eſt perfecta, nec ſortitur effectum. Inſuper debet contrahentes, atque adeo emptor conſentire, vt taxatio pretii conferatur in alienum arbitrium.

12 Antequam autem taxetur pretiũ, venditio eſt conditionalis, vt notant Caſtrens. *in dict. l. fin. in ſum. C. De contraben. emp.* Fulgos. *ante nu. 1.* Ruin. *in l. Si quis, arbitratu num. 28. ff.* De verbor. obligat. Socin. iun. *ibid. num. 24.* Riminal. Sen. *conſil. 83. num. 1.* & 10. Socin. Sen. *conſil. 44. numer. 9. lib. 1.* Aret. *conſil. 108. num. 1.* Gabr. *conſil. 64. nu. 4. lib. 1.* Rota coram Merlino *deciſ. 567. num. 9.* Et ideo cum contractus remaneat in ſuſpenſo ob defectum conditionis, ſi interim res perit, non poteſt amplius habere locum, et venditori domino perit, cum nondum contractus habuerit ſuum effectum.

Emens merces ſibi Romam tranſmiſſas periculo, & expenſis venditoris, an teneatur ei reſtituere gabellam, ſi non ſoluat. Quaſt. 108.

S V M M A.

1 *Quando merces tranſmittuntur periculo, & expenſis vendentis, ſi non ſoluatur gabella, cedit in eius lucrum.*

2 *Venditor non poteſt grauari in expenſis, qua non fiunt, ſi tenecatur tranſmittere merces.*

3 *Emptor poteſt detrahere de pretio gabellam, ſi ſua induſtria non ſoluat, quando tenetur ſoluere venditor.*

Illius eſt commodum, cuius eſt periculum.

4 *Periculum venditoris fit emptoris, & è contra, ſi propter ipſum contingat.*

5 *Suſceptio periculorum ad fauorem emptoris nõ comprehendit, qua facto ipſius contingunt.*

6 *Gabella, ſi non ſoluitur, cedit in lucrum illius, cuius periculo non ſoluitur.*

7 *Quando gabella ſpectat ad venditorem, ſi non ſoluatur, cedit in lucrum emptoris, ſi periculo illius non ſoluatur.*

---

1 Emit Fräciſcus à Bernardino certas merces taxato precio, et pacto appoſito, quod teneatur Bernardinus eas ſibi *Romam* tranſmittere expenſis propriis, et ſuſcepto in ſe periculo. Cum autem Franciſcus eas Romam introduxerit abſq. ſolutione gabellæ, ſuppoſito, quod non teneatur illam reſtituere Gabellariis, dubitatur, an debeat reſtituere Bernardino. Ratio difficultatis oritur ex eo, quod dum merces tranſmittũtur Romam expenſis, et periculo venditoris, cenſetur ſequi traditio, & conſignatio tunc ſolum, quando ſunt Romam inuectæ, et proinde eo vſque manere ſub dominio venditoris. Cum ergo inuectæ ſint Romam abſque ſolutione gabellæ, beneficium non ſolutionis ſpectabit ad venditorem, cum nomine ipſius introducantur.

2 Confir. Dum expenſis venditoris ſunt tranſmittendæ vſque ad peruentionem ad manus emptoris, inter expenſas, enumeratur etiam ſolutio gabellæ. Ergo ſi non ſoluitur, beneficio vendentis non ſoluitur. Et proinde non poteſt emptor eã quantitatem detrahere de pretio concordato, tanquam expenſa facta in transportatione, quia venditor tenetur ſolum ad expenſas, quæ reuera fiunt in tranſportatione mercium, nec poteſt emptor computare eas expenſas, quæ licet debuiſſent erogari, reuera tamen erogatæ non ſunt.

3 Tenendum tamen eſt, *Emptorem mercium poſſe detrahere de pretio, & ſibi retinere illam quantitatem; quę pro gabella ſuiſſet ſoluenda.* Ratio eſt: Quia dum emptor introduxit merces abſq; ſolutione gabellæ, illas expoſuit periculo amiſſionis, nam ſi detectæ fuiſſent à gabellariis, amiſſæ erant; et hoc periculum ſpectabat ad emptorem, et ideo lucrum quoque perceptum ratione periculi ad ipſum ſpectabit, cum illius ſit commodum, cuius eſt incommodum iuxta vulgatam regulam, quod ſentiens cõmodum debet ſentire, et incommodum, & è contra *l. Secũdum naturam. ff.* De *reg. iur.* et *l. Si ſocius. §. 1. ff.* Pro *ſocio.* et *l. Maniſeſtiſſimè. §. Sed cum in ſecundo C. De furt.* et Cap. *Qui ſentit.* De *reg. iur. in 6.* et notant Bald. *conſil.* 135. *nu.* 1. ver. *Pręterea iſte*, Rota coram Coccino. *deciſ.* 409. *num.* 2. et coram Pennia *deciſ.* 565. *num.* 7.

4 Quod autem periculum amiſſionis mercium ob non ſolutam gabellam ſpectet ad emptorem, ex eo deducitur, quod periculum emptoris efficitur venditoris, ſi propter ipſum caſus contingit *l. Titius.* et *l. Minor. ff.* De *peric. & com. rei vend.* Et è cõtra periculum venditoris efficitur emptoris, ſi propter ipſum contingat; iuxta locum ab oppoſitis, et paritatem rationis iuxta *l. Sicut maior. C.* De *repud. hęred.* et ponderant Comens. *conſil.* 185. ver. *Facit etiam.* Menoch. *conſil.* 608. *numer.* 16. Rota Genuenſ. *deciſ.* 33. *nu.* 6. ver. *Augebat difficultatem.* Vndè cum merces expoſitæ ſint periculo ab emptore, ad ipſum quoque ſpectabat idem periculum.

5 Nec obſtat, quod venditor in ſe ſuſceperit quodcunque periculum, quod merces ſubirent, quouſque peruenirent ad ma-

manus emptoris. quia hæc generalis ſuſceptio periculorum non ſe extendit ad ea, quæ contingunt ex facto emptoris iuxta ea, quæ tradunt Ruin. *conſil.* 247. *lib.* 1. Alexand. *conſil.* 84. *lib.* 6. Corneus *conſil.* 36. *lib.* 2. & *conſil.* 12. *lib.* 4. Aret. *conſil.* 139. Boſſius *tit. De remiſ. merced. numer.* 65. ver. *Sed tamen.* Rota coram Pennia *deciſ.* 26. *num.* 8. Vnde cum periculum inductum ſit facto emptoris, non comprehendetur ſub generali ſuſceptione periculorum facta à venditore.

6 Et ex his ſoluta manent, quæ in oppoſitum allata ſunt; nã quamuis merces permaneant ſub dominio vendentis, quouſque peruenіant ad manus emptoris; & ſolutio gabellæ ſpectaret ad venditorem tanquam pro re adhuc propria ſoluenda, adhuc tamen, quia non fuit ſoluta cum periculo emptoris, qui merces expoſuit, vt poſſent ſuo damno amitti, ideo, quod erat ſoluendum, non venit in beneficium venditoris, ſed illius, qui ſe expoſuit periculò ſentiendi damnum amiſſionis mercium.

7 Ad Confir. Solutionem gabellæ enumerari quidem inter expenſas, quæ iuxta pactum appoſitum pertinent ad vẽditorem, & proinde, dum emptor ſoluit nomine venditoris, eas detrahere debere de precio mercium. Quod ſi induſtria ſua, & ſuo periculo non ſoluit, pertinet ad ipſum totum illud, quod erat ſoluendum pro gabella, quia ſub ſpe illius lucri expoſuit merces periculo amiſſionis, vnde, dum ipſe ſuſcipit periculum, quicquid lucri inde accedit, ad eumdem pertinet. An autẽ emptor teneatur aliquid reſtituere gabellariis, non eſt huius loci, cum ad aliam materiam pertineat.

An ſi Abbates Monachorum excedant in vſu Baldachini, Pontificalium, puniri poſſint cenſuris ab Epiſcopo. Quæſt. 109.

SVMMA

1 *Quid conceſſum Abbatibus Monachorum circa vſum Pontificalium.*
2 *Epiſcopus non poteſt procedere cenſuris contra Abbates excedentes in vſu Pontificalium.*
Excommunicatio Ordinarij. & cenſuræ alia ſunt nulla contra exemptos.
3 *Inhibitio Epiſcopi facta Abbatibus Monachorum circa vſus Pontificalium non eſt attendenda.*
Exempti non poſſunt conſentire in alterius iuriſdictionem ſine conſenſu Papæ.
4 *Innouata ab Epiſcopis contra Abbates circa vſum Pontificalium ſunt reuocanda*
5 *Epiſcopus vexans Abbates circa vſum Pontificalium, tenetur reſarcire expenſas.*
6 *Ordinarij compellere poſſunt Abbates non obſeruantes Decreta &c. etiam cenſuris.*

RItuum S. Congregatio ſub *die* 18. *Martij* 1617. præſcripſit modũ, & normam, cum qua Abbates Monachorum vterentur Baldachino, & Pontificalibus, cuius Decretum per extẽſum atruli *in Obſeruationibus ad Controuerſias inter Epiſcop. & Regulares par.* 1. *num.* 396. & *ſub die* 12. *Martij* 1618. decreuit, vt iuxta eorum antiquiſſimam conſuetudinem vterentur baldachino, & Pontificaliter celebrarent tribus ad ſummum feſtiuitatibus quolibet anno. Et rurſus 1628. *ſub die* 29. *Ianuarij* ampliauit conceſſionem, quò ad miniſtrantes Abbati celebranti. Quo ſtante oritur difficultas, an ſi dicti Abbates excedant, aut vices conceſſas celebrandi Pontificaliter, aut apparatum præſcriptũ, poſſint ab Epiſcopis cenſuris affici præſertim excommunicatione.

2 Dicendum autem eſt. *Epiſcopos nõ poſſe excommunicare, aut alijs cenſuris afficere Abbates excedentes in vſu Baldachini, aut apparatu Pontificiali præſcripto à S. Cõgregatione.* Ratio eſt. Quia ſunt omninò exempti à iuriſdictione Epiſcoporum, & proinde quælibet excommunicatio, aut alia cenſura lata cõtra ipſos erit nulla defectu iuriſdictionis, vt deſumitur ex Cap. 2. *in fine De in integr. reſtit.* & Cap. *Quanto. De priuileg.* & Clemen. 1. *§. Nonnulli. De exceſſib. Prælat.* & notant Imola *in Cap. Ex parte. De priuileg.* Natta *conſil.* 257. *num.* 7. Bellam. *conſil.* 20. *num.* 14. *ver. Et eſt ratio.* Nec S. Congregat. in præfato Decreto *ſub die* 18. *Martij* 1618. dat Epiſcopis aliquam aucto-

auctoritatem in hac cauſa ſupra Regulares, per quam nomine ipſius, aut tanquā Apoſtolicæ Sedis delegati procedere poſſint contra prædictos Abbates. Vnde cum careant tàm ordinaria, quàm delegata iuriſdictione, nullo modo poterunt contra ipſos procedere.

3 Ex quibus deducitur, quod ſi Epiſcopi pręuidentes aliquem exceſſum ſupra pręſcriptum S. Congregationis, inhibeant Abbatibus, aut celebrare Pontificaliter, aut cū illo exceſſu, quamuis male faciant excedendo præſcriptum S. Congregar; at. tamen non tenentur acceptare inhibitionem, tanquam nullam, & ab eo prouenientem; qui non habet ſupra ipſos aliquam iuriſdictionem, Imo neque poſſunt acceptare, quia acceptando conſentirent in ipſorum iuriſdictionem, nam cum ſint exempti, & immediatè ſubiecti Summo Pontifici, non poſſunt abſque eius licentia in alterius iuriſdictionem conſentire Cap. *Cum tempore. in fine*. De *arbitr*. & notant Abbas *ibid. num.* 2. Io. Andr. *in Cap. Scienti. ver. Soluti pro hac parte*, De *reg. iur. in* 6. Felin. *in* Cap. P. *&* G. *num.* 13. De *offic. de leg.* Bald. *in* l. Si *quis ex conſenſu. numer.* 8. C. De *Epiſcop. audien.* Archidiacon. *in Cap. Conqueſtus. num.* 49. *quæſt.* 3. De *foro compet.* Surd. *conſil.* 47. *num.* 24. Syluester *ver. bo.* Exemptio. *num.* 10. Rota coram Mantica. *deciſ.* 237. *num.* 5. & in *Gandauenſi Monaſter.* 29. *April.* 1641. coram Eminentiſſ. Panzirolo. Vnde poterit ſolum Epiſcopus nunciare S. Congregat, exceſſum, ad quā poſtea ſpectabit prouiſio.

4 Secundo deducitur. Quod ſi epiſcopus contra dictos Abbates aliquid innouet, aut fulminando cenſuras, aut aliquo alio modo, erit reuocandum à Superiore tanquam continens cōtemptum Romanæ Sedis, dum in eidem immediatè ſubiectos manum extendit contra legis prohibitionem Cap. *Cordi. in fine*. De *appellat. in* 6. & notant Oldrad. *conſil.* 206. *numer.* 1. *in fine*. Rota coram Mantica *deciſ.* 31. *nu.* 3.

5 Sequitur tertio. Epiſcopum teneri ad omnes expenſas, quas Abbates facerent intuitu moleſtię ipſis ab eodem illatæ. Siquidem cum ſine iuriſdictione eos vexet, iniuſta eſt vexatio, & attentata, et proinde tenetur eos reddere indemnes iuxta ea, quæ tradunt Portius Imola *conſil.* 66. *num.* 24. Lancellot. *de Attent. par.* 3. *cap.* 31. *de pœn. attent. num.* 164. Rota coram Durano *deciſ.* 305. *num.* 2. & coram Pennia *deciſ.* 237. *nu.* 3.

6 Verum poſt hęc ſcripta *ſub die* 27. *Septemb.* 1659. emanauit Decretum S. Rituum Congregat. auctoritate Sanctiſſimi, et publicatum *die* 3. *Februar.* 1660. in quo confirmātur decreta, quæ aliàs emanauetant, et alia de nouo ſtatuuntur, et indulgetur locorum Ordinariis, vt auctoritate Sedis Apoſtolicæ, poſſint, imo debeant contrauenientes, etiam per cenſuras, compellere ad obſeruātiam dictorum Decretorum. Vnde introductum eſt ius nouum conſtituens in hoc Ordinarios delegatos Sedis Apoſtolicæ.

An Abbates Monachorum poſſint vna ex tribus vicibus ſibi conceſſis Pontificaliter celebrare in alicuius exequijs. Quæſt. 110.

S V M M A

1 *Abbates Monachorum ter in anno Pontificaliter celebrare poſſunt.*
2 *Vna ex bis an poſſint celebrare ratione exequiarum.*
Quando verba ſunt clara, non eſt diſpoſitio in dubium vertenda
3 *Conceſsio non babet locum, niſi quatenus verba aptari poſſunt.*
Verbum Feſtiuitas non poteſt aptari exequijs.
4 *Limitata conceſsio non extendit effectum vltra ſuos terminos.*
5 *De aquitate & ex interpretatiua voluntate celebrare poſſunt Abbates Pontificaliter occaſione exequiarum.*
Voluntas veriſimilis eſt attendenda,
Veriſimilitudo habetur pro veritate.
6 *Verba in dubio accipiantur demonſtratiuè.*
7 *Modò attendendum Decretum S. Congregat.*

1 POſſunt Abbates Monachorum tribus vicibus in ſingulos annos Pontificaliter celebrare iuxta vltimum Decretum S. Rituum Congregat.

gregat. emanatũ *ſub die 12. Martij 1618.* & confirmatum ab Vrbano VIII. *ſub die 11. Iulij 1629. in ſua Conſtit.* quæ incipit. *Exponi nobis*, quæ eſt *Conſtitutio 303. in Bullar. Caſſinen.* Vnde dubitatur, an aliqua ex his vicibus poſſint Pontificaliter celebrare in alicuius exequiis: & difficul. tas ex eo oritur, quia conceſſio pro his tribus vicibus procedit de feſtiuitatibus, vt conſtat ex præfato Decreto ibi. *Quod in tribus ad ſummum feſtiuitatibus facere eis permittitur.*

2 Dicendum eſt. *De rigore non poſſe Pontificaliter celebrare in exequijs alicuius defuncti.* Ratio eſt. Quia conceſſio facta eſt pro feſtiuitatibus, vt conſtat ex modo recitatis verbis Decreti. Cum autem verba conceſſionis ſint clara, non eſt in dubium vertendum, quin conceſſio ſit coarctata ad feſtiuitates. *l. Ille, aut ille. §. Cum in verbis. ff.* De legat. 3. Cũ ergo exequiæ non veniant appellatione feſtiuitatũ, non includuntur ſub illis tribus feſtiuitatibus, pro quibus conceditur Abbatibus Pontificaliter celebrare.

3 Accedit etiam, quod conceſſio non habet locum, niſi quatenus verba conceſſionis adaptari poſſunt *l. Quod conſtitutũ, ff. De teſtam milit.* & Cap. *Si pater. De teſtamen. in 6.* & notant Doctores Bald. *conſil. 486, init. ver. Secundo prob. lib. 2.* Alexan. *conſil. 17. num. 8. lib. 2.* Decian. *conſil. 9. num. 24. lib. 1.* Bart. *in l. 4. §. Prætor ait, ff. De damn infec.* Tiraquel. *in l. Si vnquã. verbo.* Libertis, *num. 2. C. De reuocan. donat.* Conſtat autem, quod verbum feſtiuitates, pro quibus conceditur Abbatibus Pontificaliter celebrare, non quadrat exequijs.

4 Vnde ſubintrat etiam regula generalis, quod limitata conceſſio non poteſt extendere effectum vltra terminos ſuæ limitationis *l. Qui tabernas. ff. De contrahen. empt.* & *l. Ex pacto. §. Item quæro. ff. De vulg. et pupil. ſubſtit.* & *l. Cum pater. §. Dulciſſimis. ff. De leg. 2.* & *l. Vltra. C. De act. empt.* & *l. In agnat. ff. De acquirẽdo rerum dominio.* Et notant communiter Doctores Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa. par. 1. num. 147.* Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. §. 5. proæm. numer. 6.* Surdus *conſil. 10. num. 49.* Beſoldus. *conſil. 75. numer. 35.* Rota coram Mantica *deciſ. 232. num. 9.* & *deciſ. 690. num. 9. par. 1.* Recent. Cum enim conceſſio ſit limitata ad feſtiuitates, non poteſt extendere ſuum effectum ad exequias, quantumuis ſolemnes.

5 Verum licet hęc de rigore procedant, ex æquitate tamen videtur oppoſitum tenendũ, ita vt poſſint vna ex vicibus conceſſis vti in ſolemnitate exequiarum. Conſtat enim, quod principalis intentio S. Congregationis in decernendo fuit, quod vſus Põtificalium non excedat tres vices in ſingulos annos; & in tantum conceſſit, pro tribus ſolemnitatibus, in quantum in ipſis ſolet habere locum, cùm rarò admodum ferat occaſio celebrandi ſolemniter in exequijs. Et ideo præſumi poteſt voluntas interpretatiua S. Cõgregat. quod poſſit vti vna ex conceſſis vicibus in tali occaſione, præſertim, quia non determinat feſtiuitates, ſed relinquit ipſorum electioni: vnde ſicuti relinquit eorumdem electioni feſtiuitates, ita etiam veriſimile eſt, quod conſentiat eligi Exequias loco feſtiuitatis, cũ hoc nõ contraueniat fini intento. Cum enim hæc voluntas interpretatiua ſit valdè veriſimilis, venit attendenda *l. Ob carnem. § fin. ff. De teſtibus.* & *l. Cum re. init. ff. De legat. 1.* & *l. Cum accuſ. ff. De condit. & demonſtrat.* & *l. In obſcuris. ff. De reg. iur.* Et Cap. *In noſtra. De teſtib.* Et proinde veriſimilitudo habetur pro veritate, vt notant Gloſ. *in l. Tale pactum. §. fin. ff. De pac.* Craueta *conſil. 135. numer. 33.* Burſat. *conſil. 368. numer. 37. lib. 4.* Decian. *conſil. 8. num. 13.* Menoch. *conſil. 210. nu. 40. lib. 3.* Tiraquel. *in l Si vnquam. numer. 37. limit. 5.*

6 Nec obſtat, quod concedat pro Feſtiuitatibus tribus, quia verbum *Feſtiuitatibus* poteſt ſtare reſtrictiuè, et demonſtratiuè. Ex nullo autem capite deſumitur, quod ſtet reſtrictiuè, et ideo ſaltem remanet dubium, an ſtet reſtrictiuè, an verò demonſtratiuè; et proinde ſubintrat communis doctrina, quod in dubio cenſeatur ſtare demonſtratiuè *l. fin. §. Titia. ff. De liber. legat.* et notant Craueta *conſil. 301. num. 5.* Rota coram Ludouiſ. *deciſ. 516. num. 8.* et coram Merlino. *deciſ. 750. num. 4.* & *deciſ. 442. num. 3. par. 1.* Diuerſ. et

deciſ. 357. *num.* 4. *par.* 2. Recent. & in *Florentina affrancationis* 20. *Nouem.* 1634. coram Ghiſilerio. Vnde fit, quod dummodo vſus Pontificalium non excedat tres vices conceſſas, extendi poſſit ad alias occaſiones, quæ non ſint feſtiuitates.

7 Verum licet quando hæc ſcripſi, dicta æquitas poſſet admitti; modo tamen non eſt admittenda, quia emanauerunt Decreta S. Rituum Congregat approbata à Sanctiſſimo ſub *die* 27. *Septem.* 1659. & publicata *ſub die* 3. *Februar.* 1660. in quibus prohibentur Abbates vti indulgentia Pontificalium in Officiis, & Miſſis Defunctorum. Ita enim habetur quinto loco. *Dies verò, in quibus ſolemniter ipſis operari conceditur, ſint de præcepto feſtiui, vel alij, in quibus, ipſos Pötificaliter celebrare feſtiuitatis ratio exigat, nempe Patroni loci, Fundatoris Ordinis, Tituli, & Dedicationis Eccleſiæ. Abſtineant autem ab huiuſmodi Pontificaliũ vſu in Officijs, & Miſſis Defunctorum quocunque die, etiam feſtiuo, & de præcepto.*

An valeat præſentatio illius, ad cuius fauorem lata eſt ſententia iuriſpatronatus facta ante elapſum tempus appellandi. Quæſt. 111.

S V M M A.

1 *Præſentatio facta à victore in lite non elapſo tempore ad appellandum eſt nulla.*
2 *Quod ſit pendente tempore ad appellandum eſt attentatum.*
3 *Appellatio in habitu idem operatur, ac appellatio in actu.*
Pendente tempore ad appellandum ſententia remanet ſuſpenſa.
4 *Quando præſentatio eſt nulla, eſt etiam nulla inſtitutio.*
5 *Elapſo termino ad appellandum præſentatio incipit haberi locum, ſi non ſit interpoſita appellantio, & quomodo.*

1 De iure conceduntur decem dies ad appellãdum à ſententia, vnde cum patronus, qui in lite ſuper iurepatronatus victor euaſit, ante elapſos hos decem dies præſentauerit, dubitatur, an dicta præſentatio teneat, an verò fuerit expectandum, quod elaberetur tempus cöceſſum ad appellandum. Reſoluendum eſt autem: *Quod dicta præſentatio non teneat, ſed attentata ſit, & proinde nulla tanquam facta tempore nondum habili ad præſentandum.*

2 Cum enim toto illo tempore, quod ad appellandum conceditur, ſit in facultate illius, qui in lite ſuccubuit appellare, & impedire effectum ſententiæ ipſum ſuſpendendo, perinde eſt, ac ſi interpoſita fuiſſet appellatio; & proinde quicquid fit, attentatum eſt Cap. *Non ſolum. De appellat. in* 6. vbi Gloſ. *verbo Innouata.* Ancharan. *ibid. num.* 1. Io. Andr. *nu* 6. Geminian. *eodem num.* 6. *ver. Nota, quod ſunt.* Corſet. *in Singular.* verbo *Appellatio.* 2. *§. Idem operatur.* Couaruu. *Pract. Quæſt. cap.* 23. *num.* 2. ver. *Tertia interpretatio.* Mohedan. *dec.* 150. Rota *dec.* 366. corã Ant. Auguſt. *lib.* 3. *Diuer.* & coram Seraphino *deciſ.* 45. *num.* 4. & *deciſ.* 229. *num.* 4. & in *Legionenſi Capellaniæ S. Vincentij die* 9. *Martij.* 1579. corã de Graſſis & in *Imolenſi Legati* corã Orano apud Marcheſan. *de commiſſion. par.* 1. *pag.* 973. *num.* 1. & coram Pennia *deciſ.* 10. *num.* 4. & *deciſ.* 617. *num.* 8.

3 Ratio eſt. Quia, dum pendet terminus conceſſus ad appellandum, nondum ſententia tranſiuit in rem iudicatam, & proinde nondum eſt ſufficiens ad operandum ſuum effectum, ſed adhuc ſubiacet appellationi in habitu, quæ idem operatur quò ad hoc, ac appellatio in actu vt tradunt Doctores *in Cap. Non ſolum. De appel. in* 6. Ancharan. *num.* 1. *not.* 6. Geminian. *nu.* 6. *ver. Nota, quod ſunt paria.* Alioquin ſi ſentẽtia poſſet habere exequutionem ante elapſum tempus conceſſum ad appellandum, fruſtra concederetur dictũ tempus; nam conceditur, vt qui ſuccubuit, poſſit deliberare, an acquieſcere debeat ſententiæ, an verò proſequi litem; & proinde remanet ſententia in ſuſpenſo, ita vt non poſſit operari ſuum effectum.

4 Ex quibus ſequitur. Quod ſi tunc præſentatus inſtituatur, erit nulla inſtitutio. Requirit enim inſtitutio præſentationem

nem tanquam fundamentum iuxta ea, quæ notat Rota *deciſ.* 337, *numer.* 1. *par.* 2. *Recent.* Et proinde ſi præſentatio ſit nulla, erit quoque nulla inſtitutio, vt notant Lambertin. *De iurepatron. lib.* 2. *par.* 3. *quæſt.* 3. *art.* 4. Rochus de Curte *eod. tract. verbo.* Competens. *quæſt* 8. vėr. *Suboritur nunc quæſtio.* Viuian. item *de iurepatr. lib.* 12. *cap.* 7. *nu.* 10. Rota *deciſ.* 1. *De inſtit. in Antiquis.* Quando enim non ſubſiſtit fundamentū, nec etiam ſubſiſtit, quod ipſi innititur.

5 Et quamuis, quod ab initio nullum fuit, temporis tractu non conualeſcat, iuxta Cap. *Non firmatur*, De *reg. iur. in* 6. Attamen, ſi qui in lite ſuccubuit, infra decē dies non appellauerit, & ſinat tranſire ſententiam in rem iudicatam, poterit præſentatus inſtitui, quia licet præſentatio fuerit nulla, dum tamen manet eadem voluntas patroni, manutenetur præſentatio ab ipſo facta, & adueniente tempore habili incipit valere tanquam tunc de nouo facta iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in dic. Cap. Non firmatur.* Calderin. *conſil.* 2. *num.* 3. *De conſtit.* Fedet. de Sen. *conſil.* 26. *numer.* 5.

An Clericus exilio mulctatus poſſit celebrare. Quæſt. 112.

S V M M A.

1 *Exilio punitus an præſumendus irregularis.*
2 *Exilio punitus ob crimen, cui de iure eſt annexa infamia, eſt irregularis.*
3 *Punitus exilio poteſt celebrare, niſi aliud obſtet.*
Declaratio S. Congregat. circa Exules quo ad celebrationem.
4 *Sententia eſt ſtrictè accipienda.*
5 *Exilium ex quocunque crimine non cauſat infamiam.*
Crimen, cui eſt annexa infamia, non eam inducit, niſi ſit notorium.
6 *Infamia facti non cauſat irregularitatem, niſi accedat ſententia eam imponens.*
Irregularitas non eſt admittenda, niſi ſit in iure expreſſa.
7 *Crimen occultum excepto homicidio non inducit irregularitatem.*
Nec criminoſus occultus prohiberi poteſt ab exercitio Ordinum.
Si crimen ſit publicum poteſt criminoſus prohiberi ab exercitio Ordinum.

1 RAtio dubitandi oritur ex eo, quod, dum exilio mulctatus eſt, oportet, quod commiſerit aliquod crimen, de quo in iudicio conuictus fuerit, aut confeſſus, & per ſententiam punitus, & proinde ſit notorium notorietate iuris. Vnde conſurget infamia, quæ inducat irregularitatem, & impediet, quod non poſſit celebrare; ſiquidem non imponitur hæc pœna, niſi pro graui delicto: vnde malè audiet apud homines probos, & graues, & proinde pro infami habendus erit iuxta Cap. *Omnipotens.* De *accuſationibus*, & iuxta Cap. *Qui in aliquo Diſtinc.* 51. & Cap. *Infames.* 6. *Quæſt.* 1.

2 Et quidem ſi pœna exilii impoſita ſit propter delictum, cui à iure annexa ſit infamia, certum eſt, quod non poterit celebrare miſſam, quia hæc infamia inducit irregularitatem. Cap. *Inter dilectos.* De *exceſſib. prælat.* & tradunt communiter Doctores Richar. *in* 4. *diſt.* 25. *art.* 6 *quæſt.* 1. Angelus *verbo.* Infamia. *numer.* 8. Syluefter *quæſt.* 5. Summa Aſtenſ. *par.* 2. *lib.* 6. *tit.* 27. *quæſt.* 1. Maiol. *de irregular. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 3. & alii communiter. Cùm enim de iure delicto ſit annexa infamia, eò ipſo, quod quis declaratur per ſententiam, commiſiſſe tale delictum, declaratur etiam incurriſſe infamiam illi annexam. Infamia autem eſt vnum ex capitibus, ex quibus inducitur irregularitas, vt tradunt communiter Doctores in Cap. *Accedens.* De *accuſat.* & in Cap. *Accuſatum.* De *ſimonia.*

3 Si verò infamia non ſit à iure annexa delicto, tenendum eſt. *Quod punitus exilio poſſit celebrare miſſam, niſi aliquid aliud obſtet.* Ita declarauit S. Congregat. in vna *Maceratenſi ſub die* 4. *Septembr.* 1602. Ratio eſt. Quia non impeditur exul celebrare ob irregularitatem ob infamiā iuris, quia non eſt annexa delicto, vt ſupponitur. Nec ratione pœnæ exilii, quia hæc non trahit ſecum prohibitionem celebrandi, vnde cū talis prohibitio, nec etiam ſit expreſſa in ſententia, nullo modo eſt inducenda, iuxta generalem regulam, quod non eſt

alicu-

alieni pœna indicenda, quæ non ſit expreſſa *l. Si quis. §. Diuus. ff. De relig. & ſump. ſun. & §. Cum igitur.* Authen. *De non elig. ſecun. nupt.*

4 Accedit etiam, quod ſententia punitionis ſiſtit in exilio, nec ſe extendit ad prohibitionem celebrationis; & proinde non poteſt exul in virtute punitionis pœna exilii prohiberi celebrare, alioquin ſententia extenderetur ad pœnam, quam nō exprimit, contra naturam ipſius, quæ non ſolum non debet extendi, ſed ſtrictè interpretari *l. Paulus. ff.* De *re iud.* & tradūt Bart. *in l. Iulianus. num. 5. ff.* De *condition. indeb.* Dec. *in l. Ius noſtrū. n. 11. ff. De reg. iur.* Craueta *conſil.* 188. *num.* 6. Alexan. *conſil.* 18. *n.* 3. *lib.* 7. Ruin. *conſil.* 72. *num.* 8. *lib.* 2. Gozadin. *conſil.* 50. *num.* 12. Paris. *conſil.* 111. *nu.* 3. *lib.* 1. Socin. iun. *conſil.* 181. *num.* 67. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 307. *num.* 64. Bald. *in l. Qui probare. num.* 1. *C.* De *calumniat.* Dec. *conſil.* 43. *num.* 4. Socin. Sen. *conſil.* 37. *numer.* 11. *lib.* 4. Rota coram Seraphin. *deciſ.* 667. *nu.* 1. & coram Ludouiſio. *deciſ.* 76. *numer.* 1. & coram Durano *deciſ.* 258. *nu.* 2. & *deciſ.* 439. *num.* 2. *par.* 2. Recent.

5 Quod autem in ratione dubitandi affertur de infamia facti, quæ impediat à celebratione. Reſp. primo. Non quodcūque crimen cauſare infamiam, ſed ſolum quædam ſpecialia, quæ in communi æſtimatione cauſant infamiam. Vnde ſi pœna exilii non eſt propter aliquod ex his criminibus, non aderit infamia: & cōſequenter nec impedimentum ad celebrandum. Accedit ſecūdo, quod dato, quod crimen eſſet ex iis, quæ generant infamiam; quia in loco, vbi exul degit, non erit notorium, non cauſabit ibi infamiam. Si quidem neque etiam crimena, quibus à iure annexa eſt infamia, illam cauſant, atque adeo nec irregularitatem, niſi ſint notoria vno excepto homicidio, vt docent Couaruu. *lib. 3. Variar. cap. 3. num.* 2. Henriquez *lib.* 14. *ſum. cap.* 5. *num.* 2. Auila *par.* 7. *de cenſur. diſp.* 4. *dub.* 7. *concluſ.* 1. Coninch. *diſp.* 18. *de cenſur. dub.* 7. *numer.* 56. Tanner. *tom.* 4 *diſp.* 6. *quæſt.* 10. *dub.* 11. *num.* 227. & alii plures.

6 Præterea, cum hæc non ſit infamia iuris, vt ſupponitur, ſed tantum infamia facti, non inducit irregularitatem, niſi accedat ſententia condemnatoria delicti, & imponens infamiam, vt tradunt Couaruu. *in Clemen. Si furioſus. par.* 1. *§.* 1. *n.* 5. Garzia *de Benef. par.* 11. *cap.* 3. *n.* 113. Gibalin. *de Irregular. cap.* 5. *quæſt.* 4. *Conſect.* 6. ver. *Reſpondeo. Hæc crimina*; qui citat etiam Suarez *diſp.* 43. *de cenſur. ſect.* 5. *num.* 4. & 5. Neq. enim inducenda eſt aliqua irregularitas, niſi in caſibus à iure expreſſis. Cap. *Is, qui.* De *ſentent. excommunicat. in* 6. Vnde vt ex his criminibus, quibus à iure nō eſt annexa irregularitas, conſurgeret, oporteret, quod ius decerneret, committentes hæc crimina, eſſe irregulares, quod tamen nō facit, alioquin infamia, ex qua conſurgeret irregularitas, nō eſſet infamia facti, ſed iuris. Imo infamia ex his criminibus eſt tantū diffamatio popularis, non autem infamia iuridica, & ideo non poteſt habere effectus iuridicos.

7 Neque obſtant tex. Cap. *Ex tenore*, & Cap. *fin.* De *tempor. ordinat.* vbi ſtatuitur, quod quando crimina non ſunt notoria, aut non comprobata in iudicio, non impediant ab exercitio ſuſceptorum Ordinum: vnde videtur, quod à contrario ſenſu impediant, ſi ſint notoria. Nam cōtrarius ſenſus in eo conſiſtit. Quod ſicuti prælati non poſſunt impedire à celebratione, quando crimina non ſunt comprobata in iudicio, aut aliàs notoria; ita poſſint, ſi ſint notoria, aut in iudicio cōprobata. Quod non eſt reddere irregularem, ſed prælatos habere facultatē impediendi celebrationem ad tollendum ſcandalum. Reſpondent enim, Pontifices in illis duobus tex. interrogationi, quomodo agendum eſſet cum criminoſis: & dicitur in primo. *Verumtamen quia peccatum occultum eſt, ſi promoueri voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere.* Et in ſecundo. *Quod ſi propoſita crimina ordine iudiciario comprobata, vel aliàs notoria non fuerint, non debent hi* (præter reos homicidii) *poſt pœnitentiam in iam ſuſceptis, vel ſuſcipiendis ordinibus impediri.* Vnde cum reſponſio ſit de facultate Epiſcoporum, quam non habent, contrarius ſenſus erit de facultate, quam habent, ſi crimina ſint comprobata, vel aliàs notoria.

An

An Beneficiatus damnatus ad exilium amittat beneficium. Quæſt. 113.

SVMMA.

1 *Exul non amittit beneficium ſimplex.*
2 *Pœna exilij non habet annexam priuationem beneficij.*
Non intelligitur quis priuatus beneficio, niſi in ſententia exprimatur.
3 *Pœna priuationis non habet locum, niſi in ſpecie exprimatur.*
4 *In pœnis benigniſſimè procedendum eſt.*
Ea interpretatio capienda, quæ excludit pœnam.
5 *Exilium non trahit priuationem beneficij, etiã ſi ſit ob delictum dignum priuatione.*
Pœna debet commenſurari delicto.
6 *Declarato crimine per ſententiam pœna intrat, ſi ipſo facto ſit poſita.*
7 *Et quando iudex nullam aliam pœnam imponit, ſed tantum damnat de crimine.*
8 *Secus, ſi aliam pœnam imponat, non intrat pœna legis.*
9 *Exul ex culpa ſua amittit ſolas diſtributiones.*
Exulans iniuſtè non amittit diſtributiones.

1 DIfficultas habet locum ſuppoſito, quod per ſententiam nõ ſit priuatus, nam quæritur, an amiſſio beneficii veniat in conſequentiã ad talem condemnationem. Et quod ſpectat ad beneficium ſimplex, quod non requirit reſidentiam, non videtur adeſſe difficultas: nam cum ſententia non comprehendat amiſſionem beneficii, non poteſt ad ipſam extendi iuxta ea, quæ dicta ſunt *quæſt. pręced. num.* 4. Et cum non requirat reſidentiam, non ſit incompatibile cum pœna exilii, ita vt ratione incompatibilitatis debeat dimitti, aut ipſo facto vacet. Vnde difficultas reducitur ad beneficium, quod requirit reſidentiam.

2 Dicendum eſt. *Pœnam exilij non debere annexam priuationem beneficij, etiã ſi requirat reſidentiam.* Deſumitur ex iis, qui tradunt, quod per ſententiam latam ſuper crimine digno priuatione beneficii, non intelligitur quis priuatus, niſi in eadem ſententia exprimatur. Ita Felin. *in Cap. Inquiſitionis. numer.* 2. De *accuſat.* & *in Cap. Cæterum. num.* 24. & *in Cap. Si ſcitatus num.* 2. De *reſcrip.* Innocent. *in Cap. Qualiter.* 2. *num.* 10. De *accuſat.* Hippolit. *ſingul.* 200. Simonet. *de reſeruat. quæſt.* 29. Diaz *in Pract. crimin. cap.* 131. *num.* 3. Lambertin. De *iurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *quęſt.* 6. *ar.* 9. *nu.* 1. Paris *de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 7. *numer.* 29. Mandos. *de ſignat.* Tit. *De priuat. ver. Condemnatus de homicidio.* Zerola *par.* 1. *Praxis. verbo priuatio.* §. 1. Gutierez *quæſt. canon. lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 7. Rebuf *De pacific. poſſeſ. num.* 315. *aliàs* 262. qui alios citat. & Tit. *de mod. amit. benef. num.* 64. Garzia, qui alios quoque citat *par.* 11. *de benefic. cap.* 3. *num.* 97. Et ita etiam declarauit S. Congregat. ſuper negocijs Epiſcop. & Regular. 3. *Decembr.* 1602. Et rurſus, quod ſi inſeruiat per ſubſtitutum aſſignata illi mercede, non amittat reliquos fructus beneficii. Ita *in vna Viterbienſi* 9. *Iunij.* 1601.

3 Ratio eſt. Quia per ſententiam non imponitur talis pœna priuationis beneficii, vt ſupponitur, & proinde non poteſt habere locum, pœna enim priuationis nõ intret, niſi expreſsè, & in ſpecie ſit impoſita, vt tradunt Gloſ. *in Cap. fin.* verbo. *Ex vi iuriſpatron.* De *iurepatron.* Abbas *ibid. nu.* 8. Iaſ. *in l. Diuortio.* §. *Si fundum. numer.* 4. *ff.* Soluto *matrimonio.* Dec. *Conſil.* 9. *circa fin. vol.* 3. Veral. *deciſ.* 98. *num.* 3. *par.* 3. Creſcent. *deciſ.* 9. *num.* 1. De *probat.* Rota *deciſ.* 483. *num.* 2. *par.* 3. *Recent.* Cum enim auferat à punito, quod eſt ipſius, niſi habeat expreſſam cauſam eam inducentem, non eſt admittenda, alias eſſet contra iuſtitiam, ſi quidem ſolum ex cauſa, & ex poteſtate imponendi iuſtificatur. Et ideo, niſi clarè conſtet, quod ſit impoſita, non eſt aſſerenda iuxta Nouel. 2. *cap.* 3. *init.* ibi. *Nec eſt vlla lex tale quid dicens.*

4 Et præſertim quia, quando agitur de punitione, & infligẽdis pœnis, benigniſſimè procedendum eſt iuxta *l. penult. ff.* De *pœn.* & Cap. *Ex litteris.* De *conſtit.* & Cap. *In pœnis.* De *reg. iur. in* 6. Et ea accipienda eſt interpretatio, quæ pœnam excludit *l. Proximè. ff. De his, quæ in teſtam. del.* & notant Alciat *reg.* 3. *pręſumpt.* 45. *nu.* 1. *Dec. conſil.* 551. *num* 10. Rota coram Mãtica. *deciſ.* 54. *num.* 11. *in fine*, & communiter. Vnde cum ex nullo capite deducatur,

quod

quod ſit impoſita pœna priuationis beneficii, non eſt exul cenſendus priuatus beneficio, nam etiam excludi deberet talis pœna ex benigna interpretatione, quãdo ex aliquo capite poſſet deduci, dummodo clarè nõ cõſtaret, quod eſſet impoſita.

5 Et hoc habet locum, etiam ſi aliàs crimen punitum exilio mereretur etiam de iure priuationem beneficii, vt tradunt Doctores ſupra *num.*2. allegati; nam eo ipſo, quod pœna exilii mulctatum eſt, non poteſt habere locum alia pœna. Quia coniunctã cum exilio excederet delictum, & fieret iniuſta, contra naturam eiuſdem pœnæ, quæ debet commenſurari cum delicto. *l. Sancimus.* C. De *pœn.* & *l. Perſpiciendum. ff* De *pœn.* et Cap. *Quæſitum. De his, quæ fiunt à ma. par.* Cap. et Cap. *Sicut dignum.* De *homicid.* et Cap. *Filius. §. Illud autem.* De *pœn.*

6 Nec obſtat. l. 1. ff. Ad Turpilian. ibi. *Si autem pronunciauerit calumniatum, & condenauerit eum, & quamuis nihil de pœna ſubiecerit, tamen legis poteſtas aduerſus eũ exercebitur.* Hoc eſt pœna impoſita à lege punietur, vbi etiam Gloſ. *verbo Facti*, & Bar. Nam tex. iſte procedit, vel quando pœna eſt impoſita à lege ipſo facto incurrenda, vt tradunt Abbas *in Cap. Inter dilectos. num.* 11. *De exceſ. Prælat.* Diaz *in Pract. Crimin, cap.* 131. *numer.* 3. Rebuf. *in Praxi tit. de mod. amitten benefic. numer.* 65. Quia cum pœna ex diſpoſitione legis ipſo facto ſit impoſita, non eſt opus ſententia imponente, ſed ſufficit ſententia declaratoria delicti, cui eſt impoſita.

7 Vel intelligitur, quando iudex condemnat de crimine, & non imponit aliquam pœnam; nam tunc ſubintrat pœna ſtatuta à lege, vt intelligunt Innocent. *in Cap. Inter dilectos. num.* 1. *De exceſſib. Prælat.* Abbas *in Cap. Poſtulaſti. num.* 7. *De foro compet.* et alii. Quia cum pœna debeatur delicto, eo ipſo, quod eſt determinata à lege, & iudex pronunciat ſuper delicto, & nullam imponit pœnam, cenſetur relinquere ipſam diſpoſitioni iuris, ſeu quod puniatur delictum, ſicut diſponit ius. *l. Cũ prætor ff* De *iudic.* & *l. Voluntatis.* C. *De fideicom.* & Cap. *Cũ venerabilis.* De *religioſ. domib.*

8 Si enim iudex pronunciet ſuper delicto, & ſimul imponat pœnam, quamuis diuerſam ab ea, quæ ſtatuitur à lege, non habet locum pœna legis, vt obſeruant Doctores *num. præced.* cit. & Bar. *in dict. l.* 1. *nu.* 9. *ff. Ad Turpilian.* & *in l. Quid ergo. §. Pœna grauior. num.* 4. *ff. De his. qui notantur infam.* Nam, dum iudex imponit pœnam, cenſetur commenſurata delicto, & ideo non poteſt habere locum pœna à lege ſtatuta, nam cum hæc quoque ſit delicto adæquata. idem delictum duplici pœna adæquata puniretur, quod eſſet iniuſtiſsimum.

9 Ad rationem dubitandi initio allatam reſp. Ex eo, quod exul non poſſit reſidere in loco beneficii, non remanere priuatum, ſed cenſeri legitimè impeditum, non ſecus, ac ſi eſſet infirmus, aut carcere detentus, qui etiam ſi ex ſua culpa detineatur, amittit ſolum diſtributiones. Imo exul ex culpa ſua ſolum amittit diſtributiones, vt tradunt Monal. *conſil.* 27. *nu* 6. & 8. Moneta *de diſtribut. par.* 2. *quæſt.* 5. *n.* 8. Imo ſi iniuſtè exulet, percipit etiam diſtributiones, vt tradunt Felin. *in Cap. Cum omnes. num.* 22. *in fine.* De *conſtit.* Calderin. *conſil.* 17. *poſt med.* De *præben.* Nauar. *Conſil.* 11. *num.* 7. De *cler. non reſiden. vol.* 1. Monal. *cit. num.* 6. & Moneta *nu.* 8. *cit. quæſt.* Quod ſatis declarat, quod abſentia, & impoſſibilitas inſeruiendi non infert priuationem beneficii, etiam ſi ſit ex propria culpa. Imò ſi qui voluntariè non reſident, non priuantur ſtatim beneficio, ſed debent moneri, vt reſideant, & citari, antequam veniatur ad priuationem, multò minus priuatus erit, qui coactè non reſidet, quãuis ex culpa ſua, qua dedit cauſam exilio. Ideo ſufficiet, quod inſeruiat per ſubſtitutum, vt poſſit retinere benẽficium, & facere fructus ſuos, iuxta declarationem S. Congregat. de qua *numer* 2. *in fine.*

An proijcere ſalem in ignem &c. ad ſibi conciliandum alterius amorem ſit ſortilegium qualificatum. Quæſt. 114.

SVMMA

1 *Sortilegium continet pactum implicitum cum Damone.*
Sortilegia alia ſapiunt, alia non ſapiunt hæreſim.
2 *Sortilegium quando ſapiat hæreſim.*
3 *Proijcere ſalem in ignem ad amorem conciliandum an ſapiat hæreſim.*
Dæmon quomodo poſſit mouere voluntatem.
4 *Paſſiones appetitus mouent voluntatem, & aliquando auferunt libertatem.*
Dæmon mouere poteſt imaginationem, paſſiones excitare &c.
5 *Vtens ſortilegio, vt dæmon moueat voluntatem, cur non erret.*
Error ſupponit cognitionem circa quod erratur.
6 *In dubio leuius delictum eſt præſumendum.*
7 *Proiectio ſalis in ignem non eſt ſacrificium, nec etiam præſumptiuè.*

1 Idem eſt, ac ſi quæratur, an ſit ſortilegium hæreticale, & ſapiens hęreſim. Certum eſt autem, quod huiuſmodi ſortilegium, ſi ſit verum ſortilegium, ita vt conſequatur effectum, contineat pactum implicitum cum dæmone, quia naturaliter per proiectionem ſalis in ignem non poteſt haberi prædictus effectus, vnde etiam continebit tacitam inuocationem demonis ad illum effectum producendum. Ex hoc tamen non fit, quod ſit hæreticale, alioquin cum omnia ſortilegia contineant tale pactum implicitum, & proinde etiam tacitam inuocationem demonis, omnia eſſent hæreticalia, quod tamen eſt falſum. Quia dantur aliqua, quæ non ſapiunt hæreſim, & non pertinent de iure veteri ad Tribunal Inquiſitionis, vt ſtatuitur in Cap. *Accuſatus. § Sanè. De hæret. in* 6. Et modo de iure nouo ſunt mixti fori per Conſtitut. Sixti V. quæ eſt 17. *in ordine. tom* 2. *Bullar.*

2 Quod autem prædictum ſortilegiũ ſapiat hæreſim, ex eo videtur deduci, quod tunc ſortilegium ſapit hæreſim ex parte operis, quando inuocatur dæmon ad ea, quæ excedunt eius virtutem, vt Martin. del Rio *lib.* 5. *Diſquiſit. magicar. ſect.* 15. *quæſt.* 1. Clarus *in Praxi. §. Hæreſis.* ver. *Succeſsiuè quæro.* Grillian. *De ſortileg. quæſt.* 10. Torres. 2. 2. *tom.* 2. *quæſt.* 96. *ar.* 4. *diſp.* 2. *tit.* 9. *De qualificat. ſuperſtit. dicto* 1. Farinac. *de hæreſi. quæſt.* 181. *num.* 5. & 72. Inuocare autem demonem ad conciliandum alienum amorem, eſt inuocare ad ea, quæ ſuperant ipſius poteſtatem, quia non poteſt cogere voluntatem ad amandum, quod non vult amare, nec poteſt operari in ipſam, cum hoc ſit proprium Dei, qui eam ſibi ſubdit.

3 Tenendum eſt. *Quod non ſit ſortilegium qualificatum, ſeu ſapiens hæreſim.* Ratio ex oppoſito contrariæ ſententiæ deſumenda eſt. Excitare enim amorem in voluntate nõ excedit poteſtatem dæmonis, & ideo non inuocatur ad ea, quę excedunt illius poteſtatem. Licet enim dęmon non poſsit agere immediatè in voluntatẽ, quia hoc eſt ſolius Dei, poteſt tamen agere mediatè excitando paſsiones appetitus ſenſitiui, vt iram, concupiſcentiam, quæ cum ex natura ſua trahant voluntatem, & inclinent in obiectum, trahitur, & inclinatur hoc pacto à Dæmone vt communiter docent cum D. Th. 1. *par. quæſt.* 111. *ar.* 2. *in corpore.* Et. 1. 2. *quæſt.* 9. *ar.* 5. *in corpore.* habet, quod etiam corpora cœleſtia mouent voluntatem, quatenus contingit moueri per paſsiones appetitus ſenſitiui. Cum autem conſtet, voluntatem moueri juxta paſsiones appetitus ſenſitiui, cõſtat etiam, hoc pacto moueri poſſe à dæmone ad amorem.

4 Imo cum paſsiones appetitus ſenſitiui ita moueant voluntatem, vt parum remaneat de motu libero voluntatis, ſicut parum remanet de iudicio rationis libero: aut etiam adeo vehementes ſint, vt totaliter amittatur vſus rationis, vt docent itẽ communiter cum D. Th. 1. 2. *quæſt.* 10. *ar.* 3. *in corpore.* manifeſtum fit, quod, ſi paſsio amoris in appetitu ſenſitiuo ſit huiuſmodi, trahet voluntatem ex naturali colligatione in eodem principio eiuſdem animæ ad amorem effrænatam non liberũ, & pro-

& proinde, qui non poſsit ab eadem volũtate coerceri defectu libertatis in illo actu. Cum ergo dæmon poſsit mouere imaginationem, quatenus complectitur omnes ſenſus internos, ſecundũ communem doctrinã quã tradit D. Th. 1. *par. quæſt.* 111. *ar.* 3. *in corpore*, poteſt etiã excitare paſsiones in appetitu ſenſitiuo, & hoc pacto trahere voluntatem ad aliquem amandũ, Et hoc eſt, quod contingit, quando adhibentur ſortilegia ad conciliandum amorem.

5 Accedit etiam, quod vel is, qui vtitur ſortilegio ad hunc effectum, eſt perſona docta, vel eſt perſona rudis. Si primum, ita vt ſciat, quomodo poſsit dæmon mouere voluntatem, dum tacitè inuocat ad conciliandum amorem, intendit, quod conciliet modo ipſi poſsibili, atque adeo non recurrat ad aliquid ſupra illius vires. Vnaquæque enim cauſa agit ſecundum quod eſt in potentia ad agendum. Vnde cum adhibens maleficiũ ſit in potentia ad agẽdum per cognitionem veri modi, quo dæmon cauſare poteſt amorem, intendet, quod cauſet, prout cognoſcit, poſſe cauſare. Si verò eſt rudis, ita vt neſciat, quomodo cauſare poſſit, non cogitabit de modo, ſed ſolum de effectu: & ideo intendet ſolùm, quod eſt in poteſtate dæmonis, nec putabit, eſſe in poteſtate illius, quod non eſt, ita vt circa hoc erret; nam, vt erraret, oporteret, quod intenderet, quod dæmon directè ageret in voluntatem. Neq. enim poteſt eſſe aliquis error, vbi de obiecto nulla eſt cogitatio, cum error ſupponat cogitationem iuxta id, quod tradit D. Th. *in* 4. *diſt.* 30. *ar.* 1.

6 Denique dubium ſaltem remanet, an prædictum ſortilegium ſit qualificatũ, ita vt ſapiat hæreſim: ſiquidem ad ſummũ dubium eſſet, an effectus intentus à ſortilego excedat vires dæmonis. Stante autẽ hoc dubio præſumendum eſt, quod non ſapiat hereſim, quia agitur de delicto; & ideo præſumendum eſt, quod ſit illud delictum, quod eſt leuius, vt tradunt Bald. *in l. fin. num.* 17. C. *De ædilit. ædic.* Felin. *in Cap. Ad audientiam. De homicid.* Socin. Sen. *ibid.* Alciat. *Reg.* 3. *præſumpt.* 6. Atct. *conſil.* 31. *num.* 5. Menoch. *conſil.* 438. *num.* 9. Le. Paſqualig, Quæſt. Select.

tius autem delictum eſt, quod ſortilegium ſit ſimplex, quàm quod ſit ſapiens hæreſim.

7 Ex alio tamen capite videtur eſſe ſortilegium qualificatum, quatenus ſcilicet contineat quoddam ſacrificium, exhibitũ dæmoni, nam proiectio ſalis in ignem tendit ad ipſius deſtructionem. vnde videtur interuenire oblatio rei creatæ cum deſtructione, in qua conſiſtit ſacrificium iuxta D. Th. 2. 2. *quæſt.* 85. *ar.* 3. *ad* 3. Sed hoc nõ poteſt dici. Quia, vt oblatio deſtructiua rei oblatę ſit ſacrificium, debet tendere in cultum, & in hoc ſenſu loquitur D. Th. citat. Proiectio autem ſalis in ignem, non tendit ad deferendum cultum Dæmoni, ſed ponitur tanquam ſignum, ſeu conditio, ad cuius poſitionem teneatur. Dæmon operari effectum. Deinde oblatio, in qua conſiſtit ſacrificium, eſt eſſentialiter ſignũ interioris ſacrificii, quo nos Deo ſacrificamus ſpiritualiter, vt tradunt D. Auguſt. *lib.* 10. *Ciuit. Dei. cap.* 5. & D. Th. 2. 2. *quęſt.* 85. *ar.* 2. *in corpore.* Proiiciens autem ſalem in ignem non intendit ſignificare hoc internum ſacrificium. Nec dici poteſt, quod in foro exteriori præſumatur hoc ſacrificium: quia non adeſt aliqua exterior, & ſenſibilis circumſtantia, vnde hæc præſumptio oriri poſsit, qualis eſſet, ſi ſal comburetur ſuper altari, aut coram imagine Dæmonis, aut aliqua alia, quę præſeferret cultum.

An vendere Chriſtianos in ſeruitutem tanquam Turcas alijs Chriſtianis ſit delictum pertinens ad Tribunal Inquiſitionis. Quæſt. 115.

SVMMA

1 *Emens tanquam ſeruos homines liberos tenetur reſtituere libertati.*
2 *Vendere chriſtianum in ſeruitutem videtur eſſe in contemptum religionis.*
3 *Venditio Chriſtiani in ſeruitutem non pertinet ad Tribunal Inquiſitionis.*
Quanam cauſa pertineant ad Tribunal Inquiſitionis.

4 *Negatiua probatur ex inſpectione ſcripturæ &c.*
5 *Dum non probatur affirmatiua, ſatis conſtat de negatiua.*
6 *Venditio Chriſtiani tanquam Turcæ in ſeruitutem ex nullo capite contrariatur fidei.*
7 *Pater quando poſſit in ſeruitutem vendere filium.*
8 *Venditio Chriſtiani in ſeruitutem non inducit contemptum religionis.*
Delictum contemptus religionis non eſt præſumendum, niſi conſtet.

1 SVpponitur, quod vendat inuitos, vt contingere poteſt, ſi vendantur in loco, vbi eorum lingua nō intelligitur. Certum eſt autem, venditionem eſſe nullam, quia venditor vendit id, ſupra quo non habet aliquod ius. Vnde emptor, ſtatim, ac certificatur, quod erãt liberi homines, tenetur eos ſuæ libertati reſtituere, non ſecus, ac emens rem furto ſublatam tenetur comparēti Domino reſtituere, quia non acquiſiuit dominium, cum non potuerit venditor illud trãſferre, ſiquidem non habebat. Dubitatur autem, an in hoc caſu venditor puniendus ſit à Tribunali S. Inquiſitionis, ita vt ſit delictũ ad ipſum ſpectans.

2 Et pro parte affirmatiua facere videtur, quod huiuſmodi venditio cedit in contemptum Chriſtianę Religionis: ſiquidem vtitur perſonis Chriſtianis tanquam perſonis infidelibus reducendo ad eam conditionem ſeruitutis, ad quam reducuntur infideles, & ſubiicit dominio ementis tanquam viles perſonas. Delicta autem quę continent cōtemptum religionis pertinent ad Tribunal Inquiſitionis, quia ſic delinquentes, videntur malè ſentire de religione Chriſtiana.

3 Dicendũ tamen eſt, *Prędictũ delictũ non pertinere ad Tribunal Inquiſitionis.* Ratio eſt. Quia ea tantum delicta pertinent ad hoc Tribunal, quę ſunt aliquo modo contra fidem, ita vt in materia fidei delinquatur. Aut, quæ ex ſpeciali Conſtitutione Summorũ Pontificum ad hoc tribunal reducta ſunt. In cœteris autem nō debent Inquiſitores ſe immiſcere, vt deſumitur ex Cap. *Accuſatus.* §. *Sanè* ibi. *Cum negocium fidei, quod ſummè priuilegiatum exiſtit per occupationes alias non debeat impediri &c.* & §. *De quæſtionibus* ibi. *Ne per cauſas huiuſmodi offendiculum negocio fidei præparetur.* De Hæret. in 6. Vnde ibi prohibentur cognoſcere de diuinationibus, et ſortilegiis, quando non ſapiunt manifeſtè hæreſim, aut de vſuris, etiam ſi agatur contra illos, qui pro crimine hęreſis ſunt in pœnitentia.

4 Præſens autem crimen venditionis Chriſtiani tanquam Turcæ in ſeruitutem emente alio Chriſtiano, nec eſt contra fidem; nec ex aliqua ſpeciali Conſtitutione Summorũ Pontificum tractum eſt ad Tribunal Inquiſitionis, & ideo nullo modo ad ipſum ſpectare poterit. Quod non ſpectet ex aliqua Conſtitutione ſatis cōſtat, quia nulla reperitur, quę de hoc diſponat. Quod ſufficit, vt negatiua cenſeatur probata. argum. ex *l. fin.* C. De *reb. credit.* & notant Bec. *conſil.* 40. *num.* 2. Surd. *Conſil.* 21. *nu.* 1. Menoch. *conſil.* 98. *num.* 49. Rota *deciſ.* 64. *num.* 2. *par.* 1. *Diuer.* & coram Merlino *deciſ.* 687. *num.* 20.

5 Quod autem non ſit delictum contra fidem, etiam ex eo conſtat, quod nō aſsignatur, in quo violet fidem, aut ſapiat hæreſim, aut det ſuſpicionem hæreſis, quæ ſola faciunt, vt delictum concernat fidem, & pertineat ad Tribunal Inquiſitionis. Et ideo ſatis conſtat de negatiua, quod non pertineat ad fidem, dum non probatur affirmatiua iuxta ea, quę tradunt Bald. *conſil.* 318. *num.* 7. *lib.* 1. & in *l.* 2. *num.* 6. C. *De error. aduocat.* Caſtrenſ. *ibid. num.* 4. Salicet. *num.* 3. *ver.* *Vt tamen veritas.* Lanfranc *in Cap. Quoniam contra. numer.* 4. *De probat.* Paccian. *De probat. lib.* 1. *cap.* 46. *numer.* 50. Beroius *conſil.* 1. *num.* 57. *lib.* 2. Cabal. *conſil.* 22. *num.* 8. *lib.* 1. Peregrin. *conſil.* 81. *num.* 10. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 322. *nu.* 44. Herculan. *de probat. negat. num.* 45. & 54. Rota coram Merlino. *deciſ.* 832. *num.* 1.

6 Accedit etiã ratio. Quia præſens delictũ nō eſt cōtra fidē neq. ex obiecto neq. ex fine. Nō ex obiecto, quia tota malitia, quam habet ex ipſo, conſiſtit in iniuſtitia, qua violatur alienum ius libertatis. Omnes enim homines natura naſcuntur liberi. §. *Ius gentium.* Inſtit. De *iure. nat. gent. &*

ciuili.

ciuili, & *l. Manumiſſiones ff. De iuſt. & iure.* Vnde etiam inter infideles locum habet hoc delictum, quantum eſt ex obiecto: & tamen inter ipſos non poteſt fidei contrariari. Sed neque poteſt contrariari ratione finis, quia cum non vendiderit Infidelibus, ſed Chriſtianis, non poteſt intendere, quod apoſtataret à fide, aut exponere periculo apoſtatandi; ſed finis fuit iniuſtum lucrum percipiendi ex huiuſmodi venditione. Neque occurrit aliqua circumſtantia in hoc facto, quæ faciat, quod cõtrarietur fidei. Quia nulla alia circumſtãtia interuenit, ex qua conſurgere poſſit talis contrarietas, niſi quod eos vendiderit tanquam turcas, cum tamen eſſent chriſtiani; quæ tamen circumſtantia non importat aliud, quàm mendacium, quod cũ ſit circa factum, nempe circa religionem, quam profitentur, nõ autem circa fidem, non dat aliquam ſuſpicionem hæreſis, præſertim, quia non ordinatur mendaciũ ad fallendum circa res fidei, ſed ad obtinendam emptionem, & ad inueniendos emptores, qui aliàs non inuenirentur: vnde erit tantum mendacium pernicioſum, non autem fallens circa res fidei.

7 Denique venditio hominis Chriſtiani fieri poteſt abſque peccato, quando aliàs adeſt ius vendendi in ſeruitutem; vnde patet ratione patriæ poteſtatis ſtante, grauiſſimæ neceſſitate poteſt vendere proprios filios *l. 1. & 2. C. De patr. qui fil. diſtraxer.* & tradunt Gloſ. *in hanc l. 2.* Bald. *in l. In ſuis ff. De liber. & poſth.* Cuiac. *in Pauli recep. ſent. lib. 5. tit. 1.* Ceual. *Commun. opin. Quæſt. 270.* Couaruu. *lib. 3. Variar. cap. 14. num. 4.* alios citans, & teſtans de communi. Pinel. *in Rubr. C. De bon. mat. ter. par. 2. numer. 20.* Enenchel. *De priuileg. parent. priuileg. 21. num. 22.* Molina *de iuſt. & iure. tract. 3. diſp. 33. tom. 1.* Facundez *de iuſt. & iure. lib. 2. cap. 1. num. 9.* Gaſpar Hurtad. *de iuſt. & iure. diſp. 1. difficul. 21.* Quod ſatis conuincit ex obiecto non continere aliquid contra fidem. Vnde ſolum remanet, quod venditio in præſenti caſu ſit abſque iure vendendi, & cũ mendacio, dum venditur tanquam turca, qui eſt chriſtianus. Ex primo autem capite conſurgit tantum iniuſtitia in materia ciuili naturali, & ideo nihil fit contra fidem, ſicut nec etiam ratione mendacij, cũ ſit tantum circa qualitatem hominis concernentem profeſſionem religionis.

8 Neque obſtat ratio dubitandi. Nam non eſt verum, quod talis venditio ſit in contemptum religionis Chriſtianæ, cum talis contemptus, neque conſurgat ex obiecto, neque ex fine, neque ex aliqua circumſtantia. Non ex obiecto, quia vt dictũ eſt, ex genere ſuo poteſt eſſe ſine peccato; & in præſenti defectu iuris vendendi continet tantum iniuſtitiam; Non ex fine, quia conſtat, quod finis eſt lucrum. Non ex aliqua circumſtantia, quia non apparet. Et cum ex obiecto non inferatur talis contemptus, oporteret ad eum inducendum, quod conſtaret, quod talis venditio fieret ex eo capite, quod profiterentur chriſtianam religionem. De quo, cum nõ cõſtet, nõ debet præſumi huiuſmodi delictum *l. Merito ff. pro ſocio.* & Cap. *fin. De præſumpt.* & tradunt communiter Doctores Iaſ. *in l. Creditori. num. 7. ff. De noui oper. nun.* Grammat. *conſil. 13. num. 8.* Abbas *in Cap. Cum tur. De teſtib.* Ruin. *conſil. 1. n. 3. vol. 5.* Natta *conſil. 549. numer. 11.* Alexan, *conſil. 127. num. 12. lib. 4.* Marſil. *conſil. 21. num. 2.* Menoch. *præſump. 161. nu. 26. lib. 5.* & *conſil. 121. num. 77.*

An, ſi deficientibus deſcendentibus, eligendus ſit hæres, qui ſit de familia, ſufficiat eligere de familia quacunque habente idem cognomen, & eadem inſignia. Quæſt. 116.

S V M M A.

1 *Si teſtatur vocet deſcendentes, & poſtea vnum de familia, intelligit de contentiua.*

2 *Quando ab vltimo deſcendente eſt eligendus vnus de familia, ſufficit, ſi eligatur habens idem cognomen, & inſignia.*

Identitas cognominis, & inſignium arguit identitatem familiæ.

Cognomina, & inſignia, ſunt characteres familiarum.

3 *Diſcrepantia in inſignibus infert diuerſitatem familiæ.*

Argumentum à contrario ſenſu valet exiſtente fine contrario.

4 *Vt quis fiat Eques Hieroſolimit. requiruntur inſignia nobilium &c.*

5 *Fama, exiſtimatio &c. probant identitatem familiæ, conſanguinitatem.*

6 *Inſignia impoſita, rebus arguunt pertinere ad familiam.*

7 *Sola identitas cognominis, & inſignium an probet identitatem familiæ.*

In antiquis difficilis probationis ſufficiunt indicia præſumptiones &c.

8 *Identitas cognominis, & inſignium quando nō ſufficiant.*

9 *Aſſumptio alienorum inſignium habet vim exceptionis.*

Exceptio probanda eſt ab excipiente.

Standum pro identitate familiæ ex identitate inſignium &c. quouſque oppoſitum probetur.

---

1 SI teſtator inſtituat omnes ſuos deſcendentes ſucceſſiuè, & in defectum deſcendentium vocet vnum de familia eadem eligendum ab vltimo deſcendente arbitrio ſuo; manifeſtā fit, quod vocat aliquem extra familiam effectiuam, cum ſupponat deficere in illo vltimo, & proinde tranſire vocationem ad familiam contentiuam, agnatos, & tranſuerſales iuxta ea, quæ norat Peregr. *conſil.47.numer.10.* Conſtat enim, quod in huiuſmodi vocatione rationē habet eiuſdem familiæ, & ideò contemplatur tranſuerſales, cum non amplius contempletur deſcendentes, vt obſeruāt Hieronim. Gab. *conſil. 139. num. 59.* Menoch. *conſil.424. num.12.*

2 An autem ſufficiat, quod eligendus ab vltimo deſcendente ferat eadem inſignia, & obtineat idem cognomen, vt tanquam vnus de familia vocata poſsit eligi. Et *affirmatiuè videtur reſoluendum*. Quia identitas cognominis, & inſignium copulatiuè infert identitatem familiæ, cum hæc duo ſint proprius character, qui ex hominum inſtitutione diſtinguit familias, præſertim quando habetur ratio nobilitatis, & qualitatis agnationis iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l.Tutelas. num. 4. ff.* De *cap. diminun.* Peregrin. *conſil.47.numer.13. & 19. lib.2.* Alexan. *conſil.213.num.3.lib.6. & conſil.91.nu.5. lib. 7.* Calcaneus *conſil.8. num.6* Corneus *conſil.216. num.4. lib.2. & conſil.26.num.3. & conſil.51.numer.6.lib.4.* Gozadin. *conſil.45. num.9.* Craueta *conſil. 800.num.5.* Marzar. *conſil.1.nu.10.* Rebuf. *in l.Pronunciatio.§.Iure proprio. ff.* De *verbor. ſignificat.* Matius Antonin. *Variar. reſol.82.num.9. lib.1.* alios citans Viuian. De *iur. patr. lib.4. cap.9. num. 35.* Maſcar. *de Probat. concl. 114. num.24.* Eſcobar, *de Nobilit. par 1. qu.16. §.2. nu.23.* Menoch. *præſump. 15. num.48. lib.6.* Cognomen enim, & inſignia ſunt inſtituta tanquam ſpeciales characteres familiarum: vnde, qui ſunt de eadem familia ad inducendam aliquā diſtinctionem inter ſeipſos addūt aliquid de nouo propriis inſignibus. Et ideo vbi adſunt eadem inſignia cum eodem cognomine, præſumitur eadem familia, cum habeat eamdem notionem, & characterem, ſub quo ſtat identitas familiæ.

3 Confir. Diſcrepantia in inſignibus infert diuerſitem familiæ, vt tradunt Alexan. *conſil.213. init. & num.2. lib.6.* Paris. de Puteo *lib. 5. de re milit. tit.* De *inſign. num 8.* Peregrin. *de fideicom. ar.22. num.26.* Chaſſan. *in Catal. glor. mun. par.1. concluſ. 20.* Rota coram Merlino *deciſ. 669. numer. 31.* Vnde valet argumentum à contrario ſenſu, & proinde identitas inſignium, & cognominis copulatiuè inferet identitatē familiæ. Quia quando negatio eſt cauſa negationis, affirmatio quoque eſt cauſa, affirmationis, & ideo ſi negatio identitatis inſignium, & cognominis infert diuerſitatem familiæ, poſitio identitatis in eiſdem inferet identitatem, præſertim, quia locum habet contrarietas cauſæ finalis, nam finis diuerſitaris inſignium, & cognominis eſt diuerſificare familias; & finis identitatis eſt oſtendere identitatem familiæ, ſi quidem aſſumuntur inſignia, & cognomina tanquam characteres proprii, & diſtinctiui familiarum. Et ideo valet argumentum à contrario ſenſu *l. Tale pactum §. fin ff.* De *Pactis.* & *l. Qui teſtam. §. Mulier. ff.* De *Teſtam.* & Cap. *Quamquā.* De *cenſib. in 6.* & notant communiter Doctores *ibid.* Gloſ. *in dict. l. Qui teſtamento.* Bald. *conſil.477. in fine. ver. Ego dixi. lib.4.* Caſtrenſ. *conſil.175. num. 3. lib.1.* Roman. *conſ. 399. init.* Hippolit. Riminal. *conſ.485. num.*

*num.*25.*vol.*5. Monald. *conſ.*148. *numer.*7. *vol.*2. Cephal. *conſ.* 51. *nu.*14. Rota coram Puteo. *deciſ.*189. *num.*8. *lib.*1. & coram Durano *deciſ.* 445. *num.*55. & *deciſ.*497. *num.*2. *par.*4. Recent.

4 Confir. 2. Quia *in Ordinat. 7. De recipien. fratr. Equit. Hieroſolimit.* inter alia requiſita requiritur, quod habeant inſignia, quibus vſi ſint viri nobiles, & quod ſint antiqua ſaltem centum annorum, quod non inſeruiret, niſi ex inſignibus argueretur familia, vt pōderat Rota coràm Merlino *deciſ.*164. *num.*4. *& ſequent.* Ergo ſicuti ex identitate inſignium arguitur nobilitas, ita etiam arguetur identitas familiæ.

5 Et hoc à fortiori procederet, ſi præter identitatem cognominis, atque inſignium adeſſent etiam alia adminicula, vt eſſet nomen ciuitatis additum cognomini, in qua alia familia eiuſdem cognomini, & inſignum degit, aut fama, quod ab ipſa proueniat, & communis exiſtimatio, nam hæc ſufficit ad probandam identitatem familię, vt in terminis conſanguinitatis tradunt *Dec. conſil.* 595. *num.*7. Natta *conſ.*475. *num.* 29. Rota coram Seraphino. *deciſ.*578. & coram Pennia *deciſ.* 846. *num.* 11. & *deciſ.* 17. *num.*2. *par.* 2. Recent. Et in terminis nobilitatis id ipſum tradunt tanquam communem ſententiam Socin. *conſil.*64. *num.* 11. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1095. *num.*8. Caſſan. *in Cathal. glor. mun. par.*8. *conſid.*16. Tiraquel. *de nobilit. cap.*10. *num.*6. alios referens. Io. Garzia *de nobilit. gloſ.*7. *num.*12. Azeuedo *in Rubr. tit.*2. *lib.*6. *num*, 164. *& ſequent.*

6 Accedit etiam, quod inſignia impoſita rebus arguunt, res illas pertinere ad familiam, quæ ipſis vtitur, vt tradunt Bart. in *l. Stegmata* C. De Fabricens. *lib.* 11. Dec. *in Cap. Cauſam matrimonij. numer.*3. De *probat.* Afflict. *deciſ.*23. *num.*4. Rota *in Romana de Iacobatijs.* coram Blanchetto, & coram Comitolo *deciſ.*71. *num.*7. Vnde in iis quoque, qui vtuntur inſignibus alicuius nobilis familiæ, arguent pertinere ad ipſam familiam tanquam ab ipſa prouenientes.

7 Sed quid, ſi concurrant inſignia. & cognomen. cum communi exiſtimatione, quod proueniat à familia de tali ciuitate Italiæ, verb. gr. cenſendi ſint prouenire à familia etiam alterius ciuitatis eiuſdem Italiæ, ſi nullus extet veſtigiū, quod familia, à qua fama eſt, prouenire, habeat aliquam pertinentiam ad aliam familiam Italicam. Et *affirmatiuè videtur reſoluendum ſtante omnimoda identitate inſignium, & cognominis.* Hæc enim identitas, vt dictum eſt, arguit identitatem familiæ; & cum ſimus in antiquis, quæ ſunt difficilis probationis, ſufficiunt indicia, coniecturæ, & præſumptiones, vt tradunt Alexand. *conſ.* 90. *num.*12. *lib.*6. Iaſ. *conſ.*114. *num.*20. *lib.*1. Dec. *conſ.*595. *num.*1. Aret. *conſ.* 37. *num.*2. ver. *Venio igitur.* Rota coram Pennia *deciſ.* 347. *num.*11.

8 Nec obſtat, quod plures aſſumant cognomina, & inſignia aliena, & proinde quod ex ipſorum identitate non liceat inferre identitatem familiæ, vt tradunt plures citans Ciriacus *controuer.* 281. *num.*29. Rota *deciſ.*5. *num.* 32. *par.*7. *Recent.* & in *Mediolanenſi iuriſpatronat.* coram Pirouano *deciſ.*75. *num.*9. & *deciſ.*75. *num.*4. apud Viuian. *De iure patronatus.* & coram Eminentiſſ. Otthobono, *deciſ.*151. *num.*11. Nam reſpond. Id locum habere quando non eſt probanda præcisè identitas familiæ, ſed etiam deſcendentia vel à teſtatore, vel ab aliquo alio, in quibus terminis procedunt dictę deciſiones coram Pirouano. Nunc autem ſumus in caſu, in quo ſufficit probare identitatem familiæ, cum teſtator tantum velit, quod eligatur pro hærede vnus de tali familia.

9 Deinde ſtante identitate cognominis, & inſignium, quod fuerint aſſumptæ ab alio, qui nō eſſet de familia, ſiue ex hac, ſiue ex illa cauſa, habet vim exceptionis, & ideo non elidit præſumptionem, & probationem in contrarium, niſi opponatur, & probetur iuxta *l. Quoties.* §. *Qui dolo.* & *l. In exceptionibus. init.* & *l. Cum de indebito.* §. *Sin autem. ff.* De *probat.* & *l.*1. *ff.* *De excep.* vbi Gloſ. *verbo. Videtur.* & *in dict. l. In exceptionib.* verbo. *Velut intentionem.* Quia ſcilicet excipiens aſſumit perſonam actoris. Et ideo quouſque exceptio probetur, ſtandum eſt probationi deſumptæ ex idētitate inſignum, & cognominis, vt in-

ter,

terminis de nobilitate tradunt Tiraquel. De *nobil.cap.*10. *num.*6. Calcan.*conſ.*8.*col.* 3.Maſcard.De *probat.concluſ.*1095.*num.*9. *tom.*2.

10 Præſertim, quia identitas cognominis, & inſignium facit præſumptionem pro identitate familiæ contentiuæ, & ideo reiicit onus probandi in aduerſarium.*l.Generaliter.§.Si pecuniam.in fine. ff De fideicom. liber.* & notant Gloſ. *in l.fin.ff. Quod metus cau.* vbi & Doctores. Dec. *in Cap. Nouit.*in fine. De *iudic.* Brun. *conſ.*109.*nu.* 1.Menoch. *conſ.*419. *num.* 12. & communiter.

Quem debeat eligere vltimus deſcendentium, ſi eligendus ſit de extranea familia coniunctus in conſanguinitate. Quæſt. 117.

S V M M A.

1 *Si familia ſubſtituantur coniuncti in conſanguinitate, veniunt Cognati.*
2 *Conſanguinitas complectitur omnes ſanguine iunctos.*
3 *Conſanguinitas ſecundum ius ciuile non excedit decimum gradum.*
4 *Affines quinam ſint.*
Affines non veniunt appellatione coniunctorum in conſanguinitate.
Conſanguinei ſunt, qui ſanguine quocunque modo iuncti ſunt.
5 *Conſanguineorum nomine propriè non veniunt Cognati.*
Veniunt tamen, quando non poſſunt ſumi strictè.
6 *Quicunque conſanguineus eligi poteſt, quando eſt eligendus coniunctus in cõſanguinitate cum familia.*

1 DIſpoſuit teſtator, quod ſi deficerent deſcendentes, & cœteri de familia contentiua, vltimus deſcendentium eligeret arbitrio ſuo in hæredem aliquem de extranea familia, ſed coniuncta in conſanguinitate familiæ eligentis. Ex qua diſpoſitione ſtatim manifeſtum fit, non habere locum agnatos, ſeu coniunctos in conſaguinitate per maſculos, ſed cognatos, ſeu coniunctos ſanguine per fœminas iuxta.*§.1.* Inſtit, *De legit.agnat.tut.* vbi Gloſ. & Doctores, & *l. Inter agnatos ff* Vnde *legitimi.*& *l.1.ff.* Vnde *Cognati.*& *l.Non facilè. §. Cognationis.ff.* De *gradib.affinit*, vt cum pluribus notat Tiraquel. *De retract.lig.*§.1 *gloſ.* 9. *nu.* 11. *& num.*203. Rota coram Pennia *deciſ.*152. *num.*1.

2 Vnde coniunctio in conſanguinitate non debet amplè ſumi, prout complectitur omnes ſanguine coniunctos iuxta ea, quæ tradunt Tiraquel. *De retract.lign. §.1. gloſ.9.num.*9.ver.*Sed intelligo.*Boccat. *ad Conſtit. Marcb. gloſ* 3.*n.*90. Farin. *conſ. criminal.* 151. *n.* 11. Sed coarctata ad certã ſpeciẽ conſanginitatis. Quia cũ teſtator diſponat pro caſu, in quo non extent maſculi ex linea paterna, & in fauorem extraneæ familiæ, non potuit intelligere de coniunctis in conſanguinitate, niſi per lineam fœmininam.

3 Sed an conſanguinitas ex linea fœminina amplè ſumenda ſit, an verò intra certos gradus, videtur intra certos gradus ſumenda, quia non debet eligi conſanguineus præciſè, ſed in conſanguinitate coniunctus, vt ſonant verba teſtatoris; vnde videtur requiri gradus, in quo fundetur coniunctio, ſine quo videtur etiam ceſſare coniunctio. Et proinde cum ſecundum ius ciuile, per quod regulandũ eſt teſtamentum, non habeatur in conſideratione conſanguinitas vltra decimum gradum iuxta ea, quæ tradunt Accurſius *in Autben.In ſucceſſione.*C.De *ſuis,& leg.bæred.*Bart.Io. Faber. & cœteri. *ibib.* Bal. *in l. fin.* C. Vnde *legitimi.* vbi & cœteri *Doctores.*Tiraquel.*de Retract.lign.§.1, gloſ.9. nu.* 24. Non poterit eligi, niſi qui ſit intra dictos gradus. Præſertim quia appellatio cõſanguinei propriè non extenditur vltra dictos gradus.

4 An autem cenſeantur comprehẽſi affines, ita vt aliquis ex ipſis eligi poſſit in hæredem, *negatiuè reſoluendum eſt.* Quia verba diſpoſitionis teſtatoris ipſis adaptari nõ poſſint; nam affines ſunt ii, qui ratione matrimonii pertinent ad aliquos iuxta *§.Affinitatis* Inſtit. *de nupt.* & *l.Non facilè. §.Affines.ff.* De *gradib.affinit.* & Cap. *Non*

de-

debet. De conſaguin. & affinit. Vnde non ſunt coniuncti ſanguine, atque adeo nec etiam in cõſanguinitate; Cũ ergo teſtator diſponat, quod eligatur coniunctus in cõſanguinitate, non poteſt electio extendi ad affines, quia conſanguinei, ſeu coniuncti in conſanguinitate ſunt ij tantum, qui quoquo modo ſanguine iuncti ſunt. *l. 1. §. Poſt ſuos. ff. De ſuis, & legit. hæred.* & *l. Hac parte. ff.* Vnde *cognati.* & *l. Vel ſi ſanguine. ff.* De *manumiſ. vind.* & notant Bart. *in l. Cũ quidem. §. 1. num. 1. vet. Sciendum eſt. ff.* De *acquir. hæred.* Couaruu. *in 4. Decret. par. 6. §. 8. De conſanguin.* Tiraquel. *De retract. lign. §. 1. gloſ. 9. num. 6.* Curt. iun. *conſ. 46. nu. 4.* Beroius *conſ. 95. num. 10. vol. 2.* Peregr. plures referens *de fideicom. ar. 22. num. 35.* Capra. *conſ. 37.* Rota *deciſ. 39. num. 10. par. 4. Recent.* & coram Coccino *deciſ. 137. nu. 21.* & alii cum Gloſ. *in §. Cæterum.* verbo *Conſanguinei.* Inſtit. De *legit. Agnat. ſucceſ.*

5 Nec obſtat, quod nomine conſanguineorum non veniant propriè cognati, vt obſeruant Aret. *in l. Cum quidam. §. Quod dicitur. not. 2. ff.* De *acquir. hæred.* Beroius *conſ. 95. num. 10. vol. 2.* Mandel. *conſ. 69. num. 2.* Peregrin. *de fideicom. ar. 22. n. 35.* Corn. *conſ. 13. nu. 15. lib. 2.* Simon de Præt. *de Interpret. vltim. volun. lib. 3 ſolut. 11. nu. 21.* Brun. *Super ſtat. excluſ. fœm. ar. 12. nu. 269.* Rota *in Vrbeuetana ſucceſſionis. 24. Maij.* 1632. coram Veroſpio. Pro quo faciũt tex. *l. Iuriſconſultus. §. 1. ff.* De *gradib.* & *l. Si ſpurius. ff.* Vnde *cognati.* Quia hoc eſt verum, quando ex adnexis conſtat, quod in ſtricta, & propria ſignificatione nomen conſanguinei accipi debet; & poteſt ſignificare agnatos. At modo ſumus in caſu, in quo non poteſt in ſtricta ſignificatione accipi, nec poteſt ſignificare agnatos, cum manifeſtum ſit, quod teſtator loquatur de cognatis, cum loquatur in caſu, in quo deſinant agnati, & omnes deſcendentes maſculi.

6 *Ex* quibus deducitur, quod vltimus deſcendentiũ nõ tenebitur eligere aliquẽ coniunctum ſibi in conſanguinitate, ſed ſufficiet, ſi eligat, coniunctum cũ aliquo alio de familia, licet is, cum quo fuit coniunctus, non ſuſperſit. Nam diſpoſitio teſtatoris ſolum requirit coniunctionem in conſanguinitate cum familia, non autem cum ipſo vltimo deſcendente. Vnde licet non eſſet eligenti coniunctus intra decimum gradum; ſi tamen ſit coniunctus cum alio, poteſt eligere. Nec enim obſtat, quod is, cui fuit coniunctus, non ſuperſit, nam ſemel contracta conſanguinitas cum familia, durat ſemper.

An valeat pactum inter Titularem, & penſionarium, quod ille cedat huic omnes fructus beneficij, & hic cedat penſionis fructus, & etiam fructus aliorum beneficiorum. Queſt. 118.

S V M M A

1 *Pacta circa beneficia, & penſiones prohibita.*
2 *Beneficiarij, & penſionarij poſſunt ſibi mutuò fructus cedere.*
3 *Fructus beneficiorum, et penſionum ſunt quid temporale.*
Veniunt in commercium prophanum.
4 *Penſionarius poteſt cedere fructus retento iure.*
Eadem ratio de fructibus beneficij, decimarũ, penſionum &c.
5 *Vſusfructus eſt inſeparabilis ab vſufructuario.*
Poteſt tamen ſeparari commoditas fructuum.
6 *Confiſcatis bonis vſufructuarij commoditas fructuum tranſit in fiſcum.*
Pater percipit fructus filij vſufructuarij.
7 *Pacta, quæ tangunt fructus meros beneficij, nõ ſunt prohibita.*
8 *Pacta circa fructus beneficiorum &c. ceſſant decedente altero beneficiario.*
Beneficiarius circa fructus tantum cedere poteſt, quantum poteſt lucrari.
9 *Clauſula annullatiua alterius contractus nõ præiudicat contractui, cui apponitur.*
Penſio remitti poteſt ſolo conſenſu penſionarij.
Diſpoſitum cadit, ſi non ſubſiſtat præſuppoſitum.
10 *Interpretatio capienda, quæ ſit de mente paciſcentis.*
Interpretatio capienda, quæ delictum excludit.

1 Videtur negatiuè reſoluendum, quia ſupponitur, quod non interponatur auctoritas Pontificis

cis, ſed ſit pura conuentio inter Titularẽ, & penſionarium; nam pacta omnia, & cõuentiones circa penſiones, & beneficia non valent, niſi à Summo Pontifice auctorizentur. Cap. Qui ſtudet. 11. Quęſt. 1. & Cap. Cũ quidem. ver. Nos eam. De pactis, & Cap. Quæſitum. De rer. permut. vbi Butr. num. 3. Anan. num. 5. & cœteri Doctores. Hoſtienſ. in Cap. 1. nu. 3. De ſimon. Anchar. ibid. ver. Nõ tamen probibet. Paris. conſil. 30. num. 21 lib. 4. Dec. conſil. 118. nu. 4. Gratian. deſcep. foren. cap. 210. num. 36. Mohed. deciſ. 1. num. 3. De ſimonia. Puteus deciſ. 167. n. 5. lib. 2. Seraphin. deciſ. 1029. num. 8. Aliás inducũt ſimoniam de iure eccleſiaſtico prohibitam.

2 Tenendum tamen eſt. Quod licita ſit, & valida conuentio, per quam titularis cedit penſionario omnes fructus beneficij, & penſionarius cedit exactioni pẽſionis; & pro fructibus excedentibus fructus penſionis, cedit fructus aliorum beneficiorum. Ita licet in diuerſo caſu, eodem tamen quò ad ſubſtãtiam Tiraquel. De retrac. conſanguin. §. 1. gloſ. 7. num. 52. Lotter. De re beneficiat. lib. 1. quæſt. 42. numer. 24. Rota coram Ludouiſio deciſ. 440. num. 7. & Doctores nu. 4. citandi Pro quo ſupponendum eſt, quod in hac conuentione maneat fixi tituli; & iura beneficiorum, & penſionis, & ſolum fit conuentio circa fructus, ſeu commoditatem percipiendi fructus.

3 Ratio eſt. Quia fructus beneficiorũ, & penſionis, quicquid ſit de ipſa penſione, ſunt merè temporales, & ſub libera diſpoſitione poſſidentium beneficia, & penſiones; & proinde conuentiones, quæ fiunt circa ipſos, ſunt conuentiones prophanæ vt notant Gomez ad Regul. De infir. reſign. quęſt. 16. ver. Nam penſiones. Gigas conſil. 3. num. 5. Quia ſpecificantur à materia, circa quam verſantur, quæ eſt merè temporalis, & prophana, vt dictum eſt; & ideo tãquam contractus prophanus eſt in libero commercio, nec indiget auctoritate Papę, nec inducit ſimoniam, vt deſumitur ex Cap. Veſtra. De locat. & notant Gloſ. ibid. in figurat. caſus. Abbas, & cœteri Doctores ibid. Archidiacon. in Cap. Ad hæc. 1. Quæſt. 1.

4 Confir. Si ius penſionis remaneat apud penſionarium, poſſunt fructus alteri cedi in commodum ipſius abſque vlla ſimonia, vt tradunt Præpoſit. in Cap. Audiuimus. 1. Quæſt. 3. Guttierez lib. 2. Canon. quæſt. cap. 13. Garzia de benefic. par. 1. cap. 5. num. 29. & par. 2. cap. 1. num. 38. Zerola in Praxi verbo. Alienatio. §. 3. concluſ. 10. Suarez tom. 1. De relig. lib. 4. cap. 26. nu. 9. & 17. Quaranta in ſum. Bullar. verbo. Alienatio rer. eccleſias. numer. 18. ver. 3. Molina de iuſt. & iure diſp. 466. num. 5. ver. In tertia autem. Filliuc. tract. 42. cap. 9. quęſt. 8. num. 14. & quæſt. 14. numer. 29. Azor. par. 2. lib. 8. cap. 10. quæſt. 11. & cap. 11. quæſt. 2. & 14. Ripa de ſimon. par. 1. ar. 4. num. 34. Naldus in ſum. verbo. Penſio. num. 10. Bonac. quæſt. 4. de ſimon. §. 13. propoſ. 2. num. 15. Io. Vuames. conſil. canon. 50. num. 3. Barboſa Ad Extrauag. Ambitioſę. n. 8. De reb. Eccleſ. non alien. & alij. Non alia ratione, niſi quia fructus penſionis ſunt ſeparabiles à iure penſionis, & in ſe ſunt quid temporale. Hæc autem eadem omnino ratio militat etiam in fructibus beneficii, & ideo eodem modo cedi poterunt. Vt Gloſ. in Cap. Veſtra. in explicat. caſus. De locat. per illum tex. qui loquitur de fructibus decimarum, notat, quod fructus omnium rerum ſpiritualium locari poſſunt, vendi, obligari &c.

5 Confir. 2. Licet vſufructus non poſſit ſeparari à perſona vſufructuarii. §. Finitur. Inſtit. De vſufr. et l. Si vſusfruc. ff. De iure dot. Poteſt tamen vſufructuarius cedere alteri fructus in eiuſdem commodum, retinendo ſibi ius ad percipiendos fructus, et transferendo in alium ſolam commoditatem fructuum. l. Arboribus. §. Vſufructuarius. ff. De vſufruct. & l. Neceſſario. §. fin. ff. De peric. & com. rei. vend. Et tradũt Gloſ. in §. Finitur. verbo, Cedendo. Inſtit. De vſufr. & in l. Si vſusfructus. verbo. Ad eum. ff. De iure dot. Roman. in l. Vſufructus. numer. 6. ff. Soluto matrimonio. Tiraquel. de Retrac. conſanguin. §. 26. gloſ. 1. num. 46. vbi alios citat. Pinel. in l. 1. par. 3. numer. 38. ver. Alij diſtinguunt. C. De bon. mater. Molina. lib. 1. De primogen. cap. 20. num. 11. Neguſant. de Pignor. par. 2. num. 9. ver. Tamen hoc non obſtante. Sanchez lib. 7. cap. 1. ſum. nu. 11. Gomez de Contrac. cap. 15. n. 17. Quia nimirum fructus ſunt liberi, et alienabiles, tanquam ſub libera diſpoſitione vſufructuarii.

6 Hinc,

6 Hinc, ſi delinquat vſufructuarius, ita vt eius bona publicari debeant, quamuis vſufructus ab ipſo tolli non poſſit, cõmoditas tamen percipiendi fructus tranſit in Fiſcum, vt tradunt Bart. *in l. Si poſtulauerit. ff. Ad leg. Iulian. de adult.* et cæteri Doctor. *ibid.* Angelus. *de Malefic.* verbo. *Et eius bona publ. numer.* 9. Farinac, *in Praxi. quæſt.* 25 *de delic. & pœn. num.* 149. Giurba *ad Conſuet. Meſſanene. cap.* 7. *gloſ.* 2. *par.* 1. *num.* 14. Similiter quoque ſi filius ſit vſufructuar. pater lucratur fructus, vt tradunt Gabr. *conſil.* 162. *nu.* 13. Caſtil. *de Vſufrut. cap.* 63. *numer.* 24. Ex quibus ſatis conſtat, quod commoditas fructuum eſt ſeparabilis à iure percipiendi fructus. Et proinde etiam in beneficiis alia ratio erit de fructibus, et alia de beneficio; ſi quidem beneficium, quatenus eſt ius percipiẽdi fructus ex certo, fundo æquiparatur vſufructui, vt de penſione dixit Gabr. *conſil.* 191. *lib.* 1. Et ideo alio iure cenſebuntur fructus, et alio beneficium: et de fructibus diſponi poterit tanquam de re merè temporali.

7 Neque obſtat ratio in contrarium. Nam pacta, et conuentiones circa beneficia interdictæ ſunt, quatenus tangunt ipſa beneficia, non autem, quatenus tangũt fructus iuxta ea, quæ tradunt Gumier *in Pragmat. ſanct.* Tit. *De collat.* §. *Item quod Vniuerſitates.* verbo. *Beneficiorum.* Rebuf. *tract. de Pacific. poſſeſ. num.* 132. ver. *Decima octaua concluſ.* Gigas. *de penſion. queſt.* 1. *num.* 1. ver. *Prędicta definitio.* Prædicta autẽ conuentio nullo modo tangit beneficia, cum tota conſiſtat in mutua ceſſione fructuum propriorum beneficiorum.

8 Ex quibus deducitur. Quod decedente altero paciſcentium corruit tota conuentio, & omnia reducuntur, ad illum ſtatum, quem haberent, ſi non extitiſſent. Nam ad illius mortem vacant beneficia, quæ poſſidebat, ipſo iure, et proinde deſinit etiam ceſſio fructuum, quæ cenſetur tantum facta ad vitam cedentis, vt potè, quia tantum potuit cedere, quantum potuit lucrari iuxta *l. Si vſufructus. ff. De iure dot.* & *l. Vſufructu. ff.* Soluto *matrimonio.* et notant Peregrin. *De fideicom. ar.* 40. *num.* 110. Et ſi moriatur penſionarius extincta manebit penſio; ſecus autem ſi moriatur Titularis, quia tunc ſolum finietur conuentio, ſed in ſuo vigore remanebit penſio, vt potè Apoſtolica auctoritate impoſita.

9 Solum ſupradictis obſtare poſſe videtur, ſi in prædicta conuentione dicatur, quod reuocetur, et annulletur omnis alia conuentio, quæ præceſſerit, nempe illa, quæ facta fuit de ſoluenda penſione à reſignatario reſignanti beneficium. Nam clauſula hæc annullatiua præcedentis conuentionis non poteſt tangere reſignationem beneficii, cum non ſit in facultate partiũ, poſtquam ſortita eſt effectum, illam annullare, cum habeat eſſe, et valorem auctoritate Superioris; et proinde non remaneat ſub diſpoſitione partium, vt poſſint illam annullare, et caſſare. Solum tangere poteſt ipſam penſionem, et inferre eiuſdem extinctionem ad fauorem Titularis, cum ſolo conſenſu penſionarii abſque vlla auctoritate Superioris extingui poſſit, vt inter alios notant Præpoſit. *in Cap. Agatho.* ver. *Ad aliud notabile. diſt.* 63. Gomez *ad Reg. De infir. reſignant. quæſt.* 19. ver. *Nam penſiones.* Gigas. *conſil.* 3. *nu.* 7. Quia tamen clauſula annullatiua eſt conditionalis ex ſuppoſitione, quod habeat locum poſterior conuentio, ideo non infert extinctionem penſionum, niſi quatenus ſortitur effectũ mutua ceſſione propriorum beneficiorum. Imo neque tangit extinctionem penſionis, ſed ſolum ſolutionem; quia non annullatur, neque extinguitur ius exigendi penſionẽ, quia caſſatur, & annullatur ſolum, quod in præcedenti conuentione obſtare poteſt poſteriori; quæ eſt ſola ſolutio eiuſdem penſionis. Imo iura beneficiorum, & penſionis, cum ſint neceſſarium præſuppoſitum, cui innititur poſterior conuentio, non poſſunt annullari, et caſſari, aliàs non ſubſiſteret pactum, quod inirent Cap. Si Papa. *De priuileg. in* 6. et Clemen. *Si ſummus. De ſentent. excommunicat.* et notant Alexan. *conſil.* 126. *lib.* 5. Menoch. *de recuper. Poſſeſ. remed.* 9. *n* 161. Dec. *conſil.* 161. *numer.* 1. et communiter cum Gloſ. *in l. Mancipia C. De ſeru. fugit.*

10 Hæc autem interpretatio eſt neceſſariò deſumenda. Tum quia conſtitat de mente, quod poſterior conuentio valeat,

et

et eſt omninò inueriſimile, quod paciſcentes velint per clauſulam oppoſitam deſtruere pactum, quod ineunt. *l. Cum hic ſtatus* §. 1. *ff.* De *donat. inter vir. & vxor.* & *l. Præcipimus. in fine.* C. De *appellat.* Tum quia hæc interpretatio eſt neceſſaria, quia aliàs conuentio tangeret beneficia, nam deſtrueret, quod auctoritate Apoſtolica diſpoſitū eſt, et induceret circa eadem beneficia aliam diſpoſitionem contra iura eccleſiaſtica, et ideo ad euitandum; hoc delictum admittenda eſt iuxta Gloſ. *in l.* 2. *verbo.* Probaretur, C. De *petit. hered.* Bar. *in l. Non ſolum.* §. *Sed & probari. ff.* De *noui oper. nun.* Decian. *reſpon.* 92. *num.* 529. *vol.* 2. Grammat. *deciſ.* 18. *num.* 5. Menoch. *conſ.* 37. *num.* 104. Marſil. *conſ.* 132. *num.* 4. Craueta *conſ.* 247. *in fine.*

An vocatis coniunctis in conſanguinitate familiæ vltimi deſcendentis, veniant etiam affines. Quæſt. 119.

S V M M A.

1 *Affines in iure accipiuntur pro conſanguineis.*
2 *Conſangoinitas, & affinitas confunduntur.*
3 *Vocatis coniunctis in conſanguinitate non veniunt affines.*
Diſpoſitio non comprehendit, quos verba non comprehendunt.
4 *Affines quinam ſint.*
5 *Conſanguinei qui ſint.*
6 *Verba teſtatoris accipienda ſecundum communem vſum loquendi.*
Conſanguinei iuxta communem vſum loquendi ſunt ſanguine coniuncti.
7 *Conſanguinitas iuncta coniunctione ſtat ſpecifice, & contradiſtincta ab affinitate.*
8 *Conſanguinei non ſumuntur pro affinibus.*
Verba accipienda ſecundum ſubiectam materiam.
9 *Nomen affinis ſumitur genericè, & ſpecificè.*
Genus comprehendit omnes ſpecies.
10 *Affinis ſumitur pro coniuncto genericè.*
11 *Nomen affinis per aliquid ſuperadditum determinatur, vt ſtet pro conſanguineo.*
12 *Tex.* l. Ius familiarum *explicatur.*
Dictio, Seu, *ſtat augmentatiuè.*
13 *Affinitas non ſumitur pro conſanguinitate. Niſi determinetur ab adiunctis.*
4 Cap. Salubriter. 35. Quæſt. 8. *explicatur.*

---

1 VIdetur affirmatiuè reſpondendum. Quia affines accipiuntur etiam pro conſanguineis, et è contra iuxta ea, quæ tradunt Archidiacon. *in Cap Sciant cuncti. num.* 3. verbo. *Affines.* De *elect. in* 6. Io. Andr. *num.* 2. verbo. *Hoc aliquando.* Geminian. *nu.* 8. Tiraquel. De *retract. Lignag.* §. 1. *gloſ.* 9. *nu.* 20. Simon de Pręt. *de Interpret. vlt. volun. lib.* 3. *interpret.* 3. *dub.* 1. *ſolut.* 11. *num.* 14. Peregrin. *de Fideicom. ar.* 22. *num.* 40. ver. *Vbi tamen.* Fuſar. *de Subſtit. quæſt.* 370. *num.* 2. Et deſumitur ex *l. fin. ff.* Vbi *pupil. educa. deb.* & *l. Si mulier. ff* De *donat. inter vir. & vxor.* & *l. Ius familiarum.* C. De *relig. & ſump. funer.*

2 Imo etiam conſanguinitas, & affinitas in iure confunduntur, vt conſtat ex Cap. 1. ibi. De *affinitate conſanguinitatis per gradus cognationis &c.* 35. *Quæſt.* 3. et Cap. *Hęc ſalubriter. Quęſt.* 8. *eiuſd. Cauſę.* ibi. *Nequis fidelium propinquam ſanguinis ſui, vſquequo affinitatis lineamenta generis ſucceſſione cognoſcuntur &c.* Et ita obſeruat Tiraquel. De *retrac. lignag.* §. 1. *gloſ.* 9. *n.* 20.

3 Verum tenendum eſt. *Quod nullo pacto vocentur affines: ſed tantum conſanguinei, vt diſtinguuntur ab affinibus.* Ratio eſt. Quis verba diſpoſitionis teſtatoris non ſunt apta, vt complectātur affines, et proinde nec etiam diſpoſitio eos complecti poterit *l. Quod conſtitutum. ff.* De *milit. teſtam.* et norant Alexan. *conſ.* 140. *num.* 3, ver. *Ita etiam. vol.* 6. Paris. *conſ.* 3. *numer.* 26. *vol.* 2. Ruin. *conſ.* 127, *num.* 3. ver. *Preterea* Rota *deciſ.* 47. *num.* 2. *par.* 3. *Recent.*

4 Affines enim ſunt, qui ratione matrimonii ad ſe inuicem pertinent, quatenus duæ cognationes inter ſe diuerſæ per aliquorum nuptias copulantur. *l. Non facilè.* § *affines. ff.* De *gradib. affinit.* et Cap. *Nō debet.* De *conſanguinit. & affinit.* Vnde vinculum affinitatis fundatur in matrimonio: non autem in vnione ſanguinis. Cum ergo teſtator vocet coniūctos in cōſanguinitate, non extenditur vocatio ad affines, quia hi non ſunt coniuncti in conſanguinitate.

5 Illi enim tantum conſanguinei ſunt, qui ſanguine coniunguntur. *l.* 1. §. *Poſt ſuos. ff.* De *ſuis. & legit. hered.* et *l. Hac parte. ff.* Vnde *cognati.* et *l. Vel ſi ſanguine. ff.* De

manum.

manum. vind. et notant Gloſ. *in §. Cæterum.* verbo. *Conſanguinei.* Inſtit. De *legit. agnat. ſucceſ.* Bart. *in l. Cum quidam. §. 1. numer. 1.* ver. *Sciendum. eſt. ff.* De *acquiren. hæred.* Curt. iun. *Conſil. 46. num. 4.* Tiraquel, *De retrac. lignag.* §. 1. *gloſ. 9. num. 6.* Peregrin. *de Fideicom. ar. 22. num. 35.* vbi plures refert Rota *deciſ. 39. num. 10. par. 4. Recent.* et coram Coccino *deciſ. 137. num. 21.*

6 Confir. Verba teſtatoris accipienda ſunt ſecundum communem modum loquendi. *l. Labeo. ff.* De *ſuppel. leg.* et *l. Cum de lanionis. §. Item. ff.* De *fund. inſtruc.* Cum ergo teſtator dixerit de familia, ex qua eſt eligendus hęres ab vltimo deſcendente: ſed coniuncta in conſanguinitate, debet accipi conſanguinitas, atque adeo conſanguineus eligendus ſecundum communem vſum loquendi. Secundum autem communem vſum loquendi conſanguinei accipiuntur pro ſanguine coniunctis, et cõſanguinitas pro coniunctione ratione ſanguinis, vt obſeruant Bart. *in l. Cum quidam. §. Quod dicitur, num. 1. ff.* De *acquiren. hæred.* Curtius iun. *conſ. 46. n. 4.* Beroius *conſ. 95. num. 10. vol. 2.* Peregrin. plura adducens *de Fideicom. ar. 22. n. 35.* Tiraquel. *de* Retrac. *lignag. §. 1. gloſ. 9. nu. 260.* Rota *deciſ. 349. nu. 9. par. 6. Recent.*

7 Et hoc etiã deducitur ex ipſis verbis diſpoſitionis. Dum enim diſponitur, quod eligendus ſit de familia coniuncta in conſanguinitate familiæ, de qua eſt vltimus deſcendens, ex vi verborum explicatur coniunctio generica, quatenus dicitur, quod ſit de familia coniuncta, verbum enim, *Coniuncta*, importat coniunctionẽ in genere determinabilem ad talem, vel talem ſpeciem. Et explicatur etiam differentia coniunctionis, per quam ad talem ſpeciem determinetur per illa verba, *In conſanguinitate.* Vnde cum conſanguinitas accipiatur à teſtatore tanquam differentia determinatiua coniunctionis genericè ſumptæ, et conſtitutiua talis modi, et ſpeciei conſanguinitatis, oportet, quod ipſam ſumat ſecundum ſuam propriam rationem, prout contradiſtinguitur ab affinitate, quæ eſt conſtitutiua alterius ſpeciei coniunctionis.

8 Neque obſtat, quæ in oppoſitum allata ſunt. Nam quamuis affines aliquãdo ſumantur pro conſanguineis: non tamen conſanguinei ſumũtur pro affinibus: et tex. qui afferuntur ad hoc propoſitum, non probant hoc ſecundum, ſed ſolum indicant primum, qui infra explicabuntur: et hoc ſolum ſufficit ad excludẽdam oppoſitam opinionem, quia teſtator loquitur de conſanguineis, et ideo non poſſunt appellatione ipſorum venire affines. Ideo autem affines ſumuntur pro cõſanguinis, quia hoc verbum poteſt ſignificare tantũ genericè, et importare coniunctionem quæ poſtea à ſubiecta materia determinetur ad coniunctionem per conſanguinitatem, cum verba accipienda ſint ſecũdum ſubiectam materiam. *l. Cum pater. §. Donatum. ff.* De *leg. 2.* & *l. Vbi ita donatur. ff.* De *donat. cau. mor.* & Cap. *Conſtitutus.* De *relig. domib.* & Cap. *Solitæ* De *maioritate, & obedientia.* & notant Laderch. *conſil. 120. in fine.* Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 53. num. 24.* Gratian. *Diſcep. forens. cap. 46. num. 11.* Rota *deciſ. 761. num. 15. in fine. par. 3. Recent.* & *deciſ. 316. nu. 16. par. 2.* Diuerſor. & coram Millino. *deciſ. 3. num. 7.*

9 Vnde pro intelligentia tex. eſt præmittendum, quod nomen *Affinis* poteſt dupliciter ſignificare. Nempe genericè, & ſpecificè. Primo modo ſignificat tantũ eſſe coniunctum, cuiuſcunque rationis ſit illa coniunctio, & hæc eſt propria ſignificatio, quam habet ex vi ſuæ deriuationis. Secũdo modo importat eſſe coniunctum modo ſpeciali coniunctionis, nempe illa, quæ conſurgit inter duas cognationes ratione vinculi matrimonii inter aliquos ipſarum. & tunc eſt determinatum ad ſignificandam ſpeciem aliquã parentelæ. Quãdo autem appellatione affinium veniunt aliquando conſanguinei, non ſumitur verbum *affinis* ſecundum ſpecificam ſignificationem, ſed ſecundum genericam. Quia cum genus cõprehendat omnes ſpecies *l. Omnes. C. De præſcrip. trigin. annor.* vbi Angel. trahitur ad ſignificandam certam ſpeciem ratione ſubiectæ materiæ, aut contextus. Et idem dicendum eſt etiam de nomine *affinitas.*

10 Hinc ad *l. fin. ff.* Vbi *pupill. educ. deb.* reſp. Nomen. *Affinis.* ibi ſumi genericè.

prout cōplectitur omnes coniunctos quacunque ſpecie coniunctiōnis. Ibi enim agitur de tutore abſente, vel remouendo, vel de curatore ei adiungendo, & ideo præſcribit formam in hoc ſeruandam in illis verbis, *Aduocatis affinibus, atque amicis tutoris*. Vnde cum agatur de iis, ad quos aliquo modo ſpectare poteſt intereſſe tutoris abſentis, nomine affinium venient omnes coniuncti ipſi tutori ſiue conſanguinitate, ſiue affinitate, & ideo nomen *Affinibus* genericè ſignificabit.

11 Ad tex. *l. Similiter*. De *donat. inter vir. & vxor.* verbum. *Affine* ſumitur genericè ibi. *Pro affine erogatura.* ibi enim nomen, *Affine*, idem ſignificat, ac coniuncto: & determinatur ad ſignificandum conſanguineum ex præcedentibus, nam is, qui ibi dicitur affinis, ante dictus fuerat cognatus, ibi. *Pro cognato ſuo:* Quia enim cognatus eſt coniunctus ſanguine, ideo dicitur affinis genericè, hoc eſt coniunctus, quia genus reperitur in qualibet ſpecie.

12 Similiter etiam in *l. Ius familiarium*. C. De *relig. & ſump. fun.* nomen *Affines* ſumitur genericè, & ſolum ſignificat coniūctos. Et quia dictum verbum non ſatis explicabat mentem legiſlatoris, & diſpoſitionem legis, explicatur, quod per *Affines*, intelligantur cognati. Ita enim habet tex. *Ius familiarium ſepulchrorum ad affines, ſeu proximos cognatos, non hæredes inſtitutos, minimè pertinet.* Quod non fuiſſet neceſſarium, ſi hoc verbum *Affines* ſpecificè ſumptum diceretur etiam de conſanguineis; vnde fuit neceſſaria explicatio pro quacoiunctione ſumeretur; quia ſumptum fuit genericè. Vel enim poteſt tex. habere alium intellectum, ſecundū quem, nomen, *Affines* ſecundum ſpecificam ſignificationem accipiatur, & ſenſus diſpoſitionis ſit, quod ius ſepulchrorum familiarium, neq. ad affines, qui ratione matrimonii coniuncti ſunt, neque ad cognatos pertineat, & proinde dictio, *Seu*, non ſtet expoſitiuè, ſed augmentatiuè extendendo diſpoſitionem factam quò ad affines, etiam ad cognatos, iuxta ea, quæ notant Iaſ. *conſ. 64. num. 2. vol. 1.* Dec. *in l. Petent. num. 11.* C. De *pact.* Gomez *in Cap. Statutum. num. 22.* De *reſcrip. in 6.* Cotta *in Memorabilibus.* verbo *Seu* Rebuſ. *tract. Nominat. quæſt. 14. nu. 44.* Craueta *conſil. 105. num. 5.* Roman. *conſil. 363. num. 2.* Gumyer. *in Prag. ſanct.* Tit. De *collat.* §. *Videlicet.* ver. *Seu.* Et hic ſenſus eſt magis planus. Verum tunc affinis non ſumitur pro conſanguineo, ſed pro verò affine coniuncto ratione matrimonii; & proinde tex. non facit ad rem.

13 Et eodem modo dicendum eſt de affinitate, quæ nunquam ſumitur pro cōſanguinitate; ſed quando cadit ſupra cōſanguinitatem, ſumitur genericè pro coniunctione, & determinatur per aliquid ſpeciale ad ſignificandam conſanguinitatem, quam de ſe præciſè non ſignificat, vt conſtat ex tex. *numer.* 2. allatis in contrarium. Nam in Cap. 1. *Cauſa* 35. *Quæſt.* 3. dicitur. *De affinitate conſanguinitatis.* Affinitas enim ſignificat præciſè coniūctionem genericè, quia ſtat tanquam determinabilis per conſanguinitatem, cum ponatur Tò *conſanguinitatis*, vt determinans affinitatem. Affinitas autem non eſſet determinabilis, quando non ſtaret genericè, ſed ſtaret pro conſanguinitate; & ſenſus valdè ineptus eſſet, nam idem eſſet, ac ſi diceretur. De conſanguinitate conſanguinitatis; & proinde affinitas ſtabit genericè, & idem erit, ac ſi diceretur. *De coniunctione conſanguinitatis.*

14 Et eodem modo ſumitur etiam in Cap. *Hac ſalubriter.* 35. *quæſt.* 8. Tex. enim ita habet. *Nequis fidelium propinquam ſanguinis ſui vſquequo affinitatis lineamenta generis ſucceſſione cognoſcuntur, matrimonio ſibi deſideret copulare.* In hoc enim tex. ſermo eſt de conſanguinitate, vt conſtat ex illis verbis, *Propinquam ſanguinis ſui*, quod idem ſonat, ac ſi dicatur conſanguineam. Vnde quando ſubditur, *Vſquequo affinitatis lineamenta &c.* Verbum *Affinitatis* idem eſt, ac coniunctionis; & proinde nō ſumitur ſpecificè pro tali modo coniunctionis, ſed genericè. Diſponit enim tex. quod non liceat copulare ſibi in matrimonium aliquam conſanguineam, quouſque coniunctionis gradus extendūtur in ordine ad ſucceſſionem.

An ſubſiſtat vnio beneficij ſimplicis facta Seminario ſine conſenſu Capituli. Quæſt. 120.

S V M M A.

1 *Epiſcopus vnire poteſt beneficia ſimplicia Seminario.*
2 *Forma ſeruanda ex Trident. in vnione beneficiorum Seminario.*
3 *Vnio beneficiorum etiam Seminario ſine conſenſu Capituli eſt nulla.*
4 *Diſpoſitio Clemen.2.* De reb. Eccleſ. non alien. *circa vnionem beneficiorum.*
Ablatiuus abſolutus importat conditionem.
Deficiente conditione actus habetur pro non facto.
5 *Conſenſus Capituli in vnione beneficiorum debet in ſpecie interuenire.*
6 *Conſenſus Capituli in vnione beneficiorum habet vim formæ.*
7 *Trident. non derogat ſolemnitati aliàs requiſitæ in vnione beneficiorum.*
8 *Forma præſcripta à Trident. in vniendis beneficiis Seminario eſt circa deliberationem; conſenſus Capituli circa exequutionem.*
9 *Dictio,* Nec non, *copulat, & repetit omnes qualitates præcedentes*

---

1 VNiuit Epiſcopus Seminario Beneficium ſimplex cum cõſenſu duorum Canonicorum, ad quos ſpectabat cura Seminarii, ſed abſque conſenſu Capituli Cathedralis, vnde dubitatum fuit, an hæc vnio valida fuerit. Quod autem poſſit Epiſcopus vnire beneficia ſimplicia Seminario pro illius ſubſtentatione, conſtat ex diſpoſitione Concil. Trident. *ſeſſ. 23. cap. 18. de reformat.* vbi dat facultatem Epiſcopis vniendi huiuſmodi beneficia. ibi. *Nec non beneficia aliquot ſimplicia, cuiuſcunque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præſtimonia, vel præſtimoniales portiones, nuncupatas, etiam ante vacationem, ſine cultus diuini, & illa obtinentium præiudicio, huic Collegio applicabunt, & incorporabunt.*

2 Quod autem hæc vnio ſine conſenſu Capituli teneat, ex eo videtur deduci, quod Concilium dans hanc facultatem non requirit huiuſmodi conſenſum, ſed dat formam, cum qua procedere debeat Epiſcopus, quando agitur de prouidendis prouentibus pro manutentione Seminarii. Ita enim habet Concil. *Iidem Epiſcopi cum conſilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo eligatur: itemque duorum de Clero Ciuitatis, quorum quidem alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius verò ad Clerũ pertineat, ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis, & Capituli, & quarumcumque dignitatum, perſonarum, Officiorum, præbendarum, portionum, Abbatiarum &c. partem aliquam, vel portionem detrahent, & eam portionem ſic detractam, nec nõ beneficia alioquin ſimplicia &c. huic Collegio applicabunt.* Ex quibus conſtat, quorum conſilio prouidendũ ſit Seminario de neceſſariis prouentibus, etiam cum vnione beneficiorum: Vnde cum hoc ſeruatum ſit in prædicta vnione, valida erit, cum Concilium non requirat conſilium Canonicorum.

3 Hoc tamen non obſtante tenendũ eſt, *Quod vnio beneficij ſimplicis facta ſeminario nulla ſit ex defectu conſenſus Capituli.* Ita loquentes generaliter de vnione beneficiorum reſpondent Rebuf. *ad Regul. 21. Cancel. De vnion. gloſ. 11. numer. 2.* Petrus de Perus. *De vnion. cap 5. num. 17.* Garzia *de Benefic. par. 12. cap. 2. num. 152.* Vgolin. *de Offic. Epiſ. cap. 52. §. 1. n. 1.* Hojeda *de Incompat. benefic. par. 2. cap. 3. num. 9. ver. Tertio requiritur.* Azor. *par. 2. lib 6. cap. 28. quæſt. 12.* Sanchez *lib. 7. ſum. cap. 29. nu. 165.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 819. num. 3. tom. 5.* Barboſa *de poteſt. Epiſ. alleg. 66. n. 18.* Palaus *par. 2. tract. 13. diſp. 6. pun. vlt. §. 2 n. 24.* Gordon. *lib. 8. theol. moral. quæſt. 4. cap. 4. §. 4. ver. Secundo* Baun. *in Praxi benefic. diſp. 8, quæſt. 6.* Murga *in quæſt. Paſtoralib. par. 2, quæſt. 5. num. 4.* Riccius *deciſ. 198. nu. 17. par. 4.* Et ſæpius ita ſenſit. Rota coram Seraphino. *deciſ. 1078. num. 1. & deciſ. 688. num. 2. par. 1.* Recent. & *deciſ. 455. numer. 5. par. 2.*

4 Et conſtat ex Clemen. 2. *De reb. Eccleſ. non alienan.* vbi pro vnione beneficiorum requiritur conſenſus Capituli ibi. *Per Epiſcopũ ſuo conſentiente Capitulo vniatur.* vbi Gloſ. *verbo Conſentiente.* Hic autem con-

conſenſus requiritur tanquam conditio, quia exprimitur per ablatiuum abſolutū, qui importat conditionem. *l. A teſtatore. ff.* De *condit. & demonſtrat.* & *l. Si debitor. §.1. ff.* Quib. *mod. pign. vel hypoth. ſolu.* & *l. Euictis. ff.* De *euict.* & *l. Impuberum. ff. De vul. & pupil. ſubſtit.* & iuxta ea, quæ tradunt Ruin. *conſil.* 121. *nu.* 3. *lib.* 3. Socin. iun. *conſil.* 180. *num.* 38. *vol.* 2. Menoch. *conſil.* 152. *num.* 9. Riminal. iun. *conſil.* 112. *nu.* 93. Bellon. iun. *conſil.* 50. *num.* 1. Decian. *reſp.* 2. *num.* 77. *vol.* 2. Bart. *in l.* 1. *nu.* 34. *ff.* De *condit. & demonſtrat.* Rota coram Buratto. *deciſ.* 696. *nu.* 2. Et ideo ſi deficiat huiuſmodi conditio habetur pro non facta *l. Neceſſario. §. Quod ſi pendente. ff.* De *peric. & commod. rei vend.* & *l. Pecuniam quam. ff. Si cert. pet.* & tradunt cōmuniter Doctores Socin. iun. *conſil.* 4. *nu.* 16. *vol.* 2. Corn. *conſil.* 156. *num.* 7. *lib.* 4. Paris. *conſil.* 8. *n.* 25. *lib.* 3. Ripa *conſil.* 71. *n.* 23. Tiraquel. *in l. Si vnquã. verbo.* Reuerta tur. *n.* 277. C. De *reuocan. donat.*

5 Ex quo fit, quod talis conſenſus debeat in forma ſpecifica interuenire, vt valeat actus, nec ſufficiat per æquipollens iuxta *l. Qui heredi*, & *l. Meuius. ff. De condit. & demonſtrat.* & tradunt Ruin. *conſil.* 110. *num.* 10. *lib.* 7. Dec. *conſil.* 89. *numer.* 3. Rolan. *conſil.* 56. *num.* 22. *vol.* 3. Natta *conſil.* 430. *num.* 16. Paris. *conſil.* 41. *numer.* 29. *vol.* 3. Ripa *conſil.* 90. *num.* 20. Surd. *conſil.* 286. *num.* 19. Tiraquel. *De retrac. conuen. §. 2. gloſ.* 1. *nu.* 4. Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 492. *nu.* 8.

6 Et proinde conſenſus præſtandus à Capitulo pro huiuſmodi vnione tanquam conditio requiſita à iure tranſit in forma iuxta ea, quæ tradunt Paris. *conſil.* 41. *nu.* 14. *lib.* 4. Bald. *in Authent. Matri, & auiæ. C.* Quan. *mul. tut. offic. fun. poſ.* Roland. *conſil.* 81. *num.* 15. *lib.* 1. Becc. *conſ.* 39. *num.* 18. & alios citans Surd. *conſil.* 371. *nu.* 69. Seſſe *deciſ. Aragon.* 31. *num.* 8. Rota coram Caputaquen *deciſ.* 150. *num.* 1. *par.* 1. & coram Merlino *deciſ.* 247. *num* 9. & *deciſ.* 628. *nu.* 2. *par.* 3. Recent. & *in Ferrar. Bonorum.* 16. *Iunij* 1614. coram Dunozetto. Et ideo cū non interueniat in vnione, defectu ſuæ formæ redditur nulla.

7 Nec obſtat, quod in diſpoſitione Concil. Triden. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *De reformat.* non requiratur conſenſus Capituli, ſed cōſilium duorum Canonicorum, & duorū de clero. Quia ibi Concil. dat formam generalem ſeruandam in prouidendis prouentibus pro manutētione ſeminarii, quæ proinde in vnoquoque actu ſeruanda eſt. Quia tamen aſſignat plures modos prouidendi, quorum vnus eſt vnio beneficiorum ſimplicium, relinquit vnumquemque exequutioni mandandum iuxta exigentiam ſuæ naturæ, atque adeo cum ea forma, quæ eſt neceſſaria pro ipſius validitate. Neque enim Concil. Trident. derogat formæ præſcriptæ pro vnione Beneficii in Clemen. 2. *De reb. Eccleſ non alien.* neque eadem forma eſt incompoſſibilis cum diſpoſitione Concilii. & ideo tanquā non ſublata venit adhuc ſeruanda *l. vn. C. De inoffic. dot.* & Cap. *Cū exped. at.* & Cap. *Conſtitutio. De elect. in* 6. & notant Gloſ. *in dic. Cap. Conſtitutio.* verbo. *Immutata.* Cephal. *conſ.* 55. *num.* 4. Decian. *conſ.* 16. *nu.* 36. *lib.* 1. Pappon. *conſ.* 86. *num.* 5. Rota coram Merlino. *deciſ.* 390. *numer.* 12. & *in Romana iuris congrui.* 5. *Iunij.* 1579. *nu.* 3. coram Robuſterio. Vnde ad Capitulum ſpectabit exhibere conſenſum circa vnionem beneficii. Ad deputatos autem Canonicos, & duos de clero pro regimine ſeminarii conſulere, an expediat vnire.

8 Vnde ex ipſa quoque diſpoſitione Concil. deſumitur, quod ſit ſeruanda in vnione forma præſcripta in dic. Clemen. 2. *De reb. Eccleſ. non alien.* Nam duo Canonici de Capitulo, & duo de Clero, dum agitur de vnione beneficiorum, habent tantum conſulere, & Epiſcopus eorum cōſilium audire, quod non eſt vnire, ſed actus præuius ad vnionem. vt ſatis declarant verba diſpoſitionis. *Idem Epiſcopi cum conſilio duorum de Capitulo &c.* Econtra verò Capitulum habet vnire, quia debet conſentire in vnionem. Et ideo Concilium diſponit de aliquo præparatorio ad vnionem, & relinquit vnionem in ſuo ſtatu, & exequenda per ſuas cauſas, & cum forma, quam habet à iure.

9 Ex quibus ſoluitur etiam obiectio, illa, quæ videtur deſumi poſſe ex dictione *Nec non*, qua vtitur Concil. dic. *cap.* 18. *de Reformat. ſeſſ.* 23. ibi. *Nec non Beneficia*

neficia aliquot ſimplicia &c. huic Collegio applicabuntur. Cum enim hæc dictio, Nec *non.* ſit coniūctiua, & repetat omnes qualitates præcedentes, vt notant Gloſ. *in Clemen. 1. verbo.* Nec non. *De offic. deleg.* Bar. *in l. Seio. §. Caio. ff.* De *fide inſtrumen.* Rota *deciſ.* 79 t. *num.* 2. *par.* 1. *diuer.* & *deciſ.* 41. *n.* 13. par. 1. Recent. & *deciſ.* 668. *nu.* 1. *par.* 2. & *deciſ.* 256. *nu.* 19. *par.* 7. operatur. quod Epiſcopus in vniendis beneficijs debeat vti conſilio duorum Canonicorum: & duorum deputatorum de Clero pro regimine Seminarij. Ex quo tamen non fit, quod abſolutè cum ipſorum conſilio poſſit vnire, ſed ſolùm, quod poſſit deliberare vnionem, non poſſit tamen exequi niſi interueniente conſenſu capituli.

An pro validitate vnionis beneficiorum ſufficiat, ſi conſenſus Capituli ſuperueniat vnioni iam facta. Quaſ. 121.

S V M M A.

1 *Conſenſus Capituli pro vnione beneficiorum an ſufficiat, ſi ſuperueniat. & num. ſeq.*

3 *Conſenſus ſuperueniens quando, conualidet actum.*

4 *Conſenſus ſolemnizans requiritur in ipſo actu.*

5 *Quando conſenſus requiritur pro forma, non ſuffeit, ſi ſuperueniat, ſed debet cum actu concurrere.*

6 *Conſenſus ſuperueniens ratificat actum, ſi agatur de intereſſe conſentientis.*

Conſenſus reſpiciens fauorem publicum requiritur pro forma.

1 EX dictis *quaſt. præced.* conſtat, neceſſarium eſſe conſenſum Capituli, vt Epiſcopus validè vnire poſſit beneficia. Nunc autem inſurgit dubium, an ſufficiat, quod dictus conſenſus ſuperueniat vnioni iam factæ, ita vt vim habeat eam conualidandi. Et partem affirmatiuam tradunt Boer. *deciſ.* 345. *num.* 3. Rebuf. *ad Reg.* 21. *Cancel. Gloſ.* 11. *num.* 20. Hoieda *de incompatib. benefic. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. qui alios citant. Hieronim. Gabr. *conſil* 200. *numer.* . . *lib.* 1. Alexan. *conſil.* 219. *num.* 16. *lib.* 6. Azor. *par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 12. Sanchez *lib.* 7. *ſum. cap.* 29. *num.* 165. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 278, *num.* 30. Ric. *deciſ.* 198. *num.* 16. *par.* 4. Rota *deciſ.* 133. *num.* 9. *par.* 2. *Diuerſ.* Et hæc opinio habet fundamentum in Cap. *Cum nos.* De *his, quæ fiant à Prel.* Vbi conceſſio Eccleſiæ facta ab Epiſcopo Religioſis conualidatur, ſi poſtea Capitulum ratam habuerit.

2 E contra vero quod conſenſus Capituli requiratur in ipſo actu vnionis tenent Burſat. *conſil.* 185. *num.* 14. *lib.* 2. Rebuf. *in Compend. alienat. nu.* 15. & in hanc ſententiam videtur inclinare Garzia *de beneſ. par.* 12. *cap.* 1. *num.* 149. dum eam refert vlt. loco. Et eſt iuxta doctrinam, quã tradunt Imola, Butr. & alij in Cap. *Cum nos.* De *his, quæ fiunt à Prelat.* dum volũt quod conſenſus, qui importat ſolemnitatem, requiratur in ipſo actu.

3 Et hæc poſterior ſententia eſt amplectanda, & reſoluendum. *Vnionem beneficiorum, non ſubſiſtere, ſi fiat abſque conſenſu Capituli, licet ex poſt facto ſuperueniat.* Quod ita intelligi debet, vt non ſubſiſtat, niſi cum conſenſu Capituli tota ſolemnitas actus repetatur, & fiat de nouo vnio. Ratio autem eſt. Quia licet conſenſus ſuperueniens poſſit conualidare actum, quando requiritur propter intereſſe cõſentientis iuxta *l. fin. ff.* Ad *Macedon.* & *l. Honores. in fine. ff.* De *Decur.* & obſeruant Bart. *in l. Si quis mihi bona. §. Iuſſum. num.* 4. ver. *Quandoq. ff.* De *acquir. hæred.* Caſſan. *ad Conſuet. Burgun. Rubr.* 4. *§.* 7. ver. *Peruenient. num.* 1. Rota coram Durano *deciſ.* 83. *num.* 13. *in fine*, Quando tamen requiritur conſenſus ad ſolemnizãdum actum, & auctorizandum, tunc debet interuenire in ipſa effectuatione actus.

4 Et hoc eſt ſecundum celebrem diſtinctionem, quàm tradunt Doctores *in l. Si quis mihi bona. §. Iuſſum. ff.* De *acquir. hæred.* & *in Cap. Cum nos.* De *his, quæ fiunt à Prelat.* Bar. *in l.* 1. *§. Sed & ſi filius. ff.* De *leg.* 3. Burſat. *conſil.* 39. *num.* 43. Gabr. *conſil.* 2. *num.* 12. *vol.* 1. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 47. *num.* 28. Caſſador. *Deciſ.* 3. ver. *Et Papa. De renunciat.* Achil. de Graſ.

*deciſ.*12. De *iurepatr.* Seraphin. *deciſ.*1165. *num.*11. Duran. *deciſ.* 265. *num.* 19. Conſtat autem, quod conſenſus Capituli pro vnione beneficiorum nō requiritur propter capitularium, aut ipſius capituli intereſſe: ſed ad ſolemnizandum, & auctorizandum actum vnionis.

5 Accedit etiam, quod conſenſus capituli iuxta dicta *quæſt. praeced. num.* 4. 5. & 6. requiritur per modum conditionis, & formæ, cum exprimatur per ablatiuum abſolutum. Quando autem conſenſus requiritur pro forma, non ſufficit, vt conualeſcat actus, quod ſubſequatur, ſed debet concurrere in ipſo actu, vt tradunt Iaſ. *in l. Si quis mihi bona. §. Iuſsū. n.* 44. *ff.* De *acquir. hered.* Tiraqu. *de Legib. cōnub. gloſ.* 6. *n.* 3. Redoan. *De reb. Eccleſ. non alien, cap.* 25. De *his qui conſent.* ver. *Et iſte conſenſus.* Rota coram Caputaquen. *deciſ.* 54. *par.* 2. & coram Caualero. *deciſ.* 561. *numer.* 5. Innocent. *in* Cap. *Cum conſuetudinis.* De *conſuetud.* vbi etiam Butrius & alii. Bart. *in l. fin. §. Neceſſitatem.* C. De *bon. quę lib.* vbi etiam Bald. Cin. Caſtrens, et alios affert Caſtrenſ. loco *cit.*

6 Neque obſtat tex. Cap. *Cum nos.* De *his. quæ fiunt à Prælat.* Quia intelligitur ille tex. de conſenſu eorum, de quorum intereſſe agitur; oportet enim, quod illa Eccleſia, quam donauerat Epiſcopus quibuſdam, Religioſis, pertineret ad capitulum, quia ipſo reclamāte donata fuerāt, vt habet tex. Reclamatio enim eſt ſignū quod capitulum habebat intereſſe, in quo caſu conſenſus ſuperueniens potuit ratificare donationem, vt habet tex. Quando autem agitur de vnione beneficiorum, non agitur de priuato intereſſe capituli, ſed de publico Eccleſiæ, cuius fauore introductum eſt, quod requiratur conſenſus capituli. Quando autem cōſenſus reſpicit fauorem publicum, & non priuatum commodum, aut incommodum conſentientis, requiritur pro ſolemnitate, & forma, vt tradunt communiter Doctor. *in l. Si quis mihi bona. §. Iuſſum. De acquir. hæred.* Bart. *n.* 4. Alexan. *nu.* 9. Bald. *in l.* 1. *n.* 44. C. Qui *admitti.* Tiraquel. *Ad leg. Connub. gloſ.* 6. *num.* 9. *& ſequent.* alios referens. Matienzo *Ad leg. Hiſpan, lib.* 5. *tit.* 3. *l.* 5. *gloſ.* 1. *num.* 6. & in terminis de cōſenſu capituli pro vnione Beneficiorum Rota *deciſ.* 455. *num.* 5. *par.* 2. *Recent.* aſſerens, huiuſmodi conſenſum fuiſſe introductum fauore Eccleſiæ, atque adeo fauore publico.

An ordinans aliquem ſine titulo teneatur in conſcientia ipſi prouidere de alimentis congruis, abſque eo, quod ordinatus agat. Quæſt. 122.

S V M M A

1 *Ordinari quis non poteſt ſine titulo.*
Ordinans ſine titulo tenetur alere ordinatum, donec conferat beneficium.
2 *Hæc obligatio tranſit ad ſucceſſorem.*
Non quia puniatur, ſed quia ordinatus habet ius pro alimentis ad bona Eccleſiæ
3 *Obligatio alendi, & prouidendi de beneficio ordinatum ſine titulo ſunt diuerſa.*
4 *Epiſcopus tenetur in conſcientiā prouidere beneficium ordinato ſine titulo.*
5 *Ordinatus ratione Ordinationis acquirit ius ad patrimonium Eccleſiæ pro ſubſiſtatione.*
6 *Epiſcopus non poteſt excipere contra à ſe ordinatum ſine titulo.*
Qui approbatur pro ordine, approbatur & pro beneficio.
Factum proprium nemo poteſt impugnare.
7 *Si Epiſcopus commiſit alteri examen, an poſſit excipere contra ordinatum ſine titulo, & an teneatur prouidere.*
8 *Obligatio prouidendi Ordinatis ſine titulo eſt penes Epiſcopum.*
9 *Epiſcopus tenetur subminiſtrare alimenta ordinato ſine titulo, nec poteſt excipere.*

1 QVod non poſſit aliquis ordinari ſiue titulo ſiue beneficij, ſiuè patrimonii, aut pēſionis loquendo de ſæcularibus, eſt certum de iure, & innouatum fuit etiam a Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de Reformat.* Et proinde ordinantes aliquem contra dict. diſpoſitionem tenentur eis conferre competens beneficium, ſi idonei ſint, vt ſtatuitur in Cap. *Accepimus.* De. *ętate, & qualit.* & Cap. *Cum ſecundum. De pręben.* Vbi etiam obligantur ordinantes ad pro-

uiden-

uidendum de neceſſariis iiſdem ordinatis, donec ei competens beneficium contulerint. Vnde ad duo obligantur ordinantes, & ad alendos ordinatos, ſi nō ſtatim conferant beneficiū: & ad conferendum competens beneficium. Et hoc innouatur à Concil. Tridem. modo citato.

2 Hæc autem obligatio tranſit etiā ad ſucceſſores in Epiſcopatum, ſi ab ordinante ſatisfactum non ſit. Ita enim decernitur in dic. Cap. *Accepimus*. De *ætate, & qualit.* & Cap. *Cum ſecundum*. De *praben.* Et quamuis videatur, quod ſucceſſor non debeat luere pœnas ſui prædeceſſoris, hoc tamen non habet locum, quia non fit in punitionem, ſed ad tollendum opprobriū Cleri, vt inquit Glof. *dict. Cap. Cum ſecundum*. verbo *Succeſſores*. nam cederet in opprobrium Cleri, ſi aliquis clericorum cogeretur aliquo vili modo ſibi victum quęrere. Addit etiam, quod Eccleſia punitur, quia non reſiſtit ordinanti, quod tamen non placet: vbi eſt enim iſta Eccleſia, quæ poſſit, & debeat reſiſtere. Ratio ergo eſt, quia bona Eccleſiæ ſunt pro alimentis miniſtrorum: & ideo eò ipſo, quod quis factus eſt miniſter, debet de bonis ipſius ſuſtentari.

3 Hæ autem obligationes ſubminiſtrandi alimenta quouſque prouideatur de beneficio, & prouidendi de beneficio ſunt inter ſe diſtinctæ, & diuerſo iure cenſentur. Nam non ſolum verſantur circa diuerſam materiam, vt per ſe conſtat: ſed etiam obligatio prouidendi de beneficio admittit exceptiones, cum poſſit Epiſcopus excipere, quod ordinatus non ſit idoneus dict. Cap. *Accepimus*. De *ætate, & qualit.* & Cap. *Cum ſecundum. De praben.* obligatio verò ſuſtentandi ſtatim ſubintrat, nec admittit exceptionem; vnde in dict. tex. non conceditur, ſicut conceditur in ordine ad prouiſionem beneficii.

4 Quod ſpectat ad prouiſionem beneficii tenendum eſt. *Epiſcopum obligari in conſcientia ad prouidendum de competenti beneficio ei, qui ordinatus eſt ſine titulo; ſi cognoſcat, eſſe idoneum.* Et ſolum poſſe excipere, ſi nō ſit idoneus. Ratio eſt. Quia de iure compelli poteſt Epiſcopus ad cōferendum beneficium, & ſolum de æquitate conceditur poſſe excipere, vt conſtat ex Cap. *Accepimus*. De *ætate, & qualit.* ibi. *Cum & ſi tecum de iure agere vellemus, te poſſemus meritò ad prouiſionem eorum compellere, quos à te, vel prædeceſſoribus tuis ordinatos fuiſſe, conſtaret.* Et ſubdit, quod pro gratia debet accipi, ſi Pontifex faciat ſic ordinatos per alios examinari ad experiendam idoneitatem. Ex quo deducitur, quod eò ipſo, quod conſtat, aliquem fuiſſe ordinatam ſine titulo, poteſt de iure ordinator compelli ad ei prouidendum de beneficio. Si autem poteſt de iure compelli, non eſt dubitandum de obligatione; quia compulſio illā præſupponit tanquam certam. Si autem obligatio eſt certa, tenetur Ordinator in conſcientia ſatisfacere propriæ obligationi abſque eo, quod contra ipſum intentetur actio.

5 Ratio verò eſt. Quia eo ipſo, quod quis ordinatus eſt, acquirit ius, vt ſibi de patrimonio Eccleſiæ ſubminiſtrentur alimenta, tāquam electus miniſter in ipſius obſequium, & incorporatus illorum corpori, pro quibus ſuſtentandis inſtitutum eſt Eccleſiæ patrimonium: quæ ratio egregiè explicatur ab Innocentio III. ſcribente ad Epiſcopum Zamorenſem, vt in Cap. *Cum ſecundum*. De prębendis. ibi. *Cum ſecundum Apoſtolum, qui altari ſeruit, viuere debeat de altari, & qui ad onus eligitur, repelle non debeat à mercede, patet à ſimili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio deputantur.* Et infra. *Dignum eſt, vt Eccleſia ſtipendijs ſuſtententur, in qua, & per quam diuinis obſequijs adſcribūtur.* Ergo cum ordinatus acquirat ius ad ſuſtentationem de patrimonio Eccleſiæ, tenetur Epiſcopus in conſcientia tanquam adminiſtrator bonorum propriæ eccleſię ei prouidere, & reddere ipſi ius ſuum, ſi aliàs dignus ſit, quod promoueatur ad beneficium.

6 Verum inſurgit dubium, contra quos poſſit epiſcopus excipere, an contra ordinatos à ſuis prædeceſſoribus, an etiā contra eos, quos ipſe ordinauit. Reſp. Nō poſſe excipere contra eos, quos ipſe ordinauit. ſed tantum contra ordinatos à ſuis prędeceſſoribus. Ita Gloſ. *in Cap. Cum ſecun-*

cundum. verbo. *Liceat*. De *prębend*. & habetur ex Cap. *Accepimus*. De *ætat. & qualit.* ibi. *Eo pręſertim, quod ad obtinendum eccleſiaſticum beneficium eos debes idoneos reputare, quos ad ordines ſuſcepiſti.* Cum enim, vt dictum eſt, eò ipſo, quod quis ordinatur, acquirat ius, vt ſibi de bonis eccleſiæ prouideatur, qui iudicat idoneum, vt ordinetur, iudicat etiam idoneum, pro bebeneficio. Neque poteſt contra factum proptium excipere, quia ipſum impugnaret non poteſt. *l. Poſt mortem. ff.* De *adoptionib.* & *l. Cum pater. §. Libertis. ff. De leg. 2.* & Cap. *Cum ſuper*. De *conceſſ. pręben.* & notant Bart. *tract. de Conſort. cap. 22. num. 13.* Tiraquel. *De retract. conſanguin. §. 1. gloſ. 9. num. 27.* Menoch. *conſil. 89. num. 47.* Surdus *conſil. 284. num. 5.* Seraphin. *deciſ. 334. num. 14.* Molin. *lib. 4. de Primogen. cap. 1. num. 16.*

7 Sed quid, ſi epiſcopus non examinauit ordinatum, ſed commiſit alteri examen, nempe Vicario, aut Archidiacono, aut deputatis Examinatoribus. Reſp. Gloſ. *in dic. Cap. Cum ſecundum.* verbo *Succeſſores*. De *pręben.* quam ſequuntur Quaranta *in ſum. Bullar.* verbo. *Obligatio Epiſcopi.* Marchin. *de Sacramen. Ordin. trac. 2. par. 6. cap. 7. difficul. 4.* ver. *Secundo deducitur.* Teneri eos, qui examinauerunt, quia negligenter ſe geſſerunt: & ſi non habeant. vnde alant, teneri epiſcopum.

8 Quod tamen patitur difficultatem. Nam de iure debet ipſis prouideri de beneficio competenti, vt dictum eſt *num. 1.* Hoc autem non poteſt præſtari ab alio, quàm ab epiſcopo. Deindè obligatio trãſit ad ſucceſſorem epiſcopum, quamuis ipſe negligens non fuerit. Cap. *Accepimus*, De *ętate, & qualit.* & Cap. *Cum ſecundũ.* De *pręben.* quod ſatis declarat, quod obligatio prouidendi his ordinatis eſt penes epiſcopum. Et ſi ratio habeatur culpæ, eſt in culpa epiſcopus quoque, quod miniſtris negligentibus committat examen. Ratio verò eſt, quia per ordinationem acquirunt ius vt ſubſtententur de patrimonio eccleſiæ iuxta Cap. *Cum ſecundum*. *De præben.* & dictum eſt ſupra *num. 1.* Et ideo obligatio ſubminiſtrandi alimenta, aut prouidẽdi de beneficio eſt penes illũ, apud quem eſt adminiſtratio patrimonij eccleſiæ.

9 Quod ſpectat ad ſubminiſtrationẽ alimentorum tenendum eſt. *Quod ſtatim teneatur in conſcientia ea ſubminiſtrare, abſque eo. quod contra ipſum intentetur aliqua actio.* Ratio eſt. Quia ſtatim, ac conſtat de ordinatione, compelli poteſt epiſcopus de iure ad alendum, donec prouidear de beneficio. Cap. *Accepimus*. *De ætat. & qualit.* ex ordinatione enim conſurgit obligatio. Et in tãtum permittitur exceptio, in quantum poteſt ordinatus non eſſe idoneus pro beneficio; quæ ceſſat quò ad ſubminiſtrationem alimentorum, cum non habeat locum quò ad ipſa. Et ideo, cum ex ordinatione conſurgat ius in ordinato percipiendi alimenta de patrimonio eccleſię, tenetur epiſcopus ſtatim ſubminiſtrare.

An ſi ordinatus ſine titulo non ſit habilis pro beneficio, teneatur adhuc ordinator prouidere de alimentis. Quæſt. 123.

S V M M A.

1 *Epiſcopus tenetur ſubminiſtrare alimenta ordinato ſine titulo, donec prouideat de beneficio.*
2 *Tenetur ea continuare, ſi non ſit idoneus pro beneficio.*
3 *Ordinatus ex vi ordinationis acquirit ius ad alimenta de patrimonio eccleſiæ.*
4 *Eſt in dedecus Ordinis clericalis, quod quis illius mendicet &c.*
Clerico pauperi tenetur epiſcopus prouidere.
5 *Ordinatus quando acquirat ius ad alimenta de patrimonio eccleſiæ.*
Habens de proprio cenſetur ordinari ad titulũ patrimonij.
6 *Et ſub hoc pacto tacito.*
Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.
7 *Si obligatio proueniat ex natura rei, aut iure communi, prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis.*
Ordinatio, quando inducat obligationem alendi ordinatum.

Cum

1 CVm Epiſcopus excipere poſſit contra ordinatum ſine titulo, vt ei indulgetur in Cap. *Accepimus*. De *ætat. & qualit.* & in Cap. *Cum ſecundum*. De *præben.* quod non ſit idoneus pro obtinendo beneficio, dubitatur, an ſi præmiſſo examine non reperiatur idoneus, teneatur epiſcopus adhuc neceſſaria alimenta ſubminiſtrare. Et ratio dubitandi oritur ex dict. Cap. *Accepimus*, & Cap. *Cum ſecundum*. modo cit. & Cap. *Si Epiſcopus. De prębend. in* 6. Vbi obligatio de ſubminiſtrandis neceſſariis alimentis imponitur epiſcopo, donec prouideat de beneficio; & ideo hęc obligatio videtur habere tempus limitatum; ita vt ſicuti extinguitur ſequuta prouiſione beneficii, ita etiam extinguatur, quando venit ad caſum, in quo eſſet prouidendum de beneficio, ſed non prouidetur ob defectum idoneitatis.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod adhuc teneatur ſubminiſtrare neceſſaria alimenta*. Quod intelligitur, niſi ea aliunde ſibi honeſto modo acquirere poſſit. Deſumitur ex Cap. *Non liceat*. De *præbend.* vbi decernitur, quod epiſcopus vnum de duobus eligere debet, aut nō facere clericos; aut ſi fecerit, dare illis, vnde viuere poſſint. Ex quo conſtat, quod ius abſolutè intendit, quod ordinati habere debeant, vnde viuant, et proinde ordinatis ſine titulo vult ſubminiſtrari alimenta, donec eis prouideatur de beneficio.

3 Ratio deſumitur ex eo, quod ordinatus vigore ordinationis fit membrum Eccleſiæ, & ipſi incorporatur tanquam vnus de hierarchia eccleſiaſtica, & proinde acquirit ius ad alimenta de patrimonio eiuſdem eccleſiæ, vt dicitur in Cap. *Cū ſecundum*. De *preben.* ibi. *Vt clerici viuere debeant de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio deputantur*. Et infra. *Dignum eſt, vt Eccleſia ſtipendijs ſubſtententur, in qua, & per quam diutnis obſequijs adſcribentur*. Ergo debent ab epiſcopo ſubminiſtrari alimenta tanquam debita ratione ordinationis, quando non poteſt prouidere de beneficio ob carentiam idoneitatis, ratione cuius, licet non debuiſſet ordinari, cū tamen ordinatus ſit, non debet priuari neceſſarijs alimentis, ad quæ habet ius ratione ordinationis.

4 Confir. Eſt in dedecus Ordinis clericalis, ſi ſacris initiati, cogantur mendicare, aut vili exercitio ſibi victum quærere, vt deſumitur ex Cap. *Diaconi. D. ſt* 93. & Cap. *Ioannes. in fine*. De *cler. coniug.* & obſeruat Gloſ. *in Cap. Cum ſecūdum*. verbo. *Succeſſores*. De *pręben.* Ergo ad auertendū hoc dedecus tenetur epiſcopus prouidere de neceſſariis alimentis ordinato ſine titulo, licet non ſit idoneus pro beneficio; quia adhuc mendicare cederet in ipſo in dedecus ordinis, ſicut etiam viles artes exercere. Præſertim quia clericis pauperibus tenetur generaliter epiſcopus ſubuenire, vt tradunt communiter cum Gloſ. *in Cap. Cum ſecundum*, verbo. *Donec*. De *pręben.* Sanchez *lib.* 6. *de matrimon. diſp.* 33. *num.* 8. Vgolin. *de Offic. Epiſc. cap.* 26. *§.* 15. ver. *Septimo excipitur*. Molfeſ. *par.* 1. *ſum. tract.* 10. *cap.* 15. *numer.* 5. Marchin. *De ſacram. Ordin. tract.* 2. *par.* 6. *cap.* 7. *difficul.* 4. *num.* 7. ver. *Hinc deducitur*.

5 Obiici tamen poteſt ex Cap. *Epiſcopus*. *De pręben.* vbi ſtatuitur, quod tunc ſolum epiſcopus debet ordinato aſſignare ſtipendia clericalis militię, quando de ſua, vel paterna hæreditate non poteſt habere vitæ ſubſidium. Si autem ratione ordinationis acquireret ius ad alimenta de patrimonio eccleſiæ, eſſent ipſi ſubminiſtanda, ſiue aliunde haberet vitæ ſubſidium, ſiuè non haberet, nam vnicuique reddendum eſt. quod de iure ſuo eſt, ſiuè indigeat, ſiue non indigeat. Reſpond. Acquirere ius ad alimenta de patrimonio eccleſiæ, quando ordinatur ſine titulo. nā tunc cenſetur ordinatus ad titulum patrimonii eiuſdem eccleſiæ, ſi quidem ratione ordinationis cenſetur aſſumi ad hæreditatem Chriſti, vt dicitur in Cap. *Cum ſecundum*. *De prębendis*. Quando verò habent de proprio, cenſentur ordinari ad titulum proprii patrimonii, & ideo cū ordinatio ſit innixa titulo, non ſinit conſurgere ius ad commune patrimonium eccleſiæ.

6 Cum enim interueniat pactum, quo ordinatus obligat propriū patrimonium ad ſui ſubſtentationem, & ſub hoc

pacto tacito cenſeatur ordinari, qui habet proprium patrimonium. Cap. *Epiſcopus*. De *prębend.* hæc prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis. *l.* 1. §. *Si conuenerit. ff. Depoſiti.* & *l. Paciſci. ff.* De *pact.* & notant ibi. Bart. Angel. & alii. Alexan. *in l. Si ſocer. §. Lucius. circa fin.* ver. *Vtrum. ff.* Soluto *matrimonio.* Rolan. *De dote. quęſt.* 29. *num.* 16. Rota coram Durano. *deciſ.* 127. *num.* 2. Imo ſubintrat alia prouiſio legis, quæ confirmat pactum particulare, & eximit ordinantem ab obligatione ſubminiſtrandi alimenta, vt in dic. Cap. *Epiſcopus*.

7 Inſtari adhuc poteſt. Quãdo obligatio prouenit ex natura rei, & à iure communi, per prouiſionem hominis nõ ceſſat prouiſio legis, vt notant Iaſ. *in l.* 2. *num.* 143. *C.* De *iure emphyteot.* Ruin. *conſ.* 34. *num.* 8. *&* 16. Neguſant. *de pignor. par.* 2. *prin. memb.* 4. *num.* 87. ver. *Primo eſt.* Obligatio autem alendi ordinatos prouenit ex ordinatione ex natura rei, & ex iure communi. Reſp. Id eſſe verum, quando obligatio ex natura rei inducit aliquid diuerſum, quod non inducit prouiſio hominis. At in caſu pręſenti prouiſio hominis inducit prouiſionem alimentorũ pro ordinato, quæ inducitur etiam ex natura rei. Deinde ex natura rei, ſeu ordinarionis non inducitur obligatio alendi ordinatum abſolutè, ſed ſolum, quando abſque titulo ordinatus eſt, vt dictum eſt, & tunc ſolum inducitur etiam à iure communi. Qui autem habet de proprio, non habetur pro ordinato abſque titulo, ſed cum titulo patrimonii, vt dictum eſt ob pactum tacitum reſultans ex iure, quod ſic ordinatis non ſit prouidendum de neceſſariis alimentis; & ideo tale pactum cum aſſiſtentia iuris non ſinit oriri obligationem legis, & ex natura rei.

A quo ſubminiſtranda ſint alimenta; quando Pontifex concedit, vt quis poſſit à quocunque Epiſcopo Ordinari. Quæſt. 124.

SVMMA.

1 *Diœceſanus dans licentiam ſuſcipiendi ordines, ab alio, tenetur ipſum alere, ſi ordinetur abſque titulo.*

2 *Quando Papa dat licentiam ſuſcipiendi ordines à quocunque Epiſcopo, à quo alendus ordinatus abſque titulo.*

Dimittens ſubditos ordinandos ab alio, tenetur prius approbare.

3 *Papa concedens licentiam ſuſcipiendi ordines à quocunque* Epiſcopo, *non afficitur diſpoſitione Cap.* Si Epiſcopus. *De* præben. *in* 6.

4 *Ordinans cum licentia Papæ eum, qui non poteſt habere dimiſſorias à proprio Ordinario ob litem ſuper illarum conceſſione, tenetur inquirere ſuper idoneitate &c.*

1 Difficultatem facit tex. Cap. *Si Epiſcopus. De pręben. in* 6. vbi ita ſtatuitur. *Eis autem, quibus à Diœceſanis datur licentia, vt poſſint, à quo voluerint Epiſcopo ad omnes ſacros Ordines promoueri, non qui ordinant, ſed qui tribuant licentiam, (cum eam dare non debeãt titulum non habenti) ad pręmiſſa, ſi titulũ non habeant, obligantur.* Ex quibus deduci videtur, quod cum Summus Pontifex tribuat licentiam ſuſcipiendi ordines à quocunque Epiſcopo, ad ipſum ſpectet prouidere ordinatum ſine titulo de congruis alimentis, quia non debuit dare licentiã non habenti titulum.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod ſubminiſtrare neceſſaria alimenta taliter ordinato ſine titulo pertineat ad proprium Epiſcopum Ordinati.* Proprius autem epiſcopus intelligitur ille, qui debet cõcedere dimiſſorias ordinando. Ratio eſt. Quia Sũmus Pontifex concedendo, vt quis ordinari poſſit à quocunque Epiſcopo, ſolum tollit impedimentum, quod obſtare poteſt, ne poſſit ordinari: non autem habilitat pro ſuſcipiẽdo ordine, ſed ſupponit, prout

de

de iure habilitatum, aut habilitandum. Et proinde ii, ad quos de iure ſpectat, tenentur inquirere ſuper habilitate, & requiſitis, inter quæ requiritur titulus ad quem ordinetur, quo ſecluſo cenſetur inhabilis, vt ordinetur. De iure autem requiritur, quod proprius epiſcopus examinet, & approbet quò ad neceſſaria requiſita ordinandos, vt ſtatuitur in Concil. Triden. *ſeſſ.* 23. *cap.* 3. *de Reformat.* ibi. *Subditos ſuos non aliter, quam iam probatos & examinatos ad alium Epiſcopum ordinandos dimittant.* Et ideo, quamuis quis obtineat à Summo Pontifice, vt poſſit à quocunque epiſcopo ordinari, ſunt tamen neceſſariæ litteræ dimiſſoriæ proprii ordinarii teſtificãtes ſuper idoneitate; aut quod ordinator informetur aliunde ſuper eadem habilitate. Quia Pontifex cenſetur concedere licentiam ſuppoſita habilitate.

3 Neque obſtat, quod adducitur *n.* 1. in oppoſitum. Nam illi tex. diſponit de epiſcopo, aut alio, qui ſuis ſubditis poſſit concedere licentiam ſuſcipiendi ordines; quia ad ipſum ſpectat inquirere ſuper idoneitate, & præſertim ſuper titulo: & ideo ſi non inquirat, deficit in proprio munere, & conſequenter ad ipſum ſpectat alere ordinatum. Hęc autem diſpoſitio non poteſt extendi ad Summum Pontificem. Tum quia loquitur ſolum de inferioribus ordinatoribus, aut concedentibus licentiam. Tum quia cõcedendo huiuſmodi licentiam non diſpenſat ſuper obligatione inquirendi de idoneitate ordinandi, neque ſuper ipſa aliquid affirmat, vnde refunditur iſta obligatio in exequutorem litterarum Apoſtolicarum.

4 Ex quibus deducitur. Quod ſi pendente lite inter duos ordinarios, ad quem ipſorum ſpectet concedere dimiſſorias: & proinde neutrius admitti poſſint, concedat Pontifex alicui, vt poſſit à quocunq. epiſcopo ordinari. Ille, cui huiuſmodi litteræ præſentabuntur, tenebitur examinare ordinandũ, & inquirere ſuper titulo ordinationis. Quia Pontifex per huiuſmodi licentiam non ſupplet dimiſſorias, quibus ordinandus commendari deberet: ſed ſolum dat facultatem, vt poſſit ordinari à non ſuo epiſcopo: & abſque dimiſſoriis ſui ordinarii. Et ideo ad ordinantem ſpectat cognoſcere ſuper habilitate ordinandi.

Ad quem pertineat diſponere de legato relicto Eccleſiæ Cathedrali. Quæſt. 125.

S V M M A.

1 *Adminiſtratio legati relicti Cathedrali pertinet ad Capitulum.*
Bona Cathedralis adminiſtrantur à Capitulo.
2 *Capitulum repræſentat Eccleſ.*
3 *Epiſcopus vt de Capitulo concurrit ad adminiſtrationem legati, ſicut ſi Capitulum ſit exemptum &c.*
4 *Deputatò à teſtatore adminiſtratore non ſe ingerit Capitulum.*
5 *Relictum Capellæ aut Eccleſiæ habenti proprium Rectorem &c. non adminiſtratur à Capitulo.*
6 *Legatum relictum confraternitati erectæ in Cathedrali non adminiſtratur à Capitulo.*
7 *Confraternitas eſt corpus, & communitas à Capitulo diſtincta.*

1 SVpponit difficultas, quod legãs non diſponat, in quem vſum conuertendum ſit legatum, ſed relinquat liberam facultatem: & proinde dubitatur, ad quem pertineat determinare vſum. Dicendum eſt. *Pertinere ad Capitulum.* Ratio eſt. Quia legatum, quod relinquitur eccleſiæ ſequuta morte teſtatoris acquiritur eidem eccleſiæ, & proinde bonis eiuſdem incorporatur. Ad Capitulum autem ſpectat adminiſtrare bona eccleſiæ, vt ſtatuitur in Cap. *Relatum.* 2. *De teſtamen.* ibi. *Nomina autem Eccleſiæ, non Epiſcopus, vel ſucceſſor clerici morientis, vbi eſt Collegiũ clericorum, ſed communis Congregatio intelligitur, quæ rerum illarum debet canonicam diſtributionem, & curam habere.*

2 Et ita tradunt communiter Doctores Abbas *in dic. Cap. Relatum.* 2. *numer.* 5. Butrius *num.* 18. Rota coram Cæſare de Graſ. *deciſ.* 4. *De his quæ fiunt à ma. par. Capit,*

pit, & coram Durano. *deciſ.444. numer.1.* & coram Merlino. *deciſ.728.num.4.* & *deciſ.183.numer.1.* & *deciſ.355.num.1.par.1.* Recent. & in *Terraconenſi obſeruationis ſtatutorum. 14. Ianuar. 1631.* coram eod. Durano. Cum enim Capitulum habeat generalem adminiſtrationem eccleſiæ, debet habere etiã de bonis relictis eidem eccleſiæ. Capitulum namque repræſentat eccleſiam iuxta Cap. *Relatum.2. De teſtam.* vbi Gloſ. *in figurat. caſus.circa fin.* Abbas *in Cap. Eam.te.num.* 3. *De reſcrip.* Rota coram Seraphino *deciſ.* 426. *num*,4. & coram Durano. *deciſ.55.num.8.*

3 Quare epiſcopus non poterit ſe ingerere in adminiſtratione, & vſu legati, niſi tanquam de Capitulo, & ſimul cum ipſo capitulo, cum enim epiſcopus ſit caput capituli, non eſt excludendus, à deliberationibus, quæ fiũt à capitulo: & ideo poterit concurrere ſimul cum cœteris ad deliberandũ circa vsũ legati. Si tamẽ capitulum ſit exemptum à iuriſdictione epiſcopi, nec ipſe ſit eius caput, nec etiam tanquam vnus de capitulo vocem habet, tunc nullo pacto poterit ſe ingerere, & nihil pertinebit ad ipſum diſpoſitio huiuſmodi legati, ſicut nec etiam pertinet capitulum.

4 Hoc tamen limitandum eſt, vt nõ habeat locum, ſi à teſtatore ſit de ſpeciali adminiſtratore prouiſum, vt ſi alicui de capitulo, aut extraneo, aut etiam epiſcopo commiſiſſet adminiſtrationem: nam eius diſpoſitio eſt ſeruanda iuxta notata *in l. penul ff. De leg. 1.* & tradunt Peregrin. *conſil. 33. num. 12. lib. 1.* Rota coram Caualler. *deciſ.639. num.6.* & coram Durano *deciſ.455. num.8.* Et ideo ſi pro adminiſtratore fuit nominatus epiſcopus, ád ipſum ſolum ſpectabit determinare circa vſum legati, nec poterit capitulum ſe ingenere.

5 Secundo etiam eſt limitandum, vt non habeat locum, ſi legatum ſit relictũ alicui capellæ, quæ habeat ratione beneficii proprium Rectorem, aut alicui eccleſiæ annexæ Cathedralis, quæ non ſit de iure capituli; quia tunc adminiſtratio legati pertinebit ad eum, ad quem ſpectat Eccleſia, ſeu capella, non verò ad capitulum iuxta ea, quæ tradiunt Gloſ. *in Cap. Relatum.2.* verbo. *Vnus. De teſtamen.* Abbas *ibid.num.5.* Rota coram Cæſare de Graſ. *deciſ.4. De his, quæ fiunt à ma. par. Caput.* & coram Durano. *deciſ.291. nu.19.* In tantum enim adminiſtratio ſpectat ad capitulum, in quantum ſpectat etiam eccleſia, cui relinquitur, vt deſumitur ex dic. Cap. Relatum. 2. De teſtam. ibi. *Vbi eſt collegium Clericorum.* Vbi ergo non eſt collegium, ſeu capitulum, ſpectabit ad eũ, cui ſubeſt eccleſia, ſeu capella.

6 Tertiò limitatur, vt locum non habeat, ſi legatum relictum ſit confraternitati, licet erectæ in Cathedrali iuxta ea, quæ tradunt Doctores in Cap. *Cum dilecta. De exceſſib. Prelat.* Rota corã Durano *deciſ.* 291. *num.* 20. Cum enim Confraternitates erigantur auctoritate epiſcopi. iuxta Clemen. VIII. *Conſtit.* 115. *tom.* 3. *Bullar.* conſequenter etiam ſubſunt eidem epiſcopo: non autem capitulo, quod ideo, non poteſt ſe ingerere circa legata iiſdem relicta.

7 Accedit etiam. Quod Confraternitates ſunt corpora, & communitates diſtinctæ à capitulo, cum agnoſcant propria iura, habeant proprios miniſtros, ſigillum, burſam, & cœtera, quæ neceſſaria ſunt ad cõſtituendum corpus diſtinctum: iuxta *l. 1. §. Quibus autem. ff. Quod cuiuſque vniuer.* & notant Doctores *in Cap. Dilecta. De exceſſib. prelat.* præſertim Abbas, & Innocent. Franciſ. Marc. *quęſt.801.* Vnde legata relicta huiuſmodi Cõfraternitatibus incorporantur bonis ipſarum, quæ cum habeant proprios adminiſtratores, ad ipſos quoque pertinet adminiſtratio legatorum.

Quomodo Epiſcopus concurrat ſimul cũ Capitulo ad diſponendum de legato relicto Eccleſiæ. Quæſt. 126.

SVMMA

1 *Suffragium Epiſcopi tantum eſt, quantum totius Capituli.*

2 *Suffragium Epiſcopi in diſponendo de legati reli-*

relictis Eccleſia eſt ſimplex, ſicut vnius de Capitulo.

Epiſcopus excluditur ab adminiſtrandis legatis eccleſia.

3 *Suffragium epiſcopi quando ſit tantum, quantum totius Capituli.*

4 *Epiſcopus tanquam talis poteſt recognoſcere adminiſtrationem legatorum.*

Epiſcopus quando ſe ingerat circa geſta à Capitulo, in quo ipſe ſuffragium dedit.

---

1 SVppoſito, quod diſpoſitio legati eccleſiæ Cathedrali relicti pertineat ad epiſcopum, & capitulum ſimul, inſurgit dubium, an ſuffragiũ epiſcopi tantum ſit, quantum totius capituli. Sublata enim præſcriptione in contrarium, quando agitur de ijs, quæ pertinent ad epiſcopum, & capitulum ſimul, ſuffragium capituli, & epiſcopi æquiparantur, ita vt tantum ſit ſuffragium epiſcopi, quantum totius capituli, vt tradunt Doctores *in cap. Poſtulaſtis.* De conceſ. Praben. vbi Hoſtienſ. *num.* 2. ver. *Hoc eſt de iure communi.* Butr. *num.* 11. ver. *Si verò interſit.* Abbas *num.* 14. Calderin. *quaſt.* 7, Ancharan. *num.* 9. Imola. *num.* 15. Selua *de benefic. par.* 2. *quaſt.* 1. *ar.* 28. *nu.* 1. Rota *deciſ.* 193. *num.* 1. *par.* 4. *Recent.* & coram Pennia *deciſ.* 623. *num.* 5. & *deciſ.* 861. *n.* 4. vbi plura allegantur.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod ſuffragium Epiſcopi in diſpoſitione legatorum, qua relinquuntur Cathedrali, ſit ſimplex, ſicut cuiuslibet Canonici.* Deſumitur ex Cap. *Relatum.* 2. De *teſtamen.* vbi ab adminiſtratione huiuſmodi legatorum excluditur epiſcopus, & declaratur, pertinere ad capitulum. Si autem tantum eſſet ſuffragium epiſcopi, quantum totius capituli, adminiſtratio æquali modo pertineret ad epiſcopum, ac ad capitulum, & ipſo diſſentiente capitulum nihil concluderet: & proinde non remaneret excluſus epiſcopus tanquam epiſcopus, quia concurreret ſuffragio qualificato, & non tanquã vnus de capitulo. Dum autem excluditur, non poteſt concurrere, niſi tanquam vnus de capitulo; & proinde ſuffragio ſimplici.

3 Deinde ſuffragium epiſcopi non eſt qualificatum, & tantum; quantum totius capituli, niſi quando concurrit vt talis, & tanquã Prælatus iuxta ea, quæ tradunt Abbas *in cap. Poſtulaſtis, numer.* 11. De *conceſ. præben.* Butr. *ibid. quaſt.* 1. *nu.* 8. Ancharan. *num.* 5. Imola. *num.* 13. Cardin. *oppoſit.* 7. Rota *deciſ.* 193. *nu.* 7. *par.* 4. *Recent.* Qualificatio enim ſuffragii fundatur in qualificatione perſonæ, & ideo non reſultat in ſuffragio, niſi ſecundum ipſam cõcurrat perſona. Non poteſt autem epiſcopus vt talis concurrere ad diſpoſitionem legatorum, ſed ſolum vt vnus de capitulo: nam non excluderetur, vt excluditur in dic. Cap. *Relatum.* 2. De *teſtamen.* ſi haberet concurrere tanquam epiſcopus, & ſecundum qualificationem dignitatis.

4 Hinc autem deducitur, quod potetit epiſcopus ſe ſolo tanquam exequutor vltimarum voluntatum ſe immiſcere, & recognoſcere effectuationẽ deliberationis factæ circa vſum legati; nam quando epiſcopus concurrit ſimul cum capitulo tanquam vnus de ipſo, remanet illi ſalua prærogatiua circa eoſdem actus, quos recognoſcere poteſt tãquam Prælatus iuxta Cap. *A collatione.* De *appellat. in* 6. vbi Gloſ. & Doctores. Abbas *in Cap. Poſtulaſtis. num.* 11. ver. *Secus ſi interfuit.* De *conceſ. praben.* Anan. *num.* 11. *in fine.* Imola *n.* 13. Butrius. *nu.* 8. ver. *Sed in ſecundo caſu.* Ancharan. *num.* 5. ver. *Item ſi appellabitur. quaſt.* 3. Cardin. *Oppoſit.* 7. Rota *deciſ.* 193. *num.* 3. *par.* 4. *Recent.*

An adminiſtratio legati relicti Eccleſia titulari pertineat ad Cardinalẽ Titularem. Quaſt. 127.

S V M M A

1 *Noua Eccleſia Titulares Cardinalium.*

2 *Titulares Cardinales non diſponunt de legatis relictis nouis Eccleſijs titularibus.*

Eccleſia nouiter erecta in Titulos retinent omnia ſua iura.

3 *Clauſula,* ſine præiudicio, *praſeruat omnia iura.*

4 *Pontifex praſeruat omnia iura Eccleſijs nouiter erectis in Titulos.*

5 *Dictio* Tantummodo *limitat diſpoſitionem ad expreſſa.*
6 *Verba præciſa, & clara non admittunt interpretationem.*
7 *Si verba ſint clara, ſtandum eſt aperto ſenſui ipſorum.*
8 *Quæ bona Titularium Eccleſiarum nouarum adminiſtrari poſſint à Cardinalibus Titularibus.*
Legiſlator non præſumitur ſe corrigere in eadem conſtitutione.
9 *Formula facultatum. Cardinalium Titularium ſupra Titulu eſt reſpectiua ad Conſtit. Sixti V.*
Non eſt plus in referente, quàm ſit in relato.
Diſpoſitum in Conſtit. Sixti V. circa Titulos Cardinalium eſt in formula conceſſionis tituli.
Conceſſio principis eſt ſine alterius præiudicio.
Conceſſio accipitur in terminis habilibus.
10 *Titulares diſponunt de legatis relictis; ſuis eccleſijs titulorum antiquorum.*
Ita diſponente Sixto V.
Verba indefinita extenduntur ad omnia, quibus aptari poſſunt.
11 *Quod ſpectat ad aliquem, ſpectat ad ipſum ſolum.*
12 *Verbum, ipſi, perſonaliſſimum eſt.*
Reſtringit actum ad perſonam, & excludit alias.

---

1 DIſtinguendum eſt, De eccleſiis nouiter erectis in titulum, & de antiquis Titularibus Sixtus enim V. in ſua *Cõſtit. 55. tom. 2. Bullar.* Diſpoſuit eccleſias titulares pro titulis Cardinaliũ, & quia voluit eſſe quinquaginta præsbiterales addidit decem, vt cõſtat ex *§. 2. eiuſdem Conſtitutionis.* Sũt autem eccleſiæ S. Honuphrii in Ianiculo. S. Auguſtini. S. Mariæ de Populo. S. Alexii in Auentino. S. Blaſii de anulo. S. Mariæ de Pace. S. Saluatoris de Lauro S. Petri in Monte aureo. Sanctis. Trinitatis in Mõte Pincio. S. Mariæ Tranſpontinæ. Eccleſia autem S. Honophrii erat prius titularis; ſed habebat ſtatum Diaconiæ, & proinde fuit mutata in titulum Præsbiteralem.

2 Quod ergo ſpectat ad titulares harum eccleſiarum nequaquam diſponere poterunt de legatis relictis hiſce eccleſijs excepta eccleſia S. Honuphrii; de qua videndum eſt, an titularis poſſet diſponere, quando erat in ſtatu Diaconiæ; quia ſi potuit, poterit etiam modo. Ratio eſt. Quia dictæ eccleſiæ fuerunt erectæ in titulos cum clauſula, *Sine alicuius præiudicio,* vt conſtat ex dicto *§. 2. eiuſdem Cõſtituti.* ibi. *In titulos Præsbiterorum Cardinalium, cum honoribus, inſignibus, priuilegijs, auctoritatibus, & præeminentijs debitis, & conſuetis inſtar aliarum eccleſiarũ quę ſimiles titulos per noſtros prædeceſſores antiquitus erectæ, et inſtitutæ fuerunt, SINE ALICVIVS PRAEIVDICIO perpetuò erigimus, & inſtituimus &c.*

3 Clauſula autem, Sine *alicuius præiudicio.* præſeruat vnicuique propria iura, vt tradunt communiter Doctores. Paris. *conſil. 23. n. 142. lib. 1.* Caſtrens. *conſil. 312. num. 4. lib. 1.* Oldrad. 237. *in fine.* Alexan. *conſil. 193. num. 6. lib. 6.* Gabr, *concluſ. 1. nu. 40. De fideicom.* Menoch. *prę ſum. 115. nu. 74. lib. 3.* Garzia *de Benefic. par. 4. cap. 3. nu. 20.* Marta *De clauſ. par. 1. clauſ. 15. num. 1.* Rota coram Puteo *deciſ. 191. num. 17. lib. 1. in nou,* & coram Seraphin. *deciſ. 144. num. 6.* & *deciſ.* 1303. *nu* 5. & coram Merlino. *deciſ. 230, num. 11.* & *deciſ.* 316. *num. 20.* & coram Caualero. *deciſ. 231. numer. 4.* Item Rota *deciſ. 785. num. 4. par. 1,* & *deciſ.* 1013. *num. 1. par. 3,* Diuerſ. & *deciſ. 253. num. 14 par. 2.* Recent. & *deciſ. 59. num. 12. par. 4.* Recent. Et in *Caputaquen. Pręced. 17. Iunij.* 1577. coram Blanchetto, & in *Tiraconenſi Oblationum. 28. Iunij.* 1595. coram Pamphilio, & in *Romana domus 7. Nouem.* 1597. coram eod. Non eſſet autem ſine alicuius præiudicio, ſi titularis poſſet diſponere de legatis relictis eccleſiæ, quia ius huiuſmodi prius erat apud eos, ad quos pertinebant eccleſiæ: vnde fuiſſet ipſis ſublatum.

4 Idque diſertioribus verbis explicat Pontifex *§. 10. eiuſdem Conſtit.* ibi. *Decernentes per huiuſmodi erectionem, & inſtitutionem, decem prędictas per nos in titulum erectas Eccleſias tãtumodo nouis priuilegijs, & dignitate auctas, decoratas, et inſignitas. Nihil autem omnino pręiudicij cuiquam illarum, nihil alieni iuris detractum, aut immutatum cenſeri poſſe, aut debere. Sicque per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos*

legatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Cardinales prędictos, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & in quauis cauſa, & inſtantia iudicari, & definiri debere. Nec non irritum, & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis, eorumue aliquo à quoque quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

5 Ex quibus manifeſta fit intentio Pontificis, quod ſolum voluerit condecorare, & inſignire Eccleſias nouis præeminentiis: nullum autem iis præiudicium afferre, quod nõ fuiſſet factum, ſi aliquod ius ipſarum translatum fuiſſet in titularem. Conſideranda eſt enim dictio illa *Tantummodo*, quæ reſtringit, & limitat diſpoſitionem Pontificis ad ſolam condecorationem, & excludit omnia alia iuxta *l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. ff. De liber. & poſth.* & *l. Iulianus.* & *l. Non tantum. ff. De petit. hæredit.* Et notant communiter Doctores Corn. *conſil. 252. numer. 1. vol. 1.* Bar. *in l. 1. num. 1. ff. Si quis ius dicen. non obtemp.* Iaſ. *num. 9.* Felin. *in Cap. Contingit. num. 3. De fide inſtrumen.* Abbas per illum tex. *in Cap. Cum Eccleſia Sutrina. numer. 9. De cau. poſſeſ.* Gozadin. *conſil. 31 num. 22.* Ruin. *conſil. 45. numer. 13. vol. 1.* Surd. *deciſ. 291. num. 19,* Menoch. *conſil. 1036. nu. 10.* Purpurat. *conſil. 558. num. 8.* R iminal. iun. *conſil. 257. num. 33.* Rota coram Merlino, *deciſ. 28. num. 6.* & coram Seraphino. *deciſ. 237. numer. 2.* & *deciſ. 740. numer. 4.* & *deciſ. 600. num. 7. par. 2.* Recent. Si autem titularis acquiſiſſet ius diſponendi de legatis relictis eccleſiæ, diſpoſitio Pontificis non permanſiſſet in ſola condecoratione, ſed detraxiſſet de iure eorum, ad quos Eccleſiæ ſpectant.

6 Quod etiam exprimit Pontifex vtendo clauſula, *Nihil alieni iuris de tractum, aut immutatum cenſeri poſſe, aut debere.* Cum enim ius diſponendi de prædictis legatis eſſet ius eorum, quorum erant eccleſiæ, ſi poſt erectionem earumdem in titulũ perueniſſet ad titularem, facta eſſet immutatio iuris, & totum ius, quod cõpeteret titulari, eſſet detractum ijs, quorum erant eccleſiæ, contra apertiſſima verba diſpoſitionis, quę cum præciſa ſint, & nullam admittant dubitationem, ab ipſis non eſt recedendum, nec interpretatio aliqua admittenda. *l. Quæſitum. §. Illud. ff. De legat. 3.* & *l. Quicquid adſtringende. ff. De verbor. obligat.* & *l. Vbi eſt verbũ. ff. De condit. & demonſtrat.* & notãt Socin. *ibid. not. 5.* Crauetta *conſil. 288. num. 9.* Becc. *conſil. 21. num. 13.* Surd. *conſil. 315. num. 18.* Sarnens. *ad Regul. de annal. quæſt. 23. init.* Rota coram Ludouiſio *deciſ. 516. num. 3.* & *deciſ. 522. num. 3.* & coram Merlino, *deciſ. 846. num. 10.*

7 Præſertim quia Pontifex prohibet etiam iudicibus aliter ſuam diſpoſitionẽ interpretari, ac aliter quàm ſecundum id, quod verbis expreſſum eſt, iudicare vt conſtat ex clauſula, *Sublata eis, & coram cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate.* Vnde quotieſcunq. infertur alicuius iuris diminutio in præiudicium eorum, qui prius Eccleſias poſſidebant, receditur à diſpoſitione ſummi Pontificis, qui vult ius omne illæſum, & immutatum remanere, prout ſunt verba clariſſima, quæ proinde non admittunt interpretationem aliquem, ſed illorum aperto ſenſui ſtandum eſt *l. Ille, aut ille. §. Cum in verbis. ff. De legat. 3.* & *l. Ancillæ. C. De furtis.* & *l. Eum, qui Kalendis. init. ff. De verbor. obligat,* & notant Surd. *conſil. 426. num. 54.* Rota coram Seraphino. *deciſ. 1108. num. 7.* & coram Merlino *deciſ. 411. num. 22.*

8 Supradictæ doctrinæ obſtare videtur *§. 12. eiuſdem Conſtitutionis* Sixti V. vbi Pontifex diſponit, quod titularis curam gerat bonorũ, ac temporalium reddituũ ibi. *Bonorum, ac temporalium redditũum curam gerent.* Verum Pontificem ibi loqui quo ad eccleſias titulares antiquas, non autem quò ad decem de nouo ab ipſo in titulares erectas, videtur omnino certum, & quò ad titulares de nouo erectas quatenus ibi adſint bona ſpectantia ad titulum, vt in eccleſia S. Laurentii in Lucina. Quia cum antea Pontifex ijs præſeruauerit omne ius, & nihil quò ad ipſas innouauerit, quod tendat in præiudicium, ſed tantum voluerit condecorare, vt conſtat ex dictis ſupra, ſibi contrarius eſſet; & in continenti ſe

correxiſſet, quod non eſt præſumendum. *l. Cum hic ſtatus. S. 1. in fine. ff.* De *donat. inter. vir. & vxor.* & *l. Præcipimus, in fine.* C. De *appellat.* & notant Roland. *conſil.* 62. *num.* 9. *lib.* 3. Alexand. *conſil.* 142. *num.* 12. *lib.* 6. Surd. *conſil.* 241. *num.* 19. Alciat. Reg. 2. *præſump.* 28. Rota *deciſ.* 763. *num.* 14. *par.* 1. *Diuerſ.*

9 Rurſus obſtare videtur formula litterarum Apoſtolicarum, quibus confertur titulus Cardinalitius, ibi. *Curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo. Ita quod liceat tibi regiminis, & adminiſtrationis huius Eccleſiæ, illiuſque membrorum, iurium, & pertinentiarum, huiuſmodi poſſeſſionem, ſeu quaſi per te, vel alium, ſeu alios nomine tuo propria auctoritate liberè apprehendere, & de illorum fructibus, redditibus, & prouentibus diſponere. ipſamque Eccleſiam in ſpiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, ſicuti Preſbiteri Cardinales, qui illi pro tẽpore præfuerunt, diſponere, & ordinare, ac Eccleſiam huiuſmodi regere, & gubernare potuerunt, ſeu etiam debuerunt firma ſpe &c.* Verum neque hoc obſtat, quia tota iſta formula eſt in exequutionem facultatis, quam titularibus tribuit Conſtitutio Sixti V. de qua ſupra; & proinde ſtat relatiuè ad ipſam, & nihil plus in ipſa conceditur, quã concedatur in dicta Conſtit. *l. Aſſerto. ff.* De *hæred. inſtit.* Et per conſequens diſpoſitum in eadem conſtit. continetur in eadem formula, atque præſeruatio iuris decem Titulorum de nouo erectorum iuxta ea, quæ tradunt Bald. *conſil.* 212. *num.* 1. *lib.* 5. Craueta *conſil.* 45. *num.* 4. Peregrin. *de Fideicom. ar.* 16. *num.* 1. Rota *deciſ.* 426. *num.* 4. *par.* 4. *Recent.* & coram Mantica *deciſ.* 336. *num.* 3. & coram Merlino *deciſ.* 654. *nu.* 3. Præſertim quia conceſſio Principis nõ derogat iuri alieno, ſed intelligitur abſq. alterius præiudicio *l. 2. §. Merito* & *§. Si quis à Principe. ff. Ne quid in loco publ.* & notant Ruin. *conſil.* 175. *nu.* 6. *lib.* 1. Menoch. De *arbitrar. quæſt.* 48. *n.* 1. *lib.* 1. Dec. *in Cap. Super eo.* De *off. deleg.* vbi plura affert. Rota coram Puteo *dec.* 257. *n.* 3. *lib.* 2. & *deciſ.* 65. *num.* 5. *par.* 5. *Recent.* Et ideo conceſſio, quam importat dicta formula, eſt accipienda in terminis habilibus, quatenus ſcilicet in eccleſia Titulari adſint bona adminiſtranda, quæ pertineant ad titulum, ſicut intelligitur omnis conceſſis. *l. Mutus. ff.* De *procurat.* ibi. *Per eum modum, qui procedere poteſt* & *l. Gradatim. §. Lege. ff.* De *muner. & honor.* & notat Iaſ. *in l. 2. §. Prætor. not. 1. ff.* Qui *ſatiſd. cog.*

10 Quod autem ſpectat ad aliàs eccleſias titulares tàm diaconales, quàm præsbiterales; ſi contingat iis relinqui aliqua legata, adminiſtratio ſpectabit ad titularem. Hoc deſumitur ex præfata Conſtit. Sixti V. *de Præfinit. Titularium Eccleſ.* quæ eſt. 55. *tom.* 2. *Bullar.* nam §. 12. Hanc eis poteſtatem tribuit: ita enim habet. *Sic igitur ipſi Cardinales, quibus huiuſmodi eccleſiarum regimen, cura, & adminiſtratio pro tempore commiſſa erunt, eas in ſpiritualibus, & temporalibus, ſollicitè, fideliter, et prudenter regant, & gubernent &c,* Et ruſus infra. *Bonorum, ac temporalium redditũum curam gerant.* Si ergo adminiſtratio, etiam in temporalibus, & bonorum temporalium ad eos pertinet, pertinebit etiã adminiſtratio legatorum, quæ iiſdem eccleſiis relinquuntur, cum comprehendãtur ſub bonis temporalibus, quæ Pontifex ipſorum curæ committit. Cum enim interſit eccleſiæ, quod Cardinalis curam gerat bonorum temporalium ipſius agitur de fauore eiuſdem eccleſię, & ideo verba diſpoſitionis indefinita debent extendi, vt cõplectantur omnia bona, quibus aptari poſſunt, iuxta ea, quæ tradũt Becc. *conſil.* 94. *num.* 30. Cephal. *conſil.* 397. *num.* 20. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 54. *num.* 19. *par.* 2. *Diuer.* & *deciſ.* 215. *num.* 10. *part.* 1. & *deciſ.* 140. *num.* 16. *par.* 3. Recent.

11 Solum difficultas videtur ſupereſſe quò ad eccleſias titulares collegiatas. Nam de iure, vbi adeſt capitulum, ſeu collegium adminiſtratio bonorum ſpectat ad capitulum, & non ad epiſcopũ Cap. *Relatum. 2.* De *teſtamen.* Vnde ſi in eccleſiis Titularibus ſit capitulum, ad ipſum ſpectabit adminiſtratio legatorum. Oppoſitum tamen eſt tenendum, nempe ſpectare ad ſolum Titularem, quantum eſt ex vi præfatæ conſtitutionis ſpũ praxis

xl, & obſeruantia aliter habeat in *dic.* §. 12. *eius conſtit.* cura, & adminiſtratio bonorum temporaliũ in ſpecie demandatur iiſdē titularibus, vt conſtat ex illis verbis. *In ſpiritualibus & tēporalibus ſollicitè fideliter, et prudēter regant*, quibus ſignificatur eſſe regimen cōmiſſum induſtriæ perſonæ. Et rurſus. *Bonorum, ac temporalium reddi tuum curam gerant.* Quæ omnia ſignificant, curam, & adminiſtrationem temporalium ſpectare ad titularem, & proinde ad ipſum ſolum, Cap. *Nouit. De iudic.* ibi. *Cuius cognitio ad ipſum ſpectat.* & iuxta ea, quæ notant Gloſ. *in Cap. Cum illis*, §. *Si verò*. verb. *Cũ alio, in fine. De præben. in* 6. Rota *deciſ.* 39. *n.* 5. *par.* 4. *Recen.*

12 Accedit etiam, quod Pontifex vtitur in ſua diſpoſitione pronomine *Ipſi.* ibi. *Sic igitur ipſi Cardinales &c. in ſpiritualibus, et temporalibus regant, &c.* Hæc autem dictio eſt perſonaliſſima, vt obſeruāt Gloſ. *in* §. *Fuerat.* verbo. *Cum ipſa.* Inſtit. *De act.* Socin. ſen. *conſil.* 250. *num.* 5. *vol.* 2. Cephal. *conſil.* 43. *num.* 8. *vol.* 1. Rolan. *conſil.* 55. *num.* 29. *vol.* 3. Menoch. *conſ.* 120. *nu.* 20. Curt. iun. *conſil.* 144. *num.* 42. Rota coram Caualero *deciſ.* 340. *num.* 2. Et proinde reſtringit actum, de quo agitur, ad perſonam excludendo cœteros, vt notant Iaſ. *in l. Filiusfamilias.* §. *Diui. num.* 181. *ff. de leg.* 1. *in* 2. *lect.* Ripa *ibid. num.* 111. ver. *Et idem.* Natta *conſil.* 163. *num.* 8. Rolan. *conſ.* 59. *n.* 20. *vol.* 3. Cotta *in Memorabil* verbo. *Ipſe.* Surd. *conſil.* 53. *num.* 7. Menoch. *præſump.* 38. *nu.* 130. *lib.* 6. Tiraquel. *de Retract. conuen.* §. 1. *gloſ.* 6. *nu.* 25. Rota coram Seraphino, *deciſ.* 552. *num.* 1. & *deciſ.* 619. *num.* 3. *par.* 1. Recent. & *deciſ.* 501. *numer.* 2. *par.* 4. Recent. Et ideo adminiſtratio temporalium bonorum harum eccleſiarum non egredietur perſonas titularium ex hac diſpoſitione, quæ derogat omnibus in contrarium facientibus. Quamquam in dict. Cap. Relatum. 2. De teſtamen. diſponatur ſolum, quò ad capitulum in ordine ad Epiſcopos. Paſqualig. Quæſt. Select.

An ſi legitimatus grauatus reſtituere inſtituat extraneum hæredem, tranſmittat ad ipſum ſuam legitimam: Quæſt. 128.

SVMMA.

1. *Legitimatus grauatus reſtituere poteſt tranſmittere ſuam legitimam ad extraneum hæredem.*
2. *Filio naturali legitimato debetur legitima.*
3. *Legitima debetur de iure naturali ſecundum tamen taxationem iuris.*
4. *Legitimatus eſt verè legitimus.*
5. *Legitima debet eſſe immunis à fideicommiſſo, & quocunque alio onere.*
6. *Vnicus filius detrahit à fideicommiſſo tertiam partem pro legitima.*

1 Mouetur difficultas de legitima, quia certum eſt, cum ſit grauatus reſtituere, non poſſe tranſmittere totam hæreditatem: ac proinde hęres cēſetus inſtitutus in eo, de quò poteſt teſtator diſponere. *Quod autem capiat legitimam teſtatoris, quę ei competit de bonis paternis &c.* videtur reſoluendum. Et ita tradunt loquentes de iure ad legitimā tranſeunte in hæredem extraneum. Salicet. *in l. Scimus. init. C.* De *inoffic. teſtam.* Roman. *conſil.* 185. *numer.* 2. Craueta *conſil.* 312. *num.* 5. Rota coram Caualero *deciſ.* 459. *nu.* 1. & coram Merlilino *deciſ.* 249. *nu.* 1. & in *Montis Falſci fideicommiſ.* 16. *Iunij.* 161. coram Ludouiſio Et deſumitur *ex l. Quoniam in prioribus. C.* De *inoffic. teſtamen.*

2 Hoc autem deducitur ex duobus principijs iuris. Primum eſt, quod filio naturali legitimato debetur legitima. Cap. *Raynatius.* et Cap. *Rayanldus. De teſtam.* et tradunt communiter Doctores Abbas *conſ.* 41. *numer.* 1. *in fine.* Craueta *conſ.* 50. Alexan. *conſil.* 78. *nu.* 2. *in fine lib.* 4. Angel. *conſil.* 307. *in fine.* Dec. *conſil.* 299. *num.* 3. Iaſ. *conſ.* 154. *num.* 5. ver. *Item ei debetur. lib.* 2. Bald. *in Cap. De cauſis. num.* 34. & 62. *De offic. deleg.* Cotta *in Memorabil.*

*rabil.*verbo. *Spurias legitimatus.* Tiraquel. *in l.Si vnquam.*verbo.*Suſceperit liberos.nu. mer.* 79.C.*De reuocan.donat.*Roman. *conſ.* 34.Merlinus *de legit.* alios allegans *lib.* 1. *tit.*2.*quaſt.*8. *num.*9. Caſſador.*deciſ.*2. *nu.* 2, *de teſtam.*Rota corā Seraph.*dec.*221.*n.* 7.& *deciſ.*801.*num.*7. & *deciſ.* 641.*nu.*17. *par.* 1. Diuerſ. & *deciſ.*653.*numer.*3. *par.*1. Recentior. vbi plura cumulantur. & in *Romana legitima.* 16. *Decemb.* 1616. coram Sacrato.

3 Ratio eſt. Quia quamuis legitima ſit taxata à lege, habet tamē fundamētū in iure naturæ, quo filijs ſit debita ſucceſſio in bonis paternis Authen.*Nouiſſima.*C.De *inoffic. teſtam.*Rota *dec.*588.*n.*3.*par.*4.*Recen.* & de iure naturæ dicitur debita. Cap. *Raynatius* & Cap. *Raynaldus.* De *teſtamen.* vbi Gloſ.*verbo.Nequiuit.*Rota corā Merlino *deciſ.* 828.*num.* 1. & coram Caualero. *deciſ.*341.*num.*1, Et ideo eo ipſo, quod filius naturalis legitimatur, aſſumitur ad ius ſuccedendi in bonis paternis, atque adeo acquirit ius ad legitimam.

4 Præſertim quia legitimatus eſt verè legitimus, vt deſumitur ex §.*Liceat igitur.*& §.*Si igitur.* Authen. *Quib. mod. nat. effic.leg* & Authen. *Quib.mod.nat.effic.ſui. init.* ver, *Natura.*& §. *Si quis ergo.* & §. *Et quoniā varia.*& *l.Qui liberos.§.*1.*ff.*De *ritu.nupt.*& tradunt cōmuniter Doct.Bart. *in l.Si is, qui pro emptore. n.*29.*ff.* De *vſur.* Angel.*conſil.*17.*num.*5.ver. *Iſti autem.* Socin.*conſil.*63.*n.*22.*lib.*3. Menoch. *conſil.*20. *n.*31. *lib.*1. Gozadin.*conſ.*19.*n.*22. Eugen. latè *conſ.*52.*n.*49.Rota corā Seraphin.*deci* 325.*num.* 19. & *in Hiſpalenſi legitimitatis* 4.*Febr.*1613. coram Vbaldo. Legitimatio enim communicat omnia iura filij legitimi legitimato, atque adeo etiam iura ſucceſsionis, & proinde etiam ad legitimam.

5 Alterum principium eſt, quod legitima debet eſſe immunis à fideicōmiſſo, & quocunque alio onere. *l. Quoniam in prioribus.* & *l.Scimus.* §. *Repletionem.* C. De *inofficioſo teſtamen.*& *l.* Si *quando* §. *Generaliter. ff.* De *inoffic. teſtamen.* & notant communiter Doctores Alexan. *in l. Precibus. num.*17.C.De *impub.* & *alijs Subſtit.* Michael Craſ. *de Succeſ.*§. Legitima.*quaſt.* 38.*num.*2.vbi latè Rota *deciſ.*449.*num.*2. *par.*1.*Recentio.*& *deciſ.* 704. *num.*2. *par.*3. Recent.& *deciſ.* 540.*num.*3. *par.*4.Recent. & coram Merlino *deciſ.*844. *num.*7. & coram Caualero *deciſ.*326. *num.* 6. Vnde remanet ſub plena diſpoſitione poſſidentis, & proinde tranſmittere poteſt, ad quē voluerit, extraneum hæredem.

6 Ex quibus fit. Quod ſi tranſmittēs legitimam ad extraneum hæredem, ſit vnicus filius, poſſit de tota hæreditate patris non obſtāte fideicommiſſo detrahere tertiā partem, legitima enim in hoc caſu vindicat tertiā partē hæreditatis paternæ, quæ non potuit grauari fideicommiſſo iuxta dicta ſupra *num. præced.* Quod autē legitima ſit tertia pars, habetur ex Authent. *Nouiſſima.C.* De *inoffic, teſt.* & §. 1. Authen. De *triente*, & *ſemiſſe.* & notant Gloſ.*ibid.*verbo.*Trient.* Rota *deciſ.* 227. *n.* 4. *in fine par.*4.*Recent.* & coram Eminentiſſ.Otthobono.*deciſ.*32.*num.*10, & *deciſ.* 199.*num.*20.

An cenſenda ſit prohibita detractio Trebellianica, ſi teſtator ditat, quod reſtituatur tota, & integra hæreditas. Quæſt. 129.

S V M M A.

1 *Vt detrahi non poſſit Trebellianica, an ſufficiat tacita prohibitio.*
2 *Teſtator iubens reſtitui totam, & integram hæreditatem, an prohibeat Trebellianicam.*
3 *Trebellianica non cenſetur taciti prohibita, ſi verba alium ſenſum habere poſſunt.*
4 *Verba,* Tota, & integra hæreditas *diuerſo modo accipi poſſunt.*
Poſſunt continere prohibitionem alienationis cuiuſcunque partis hæreditatis.
5 *Tota, & integra hæreditas admittit detractionem legitimæ.*
6 *Teſtator cenſetur ſe conformare diſpoſitioni iuris.*
7 *Hæreditas dupliciter dicitur tota, & integra. Hæreditas, quæ de iure remanet ſubiecta fideicommiſſo, eſt tota, & integra. Interpretatio ex ſubiecta materia eſt admittenda.*
8 *Hæres detrahit Trebellianicam, ſi filius grauatus reſtituere non detraxit.*

---

1 Quam-

1 QVamuis videatur expreſsè prohibenda detractio Trebellianicæ; vt non habeat locum §. *Si verò expreſſim.* Authen. *De hæred. & Falcid.* & Authent. *Sed cum teſtator.* C. Ad *leg. Falcid.* Attamen ſecundum receptiſſimam ſententiam, quam ſequitur Rota, prohibetur detrahi etiam ex tacita prohibitione teſtatoris. Ita Bart. *in l. Centurio num. 27. ver. Vel qui teſtator. ff. De vulg. & pupil. ſubſtit.* Bald. *in l. Precibus. nu. 44. ver. Per iſta verba. ff. De impub. & al. ſubſtit.* Galiau. *in dic. l. Centurio. nu. 88. in fine.* Alexan. *conſil. 201. nu. 10. lib. 6.* Mantica *de conniect. vlt. volun. tit. 12. nu. 6. lib. 7.* Gratus alios allegans *conſil. 103. n. 14. lib. 2.* Menoch. *Præſump. 198. lib. 4.* Rota coram Ludouiſio. *decis. 421. num. 11. & in Bononien. de Pretis.* 18. *Martij* 1619. coram Vbaldo. Voluntas enim tacita teſtatoris, quando ex eius verbis elicitur, non minùs dominatur, quàm expreſſa.

2 Quod autem quando teſtator iubet reſtitui ſubſtitutis totam, & integram hæreditatem, tacitè prohibeat detractionē Trebellianicæ, tradunt Galiaula *in l. Centurio. num. 88. ff. De vulg. & pupil. ſubſtit.* Ripa *ibi. n. 130. & 135.* Mantica *de conniec. tit. 12. num. 13. 15. & 16. lib. 7.* Puteus *deciſ. 444. in fine lib. 2.* Et alii. Fauet quoque ratio. Quia ſi detrahatur Trebellianica non eſt tota, & integra hæreditas. Si quidem illi deeſſet pars Trebellianicę.

3 Verum hæc opinio patitur difficultatem. Nam, vt tacitè cenſeatur prohibita detractio Trebellianicæ, requirūtur talia verba, quæ neceſſario inferant hanc prohibitionem, nec aliud importare poſſint, vt tradunt communiter Caſtrenſ. *conſil. 28. num. 4. lib. 2.* Corneus *conſil. 207. num. 10. lib. 2.* Ruin. *conſil. 59. num. 10. lib. 2.* Socin. iun. *conſil. 170. num. 33. in fine. lib. 2.* Gabr. *Concluſ. 2. num. 1. vet. Contrarium* Tit. *Ad Trebel.* Surd. *conſil. 458. numer. 23.* Honded. alios citans *conſil. 66. nu. 8. lib. 2.* Decian. *conſil. 89. n. 44. lib. 5.* Bellon. *conſil. 65. num. 3.* Clarus. *§. Teſtamentum. quæſt. 62. nu. 3.* Oddus *conſil. 8. n. 22.* Boer. *dec. 44. num. 33.* Petra *de Fideicom. quæſt. 15. num. 154. & 156.* Molin. *lib. 1. de Primogenit. cap. 17. nu. 16.* Mantica *de conniect. vlt. volun. tit. 12. num. 16. lib. 7.* Et paſſim Rota *deciſ. 433. num. 1. par. 4. diuer. & in Viterbenſi fideicōmiſſi. 11. Ianuarij.* 1608. coram Manzanedo, & coram Mantica *deciſ. 348. nu. 3. & deciſ. 401. num. 2. par. 3.* Recent. & *dec. 203. num. 6 par. 4.* Recent.

4 Prędicta autem verba *Tota, et integras hæreditas* non inferunt neceſſariò, quod hæreditas debeat reſtitui abſque detractione Trebellianicę, nam poſſunt intelligi de tota, & integra hæreditate iure ſeruato, hoc eſt, quæ remanet iis detractis, quæ de iure detrahi poſſunt, nempe legitima, & Trebellianica: et poſſunt inducere prohibitionem alienationis cuiuſcunque partis de toto corpore, quod ſupereſt detractis detrahendis. Cū enim ius concedat de fideicommiſſo detrahi legitimam, & Trebellianicam, quod ſupereſt, dicitur tota, et integra hæreditas quia conſideratur hæreditas in ordine ad reſtitutionem per grauatum. ſiquidem teſtator diſponit de hæreditate reſtituenda à grauato, atque adeo in ordine ad reſtitutionem, et proinde totalitas, et integritas non afficit illas partes, quæ de iure debentur inſtituto: ſed tantum illas, quæ non ſunt illi debitæ: & hæ ſunt tota, et integra hæreditas, quæ venit reſtituenda.

5 Confir. Ex eo, quod teſtator iubet, grauatum reſtituere totam, et integram hęreditatem, non prohibet detractionem legitimæ, qua tamen detracta, non eſt tota, et integra hæreditas corporalis, quæ relinquitur à teſtatore. Ergo ſicut in hoc caſu prædicta verba non inferunt, prohibitionem detractionis legitimæ, quia intelliguntur de tota, & integra hęreditate, quæ remanet detracta legitima, quæ de iure detrahenda eſt. Ita nec inferent prohibitionem detractionis Trebellianicæ, quia hac detracta adhuc remanebit tota, et integra hæreditas, quæ ſecundum ius grauari poteſt.

6 Accedit etiam, Quod teſtator cenſetur cōformare diſpoſitionem ſuam diſpoſitionis iuris *l. Hęredes mei. §. Cum ita. ff. Ad Trebel.* et *l. Peto. ff. De leg. 2.* & *l. Gallus, S. Quidam recte. ff. De lib. et poſth.* vbi etiam Doctores: et obſeruant Iaſ. *in l. 1. nu. 45.*

45.ver. *Confirmatur. ff.* De *vulg. et pupil. ſubſtit.* Alexan. *conſil.* 55 *nu.* 2. *lib.* 4. Socin. *in l. Cum auus num.* 95. ver. *Per hoc etiam. ff. De condit. et demonſtr.* Ergo etiam, quãdo iubet grauatum reſtituere totam, et integram hęreditatem ſubſtitutis, conformabit ſuam diſpoſitionem diſpoſitioni iuris, & concedet detractionẽ Trebellianicæ; et intelliget de tota, et integra hæreditate, quæ eſt talis ſecundum ius: hoc eſt quam ius relinquit ſuppoſitam fidei commiſſo: neque enim relinquit Trebellianicam, cum concedat detrahi à fidei, commiſſo.

7 Neque vrget ratio adducta in contrarium. Hæreditas enim poteſt dici tota, et integra dupliciter, nempe materiali modo, et ſecundum corpora, quæ poſſidet teſtator, & in hoc ſenſu, quacunque minima parte detracta non eſt tota, & integra, cum non ſit totum, & integrũ, cui aliquid deeſt. Secũdo modo dicitur tota, & integra in ordine ad eam ſubiiciendam fideicommiſſo: & in hoc ſenſu importat tantum illam portionem, quę de iure ſubiicitur fideicommiſſo detractis, quæ de iure detrahenda ſunt, & hæc portio eſt tota, & integra hæreditas. Quando autem teſtator iubet, filium grauatum reſtituere totam, & integram hæreditatem, non intelligit de tota, & integra primo modo, ſed ſecundo modo, quia iubet reſtitui tanquam ſubiectam fideicommiſſo; vnde ſubiecta materia ſecum trahit hanc interpretationem tanquam probabiliorem, et ideo eſt amplectenda *l. Quoties. ff. De reg. iur.* & notant. Dec. *ibid.* Alexan. *conſil.* 129. *numer.* 4. *lib.* 1. Roman. *conſil.* 599. *num.* 7. Surd. *conſil.* 453. *num.* 53. Mantica *de tacit. lib.* 23. *tit.* 17. *num.* 7. Præſertim quia ſufficeret, quod poſſent habere prædicta verba hunc ſenſum, vt non habeant neceſſariò alterum, nec inferant prohibitionem detractionis Trebellianicæ.

8 Ex quibus deducitur, quod ſi filius hæres vniuerſalis grauatus reſtituere hæreditatem ſubſtitutis, ſibi eligat alium hæredem, quem inſtituat in ſua legitima, aut etiam in aliis bonis liberis, ſi ipſe non detraxit Trebellianicam, poterit eius hæres illam detrahere, non obſtante, quod iubeatur reſtituere totam, & integram hæreditatem iuxta *l. Quamquam* C. Ad *leg. Falcid.* & notant Burſar. *conſil.* 19. *n.* 37. *lib.* 1. Ruin. *conſil.* 143. *num.* 12. *lib.* 2. Rolan. *conſ.* 25. *num.* 8. *lib.* 1. Surdus *conſ.* 472. *nu.* 32. Honded. *conſ.* 63. *nu.* 76. *lib.* 1. Mantica *de coniect. vlt. volun. tit.* 5. *ar.* 13. *nu.* 2. *lib.* 4. Ius enim ad Trebellianicam non minus tranſit ad hęredem, quàm tranſeant alia iura teſtatoris.

An mobilia, quæ vſu conſumuntur comprehendantur ſub generali fideicommiſſo. Quæſt. 130.

S V M M A.

1 *Mobilia, quæ vſu conſumuntur poſt longum tempus præſumuntur conſumpta.*

2 *Decennium eſt longum tempus, in quo præſumuntur conſumpta.*

Tempus non præfinitum à lege intelligitur de decennio.

3 *Decennio elapſo mobilia non reſtituuntur à grauato.*

Quid in foro conſcientiæ, ſi aliqua ex ipſis adhuc extarent.

4 *Mobilia, quæ vſu conſumuntur, non comprehenduntur ſub fideicommiſſo.*

Vbi contraria ratio, ibi contraria diſpoſitio.

5 *Grauatus abſtinens ab vſu mobilium, quæ vſu conſumuntur, non tenetur reſtituere.*

1 Mobilia, quæ vſu conſumuntur, poſt longũ tempus præſumi conſumpta, nec de iis habendam eſſe rationem tradunt Paris, *conſil.* 55. *in fine. lib.* 2. Riminal. iun. *conſ.* 459. *num.* 18. Peregrin. *de fideicomm. ar.* 10. *num.* 40. Bart. *in l. Quod ad præſens. num.* 3. C. De *murileg. lib.* 12. Afflict. *deciſ.* 13. *nu.* 27. Rota coram Ludouiſio. *deciſ.* 285. *num.* 3. & *in Senogallien. Prędij* 18. *Martij* 1616. coram Martino Andrea. & eſt *deciſ.* 69. *nu* 3. *in eius impreſſis*, et in *Romana vineæ.* 29. *Februar.* 1616. coram eod. & eſt *in impreſſis deciſ.* 80. *num.* 7. Nam natura horum bonorum hoc ſecum trahit, vt ſucceſſu temporis deficiant, dum vſu conſumuntur.

2 Hoc

2 Hoc autem longum tempus, poſt quod præſumuntur conſumpta, eſt ſpaciū decem annorum vt notant Peregrin. *conſ.* 70. *num.* 21. *lib.* 1. Rota coram Durano *de ciſ.* 192. *numer.* 11. & *deciſ.* 235. *numer.* 2. Cum enim hæc mobilia ſucceſſu temporis conſumantur, vt per ſe notum eſt, dum non eſt præfinitum aliquod tempus conſumptioni debet intelligi tempus decem annorum iuxta *l. Sine præfinito. ff.* De pæn. & notant *ibi* Bart. Bal. *in l.* 1. *C. De poſtu, lan.* Barbatia *in Cap. Si quorumdam. De ſolut.* Iaſ. *in l. Ita ſtipulatus. ff.* De *verbor. obligat.* Rurſus Barbat. *in Clemen. ſiu. num.* 62. *De reſcrip.* & *in Rubr. De reb. Eccleſ. non alien. num.* 5.

3 Hoc autem ſtante inſurgit dubium, an comprehendantur ſub fideicommiſſo vniuerſali omnium bonorum. In quo certum eſt, quod ſiue comprehendantur, ſiue non comprehendantur elapſo decennio ceſſat obligatio reſtituendi, nec poteſt ſubſtitutus aliquid de ipſis prætendere, vt notant Doctores *num.* 1. & 2. citati præſertim Rota coram Ludouiſio, Martino Andrea, et Durano. An autem, ſi aliqua de ipſis extarent, eſſent reſtituenda in foro cōſcientiæ videtur negatiuè reſoluendum, quia fuerunt relicta fideicommiſſario coſumenda, et cum pro cōſumptione aſſignetur decēnium, et elapſo ceſſat ius ſubſtituti, ſi quod habet, et conſequenter etiam obligatio grauati. Præſertim quia poſſunt aliqua ſupereſſe ob diligentiam ſpecialem grauati, aut quia ijs vſus non fuerit, et proinde diligentia, et non vſus debet cedere in eius commodum.

4 Sed neque videntur comprehendi ſub generali fideicommiſſo, ſuppoſito, quod fideicommittens, non prohibeat vſum ipſorum. Doctores autem, qui volūt comprehendi ſub fideicommiſſo, intelligendi ſunt de fideicommiſſo, quod obligat ad reſtituendum ſtatim hæreditatem iuxta primam originem fideicommiſſi, de qua in inſtit. mox citanda, non autem de fideicommiſſo, quod obligat reſtituere ſolum poſt mortem. Ratio eſt. Quia eo ipſo, quod vſu conſumuntur, repugnat ſubijci fideicommiſſo. Quod enim fideicommiſſo ſubijcitur, cōmittitur fidei hæredis, vt illud reſtituat ſubſtituto, ſeu fideicommiſſario: et proinde finis teſtatoris eſt, quod conſeruetur reſtituendum ſubſtituto. Inſtit. *de Fideicom. init.* et *§. Imprimis.* E contra verò mobilia, quæ vſu cōſumuntur, relinquuntur in eum finem, vt vtatur, atque adeo conſumat. Ergo non vt reſtituat, quia non poteſt reſtituere, quod eſt conſumpturus. Cum igitur cōtrarii ſint fines fideicommiſſionis, et relicti in ordine ad conſumendum, debet quoque eſſe diuerſa et cōtraria diſpoſitio. Quia ſicuti eadem ratio infert eamdem diſpoſitionem: ita etiam contraria ratio infert contrariam diſpoſitionem *l. Si ita. ff. De manumiſ. teſtam.* & *l. Seruus. ff.* De *ſtatu liber.* et *l. Inter ſtipulantem. ff. De verbor. ſignificat.* et *l. fin. ff. De ritu nupt.*

5 Ex dictis deducitur. Quod ſi grauatus reſtituere fideicōmiſſum abſtineat ab vſu mobilium, quæ vſu conſumuntur, non tenebūtur hæredes ipſius, dum reſtituunt fideicommiſſum, ea reſtituere, non ſolum, quia non comprehenduntur ſub fideicommiſſo, vt modo dictum eſt. Sed etiam quia, dum ea ſeruauit, et non eſt vſus, ſicut poterat vti, debet cedere in beneficium ſuorū hæredum, quia ius, quod habebat ad conſumendum, facit, quod habeantur pro conſumptis, et dum illi nō renunciauit, tranſit ad hæredes, ad quos tranſeunt alia iura. Et ſicut grauatus poſſet alteri cedere, dum viuit, ius, quod habet ad conſumendum, ita etiam poteſt præſeruare ſuo hæredi: quia per id, quod non vtatur præſeruat ſibi ius ad conſumendum.

An Princeps ſæcularis poſſit legitimare filios Clericorum. Quæſt. 131.

SVMMA

1 *Princeps ſæcularis poteſt legitimare filios Clericorum.*
2 *Etiam in ordine ad ſuccedendum in bonis patrimonialibus ipſius: ſed de iure veteri.*
3 *Pro legitimatione in ordine ad ſucceſſionem requiritur conſenſus patris.*

Pater-

Poteſt clericus conſentire legitimationi Principis laici.

4 *De iure nouo filius Clerici legitimatus in nulla iura paterna ſuccedit.*

Nec etiam indirectè per circuitum. Nec perſonas ad ipſum ſpectantes.

5 *Conſtitutio Pij V. circa ſucceſsionem, qui ſunt Clericorum filij, afficit extra ſtatum eccleſiaſticum.*

6 *Paria ſūt fieri tempore habili, aut prohibito, ſed conferri in tempus permiſſum.*

Nulla ſucceſſio locum habet quò ad filios Clericorū legitimatos ad paterna bona.

7 *Bona relicta illegitimis trāſeunt ad Camerā Apoſtolicam.*

8 *Si diſponentes ſint in Vrbe, aut diſtrictu infra decem milliaria.*

9 *Filius Clerici legitimatus, licet non ſuccedat in bona patris, ſuccedit tamen in aliorum bona.*

---

1 QVod poſſit Princeps ſæcularis abſolutè loquendo legitimare filios Clericorum, videtur eſſe extra controuerſiam, quia cum ſint laici, & ipſi ſubijciantur, poteſt circa ipſos exercere ſuam iuriſdictionem. Cum enim differentia inter legitimos, & illegitimos ſit inducta à iure ciuili, poteſt Princeps, cum ſit ſupra ius ciuile, tollere hanc differentiam, & exæquare illegitimos legitimis, quò ad effectus iuris ciuilis. Et ita tradunt Cinus *in Authen. Ex Complexu*. C. De *inceſtuos. nupt*, Bart. *ibid. num*. 5. Bald. *in l. Et ſi contra in fine*. C. De *nupt*. Benedict. de Barxiis *De fil. non legit. nat. nu*. 50. Rota coram Mohed. *deciſ*. 246 & coram Achille de Graſ. *deciſ*. 4. *&* 5. *de legit*. Solum difficultas eſt, an hæc legitimatio valeat in ordine ad ſuccedendum patri in bonis patrimonialibus ipſius.

2 Et partem affirmatiuam tradunt Bald. *in l. Et ſi contra. num*. 4. C. De *nupt*. et allegat tex. *in l. Qui in prouincia*. §. *Diuus*. *ff. De ritu nupt*. Caſtrens. *in l. Si quis poſthumos. init. n*. 1. *ff*. De *lib*. *&* *poſth*. Calderin. *conſil*. 3, *Qui fil. ſint legit*. Socin. *in l. Gallus*. §. *Forſitam numer* 7. *ff*. De *lib*. *&* *poſth*. aſſerens, ita deciſum fuiſſe Florentiæ, et *conſil*. 47. *num*. 29. *&* 36. *lib*. 4. Signorol. de Homod, *conſil*. 127. *nu*. 2. Præpoſit. *in Cap. Per venerabilem*. §. *Quod autem numer*. 81. *Qui fil. ſint legit*. Couaruu. *in Epitome de ſpon. par*. 2. *cap*. 8. §. 8. *nu*. 19. qui diſtinguit, quod ſcilicet valeat legitimatio in ordine ad ſuccedendum in bonis patrimonialibus, non autem ad ſuccedendum in acquiſitis intuitu Eccleſiæ Matien. *in l*. 10. *Gloſ*. 1. *n*. 13. *tit*. 6. *lib*. 5. *Recopilat*.

3 Fundamentum eſt. Quia licet requiratur conſenſus patris pro legitimatione in ordine ad ſucceſſionem. §. *Illud tamen*. ver. *Generaliter*. Authen. *Quib. mo. effic. legit*. & notant Bal. *conſ*. 17. ver. *Quinto hic eſt aduerten. lib*. 4. Dec. *conſ*. 238. *n*. 9. Paris *conſil*. 6 *num*. 33. *lib*. 2. Barbat. *conſil*. 34. *num*. 5. *lib* 2. Ancharan. *conſ*. 241. *nu*. 4. Boet. *deciſ*. 160. *num*. 3. Emmanuel Coſta *in l. Gallus*. §. *Et quidem ſi tantum*. *nu*. 106. *par*. 2. Attamen poteſt Clericus, licet non ſubditus, illud præſtare extraiudicialiter; & proinde non interuenit actus iuriſdictionis Principis ſæcularis in ipſum.

4 Verū quicquid ſit de iure antiquo, modo tamen oppoſitum tenendum eſt. *Et proinde legitimationem non valere quò ad ſucceſſionem in bonis paternis, etiam patrimonialibus*. Ita ſanciuit Pius V. *in ſua Conſtit*. 117. §. 1. *tom*. 2. *Bullar*. quæ incipit. *Quæ ordini eccleſiaſtico*. & §. 4. *in extenſione, ſeu declaratione eiuſdem Conſtit*. quæ immediatè ſequitur dictam Conſtit. vbi declarat, Conſtitutionem à ſe editam intelligendam etiam de quibuſcumque bonis patrimonialibus, tàm mobilibus quàm immobilibus, & ſe mouentibus, iuribus, actionibus &c. Et in ipſa Conſtit. declarat illegitimos incapaces tàm cauſa mortis, quàm inter viuos acquirendi aliquid de bonis paternis, & §. 4. prohibet, ne indirectè, aut per circuitum etiam intuitu operis pii aliquid ad ipſos peruenire poſſit. Et proinde prohibet etiam, ne dicta bona peruenire poſſint ad eorum coniuges, parentes, filios, deſcendentes, aſcendentes, vel alios cognatos, ſiue viuant, ſiue defuncti ſint, dicti illegitimi, et annullat omnes diſpoſitiones in cōtrariū.

5 Et quamuis videatur, quod dicta Conſtitutio tanquam diſponens circa ciuilia non habeat locum extra ſtatum eccleſiaſticum, extrà quem non ſe extendit

directè

directè iuriſdictio Pontificis in temporali, bus, Attamen, quia diſponit circa perſonas, et res ſubiectas iuriſdictioni Summi Pontificis, ideo vbique habet locum, niſi forte alicubi obſtet, quod non ſit vſu recepta. Perſonæ enim circa quas diſponit, ſunt clerici, atque adeo ſubiecti Summo Pontifici, ijs enim prohibet transferre ſua bona, iura, & actiones in filios illegitimos &c. Rurſus res, circa quas diſponit, ſunt bona eorumdem Clericorum, quæ cum tā quam accesſoria ſequantur perſonam, remanent ſub iuriſdictione Summi Pontificis. Vnde cum extra ſtatum Eccleſiaſticum ſe extendat directè iurisdictio Sũmi Pontificis circa dictas res, perſonas, ſe extendet etiam Conſtitutio.

6 Solum obijci poteſt. Quod bona Clericorum poſt ipſorum mortem deſinunt eſſe ſub iurisdictione Pontificis, et fiunt prophana, et vacantia. Et proinde cũ legitimatio in ordine ad ſucceſſionem conferatur in tempus ſequens mortem, poterit ſortiri ſuum effectum, quia reperit bona ſub iurisdictione Principis laici. Paria enim sũt aliquid fieri tempore permiſſo, et fieri tempore prohibito, ſed cõferri in tempus permiſſum. *l. In tempus, ff. De hæred. inſtit.* & *l. Quod ſponſæ C.* De *donat. ante nupt.* Verum hoc in præſenti locum habere non poteſt. Quia legitimatio filiorum Clericorum reperit obſtaculum, quod etiã obſtat ſucceſſioni poſt mortem parentũ. Duplici enim tantum modo ſucceſſio locum habere poteſt; vel ex teſtato, vel ab inteſtato. Ex teſtato non poteſt habere locum, quia requireretur factum patris, quod tamen ipſi prohibetur, et ſi fiat, annullatur. Nec etiam ab inteſtato, Quia tunc tantum ſucceſſio ab inteſtato habet locum, quando bona non ſunt prohibita tranſire in hęredem. Bona autem Clericorum ſunt prohibita tranſire in filios illegitimos ab habente iurisdictionem ſuper ipſa; et proinde moriente patre clerico remanent affecta hac prohibitione non ſecus, ac remanent affecta, quando Princeps ſæcularis prohibet aliquos ſuccedere, ſeu bona deuolui ad aliquos ab inteſtato, vt ſi prohibeat deuolui ad exteros.

7 Præter autem annullationem eorum, quæ fiant contra præfatam Conſtitutionẽ Pii V. Sixtus V. *in ſua Conſtit.* 100. *§. 15. tom. 3. Bullar.* quæ incipit. *In conferendis*, ſtatuit, quod omnia relicta illegitimis contra dictam Conſtit. Pii V. aut de quibus in fauorem ipſorum quomodocũque diſpoſitũ ſit, deuoluantur titulo ſpoliorum ad Cameram Apoſtolicam. Et cedit in pœnam contrauentionis Conſtitutionis Pontificiæ. Si quis tamen ignoraret hanc Conſtitutionem, ſicut etiam Conſtitutionem Pii V. quamuis in conſcientia excuſaretur, non tamen in foro externo, quia ignorantia iuris non præſumitur.

8 Hæc tamen Conſtitutio ex parte moderata fuit à Paulo V. *in ſua Conſtit.* 18. *§. 3. tom. 3. Bullarij*, quæ incipit, *In eminenti Apoſtolicæ dignitatis*, quò ad Curiales, incolas, et ciues Vrbis Romæ, & in diſtricta infra decem milliaria. Nam ſi diſponant in fauorem illegitimorum, qui tamen nõ ſint procreati ex proprio ipſorum corporè; quamuis diſpoſitio ſit nulla, non tamen bona, iura &c. de quibus procedit, ſi tamen ſit de patrimonialibus, & laicalibus, non deuoluuntur ad Cameram Apoſtolicam, ſed tranſeunt ab hęredes ab inteſtato. Ex quo deducitur, quod omnia, de quibus diſponitur in fauorem illegitimorum, pertineant nomine ſpolii ad Cameram Apoſtolicas; nam exceptio de procreatis ex proprio corpore, facit quod cœteri omnes comprehendantur ſub regula, vt notant Arct. *conſil.* 142. *numer.* 2. Alexan. *conſ.* 63. *num.* 2. *lib.* 2 Dec. *in l.* 1 *nu.* 20. *ff.* De *reg. iur.* Ripa *in l.* 2. *§. Quod ſi in patris num.* 13. *ff.* Soluto *matrimon.* Natta *conſil.* 259. *num.* 31. Ludouiſ. *decis.* 267. *n.* 6. Rota *in Romana Legatorum.* 30. *Martij* 1601. coram Coccino.

9 Eſt tamen aduertendum. Quod ſi illegitimus ſit legitimatus, quamuis ſecũdum præfatam Conſtitutionem Pii V. nõ poſſit ſuccedere in bona etiam patrimoniali patris Clerici, poterit tamen ſuccedere in bonis aliorum, vt dixit Rota *in Perufina bonorum de Vbaldis* 19. *Octobris* 1584. et coram Comitolo *decis.* 74. *num.* 10. Conſtitutio namque Pii V. excludit tantum à ſucceſsione in bonis paternis, et ideo quò

ad

ad cœtera remanent ſub diſpoſitione iuris communi.

An legitimatus cum clauſula, Sine præiudicio venientem ab inteſtato, *poſſit retinere tuta conſcientia paternã hæreditatem, in qua eſt inſtitutus à Patre. Quæſ.* 132.

S V M M A

1 *Legitimatus cũ clauſula*, Sine præiudicio &c. *& hæres inſtitutus, an poſſit retinere, quæ habet de paterna hæreditate &c. ſi repellatur &c.*

2 *Clauſula*, ſine præiudicio &c. *non tollit, quin legitimatus poſſit hæres eſſe.*

3 *Clauſula*, ſine præiudicio venie ntium ab inteſtato, *quid operetur.*

Non impedit, quin pater poſſit legitimatum inſtituere hæredem.

4 *Legitimatus, ſi hæres inſtituatur, & impediatur &c. poterit vti occulta compenſatione.*

5 *Legitimato, ſi hæres ſit inſtitutus, debentur alimenta, & expenſa litis, ſi impediatur adire hæreditatem.*

1 SOlet frequenter in legitimationibus apponi clauſula, *Sine præiudicio venientium ab inteſtato*, ſcilicet ne legitimari in ſucceſſionibus bonorum præiudicent venientibus ob inteſtato. Vnde ſtante tali clauſula dubitatur, an ſi legitimatus inſtituatur hęres à patre poſſit tuta conſcientia retinere hæreditatem. Et negatiuè videtur reſoluendum. Quia retineret in præiudicium venientiũ, ab inteſtato, vnde cum legitimatio ſit facta abſque ipſorum præiudicio, non confert ius ad ſuccedendũ in hæreditate paterna, quandiù adſunt, qui ſuccedere poſſint ab inteſtato. Vnde contra conſcientiam retineret hæreditatem, quæ de iure eſſet ad alios deuoluta.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod poſſit tuta conſcientia retinere hæreditatem, in qua eſt inſtitutus à Patre.* Ratio eſt. Quia clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, non tollit, quin poſſit inſtitui hæres à patre, ſed ſolum, quod non poſſit ſuccedere ab inteſtato, quandiù extant, qui ab inteſtato, ſuccedant, vt tradunt Dec. *conſil.* 393. *num.* 1. Gozadin. *conſil.* 6. *num.* 33. & 70. Caſtrenſ. *conſil.* 102. ver. *Quarto videndum eſt. lib.* 2. teſtans de communi. Ruin. *conſ.* 87. *num.* 20. *lib.* 3. Gabr. *conſ.* 29. *nu.* 16. *lib.* 1. Io. Paul. Lancellot. *conſ.* 176. *num.* 58. inter *conſ. vltim. volun. vol.* 1. Rota coram Cæſare de Graſ. *deciſ.* 4. *num.* 3. *Qui fil. ſint legit.* & *deciſ.* 355. *numer.* 2. *par.* 1. Diuer. & *deciſ.* 600. *num.* 10. *par.* 3. Recent.

3 Et hoc ex eo conuincitur. Quia dicta clauſula ponitur in legitimatione ad præſeruanda iura venientium ab inteſtato, & ad excludendum ius legitimati in concurſu ipſorũ: et proinde ad coarctandam legitimationem, vt in ſucceſſione nõ pręiudicet veniẽtibus ab inteſtato. Ex hoc autem fit, quod non excludatur facultas teſtatoris relictis venientibus ab inteſtato inſtituendi hæredem legitimatũ. Quia ſicut poteſt quemcunque extraneũ hætedem inſtituere, ita etiam filium legitimatum. Neque in hoc caſu legitimatio infert pręiudicium venientibus ab inteſtato, quia non excluduntur à ſucceſſione ratione legitimationis, ſed ex facto teſtatoris, in cuius facultate eſt eligere ſibi, quem voluerit hæredem, neque in hoc infert alicui præiudicium. Vnde adhuc verificatur clauſula, quod legitimatio ſit abſque præiudicio venientium ab inteſtato.

4 Ex quibus deducitur, quod ſi forte legitimatus, et hæres inſtitutus à patre impediatur adire hæreditatẽ vi, aut fraude, retinere poterit tuta conſcientia, quæcunque de hæreditate apud ſe habet: imo etiam poterit vti compenſatione occulta, ſi non poſſit adire iudicem, aut quia impediatur, aut quia non habeat expenſas, pro lite, aut ex aliquo alio capite. Cum enim iniuſtitia, quam patitur, ſit euidens, ſubintrat regula, quod locum habeat cõpenſatio, quocunque modo obtineri poſſit.

5 Secundo infertur, quod ſi litiget cũ iis, qui prætendunt ſuccedere ab inteſtato, ſtante bono iure fundato in teſtamento patris, et ſi aliàs pauper ſit, erunt ipſi à parte aduerſa ſubminiſtranda alimenta et ex.

et expenſæ pro lite. Dum enim concúrrũt duæ prædictæ conditiones, debentur expenſæ, vt tradunt communiter. Aretin. *in Cap. Si qui teſtium. concluſ. 2. & 3. De teſtib.* Alciat. *Regul. 3. pręſump. 9. nu. 8.* Couaruu. *Pract. quęſt. cap. 6. nu. 5.* Surdus *de alimen. tit. 1. queſt. 110. nu. 8.* Rota coram Creſcen. *deciſ. 8. de Iudic.* et coram Seraphin. *deciſ. 426. num. 1.* et coram Veral. *deciſ. 20. nu. 2. lib. 1.* et coram Ludouiſ. *deciſ. 543. num. 1. & deciſ. 748. num. 1. par. 2.* Recent. & *in Valentina emolumen. 27. Nouemb.* 1579. coram Seraphino, et alibi paſſim. Quia ſtante bono iure non debet ob paupertatem ſuccumbere, et amittere, quod ſibi ex iuſtitia debetur.

An ſubſequens matrimonium legitimet natos in tempore, in quo non poterat eſſe matrimonium. Quæſt. 133.

S V M M A.

1 *Subſequens matrimonium legitimat natos ante ipſum.*
Etiam ſi non interuenerint inſtrumenta nuptialia.
2 *Subſequens matrimonium nõ legitimat natos, quando non poterat adeſſe matrimonium.*
3 *Effectus non poteſt excedere virtutem cauſæ.*
Ex limitatione cauſæ quò ad locum, & tẽpus limitatur etiam effectus.
4 *Fictio imitatur naturam.*
Non poteſt fingi, quod eſt impoſſibile.
5 *Fictio non extenditur ad id, quod de iure eſt impoſſibile.*
6 *Duæ fictiones non habent locum circa idem.*
7 *Matrimonium ſubſequens ex ſe legitimat abſque fictione.*
8 *Legitimatio per matrimonium ſubſequens incipit à tempore matrimonij.*
Vnde habeat matrimonium ſubſequens, quod legitimet.
9 *Matrimonium ſubſequens, cur non poſſit legitimare natos tempore, quo non poterat conſtare matrimonium.*

1 Cum ſubſequens matrimonium vim habeat legitimandi natos ante matrimonium, vt decernitur in *Cap. Tanta. Qui fil. ſint legit.* & hoc locũ habent etiam ſi non interuenerint, inſtrumenta nuptialia, quæ de iure ciuili requirebantur, vt notãt etiã Peregr. *de fideicom. ar. 24. num. 47. & 54.* Gratian. *Diſcept. forenſ. cap. 653. num. 10. & ſequen.* Boſſius. *De contrac. Matrim. cap. 11. n. 110.* Siquidem hæc vis legitimãdi in dic. Cap. *Tãta* tribuitur ſoli matrimonio, nec aliud requiritur, vt ſequatur legitimatio, et in hoc attendẽda eſt diſpoſitio iuris Canonici, quia agitur de legitimatione, quæ prouenit à matrimonio, quod eſt ſub diſpoſitione iuris Canonici. Hoc autem ſtante dubitatur, an ſubſequens matrimonium legitimet natos eo tempore, in quo ob impedimentum dirimens nõ poterat adeſſe matrimonium.

2 Dicendum eſt. *Subſequens matrimonium non legitimare filios natos eo tempore, in quo non poterat conſtare matrimonium.* Vnde ſtante impedimento dirimẽte filii, qui naſcuntur ante diſpenſationẽ, non legitimantur per ſubſequens matrimonium. Ita Præpoſit. *in Cap. Tanta quæſt. 7. Qui fil. ſint legit.* Abbas. *numer. 14.* Socin. iun. *conſil. 31. num. 4. lib. 2.* Hoſtienſ. *in ſum. lib. 1. tit. De fil. præſbiter. numer. 6.* D. Antonin. *3. par. tit. 29. de irregularit. cap. 4. ver. Primo modo.* Tabien. *verbo.* Filius. *nu. 8.* Angel *num. 10.* Sum. Piſanella. *verbo* Illegitimus *§. Quid ſi nato.* Sylueſt. *quęſ. 3.* Summa Aſtenſ. *par. 2. lib. 6. tit. 22. ar. 3. quæſ. 4.* Palud. *in 4. diſt. 41. queſt. 3. ar. 2.* Henriqu. *lib. 1. de matrim. cap. 20. num. 3.* Maiol: *lib. 1. De irregular. cap. 14. numer. 14.* Couaruu. *in Epit. Decret. lib. 4. par. 2. cap. 8. §. 8. num. 13.* Molina Theol. *tom. 3. de iuſt. & iure. tract. 2. diſp. 623. num. 3. in fine.* Molina iuriſta *lib. 3. de primogenit cap. 2. num. 10.* Sanchez. *lib. 8. de matrim. diſp. 7. num. 18.* Sayr. *lib. 6. de cenſur. cap. 10. num. 15.* Pontius *lib. 11. de matrimon. cap. 2. numer. 4.* Riccius *collect. 3063. par. 3.* Peregrin. *de fideicom. art. 24. n. 76.* Sanctarel. *Variar. reſol. quęſt. 43. nu. 12.* Boſſius *de contrac. matrim. cap. 10. nu. 346.* Rota coram Ludouiſio *Deciſ. 19. nu. 3.*

3 Ratio ea eſt. Quia effectus non poteſt excedere virtutem ſuæ cauſæ, vt eſt notum in Phyſicis. et ex Iuriſtis notant

Bald. *in l. 4. ff. De iuſt. & iure.* Euerard. *in Topica iur. loco A minori in fine.* Et proinde non poteſt cauſari, nec in loco, nec in tẽpore, in quo non poteſt cauſa exiſtere. Et conſequenter ex limitatione cauſæ, quò ad locum, & tempus limitatur etiam effectus quo ad locum, & tempus, vt ſimiliter conſtat ex phyſicis, & deſumitur ex *l. Cancellauerat 2. ff.* De *his, quæ in teſtam. delen.* Et *l. Ex facto. §. Item, quæro. ff.* De *vulgar. & pupil. ſubſtit.* & *l. In agris. ff.* De *acquiren. rer. domin.* & Cap. *Ea noſcitur.* De *ſentent. excommunicat.* Et notant Bald. *in l. 2. ff. De ſcr. ex port.* Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa par. 1. num. 147.* Gonzalez *ad Reg 8. Cancel. §. 5. Proæm. num. 6.* Surd. *conſil. 10. num. 49.* Gratian. *deciſ. Marcb. 56. nu. 5.* Rota coram Mantica *deciſ. 232. num. 9.* & *deciſ. 690. num. 9. par. 1.* Recent. Cum ergo matrimoniũ nec ſit, nec poſſit eſſe, quandiù durat impedimentum dirimens, nõ poteſt pro eo tempore legitimare filios natos, quia non poteſt cauſa iuxta ſuam limitationem ſortiri effectum in tempore, in quo non poteſt eſſe.

4 *D*ies. Subſequens matrimonium legitimare prolem ſuſceptam fictione iuris, quia ius fingit, quod matrimonium ſubſequutum tunc temporis extiterit. Vnde poterit etiam fingere, quod extiterit illo tempore inhabili. Reſp. Quicquid ſit, an locum habeat fictio in legitimatione prolis per ſubſequens matrimonium, ſi habet, non tamen in præſenti caſu locum habere poteſt. Quia fictio imitatur naturam *l. Adoptio. ff.* De *adopt.* & notant Doctores *in l. Si is, qui pro emptore. ff.* De *vſucap.* Et proinde non poteſt fingi, quod eſt impoſſibile, & contra rerum naturam. *l. Sed de pecunia. §. Nec enim. ff.* De *vſufruc. ear. rer. quæ vſu conſum.* Cum ergo agatur de tempore, in quo matrimonium eſt impoſſibile, non poteſt fingi, quod pro eo tempore exiſtat matrimonium, et cauſet effectum legitimationis.

5 Et ſi replicetur, quod pro illo tempore matrimonium eſt tantum impoſſibile de iure ob impedimentum à iure introductum: & ideo poſſe fingi, quod fuerit poſſibile, & extiterit, & induxerit legitimationem. Adhuc reſp. Quod huiuſmodi fictio non poteſt admitti, quia eſt contra iuris naturam, cum ſit contra ipſius diſpoſitionem. Fictio enim coadiuuat ius, non autem deſtruit, & conſequenter non extenditur ad id, quod eſt de iure impoſſibile. *l. Qui ad certum. ff. Locati.* & notant Bart. *in l. Gallus. ff. D. lib. r. & poſth.*

6 Accedit etiam, quod circa idem non poſſunt habere locum duæ fictiones, ita vt vna fundetur in alia *l. 1.* C. De *dot. promis.* vbi Bald. & cœteri Doctor. Bart. *in l. Si quis pro emptore.* C. De *vſucap.* Iaſ. *ibid.* & communiter Doctores. Fictio enim fingit eſſe, quod non eſt, ſed poteſt eſſe: & ideo fundatur immediatè in poſſibilitate rerum. Si autem admitteretur prædicta fictio, vna fictio fundaretur in alia, quia fictio, quod fuerit pro illo tempore matrimoniũ, fundaretur in fictione, quod pro illo tẽpore potuerit eſſe.

7 Verum vt hoc obiter notem, exiſtimo, nulla opus eſſe fictione, ſed ſufficere matrimonium ſubſequens, ita vt ex vi matrimonij ſubſequentis filii antea nati, vel in figura matrimonii, vel abſque ipſa legitimi euadant. Hoc deſumitur ex dic. Cap. *Tanta.* Qui *fil. ſin legit.* ait enim Pontifex Alexan. III. *Tanta eſt vis matrimonij, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractũ matrimonium legitimi habeantur*, ex quibus conſtat, quod legitimationem refundit in vim, quam habeat matrimonium: & ideo ſit effectus matrimonii veri, quatenus exiſtentis, non quatenus ficti pro tempore, in quo non erat, quod etiam notat Gloſ. *in dic. Cap.* verbo *Legitimi* alios tex. allegans.

8 Ex quo fit, quod legitimatio incipiat à tempore matrimonii, non autem à tempore natiuitatis, ſicut inciperet, ſi per fictionem matrimonii legitimarẽtur, & ita indicat tex. cit. dũ dicit, *Poſt contractum matrimonium legitimi habeantur*, nõ autem pro tempore, in quo non fuit matrimonium. Neque enim matrimonium poteſt facere legitimos pro tempore, in quo non eſt, cum cauſa non operetur, quando non eſt. Habet autem matrimonium, quod inducat legitimationem, quia cum filius, quò ad ſubſtantiam filiationis

nis

nis dicatur relatiuè ad parentes, dicitur etiam relatiuè ad ipſos, quò ad qualitatē legitimitatis, vel illegitimitatis. Et cū ille legitimus ſit, qui natalibus legitimis eſt ortus, & natalia talia ſint, quales ſunt concurrentes ad generationē, ſeu concurſus ipſe ad generationem. Si concurſus ſit legitimus, ſeu perſonæ concurrentes legitimè concurrere poſſint, natalia, & nati legitimi ſunt. Cum ergo filius, quamuis natus ante matrimonium retineat ordinem, & relationem ad parentes, ſuperueniente matrimonio per quod fiunt legitimi parentes in ordine ad generandum, mutatur in filio antea nato qualitas, & ſuperuenit legitimitas, ſi quidem ex mutatione facta in termino fit etiā in relato, quia à termino ſumit ſuam qualitatem & ſpeciem.

9 Verum hinc oritur difficultas; Nam ſi ex hoc capite matrimonium induceret legitimationem, legitimaret etiam natos in tempore, in quo non poterat adeſſe matrimonium, quia matrimonium ſuperueniens facit legitimos generatores, & filius natus, quando non poterat conſtare matrimonium, adhuc dicit relationem ad ipſos. Reſp. Eſſe diuerſam rationem. Quia quādo quis naſcitur ex parentibus, inter quos poteſt eſſe matrimonium, parentes non ſunt inhabiles abſolutè ad legitimè generandum; ſed ſunt habiles in actu primo, ſeu in habitu, & hęc habilitas determinatur ad actum ſecundum, & fit proxima per matrimonium, vnde cū filius referatur ad genitores habiles in habitu, dum ſuperuenit habilitas in actu, & determinat habilitatem habitualem, reddit legitimos genitores in ordine ad eos, quos reſpiciebat habitualis habilitas. At quando quis naſcitur, quando non poteſt eſſe matrimonium, naſcitur ex genitoribus inhabilibus etiam habitu, & ideo non adeſt habilitas, quę perficiatur, & legitimetur in ordine ad ipſum.

An teneat profeſſio illius, qui occultat qualitates, ratione quarum prohibetur quis recipi, & admitti ad profeſſionem à Conſtitutionibus Religionis. Quæſt. 134.

S V M M A.

1 *Profeſſio occultata qualitate obſtante an valida.*
2 *Capitulum nihil poteſt contra Regulam, & propria ſtatuta.*
3 *Subſtantia actus dependet à voluntate, & poteſtate.*
4 *Actus non extenditur vltra intentionem operantis.*
5 *Capitulum admittens ad profeſſionem, quam intentionem habeat.*
6 *Quiſque præſumitur facere actum prout licitè poteſt.*
A fine omnia regulantur.
Præſumendum, Capitulum admittere ad profeſſionem iuxta Conſtitutiones.
7 *Subreptio, quando inducatur.*
Subreptitiè obtentum eſt nullum defectu voluntatis.
8 *Potentia non eſt ad id, quod ſine peccato fieri non poteſt.*
9 *Quod fit contra legem prohibentem eſt nullum, & quando*
Exceſſus extra terminos potentiæ reddit actū nullum.
10 *Qualitates morbiferæ poſſunt reddere nullam profeſſionem.*
11 *Profeſſio amentis non valet.*
Profeſſio moribundi valet.
12 *Qualitates variant ſubſtantiam in ordine morali.*
13 *Quando qualitas poſsit reddere matrimoniū nullum, ſi in ipſa erretur.*

1 SOlent vt plurimum Conſtitutiones religionū prohibere, ne recipiantur habentes tales qualitates, videlicet laborantes morbo incurabili, illegitimi, corpore vitiati &c. Quia ſcilicet, non putant futuros proficuos religioni, & proinde habentur tanquam inhabiles, et vt tales prohibentur recipi abſque tamen Decreto irritante. Vnde dubitatur, an ſi ſequatur horum profeſſio ex eo, quod occultauerint tales qualita-

res, ſit valida. Quod autem huiuſmodi profeſſio ſit valida, tenent Nauar *Conſil.* 25. *de Regul. lib.* 3. Graf. *conſ.* 4. *de Regular. tom.* 1. Hieronim. Rodriquez *in Compend. Queſt. Regul. reſol.* 101. *num.* 61. Quia ſcilicet qualitates iſtæ etiam morbiferæ non annullant profeſsionem, vt deſumitur ex Cap. *Sicut tenor.* De *Regular.* & Cap. *Poſtulaſti.* De *reſcript.* et notant Abbas *in Cap. Ex tranſmiſſa De renuuciat.* Imola *ibid.* Secundo, quia, licet ſtante occultatione harũ qualitatum interueniat error in Capitulo admittente ad profeſſionem, non eſt tamen error circa ſubſtãtiam, ſed ſolum circa qualitatem. Error autẽ circa qualitatem non annullat profeſsionem, ſed ſolum circa ſubſtantiam, vt contingit in matrimonio: & proinde profeſsio quoque tanquam matrimoniũ ſpirituale non erit nulla, niſi ex errore circa ſubſtantiam.

2 Tenendum tamen eſt. *Profeſsionẽ prædictam eſſe nullam.* ita Ledeſ *De ſtatu relig. in cõmuni. cap.* 6. *concluſ.* 1. ver. *Quarta conditio* Donat. *in Praxi rer. Regul. tom.* 2. *tract.* 3. *de qualit. recipiend. queſt.* 25. *num.* 10. *& ſequent.* Qui nu. 22. addit, quod Conuentus non poteſt conſentire, quod ſic malè affectus validè profiteatur, quia Capitulum nihil poteſt contra Regulam, & propria ſtatuta, nec poteſt præiudicare religioni. Nec poteſt huic iuri renunciari, quia hoc ius non eſt proprium Capituli, ſed totius Religionis, in cuius damnum vergeret talis profeſsio.

3 Hoc autẽ deſumitur ex recepta, & canonizata regula, quod ſubſtãtia actus à duobus principiis dependet, nempe voluntate, & poteſtate, quorum ſi alterũ deficiat, actus eſt nullus, cũ careat principio ſuæ validitatis, ita deſumitur ex *l. Multum intereſt.* C. *Si quis alteri, vel ſibi* & *l. Hac conſultiſſima.* C. Qui *teſtam. fac. poſ.* & §. *Ex eo.* Inſtit. *Quib. mod. teſtam. infir.* & Cap. *Cum ſuper* De *offic. deleg.* & notant communiter Doctores Gloſ. *in l. Si filię* C. De *donat. ante nupt.* & Gloſ. Canon. *in Cap. Super Abbatia:* De *offic. deleg.* Socin, iun. *conſil.* 95. *num.* 4. *lib.* 3. Rolan. *conſ.* 10. *num.* 8. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 75. *n.* 34. Bart. *in Repet. l.* 1. *nu.* 55. C. De *ſacroſanc. Eccleſ.* & *in l. Cum teſtamentum.* C. De *iur. & fac. ignor.* Afflic. *deciſ.* 305. *numer.* 7. Rota coram Merlino *deciſ.* 814. *num.* 1. Vnde quando agitur de actu dependente à cõſenſu, deficiente intentione conſentiendi nullus remanet, quia deficit principiũ influens validitatem.

4 Et ex hoc fit, quod actus commẽſuretur voluntati, & non poſsit extendi vltra intentionem operantis, nec vltra ipſam vim aliquam habeat. Et hæc ſimiliter eſt regula communiter recepta, & deſumitur ex *l. Non omnis. ff.* Si *cert. pet.* & *l. Cancellauerat. ff.* De *his, quæ in teſtam. del.* & *l. fin.* C. Ne *vxor. pro mar.* & l. *Voluntaria.* C. De *excuſat. tut.* et obſeruant Bart. *In l.* 1. §. *Si quis hoc interdicto. in fine. ff.* De *itin. actuque. priuato.* et *in l.* 2. *in fine. ff.* De *decur.* Abbas *in Cap. Cum acceſſiſſent.* De *conſtit.* Felin. *ibid. num.* 47. ver. *Secunda limitatio.* Paris. *conſ.* 85. *numer.* 5. & 7. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 21. *num.* 5. Beroius *conſ.* 67. *n.* 31. *vol.* 1. Decian. *reſp.* 3. *num.* 113. *vol.* 1. Surd. *deciſ.* 71. *num.* 11. Rota *deciſ.* 351. *num.* 7. *par.* 4. *Recent.* & coram Burat *deciſ.* 54. *numer.* 12. et coram Merlino *deciſ.* 888. *num.* 9. & Doctores in *l. Titium, aut Mæuium.* §. *Altero. ff.* De *adminiſ. tut.* Sicut enim non ſubſiſtit actus ſine voluntate, & intentione facientis: ita nec etiam plus ſubſiſtit, aut plus extenditur, quàm ſubſiſtat, et extendatur intentio.

5 Hinc autem infertur nullitas prædictæ profeſsionis, quia cum Capitulum teneatur ſequi Conſtitutiones Religionis in admittendis ad habitum, et profeſsionem, conſentit ſecundum formam, et præſcriptum ipſarum; et proinde habet intentionem coarctatam ad habiles, et habentes qualitates requiſitas à Conſtitutionibus: nec ipſam extendit ad inhabiles, et habẽtes qualitates, quę ſecundũ Conſtitutiones impediunt conſenſum, et acceptationem. Et ideo occultans qualitates, quæ impediunt admitti, nõ remanet admiſſus, quia conſenſus Capituli nõ ſe extendit ad habentes tales qualitates

6 Quod autem Capitulum conſentiat ſecundum menſuram. Conſtitutionum, ex eo conuincitur, quod quiſque præſumitur facere actum ſecundum ter-

minos

minos iuris, & prout licitè fieri poteſt, & de iure permittitur *l. Quæro. §. Inter locatorem. ff. Locat.* & *l. Meritò. ff.* Pro Socio. & *l. Miles. §. Decem. ff.* De re iud. & tradunt Bart. *in l. Gerit. numer.* 20. ver. *Aſſumo primum ff.* De acquir. *hæred.* Surd. *De alimen. tit.* 9. *quæſt.* 16 *num.* 26. & *conſil.* 14. *nu.* 12. A Ponte alios referens *conſil.* 3. *n.* 67. *vol.* 1. Quod ſpeciali modo præſumi debet de religioſis, quibus curæ eſt vtilitas religionis. *Et* eò magis ſi fuit adhibita diligentia, & præmiſſum examen ad explorandam habilitatem profeſſuri; quod ſatis declarat, Capitulum non habere intentionem admittendi, niſi reperiat habilem: media enim adhibita oſtendunt, qualis ſit intentio, quia à fine omnia regulantur, vt notant Angel. *conſil.* 248. *n.* 3. Roman. *conſil.* 503. *num.* 7. Ancharan. *conſ.* 219. *nu.* 4. Tiraquel. *trac. Ceſſan. cau. limit.* 1. *nu.* 6. Euerard. *loco à virtute finis. num.* 3. alios citans Rota *deciſ.* 416. *num.* 2. *par.* 3. *Recent.* Et proinde omnino præſumi debet, quod intenderint tantum admittere ad profeſſionem, quatenus de iure, & ſecundum Conſtitutiones poſſet admitti, iuxta ea, quę notant Craueta *conſ.* 91. *num.* 8. Surd. *conſil.* 198. *num.* 15. Rota coram Coccino *deciſ.* 84. *num.* 4.

7 Defectus quoque conſenſus colligitur ex eo, quod profeſſio obtineatur ſubreptitiæ. Cum enim profeſſurus occultet qualitatem, quæ ſi nota eſſet Capitulo, non eum admitteret ad profeſſionem, obtinet profeſſionē ſubreptitiæ Cap. *Super litteris.* & Cap. *Conſtitutus.* De *reſcriptis*, & iuxta ea, quæ tradunt Felin. *in Cap. Poſtulaſti.* ver. *Declara etiam notabiliter.* De *reſcript.* Calderin. *conſil.* 6. *circa fin.* ver. *Per prædicta.* De *præben.* Bellam. *deciſ.* 697. *num.* 4. ver. *Tertiò principaliter.* Mohed. *deciſ.* 7. De *reſcrip.* Sarnens. *ad Regul. de annal. quæſt.* 28. *init.* ver. *Prǽterea.* Iaſ. *in l.* 1. *nu.* 2. C. *Si contra ius, vel vtil. publ* Decius *conſil.* 541 *numer.* 20. Gozadin. *conſi.* 6. *numer.* 6. Curt. iun. *conſil.* 27 *in fine.* Roland. *conſil.* 22. *num.* 31. *lib.* 3. Rota coram Puteo *deciſ.* 84. *num.* 2. *lib.* 3. & coram Pennia *deciſ.* 1354. *num.* 2. & *deciſ.* 24, ver. *Idcircò. in Nouis.* & *deciſ.* 579 *num.* 6. *par.* 3. Recen. Quando autem intrat ſubreptio, deficit conſenſus, & intentio, & inducitur nullitas ex defectu voluntatis, vt inter alios obſeruant Socin. Sen. *conſil.* 120. *numer.* 5. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 508 *num* 24. Rota coram Pennia *deciſ.* 255. *nu.* 7.

8 Ex defectu quoque poteſtatis deducitur nullitas profeſſionis prædictæ. Nā Capitulum non poterat ipſum ad profeſſionem admittere, tanquam eum, cuius admiſſioni reſiſtebant Cōſtitutiones Religionis. Neque enim poterat admitti abſque peccato graui, quia licet Conſtitutiones non obligent ad peccatum, ex natura tamen rei ſequitur, quia læditur notabiliter religio, dum admittuntur, qui prohibentur admitti, & Capitulum delinquit grauiter in munere proprio, dum admittit, quos ex officio tenetur repellere. Non adeſt autem facultas, & potentia ad id, quod ſine peccato fieri non poteſt *l. Nepos Proculo. ff.* De *ver. bor. ſignificat.* & *l. Qui filius. ff.* De cōdit. *inſtit.* & *l. Nemo poteſt ff.* De *leg.* 1. & Cap. *fin. §. Charitas. De pœnit. Diſt.* 2. Et tradunt Gloſ. *in l. Relegati.* C. De *pœn.* Iaſ. *conſ.* 236. *lib.* 2. Craueta *conſ.* 241. *num.* 20. Et proinde potentia eſt coarctata ad terminos rationis, nec ſe extendit ad illicita. *l.* 1. *ff.* De *milit. teſtam.* iuncta *l. Dotalem.* & *l. In fraudem.* & *l. Si à milite. §.* 1. & 2. *ff. eod.* & *l.* 3. *§. Si Procurator. ff.* Quod *quiſque iur.* vt per hos tex. notat Menoch. *de Arbitrar. lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 7. Cum autem Capitulum proceſſerit legitimo modo, vt tenetur procedere, vſus eſt tantum legitima poteſtate, et conſequenter actus capitularis non ſe extendit ad recipiendum, quem Conſtitutiones Religionis prohibent recipi.

9 Rurſus defectus poteſtatis ex eo quoque deducitur, quia quod fit contra legem prohibentem, eſt nullum. *l. Non dubium.* C. De *legib.* ibi. *Quæ lege fieri prohibeantur, non ſolum inutilia, ſed etiam infecta habeantur.* & Cap. Imperiali. 25. *quæſt.* 2. ibi *Quia, quæ contra leges fiunt, habenda ſunt pro infectis*, & Cap. *Quæ contra.* De *reg. iur.* Quōd intelligitur, quando lex dat poteſtatem ad actum, & limitat ad certam formam, aut qualitatem, ſeu modum, & prohibet oppoſitum. Nam tunc po-

potentia, & facultas eſt coarctata ad talem, & talem actum: & ideo, ſi excedat, & ſe extendat ad actus prohibitos, deficit facultas, & potentia, quia non eſt data à lege, ſed negata ad tales actus. Et hoc deſumitur ex iis, quæ tradunt Bart. *in l. 1. §. Si plures. nu. 7. ff. De exercit. act.* Butrius *in Cap. Cum olim. De arbitris.* Abbas *ibid. nu. 5. & in Cap. Ex parte. De conſtit.* Fran. *in Cap. fin. num. 5. De Regular. in 6.* Dominicus *in Cap. vn. §. Ibi vero. num. 9. Ne ſede vacan. in 6.* Gonzalez *ad Reg. 8. Cãcellar. gloſ. 46. num. 76.* Vantius *de Nullit. ex defec. iuriſdic. num. 152. ver. Et ſtantibus.* Nauar. *conſil. 9. num. 13. De conſtit. lib. 1. in 2. edit.* Sylueſter *verbo* Conſilium *num. 6.* Sanchez *lib. 5. ſum. cap. 4. num. 65.* Suarez *tom. 3. de Relig. lib 5. cap. 10. nu. 19.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure. cap. 41. dub. 7. num. 61.* Vecbius *in Praxi Nouit. diſp. 6. dub. 2. num. 5.* Cum ergo Capitulum habeat à lege, nempe à Conſtitutionibus facultatem admittendi ad profeſſionem, & hæc facultas ſit limitata ad perſonas certarum qualitatum, ſi excedat hanc facultatē, & ſe extendat ad admittendos, qui prohibentur admitti, non habebit facultatem, quia non datur ad illos admittendos, qui prohibentur admitti, & proinde admiſſio erit nulla defectu potentiæ.

10 Neque obſtant, quæ in oppoſitũ allata ſunt, nam ad primum. Reſp. Quod qualitates morbiferæ poſſunt ex natura rei annullare profeſſionem, ſi nimirum ſint tales, vt reddant inhabilem ad obſeruantias Regulares. Profeſſio enim non eſt tantum ſuſceptio obligationis, quam inducunt vota eſſentialia, ſed etiam obligationis regularis obſeruantiæ, quam inducit regula, quia profeſſio emittitur ſecundum formam regulæ, & ideo inhabilis ad illas, eſt etiam inhabilis ad profitendum, quia ſuſciperet onus ſibi impoſſibile, ad quod obligare ſe non poteſt; obligatio autem ad impoſſibile eſt nulla. Nec ſufficit, quod poſſit obſeruare vota eſſentialia, quia hæc non quomodocunque exigunt obſeruari, ſed ſecundum formam regulæ, à qua determinantur, vt ſternant viam ad ſtatum perfectionis.

11 Neque Caput *Sicut tenor. De Regular.* facit in oppoſitum, nam ibi tantum diſponitur, quod profeſſio amentis non valeat, niſi, poſtquam factus eſt ſui compos, illam ratificauerit. Potius fauere videtur Cap. *Sicut nobis eod. tit.* vbi approbatur profeſſio illius, qui deſperans recuperare ſanitatem, & in articulo mortis conſtitutus emiſit profeſſionem. Verum neque hoc ſuffragatur, quia agebatur de infirmitate, quæ non erant habitualis, & proinde nec inducebat inhabilitatem habitualem, ſed de actuali, à qua aut erat liberandus, aut moriturus. Ex Cap. autē *Poſtulaſti. De reſcrip.* quod allegatur, nihil colligitur, quod faciat ad propoſitum: ſed potius officit, quatenus habet, quod reſcriptum eſt nullum, ſi impetretur tacita veritate, qua expoſita non impetraretur.

12 Ad 2. Occultationem qualitatũ, quę iuxta Conſtitutiones Religionis impediunt, ne quis admittatur ad profeſſionem, licet in eſſe phyſico inducat errorem accidentalem, in eſſe tamen morali inducere errorem ſecundum ſubſtãtiam, nam variat obiectum de illicito in licitũ, & de turpi in honeſtum; quæ diuerſitas eſt ſubſtantialis in ordine ad actus, & deliberationes morales, quia in ipſos inducit diuerſitatem ſpecificam; atque adeo ſubſtantialem. Qualitates enim, & circũſtantiæ dant ſpeciem actui, vt communiter docent cum D. Th. *1. 2. quæſt. 18. ar. 10.* Et ideo occultata circumſtantia, quæ reddit actum illicitum, obiectum præſentatur voluntati tanquam alterius ſpeciei, & ſubſtantiæ in eſſe morali. Deinde dato, quod ratione erroris profeſſio non eſſet nulla, adhuc tamen eſſet nulla ex defectu voluntatis, & poteſtatis, vt conſtat ex dictis.

13 Neque eſt eadem ratio de matrimonio: ideo enim redditur nullum ſolũ ex errore circa ſubſtantiam; et non circa qualitates, quia qualitates non refunduntur in ſubſtantiam; ſi tamen refunderentur, nullũ eſſet matrimonium, vt conſtat quando alter coniugum eſt impotens. Et quia conſideratur conſenſus in ordine ad obiectum phyſicum, & ad effectum phyſicum,

ſicum, qualis eſt vſus matrimonii, ideo attenditur tantum obiectum conſenſus ſecundum eſſe phyſicum. In profeſſione autem eſt diuerſa ratio; nam attenditur obiectum ſecundum eſſe morale nempe prout licitè, vel illicitè quis recipi poteſt ad profeſſionem, & ideo error ſecundum ſubſtantiam moralē reddit nullum conſenſum: atque adeo etiam error ſecundum illas qualitates phyſicas, quę variāt ſubſtantiam obiecti moralis. Et ita in facti contingentia iudicatum fuit hic Romæ ab Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo D. Mario Fano Locumtenēte in ciuilibus Eminentiſſ. D. Cardinalis almæ Vrbis Vicarii *ſub die 18. Martij 1659.*

An quis poſſit facere quietantias tanquam ei ſoluta ſit pecunia, ſi alio modo ei ſit ſatisfactum. Quæſt. 135.

S V M M A

1 *Licet non ſoluatur pecunia numerata, poteſt in quietantia exprimi, quod ſit ſoluta, & abſque mendacio.*
2 *Pecunia ſumitur pro omni eo, quo alteri ſatiſfieri poteſt.*
3 *Pecunia res omnes æſtimantur.*
Res omnes ſubſtinent vicem pecuniæ.
Pecunia ſubſtituitur loco rei, & perinde ſe habet, ac ſi res ipſa interueniret.
4 *Debitor pecuniæ non ſatisfacit exhibendo æquipollentia.*

1 Contingit multoties, quod qui tenetur ſoluere in pecunia, alio modo ſatisfaciat, aut cedendo iura, aut dando res æquiualentes, vnde inſurgit dubium, an ſtante tali extinctione debiti, facere poſsit creditor quietantias exprimendo ſe recepiſſe pecuniam. Et dubium oritur ex eo, quod videtur mentiri, dum non accepit pecuniam, & tamen fatetur, ſibi ſatisfactum fuiſſe in pecunia. *Affirmatiuè autem videtur reſoluendum: nec interuenire aliquod mendacium.* Hoc autem intelligitur, ſuppoſito, quod in ſpecie non requiratur vera, & effectiua numeratio pecuniæ, vt contingit in impoſitione cenſus.

2 Ratio eſt. Quia nomen pecuniæ, vulgò *danaro*, non ſolum ſumitur ſtrictè pro vera, & effectiua moneta, ſed etiam largè pro omni eo, quo alicui ſatiſfieri poteſt, ſeu quod poteſt ſuccedere loco monetæ, vt deſurritur ex *l. Pecunię appellatione*, & *l. Pecunia verbum.* & *l. Pecunię nomine. ff.* De *verbor. ſignificat.* & *l. 1. §. fin.* & *l. 2. ff.* De *calumniatoribus.* & *l. 4. §. Condemnatum. ff.* De *re iud.* & *l. 2. S. Et neminem. C.* De *conſtit. pecun.* & Cap. *Totum. 1. Quaſ. 3.* ibi *Totum quicquid homines habent in terra, pecunia vocatur, ſeruus, vas, ager, & arbor, pecus, quicquid eſt, pecunia dicitur.* Et notant Gloſ. *in l. Prætor. §. Si ab eo.* verb. *Solut. ff.* De *iure fiſci* per illum tex. & *in l. 2.* verbo *Pecunia.* & *in l. fin.* verbo. *Conuerti. C.* De *conſtit. pecun.* & Gloſ. Canon. *in Clemen. Nolentes* verbo. *Pecuniam.* De *hęret.* Tiraquel. *De retrac. lign. §. 1. gloſ. 14. num. 42.* Moxzius *de contrac. trac. de empt.* Tit. *quę ven. appel. rei. §. Deuenio. num. 25.* Velaſquez *de priuileg. pauper. par. 1. quaſt. 4. nu. 10.* Rota coram Ludouiſio *deciſ. 28. num. 4.* & *deciſ. 232. num. 4.* Vnde cum ſecundū propriam ſignificationem, licet latam, quicquid detur in ſatisfactionem, contineatur ſub appellatione pecuniæ, nō interuenit mendacium, ſi in quietantia dicatur, ſolutam ſibi fuiſſe pecuniam.

3 Ea autem eſt ratio. Quia pecunia res omnes æſtimātur. *l. Penult. §. Si neminem. C.* De *conſtit. pecun.* & *l. Si ita. ff.* De *fideiuſ.* Ex quo fit, quod ſubſtineat vicem quarumcunque rerum, quæ in commercium venire poſſunt *l. Si ita fideiuſſorem. ff.* De *fideiuſ.* Vnde etiam è contra res omnes ſubſtinent vicem pecuniæ, præſertim, quia pecunia ſubſtituitur loco rei, et perinde ſe habet, ac ſi res ipſa interueniret *l. Vinum. ff. Si cert. pet.* & *l. Ratio. §. Cum per venditorem. ff.* De *act. empt.* Vnde etiam, quando interuenit res ipſa, cenſeri poteſt, quod interueniat pecunia, cum res, & pecunia ſibi inuicem ęquipolleant.

4 Eſt tamen aduertendum, quod licet nomine pecuniæ veniat quæcunque res æquipollens pecuniæ, non tamen, qui

tenetur

tenetur ſatisfacere numerata pecunia, ſatisfaciet dando res æquipollentes pecuniæ, niſi creditor contentus ſit. Nam quando numerata pecunia cadit ſub obligatione, intelligitur de pecunia effectiua: et nomen pecuniæ ſumitur ſecundũ ſtrictam ſignificationem, vt obſeruat Rota coram Seraphino *deciſ.* 965. *numer.* 5. et *deciſ.* 998. *numer.* 2. et *par.* 7. Recent. *deciſ.* 239. *num.* 4. Et militat etiam regula, quod debitor certæ ſpeciei, non ſatisfacit in alia inuito creditore.

An pecunia contineatur ſub fideicommiſſo omnium bonorum. Quæſt. 136.

S V M M A.

1 *Pecunia diuerſimodè accipitur.*
Pecunia an contineatur ſub fideicommiſſo omnium bonorum.
2 *Pecunia deſtinata pro immobilibus continetur ſub fideicommiſſo.*
3 *Pecunia deſtinata pro immobilibus cõnumeratur inter immobilia.*
4 *Repræſentat immobilia.*
5 *Pecunia, & immobilia, in quæ eſt conuertẽda, cenſentur vnum, & idem.*
Diſponens de pecunia conuertenda in immobilia, diſpõnis de immobilibus.
6 *Pecunia per modum theſauri continetur sub fideicommiſſo.*
Se habet per modum rei immobilis, aut mobilis pretioſa.
7 *Pecunia, cuius vſufructus relinquitur, cadit ſub fideicommiſſo.*
8 *Pecunia deſtinata negociationis cadit ſub fideicommiſſo.*
9 *Pecunia inſeruiens negociationi ſe habet per modum rei ſtabilis.*
10 *Pecunia quæ nullam habet deſtinationem non cadit ſub fideicommiſſo.*
Pecunia eſt mobile, quod ſeruando ſeruari nõ poteſt.
11 *Mobilium, quæ vſu conſumuntur, poſt longum tempus non habetur ratio in reſtituendo.*
Quod teſtator non expreſſit, non habetur pro diſpoſito.

1 NOn poteſt difficultas reſolui, niſi præmittatur diſtinctio de pecunia, alia enim eſt pecunia retracta ex immobilibus, et conuertenda in immobilia: aut in ipſa conuertenda, licet nõ retracta ex immobilibus. Alia, quæ habet rationem theſauri, quæ tanquã res pretioſa conſeruatur. Alia deſtinata negociationi, & proinde ad lucrãdum. Alia cuius eſt tantum relictus quaſi vſufructus. Alia, denique quæ nullam habet determinationem ſupra ſuam naturam, et proinde inſeruit tantum pro vſibus quotidianis. Quod autem pecunia generaliter contineatur ſub fideicommiſſo omnium bonorum, tradunt loquentes de pecunia reperta in arca teſtatoris Socin. iun. *conſil.* 130. *num.* 14. *lib.* 1. Fulgoſ. *conſil.* 41. *circa finem.* Paris. *conſ.* 26. *nu.* 69. *lib.* 2. Alciat. *reſponſ.* 401. *num.* 1. & *reſpon.* 497. *num.* 5. ver. *De rebus mobilibus.* Zabarel. *conſil.* 149. Menoch. *præſumpt.* 197. *nu.* 2. *lib.* 4.

2 Et quidem ſi loquamur de pecunia deſtinata pro immobilibus emendis, ſiue ſit retracta ex immobilibus, ſiue ſit deſtinata ex mente teſtatoris, videtur res certa, quòd contineatur ſub fideicõmiſſo, et veniat reſtituẽda, ſiue in ſpecie, ſi nõdũ ſit cõuerſa in immobilia, ſiue in ipſis immobilibus. Ita inter alios docent Socin. iun. *conſil.* 120. *lib.* 1. Marzar. *in Epitome de fideicom. quæſt.* 7.

3 Ratio eſt. Quia licet plures Doctores cenſeant, hanc pecuniam reponendã eſſe inter mobilia, quos plena manu citat Boer. *quæſt.* 209. et plures etiam ego retuli *Quæſt. canon.* 173. *numer.* 2. *Centur.* 2. Attamen probabilior opinio eſt, quod reputanda ſit res immobilis, vt deſumitur ex *l. Talis ſcriptur. in fine.* et *l. Planè. §.* 2. & *in l. Sed et ſi certos. ff.* De leg. 1. et tradũt cõmuniſsimè Alexan. *in l.* 1. *§. Quia fuit. nu.* 8. *ff.* Ad Trebel. Cuman. *in l. A Diuo Pio. §. fin. ff.* De re. iud. per illum tex. & *in l. Cætera. §. Sed et ſi ſeparauit. ff.* De leg. 1. Roman. *in l. Quid ergo. §. Vſuras ff.* De contr. & *vt. act. tut.* Aret. *in l. Si ex legati cauſa.* ver. *Addit etiam. ff.* De verbor. *ſignificat.* Barbatia *ibid.* ver. *Adde etiam.* Bald. *in l. Etiam. C.* De fideicom. Ripa *in l.* 1. *num.* 9. *ff.* Ad Trebellian. Fulgoſ. *in l. Eadem. C.* De collat. Alex. Aret. et alii *ibid.* Bertachin. *De gabel. par.* 1. *par.* 8. *princip.* ver. *Et præterea.* Io. Lupus

in

in Repet. Rubr. De donat. inter vir. & vxor. §. 38. ver. Et pecunia. Anton. Corſet. in Singul. ver. Pecunia. Tiraquel. de retrac. lign. §. 1. gloſ. 7. num. 106. alios citans Gomez. in §. Item ſeruiana, nu. 21. Inſtit. De act. Viuius commun. opinion. lib. 7. tit. 1. num. 278. ver Nec non pecunia. tom. 2. Ceual. commun. contra com. quaſt. 312. Theſaur. deciſ. 160. numer. 6. Mantica de Tacitis lib. 25. tit. 6. num. 9. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 920. nu. 26. Rota coram Seraphino. deciſ. 179. num. 1. & coram Buratto deciſ. 474. num. 3. & coram Merlino deciſ. 792. num. 22. & in Romana Domus. 24. Nouemb. 1638. coram Dunozetto. Cum autem immobilia comprehendantur ſub fideicommiſſo, comprehendetur etiam huiuſmodi pecunia, tanquam in via ad immobilia, & in ipſa conuertenda, finis enim oſtendit, quales res ſint cenſendæ. l. Sed & ſi quid. §. 1. ff. De vſufr. & Cap. Fraternitatis. §. fin. De frigid. & maleficiat.

4 Et ceſſat omnis difficultas. Quia eò ipſo, quod pecunia eſt conuertenda in immobilia repræſentat immobilia, & loco ipſorum ſubſtituitur. l. Si ita fideiuſſorem. ff. De fideiuſ. Cum ergo ſubrogetur à teſtatore in locum immobilium, quatenus relinquit conuertendam in immobilia, induit conditiones immobilium. l. Si eum. §. Qui iniuriarum. ff. Si quis. caut. vbi Doctores, & Cap. Eccleſia 1. Vt lite pendent. & proinde induit rationem fideicommiſſi.

5 Præſertim quia cõſtat de mente teſtatoris; nam dum relinquit pecuniam conuertendam in immobilia, aut diſponit, quod conuertatur, remanet hæredi onus conuertendi, & teſtator contemplatur pecuniam, quatenus ſtat ſub illo onere; & proinde diſpoſitio ipſius non ſiſtit in pecunia, ſed ſe extendit ad immobilia, in quæ eſt conuertenda, quod idem eſt, ac ſi in pecunia relinqueret hæredi immobilia, pecunia enim & immobilia ratione conuerſionis ſequentiæ ſunt inter ſe connexa, & proinde habentur pro vno, & eodem. Cap. Cum ſingula, init. De præben. in 6. & l. Prætor. §. Vnde quæritur. ff De dam. infec. & notant Craueta conſil. 102. num. 1. Angel. conſil. 326. dub. 4. Menoch. De arbitrar. caſu 95. num. 5. lib. 2. Et ideo dum teſtator fideicommiſſario modo diſponit de vno, diſponit etiam de altero. l. Proinde. ff. Ad leg. Aquil. & l. Cum actio. ff. De negot. geſt. & Cap. Translato. De conſtit. Conſtat autem de mente teſtatoris, quod immobilia, in quæ eſt conuertenda pecunia, ſubijciantur fideicommiſſo.

6 Quod ſpectat ad pecuniam, quæ recondita eſt per modum theſauri, etiam certum puto, contineri ſub fideicommiſſo omnium bonorum. Ratio eſt. Quia talis pecunia iudicanda eſt vel tanquam res immobilis, vt deducitur ex l. Qui filium. & l. Si chorus. §. His verbis. ff. De leg. 3. & obſeruat Andr. Sicul. in Cap. Nulli. circa finem. De reb. Eccleſ. non alien. Vel ſaltem tanquã mobile pretioſum, quod ſeruando ſeruari poteſt. Et proinde ex vtroque capite continetur ſub fideicommiſſo. Et quamuis pecunia ex natura ſua nec ſit res immobilis, nec mobile pretioſum, ſed inſeruiat pro quotidianis vſibus, attamen de ipſa iudicandum eſt ſecundum ſtatum, quem habet tempore mortis teſtatoris: & ideo, cum ex determinatione ipſius tunc remaneat repoſita per modũ theſauri, teſtamentum ſortitur circa ipſam ſuum effectum, quem poteſt inducere circa immobilia, aut precioſa mobilia.

7 Similiter etiam continebitur ſub fideicommiſſo pecunia, cuius quaſi vſufructus relinquitur. Hoc omnino certum eſt ex plurib. tex. ff. De vſufruc. ear. rer. quæ vſu conſumun. Quando enim relinquitur quaſi vſufructus pecuniæ, percipitur tantum vtilitas, & tempore mortis reſtituitur vocatis pecunia, & interim datur cautio de reſtituendo. Vnde fit, quod tanquam reſtituenda à grauato contineatur ſub fideicommiſſo. Ita deſumitur ex l. Hoc ſenatuſconſulto, & l. Si tibi decem. & l. In ſtipulatione. & l. Cum pecunia. eod. ff. De vſufr. ear. re. quæ vſu conſum.

8 Rurſus pecunia quoque deſtinata negociationi continetur ſub fideicõmiſſo omnium bonorum. Hoc deſumitur ex l. Si chorus §. 1. ff. De legat. 3. vbi diſtinguitur inter pecuniam deſtinatam mutuationi, quæ tunc fiebat cum lucro, & inter

ter pecuniam, quæ præſidij cauſa eſt repoſita. Et ſtatuitur, quod illa non veniat appellatione mobilium, hæc vero veniat, & comprehendatur ſub legato mobiliū. Pecunia autē deſtinata negociationi, cū ſit deſtinata ad lucrandum, induet rationem immobilium, et non veniet ſub appellatione mobilium: atque adeo continebitur ſub fideicommiſſo omnium bonorum.

9 Et militat etiam ratio; nam eò ipſo, quod pecunia eſt deſtinata negociationi, acquirit ſpecialem quemdā ſtatū diuerſum à ſuo naturali, ſi quidem acquirit ſubſiſtentiam, quò ad aliquem ſpecialem vſum, in quo debeat permanere, & quamdam ſtabilitatem, in qua accedente induſtria fructicet. In hoc autem imitatur bona immobilia, quatenus ab extrinſeca deſtinatione habet illam ſtabilitatem, quam immobilia habent ex natura ſua. Cum ergo teſtator relinquat pecuniam cum hac ſtabilitate, et cum eadem illam recipiat hæres grauatus, fit quod illam recipiat tanquam conſeruādam, quia habet ſtatum ex natura ſua conſeruabilem, et proinde tanquam reſtituendam vocatis, quod non eſt aliud, quàm contineri ſub fideicommiſſo.

10 *Denique* quod ſpectat ad pecuniam, quæ nullam habet determinationem, ſed ſiſtit in natura ſua, vt pro vſibus quotidianis deſtinata, exiſtimo non eſſe reſtituendam ab hærede grauato, ſi ſolum grauatus ſit reſtituere poſt mortem, Et proinde non contineri ſub fideicommiſſo. Ratio eſt. Quia huiuſmodi pecunia computatur inter mobilia, quæ vſu conſumuntur, & ſeruando ſeruari nō poſſunt, vt notant Gloſ. *in l. 2. §. Fuit quęſitum. ff.* Ad *Trebel*, Alexan. *ibid. nu.* 4. Ripa *num.* 17. & cœteri Doctores *ibid.* Bart. *in l. Si ex legati. ff.* De *verbor. obligat.* Panormit. *in Cap. Nulli. num.* 11. *De reb. Eccleſ. non alien* Franciſ. Marc. *quęſt.* 815. *n.* 4. *tom.* 1. Sylueſter *verbo.* Alienatio. *num.* 7. Riccius alios citans *in Praxi reſol.* 47. *nu.* 3. *par.* 1. Quaranta *in ſum. Bullar.* verbo, *Alienatio. num.* 25. Peirin. *De priuileg. tom.* 3. *ad Conſtit.* 9. *Iulij II. n.* 11. Et deſumitur ex §. *Conſtituitur.* Inſtit. *de Vſufruc* & ex Authent. *Nouiſſimè.* C. De *admini-ſtrat.* & *l. Ariſto. ff.* De *iure delib.* Et ideo relinquitur a teſtatore conſumenda, & in curſu conſiſtens iuxta naturam ſuam: & proinde nō tanquam reſtituenda ab hærede grauato, cum reſtitutio prærequirat conſeruationem, quæ repugnat pecuniæ relictæ naturæ ſuæ, & propriæ ipſius conditioni, quæ facit, quod ſit in continuo curſu.

11 Vnde ſubintrat communis doctrina, quod mobilia, quæ vſu conſumūtur, poſt longum tempus præſumuntur conſumpta, nec de ijs habetur ratio in reſtitutione fideicommiſſi, quam tradūt Paris. *conſil.* 55. *in fine. lib.* 2. Bart. *in l. Quò ad præſens. num.* 3. C. De *murileg. lib.* 12. Riminal. iun. *conſil.* 459. *numer.* 18. Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 17. Peregrin. *de fideicom. ar.* 10. *num.* 40. Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 285. *num.* 3. & *in Senogallien. Pradij* 18. *Martij.* 1616 coram Martino Andrea, & in *Romana vineę* 29. *Februar.* 1616. corā eod. et eſt in impreſſis eiuſdem *dec.* 80. *nu.* 7. Præſumitur enim teſtator, niſi aliter diſponat, relinquere hæredi pecuniam, & mobilia, quæ vſu conſumuntur, ſecundū ipſorum naturam, atque adeo in ordine ad quotidianos vſus, & conſumenda, non autē conſeruanda in ordine ad reſtitutionem. Si enim id voluiſſet, exprexiſſet *l. vn. §. Sin autem.* C. *De caduc. tollen.* & Cap. *Ad audientiam.* De *decimis.* & Cap. *Inter incorporalia.* ver. *Vnde ſi circa.* De *translat. Prelat.* et notant Bald. *ibid. num.* 2. Alex. *conſil.* 5. *num.* 5. Menoch. *conſil.* 30. *num.* 8.

An ſtante ſtatuto, quod quilibet de Capitulo ſubſcribat deliberationibus Capitularibus, teneatur, & poſſit ſemper ſubſcribere. Quæſt. 137.

S V M M A

1 *Standum ijs, quæ fiunt à maiori parte Capituli.*
Pars minor tenetur facere, quod facit pars maior Capituli.
2 *In probabilibus, qui non conſenſit, tenetur ſub-*

ſubſcribere determinationi Capitulari.
3 *Quid in dubijs.*
4 *Cur etiam in dubijs debeat ſubſcribere.*
5 *Si determinatio Capitularis ſit iniuſta &c. qui ſentiant teneri ſubſcribere, qui non est ſuffragatus.*
6 *Nec tenetur, nec poteſt ſubſcribere.*
7 *Subſcribens approbat, quod ſubſcribit.*
8 *Subſcribens aſſi-itur à ſubſcriptis, & ſe obligat reſpectu ipſorum.*
9 *Subſcriptio influit in executionem concluſionis capitularis.*
10 *Qui non conſenſit in Capitulo, nec etiam præmiſſa proteſtatione ſubſcribere poteſt.*
Proteſtatio contraria facto non iuuat.
Opponens concluſioni Capitulari non debet ſubſcribere.
Qui non conſenſit concluſioni iniuſtæ &c. nec in foro conſcientiæ poteſt ſubſcribere.

1 Extat ſtatutum apud quamdam Religionem, quod determinationibus capitularibus teneantur ſubſcribere ij quoque, qui in contrarium ſuffragati ſunt. Et fundatur in eo, quod ſtandum ſit ijs, quæ à maiori parte capituli fiunt Cap. 1. *De ijs. quæ fiunt à ma. par. Capit.* & Cap. *Nec Epiſcopi. De temp. ordin.* & Cap. *Coram. De elect.* & *l. Quod maior. ff Ad municip.* Ita vt pars minor teneatur facere, quod facit maior. Cap. *Ex parte De cenſib.* Cum enim capitulum ſit vnum corpus, et vna perſona ficta, vna etiam debet eſſe deliberatio: et ideo maior pars capitularium attenditur, ita vt hæc trahat minorem. et hæc teneatur exequi, quod maior concluſit. Stante autem hoc ſtatuto dubitatur, an qui capitulari deliberationi contradixit teneatur ſubſcribere ſemper capitularibus determinationibus, aut etiam poſſit.

2 Et quidem, ſi negocium de quo agitur, habeat vtrimque probabiles rationis, ita vt tàm pro vna, quàm alia parte oppoſita ſuffragari liceat, tenetur, qui non conſenſit, ſeu ſuffragatus eſt, ſubſcribere determinationi capitulari. Ratio eſt. Quia concluſio capitularis innitur probabili rationi, et proinde maior pars ratione iuuatur, vt ait Gloſ. *in Cap. fin.* verbo *Plurimorum. De ijs, quæ fi. à ma. par. Cap.* Ergo cū pars maior trahat ad ſe minorem, ſubintrat ſtatutum, quod qui non fuerit ſuffragatus, teneatur ſubſcribere. Et ità loquentes de deliberationibus parlamenti tradunt Diana *par. 1. tract. 3. reſol. 30. init.* Del Bene *de Parlamen. cap. 3. dub. 28. num. 1.*

3 Si autem ſimus in dubio, ita vt dubium ſit, an concluſio capitularis ſit iuſta, rationabilis, et valida, tunc eſſe ſubſcribendum, aſſerit del Bene *num. 5. loci modo citati*, quia factum à maiori parte præſumitur iuſtum, & rationabile. Hic caſus tamen puri dubii difficilè in praxi cōtingere poteſt, quia ſemper maior pars concludens habebit aliquod motiuum pro illa parte, quam concludit; vnde non erit dubia, ſed probabilis ratione illius motiui. Si tamen ſit dubia eò, quod ſecretis ſuffragiis res decidatur, et nemo voce proferat ſenſum ſuum, tenebitur ſubſcribere, quia non ſolum vrget ſtatutū de ſubſcribendo, ſed etiam pars concludens habet aſſiſtentiam legis pro ſe, quatenus approbat, quod fit à maiori parte, iuxta ea, quæ *num. 1.* dicta ſunt.

4 Solum videtur obſtare, quòd in dubio videtur ſe exponere periculo peccandi, quia approbat, quod neſcit, ſe poſſe approbare. Reſp. Non ſe exponere periculo peccandi; quia, cum iam ſequuta ſit concluſio capitularis, pars concluſa nō eſt amplius dubia, ſed probabilis, quia habet pro ſe maiorem partem capituli. Et ideo cum ille, qui non ſuffragatur concluſioni, non habeat aliquid in contrarium, quia iam ſupponitur dubius, tenetur deponere dubium, et ſe conformare maiori parti, quæ ratione auctoritatis dat probabilitatem ſuæ deliberationi, cum præſupponatur habuiſſe iuſta, et rationabilia motiuā ad ita concludendum.

5 Difficultas vrget, quando deliberatio capituli eſt iniuſta, aut nulla, aut extra terminos facultatis ipſius. Et tunc reſpon. Raſtellius. *De regimi. Principum. lib. 3. circa finem.* & videtur approbare Del Bene *de Parlamen. cap. 3. dub. 28. nu. 6.* Teneri ſubſcribere facta tamen prius in ſcriptis proteſtatione, quod ſubſcribat ex mandato ſuperioris, aut legis concluſioni maioris partis; non autem ſuæ nam

talis

talis ſubſcriptio nihil aliud importat, quàm quod maior pars ita concluſerit, non autem, quod ipſe conſentiat iniuſtitiæ. Et hanc partem ſequi videtur etiam Thom. Hurtad. *par.2. reſol.moral.trac.12, cap.1. reſol. 25. §.3. num.* 1426. quamuis non ſatis congruentet ad ea, quæ in *eod. §.* pręmiſerat.

6 Tenendum tam eſt. *Non poſſe ſubſcribere determinationi Capitulari.* Ita Io.Mederiaga *de.Senatu.cap.*35, §.4. Diana *par.1, tract.* 3. *reſol.* 30. ver. *Sed aſſerunt.* Martin. de Larriategui *lib.* 8. *Select. cap.*3.*num.*6. Io.Hieronimus de Iranco *in ſuo elaborato, & ſolida doctrina pleno trac. de Proteſtat. conſiderat.*11, *num.*14.Quod autem non teneatur ſubſcribere, deſumitur ex Cap.1.*De his, quę fiunt à ma. par. Capit.*vbi conceditur, poſſe contra concluſionem capitularem proteſtari-ibi.*Niſi à paucioribus, & inferioribus aliquid rationabiliter obiectum fuerit, & oſtenſum.* Cum enim concedat opponere co n cluſioni Capitulari, cõcedit etiam non ſubſcribere. Et ideo non habet locum ſtatutum, iubens ſubſcribere; quia non poteſt iubere id, cuius oppoſitum concedit ius commune; quia tolleret, quod per ipſum conceditur.

7 Quod autem neque poſſit ſubſcribere,ex eo deducitur, quod licet concluſio Capitularis ſit iam facta, & per ſubſcriptionem in ipſam non influat, eam tamen ſubſcribendo approbat ſaltem tãquam factam à maiori parte Capituli, vt tradunt Bart. *in l.* 1. *§. Si quis negat. num.* 11. *ff.*Quemad.*teſtam.aper.*& *in l.Emptor. §.Lucius. ff. De pact.* per illum tex. vbi & alii Doctores Caſtrenſ.*conſil.* 216. *num.*3. *lib.*1.Craueta *conſil.*73. *num.*40.Maſcard. *de probat.concluſ.*1342. *numer.*12. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 60. Menoch. *Præſump.* 66. *lib.* 3. Rota coram Seraphin.*deciſ.*185. *num.*5. & coram Durano *deciſ.*6.*nu.*8. & coram Merlino. *deciſ.* 23. *num.*5. Non poteſt autem quis approbare, quod iniuſtum, aut irrationabile, aut inualidum eſt. Et in hunc effectum approbationis requiritur à ſtatuto, quod ſubſcribant, etiam qui non ſunt ſuffragati, vt totum Capitulum in foro externo vnanimiter procedat.

8 Accedit etiam, Quod ſubſcriptio operatur, quod ſubſcribens remaneat aſſectus determinationi capitulari ſubſcriptæ, & illam auctorizet tanquam ſuam, & reſpectu ipſius ita ſe obliget, ac ſi ab ipſo emanaſſet iuxta ea, quæ tradunt Doctores *in l. Si ita ſtipulatus. §. Criſogonus. ff. De verbor.obligat.* & *in l.Cum antiquitus.* C. De *fideicom.*Bart.*in l.Emptor.* §.*Lucius.nu.*2.*ff.*De *pactis.*Iaſ.*ibid. nu.* 2. Peregrin. *conſil.*108 *num.*1.*lib* 5.Gabr. *concluſ.* 3. *De præſumpt.* Petrus Cabal. *conſil.* 11. *num.*1. Rota coram Mantica *deciſ.* 321.*n.* 4. & coram Merlino *deciſ.*90.*nu.*2.Cum ergo ſubſcriptio approprìet determinationem capitularem ſubſcribenti,non poterit ſubſcribere, ſicut non potuit ad ipſum concurrere.

9 Denique cum determinatio capitularis exequutioni mandetur nomine totius capituli, & ſubſcriptio ſit in ordine ad exequutionem, ſubſcribens influit in exequutionem,cum fiat nomine omniũ, qui ſubſcripſerunt: non minus autem eſt prohibitum exequi rem iniuſtam,& irrationabilem, quàm decernere: & ideo adhuc communicabit ratione ſubſcriptionis exequutioni iniuſtæ, & irrationabili.

10 Nec iuuat proteſtatio.Quia ſi proteſtetur,quod non ſit ſuffragatus,ſed ſubſcribat ſolum, quia ſtatutũ iubet, aut ſuperior, hæc proteſtatio nõ excludit, quin auctorizet,& approbet determinationem capitularem, & influat in eius exequutionem: Statutum enim,et ſuperior, dum iubent ſubſcriptionem,hoc intendunt; et ideo dum obſequitur, facit, quod intendunt; licet proteſtetur, quod non intendit approbare, et influere in exequutionem &c. hæc proteſtatio eſt contraria facto, et proinde non iuuat,nec aliquid contra factum operatur.*l.In bello. §. Facti* 2.*ff.*De *captiuit. & poſtlim. reuer.* & Cap.*Gratum.* De *offic.deleg.* et Cap. *Cum M.* Ferrarien. De *Conſtit.* et notant Felin. *ibid.*Alberic.*in l.Si quis extraneus.ff.* De *acquir.hæred.*Bald.*conſ.*489.*lib.*3.Oldrad. *conſil.*107.*nu.*10.Cephal.*conſil.*222. *lib.*2. Surd.*conſil.* 371.*num.*67.*vol.*3. Factum enim

enim deſtruit proteſtationem tanquam ipſa potentius. l. *Paulus ff.* Rem *ratam haberi*, et notant communiter Doctores Roman. *conſil.* 247. *nu.* 6. Alexan. *conſil.* 117. *num* 2. *vol.* 5. Dec. *conſil.* 583. *nu.* 4. Cephal. *conſil.* 51. *num.* 15. Craueta *conſil.* 237. *n.* 2. Natta *conſil.* 341. *num.* 4. *vol.* 2.

11 Ex quibus deducitur. Quod ſi quis ex capitularibus opponat determinationi capituli, non tenetur, nec debet ſubſcribere, quamuis adſit prædictum ſtatutum, quod omnes teneantur ſubſcribere. Hoc enim ſtatutum non tollit, quin quiſque de capitulo obiicere poſſit determinationi capitulari, cum hoc concedatur de iure communi Cap. 1. *De his, quæ fiũt à ma. par. Cap.* Et aliàs non ſe compatiuntur, quod quis ſubſcribendo approbet, quod impugnat. Vnde dictum ſtatutum accipiendum eſt in terminis habilibus, vt ſcilicet tunc obliget, quando determinatio capitularis eſt iuſta, & rationabilis, nec contra ipſam aliquid opponitur.

12 Secundò deducitur, quod ea, quæ dicta ſunt, habent locum non ſolum pro foro externo, ſed etiam pro interno; nam quamuis non intendat approbare determinationem capituli, nec influere in exequutionem, reuera tamen approbat, quia facit actum approbatiuum, et ex natura ſua influentem in exequutionem, & cum hic actus externus ſit ei voluntarius, et liber, habet conſequenter actum internũ liberum inferentem hunc actum externum: & talis actus internus in foro conſcientiæ non eſt licitus, cum non liceat ea facere, ex quibus aliquid iniuſtum ſequitur, & irrationabile.

An euadat pœnas, qui ſecretò tantum ſuffragio nõ conſenſit in alienationem rei eccleſiaſticæ. Quæſt. 138.

S V M M A.

1 *Quid requiratur, vt Capitularis euadat pœnas alienantium ſine ſolemnitate.*

2 *Capitularis tenetur contradicere alienationi ſine ſolemnitate.*

3 *Non contradicens alienationi, licet non ſuffragetur, non euadit pœnas, etiam in conſcientia.*

4 *Capitularis ad quid teneatur ex officio cum agitur de alienatione*

5 *Qui non ſuffragatur in Collegio, concurrit tamen ad exequutionem*

Pars maior trahit minorem.

1 SVpponit difficultas, quod in Capitulo concludatur alienatio alicuius rei Eccleſiaſticæ, quæ ſecũ trahat pœnas impoſitas alienantibus res Eccleſiæ, & quod ſuffragiá ſint ſecreta, et aliquis non concurrat ſuo ſuffragio ad concluſionem capitularem, nihil tamen contra ipſam opponat, aut proteſtetur, & quærit, an is euadat pœnas Paulinæ *Ambitioſæ.* De *reb. Eccleſ. non alien.* Et reſoluendum eſt. *Ad euadendas pœnas non ſufficere, quod ſecreto ſuffragio contradicat alienationi, ſed debet etiam palam contradicere, & proteſtari.* Deſumitur ex iis, quæ tradunt Franc. Marc. *quæſt.* 962. *numer.* 2. *par.* 1. Lozeus *de iure Vniuerſit. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 98. Andr. Mendus *de iure Academ. lib.* 1. *quæſt.* 34. *nu.* 602. Xamar. *de Priuileg. Barchinon.* S. 2. *num.* 52. Iraneus *de proteſt. conſiderat.* 11. *num.* 2.

2 Ratio eſt. Quia cum ſuffragia ſint ſecreta, dum reſultat concluſio de alienatione, qui tacuit, habetur pro conſentiente, ſi quidẽ ratione muneris tenebatur cõtradicere, vt deſumitur ex Cap. *Dilecto filio. De præben.* ibi. *Cũ Canonicis aliis ad oſculũ recepiſti* & ex iis, quæ tradunt Gloſ. *ibid.* verbo *Recepiſti.* Innocent. *nu.* 1. & *in Cap.* 1. *num.* 4. *De his, quę fiunt à ma. par* Cap. Abbas *ibid. num.* 13. Paris. *conſil.* 76. *numer.* 6. *lib.* 4. Rota coram Seraphino *dec.* 708. *n.* 4. et coram Durano *deciſ.* 265. *numer.* 46. Et ideo tanquam cooperator alienationis ſubiicietur pœnis.

3 Maior difficultas eſt, an in foro cõſcientiæ incurrat has pœnas, an verò ſolũ pro foro externo. Videtur enim non incurrere in foro conſcientiæ, quia fundantur in præſumptione, quod ſecreto ſuffragio conſenſerit in alienationem, quę cum ſit falſa, non habet locum in foro conſcientiæ, in quo attenditur veritas. Tenẽdum tamen eſt. *Quod etiam in foro con-*

ſcientia ſubijciatur pœnis. Ratio eſt. Quia adhuc reuera tanquam cauſa influit in alienationem, quamuis ſecreto ſuffragio in ipſam non conſentiat.

4 Tamquam enim vnus de capitularibus tenetur ratione muneris approbare, quæ approbanda ſunt, et contradicere iis, quibus eſt contradicendum, non ſolum ſecreto ſuffragio, ſed etiam voce in conſultatione, quæ concluſioni præmittenda eſt. Vnde ſi ante actum ſuffragandi omittit contradicere, ſuo ſilentio eſt cauſa alienationis, cum ex iuſtitia ratione muneris teneatur contradicere, non ſecus, ac eſt cauſa damni, et tenetur reſtituere, qui non clamat, quando furtũ committitur, ſi ex officio teneatur clamare, vt docent cõmuniter cum D. Th. *2.2. quæſt. 62. ar. 7 ad 3.*

5 Deinde cum alienatio exequutioni mandetur nomine capituli, atque adeo collegiali modo, mandatur etiã exequutioni nomine illorum, qui in contrarium ſuffragati ſunt, quia tanquã pars capituli concurrunt ad exequutionem concluſionis capitularis, et conſentiunt in id, quod à maiori parte concluſum eſt: niſi in contrarium ſe declarent. Pars enim maior trahit ad ſe minorem, ita vt teneatur facere, quod facit maior Cap. *Ex parte. De cenſib.* et Cap. *Coram. De elect.* Et proinde ſemper pars minor concurrit ad exequutionem illius, quod maior ſtabiliuit. Vnde cùm pœnæ alienantium res eccleſiæ non habeant locum, niſi ſequuta alienatione, non ſunt impoſitæ deliberantibus alienationem, ſed exequentibus, et ideo cum concurrat ad exequutionem, ſubiicietur pœnis, niſi proteſtetur, quod non conſentiat deliberationi capitulari.

An collator beneficij commiſerit ſimoniam, dum à prouiſis exegit aliquam ſummam ad ſubleuandam paupertatem ſacriſtiæ. Quæſt. 139.

S V M M A.

1 *Pro beneficio obtinendo non poteſt aliquid tradi pro fabrica, donarijs &c.*
2 *Dictio,* Pro, *importat cauſam finalem.*
3 *In collatione beneficij poteſt aliquid exigi pro fabrica Eccleſiæ, ſacriſtia &c.*
Concil. Trident admittit, quod noui beneficiarij ſoluant aliquam quantitatem conuertendam in vſus pios.
Idem etiam admittit Pius V.
4 *Quod licitè fit ex conſuetudine, poteſt etiam pacto ſeruari.*
Ex actu licito non inducitur ſimonia.
5 *Valet conſuetudo exigendi aliquid à nouis beneficiatis pro vtilitate Eccleſiæ.*
6 *Et etiam ſtatutum ex declarat. S. Congregat.*
7 *Aequitati conſonat, quod beneficiati conuertant in vtilitatem Eccleſiæ aliquam portionem fructuum.*

1 Videtur affirmatiuè reſoluendũ, cum id tanquã quid ſimoniacũ ſit prohibitum, ab Alexãdro II. in Cap. *Ex multis. §. Conſtituimus.* 1. Quæſt. 3. ibi *Vt nullus cuiuſque gradus Clericus pro Eccleſia beneficio aliquid audeat conferre aut fabricę Eccleſiarum, vel donarijs Eccleſiarum, ſeu etiam quod pauperibus ſit tribuendum, quia (teſte ſcriptura) qui aliquid malè accipit, vt quaſi benè diſpenſet, potius grauatur, quàm iuuatur.* Et proiude ex hoc tex. Rota coram Puteo *decis. 396. nu. 2. lib. 3.* tenet, collationem eſſe nullam cum onere, vt aliquid detur pro fabrica, donariis &c.

2. Verum ex hoc tex. videtur tantũ excludi vera ſimonia, quatenus prohibet, quod non detur aliquid pro obtinẽdo beneficio, atque adeo in eum finem, vt obtineatur beneficium. Dictio enim *Pro*, importat cauſam finalem iuxta ea quæ tradunt Ruin. *conſil. 29. num. 19. lib. 2.* Gabr. *conſil. 178. num. 15. lib. 1.* Gozadin. *conſil. 58. num. 11.* Alexand. *conſil. 79. nu. 3. lib. 2.* Menoch. *conſil. 352. num. 52.* Honded. *conſ. 53. n. 7. vol. 2.* Surd *de alimen. tit. 2. qu. 5. num. 9.* Vnde procedit in caſu, in quo temporale ordinatur ad obtinendum ſpirituale, quod etiam indicant ſubſequentia verba, *qui aliquid malè accipit.* quæ ſignificat quod beneficium malè accipiatur, quia pro eo obtinendo aliquid temporale exhibetur, in quo committitur ſimonia.

3 Quan-

3 Quando verò in alium finem aliquid exigitur de fructibus beneficij à collatore, aut exhibetur à collationarijs vt eſſet ad ſubleuandam paupertatem ſacriſtiæ, aut aliud ſimile opus pium, nequaquam interuenit ſimonia. Quod ex eo deducitur, quod Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 14. de reformat.* prohibens, dari aliquid, aut recipi, dum conferuntur beneficia, aut prouiſi admittuntur ad poſſeſſionem &c. et mandans epiſcopis, vt conſuetudines contrarias extirpent, excipit conſuetudines laudabiles, et ea, quæ ſolēt exhiberi in vſus pios. ibi. *Mādat Epiſcopis, vt quæcumque huiuſmodi in vſus pios, non conuertuntur &c. fieri non permittant.* Quam etiam exceptionem ponit Pius V. *in ſua Cōſtit.* 104. *§. 4. to. 2. Bullar.* Quæ incipit, *Durum nimis.* ibi. *Et nihilominus ſtatuimus, vt vbicumque huiuſmodi fructus, & diſtributiones Fabricæ, vel ſacriſtię, aut alterius pij loci vſibus vltra ſemeſtre tēpus reperiuntur cōceſſi, eorum dumtaxat dimidia pars ſacriſtiæ, vel fabricę, aut pio loco deinceps tribuatur, alteram verò beneficiati integrè percipiant.*

4 Cum ergo tam Concil. quàm Pius V. admittant, quod pars aliqua fructuum exhibeatur à prouiſo pro fabrica, ſacriſtia, aut alio opere pio: atque adeo exigatur à capitulo, aut alio prouiſore, oportet, quod ſit actus licitus, aliàs extirpandus fuiſſet, ſicut aliæ prauę conſuetudines, et non reponeretur inter laudabiles conſuetudines, quas Concil. excipit. Quod autem laudabilis conſuetudine ſeruatur, etiam pro vna vice ex pacto ſeruari poteſt, nec poterit argui de ſimonia: quia ex actu licito non poteſt induci ſimonia, vt norant Riminal. ſen. *conſil.* 91. *num.* 21. & 14. Craueta *conſil.* 145. *num.* 4. Dec. *conſil.* 436. *num.* 12. Imola *in Cap. Ad audientiam. numer.* 5. *De reſcrip.* Modeban. *deciſ.* 224. Puteus *deciſ.* 17. *lib.* 2. Millin. *deciſ.* 104. *num.* 2.

5 Et ideo valere conſuetudinem, et eſſe rationabilem exigēdi aliquid ab obtinentibus beneficia conuertendum in vtilitatem Eccleſiæ, et pios vſus, tradunt Felin. *in Cap. Cum M.* De *conſtit.* Abbas *in Cap. Iacobus. nu.* 3. *De ſimon.* Ripa *Reſp.* 1. *num.* 11. De *arb.* Moneta De *diſtribut. par.* 2. *quęſt.* 18 *nu.* 55. Paris. *De confident. quęſt.* 38. *num.* 27. Graſ. *par.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 96. *numer.* 49. Garzia *de beneſi. par.* 8. *cap.* 1. *num.* 85. Barboſa *De canon. & dignit. cap.* 15. *num.* 29.

6 Hinc etiam S. Concil. Congregat. ſeu potius Summus Pontifex ex ſententia Congregat. declarauit, valere ſtatutum, quod certa portio ratione nouæ poſſeſſionis canonicatuū ſoluatur conuertenda in fabricam, & ornatum Eccleſiæ vt refert Garzia *de Beneſic. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 198. *declarat.* 9. in vna *Segobienſ.* 11. *Iulij,* 1590. Tenor declarationis eſt. *An Conſtitutio quędam ab Epiſcopo, & Capitulo poſt Concil. Trident. de ſoluendo certam pecunię quantitatem ratione nouæ poſſeſſionis Epiſcopatus, & Canonicatuum, ac dignitatū diſtribuendam in fabricam, & ſalaria Notarij, conuocatorum, campanarij, & aliorum miniſtrorum Eccleſia, quibus iam aliàs cōſtituta ſunt certa ſalaria, ſit valida, nec ne?* Sanctiſs. D. N. *ex ſententia Congregat. reſpondit, huiuſmodi conſtitutionem ſeruandā, nihil tamen ex ea pecunia Notarijs, curſoribus, & campanario, alijſque Eccleſiæ miniſtris tribuendum: ſed integram ſummam in vſus fabricæ conuertendam, atque ita libẽter ſoluendam tam à Capitularibus, quàm ab Epiſcopo, cum ſperari poſſit, officium, Eccleſiæque dignitatem, quę ob huiuſmodi largitatem in ędificium, ornatumue Eccleſiæ facta ſumitur exordium, ad myſticam quoque Eccleſię ędificationem feliciter in Domino proceſſurum.*

7 Ratio deſumitur ex eo; quod licet fructus beneficiorum non ſint obligati Eccleſiæ, ſacriſtiæ &c. æquitas tamen exigit, quod Eccleſia participet aliquā portionem, dum inſeruit beneficiatis, et ſubminiſtrat cōmoditatem peragendi functiones, ad quas tenentur ratione beneficij. Præſertim ſi prouentus ipſius ſint tenues, ita vt non poſſint commodè ſufficere pro manutentione. Si ergo hoc aut ſtatuto decernatur, aut deducatur in pactum, ſtabilitur id, quod eſt ſecundum æquitatem, et ſtatim apparet titulus, quo id iuſtificetur, et quo etiam ſuſpicio ſimoniæ excludatur, quę etiam in dubio

ſemper excludenda eſt, vt obſeruāt Mohed. *deciſ.* 224. Puteus *deciſ.* 381 *lib.* 1. Millinus *deciſ.* 104. *num.* 7.

An beneficium vnitum ſubſtineat onera, quibus antea ſubiacebat. Quæſt. 140.

S V M M A

1 *Beneficium vnitum non eſt amplius beneficiū, ſed fundus illius, cui vnitur.*
2 *Beneficium vnitum ſubeſt iiſdem oneribus, quæ prius ſubſtinebat.*
3 *Dummodo onus non afficiat ipſum ratione vacationis.*
4 *In beneficiis vnitis non habet locum vacatio.*
5 *Beneficium vnitum non trahit onera vacationis ad vacationem illius, cui vnitur.*
Per vnionem extinguitur beneficium.
6 *Penſio durat in beneficio vnito. & cur.*
Vnio beneficii non præiudicat iuri acquiſito.
7 *Si vniatur beneficium vacans ſoluenda annata pro illa vice, ſi aliàs eſſet ſoluenda.*
Non tamen poſtea ſoluenda quindennia pro compenſatione annatæ.
Quindennia ex ſpeciali iure debentur ſoli Apoſtolicæ Sedi.

---

1 NEgatiuè *videtur reſoluendum.* Quia beneficium vnitum nō eſt amplius beneficium, ſed ſupprimitur titulus, & fit fundus illius cui vnitur, vt tradunt Felin. *in Cap. In noſtra corol.* 33. De *reſcrip.* Caccialup. *ar.* 8. *quæſt.* 11. Oldrad *conſil.* 237. *nu.* 15. Ferret. *conſ.* 125. *num.* 1. Selua *de Benefic. par.* 3. *quæſt.* 12. *qual.* 14. *numer.* 20. Mandos. *in Reg.* 19. *quæſt.* 10. *num.* 2. *& in reg.* 22. *quæſt.* 13. *nu.* 18. Sarnens. *in Regul. de trienn. quæſt.* 3. Rebuf. *in Praxi in forma noua prouiſ.* ver. *Cum annexis.* Gambar. *de offic. leg. lib.* 5. Rubr. De *poteſta. Legati in vnien. nu.* 139. Hoieda *de incompatibil. beneficior. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 11. Gonzalez ad Reg. 8. *Cancel. gloſ.* 5. §. 7. *nu.* 2. Garzia *de Benefic. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 12. Caſtor. *deciſ.* 2. *nu.* 2. *de vnio.* Rota *deciſ.* 11. De *reb. eccleſ. in antiquis.* & coram Puteo *deciſ.* 6. *de vn.* & coram Verallo *deciſ.* 349. *par* 3. & *deciſ.* 758. *num.* 6. *par.* 1. Diuer. & *deciſ.* 113. *num.* 16. *par.* 2. & *deciſ.* 199. *numer.* 5. *par.* 2. Recent. & *deciſ.* 710. *num.* 2. eod. par. 2. & coram Merlino *deciſ.* 37. *num.* 1. Vnde cum corruat fundamentum oneris; videtur etiam corruere onus ipſum.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod beneficium vnitum remaneat ſubiectum iiſdem oneribus: ſeu potius quod eadē onera vniantur ſimul cum beneficio.* Deſumitur ex iis, quæ tradunt Feder. de Senis. *conſil.* 195. *n.* 4. Io. Andr. *in Cap. penult. num.* 3. ver. *Nec puta.* De *verbor. ſignificat.* Butr. *numer.* 15. ver. *Quærunt Doctores.* Cardin. *Oppoſit.* 2. ver. *Quæro, an hæc.* Lotter. *de Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 20. *num.* 15. Rota *in Toletana annatarum* 23. *Ianuar.* 1589. & *in Seguntina dimidiæ, annatæ* 26. *Nouemb.* 1593. coram Orano, apud Rubeum in ſingular. Rotæ. *deciſ.* 395. *lib.* 1. *num.* 1. & Deciſ. *vn. ver. In contrarium. De ſepult. in antiquis.* & in *Burgonſi quindenniorum* 10. *Martii.* 1603. corā Pennia, & eſt *deciſ.* 1020. *in eius impreſſis.* & coram Seraphino *deciſ.* 141. *nu.* 1. & 5. & *deciſ.* 1410. *num.* 19. & coram Merlino. *deciſ.* 154 *numer.* 7. Cum enim res tranſeat cum ſuo onere, beneficium quoque tranſit in vnionem cum onere illi annexa.

3 Hoc tamen limitandum eſt, vt nō habeat locum, ſi onus afficiat beneficium non abſolutè, ſed tempore vacationis, vt dixit Rota coram Seraphino *deciſ.* 1410. *num.* 9. & *deciſ.* 659. *num.* 11. *par.* 2. *Recent.* Quia cum onus ſit coarctatum ad vacationem, habet ipſam pro fundamento, nec afficit beneficium, niſi qualificatum vacatione; & ideo non inducitur, niſi inducatur vacatio.

4 In beneficiis autem vnitis non habet locum vacatio, vt tradunt Gonzalez *ad Reg* 8. *Cancel. gloſ.* 5. §. 7. *numer.* 7. Garzia *de Benefic. par.* 12. *cap.* 2. *numer.* 15. Rota *deciſ.* 658. *numer.* 3. *par.* 2. *Recent.* & coram Seraph. *deciſ.* 101. *num.* 1. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 112. *num.* 3. & coram Merlino *deciſ.* 164. *num.* 9. Quod enim non eſt amplius beneficium, vacare non poteſt. Cap. *Bonæ* De *elect.* & Cap. *Ad diſſoluend.* De *deſponſat. impuber.* Vacatio enim importat titulum, qui ad nullum pertineat: & ideo vbi deficit titulus, deficit etiam poſſibilitas vacationis.

5 Du-

5 Dubium tamen remanet, an onus, quod afficit beneficium vacans ratione vnionis trahatur ad beneficium, cui vnitur, ita vt afficiat ipſum, quando contingit vacare. *Et negatiuè reſoluendum eſt,* iuxta ea, quæ tradunt Innocent. *in Cap. Paſtoralis num. 1 in fine.* De *priuileg.* Felin. *in Cap. Tranſlato num. 4. ver. Limita iſta.* De *conſtit.* Cum enim per vnionem extinguatur beneficium. Cap. *Tua nobis.* De *verbor. ſignificat.* vbi communiter Doctores Io. Andr. *num. 2.* Zabarel. *apoſit. 2. ver. Quæro, an hæc indulgentia.* Butr. *numer. 5. ver. Quærunt Doctores.* Rota *deciſ. 133. num. 16. par. 2. Diuer.* non poteſt in vnione trahere ſecum onus, quod fundatur in vacabilitate, cum ipſa quoque ad vnionem beneficii extinguatur. Ex alia vero parte beneficium, cui fit vnio, non tenetur ad onus annexum vacationi alterius beneficii, quia quando vacat, ex proprio titulo, & non alieno, & veluti iure proprio vacat, & ideo ſubiacet ſolum oneri, quo ex propria vacatione afficitur.

6 Ex quibus deducitur, quod ſi vniatur Monaſterio beneficium vacans, tenebitur Monaſterium ad ſoluendam penſionem impoſitam ſuper beneficio vnito, vt obſeruat Rota coram Seraphino *deciſ.* 1410. *nu.* 10. & coram Pennia *deciſ.* 1020. *num.* 17. Onus namque penſionis non eſt onus afficiens beneficium ratione vacationis, ſed ratione fructuum, & ideo tranſit cum ipſo ad quemcunque perueniat. Et proinde cēſetur in vnione ſemper præſeruatum ius tertii, vt notant Abbas *in Cap. 2. numer. 5.* De *relig. domib.* Rota *deciſ.* 730. *num. 1. par. 3. Recen.* quod intelligitur de iure independente a vacatione.

7 Secundo deducitur. Quod ſi vniatur beneficium vacans monaſterio, tenebitur ſoluere annatam priuilegiatis ad illam exigendam iuxta ea, quæ tradunt Io. Andr. *in Cap. Tua nobis. num. 3. ver. Nec puta.* De *verbor. ſignificat.* Butr. *numer. 7. ver. Quæro. an hoc priuilegium,* Rota *deciſ.* 559. *num. 14. par. 2. Recent.* Nam cum iam euenerit vacatio, & proinde qualitas beneficii aperiens viam ad ius annatæ, non agitur amplius de iure incerto, & euentualiter ſuperuenturo, ſed de iure certo, & iam acquiſito; & adeo remanet præſeruatum. Deinceps autem non erit ſoluenda annata, quia, vt dictum eſt, ſtāte vnione non habet amplius locū vacatio. Nec loco annatæ ſoluenda ſunt quindennia, tanquā compenſatiua, quia hæc non sūt debita de iure priuilegiatis ad percipiendas annatas, ſed tantum Apoſtolicæ Sedi, idque ex ſpeciali diſpoſitione Pauli II. *Conſtit. 6. tom. 1. Bullar.* & *Conſtit. 17.* Pauli IV. & aliorum Pontificum, vt obſeruat Rota coram Pennia. *deciſ.* 1020. *num.* 11.

An Capitulum, aut aliquis Canonicus remittere poſſit diſtributiones non intereſſentibus. Quæſt. 142.

S V M M A

1 *Diſtributiones debentur ſolum intereſſentibus.*
2 *Capitulum non poteſt vlla vla facere, quod abſentes percipiant diſtributiones.*
3 *Declarationes circa hoc S. Congregat.*
4 *Si diſtributiones amiſſa nō accreſcant intereſſentibus, non poſſunt de ijs diſponere.*
5 *Diſtributiones acquiſita poſſūt donari ijs, qui eas amiſerunt.*
6 *Acquirens diſtributiones ab alijs amiſſas, poteſt donare, cui voluerit.*
7 *Remiſſio, & donatio differunt,*
8 *Diſtributiones amiſſa de præterito an remitti poſſint.*
9 *Quando remiti poſſint.*
10 *Cauſa finalis prohibitionis, ne remittantur diſtributiones, non habet locum in remiſſione de præterito.*
Dolus de præterito remitti poteſt, non autem dolus de futuro.
11 *Dictiones vniuerſaliſſima non extendunt diſpoſitionem vltra ſubiectam materiam.*
Dictiones non operantur vltra expreſſa.
Sola remiſſio diſtributionum de futuro prohibetur.

1 Cum diſtributiones debeantur ſolum intereſſentibus, & non intereſſentes amittant Cap. *vn. §. Statuimus.* De *cler. non reſiden. in 6.* Ex Cap. *Quia per ambitioſam.* verbo, Ex-

*ceptis.*De *reſcrip. in* 6. & Concil. Trident. *ſeſſ.24. cap.* 12. *de Reformat.* & notant cõmuniter Doctores *Paris. conſil.* 33. *lib.* 4. Caſſodor. *deciſ.* 1. De *cler. non reſident.* Cæſar de Graſ. *deciſ.* 120. *num.* 4. Hoieda *de Incompatibil. beneſic. par.* 2. *cap.* 10. *nu.* 16. ver. *Tamen diſtributiones.* Rota *deciſ.* 26. *n.* 1. De *preben. in nouis.* et coram Coccino *deciſ.* 108. *num.* 6. quia ſunt inſtitutę pro iis, quia inſeruiunt officiis diuinis; dubitatur, an poſſit capitulum, aut aliquis Canonicorum eas remittere non intereſſentibus.

2 In qua difficultate illud certum eſt, quod capitulum non habet facultatẽ concedendi, quod abſentes percipiant diſtributiones, nec aliquo pacto, aut cõuentione conuenire, quod eas non amitrant. Ita enim ſtatuit *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de Reform.* ibi. *Diſtributiones verò, qui ſtatis horis interfuerint, recipiant, reliqui quauis colluſione, aut remiſſione excluſa bis careant.* Et ita notant communiter Doctores Durand. De *ritib. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 5. Nauar. *conſil.* 7. De *cler. non reſident.* & *Miſcellan.* 59. *aliàs* 14. De *orat.* Henriquez *lib.* 7. *ſum. cap.* 36. *numer.* 3. Menoch. De *arbitrar. caſu* 429. *num.* 6. *lib.* 2. *in Addit.* Philiarc. *de offic. Sacerdot. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. Vega *par.* 1. *ſum. cap.* 36. *caſu* 41. Rodriquez *tom.* 1. *ſum. cap.* 33. *num.* 3. Garzia *de Beneſic. par.* 3. *cap.* 11, *num* 431. Franc. *in Cap. vn.* §. *Qui verò. numer.* 4. De *cler. non reſid. in* 6. Rota *deciſ.* 61, *num.* 3. *par.* 1. *Recen.* & *in Lucana iuriſdictionis.* 9. *April.* 1601. coram Pamphil. & *in Gerundenſi diſtributionũ.* 16. *Februar.* 1604. coram Ludouiſio *num.* 1. & eſt *deciſ.* 154. *inter impreſſas ipſius.* & coram Coccino *deciſ.* 108. *numer* 4. et coram Merlino *deciſ.* 152. *num.* 2.

3 Et ita etiam declarauit S. Concil. Congreg. cuius declarationes refert Garzias *num.* 432. loci cit. quarum præcipua eſt. *Non licet Capitulo aliquo prętextu diſtributiones donare, relinquere, aut quauis colluſione remittere alicui, qui vel à ſeruitio Eccleſię abſuerit, vel alio quouis modo diſtributiones legitimè debeat amittere. Nec fas ſit cuippiam eas accipere, ſi acceperit, ſuas non faciat, ſed reſtituere cogatur illico reſtituendas fabricæ Eccleſię quatenus indigeat, aut aliquo pio loco Epiſcopi arbitrio.* Et rurſus idem declarauit, ſub hoc tenore. *Congregatio Concil. cenſuit, quamcumque collecſionem ex hoc decreto prohibitam eſſe, reſpectu ſcilicet diſtributionum; & ideo, ſi de ea legitimè conſtiterit, debere Epiſcopũ iure agere in reos.* Ex quibus conſtat, quod nulla remiſſio poteſt habere locum, ſi originem trahat ab aliquo antecedente amiſſionem diſtributionum; quia tunc interueniet illa remiſſio, quæ prohibetur iuxtą Concil. declarat. S. Congregat. quæ ſcilicet reſpiciat futurum.

4 Vnde reſtat ſolũ videre, an ſequuta amiſſione, poſſit Capitulum, ſeu ſingulares Canonici eas remittere in caſu, in quo amiſſæ iiſdem accreſcũt. Si enim non accreſcerent, ſicut amiſſæ cedunt in ius alterius ſiuæ fabricę, ſiue alterius loci pij, ſiue arbitrio Epiſcopi diſtribuendæ; ita nõ pertinet ad capitulum, ſeu ſingulares Canonicos circa ipſas aliquid diſponere. Sicut enim poteſt quiſque de rebus propriis diſponere, ita ei negatur diſponere de alienis.

5 In quo etiam certũ videtur, quod poſſint Canonici vti ſingulares, poſtquã acquiſierunt diſtributiones ab aliis amiſſas, ſiue ad ipſorum manus peruenerint, ſiue adhuc ſint penes depoſitarium, donare iiſdem, qui eas amiſerunt. Ita Gloſ. *in Cap. Statutum.* §. *Si quid autem.* verbo. *Remiſſione. De reſcrip. in* 6. & *in Cap. Vnic.* verbo. *Sicut. De cler. non reſident. in* 6. Geminian. *ibid.* §. *Qui verò. num.* 10. Nauar. *De orat. miſcellan.* 59. *num.* 4. Azor. *par.* 2. *lib.* 7. *c.* 7. *q.* 9. ver. *Quares.* Moneta *de diſtributionib. par.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 6.

6 Ratio eſt. Quia poſtquam amiſſæ ſunt ab iis, qui nõ interfuerunt, et acquiſitæ ab iis, qui interfuerunt, ſunt in bonis acquirentium, non ſecus, ac ſint quęcunque alia, quæ inter ipſorum bona connumerantur. Vnde ſubintrat regula, quod poſſint de ipſis prout magis libuerit, diſponere, atque adeo donare cui voluerint. *l. Non vſque adeo. ff. Si quis à paren. fuer. manumiſ.* & *l. In re mandata.* C. *Mandati.* & *l. In traditionibus. ff.* De *pactis.* Et notant communiter Doctores Menoc. *conſil.* 296. *numer.* 41. Dec. *conſil.* 48. *init. lib.* 2. Cephal.

con.

tor ſil. 121. *num* 10 Rota *deciſ.* 105. *num.* 6. *par.* 1. *Recent.* & *deciſ.* 457. *numer.* 3. *par.* 2. Neque ſecluſa colluſione interuenit in hoc aliquid, ratione cuius donatio prohibeatur, prohibitio enim in eo tantum ſiſtit, quod non intereſſentes non lucrentur diſtributiones; & quod capitulum nõ poſſit diſponere, quod non obſtante abſentia eas lucrentur remittendo ius, quod habet ad accreſcendum. Et quod neque ſingulares canonici poſſint hoc ipſum cedere.

7 Accedit etiam. Quod nullibi reperitur prohibita huiuſmodi donatio, ſed tantum remiſſio per Concilium Trident. & declarat. S. Congregat, prohibitio autẽ remiſſionis non debet extendi ad donationem. Quia ſunt diuerſæ inter ſe donatio, & remiſſio; quia donatio ſupponit rẽ eſſe in poteſtate donantis, remiſſio autẽ eſt circà id; quod eſt peruenturum ad manus remittentis. *l. Imperatores. ff.* De *pact.* & *l. Pactum Curatoris. C. De pact.* et *l. Remittit. ff. De iureiur.* et *l. Iulianus. ff. De condit.* & *demonſtrat.* vbi Barr. Dec. *in l.* Si *quis obligationem. num.* 7. *ff.* De *regul. iur.* Abbas *in Cap. Veniens n.* 6. De *teſtib.* Couaru. *Cap.* 4. *Variar. reſol. n.* 8. & 12 *lib.* 2.

8 Quod autem ſpectat ad remiſſionem. Non poſſe remitti ſentiunt Duran. De ritib. Eccleſiæ *lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 5. Menoch. De *arbitrar. caſu* 429. *num.* 6. *lib.* 2. *in Addit.* Nauar. *conſil.* 7. *De cler. non reſident.* Henriquez *lib.* 7. *ſum. cap.* 13. Philiat. De *offic.* Sacerd. *par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. Garzia *de beneſ. par.* 3. *cap.* 2. *numer.* 431. Et magis probabile putat Moneta *de Diſtribut. par.* 3. *queſt.* 5. *num.* 10. Quia Concil. Trident. vtitur dictione, *quauis.* quæ eſt vniuerſalis, & cõprehendit omnia, & proinde quamlibet remiſſionem, ſiue de futuro, ſiuè de præterito.

9 Verum. R*emitti poſſe de præterito, ſi remiſſio non trahat originẽ ab aliquo antecedenti pacto ſiue expreſſo, ſiue tacito, exiſtimo reſoluendum*, vt reſoluunt etiam Gloſ. *in* Cap. *Vnic.* verbo, Suas. *De cleric. non reſident. in* 6. Franc. *ibid.* S. *Qui verò. nu.* 4. ver. *Tu dic.* & alii Canoniſtæ *ib.* Nauar. *Miſcel.* 59. *de orat. n.* 2. Rodriq. *to.* 1. *ſum. cap.* 53. *n.* 3 Vega *par.* 1. *ſum. cap.* 36. *caſu* 41. Beltram. *ad deciſ.* 154. *num.* 6. Ludouiſ. Rota *deciſ.* 61. *numer.* 3. *par.* 1. *Recent.* & coram Coccino *deciſ.* 108. *num.* 5.

10 Ratio deſumitur ex eo, quod reſpectu remiſſionis de præterito ceſſat finis prohibitionis remiſſionis. Ideo enim Cõcil. Trident. prohibet remitti amiſſas diſtributiones, quia remiſſio eſſet occaſio negligendi intereſſentiam, quòad diuina officia, & eluderet finem, ob quem inſtitutæ ſunt diſtributiones, & imminueret cultum diuinum. Hoc autem ceſſat, ſi de præterito remittantur, quia non præbet motiuum negligendi, ſeruitium chori, cũ ſciant, quod ſi non interſint, certò amittent diſtributiones, & quod ſint remittendæ vix poſſint ſpem habere, præſertim, quia ſi vnus remittet, alter non remittet. Vnde vt ponderat Rota coram Ludouiſio *cit. deciſ.* 108. *num.* 6. *D*olus de futuro remitti non poteſt, quià eſſet inuitare ad delinquendum. Iaſ. *in l. Si vnus.* §. *Illud. n.* 1. *ff.* De *pact.* Ruin. *conſil.* 129. *nu.* 20. *lib.* 5. Dolus verò de præterito remitti poteſt, quia hoc non inuitat ad peccandum, vt notant iidem Doctores. & Bald. *in l. Iuris gentium.* §. *Sed ſi paciſcar. n.* 5. *ff.* De *pactis.*

11 Neque obſtat ratio oppoſitæ opinionis. Quia quamuis per Concilium prohibeatur quæuis remiſſio amiſſionis diſtributionem, prohibet tamen tantum in ordine ad amittendas diſtributiones, quia vult, quod eas non percipiant; ſed iis careant, vt ſatis declarant eius verba. *Reliqui quauis colluſione, aut remiſſione excluſa his careant.* Vnde, licet dictio ſit vniuerſaliſſima, & omnia includat, hæc tamen vniuerſalitas non extenditur vltra ſubiectam materiam, nam clauſulæ, & dictiones nõ operantur vltra expreſſa iuxta ea, quæ tradunt Caſſodor. *Deciſ.* 7. *n.* 7. *De appellat.* Syluan. *conſil.* 40. *numer.* 33. Cephal. *conſil.* 44. *num.* 76. Rota coram Achille de Graſ. *deciſ.* 1. *De clauſul.* & *deciſ.* 107. *num.* 4. *par.* 1. Diuerſor. Vnde cum in præſenti ſubiecta materia ſit remiſſio in ordine ad impediendam carentiam diſtributionum, dictio vniuerſalis, *Quauis*, cõplectetur omnem remiſſionẽ, quæ poteſt impedire amiſſionem diſtributionũ. Sola autẽ remiſſio quòad futurũ eſt habilis impedire:

pedire:

pedire: quia remiſsio de præterito ſupponit amiſſas diſtributiones, & per conſequens, quod iis careant, qui non interfuerunt diuinis officiis, atque adeo verificatur diſpoſitio Concilii. Et remiſsio de prçterito operatur, quod recuperetur amiſſum, non tanquam diſtributiones, ſed tamquam quid conceſſum ex largitate remittentis. Et ideo ſemper verificatur, quod non habeant, ſed careant diſtributionibus.

An Sacerdotes Congregationis B. Io. Dei immunes ſint à ſeruitio corporali infirmorum. Quæſt. 142.

S V M M A.

1 *Cōgregationi B. Io. Dei conceditur ſinguli ſacerdotes pro ſingulis conuentibus.*
2 *Sacerdotes B. Io. Dei non tenentur ad ſeruitiū corporale hoſpitalis.*
Dictio, Tantummodo, *eſt taxatiua.*
3 *Excludit quicquid non eſt expreſſum.*
4 *Praxis, quod ſacerdotes Congregat. B. Io. Dei ſint immunes à ſeruitio corporali.*
Obſeruantia introducit ius.
5 *Votum propria auctoritate poteſt mutari in melius.*
6 *Seruitium ſpirituale, eſt melius corporali, etiam in ordine ad finem voti inſeruiendi infirmis.*
7 *Votum inſeruiendi infirmis complectitur etiam ſeruitium ſpirituale.*

1 HVic Congregationi B. Io. Dei, quæ ex inſtituto habet, voto confirmato, curare infirmos in hoſpitalibus, indulſit Paulus V. per ſuas litteras in forma Breuis, quæ incipiunt *Inter alias noſtræ.* ſub die 1. *Iulij.* 1609. Quod in qualibet Domo dictæ Congreg. vnus Confrater ad ſacerdotium promoueri poſſet in ordine ad celebrandam miſſam, & miniſtranda ſacramenta, etiā pro infirmis hoſpitalis cum clauſula, *Vtq; ſic promoti, nullum officium, munus, aut adminiſtrationem in dicta Congregatione gerere, aut exercere poſſint. Sed miſsis celebrādis, ac ſacramentis miniſtrandis tantummodo vacare debeant.* Hoc autem ſtante, dubitatur, an huiuſmodi ſacerdotes teneantur ad ſeruitia corporalia infirmorum, ſicut tenentur cœteri Confratres.

2 Et reſoluendum eſt. *Non teneri ad ſeruitia corporalia infirmorū.* Hoc deſumitur ex dicta diſpoſitione Pauli V. dum diſponit, quod miſsis celebrandis, & ſacramentis adminiſtrandis tantummodo vacare debeant. Dictio enim *tantummodo* eſt taxatiua, vt notant communiter Doctores Corn. *conſil.* 252. *num.* 1. *vol.* 1. Rota *deciſ.* 600. *num.* 7. & *deciſ.* 746. *nu.* 4. *par.* 2. *Recent.* et coram Pennia *deciſ.* 265. *num.* 2. Et proinde taxat, et determinat munus ſacerdotum huius Congregationis ad celebrandum, & miniſtranda ſacramenta.

3 Præſertim quia ita taxat actū comprehēſum, vt ſimul etiam excludat, quicquid non eſt expreſſum. *l. Qui in aliena.* §. *Libertos ff. De negot. geſt.* & *l. Iulianus;* & *l. Non tantum ff. De petit. hered.* Et notant Roman. *conſil.* 456. *nu.* 1. Socin. *conſil.* 5. *num.* 5. *lib.* 4. Decius *conſil.* 328. *numer.* 5. Paris *conſ.* 85. *num.* 47. *lib.* 2. Felin. *in Cap. Contingit. nu.* 4. *De fide inſtrument.* Rota *deciſ.* 740. *num.* 4. & *deciſ.* 600. *num.* 7. *par.* 2. *Recent.* & coram Mantica *deciſ.* 109. *num.* 11. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 465. *n.* 5. & coram Pennia *deciſ.* 1066. *numer.* 2. & coram Merlino *deciſ.* 455. *numer.* 9. Et proinde continet negationē ſeruitii corporalis, quod per alios exhibetur infirmis.

4 Et praxis quoque ſuffragatur, vt deſumitur ex Bulla Clement. VIII. quæ incipit. *Circumſpecta Romani Pontificis.* ſub *die* 9. *Septemb.* 1596. vbi narrat, ſe ijſdem Fratribus interdixiſſe ſuſcipere ſacros Ordines, quia iis initiabantur, *Vt à ſeruitio hoſpitalium poſſent eſſe immunes.* Quod ſatis declarat, hanc immunitatem fuiſſe in praxi quò ad initiatos ſacris Ordinibus. Et Pontifex occurrere volens detrimento, quod inde hoſpitalitas erga pauperes infirmos patiebatur, non tollit huiuſmodi praxim, ſed prohibet initiari ſacris Ordinibus, quia iudicauit, talem immunitatem deberi iis, qui ſacris Ordinibus eſſent initiati: & ſatius eſſe, quod dicta Congregatio careret ſacerdotibus, quàm quod ſacerdotes vacarent ſeruitio

cor-

corporali infirmorum. Conſtat autem, quod obſeruantia habet vim introducendi ius *l. De quibus. ff.* De legib. & *l. Nulli. ff.* Quod *cuiuſque vniuerſit.* & *l. Obſeruare. §. 5. ff. De offic. Pro conſul.* Et proinde aſsiſtit ſecundum ius introductum ſacerdotibus modo exiſtentibus.

5 Solum obſtare videtur votũ, quod iuxta inſtitutum Religionis emittitur inſeruiendi perpetuò infirmis. Verum hoc non officit. Quia ſeruitium corporale commutatur in ſpirituale, quod eſt quid melius; & proinde etiam propria auctoritate eſt licita hæc commutatio iuxta communiſsimam opinionem, quod votũ poſsit in melius propria auctoritate commutari fundatam in text. Cap. *Peruenit. 2. De iureiur.* ibi. *Promiſſũ nõ infingit, qui illud in melius commutat.* & Cap. *Scripturæ. De voto.* ibi. *Reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obſequium in perpetuam noſcitur religionis obſeruantiam commutare.* Quam tradunt Imola *in Cap. Peruenit. 2. numer.* 2. De *iureiur.* Couarru. *in Cap. Quamuis pactim. par* 1. §. 3. *numer.* 4. ver. *Ego vero.* Maior. *in* 4. *diſt.* 38. *quæſt.* 3. ver. *Tertio arguitur.* Bachon. *quæſt.* 5. *ar.* 6. Ouand. *diſp. vn. propoſ.* 27. Caiet. 2. 2. *qu.* 88. *ar.* 12. *poſt. init.* & *in ſum.* verbo. *Votum. §. vlt.* Aragon. 2. 2. *quæſt.* 88. *ar.* 12. *dub.* 1. *dic.* 1. Angelus *verbo.* Votum. 4. *numer.* 2. *in fine.* Armil. *n.* 14. Nauar. *cap.* 12. *Manual. num.* 75. Sotus *lib.* 7. *de iuſt. & iure. quæſt.* 4. *ar.* 3. ver. *At de commutatione.* Abulens. *qu.* 110. *in Cap.* 30. *Num.* Pedrazza *in ſum. præcep.* 1. §. 8. Corduba *caſu* 149. Alcozot *cap.* 16. *ſum.* vbi de commut. votor. *concl.* 3. Medina *lib.* 1. *ſum. cap.* 14. §. 7. *reg.* 2. *de commut. votor.* Summa confeſſor. *par.* 3. *tract. de voto. num.* 18. Io Benedict. *in ſum. de peccat. lib.* 1. *cap.* 9. *circa finẽ.* Lopez *par.* 1. *Inſtruct. cap.* 49. *in fine* Angles. *in Florib. par.* 2. *quæſt. de voto ar.* 8 *difficul.* 4. *concluſ.* 1. & 2. Philiar. *de offic. Sacerdot tom.* 1. *par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 22. *in fine.* Graſ. *par.* 1. *dec. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 1. & 5. Leſsius *lib* 2. *de iuſt. iure. cap.* 40. *dub.* 11. *numer.* 87. Comez *in Bull. Cruciatæ clauſ.* 10. *n.* 112. Rodriquez *in eamdem. Bul.* §. 7. *num.* 105. & *tom.* 2. *ſum. cap.* 100. *concluſ.* 4. Ledeſma *to.* 2. *ſum. tract.* 10. *cap.* 8. *vbi de votor. commut.* ver. *Reſta tractar.* Henriquez *lib.* 5. *ſum cap.* 20. *nu.* 5. Tolet. *lib.* 4. *cap.* 18. *n. penul.* Valent. *tom.* 3 *ſum. diſp.* 6. *quæſt.* 6 *pun.* 7. ver. *Hac ipſa ratione.* Viuald. *in Caudelab. par.* 3. *cap.* 14. *num.* 14. Sorbus *in Compend. Priuileg. mendicant.* verbo. *Votum. in Adnot.* 2. Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 49. *numer.* 4. Sayr. *lib.* 6. *Clau. reg. cap.* 12. *numer.* 5. Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 6. *de voto. cap.* 18. *num.* 4. Azor. *par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *quæſt.* 1. Villalob. *par.* 2. *tract.* 39. *difficul.* 31. *num.* 2. Trullench. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 2. *dub.* 45. *num.* 2. & aliis plures. Et remanet etiam hæc commutatio auctorizata à Sum. Pontifice, dum Paulus V. diſpoſuit, quod huiuſmodi ſacerdotes vacarent tantum celebrandis miſsis, et miniſtrationi ſacramentor, vt dictum eſt *nu.* 2.

6 Quod autem ſit commutatio in melius, ſatis ex ſe conſtat. Si quidem non ſolum ſecundum ſe vacare celebrationi miſſarum, & miniſtrationi ſacramentorum pro decumbentibus in hoſpitali, cui debent inſeruire, ſe eſt quid melius ſeruitio corporali; ſed etiam habita ratione finis, & ſeruitii præſtandi infirmis, quod in iudicanda ſuperexcedentia operis attendenda eſſe, tradunt *Palat. in* 4. *diſt.* 38. *diſp* 3. *col.* 26. & 28. Supplemen. Gabr. *qu.* 1. *ar.* 5. Leſsius. *lib.* 2. *de iuſt. & iure cap.* 40. *dub.* 11. *num* 87. Azor. *par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *quæſt.* 1. & 13. Sanchez *lib.* 4. *ſum. cap.* 56. *num.* 6. Sayr. *lib.* 6. *clau.* Reg. *cap.* 12. *num.* 6. Bonàc. *quæſt.* 2. *de Voto. quæſt.* 7. §. 3. *num.* 4. qui alios citat. Trullench. *lib.* 2. *in Decal. cap.* 2. *dub.* 45. *num.* 3. Quantum enim anima excedit corpus tantum eminet ſeruitium ſpirituale ſupra corporale, etiam quò ad vtilitatem infirmorum. Et proinde inſeruientes in ſpiritualibus excellentiori modo aſſequuntur finem voti, dum excellentiori modo iuuant infirmos.

7 Adde etiam, quod abſque vlla cõmutatione implent votum ſeruiendi infirmis. Eius enim materia, vt deſumitur ex formula profeſsionis, eſt perpetua hoſpitalitas in in ſeruiendo infirmis; vt conſtat ex illis verbis. *Votum inſolubile emitto obedientiæ ſeruandæ, Paupertatis, caſtitatis, perpetuæque hoſpitalitatis, ac pauperibus infirmis totius vitæ meæ curriculo ſeruiturum,* quæ licet coarctetur

ad

ad ſeruitium corporale quò ad eos, qui non ſunt habiles pro ſeruitio ſpirituali, de ſe tamen comprehendit etiam ſeruitium ſpirituale non ſolum æquè principaliter, ſed tanquam partem excellentiorem.[f] Et ideo, dum ſacerdotes occupantur in ſeruitio ſpirituali, implent votum, quod in profeſſione emiſerunt.

Cui Parochia debeatur quarta funeralium, ſi carceratus moriatur in carcere, aut extra in domo propinqua. Quæſt. 143.

S V M M A

1 *Ius ſepultura acquiritur miniſtranti ſacramenta.*
2 *Si carceratus moriatur in carcere, aut extra cauſa curationi, cui debeatur quarta funeralis.*
3 *Rurè moriens ſepeliendus in ſua Parochia Vrbis.*
4 *Legato fundo legatur etiam ſeruus ei addictus, licet abſens.*
Relegatus poteſt habere domicilium in loco, vnde arcetur.
5 *Statutum, quod parochia non ſit mutata, niſi poſt duos menſes quomodo accipiatur.*
6 *Si damnatus ad perpetuum carcerè moriatur, quarta debetur Parochia carceris.*
Relegatus habet domicilium in loco relegationis.
7 *Damnatus ad tempus carceri, ſi moriatur, cui Parochia debeatur quarta.*
Acquiſitio Parochia an requirat domicilium.
8 *Domicilium retinetur retento animo redeundi, cum primum erit poſsibile.*
9 *Pro acquirenda Parochia ſufficit habitatio.*
10 *Miniſtratio ſacramentorum quando fundet ius ſepultura.*

1 SVpponit difficultas, quod carceres, in quibus detinetur carceratus, non ſint in propria eiuſdem Parochia; neque ſimiliter domus, ad quam deportatus fuit, vt commodius curari poſſet, & difficultas eſt, an debeatur parochiæ, intra cuius fines eſt locus, vbi moritur, an verò parochiæ, cuius erat antequam carceraretur. Et videtur reſoluendum in fauorem pa[rochi]æ, intra cuius fines exiſtit locus, vbi moritur; nam cum ab ipſa recipiat ſacramenta tempore mortis, videtur ei acquiri ius ſepulturæ, atque adeo quartæ funeralis, ſi in alio loco contingat ſepeliri iuxta ea, quæ tradunt Doctores in *Cap. 1. De ſepult. in 6.* Gratian. *Diſcept. forenſ. cap. 94. numer. 74.* Mareſcott. *lib. 2. Variar reſol. cap. 95. num. 11.* Barboſa *de iure Eccleſiaſ. lib. 2. cap. 10. num. 10.*

2 Tenendum tamen eſt. *Quod quarta funeralis debeatur Parochię, in qua habitabat, antequā carceraretur.* Deſumitur ex ijs, quæ tradunt Doctores, dum volũt, quod non amittatur parochia, dum quis diſcedit, animo reuertendi Abbas *in Cap. De his,* De *ſepult.* Io. Andr. *in Cap. Is, qui. De ſepul. in 6,* Spinus *in Speculo teſtamen. gloſ. 15. num. 41,* Molinus *De ritu nuptiarũ. lib. 2. different 11. num. 88.* Cened. *Practicar. quaſt. 30. numer. 45 lib. 1.* Gratian. *Diſcep. forens. cap. 76. num.* 18 Henriquez *lib. 11. ſum. cap. 3. num. 3.* Rodriquez *quaſt. Regul. 36. ar. 3. tom.* 3. Miranda *tom. 2. Manual. Pręl. q. 48. ar. 9. concl. 2.* Piaſe. *in Praxi Epiſcop. par. 2. cap. 4. numer. 32.* Villalob. *par. 2. ſum tract. 31. difficul. 7. nu. 3.* Sylueſter *verbo.* Canonica portio *num. 15.* Mareſcot. *lib. lib. 2 Variar. Reſol cap. 95. numer. 3.* Lauor. *Variar. Lucubrat. tit. 2. cap. 17. & 38.* Hieronimo Rodriquez *in Compend. quęſt. Regul. reſol. 18. num. 12.* Hurtad. *de Sacramen. diſp. 5. de matrim. difficul. 6. nu. 19.* Barboſa *De Paroch. par. 3. cap. 25. num. 26.* Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 23. num. 14.* Annania *in l. 7. num. 98. C. De incol.* Pontius *de matrim. lib. 5. cap. 13. §. 2.* Rota *in Romana iurium funeralium. die 4. Iulij 1653.* coram Zarare.

3 Deſumitur autem ex Cap. *Is, qui. De ſepult. in 6.* vbi ſimilis omnino caſus deciditur. Qui enim aliquando rus ſe confert, non debet ibi ſepeliri, quia non acquirit ibi parochiam, cum non accedat animo permanendi, ſed debet ſepelliri in parochia Vrbis, quam retinet, quotieſcunque diſcedit cum animo reuertendi. Vnde etiam qui carceri mancipatur, non amittit ſuam parochiam, & ideo, ſi contingat

tingat mori in carcere, aut in alia paro-chia, ad quam transferatur, vt commo-dius curari poſſit, debet in propria paro-chia ſepeliri, niſi alibi habeat ſepulturã, & quarta funeralium eidem parochiæ eſt perſoluenda

4 Confir. Quando quis nõ transfertur à propria parochia, vt illã deſerat, nõ cẽſetur mutare. Et proinde etiã ſeruus quãdo addictus alicui fundo ob diſciplinam percipiendam aliò mittitur, non cenſetur abſens à fundo, & hoc fundo inſtructo legato, venit etiam ſeruus, quamuis ante mortem teſtatoris non ſit reuerſus ad fundum, vt ſtatuitur vt *l. Seiæ* §. *Pamphilæ. ff. De fun. inſtruc.* Cum ergo qui carceratur, non deſerat parochiam, ſed præter ſuã voluntatem extra ipſam maneat, adhuc erit illius parochiæ, & quarta funeralis ipſi debebitur. Quod etiam confir. ex *l. Eius, qui.* §. *fin. ff. Ad municip.* vbi Relegatus potaſt habere domicilium in loco, vnde arcetur. Nempe ſi nolit figere domiciliũ in loco relegationis.

5 Et hoc habet locum, etiam ſi adeſſet ſtatutum, quod ius parochiæ non mutaretur, niſi poſt duos menſes, & qui moritur, vltra duos menſes detentus fuiſſet in carcere. Quia dictum ſtatutum procedit, quando cũ abſentia vltra duos menſes coniungitur dimiſsio domus ſolitæ habitationis: nam, quandiu retinetur domus, præſumitur animus redeundi: & eſt ſignum ſufficiens retenti domicili, atque adeo etiam parochiæ, vt notant Gloſ. *in l. 2. verbo. Conſtituerint. C. De incol. lib. 10.* Beroius *conſil. 11. num. 9. lib. 3.* Menoch. *conſil. 329. num. 36. ver. Eſt & tertia.* Rota *deciſ. 473. num. 3. par. 4. Recent.*

6 Maior difficultas eſt de eo, qui non detinetur in carcere cuſtodia cauſa, ſed quia damnatus eſt, vt ibi in pœnam permaneat. Et quidem ſi ſit dãnatus ad carcerem perpetuum, videtur certum, quod ſiat de parochia, cui ſubſunt carceres; nã non poteſt habere animum figendi alibi domicilium, aut habitationem, aut reuertendi ad prius domicilium, ſeu habitationem, cum perpetuitas carceris hæc omnia excludat: & domicilium, aut parochia non poſsit retineri abſque animo reuertendi. Et proinde relegatus habet neceſſarium domicilium in loco relegationis, vt ſtatuitur *in l. Filij. libertorum.* §. *Relegatus. ff. Ad municip.* Quod intelligit Gloſ. *in l. Eius qui.* §. *fin. ver. Vnde arcetur. eod. tit.* de releg. in perpetuum. Et ideo cum deſit & habitatio, & domicilium extra carceres, & ſit de facto etiam impoſterum ipſi impoſſibilis, habet neceſſariò illam parochiam, cui ſubſunt carceres.

7 Si verò ad tempus determinatum ſit damnatus carceri, tunc, ſi pro contrahenda parochia requiritur domicilium, non fiet Parochianus parochiæ, cui carceres ſubſũt, ſed retinebit propriam iuxta ſententiam, quam tradunt Abbas *in Cap. In noſtra. num. 11. De ſepult.* Spinus *in Speculo teſtamen. gloſ. 15. num. 41.* Triuiſan. *deciſ. 23. lib. 1.* Segura *par. 2. Direct. Iud. cap. 15. num. 48.* Ledeſma *de matrim. q. 45. ar. 5. pun. 3. poſt dub. 4.* §. *Dico tertiò.* Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 3. numer. 3.* Rodriquez *tom. 1. ſum. in 2. edit. cap. 219. n. 7.* Rota *deciſ. 643. num. 2. in nouiſs. vol. 1.* & alii, quos citat Sanch. *lib. 3. de matr. diſp. 23. ver. Tertio probatur.*

8 Et fauet ratio. Quia talis detinetur violenter in carcere, & quantum eſt de ſe, habet animam reuertendi ad propriã habitationem quando primò ei licebit: quod ſufficit, vt non dicatur deſeruiſſe proprium domicilium, & habitationem, iuxta ea, quæ tradunt Bor. *in l. 4.* §. *Prætor. num. 24. ff. De dam. infec.* Felin. *in Cap. Quoniam. numer. 2. De offic. Ordinar.* Socin. ſen. *conſil. 35. poſt init. lib. 1* Menoc. *conſil. 329. num. 36.* Præſertim quia manet in carcere non tanquam in propria, ſed tanquam in aliena habitatione: vnde eſt continuò abſens animo, quod non videtur ſufficere neque ad inducendam habitationem veram, quia hęc eſt libera, in carcere autem non dicitur habitare, ſed detineri.

9 Verum quia probabilius eſt, & magis communiter receptum, quod ad acquirendam parochiam non requiratur domicilium, ſed ſufficiat habitatio pro aliquo tempore conſiderabili, vt tradunt Federic. de Senis *conſil. 254. ver. Iſta iura.* Ancharan. *in Cap. De vxore. num. 7. De ſepultur.* Abbas *in Repet. Cap. Extirpandæ.* §. *Qui*

§. *Qui vero.num.*11.De *pręben.* Petrus de Vbald. De *canon. epiſcop. cap.*7. *numer.*2. Roſel.*verbo*.Confeſſio ſacram.3. *numer.*4. Angel.*verbo* Excommunicatio 5. *nu.* 18. Syluester *verbo*. Excommunicatio 7. *n.*31. Tabiena *verbo*. Excommunicatio 5. *nu.*5. Rebub. *in Repet*. Cap. Extirpandę.§. Qui *vero*.ver.*Contrariam opinionem*.De *præben.* Cardin.*in Cap.*1.*num.*5. *quæſt.*7. *De ſepul.* Selua *de benefic.par.* 3. *quæſt.*42. *numer.*7. D.Antonin.3. *par.tit.*24. *cap.*54. Gabr. *in* 4.*diſt.*17. *quęſt.*2.*ar.*3.*dub.*2. Sanchez qui alios citat *lib.*3. *de matrimon.diſp.*23. *n.*12. vbi latè. Ceual.*commun. contra commun. quęſt.*458.*num.*36.vbi alios Doctores affert.Menoch. *conſil.*398.vbi plurium vota affert pro hac opinione. Molina. *De iuſt. & iure.diſp.*214.ver. *Illi qui*, Salzedo ad Diaz *in Pract.cap.*73.*num.*14.*in fine*. Guttierez *de Matrim.cap.*63.*num.*19. vbi plures congerit. Grattian. *diſcep. Forenſ.cap.* 94.*num.*74.Mareſcot. *cap.*95.*nu.*11. *lib.* 2. Lauor.*Variar.Lucubrat. tit.*2.*cap.*11.*num.* 148.Sperel.*deciſ.*87. *numer.* 5. *& ſequent*, Barboſ. *de iure Eccleſiaſ.lib.*2.*cap.*10.*num.* 33. Rota coram Seraphino *deciſ.*1135.*nu.* 1.& *in Romana iurium Funeralium.*4.*Iulij* 1653.coram Zarate. Et fundant in Cap. *fin. De Parochijs*. vbi habetur de Parochianis confugientibus ad habitandũ.ibi. *Cũ ad habitandum in ea quamplurimi ſe cõtuliſſent*. Et quia habitatio aliquo modo continua facit ſortiri forum *l.* 2. *init.* C. Vbi *ſenat.* & notant Innocent. *in Cap. Ex parte.num.*5.De *foro compet.* Abbas *in Cap. Quod Clericis.nu.*5.*eod.tit.* Marian. Socin. *in Cap.Licet.num.*26.*ibid.* Ideo tenendum eſt, quod mancipatus carceri in pœnam per aliquod tempus, ſi ibi moriatur, debeat ſepeliri in parochia carceris, aut ſi contingat alibi ſepeliri, debeatur quarta funeralis eidem parochiæ. Quia, quamuis ibi contra ſuam voluntatem detineatur, adhuc tamen ſpectat ad curam parochiæ quò ad ſacramenta recipienda, & ideo efficitur, quamuis inuitus, de illius parochia.

10 Neque obſtat ratio dubitand.*n.*1. allata. Quia ius ſepulturæ acquiritur miniſtranti ſacramenta, quando de iure ſpectat adminiſtratio: non autem quando ex accidenti adminiſtrat, vt contingit quando parochianus extra propriam parochiam infirmatur, & ibi moritur recipiendo ſacramenta à parochia vicinioti. Quia cum tunc non miniſtrentur ex officio, ſed ad ſupplemendam abſentiam proprii parochi, non dat adminiſtratio ius aliquod ad ſepulturam, aut quartam funeralem. Neque in hoc ſenſu loquuti ſunt Doctores ibi citati, ſed quando miniſtrantur ex officio.

An Capellanus iuuari poſſit præſcriptione immorabili, ne impleat onera fundationis. ſi conſtet de fundatione. Quæſt. 144.

S V M M A

1 *Præſcriptio immemorabilis tollit præſumptionem malæ fidei.*
2 *Capellanus non poteſt iuuari præſcriptione immemorabili ſi conſtet de fundatione.*
3 *Vt quis præſcribat, numquam debet habere malam fidem.*
Mala fides quomodo probetur.
4 *Negligens, quod tenetur ſcire, eſt in mala fide.*
Quilibet præſumitur ſcire, quæ ad eius munus ſpectant.
5 *Lex fundationis ſemper loquitur.*
Reſiſtit præſcriptioni.
6 *Quid requiratur, vt conſtet de immemorabili præſcriptione.*
7 *Reductio oneris Capellaniæ vnde poſſit præſumi.*
Vehemens præſumptio quando habeatur.
8 *Titulus præſumptus, & putatiuus ſufficit pro præſcriptione.*
Cauſa colorata conſtituit in bona fide in ordine ad præſcribendum.
9 *Immemorabilis excludit malam fidem, ſi ſit tantum præſumpta.*

1 Videtur affirmatiuè reſoluendum, Quia ſolum obſtare poſſet mala fides, quæ tamen nõ obſtat. quia immemorabilis tollit omnem præſumptionem malæ fidei Cap.1. *in fin.* De *præſcript. in* 6. & notant communiter Doctores Batt. *in l. fin, numer.*17.

C. *Vnde vi.* per illum text. Probus ad Monach. *in Cap.* 1. *num.* 8. De *pręſcrip. in* 6. Oldrad. *conſil.* 244. *num.* 11. Alexan. *conſil.* 24. *num.* 18. *lib* 5. Afflict. *deciſ.* 240. *num.* 3. Surd. *conſil* 525. *num.* 9 Decius *conſil.* 558. *num.* 13. Abbas *conſil.* 89. *num.* 5. ver. *Et debet. lib.* 1. Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 467. *num.* 14. vbi alia allegantur in ſtrictioribus terminis præſcriptionis.

2 Reſoluendum tamen eſt. *Quod nõ poſſit iuuari pręſcriptione, licet immemorabili*, vt pote coniuncta cum mala fide iuxta ea, quæ tradunt Dinus *in Cap. Poſſeſſor.* De *reg. iur. in* 6. Riminal. *conſil.* 249. *num.* 81. *lib.* 3. Ripa *in Cap. Cum Eccleſia num.* 99. De *cau. poſſeſ.* Maſcard. *De probat. concluſ.* 225. *num.* 5. *lib.* 1. Couaruu. *in Cap. Poſſeſſor. par.* 2. §. 2. *numer.* 4. Gabr. *commun. concluſ.* 1. *n.* 55. *De pręſcrip. lib.* 5. Caualcan. *deciſ.* 28. *num.* 25. *par.* 1. Craueta *De antiq. temp. par.* 4. §. *Materia iſta. num.* 19. & *conſil.* 146. *num.* 2. Menchaca. *Illuſtr. quaſt. cap.* 81. *num.* 10. Peregrin. *de iure fiſci. lib.* 6. *tit.* 18. *num.* 12. Natta *conſil.* 636. *num.* 113. *lib.* 3. Nauar. *conſil.* 5. *num.* 1. *De præſcript.* Lamberten. *De contrac. ſine ſolem. gloſ.* 1. *nu.* 310. Rota Auenionen. *deciſ.* 128. *num.* 24. Rota Romana *deciſ.* 773. *numer.* 14. *par.* 4. *Diuerſor.* & alii cum Gloſ. *in Cap.* 1. *De præſcrip. in* 6.

3 Et deſumitur ex Cap. *Poſſeſſor.* De *reg. iur. in* 6. & ea Cap. *fin. De præſcript.* ibi. *Oportet, vt qui pręſcribit, in nulla temporis parte rei habeat conſcientiã alienæ*, Et idem etiam habetur ex Cap. *Vigilanti eod. tit.* Quod autem hujuſmodi præſcriptio ſit coniuncta cum mala fide, conſtat ex manifeſtis indiciis, quæ ſufficiunt, vt probetur, ſicuti tradunt Ruin. *conſil.* 170. *in fine. lib.* 1. Maſcard. *De probat. concluſ.* 225: *num.* 25. *lib.* 2. Cum enim in animo conſiſtat, ſolis indiciis, & coniecturis probari poteſt *l. penul. in fine*, C. *De euict.* vbi Bald. Bart. *in l. Celſus. num.* 18. *ff.* De *vſu capiou.* Menoch. *De arbitr. caſu.* 225. *nu.* 2. *lib.* 2.

4 Mala autem fides conuincitur ex eo, quod in ſucceſſiua prouiſione Capellaniæ quilibet Capellanus notum habuit onus impoſitum in fundatione: nam non eſt veriſimile, quod dum acceptauit Capellaniam, non procurauerit ſcire, quod nam onus eſſet illi annexum, præſertim cum obligaretur, id inquirere, vt poſſet proprio muneri ſatisfacere, nec ſit etiã veriſimile, quod in collatione Capellaniæ non ſit notificatum onus. Vnde cum id, quò ad ſingulos Capellanos pro certo habeatur, conuincitur mala fides apud ſingulos, & quod noluerint complere onus iuxta *l. Non eſt ferendus. ff. De tranſact.* Et notant Bald. *ibid. init. in* 2. *lect.* Pinel. *Authent. Niſi triennale. circa fin.* C. De *bon. mater.* Felin. *in Cap. Veniens numer.* 3. De *præſcrip.* Dominic. *in Cap. Cum perſonę*, §. *Quod ſi tales. in fine*, De *priuil. in* 6. Alex. *conſil.* 147. *num.* 5. *lib.* 2. Paris *conſil.* 66. *nu.* 109. *lib.* 3. Riminal. *conſil.* 249. *num.* 78 *in fine lib.* 3. Panorm. *conſil.* 19 *circa fin. lib.* 2. Aret. *conſil.* 11. *in fine.* Decian. *conſil.* 2. *num.* 135. *lib.* 2. Ancharan. *conſil.* 170. *numer.* 6. Burgos de Paz. *conſil.* 44 *num.* 17. alios referens. Grammat. *deciſ.* 103. *nu.* 33. Afflict. *deciſ.* 13. *num.* 11. Otalora *de Nobilit. par.* 2. *par.* 3. *princip. ca.* 3. *n.* 4. ver. *His tamẽ.* Barb. *in Rub. de Præſcrip.* 30. *vel* 40. *annor. n.* 341.

5 Accedit etiam, quod lex fundationis eſt clara. vt ſupponitur, & ſemper loquitur *l. Ariani.* C. *De hęretic.* & proinde ſemper reſiſtit, ne poſſit ſuperuenire bona fides, atque adeo ne poſſit induci immemorabilis præſcriptio, vt notant Abbas *in Cap. fin. n.* 24. *De conſuet.* Alexan. *conſ.* 196. *numer.* 13. *lib.* 2. Rota coram Seraphino *deciſ.* 645. *numer.* 1. & coram Pennia *deciſ.* 128. *num.* 25.

6 Denique non poteſt conſtare de immemorabili præſcriptione, niſi conſtet de conditionibus requiſitis ad illam fundandam, quarum vna eſt, quod nunquã viſum ſit, aut auditum contrarium, iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in Cap.* 1. *De præſcrip. in* 6. Felin. *conſ.* 2. *num.* 8. Signorol. *conſ.* 70. *num.* 19. Paris. *conſil.* 27. *num.* 96. *lib.* 1. Couaruu. *in Reg Poſſeſ. par.* 2. §. 3. *nu.* 7. Gabr. *concluſ.* 1. *num.* 81. *De præſcript.* Balb. *De præſcript. par* 2. *par.* 3. *princip. quaſt.* 6. *n.* 24. Molina *lib.* 2. *De primogenit. cap.* 6. *num.* 3. Rota coram Puteo. *deciſ.* 12. *li.* 3. & coram Seraphino *deciſ.* 1102. *numer.* 2. & coram Pennia *deciſ.* 565. *num* 3. Quæ ſicuti probanda eſt, vt probetur immemorabilis, ita etiam conſtare debet apud eum, qui ſe

fundat in immemorabili. Non poteſt autem cõſtare cuicunque Capellano, quod nunquam oppoſitum auditum ſit; tum quia lex fuudationis ſemper extat, & loquitur, vt dictum eſt; tum quia quilibet Capellanus debuit ſcire, quodnam onus ſuſciperet, quod ex inſtitutione capellaniæ implendum eſſet.

7 Limitanda tamen hæc ſunt, vt nõ habeant locum, quando prouentus Capellaniæ eſſent improportionati oneri im. poſito in fundatione. Nam tunc valde veriſimile eſt, quod onus fuerit reductũ ad terminos, in quibus reperitur, & proinde conſurgit præſumptio reductionis iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in l. Ea quidem. num. 4. C. de accuſat.* Abbas *in Cap. Quanto. circa fin. De præſump.* Imò improportio prouentuum parit magnam veriſimilitudinem reductionis, & vehementer inclinat animum ad ita credendum: & proinde cõſurgit vehemens præſumptio iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in Rubr. De probat. num. 4.* Bolognet. *De differ. iur. & fact. num. 106.* Menoch. *De præſump. quæſt. 5. num. 12. lib. 1.* Rota *deciſ. 612. num. 5. par. 4. Diuerſ.*

8 Stante autem hac præſumptione conſurgit titulus ſaltem præſumptus, & putatiuus, qui eſt ſufficiens pro præſcriptione lõgi temporis *l. Celſus. ff. De vſucap.* vbi Gloſ. & Doctor. item Gloſ. *in Cap. De quarta. De præſcript.* Quælibet enim cauſa etiam colorata conſtituit in bona fide excludendo malam; quando agitur de præſcriptione longi temporis, vt tradũt Gloſ. *in l. 1. C. Vbi cau. ſtat.* Decian. *conſil. 10. num. 68. lib. 1.* Gabr. *alios* citans *concluſ. 4. nu. 28. De præſcrip.* Rota *in Romana pecuniaria 20. Nouem. 1609.* coram Sacrato, & corã Merlino *deciſ. 215. num. 10.* Vnde cum iſte titulus elidat onus fundationis, aperit viam præſcriptioni.

9 Neque obſtat ratio dubitandi *nu. 1.* allata. Quia tunc immemorabilis excludit malam fidem, quando habetur tantũ præſumptio ipſius: non autem, quando de ipſa conſtat, iuxta ea, quæ tradunt Riminal. *conſil. 149. num. 88. lib. 3.* Alciat. *reſpon. 164. num. 8.* Crauet. *De antiq. temp. par. 4. §. Materia iſta. num. 12.* Maſcard. *De probat. 3. par. concluſ. 1214. num. 45. & 51.* Caualcan. *deciſ. 27. nu. 30.* Anton. Gabr. *concluſ. 1. de præſcrip. numer. 137. lib. 5.* Valaſc. *conſul. 95. num. 9.* Peregrin. *de iure Fiſci. tit. 8. num. 12. lib. 6.* Barboſa *De præſcrip. in Rubr. num. 336.* In præſenti autem cõſtat de mala fide, quia lex fundationis eſt clara, & ſemper loquitur, nec eſt veriſimile, quod Capellani non habuerint notitiam de ipſa, vt conſtat ex dictis.

An hæres detegens malam fidem defuncti poſſit ſe tueri præſcriptione. Qu. 145.

SVMMA

1 *Hæres detecta mala fide defuncti non poteſt vti acceſſione temporis ad præſcribendum.*
2 *Mala fides defuncti an noceat hæredi inchoãti præſcriptionem ex propria perſona.*
4 *Nulla præſcriptio iuuat hæredem detecta mala fide defuncti.*
5 *Præſcriptio hæredis cum mala fide defuncti habet titulum nullum.*
Ex titulo nullo non procedit præſcriptio.
6 *Si conſtet de titulo nullo, vitiatur etiam immemorabilis præſcriptio.*
Sublato fundamento corruit præſcriptio.
Vitiata radice vitiatur, quicquid inde prouenit.
Præſcriptio, quæ ſine titulo ſubſiſtit, non ſubſiſtit cum vitioſo.
7 *Præſcriptio hæredis non ſeparatur à poſſeſſione defuncti.*
Mala fides defuncti obſtat hæredi, ne præſcribat.
Præſcriptio iuncta cum poſſeſſione iniuſta defuncti non ſubſiſtit.
8 *Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*
9 *Hæres non iuuatur præſcriptione, ne teneatur exonerare conſcientiam defuncti.*
10 *Elapſo tempore præſcriptionis adhuc durat obligatio defuncti, qui mala fide poſſedit.*
11 *Hæres detecta mala fide defuncti tenetur in conſcientia reſtituere.*

1 Certũ eſt apud Doctores. Quod ſi hæres non inchoat præſcriptionem ex propria perſona ſed

ſed vti velit acceſsione temporis, quo defunctus poſſedit, non poteſt ſe præſcriptione tueri iuxta *l. Cum hæres*. & *l. An vitium. ff.* De *diuer. & temporal. præſcrip.* vbi Gloſ. & *l. Pomponius. §. Cum quis. ff. De acquir. poſſeſſ.* vbi Gloſ. & Doctor. & notant Gloſ. Canon. *in Cap. Is, qui in ius.* De *reg. iur. in* 6. Speculat. *Tit. De emphytheu. nu.* 29. Abbas *in Cap. Cum. num.* 5. *De iurepatron.* Balb. *de præſcript. par.* 2. *par.* 3. *princip. quæſt.* 12. *num.* 18. In hoc enim caſu præſcriptio habet initium vitioſum, & ideo currit ſemper cum eodem initio. Præſertim quia hæres repræſentat perſonam defuncti Authent. *De iureiur. à morien. præſt. init. Collat.* & ſuccedit in ius ipſius: & iure ipſius præſcribit, & ideo, ſi apud defunctum non currebat præſcriptio, neque etiam curret apud hæredem. Vnde dubiũ tractatur, quãdo inchoat bona fide præſcriptionem ex propria perſona. Et quia conſideratur caſus non tàm in ordine ad forum ciuile, quàm in ordine ad cõſcientiam, ideo videndum eſt, quid de iure canonico dicendum ſit.

2 Quod autem mala fides defuncti non noceat præſcriptioni hęredis, ſi eam inchoet bona fide ex propria perſona, tradunt Dinus *in Cap. Poſſeſſor numer.* 42. De *reg. iur. in* 6. dicens in hoc caſu valere præſcriptionem ex æquitate canonica. Bart. *in l. Cum hæres. ff. De diuer. & tempor. præſcrip.* Alexan. *in l. Pomponius. §. Cũ quis ff.* De *acquir. poſſeſ.* Caſtrenſ. *conſil.* 158. *n.* 2. & *conſil.* 220. *n.* 3. *lib.* 2. Crotus *conſil.* 286. *num.* 10. *lib.* 3. Socin. *Reg.* 389. *num.* 2. Lamberten. *De contrac. ſine ſolem. gloſ.* 1. *n.* 283. Boer. *deciſ.* 42. *num.* 38 qui alios refert. Anton. Gabr. *concluſ.* 1. *De præſcrip. init. lib.* 5. Nauar. *conſil.* 1. *num.* 6. *De præſcript.*

3 Alii vero procedunt cũ diſtinctione, quod ſcilicet non habeat locum præſcriptio longi temporis ſtante mala fide defuncti, habeat autem in pręſcriptione longiſſimi temporis. Ita Bald. *In l. Eum, qui. §. In hac & in l. Si ego. §. Partus. ff. De publ. & in l. Nihil. C. De vſucap. pro hęred.* Aret. *in l. Pomponius. §. Cum quis. ff. De acquir. poſſeſ.* Caſtrenſ. *conſil.* 81. *circa fin. lib.* 2. Corneus *conſil.* 16. *num.* 7. *lib.* 2. Socin. *conſil.* 203. *nu.* 2. *in fine lib.* 2. Paris. *cap.* 2. *n.* 12. *De pręſcript.* Traquel. *De pręſcrip. §.* 81. *gloſ.* 2. *num.* 4. Petrus Barboſa *in Rubrica De pręſcrip. nu.* 239. qui plura habet, ſed valde confusè loquitur, dum diſtinguit. Hoc autem ex eo deducunt quod ius canonicum non admittit præſcriptionem cum vera mala fides: ſecus autem, ſi ſit tantũ ficta; in hęredem autem deriuat tantum fictè mala fides defuncti, quatenus ſcilicet hæres eius perſonam repræſentat.

4 Verùm abſolutè tenendum eſt. *Quod hæres detecta mala fide defuncti, non poſſit pręſcriptione ſe tueri.* Ita Iaſ. *in l. Pomponius. §. Cum quis. num.* 22. *ff.* De *acquir. poſſeſ.* Ruin. *conſil.* 170. *num.* 35. *lib.* 2. Gozadin. *conſil.* 56. *num* 25. Butr. *in Cap. Si diligenti.* De *præſcrip.* Panorm. *ibid.* ver. *Sed circa prędicta.* & in *Cap. Nihil.* ver. *Succeſſor vero. eod. tit.* Alexan. *in l. Pomponius. §. Cum quis. nu.* 21. *ff.* De *acquir. poſſeſ.* Felin. *in Cap. Si diligenti.* De *præſcript.* Roman. *conſil.* 201. *num.* 1. vbi latè. Imola *in Repet. Cap. fin. poſt init.* De *pręſcrip.* Vaſquez *Illuſtrium controuer. cap.* 73. *nu.* 7. Couarru. *in Cap. Poſſeſſor. par.* 2. *§.* 9. *num.* 1. & 4. Caſtrenſ. *in l. Nunquã init. ff.* De *vſucap.* Panzirol. *conſil.* 192. *numer.* 11. Menoch. *conſil.* 231. *num.* 41. Honded. *conſil.* 89. *numer.* 7. Gratian. *Diſcep. forenſ. cap.* 203. *numer.* 15. Balb. *de pręſcrip. par.* 2. *par.* 3. *princip. quęſt.* 12. *num.* 12. ver. *Breuiter communis opinio.* Paris. *conſil.* 92. *num.* 37. *lib.* 3. Natta *conſil.* 162. *num.* 35. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 272. *numer.* 6. Curt. iun. *conſil.* 181. *circa fin. lib.* 2. Anton. Rubeus *conſ.* 13. *num.* 14. Capic. *deciſ.* 4. *nu.* 13. Rota *in Romana cenſus.* 25. *Iunij* 1640. *§. Secundo non obſtat.* coram Bichio & *in Biſuntina cenſus.* 27. *Nouemb.* 1645. *§. Nec viſa fuit.* coram Eminentiſſ. Corrado, & coram Eminentiſſ. Ottobono *Deciſ.* 137. *num.* 25. & alii plures præſertim apud citatos cum Gloſ. *magn. in l. Tutor rerum. ff.* De *adminiſtr. tut.*

5 Ratio deſumitur ex eo. Quod præſcriptio, quamuis inchoata ex perſona hæredis, habet tamen titulum vitioſum: & nullum, quia fundatur in iure hæreditario tranſmiſſo à defuncto, & ab eo incipit præſcriptio, & bona fides. Hic autem titulus eſt nullus, quia cum defunctus mala fide poſſideret, non potuit rem alie-

nã iure hęreditario traſmittere, ſed tranſmiſſio fuit omnino nulla. Ex titulo autẽ nullo non procedit præſcriptio. *l. fin. §. Sub autẽ conditione C.* Cõmunia *de legat.* Gloſ. *in Cap. 1. §. Præterea* verbo. *Pręſcriptione.* De *Capit. Conradi*, Dec. *conſil.* 144. *nu.* 3. Capel. Tholoſana *in addit. deciſ.* 398. Quia ſcilicet, quæ ſequuntur ex aliquo titulo, continuantur ratione eiuſdem tituli. *l. 1. C. De imponen. lucrat. deſcrip. lib.* 10.

6 Nec prodeſt reſponſio, quod titulus nullus vitiet præſcriptionem longi tẽporis: non autem præſcriptionem longiſſimi temporis, quia hæc nullum requirit titulum, ſed conficitur ſolo ipſo tempore. Quia valdè diuerſum eſt, quod præſcriptio longiſſimi temporis haberi poſſit ſine titulo, & aliud quod habeat titulum vitioſum, ſeu nullum. Primum facit, quod præſcriptio poſſit præſumi legitima; ſecũdum verò operatur, quod ex titulo deriuet vitium in ipſam præſcriptionem, vt proinde non ſit legitima. Vnde quod neque habeat locum præſcriptio immemorabilis, quando titulus fuit vitioſus, tradunt Gloſ. *in Cap. 1.* verbo. *Niſi.* De *pręſcrip. in 6.* Caſtrenſ. *conſil.* 423. *col. 2. lib. 2.* Paris. *conſil.* 27. *num.* 118. *lib. 1.* Craueta *conſil.* 290. *num. 6. vet. Secundo reſpondeo.* Decian. *conſ.* 117. *num.* 6. *lib.* 3. Rebuf. *De decim. quęſt.* 13. *num.* 92. Couarru. *Cap. Poſſeſſor. par. 2. §. 8. num.* 4. Palatius. *in Repet. Cap. Per veſtras not. 1. §. 1. nu.* 7. Menoch. alios referens *pręſump.* 131. *num.* 49. *lib.* 3. Capic. *deciſ.* 4. *nu.* 22. Molina *de Primogenit. lib. 2. cap. 6. nu.* 6. Cum enim præſcriptio innitatur titulo tamquam fundamento, & radici, vnde procedit, ſublato fundamento, neceſſe eſt, quod corruat tota præſcriptio. *l. Nam Origo. ff.* Quod *vi, aut clam & l. Egi tecum. ff.* De *excep. rei. iud.* & Cap. Cum *Paulus. 1. Quæſt. 1.* & Cap. 3. *De presbit. non baptizat.* Et vitiata radice vitiatur quicquid ab ipſa prouenit. *l. Si viua. C.* De *bon. mater.* & *l. 1. ff. De ſeruit. prædior. ruſticor.* & *l. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſd.* Neque obſtat. Cap. 1. De *Pręſcrip. in 6.* Quia ibi ſolum ſtatuitur, quod ad præſcriptionem immemorabilem non requiritur titulus. Non autem, quod ſi adſit, & conſtet, quod ſit vitioſus, valeat præſcriptio.

7 Et ex hoc ſequitur, quod huiuſmodi præſcriptio hæredis non poſſit ſeparari à poſſeſſione defuncti, & à titulo, quem ipſe habebat. Nam cum fundetur in titulo iuris hæreditarij, fundetur etiam in titulo, & poſſeſſione defuncti, quia ius hæreditarium eſt eſſentialiter relatiuũ ad ius defuncti, & ad titulum, quo ad ipſum pertinet hæreditas, quæ tranſmittitur, & cum ipſo eſſentialiter connectitur. Cum autem titulus defuncti, & poſſeſſio ſint cum mala fide, impediet præſcriptionem hæredis tanquam radicatam in mala fide iuxta *l. Cum hęrei. ff. De diuer. & tempor. pręſcrip.* Et ſicuti defuncto obſtaret mala fides, ne præſcriberet, ita etiam eadem mala fides defuncti obſtabit hæredi iuxta ea, quæ tradunt Caſtrenſ. *conſil.* 158. *nu.* 1. *lib.* 2. Alexan. *in l. Pomponius. §. Cumquis. n.* 21. *ff. De acquir. poſſeſ.* Crotus *conſil.* 286. *num.* 44. *lib.* 3. Vaſquez *de ſucceſ. creat. §.* 21. *númer.* 232. Et proinde cum neceſſariò debeat coniungi poſſeſſio hæredis ratione tituli hæreditarij cum poſſeſſione defuncti iniuſta, nõ valebit præſcriptio iuxta regulam *l. Pomponius. §. fin. ff.* De *acquir. poſſeſ.* & notant Bar. *ibid. nu.* 3. Natta *conſ.* 456. *num.* 16. *lib.* 2. Bald. *in l. Eum, qui. §. In hac, in fine. ff.* De *publiciana.* Niconitius *allegat.* 43. *num.* 32. *vbi latè.*

8 Et habet locum etiam ratio, qua vtuntur Burrius. *in Cap. Si diligenti.* De *præſcrip.* Abb. *ibid. vet. Sed circa prędicta* De *præſcript.* nempe quia, cum hęres detegat, defunctum mala fide poſſediſſe, nec potuiſſe ad ſe tranſmittere, tenetur exonerare eius animã, & reſtituere rem, cui debetur Cap. *fin.* De *ſepult.* & Cap. *In litteris.* De *raptoribus.* Et tradunt Felin. *in Cap. Si diligenti. num.* 6. De *pręſcrip.* Iaſ. *in l. Pomponius. §. Cum quis. num.* 22. *ff.* De *acquir. poſſeſ.* Alexan. *ibid. num.* 21. Dec. *conſil.* 272. *num.* 6. Curt. iun. *conſil.* 311. *num.* 36. *lib.* 3. Roman. *conſil.* 201. *num* 5. Paris. *conſil.* 92. *num.* 37. *lib.* 3. Caſtrenſ. *conſil.* 81. *num.* 5. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 118. *num.* 13. *lib.* 4. Natta *conſ.* 162. *nu.* 35. *lib.* 1. Caualcan. plures referens *deciſ.* 27. *num.* 30. & 32. Capic. *deciſ.* 4. *num.* 13. Adueniente enim ſcientia de mala fide defuncti reſoluitur titulus, quo cœpit hæres poſſidere, & totum quod inde

de ſequutum eſt, & ſubintrat obligat. o exonerandi conſcientiam defuncti tanquam annexa legitimo titulo hæreditario; ſi quidem omnes obligationes reales defunctorum tranſeunt in hæredem.

9 Quod autem reſpondet Petrus Barboſa *De præſcript. in Rubr. num. 264.* non ſubſiſtit. Nimirum, quod hæres non tenetur magis exonerare conſcientiam defuncti, quàm propriam. Propriam autem non tenetur exonerare, quia non retinet rem alienam, cum eam præſcripſerit, & ſequuta præſcriptione remanet exonerata conſcientia defuncti. Neque procedit deciſio *Cap. fin. De ſepult.* quia locum habet in defuncto, qui damnum intulit alteri, In præſenti autem caſu defunctus fuit tantum cauſa remota, non verò immediata, & proinde non dicitur intuliſſe dãnum iuxta Gloſ. *in Cap. De cætero. De homicid.* Nauar. *Cap. 27. Manual num. 119. in fine.* Hæc enim reſponſio aſſumit pro ſolutione, quod eſt in controuerſia, nempè quod hæres præſcripſerit, quod eſt id, de quo mouetur quæſtio: & conſtat ex dictis, quod impeditur præſcriptio hęredis ex mala fide defuncti. Et ideo ceſſat motiuum, ex quo excluditur obligatio exonerandi conſcientiam defuncti.

10 Rurſus etiam falſum eſt, quod nõ fuerit cauſa immediata damni ipſe defunctus, quia licet non præſcripſerit, retinuit tamen mala fide rem alienam, in quo peccauit contra iuſtitiam, & damnificauit dominum priuando ipſum toto tempore poſſeſſionis iniuſtæ, poſſeſſione, in quo læſit ius ipſius. Alioquin neque fur diceretur cauſa immediata damni, ſi rem furatam traderet alteri, qui bona fide acciperet, & poſſideret toto tempore neceſſario pro præſcriptione; ita vt non teneretur reſtituere, ſi viueret, donec eſſet completa pręſcriptio per donatarium, quia ratione præſcriptionis fuiſſet acquiſita donatario, & fur non teneretur; quia non eſſet amplius debita primo domino. Cum ergo ſit læſum à defuncto ius domini ratione retentionis iniuſtæ rei alienæ, remanet inæqualitas hæc, donec per reſtitutionem reducatur ad æqualitatem, atque adeo obligatio reſtituendi. Dein. Paſqualig. Quæſt. Select.

de etiam falſum eſt, quod non teneatur reſtituere, qui eſt cauſa remora, & mediata damni, alioquin qui furtum ſuaderet, non teneretur reſtituere, etiam ſi fur non reſtitueret. Tunc ergo, qui eſt cauſa remota, non tenetur ad damnam, quando non influit, quia tunc non eſt vera cauſa, ſed occaſio & in hoc caſu loquũtur Gloſ. & Doctores. Quando verò eſt cauſa influens, licet non immediata, tenetur reſtituere, non reſtituente eo, qui fuit cauſa proxima.

11 Ex quibus deducitur. Quod hæres detecta mala fide defuncti, quamuis in foro externo non poſſit de ipſa conſtare, tenebitur tamen in conſcientia rem proprio domino reſtituere, non obſtante quod elapſum ſit tempus neceſſariũ pro præſcriptione. Quia tunc cognoſcit, quod titulus, quo cœpit poſſidere, fuit tantum putatiuus, & præſumptus: & reuera nullus, & à quo non potuit incipere præſcriptio. Et ideo non poteſt cum bona conſcientia ſe fundare in ipſo pro retinẽda re aliena tanquam præſcripta, iuxta ea, quæ tradunt Dec. *in l. Si certis annis. n. 12. ff. De pact.* Faber. *in S. Præiudiciales, nu. 37. Inſtit. De act.* Alexan. *conſil. 69. col. 2. in fine. lib. 5.*

An dubius, num iuſtè poſſideat, poſſit rem alienam præſcribere. Quæſt. 146.

S V M M A.

1 *Dubius ab initio non incboat præſcriptionem*
Dubium non interrumpit præſcriptionem.
2 *Dubium quam præſcriptionem impediat.*
Aut omnem impedit, aut nullam.
3 *Non obſtante dubio de poſſeſſione incipit præſcriptio.*
Dubius poteſt retinere rem poſſeſſum.
In pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.
4 *Dubium non inducit malam fidem.*
Dubitans æquiparatur ignoranti, & cur.
5 *Dubium excludit malam fidem, & bonam inducit.*
Non tenetur quis ius ſuum relinquere.

1 COmmuniter Iuriſconſulti procedunt cũ diſtinctione, quod dubius ab initio, an res ſit propria, non poteſt inchoare præſcriptionem. Si tamen inchoata præſcriptione cum bona fide ſuperueniat dubium non impedire continuationem pręſcriptionis. Ita Bar. *in l. Naturaliter. num. 9. ff.* De *vſucap.* Claud. *ibid. num.* 8. Iaſ. *in l.* 3. §. *fin. nu.* 19. *ff.* De *acquir. poſſeſ.* Aret. *in l. Qui in Domini. in fine. ff.* De *teſtamen.* Angel. *in l. Super.* ver. *Dixi ſecundo.* C. De *præſcrip. longi tempor.* Panorm. *in Cap. fin.* ver. *Ad illud, de eo.* De *præſcrip.* Cephal. *conſil.* 40. *num.* 20. *lib.* 1. Paris. *in Cap. fin. num.* 8. De *præſcrip.* Natta *conſil.* 456. *num.* 12. *lib.* 2. Couaruu. *in Cap. Poſſeſſor. par.* 2. §. 7. *nu.* 3. Lamberten. *de Contract. ſine ſolem. fac. gloſ.* 3. *numer.* 76. Vaſquez *Illuſtr. quęſt. cap.* 77. *numer.* 2. Balb. *de Pręſcrip. par.* 3. *par.* 6. *princip. quæſt.* 2. *num.* 5. Et ex Theol. *Maior in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 12. Adrian *quæſt. de reſtit.* §. *Queritur, vtrum.* ver. *Hoc ſuppoſito.* Sotus *lib.* 4. *de Iuſt. & iure. quæſt.* 5. *ar.* 4. Molina *de iuſt. & iure. diſp.* 63. Fundamentum huius ſententiæ eſt. Quia ad inchoandam præſcriptionem requiritur bona fides. Cap. *fin.* De *pręſcrip.* Dubium autem impedit bonam fidem poſitiuam. Si autem ſuperueniat dubium, non interrumpit præſcriptionẽ, quia dubium non eſt mala fides, neque ſi adſit, illam deſtruit.

2 Secundò alii putant, quod dubiũ impediat præſcriptionem longi temporis, non autẽ præſcriptionem longiſſimi temporis. Ita Gloſ. *fin in Cap. fin.* De *pręſcript.* Abbas *ibid. num.* 40. Imola *num.* 46. Iaſ. *in l. Quandiu. num.* 6. C. Qui *admitti.* Barboſa *de Pręſcript. in Rubr. num.* 289. Verum hæc opinio ex ſeipſa corruit. Quia ſi dubium impedit præſcriptionem lõgi temporis, operatur, vt non poſsit incipere ſtante tali dubio. Si enim inciperet, perduceretur etiam ad finem, ſi autem impedit; impediet etiam præſcriptionem longiſſimi temporis, quia ſemper obſtabit, ne incipiat, & ſi non obſtat, ne incipiat præſcriptio longiſſimi temporis, nec etiam obſtabit, quin incipiat præſcriptio longi temporis.

3 Tenendum tamen eſt abſolutè. *Quod poſita poſſeſſione incipiat pręſcriptio non obſtante dubio, an res ſit alieni iuris.* Hoc ſequitur ex communiſſima Doctrina, quod in dubio melior ſit codicio poſſidentis, & proinde, quod non obſtante dubio poſsit retinere rem poſſeſſam. Quâ tradunt. Gloſ. *in Cap. fin. verbo. Nulla temporis.* De *pręſcript.* Alexan. *in l.* 3. §. *Genera. ff.* De *acquir. poſſeſ.* Medina *Cod.* De *reſtit. quęſt.* 17. Tabiena *verbo.* Præſcriptio. *numer.* 10. ver. *Nono.* Sylueſter. *ibid. quęſt.* 3. ver. *Tertium.* Angles *in Florib. par.* 2. *quęſt. de pręſcript. ar.* 2. *difficul.* 2. Cened. *Collect. iur. canon.* 60. *num.* 5. Valentia. *tom.* 3. *diſp.* 5. *quęſt.* 6. *pun.* 5. Salon. 2. 2. *quęſt.* 5. *de domin. ar.* 7. *quęſtiunc.* 3. Sayr. *li.* 1. *Clau. reg. cap.* 13. *num.* 14. Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 10. *num.* 9. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 66. *cap.* 7. *n.* 36. Martinez *qu.* 19. *ar.* 6. *dub.* 5. *concluſ.* 2. Salas *tract.* 8. *quęſt. vn. ſect.* 26. *num.* 226. Merol. *tom.* 1. *theol. moral. diſp.* 3. *cap.* 3. *dub.* 1. *num.* 6. Molina *tom.* 3. *de iuſt. & iure diſp.* 721. *nu.* 4. Bieſſerus *de conſcient. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 21. Bardus *eod. tract. diſcep.* 6. *cap.* 9. §. 1. *numer.* 3. Bannes 2. 2. *quęſt.* 62. *ar.* 6. *dub.* 5. *concl.* 4. Azor *par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *quęſ.* 5. Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 1. *difficul.* 20. *n.* 1. Sanchez *in ſelect. de ſacram. diſp.* 43. *nu.* 11. Del Bene *tract.* 3. *moral. de conſcient. dub.* 17. *num.* 8. & alii plures. Cum enim dubium operetur, vt non conſtet, cuius nam res ſit, poſſeſsio illam adiudicat poſſidenti, & ſubintrat Regula Cap. *In pari.* De *regul. iur. in* 6. Quod in pari cauſa melior eſt conditio poſsidentis. Accedit etiã, quod retinẽdo rem, de qua poſsidens dubitat, an ſit ſua, nullius ius lædit, quia nõ conſtat de iure alieno ad ipſam, & proinde non facit contra iuſtiriam, nec peccat.

4 Ex hoc ergo fit. Quod ſtante huiuſmodi dubio non habeat locum mala fides: neque enim dubium inducit malã fidem, vt notant Bal. *in Cap. Si diligenti. num.* 7. De *pręſcript.* Decian. *conſil.* 124. *n.* 58. *lib.* 3. quia mala fides fundatur in cognitione, quod res ſit aliena, quam excludit dubium: ſi enim ſciret, eſſe alienũ, non dubitaret. Imo ignorat, eſſe alienam, ſi quidem ſolum dubitat, quod poſsit eſſe aliena. Et ideo dubitans æquiparatur

igno-

ignoranti. *l. Maniſeſtiſſimè. §. Sin autem dubiat.* C. *De furtis.* & notant communiter Doctores. Iaſ. *in l. Quamdiu. num. 2.* C. Qui *admitti.* Decian. *conſil.* 39. *num.* 21. *vol.* 2. Bald. *conſil.* 298. *in fine. lib.* 1. Bec. *conſil.* 111. *num.* 11. Surd. *conſil.* 379. *n.* 18. Sarmien. *Cap.* 10. *num.* 5. *lib.* 2. *ſelect. Interpret.* Neque enim dubitans ſcit id, de quo dubitat, ſi enim ſciret, excluderetur dubium. Si autem neſcit, ignorat, & proinde dubitans habet neceſſariò annexam ignorantiam de eo, de quo dubitat.

5 *S*tante ergo dubitatione, & ignorantia remanet excluſa mala fides, quæ ſola impedit præſcriptionem iuxta Cap. *fin.* De *præſcrip.* Imò conſurgit bona fides practica poſitiua, quia cum dubitans poſſit formare cōſcientiam practicam, quod ſibi liceat retinere rem poſſeſſam, non obſtante dubio, an ſit ſua, formas etiam bonam fidem poſitiuam, qua credat iure retinere iuxta Cap. *Si virgo.* 24. *Queſ.* 1. ibi. *Sicut in iure prædiorum tandiù quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſimè dicitur, quandiù ſe poſſidere ignorat alienam.* & notāt Bald. *in Cap. fin. nu.* 7. De *conſuet.* Iaſ. *in l.* Quam*diù. num.* 6. *in fine.* C. Qui *admitti.* Abbas *in Cap. fin. numer.* 4. De *præſcrip.* Nauar. *in Cap. Si quis autem. n.* 89. *De pœnit. Diſt.* 7. Tunc enim fides eſt bona, quando eſt ſecundum ius; ius autem concedit vnicuique ius ſuum conſeruare, quandiù do oppoſito conſtet, aut per ſententiam, aut alio modo *l. Illud.* §. 1. *ff.* De *petit. hæred.* Cū ergo concurrat bona fides, non obſtat quicquam præſcriptioni dubiū de legitima poſſeſsione.

An præſcriptio habeat locum inter ſupremos principes. Quæſt. 147.

S V M M A.

1 *Præſcriptio eſt inducta ad tollendas lites.*
2 *Præſcriptio non habet locum inter ſupremos Principes.*
3 *Præſcriptio eſt inducta à iure Ciuili.*
4 *Principes quomodo vtantur iure ciuili.*
5 *Præſcriptio tollit ius, & dominium ab vno, & transfert in alium.*
Præſcribens vtitur iure prioris Domini.
6 *Præſcriptio nec quò ad materiam eſt de iure gentium.*
7 *Pars vnius prædij vi fluminis alteri adducta quando fiat domini huius prædij.*
8 *Subditi quò iure præſcribant contra principem.*
9 *Pacta obligant Principes.*
Vetuſtas habet vim pacti, & in qua materia.
10 *Vetuſtas habetur pro veritate.*
11 *Præſcriptio cur non ſit introducta inter Principes.*

1 VIdetur affirmatiuè reſoluendum. Cum prꝗſcriptio inducta ſit ob publicum bonum ad tollendas lites. *l. fin. ff.* Pro *ſocio.* Hic autem finis habet locum ſpeciali modo quò ad Principes ſupremos, qui non litigant coram iudice, ſed armis & bello, quod valdè damnoſum eſt cōmunitati. Et ideo ad euitandas lites, quæ armis deciduntur, neceſſaria erit præſcriptio. Et ita tenēt Serap. Freitas De *imperio Aſiat. cap.* 15. *n.* 2. Petrus GilKen. *de prꝗſcr. par.* 3. *cap.* 11. Solarzan. *De iure Indiar. l.* 3. *c.* 3. *n.* 12. Et videtur deſumi ex iis, qui volunt, præſcriptionem eſſe iuris Gentium, vt Iaſ. *in l. Ex hoc iure. numer.* 46 *ff.* De *iuſt. & iure.* Couaruu. *in* Reg. *Poſſeſſor. par.* 1. §. 1. *num vlt* & *Cap.* 5. *Variar. in fine. lib.* 1. Pichard. *in* Rubr. *num.* 19. Inſtit. De *empt. & vendit.* Valaſc. *De iure Emphyt. quꝗſt.* 3. *numer.* 3. Pinel. *in Rubr.* C. De *reſcind. vendit. par.* 1. *cap.* 1. Petra *de Poteſt. Princip. cap.* 25. *num.* 34. Aegid. Benedict. *in Reg. Ex hoc iure. cap.* 8. *num.* 6. *ff.* De *iuſt. & iur.*

2 Tenendum tamen exiſtimo. *Quod prꝗſcriptio non habeat locum inter ſupremos Principes.* Et proinde non poſſe hoc modo acquirere dominium vnum contra alium. Ita Ferdinan. Vaſquez *Controuer. illuſ. cap.* 55. *n.* 28. & *cap.* 89. *n.* 32. Hoc autem intelligitur quò ad ſupremos Principes, quatenus tales ſunt, & quò ad ea, quꝗ iure regni cenſentur, non iure priuatorū, vt ſunt Ciuitates, prouinciæ &c. Nam ſi cenſeantur iure priuatorū, ſuberunt legibus quibus vtūtur priuati, atq. adeo etiam legi præſcriptionis, Quod non ſolum locū

habet

habet inter Principem, & ſubditos, ſed etiam inter principes ipſos ſupremos.

3 Ratio eſt. Quia pręſcriptio eſt inducta à iure ciuili *l.1.& l.3.ff.De Vſucap.* & notant cõmuniter Doctor. Azo *in ſum. C.De vſucap.Pro empt.* Bald. *in Repet. l.1. longè poſt init. C. De emancip. liber.* & alii cum Gloſ. *in l.1.init.ff. De acquir. poſſeſ.* & *in l. Ex hoc iure.ff.De iuſt. & iur.* Et proinde extenditur tantum ad eos, pro quibus eſt poſitum ius ciuile. Non eſt autem poſitum pro ſupremis principibus, quia cum non recognoſcant ſuperiorem non potuerunt ſubdi iuri ciuili; vt enim ſubderentur, opus eſſet ſuperiore, qui eos ſubiiceret ſuis legibus, atque adeo etiam legibus diſponentibus de præſcriptione.

4 Nec dici poteſt, quod ipſi ſe ſubiecerint iuri ciuili, dum communiter illo vtuntur in ſua ditione. Quia aliud eſt, quod illud amplexi ſint in ordine ad regimen ſubditorum; & aliud, quod illi ſe ſubiecerint quò ad commercium, quod intercedit inter ipſos principes. Hoc ſecundum non eſt verum quò ad ea, quæ iure regni cenſentur, quia exercent commerciũ inter ſe ſecũdum ius naturale, & ius gentium: ſed ſolum, quò ad ea, quæ cenſentur iure priuatorum. Et ideo cum ſecundum hæc iura non habeat locum pręſcriptio, nec etiam habebit, quò ad ſupremos principes, quò ad ea, quæ iure regni cenſentur.

5 Accedit etiam, quod præſcriptio tollit ius ab eo, contra quem præſcribitur, & tranſfert dominium in pręſcribentem. Authen. *Niſi tricennale. C. De bon.mater.* & notant *ibi.* Bald. ver. *Modo quæro.* & cæteri Doctor. Iaſ. cum aliis. *in l. De quibus. ver. Secunda eſt opinio. ff.* De legib. Pennia *in l. fin. num.42.C. De locat. præd.ciuil. lib.* 11. Balb. *de Pręſcrip. par. 1. princip. quæſt.* 10. *num.* 12. & communiter. Et proinde præſcribens vtitur omni iure prioris domini Cap. *Ad audientiam. De præſcript.* Vnde, vt poſſit pręſcriptio locum habere, requiritur aliqua auctoritas, quæ poſſit diſponere circa ius, & dominium rerum, quæ præſcribuntur, & cui ſubſint ij, inter quos currit præſcriptio. Nulla autem talis auctoritas eſt quò ad Principes ſupremos: alioquin non eſſent ſupremi.

6 Dices. Præſcriptionem quò ad temporis limitationem eſſe quidem de iure ciuili, non tamen quò ad materiam, & ideo habere poſſe locum etiam inter ſupremos Principes. Quod, autem quò ad materiam non ſit de iure ciuili, ex eo cõſtat, quia iure gentium dominium acquiritur. Reſp. Quod vt non habeat locũ inter ſupremos Principes, ſufficit, ſi definitio temporis ſit de iure ciuili. Quia cum non adſit quò ad ipſos communis poteſtas ſuperior, nec etiam poteſt definiri tẽpus, & ideo nec perfici præſcriptio. Deinde falſum eſt, quod ſit de iure gentium quò ad materiam; nam licet iure gentiũ acquiratur dominium, non tamen per ipſum acquiritur omnibus modis, quibus poteſt acquiri, alioquin omnis tranſlatio dominii eſſet de iure gentium, quod eſt manifeſtè falſum. Dominium ergò, quod in præſcriptione de vno transfertur in alium, eſt effectus legis ciuilis, quæ ſtatuit, quod poſſeſſor bonæ fidei tãto tempore poſſidens acquirat dominium; & ideo acquirere dominium ex hac cauſa, non eſt de iure gentium.

7 Nec obſtat *l. A leo.§. Pręterea. ver. Planè. ff. De acquir. rer. domin.* Quia ibi diſponitur, quando pars vnius prædii diſtracta à flumine, fiat domini illius prædii, cui adiungitur. Et ratio, quam affert Petra *de poteſt. Princip. Cap* 25. *numer.* 34. nempe, quod in illo titulo paſſim tractetur de acquiſitionibus, quę ſunt iuris gentium; & proinde hæc quaque ſit talis, valde infirma eſt. Quia, cum in eodem titulo tractetur etiam de acquiſitionibus iuris ciuilis, nõ valet conſequentia, quod prædicta ſit iuris gentium. Rurſus probãdũ eſſet, quod ſit acquiſitio ex præſcriptione, quod probari non poteſt, cum cõſtet non inniti bonę fidei poſſeſſoris. Imò neque poſſideatur, quia poſſidetur adhuc ab eo, à cuius prædio detracta eſt, vt ibi dicitur & ſolum tutu fit illius, cuius prędio appoſita eſt; quãdo arbores, quas ſecum traxit in alieno fundo radices egerunt, vt ibi ſtatuitur.

8 Rurſus poſſet aliquis occurrere ex eo, quod ſubditi pręſcribunt contra Principem

cipem ſupremum tam proprium, quam alienum. *l. In omnibus*, & *l. Intra quattuor. ff.* De *diuer. & temp. præſcrip.* & *l. 2* C. De *veſtig. & com.* & Cap. *Cum nobis.* & Cap. *Ad audientiam*, & Cap. *Diligenti. De præſcrip.* Et notant Abbas *conſil. 82. lib. 1.* Socin. *Regul. 28.* Tuſch. *littera P. concluſ. 534. num. 13.* Vnde etiam poterunt Principes inuicem præſcribere, ita vt hoc non impediatur ex eo; quod non habeant communem ſuperiorem, cuius auctoritate præſcriptio ſtabiliatur, nam neque etiam ſupremus princeps, & ſubditus illum habent. *Reſp.* negando illationem, quia eſt diuerſa ratio. Nam ſubditi præſcribunt contra ſupremum principem ea, quæ iure priuatorum cenſentur, nō autem, quæ cenſentur iure regni, atq. ea, quæ regulātur iure ciuili, ſecundū cuius diſpoſitionē, & legum propriarum venit Princeps in commercium cum ſubditis. Et ſecūdum hæc quoque locum habet præſcriptio inter ſupremos principes, vt dictum eſt. Quia quò ad ipſa ſe ſubdunt iuri ciuili, quod perinde eſt, ac ſi habent ſuperiorē imponentem idem ius. Quò ad ea verò, quę cenſentur iure regni, nec habent ſuperiorem, nec ſe ſubdunt iuri ciuili, ſed tantum iuri naturali, & gentium.

9 Præterea obiici poteſt, Pacta, & cōtractus obligant Principes, *l. Cæſar. ff.* De *publican.* & Cap. 1. *De probat.* Imò cenſentur habere vim legis *l. Donationes, quas Diuus.* C. De *donat. inter.* Vetuſtas autem habet vim pacti, & conſtituti, & legis *l. Hoc iure. §. Ductus aquę. ff. De aqua quotidiana, & ęſtiua* & *l. In ſumma. init.* & *§. 1.* & *l. fin. ff.* De *aqua pluu. arcen.* & *l. Quo minus. ff. De flaminib.* & notant Bart. *ibid. numer. 99.* Anton. Gabr. *Commun. opinion. concluſ. 1. num. 76. De præſcript.* Sed neque hęc vrgent. Nam in citatis tex. conſideratur vetuſtas in ordine ad ea, quę reguntur iure priuatorum, & proinde in quibus præſcriptio locum habere poteſt; Vnde ſolum ex ipſis colligitur, quod vetuſtus inducat præſcriptionem, & proinde ſupponit perſonas eſſe ſubiectas legibus præſcriptionis. Vnde ex his textib. arguere, eſſet ſupponere, quod cōtrouertitur, nēpe principes ſupremos eſſe ſubiectos legibus præſcriptionis. Deinde loquuntur de vetuſtate, cuius initii memoria non extat: & conſequenter ignoratur, an ius poſſidendi fundetur in præſcriptione, an in alio titulo.

10 Et ſi inſtetur, quod vetuſtas habetur pro veritate, vt tradunt Bald. *in l. Cum cauſam. numer. 5. De probat.* Felin. *in Rubr. De præſcrip. num. 3.* ver. *Fallit.* & *in Cap. Cum acceſſiſſent. num. 48. De conſtit.* Paris. *conſil. 27. nu. 33. vol. 1.* Socin. *conſil. 86. num. 12. lib. 1.* Peregrin. *de iure fiſc. lib. 8. n. 12.* qui alios citat. *Reſp.* Hos Doctores loqui de vetuſtate, in qua fundatur præſcriptio, quæ proinde facit, quod titulus habeat rationem veri tituli tanquam a iure introductus. Vnde ſupponunt introductam præſcriptionem, & proinde loquuntur in illa materia, & quò ad illas perſonas, in quibus locū habet præſcriptio ex diſpoſitione iuris. Vnde ex hoc nō licet inferre, quod præſcriptio habeat locum inter ſupremos principes ratione vetuſtatis: ſed deberet, hoc aliunde probari. Si verò vetuſtas ſit abſque initio memoriæ, tunc habetur pro veritate, quia non poteſt de oppoſito conſtare: vnde nullo modo inducit præſcriptionem rei alienæ.

11 Ad rationem dubitandi. Vtilem quidem futuram præſcriptionem ad bella virāda, ſi inter ſupremos principes poſſet introduci. Sed non poteſt introduci, quia non habent ſuperiorem à quo introducatur per legem ipſis communem. Sed ſolum communi pacto poſſet introduci, quod tamen pactum non eſt, cum praxis oſtendat, quod inuicem repetunt, quando ſe offert occaſio, quę alius vltra centum annos poſſedit. Tum quia principes iura principatus ſemper manutenent, & in tantum non vindicant bello, in quantum non habent commoditatem. Vnde nunquam locum habet bona fides poſſidentis, nec patientia, aut negligentia illius, qui ius habet vindicandi.

An

An hæres eccleſiaſticus poſſit ſine ſolemnitate alienare bona prohibita alienari ob ſoluenda debita defuncti. Quæſt. 148.

S V M M A

1 *Bona hæreditaria fiunt patrimonium adeuntis hæreditatem.*
2 *Pro alienandis bonis de hæreditate ad ſoluenda debita non indiget eccleſiaſticus hæres cõſenſu Apoſtolico.*
Hæreditas includit onera, debita, &c.
Appellatione bonorum veniunt, quæ ſuperſunt ære alieno deducto.
4 *Detractio æris alieni diminuit hæreditatem.*
Teſtator tacitè committit alienationem bonorum pro ære alieno.
Et commiſsio habetur pro expreſſa.
4 *Adiens hæreditatem cum creditoribus quaſi contrahit, & quomodo.*

1 PRo parte negatiua facit, quia ſtatim adita hæreditate bona in ipſa reperta fiunt patrimoniũ hæredis *l.1.§.Veteres, ff.* De acquir.poſſeſ. & notant Doctores Gloſ. *ibid.* verbo *Per vnum.ver. At poſt aditam* Iaſ. *ibid. num.*14. Menoch. *conſil.*124. *numer.*5. Barboſa *in Rubr. par.*4.*nu.*19.*ff.* Soluto *matrim.* Graſſ. *de ſucceſſione.§.Hæreditas.quæſ.*2.*nu.*1. Rota *in Bononienſi hæredit.de Armis.*18.*Aprilis.*1622.coram Merlino, quæ eſt *deciſ.*22. *in impreſſis ipſius.* Adita ergo hæreditate non erunt amplius bona hæreditatis, ſed eccleſiaſtica, & ideo erit neceſſarius conſenſus Apoſtolicus, vt poſſint alienari.

2 Oppoſitum tamen reſoluendum videtur. *Nempe non eſſe neceſſarium, vt poſſint alienari, conſenſum Apoſtolicum.* Quia licet hæreditas comprehendat etiã debita, & quicquid oneris ipſi ineſt, & cũ his omnibus deferatur ad hæredem iuxta *l.Hæreditatis.ff.* De *verbor.ſignificat.* Per ipſam tamen aditionem non cenſentur acquiri hæredi, niſi illa bona, quæ remanent deducto ære alieno. Quia inter bona ea tantum computantur, quæ ſuperſunt ære alieno deducto *l, Sub ſignatũ. §.Bono.ff.*De *verbor. ſignificat.* Vnde quatenus neceſſaria ſunt pro ſoluẽdis debitis non acquirũtur abſolutè, ſed ſolum in ordine ad extiguenda debita; & ideo eſt acquiſitio temporanea, & ex vi eiuſdem hæreditarii iuris reſolubilis. Et proinde talia bona delata ad hęredem eccleſiaſticum non incorporantur patrimonio Eccleſiæ, nec fiunt bona eccleſiaſtica, ita vt pro ipſorum alienatione ſit neceſſarius conſenſus Apoſtolicus.

3 Præterea, Detractio æris alieni diminuit hęreditatẽ, *l. Papinianus.§.Quarta.ff. De inoffic.teſtam.*& *l. In reſtituenda:* C. De *petit.hęred.* & *l.* 1. C. Ad *Trebel.*& ideo operatur, quod quamuis, quæ detrahuntur ſint in hęreditate, non poſſint tamen incorporari bonis hæredis tamquam alteri reſtituenda. Ex quo fit, quod alienatio horum bonorum non ſolum ſit neceſſaria, ſed etiam ſit facienda in virtute eiuſdem hæreditatis, atque adeo ex commiſſione ſaltem tacitą teſtatoris, quæ tamen in hoc caſu habetur pro expreſſa *l.Inter veſtem.ff.* De *auro, & argent.leg.* & *l.In conditionibus.ff. De condit.& demonſt.* & *l.Lucius.§.Maritus.ff.* Ad *Trebel.* Vnde non tam eſt alienatio hæredis, quàm defuncti, ſi quidem hęres tantum exequitur tacitam diſpoſitionem defuncti, quę proinde impedit, ne bona alienanda fiant bona Eccleſiaſtica; atque adeo tanquam alienatio de bonis laicalibus, & diſpoſita à defuncto non requiret ſolemnitatem conſenſus Apoſtolici.

4 Deniq. Adiens hæreditatem cum creditoribus dicitur quaſi contrahere. *§.Hæres.* Inſtit. *De obligat.quę ex quaſi cõtrac.naſcun.*& *l. Apud. Iulianum.ff.* Quib. *ex cau.in poſſ.ſ.eatur.* & notant Caſtrenſ. *conſil.*259.*nit.lib.*1. Rota *deciſ.* 297. *nu.*3. *par.*4. Diuer. & *deciſ.*477.*num.*4.*par.*2. Recent. & coram Caualero *deciſ.* 272. *nu.* 2. & coram Pennia *deciſ.*1223.*numer.*5. Hic autem quaſi contractus in eo conſiſtit, quod aditio hæreditatis obligat adeuntẽ ad reddendum vnicuique, quod ſuum eſt; & ſoluendum, quod de bonis defuncti debebatur. Vnde in ipſa aditione hęreditatis incipit alienatio cum ſuſcipiatur obligatio alienandi; atque adeo bona hære-

hæreditaria tranſeunt in poteſtatem hæredis tanquam obligata alienationi. Et ideò poſtea non tam alienat, quàm exequitur obligationem ſuſceptam alienandi pro ſoluendis debitis, Ex quo fit, quod hæres eccleſiaſticus non indigeat conſenſu Apoſtolico pro alienandis bonis neceſſarijs pro ſolutione debitorum non ſecus, ac non indiget pro ſoluendis legatis, etiā ſi eſſet conſignandum aliquod corpus de bonis hæreditarijs.

An hæres, cui teſtator oretenus commiſit reſtitutionem hæreditatis, teneatur reſtituere, ſi ſit abſolutè inſtitutus, & non fiduciariè. Quæſt. 149.

S V M M A

1 *Hæres fiduciarius tenetur reſtituere, nec poteſt quicquam ſibi retinere.*
2 *Condere teſtamentum indulgetur ex æquitate.*
3 *Confidentia oretenus expreſſa hæredi reddit fiduciarium.*
Declaratio ineſt diſpoſitioni declaratæ.
Cenſetur emanaſſe ſimul cum ipſa.
4 *Voluntas teſtatoris accipit declarationem ex ijs, quæ ante, vel poſt dixit, vel fecit.*
5 *Hæres promittens teſtatori reſtituere hæreditatem, tenetur ex pacto.*
Pacta omninò ſeruanda.
6 *Vltima voluntas legitimè inuoteſcens eſt ſeruanda.*
Duo teſtes ſufficiunt pro declaratione facta à teſtatore ſua vltima voluntatis.

1 SI teſtator inſtituat aliquem hæredem, nec in teſtamento exprimat aliquid, ex quo arguatur velle, eſſe tantum fiduciarium hæredem, ſed ſolum voce notificet volūtatem ſuam de reſtituēda hæreditate certæ perſonæ, dubitatur, an teneatur reſtituere, præſertim in foro conſcientię; fieri enim poteſt, quod pro foro externo non poſſit conſtare de volūtate teſtatoris. Reſolutio autem difficultatis pendet ex eo, an ſit fiduciarius hęres. *Si enim eſt hæres fiduciarius, tenetur reſtituere, nec poteſt quicquam ſibi retinere* iuxta ea, quæ tradunt Gloſ *in l. Fidecommiſſariam. §. vlt. ff* Ad *Trebel.* Apoſtil. *ad Gloſ. in l. Seius Saturninus*, verbo. *Fiduciarium. eod. tit.* Budeus. *in Adnotat. ad Pand c. adl.* 2. *init. ff.* De *orig. iur.* Menoch. *conſil.* 1135. *nu.* 16. Peregrin. *de* Fideicom. *ar.* 3. *num.* 19. Rota coram Caualer. *deciſ.* 284. *num.* 3.

2 Quod autem non ſit hæres fiduciarius, ex eo videtur concludi, quod in teſtamento nihil exprimat de confidentia, nec ſufficiat, quod voce confidat Nā cum de iure non poſſit diſponere teſtamentaliter, ſed tantum ex ęquitate iuris, quod indulget, vt diſponat teſtator de propriis bonis pro tempore, pro quo non erūt ſub ipſius dominio, nempe poſt mortem, vt tradūt Abbas *in Rubr. De teſtam.* Decius *in l. Eam, qui. ff.* De *iuriſdic. omn. iud.* & *in Rubr.* C. Qui *teſtam. fac. poſ.* Portius. §. 1. Inſtit. *de Teſtam.* Padil. *in l. Cum quis. num.* 12. *ff. De iur. & fac. ignor.* teſtās de communi. Matienzo. *l.* 1. *gloſ.* 10. *num.* 17. *tit.* 4. *De teſtam. lib* 5. *Recopilat.* Paſch. *De virib. Patrię poteſt par* 2. *cap.* 8. *numer.* 1. Vnde cum poteſtas diſponendi poſt mortem ſit coarctata ad teſtamentum, quod diſponitur extra teſtamentum non habebit locum, quia nulla alia diſpoſitio conceditur.

3 Verum tenendum eſt. *Eſſe propriè fiduciarium, & proinde teneri reſtituere hæreditatem iuxta voluntatem teſtatoris.* Ratio eſt. Quia vocalis confidentia de reſtituenda hæreditate importat declarationem voluntatis teſtatoris cum qua inſtituit hęredem; declarat enim teſtator qualitatem, ſecundum quam, eum inſtituit hęredem. Vnde quamuis non exprimatur in teſtamento, ineſt tamen vltimæ voluntati, quæ in teſtamento exprimitur, cum hoc ſit de natura declarationis, vt inſit diſpoſitioni, quæ declarauit *l. Aſſe toto. ff.* De *hęred. inſtit.* & *l. Vnum ex familia. §. Si de Falcidia. ff.* De *leg.* 2. & *l. Hęredes palam. §. Si quid poſt. ff* De *teſtam.* & *l. Adeo. §. Cum quis. ff.* De *acquir. rer. domin.* & Clemen. 1. De *iurepatron.* & obſeruant communiter Doctores, quos plena manu citaui in *Quæſt. canon.* 61. *num.* 7. *Centur.* 1

Atque

Atque adeo cenſetur cōtineri ſub eadem diſpoſitione, & ſimul cum ipſa emanare, vt de declaratione legis obſeruant Anton. Gabr. concluſ. 3. numer. 9. De regul. iur. vbi plures alios citat. Gratian. diſcept. for. cap. 147. num. 2. Surd. deciſ. 21. per totam. Mantica de Conniectur. vlt. volunt. lib. 1. tit. 16. num. 7. Vnde dicta declaratio confidentiæ tanquam ea, quę ineſt diſpoſitioni teſtamentariæ, & cum ipſa emanat, ſortiri poteſt ſuum effectum.

4 Ex quibus conſtat, quomodo in vigore diſpoſitionis teſtamentariæ ſit hęres fiduciarius, & non in vigore alterius diſpoſitionis, quæ non ſit conceſſa teſtatori. Inſtitutio enim non eſt ex mente teſtatoris, niſi inſtitutio hæredis fiduciarii ſtante præcedente declaratione teſtatoris. Solum videtur obſtare poſſe, quod qualitas hęredit fiduciarii non tranſeat in diſpoſitionem teſtamentariam, & proinde non habeat locum. Nam licet non tranſeat de per ſe, tranſit tamen vt inhærens inſtitutioni hęredis, cum oretenus ſe declaret, quod intendit conſtituere hæredè talis qualitatis. Et cum voluntas teſtatoris accipiatur cum ea interpretatione, quam recipit ex iis, quæ teſtator dixit, aut fecit ante, & poſt teſtamentum vt tradūt Bart. in l. 2. numer. 40. ff. De vulg. & pupil. ſubſtit. Ruin. conſil. 92. num. 5. lib. 2. Alex. conſil. 100. num. 11. lib. 4. Paris. conſil. 79. nu. 12. vol. 2. Socin. iun. conſil. 32. numer. 12. lib. 4. Surdus cum aliis conſil. 412. numer. 66. & in terminis hęredis fiduciari Rota deciſ. 381. num. 9. coram Caualero. Cum ergo hæredi conſtet, quod ſit fiduciarius ex declaratione facta à teſtatore; tenetur cum eadem qualitate fiduciarii accipere inſtitutionem de ſe factam.

5 Et hoc à fortiori habet locum, ſi hæres promittat teſtatori exequi ipſius voluntatem ſibi declaratam iuxta ea, quę tradunt Sotus lib. 4. de iuſt. & iure. quæſt. 5. ar. 3. ver. Tertiò arguitur. Sanchez lib. 4. conſil. moral. cap. 1. dub. 14. num. 15. Matienzo. lib. 5. nouę Recopilat. tit. 4. de teſtam. l. 1. gloſ. 10. num. 29. Ripoll. in Var. reſolut. cap. 13. de teſtamen. num. 283. Declaratio enim teſtatoris iuncta cum promiſſione hæredis facit, quod interueniat pactum, quod inter viuos perficitur; & ideo etiam ex vi pacti remanet hæres obligatus ad reſtituendam hęreditatem iuxta mentem teſtatoris. Pacta enim ſunt omninò ſeruanda l. 1. ff. De pact. & l. Cum amplius in fine. ff. De reg. iur. & Cap. 1. De regul. iuris.

6 Atq; ſupradicta habent etiā locum, ſi hæres inſtitutus ſit abſēs, ſi illi per teſtes innoteſcat mens teſtatoris. Quando enim vltima voluntas innoteſcit legitimè, eſt omninò ſeruanda Cap. Cum eſſes. & Cap. Relatum. 1. De teſtamen. Vt autem legitimè innoteſcat, ſufficiunt duo teſtes l. Si quis. reum. §. fin. & l. Aurelius. §. Filius. ff. De liber. legat. & iuxta ea. quæ tradunt Bar. in l. 2. init. & num. 39. ff. De vulg. & pupil. ſubſtit. Surd. conſil. 129. numer. 29. Hond. conſil. 51. numer. 76. lib. 2. Gratian Diſcep. forenſ. cap. 650. numer. 14. Theſaur. deciſ. 197. Rota deciſ. 765. numer. 7. par. 3. Recent. & deciſ. 257. num. 9. par. 7. & coram Caualero deciſ. 381. num. 6. & coram Merlino deciſ. 812. numer. 12. & coram Eminentiſſ. Otthobono. deciſ. 67. num. 16. & in Auenionienſi fideicommiſſi. 9. Decemb. 1637. coram Eminentiſſ. Panzirolo. Non enim agitur de diſpoſitione teſtamentaria, vt proinde requirat teſtes neceſſarios pro teſtamēto, ſed de declaratione diſpoſitionis, quæ proinde nō requirit eamdem ſolemnitatem, ſed contenta eſt iis teſtibus, qui regulariter ſufficiunt.

Societas an diſſoluatur ex venditione vnius officij, quando eſt fundata ſupra duobus. Quaſt. 150.

SVMMA

1 *Vendito vno officio non diſſoluitur ſocietas, ſi alterum ſubſtineat totam ſummam.*

2 *Quid, ſi non ſubſtineat.*

In ſeparabilibus non habet locum indiuiduitas.

3 *Plura officia in ordine ad ſocietatem quando ſe habeant per modum vnius.*

Quando contrahentes intendunt agere vnum factum, & non plura, vtile per inuiile vitiatur, licet inuicem ſeparabilia.

Non

1 Non diſſolui ſocietatem, ſi officium, quod remanet, ſit capax totius ſummæ, quę collata fuit in ſocietatem, videtur eſſe extra difficultatem, vt etiam ſenſit Rota in *Romana de Luchinis* coram Blanchetto, & in *Romana de Ferris coram* Patriarchia Alexandrino; quæ deciſiones citantur ab eodem Rota coram Millino. *deciſ.* 417. *nu.* 1. vbi etiam citatur deciſio *in Romana cenſus* 30. *Octobris*. 1602. quæ eſt *deciſ.* 339. coram eod. Millino. Quando enim plura officia veniunt in ſocietatem, non obligantur, niſi ſecundum ſummam, quæ ſuper ipſis imponitur, & ideo, ſi officium, quod remanet, eſt capax totius ſummæ, adhuc remanet fundamentum ſocietatis, atque adeo ſocietas ipſa. Non ſecus, ac cenſus durat, quando aliquid de fundo perit, ſi remaneant fructus ſufficientes ex fundo cenſuato.

2 An autem diſſoluatur ſocietas, ſi officium, quod remanet, non ſit capax totius ſummæ, ſed tantum partis, negatiuè reſoluit Rota corã Millino *deciſ.* 417. *num.* 2. ſed ſubſtineri pro rata, quia pars, quæ remanet, affert eamdem vtilitatem in parte, quam affert totum reſpectu totius. Ceſſat enim ratio indiuiduitatis, cũ ſimus in ſeparabilibus, iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. Stipulationes non diuiduntur. quaſt.* 3. *n.* 25. *ff. De verbor. obligat.* Aimon. *conſil.* 239. *num.* 6. & remanet ſocietas quo ad illam partem, quæ ſubſtineri poteſt in Officio, quod remanet.

3 Verum licet hoc locum habere poſſit, quando ſocietas contracta ſuper pluribus officiis ſe habet per modũ multiplicis ſocietatis. Non tamen videtur poſſe admitti, quando eſt vna, & eadem ſocietas. Nam tunc illa plura officia computantur per modum vnius, & coniunguntur ad componendum vnicum fundamentum adęquans totam ſummam; & ideo cum per venditionem officii diſſoluatur fundamentum ſocietatis, diſſoluetur etiam ſocietas. Quia licet ſimus in ſeparabilibus, cum tamen ſimus in contractu, & contrahentes voluerint agere vnũ factum, & non plura vnam ſcilicet ſocietatem, & non plures, vtile per inutile vitiatur, & diſſolutio ſocietatis, quò ad partem infert diſſolutionem etiam quò ad aliam parte iuxta *l. Prędius. ff. De recep. arbitr.* & iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. Grecè §. Illud. num.* 4. *ff. De fideiuſ.* Alexan. *in l.* 1. *§. Sed ſi mihi. numer.* 5. *ff. De verbor. obligat.* Alciat. *ibid. numer.* 16. Paris. *conſil.* 12. *n.* 74. *lib.* 2. Rota *in Medíolanenſi reſrifſionis permutationis.* 28. *Maij.* 1549. corã Pamphilio, & *in Barcbinonenſi confinium.* 17. *April.* 1606. coram Sacrato cum ibi allegatis, & coram Merlino *deciſ.* 153. *numer.* 5.

An teſti ſacerdoti opponi poſſit, quod nondum miſſam celebrauerit, ſi notabile tempus ſit elapſum ab Ordinatione. Quæſt. 151.

SVMMA

1 *Qui non communicauit in Paſchate repellitur à teſtificando.*
2 *Sacerdos, qui nõ celebrauit, poſtquam fuit ordinatus, non poteſt repelli à teſtificando, licet ſint elapſi plures anni.*
Plures, & graues Doctores ſentiunt, ſacerdotes non obligari ad celebrandum ratione ſacerdotij.
3 *Poteſt quiſque ſequi opinionem minus probabilem.*
4 *Sacerdos, qui nunquam celebrat, an abſoluẽdus.*
Confeſſarius tenetur ſequi opinionem probabilem pœnitentis.
5 *Omnes poſſunt eſſe teſtes, qui non ſunt prohibiti.*
Qui non communicauit in Paſchate, quando præſumatur in ſtatu peccati.

1 Videtur affirmatiuè reſoluendũ per Cap. *Infames.* 6. *Quaſt* 1. Nam cõtemnere videtur gradum ſacerdotii aſſumptum, & nullam rationẽ habere propriæ obligationis. Aut talem vitam ducere, vt ſcelerum ſibi cõſcius non audeat ad altare accedere. Et ſicuti repellitur teſtis, qui in Paſchate non communicauit, tanquam is, qui cum in peccato perſeueret, nec Deo, nec hominibus fidelis eſſe dicitur, iuxta ea, quæ tra-

dunt Paris. *conſil.* 58. *num.* 83. ver. *Repellitur. lib.* 4. Ruin. *conſil.* 106. *vol.* 2. Graminat. *conſil.* 38. *num.* 5. Corn. *conſil.* 55. *numer.* 7. *vol.* 4. Rota coram Cæſare de Graſ. *deciſ.* 9. *numer.* 1. *de teſtib.* & coram Millino *deciſ.* 434. *num.* 9. ita etiam videtur repellendus, qui ordinatus ſacerdos, nunquam celebrauit, ſi plures anni ſint elapſi. Nam ex hoc videtur argui, quod ſit homo prauæ conſcientiæ.

2 Verum *non eſſe repellendum à ferendo teſtimonio, exiſtimo omninò tenendum.* Licet enim communiſſima ſententia teneat, & quam ergo certam puto, quod ſacerdos aliquoties in anno teneatur celebrare ratione ſacerdotii præcisè, non deſunt tamen plures, & qualificati Doctores, qui nullam talem agnoſcant obligationem, quantum eſt præcisè ex vi ſacerdotij, vt Alens. *par.* 4. *quæſt.* 51. *num.* 2. *ar.* 4. *§.* 1. D. Bonauent. *in* 4. *diſt.* 2. *par.* 2. *ar.* 2. *quęſt.* 2. Richard. *diſt.* 13. *ar.* 2. *quæſt.* 2. Gabr. *lect.* 87. *in Canon. Miſſæ.* Caiet. 3. *par. quæſt.* 82. *ar.* 10. liceat poſtea hæc opinio expuncta fuerit in editione Romana. Roſellà *verbo.* Euchariſtia *num.* 33. Victoria *in ſum. num.* 94. *de Euchariſt.* Palat. *in* 4. *diſt.* 13. *diſp.* 2. Ledeſma 1. *par.* 4. *quęſt.* 23. *ar.* 10. *dub.* 2. Rodriqu. *in ſum. tom.* 1. *cap.* 249 *de Miſſa. concluſ.* 4. Io. Sanchez *in Select. de ſacram. lib.* 7. *nu.* 16 Lugo Cardinal. *diſp.* 20. *de Euchariſt. ſect.* 1 Marchin. *De ſacram. Ordin. tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 36. *num.* 8. Granad. 3. *par.* Controuer. 6. *tract.* 14. *diſp.* 10. *num.* 1. Dicaſtil. *de Sacram. tract.* 5. *diſp.* 4. *dub.* 1. *n.* 10. Ludouic. à S. Io. *in. ſum. quæſt.* 11. *de Euchariſ. ar.* 1. *difficul.* 1.

3 Stante enim horum *Doctorum* opinione formari poteſt cōſcientia, quod non teneatur celebrare, quia poteſt ipſam eligere tanquam probabilem, & ſecundū ipſam ſe regulare, in quo nullum committit peccatum iuxta communiſſimam doctrinam, quod liceat ſequi opinionem etiam minus probabilem, quam traduut Medina 1. 2. *quæſt.* 19. *ar.* 3. Vaſquez *diſp.* 62. *cap.* 4. Lorca *diſp.* 39. *de Actib. human. memb.* Monteſin. *diſp.* 29. *quæſt.* 5. Aluarez *diſp.* 80. Corneius *tract.* 8 *diſp.* 3. *dub.* 6. Granad. *trac.* 2. *controuer.* 2 *diſp.* 4. Suarez *diſp.* 22. *de pænit. ſect.* 9. *num.* 6. Salon. *de Iuſt. & iure. quæſt.* 63. *controuer.* 2 *concluſ.* 4. Sayr. *lib.* 1. *Clau. Reg. cap.* 5. *num.* 4. & 8. Laiman. *lib.* 1. *Theol. moral. tract.* 1. *cap.* 5. *n.* 6. Garzia *de Beneſic. par.* 11. *cap.* 5. *nu.* 361. Larea *allegat. Fiſcal* 61. *num.* 11. *par.* 1. Dicaſtil. *de Iuſt. & iure. diſp.* 5. *dub.* 9. *num.* 281. Petrus à S. Ioſeph. *lib.* 1. *Ideę. Theol. moral. cap.* 3. *reſol.* 4. Io. Præpoſit. 1. 2. *quæſ.* 19. *ar.* 6. & alii plures, quos adduxi. *in Decis Moral.* 5. *num.* 3. Cum igitur poſſit formare conſcientiam excludentem peccatū, non poteſt præſumi, quod ſit in malo ſtatu, & proinde non poteſt ex hoc capite repelli à ferendo teſtimonio, cum poſſit ſe tueri, quod nullo modo in hoc peccauerit.

4 Accedit etiam, quod ſi huiuſmodi ſacerdos accedat ad confeſſarium, quamuis confeſſarius putet, eſſe in ſtatu peccati, eò, quod ſequatur opinionem ponentem obligationem quò ad ſacerdotes celebrandi aliquoties in anno, dum tamen pœnitens ſe tueatur opinione contraria, quam etiam, vt probabilem fatentur plures ex Doctoribus contrariam ſequentes, tenetur, niſi aliud obſtet, ipſum abſoluere, quia tenetur ſe conformare cum opinione probabili pœnitentis, vt communiter docent Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quęſt.* 2. *ar.* 5. *ad* 5. Sanch *li.* 1. *ſum. cap.* 9. *n.* 29. Monteſin. 1. 2. *diſp* 29. *quæſt.* 5. *nu.* 199. Suarez *diſp.* 32. *de Pænit. ſect.* 5. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 62. *cap.* 7. *nu.* 40. Salon. 2. 2. *quęſt.* 63. *ar.* 4. *controuer.* 2. *concluſ.* 4. Merol. *tom.* 1. *Theol. moral. diſp.* 3. *cap.* 4. *num.* 45. Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 1. *difficul.* 12. *num.* 1. Io. Sanchez *in Select. de Sacram. diſp.* 33. *n.* 54. Si ergo non repellitur ab abſolutione ſacramentali multò minùs poteſt repelli à ferendo teſtimonio

5 *Denique cum omnes poſsint eſſe teſtes, niſi reperiantur prohibiti *l.* 1. *ff. De teſtib.* & norant Speculator. *Tit. de Teſtib. §. Nunc tractandum.* ver. *Quid de mutu.* Dec. *conſil.* 163. & nullo iure prohibeatur, quod ſacerdos, qui nunquam celebrauit, admittatur vt teſtis, nulla ratione venit repellendus. Pręſertim cum cōtra ipſum nō poſsit excipi de aliquo crimine, vt conſtare x dictis. Neque ex hoc oriatur præſumptio malæ vitę. ſi quidem talis præſumptio non oritur ex eo, quod iuxta multorum opinionem eſt licitum.

Imo

Imo id poteſt prouenire ex motiuo virtutis, cum fieri poſsit, quod nunquam voluerit celebrare eò, quòd ſe indignum putet accedendi ad altare pro tanto miſterio. Nec eſt eadem ratio de eo, qui non communicauit in Paſchate, nam de ipſo conſtat, quod violauerit præceptum, & proinde præſumitur in ſtatu peccati, à quo non poteſt ſe purgare, niſi oſtendat, quod ex rationabili cauſa licentia confeſſarii diſtulerit cōmunionem iuxta Cap. *Omnis vtriuſque ſexus.* De *pœnit. & remiſ.* & aduertit Rota cit. *deciſ.9. numer.3. de Teſtib.* coram Cæſare de Graſsis.

An ſtante conſuetudine valeat contractus ſocietatis ſupra valorem officij. Quæſt.152.

S V M M A.

1 *In contractibus ſocietatis attendenda conſuetudo.*
Conſuetudo facit licitum contractum, de quo dubitatur.
2 *Conſuetudo contrahendi ſocietatem ſupra valorem officij non valet.*
3 *Conſuetudo non valet, niſi ſit rationabilis.*
Conſuetudo inducens vſuras eſt extirpanda.
4 *Bona fides ineuntis ſocietatem ſupra valorem officij, poteſt excuſare.*
Non poteſt imputari ſi fiat, quod eſt ſolitum fieri.
5 *Fructus percepti ex ſocietate ſupra valorem officij an reſtituendi.*
Sciens ſocietatem excedere valorem officij, non poteſt habere bonam fidem.
Fides bona non præſumitur, quando lex reſiſtit.
6 *Ignorans ſummam excedere valorem officij poteſt ſe ſeruare indemnem.*
Quod acquiritur ex aliena pecunia, ſit acquirentis.
7 *Quando ſocius poſſit retinere fructus perceptos, licet ſumma excefferit valorem officij.*
8 *Fructus correſpondentes valori an iuſtè percipiantur, ſi ſumma excedat valorem.*

1 Videtur affirmatiuè reſoluendū, quia in contractibus præſertim ſocietatis, attendenda eſt conſuetudo, vt notant Bald. *in l.1. quæſ.2. C. Pro ſocio.* Leonel. *in Conſtit. Pij IV. de ſociet. offic. gloſ.11. in fine,* Rota *in Romana ſocietatis 9. Maij,* 1588. coram Gypſio. & eſt *deciſ.31. num. 7. poſt* Zachiam *de Societ.* Vnde cū Romæ adſit huiuſmodi conſuetudo ineundi ſocietates ſupra valorem officii, videtur cōtractus ſuſtinendus. Præſertim, quia quando dubitatur de iuſtitia contractus, conſuetudo ipſum facit licitum *l. Qui ſit fugitiuus. §. Apud Labeonem ff.* De *ædilit. ed.* & notant Bart. *ibid.* Cæpol. *de Contract. ſimul. numer. 4 & 97.*

2 Tenendum tamen eſt. *Conſuetudinem non ſaluare contractum ſocietatis ſupra valorem officij:* ſed eſſe merum abuſum, & corruptelam. Ita Duar. *de Societ. lib.2. cap.6. § 2. quæſt.12. num.*3. Rota apud Zachiam *de Societ. deciſ.*28. & coram Millino *deciſ.*251. *num.*26. Ratio eſt. Quia ſumus in materia, in qua locum habere non poteſt cōſuetudo. Ideò enim Pontifices prohibuerunt, ne ſocietates officiorum eſſent ſupra valorem officii, vt haberent fundamentum, & iuſtum titulum, vnde lucrū proueniret. Quando autem contrahitur ſupra valorem officij, non habent fundamentum, & iuſtum titulum, vnde lucrum reſoluitur in vſuram, quia contractus reſoluitur in mutuum, & ratione mutui percipitur lucrum.

3 Conſtat autem, quod ſi conſuetudo non ſit rationabilis, non ſubſiſtit, ſed eſt corruptela extirpanda Cap. *fin. De conſuet.* vbi Doctor. & Nouel. 134. *cap. 1. in fine.* Tunc autē eſt irrationabilis. quando inducit aliquid contra ius diuinum, naturale Præſens autem conſuetudo inducit vſuram prohibitam iure naturali, & diuino. Et ideo non poteſt ſuffragari, ſed debet extirpari, Cap. *Quia in omnibus. De vſur.* & notant Gloſ. *ibid.* Couaruu. *lib.6. Variar. cap.1. num.* 5. Rochus *de conſuet. cap.vlt. num.*3. Rota *in Romana ſocietatis.* 2. *Iunij,* 1597. coram Lancellotto. Vnde ceſſat ratio allata in contrarium, ſi quidē tunc in contractibus, & ſocietatibus attenditur conſuetudo, quando eſt rationabilis, nec inducit peccatum. Et hæc eſt illa, quæ facit licitos contractus, quando

de ipſorum iuſtitia dubitatur: non autem quando certum eſt, eſſe iniuſtos, & vſurarios, ſicut certum eſt de ſocietate ſupra valorem officii.

4 Facilè tamen contrahens ſocietatem ſupra valorem officii excuſari poteſt à peccato; nam ſtante conſuetudine, facilè poteſt habere locum bona fides fundatu in errore, quod putet licere, quod conſuetum eſt fieri. Bona autem fides excuſat à peccato, quia generat conſcientiam bonam; nec poteſt alicui imputari, quod agat id, quod communiter conſueuit fieri, vt notant Bart. *in l. Si pignore. §. fin. ff. De pignor. act.* Craueta *conſil.* 82. *num.* 78. niſi euidenter, aut communiter habeatur pro illicito. Nec obſtat, quod non admittatur ignorantia cōtra ius naturale. Quia in præſenti caſu bona fides non fundatur in tali ignorantia, neque in opinione, quod vſura de iure naturali prohibita, ſit licita, ſed in eo, quod in tali contractu non interueniat vſura, quod facile exiſtimari poteſt à perſonis iнure dictis, cum adſit ſpecies iuſti contractus.

5 An autem teneatur fructus perceptos reſtituere. Reſp. Duardus *de Societ. lib. 2. cap. 6. §. 2. quæſt.* 12. *num.* 6. poſſe retinere illam quātitatem, quam aliàs fuiſſet percepturus, ſi contractum licitum iniuiſſet, quia hi illi debentur ratione lucri ceſſantis. Verum diſtinguendum exiſtimo. Vel enim, quando iniuit ſocietatem, ſciebat ſummam excedere valorem officii, vel non ſciebat. Si ſciebat excedere, nō poteſt ignorare, quod tota ſumma non haberet fructus correſpondentes, et propterea non adeſt ſufficiens fundus, vnde percipiantur fructus. ſed pecunia implicata tranſeat in mutuum. Et conſequenter non poteſt adeſſe bona fides, præſertim, cum lex reſiſtat nempè Conſtitutio de Societatibus Pii IV. quæ eſt, 12. *tom.* 2. *Bullar.* iuxta *l. Ex ſi lege. §. Scire. ff.* De petit. hæredit. & Cap. *Ignorantia.* & Cap. *Qui contra iura.* De reg. iur. *in* 6. & notant Bart. *in dict. §. Scire. num* 4. Dinus *in dict. Cap. Qui contra.* Abbas *in Cap. Grauis. num.* 17. De reſtit. ſpoliat. Beroius *ibi. num.* 21. Butrius *in Cap. Grauis. num.* 11. De reſtit. ſpoliat. Imola *num.* 3. Alex. *conſil.* 30 *t. num.* 20. *vol.* 1. Vnde cum non perceperit fructus bona fide, tenebitur ad reſtitutionem, nec poterit ſe indemnem ſeruare, cum ſibi imputare debeat, quod propriam pecuniam vſurario modo implicauerit.

6 Si tamen ignorabat, quod ſumma collata in ſocietatem, excederet valorem. Officii, vel quia Officialis occultauerit alias ſocietates ſuper eodē officio initas, aut alio modo. Tūc poterit ſe indemnem ſeruare retinendo de fructibus id, quod aliàs licito modo lucratus fuiſſet implicādo pecuniam valido contractu iuxta ea, quæ tradit Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure. cap.* 10. *dub.* 12. *num.* 108 *& ſequen.* Quamuis enim officialis vtendo in officio pecunia aliena ob nullitatem cōtractus faciat fructus ſuos, quos ex officio percipit iuxta *l. Qui aliena. C.* Si *quis alteri, vel ſibi.* ibi. *Qui aliena pecunia comparat, non ei, cuius nummi fuerunt, ſed ſibi tàm actionem empti, quàm dominium, ſi ei fuerit tradita poſſeſſio, quærit.* & *l. Si ex ea pecunia. C.* De rei vendicat. ibi. *Si ex ea pecunia, quam de poſueras is, apud quem collocata fuerat, ſibi poſſeſſiones comparauit, ipſique traditæ ſunt, tibi vel omnes tradi, vel quaſdam ex his cōpenſationis cauſa ab inuito eo in te trāſferri, iniurioſum eſt.* Attamen tenetur indemnē ſeruare dominum pecuniæ reſarciēdo lucrum ceſſans, aut damnum emergens iuxta doctrinam, quam tradunt communiter cum D. Th. 2. 2 *quæſt.* 78. *ar* 3. & ideo ex hoc capite ſocius in officio ex fructibus perceptis poterit ſibi retinere lucrum ceſſans, aut damnum emergens.

7 Ex quo deducitur, quod ſi erat implicaturus eamdem pecuniam in ſocietatem ſuper alio officio, ex quo fuiſſet percepturus eoſdem fructus, quos percepit, et implicaſſet, ſi ſciuiſſet valorem officii, ſuper quo implicauit, non ſufficere pro tanta ſumma; poterit omnes fructus perceptos retinere iuxta doctrinam Leſſi *lib. 2. de Iuſt. & iure cap.* 20. *dub.* 12. *num.* 109. Nam ſi implicaſſet ſuper alio officio capaci eoſdem fructus percepiſſet, iuſto titulo; & ideo ſubintrat lucrum ceſſans quod iuſtificat retentionem fructuum perceptorū. Præſertim quia officialis fuit cauſa, quod non perceperit eoſdem fructus

ctus iuſto titulo, ſicut percepiſſet. ſi notificaſſet, quod valor officii non aſcendebat ad ſummam, quæ contribuebatur in ſocietatem, ſicuti tenebatur notificare iuxta *Conſtitut.* Pii IV. *De ſocietab.* de qua ſupra.

8 Secundò deducitur. Quod ſi ſumma, quę contribuitur in ſocietatem, excedat valorem officii, in totum vitiatur contractus ſocietatis, ita vt neque ſuſtineri poſſit, quò ad illam partem, quæ correſpondet valori ipſius. Quamuis enim materia ſit diuiſibilis, & poſſint contrahi ſuper eodem officio plures ſocietates vſq. ad ſummam adæquantem valorem. Attamen, quando ſumma excedit valorem, vitiatur totus ille contractus ſocietatis, qui continet exceſſum. Quia, quando cōfertur in ſocietatem aliqua ſumma, initur vnicus tantum contractus indiuiduus; & proinde ſumus in caſu, in quo vtile per inutile vitiatur iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt, *quęſt.* 150. *num.* 3. Quia contrahentes intendunt vnicum factum, nempè vnicam ſocietatem.

An vtens ſtrictè priuilegio largo, ſibi præiudicet. Quæſt. 153.

S V M M A

1 *Vtens ſtrictè priuilegio largo non ſibi præiudicat, ſi non adſit occaſio vtendi largè.*
2 *Quid, ſi adſit occaſio vtendi largè.*
3 *Vtens ſtrictè priuilegio largo cum proteſtatione non ſibi præiudicat.*
Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.
4 *Vtens ſtrictè priuilegio largo facultatiuo non ſibi præiudicat.*
Priuilegium facultatiuum non amittitur per non vſum.
5 *Quando ſibi præiudicet vtens ſtrictè priuilegio largo.*
Priuilegium regulatur ſecundum obſeruantiā ſubſequutam.
6 *Obſeruantia interpretatiua priuilegij non requirit præſcriptionem, ſed ſufficit ita aliquando fuiſſe obſeruatam.*

1 INtelligitur de præiudicio, ex quo reſultet, quod non poſſit amplius largè vti. Et quidem, ſi non vteretur largè, quia non aduenirit occaſio vtendi, etiam ſi tranſiret quodcunque longiſſimū tempus, non ſibi præiudicaret *l. Et Attilianus. ff. De ſeruit. ruſticor prædior.* & notāt Gloſ. in *Cap. Abbate S. Syluani. vet. Ibid. De verbor. ſignific.* Abbas, Butrius, & alii *ibid.* Item Gloſ. *in Cap. Vt priuilegia.* verbo. *Semel in anno. De priuileg.* vbi & Doctores. Balb. *de Pręſcrip. par. 4. par 5. princip. quæſt. 4. num.* 3. Bart. *in l. In filijs.* C. De *Decurion. lib.* 10. per illum tex. Bald. *in l. Imperium. col. 7. ff. De iuriſd. om. iud.* Innocen. *in Cap. Cum dilecti.* verbo. *Ex eo.* De *Capel. Monachor.* Rota coram Caualero *deciſ.* 80. *num.* 6. Quia non poteſt imputari priuilegiato, quod largè non vtatur priuilegio, cum per ipſum non ſtet, ſed defectu occaſionis vtendi.

2 Quod autē, ſi adfuit occaſio vtendi largè, & nō eſt vſus, ſibi præiudicauerit, ita vt nō poſſit amplius largè vti, tradunt Bart. *in l. Vſum aquę.* C. De *aquęduc. lib.* 11. per illum tex. Alexan. *conſil.* 33. *lib.* 5. Vaſquez *lib.* 1. *Controuer. vſu frequen. cap. 2. n.* 7. Horrigas *in Patrocin. pro Ciuit. Cęſarauguſtana. par. 3. num.* 41. E contra verò non ſibi præiudicare, ſed conſeruare priuilegiū in totum, tradunt Innocent. *in Cap. Dilectus.* De *Capel. Monachor.* Iaſ. *in l. fin. num.* 56. *ff.* De *conſtit. Princip.* per tex. *l. Is, qui vſumfruc. ff.* Quib. *mod. vſusfr. amittat.* Rota coram Seraphino *deciſ.* 1043. *num.* 4.

3 Hæc difficultas non poteſt ſine diſtinctione reſolui. Quarè inſpiciendum eſt, quomodo ſtrictè vtatur. Si enim vtens ſtrictè priuilegio, ſe declaret, aut proteſtetur, quod per hoc non intendit ſibi pręiudicare, quò ad vſum largum, conſeruat ſibi priuilegium in totum, ità vt poſſit largè vti, quandocunque libuerit. Proteſtatio enim præſeruat ius priuilegiati ad vtendum largè priuilegio iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l.* 1. C. De *his, qui ſpon. mun. publ. ſub. lib.* 10. per illum tex. Bald. *ibid* Ias. *in l. fin. nu.* 54. *ff.* De *conſtit. Princip.* Claud. Seiſſel. *ibid.* Dec. *in Cap. Cum acceſſiſſent.* De *conſtit.* Felin. *ibid.* Roman. *conſil.* 252. *in fine.* Menoch. *prę ſumpt.* 41. *numer.* 21. *lib.* 6.

Gigas de Penſion. quæſt. 61. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 246. num. 28. & cap. 937. num. 27. Cancer. Variar. reſol. cap. 1. de Minor. num. 122. Ripol. Cap. 2. Variar. num. 116. Ioſeph Vela diſſert. 25. num. 56. Chriſtophor. Selua. Semicent. 1. conſil. 32. num. 6. Irancus de Proteſt. conſiderat. 2. num. 7. & alii apud citatos Doctores. Huiuſmodi enim declaratio renunciationem excludit, quæ ex ſtricto vſu induci poſſet.

4 Secuudò, ſi priuilegium ſit facultatiuum, per vſum ſtrictum non amittitur vſus largus, ſi vſus ſtrictus ſit ex mera voluntate priuilegiati. Natura enim priuilegii facultatiui eſt talis, vt per non vſum ſimplicem non amittatur, ſed requiratur contradictio ex vna parte, & acquieſcentia priuilegiati ex alia. Cap. Si de terra. & Cap. Accedentibus. De priuileg. & notant Gloſ. in l. 1. ff. De nundin. & Gloſ. Canonica. in Cap. Vt priuilegia. in fine. De priuileg. Butr. ibid. Felin. in Cap. Cum acceſſiſſent. num. 26. ver. Limita ſecundo. De conſtit. Dec. num. 76. Calderin. conſil. 1. de Preſcript. Abbas conſil. 18. num. 4. & 7. & conſ. 61. num. 7. par. 2. Io. Andr. in Cap. fin. De conſuet. in 6. Geminian. & alij ibid. Balb De præſcrip. par. 4. par. 5. princip. queſt. 4. nu. 4. Boſſius Tit. de Principib. num. 319. Tapie ad l. fin. De conſtit. princip. par. 2. cap. 1. n. 13. Padilla in l. Falsò. num. 5. C. De diuer. Preſcrip. Mandos. De priuileg. ad inſtar gloſ. 15. num. 15. Suarez lib. 8. De legib. cap. 34. num. 15. Rota coram Merlino deciſ. 830. numer. 7. & in Meſſanenſi decanatus 23. Maij. 1644. coram Ghiſilerio, & in Ianuenſi priuilegiorum. 24. Ianuar. 1048. coram Roias Eadem autem eſt ratio de vſu totius priuilegii facultatiui, ac de vſu partis, quia totum eſt facultatiuum: & proinde cum tam vſus ſtrictus, quàm largus ſit facultatiuus, remanet in facultate priuilegiati vti largè, aut ſtrictè, prout libuerit, et ex eo, quod vtatur ſtrictè, non amittit facultatem vtendi largè.

5 Tertiò. Si priuilegiatus vtatur ſtrictè priuilegio largo abſque eo, quod ſibi reſeruet facultatem vtendi largè. Sed quia ita interpretetur conceſſionem, aut quia intendat tali modo vti, & ſecundum talem menſuram, ſibi præiudicat, ità vt nō poſſit amplius largè vti. Ratio eſt. Quia hoc pacto inducit obſeruantiam circa vſum priuilegii, quæ ipſi præfigit menſurā. Nam conſuetudo, & obſeruantia declarat priuilegia, & oſtendit, quid in ipſis cōcedatur. Cap. Quod dilecto. De conſanguin. & affin. & l. Sed & Iulianus. §. Proinde ff. Ad Macedon. & notāt Comens. conſil. 347. numer. 8. lib. 1. Craueta conſil. 211. num. 8. Gabriel. conſil. 66. numer. 24. lib. 2. Alexan. conſ. 9. n. 2. lib. 5. Rota corā Mantica deciſ. 320. n. 5. & coram Caualero deciſ. 80. nu. 4. & corā Eminentiſſ. Otthobono dec. 175. n. 10. & coram Seraphino deciſ. 600 n. 2. & deciſ. 571. num. 3. par. 1. Diuers. & deciſ. 24. n. 8. par. 3. Recent. & deciſ. 29. n. 2. par. 4. Recent. & in Salaman. iuriſdictionis 17. Nouembr. 1582. coram Seraphino, & in Nullius, ſeu Squillacens. Iuriſdict. 4. Martij 1616. coram Martino Andrea apud Tambur. deciſ. 69. nu. 19. tom. 3. de iure Abbat.

6 Circa quod aduertendum. Quod vt ſecundum hanc obſeruantiam interpretatiuam reguletur priuilegium, nō eſt neceſſaria aliqua præſcriptio, ſed ſufficit, quod aliquando priuilegiatus fuerit vſus priuilegio cum tali reſtrictione in occaſione, in qua potuiſſet vti largiori modo iuxta doctrinam, quam traduut Caſtrenſ. conſil. 347. num. 4. Alexan. conſil. 8. num. 7. lib. 6. Craueta conſil. 118. numer. 2. & conſil. 201. nu. 12. Aretin. conſil. 11. num. 5. Butr. in Cap. vlt. nu. 47. de Conſuet. Dec. in Cap. Cum M. Ferrar. num. 26. ver. ſupradict. De conſtit. Socin. conſil. 111. numr. 5. ver. Nec in tali. Rota coram Mantica deciſ. 320. n. 5. & coram Caualero deciſ. 80. num. 5. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 175. nu. 11. & dec. 448. n. 3. par. 1. Rec. Vnde eo ipſo, quod priuilegiatus incipit vti priuilegio reſtricto modo, vel quia illud accipiat in terminis ſtrictis conceſſum: vel quia nolit vti niſi ſecundum talem menſuram, inducit obſeruantiam interpretatiuam, quæ obſtat, ne poſſit amplius vti largo modo; ſi quidem per talem vſum ſtrictū cenſetur renunciare vſui largo, & non acceptare priuilegium, niſi intra terminos, cum quibus vtitur.

Vbi

Vbi aduenæ ſepeliendi ſint, ſi non eligāt ſepulturam. Quæſt. 154.

S V M M A.

1 *Ius ſepeliendis aduenis attendenda conſuetudo.*
2 *Reſponſio S. Congregat. circa ſepulturam aduenarum.*
3 *Secluſa conſuetudine vbi aduenæ ſepeliendi. Cathedralis eſt Parochia vniuerſalis.*
4 *Aduenæ ſepeliendi in Parochia, in qua decedunt.*
5 *Ius ſepulturæ ſequitur ad ius miniſtrandi ſacramenta.*
6 *Recipiens ſacramenta eligit tacitè ſepulturam, vbi recipit, niſi alibi ſit ſepeliendus.*
7 *Aduena, qui non poteſt recipere ſacramenta, adhuc ſepeliendus in Parochia.*
8 *Parochijs ſingulis ſua iura ſeruanda.*

1 IN hoc attendenda eſt conſuetudo, aut ſtatutum, quod alicubi eſſe ſolet, vt ſepeliantur in Eccleſia Cathedrali, ſeu maiori, ſi decedant nō electa ſepultura. In hac enim materia attendenda eſt conſuetudo, vt notant Sylueſter *verbo* Sepultura *num.* 8. ver. *Secundum* Genuenſ. *in Praxi Archiepiſ. cap.* 77. Lauor. *Variar. Lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 144. Sperel. *deciſ.* 87. *num.* 14. Rota coram Mantica *deciſ.* 366. *numer.* 3. Conſuetudo namque, & obſeruantia inducit ius *l.* De *quibus. ff.* De *legib.* & *l. Nulli. ff.* Quod *cuiuſque vniuerſit.* & *l. Obſeruare.* §. 5. *ff.* De *offic. Pro conſul.*

2 Et in hoc ſenſu accipienda eſt reſponſio S. Congregat. Epiſcop. & Regul. apud Lauor. *cit. titul.* 2. *Variar. Lucubrat. cap.* 11. *num.* 144. emanata ſub *die* 5. *Iulij* 1592. in qua habetur, quod aduenæ, & pertranſeuntes ſint in Cathedrali ſepeliendi. Nam non fuit declaratio vniuerſalis, ſi vera eſt. ſed particulare reſcriptū Epiſcopo Fulginatenſi: & proinde fundatum aut in conſuetudine ſaltem prætenſa, aut in aliquo alio iure ſpeciali illius Eccleſiæ. Et proinde ex ipſa non eſt deducenda regula vniuerſalis, ſicut videtur deducere Barboſa *lib.* 2. *de Iure Eccleſiaſtico cap.* 10. *numer.* 35.

3 Secluſa autem conſuetudine, aut iure Municipali, non conueniunt Doctores, nam aliqui adhuc volunt, quod ſint ſepeliēdi in Cathedrali. Ita Gloſ. *in Cap. In noſtra* De *ſepult.* Innoc. et Hoſtien. *ibid.* Io. And. *in Cap.* 1. De *ſepul.* Quę opinio fundari poteſt in eo. Quod Cathedr. ſit parochia vniuerſalis totius ciuitatis, & Diœceſis. Cap. 1. De *raptorib.* & Cap. *Licet in* Regul. 16. *Quæſt.* 1. & notant Hoſtienſ. *in ſum. tit.* De *Paroch. numer.* 3. ver. *Quid ergo. lib.* 3. Lappus cum Calder. *allegat.* 62. *numer.* 4. Vbal. *de Canon. port. cap.* 1. *numer.* 5. *par.* 1. Guttierez *Canon. quæſt. cap.* 27. *nu.* 24.

4 Alii autem volunt, quod ſit locus pręuentionis, ita vt ſepeliēdi ſint in Eccleſia, aut Cathedrali, aut parochiali: quæ primò pręuenit. Ita Goffredus *in ſum.* Tit. *de Sepult. nu.* 8. & idem videtur ſentire Vbald. *de Canon. port. cap.* 9. *num.* 4. Sed tenendum eſt, *quod abſolutè ſepeliendi ſint in Parochia, in qua decedunt.* Ita Abbas *in Cap.* 1. *num.* 4. De *ſepult.* Butr. *ibid. num.* 9. Archidiacon. *in Cap.* 1. De *ſepult. in* 6. Sylueſter *verbo* Sepultura *num.* 8. Mareſcot. *lib.* 2. *Variar. reſol. cap.* 95. *nu.* 10. Gratian. *Diſcep. forenſ. cap.* 94. *num.* 73. Sperel. *deciſ.* 87. *numer.* 13. Rota coram Seraphino *deciſ.* 1135.

5 Ratio eſt. Quia ius ſepulturæ eſt cōſequutiuum ad ius adminiſtrandi ſacramenta, quando non eligitur ſepultura, aut aliàs non eſt de iure determinata, vt tradunt Archidiacon. *in* Cap. 1. *num.* 3. De *ſepult. in* 6. Abbas *in* Cap. 1. *num.* 4. De *ſepult.* Butrius *num.* 9. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 95. *nu.* 74. Mareſcott. *Variar. reſol. cap.* 95. *num.* 11. *lib.* 2. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 23. *num.* 74. Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 34. Rota coram Mantica *deciſ.* 366. *num.* 2. & *in Romana iurium Funeralium.* 4. *Iulij* 653. coram Zarate: Hæc enim duo iura ſunt inuicem connexa tāquam ordinata ad ea, quæ debentur morituro, & defuncto ex officio paſtorali. Conſtat autem, quod ius miniſtrandi ſacramenta in articulo mortis pertinet ad parochum quò ad omnes, qui ſunt in ipſius parochia, ità vt non poſſint miniſtrari à miniſtris Cathedralis, aut maioris

Ec-

Eccleſiæ. Vnde etiam ad ipſum ſpectat ius ſepulturæ.

6 Accedit etiam, quod dum moribundus recipit ſacramenta à parocho, in cuius parochia reperitur, tradit ſe ipſum in eiuſdem manus in ordine ad curanda ea, quæ concernunt ſalutem æternam. Vnde cenſetur etiam illi commendare corpus ſuum ſuccedente morte in ordine ad ſepulturam, cum ſepultura quoque eccleſiaſtica cōnumeretur inter ſpiritualia, quæ concernunt ſalutem animæ tanquam ordinata ad percipienda ſuffragia Eccleſiæ. Ergo cenſetur tacitè eligere ſepulturā in eccleſia eiuſdem parochi iuxta ea, quæ tradunt Abbas *in Cap.1. num. 4. De ſepult.* Butr. *ibid. num. 9.* Geminian. *in Cap.1. De ſepult. in 6.* Francus *ibid.* Sylueſter *verbo.* Sepultura. *num.* 8. Petrus Vbald, *De canon. epiſ. cap. 6. num.* 18.

7 Et hoc extendendum eſt etiam ad caſum, in quo defunctus non recepiſſet ſacramenta, vel quia ex improuiſo mortuus ſit; vel quia non adfuerit in tempore miniſter, vt notat Sperel. *dict. deciſ.* 87. *nu.* 13. *in fine.* & alii ex cit. *Doctor.* Quia per accidens eſt, quod non miniſtrentur ſacramenta, nam ſufficit, quod de iure pertineat ad parochum parochiæ adminiſtrare, vt etiam illi conueniat ius ſepeliendi, quia ius ſepeliendi non conſequitur ad actualem adminiſtrationem, ſed ad ius adminiſtrandi.

8 Neque obſtat ratio adducta pro eccleſia Cathedrali: Quia licet ſit parochia vniuerſalis totius ciuitatis & diœceſis, relinquit tamen vnicuique parochiæ propria iura ipſarum: nec ea ſibi vſurpat, quia ab illa vniuerſalitate parochiæ ſeiūcta ſunt. Et proinde debent ſingulis parochiis illæſa conſeruari ita exigente ipſaſarum inſtitutione, cum non ſint confundenda iuxta *Cap. 1. Cauſa 6. Quæſt. 3.* & Cap. *Nullus. 9. Quæſt. 2.* Cum ergo parochiæ conueniat ius adminiſtrandi ſacramenta quò ad omnes, qui ſunt intra parochiam, atque adeo ius ſepulturæ, debet hoc ius ipſi conſeruari quò ad aduenas. quo iure ſtante non habet locum, quod Cathedralis ſit parochia vniuerſalis, cum hoc tantum operetur, quod poſſit quis, ſi voluerit, accedere ad ipſam pro recipiendis ſacramentis, vt notant Abbas *in Cap. Omnis. num.* 12. *De pœnit. & remiſ.* Boerius *de Auctor. magni Conſ. numer.* 15. Gutierez *cap.* 30. *Canon. quæſt. num.* 12. *lib.* 1.

Vbi ſepeliendus, qui non poteſt ſepeliri in electa ſepultura. Quæſt. 155.

SVMMA

1 *Vbi ſepeliendus, qui non poteſt ſepeliri in electa ſepultura.*

2 *In Eccleſia interdicta non poteſt quis ſepeliri.*

Qui non poteſt in electa ſepultura ſepeliri ob impedimentum temporale, deponendus interim in parochia.

Defuncti voluntas omninò ſeruanda, & eo modo, quo poteſt.

3 *Sepeliendus vbi de iure, qui non poteſt ſepeliri, vbi diſpoſuit ob impedimentum perpetuum.*

Electio ſepulturæ, quæ non poteſt ſortiri effectum, habetur pro non facta.

Diſpoſitio hominis facit ceſſare diſpoſitionem legis.

4 *Electio ſepulturæ, quæ non poteſt habere effectum, non præbet impedimentum iuri.*

5 *Eligens ſepulturam quomodo nolit ſepeliri, vbi de iure eſſet ſepeliendus.*

1 HVic difficultati reſpōdent Genuens. *in Praxi Archiepiſcopali cap.* 76. *num.* 5. Lauorius *Variar. Lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *numer.* 41. Sepeliendum eſſe, vbi Epiſcopus, aut eius Vicarius arbitrabitur. Quia non poteſt dici, quod non elegerit ſepulturam, nec habuiſse intentionem, vt ſepeliretur in parochia. Et proinde arbitranda eſt electio ſepulturę habita ratione ad eius deuotionem, et affectionem.

2 Hoc tamen nō videtur admittendum, quia hoc pacto neque ſeruaretur mens defuncti circa ſepulturam, neque diſpoſitio iuris. Itaque inſpiciendum eſt, an impedimentum, quod obſtat, ne ſepeliatur in ſepultura electa, ſit temporale, an verò perpetuum. Si enim eſt temporale, vt quia eccleſia eſſet interdicta, vt pro-

proinde durante interdicto non poſſit aliquis in ipſa ſepeliri iuxta Cap. *Quod in te.* *De pœnit.* & Cap. *Si Ciuitas. De ſentent. ex communicat. in 6.* & Cap. 1. *De ſepult.* Sepeliēdus erit loco depoſiti in parochia, vt poſtea ceſſante impedimento deferri poſſit ad ſepulturam electā. Electio enim ſepulturæ eſt pars vltimæ voluntatis; vnde cum defuncti vltima volūtas ſit omninò ſeruanda *l. Quoties. §. Si duo. ff De hæred. inſtit.* & *l. Cogi ff* Ad Trebel. Si non poteſt ſeruari in totum, eo meliori modo, quo ſaluari poteſt, ſeruanda eſt, vt notant Caſtrenſ. *conſil.* 251. *num* 5. ver. *Sed hoc eſt falſum.* Natta *conſil.* 570. *num.* 14. *in fine.* Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 102. *nu.* 7. Hæc enim eſt interpretatiua voluntas defuncti, vt ſi non poſſit ſeruari omninò, quod diſpoſuit, ſeruetur eo modo, quo poteſt. Et ideo eius corpus transferendum erit ad ſepulturam electam, quando transferri poterit.

3 Si verò impedimentum ſit perpetuum, vt ſi eccleſia non habeat ius ſepeliendi, aut adſit aliqua prohibitio, ne in illa eccleſia aliquis ſepeliatur, tunc defunctus erit ſepeliendus, prout de iure ſepeliri debuiſſet, ſi nullam elegiſſet ſepulturam. Cum enim electio ſepulturæ non poſſit ſortiri effectum, perinde ſe habet, ac ſi nō præceſſiſſet. *l. Si quis ſub conditione. ff. De teſtamen. tut.* & *l. Ex facto. §. 1. ff. De appellat.* & proinde ſubintrat diſpoſitio legis ceſſante diſpoſitione hominis. Sicut enim diſpoſitio hominis facit ceſſare prouiſionem legis *l fin.* C. De *pac. conuen.* ità ècōtra ſubintrat diſpoſitio legis non extante diſpoſitione hominis.

4 Accedit etiam, quod cum electio ſepulturæ facta à defuncto non poſſit habere effectum, non præbet impedimentū, quin diſpoſitio iuris ſuum ſortiatur effectum iuxta ea, quæ tradunt Roland. *con. ſil.* 7. *num.* 4. *lib.* 3. Natta *conſil.* 631. *num.* 7. Riminal. *conſil.* 5. *nu.* 71. *lib.* 1. Rota coram Millino *deciſ.* 273 *nu* 1. vbi citatur etiam deciſ. *in Tiraconenſi iuris præſentandi* 11. *Februar.* 1585. coram Epiſcopo Lauretano. Non impedita autem diſpoſitione iuris circa ſepulturam, eſt omninò ſeruanda, nec recurrendum ad arbitriū Epiſcopi, aut Vicarii ipſius.

5 Nec obſtat ratio in oppoſitum, de qua *num.* 1. Quia quamuis defunctus elegerit ſepulturam, electio tamen eſt ſine effectu, & proinde non habetur in conſideratione. Nec poteſt dici abſolutè, quod noluerit ſepeliri in parochia, aut alibi, vbi de iure eſſet ſepeliendus, ſed tantum ex ſuppoſitione, quod ſepeliretur, vbi elegit ſepeliri; quia non diſpoſuit per ſe primo, quod non ſepeliretur, vbi de iure eſſet ſepeliendus, ſed hoc ſolum venit in conſequentiam ad electionem ſepulturæ in tali eccleſia. Vnde cum ceſſet hoc ſuppoſitum, quia electio non poteſt habere effectum, ceſſat etiā excluſio ſepulturæ, quæ ſubintrat de iure Cap. *Si Papa. De priuileg. in 6.* & Clemen. *Si ſummus. De ſentent. excommunicat.* Præſertim quia eſt excluſio conditionalis iuxta ea, quæ tradunt Dec *conſil* 644. Decian. *reſp.* 1. *numer.* 16. *vol.* 1 Menoch. *conſil.* 175. *num.* 12. quæ non habet locum, niſi purificata conditione.

An confeſſio reuelata poſſit aliquando probare in iudicio. Quæſt. 156.

S V M M A.

1 *Reuelans confeſſiones qua pœna puniendus.*
2 *Confeſſio reuelata an probet in iudicio.*
3 *Gloſ. explicata.*
In pœnitentiali iudicio vnicuique credendum.
4 *Quomodo conſtare poſſit, quod quis non habuerit intentionem contrahendi matrimonium.*
5 *Notitia habita in confeſſione non poteſt adhiberi in iudicio.*
6 *Confeſſarius audit confeſſiones vt Chriſti miniſter.*
Notitia ex confeſſione eſt extra commercium humanum.
7 *Confeſſio tam reuelata cur non poſſit inſeruire in iudicio.*
8 *Conſulens alios ſuper auditis in confeſſione, quomodo non vtatur notitia habita ex confeſſione.*
9 *Audiens furtiuè, aut caſu confeſſionem tenetur ſigillo.*
Non poteſt eſſe teſtis ſuper auditis in confeſſione.

1 Certum eſt, reuelantem confeſſionem eſſe grauiter puniendum iuxta Cap. *Cum ſacerdos. De offic. ordinar.* & notant communiter Doctores præſertim Iaſ. *in l.* 1. *num.* 7. *ff. De his, qui ſunt ſui, vel alieni iur.* Bald. *in l. Archigerontes. C. De Epiſ. audien.* Pœna autem reuelantis confeſſionem prius fuit depoſitio, et ignominioſa peregrinatio per totam vitam. Ita in *Cap. ſacerdos. De pœnit. Diſt.* 6. De iure autem poſteriori pœna eſt depoſitio, & detruſio in Monaſterium ad agendam pœnitentiam. Ita *in Cap. Omnis vtriuſque. De pœnit.* Et hæc pœna eſt illa, quæ hodie habet locum, vt notant Sotus *de tegen. ſecreto. memb.* 1. *quæſt.* 2. Nauar. *in Cap. Sacerdos. num.* 171. *De pœnit. diſt.* 6. Suarez *diſp.* 33. *de pœnit. ſect.* 8. Onuphrius *de ſacro ſigil. ſec.* 5. *quæſt.* 2. ver. *Dixi ſecundo* Malder. *de ſacro ſigil. cap.* 11. *init.* & alii cum Gloſ. *in dict. Cap. Omnis vtriuſque.* Et proinde, quod ex confeſſione reuelatur, non poteſt inſeruire ad probandum in iudicio tanquam omninò occultandum; & quia non poteſt teſtis reddere rationem ſui dicti; niſi recurrat ad notitiam habitã ex confeſſione. Solum dubitatur, an aliquando poſſit deſeruire.

2 Hoc dubium oritur ex eo, quod tradit Iaſ. *num. præced. init.* citat; qui vult, hoc non habere locum in cauſa matrimonii, nam in hac cauſa reuelatio notitię circa matrimonium habitæ ex cõfeſſione probat et cu. Gloſ. quam dicit ſingularem in *Cap. Tua nos verbo.* Conſtiterit. *De ſponſalib.* quam dicit nullum vnquam Canoniſtam ponderaſſe; ſed ſolum eam ponderaſſe. Roman. *in l. Si non ſpecialı.* C. *De teſtib.*

3 Verùm ſi rectè illa Gloſ. perpendatur, nihil huiuſmodi habet. Põtifex enim interrogatus ſuper validitate matrimonii illius, qui ementito nomine alieno, et cũ intentione nõ contrahendi matrimoniũ, ſed hac ſimulatione extorquendi copulam, reſpondit, quod cum non conſenſerit, illam ducere, non valebat matrimonium, & ſubdidit. *Quod qualiter tibi conſtiterit, non videmus*; nempè quod non conſenſerit ducere in martimoniũ. Gloſ. verò *ibid.* ponderans hęc verba ait. Potuiſſe benè conſtare. *Quia ille hoc ei confeſſus fuit in pœnitentiali iudicio, in quo cuilibet eſt credendum, vt infra. De homicid. Significaſti. Quia ſoli ſibi ſit præiudicium, vnde non eſt veriſimile, quod ſit immemor ſuę ſalutis.* Ex quibus verbis nihil aliud elici poteſt. Quod de hoc poterat conſtare confeſſario ex notitia habita in confeſſione, quia vnicuique credendum eſt in illo foro pœnitentiali. Non autem, quod notitia habita in confeſſione etiam in cauſa matrimonii probare poſſit in iudicio. Imò ſubdit *ibid.* Gloſ. *Sed in iudicio pro tribunali non crederetur ei in præiudicium alterius.* Ex quibus conſtat quod nihil aliud intendit, niſi quod ea cõſtant cõfeſſario, quę audit in foro pœnitentiali. non autem vult, quod audita in confeſſione proferri poſſint in iudicio, & quod probent in cauſa mattimonii.

4 Nec obſtat, quod caſum propoſuerit Summo Pontifici, quaſi ex hoc inferri poſſit, quod iuxta reſolutionẽ reportatã voluerit vti notitia habita ex confeſſione. Quia quod hoc ei conſtiterit ex confeſſione ſacramentali, non habetur ex tex. Sed eſt coniectura Gloſ. quia ſcilicet hoc potuit eſſe. Et ſi fuit, potuit ſuper caſu cõſulere Pontificem, vt in foro pœnitentiali moneret pœnitentem, quid agere deberet iuxta reſolutionem reportatam: non autem vt vteretur in foro externo notitia habita in foro pœnitentiali. Deinde fieri potuit, quod fictè contrahens, antequam contraheret, coram teſtibus proteſtatus fuiſſet, ſe fictè contracturum matrimonium, et nõ habere intentionem ducendi talẽ in vxorem, & quod iſti teſtes poſtea examinati fuiſſent. Vnde ex nullo capite deducitur ex Gloſ. quod in cauſa matrimonii poſſit inſeruire notitia habita in confeſſione.

5 Itaque abſolutè tenendum omninò eſt. *Quod notitia habita ex confeſſione in nullo vnquam caſu admitti poſſit in iudicio, & proinde nullam faciat probationem.* Et hoc intelligi debet non ſolum, ſi confeſſarius deponat, ſed etiam, ſi alius deponat ex notitia habita à confeſſario reuelante; aut quacumque ſcientia habita ex confeſſione perueniant ad iudicem. Ita

Sotus

Sotus *de tegendo ſecreto mem.* 3. *quæſt.* 1. *poſt* 5. *concluſ.* Onuphr. De *ſacroſigill. ſect.* 2. *quęſt.* 2. *dub.* 1. Et deſumitur etiam ex communi doctrina, quod ſigillum confeſſionis ſit omninò indiſpenſabile, quam inter alios tradunt D. Th. *in* 4. *diſt.* 21. *q.* 3. *ar.* 1. Scot. *quæſt.* 2. Sotus *diſt.* 18. *quęſt.* 8. *ar.* 5. *concluſ.* 1. Nauar. *in Cap. Sacerdos. nu.* 117. *De pœnit. diſt.* 6. Syluester *verbo* Confeſſor. 3. *quæſt.* 19. & 20. Medina C. *De confeſſ. tract.* 2. *quęſt.* 45. Viguer *Inſtit. Theol. cap.* 16. §. 4. *ver.* 20. Philiarc *De ſacram. pœnit. lib.* 2. *cap.* 30. Couaruu. *in* 4. *par.* 2. *cap.* 8. §. 12. *nu.* 10. Hoſtienſ. *in Cap. Omnes vtriuſque ſexus.* De *pœnit. & remiſ.* vbi & alii Canoniſtæ, Simanch. *Catholicar. inſtit. tit.* 24. *n.* 15. & alii communiter. Si enim eſt indiſpenſabile, in nullo vnquã caſu, quæ cadunt ſub ipſo, inſeruire poſſunt in iudicio.

6 Ratio eſt. Quia confeſſarius in audienda cõfeſſione tãquam Vicarius Chriſti repræſentat ipſius perſonam. Nam Chriſtus reliquit ſacerdotes tãquam ſuos Vicarios, qui exercerent iudicium ſacramentale pœnitẽtiæ, vt habet Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de pœnit.* Et propterea confeſſarius audit peccata pœnitentum in Tribunali ſegregato à commercio humano, & notitia, quàm inde acquirit, nõ eſt intra terminos commercii humani, ſed potius intra terminos commercii diuini, cum tanquam miniſter Dei in illo iudicet. Et ideo tenetur confeſſarius ita illã in ſecuſtodire, vt nunquam deuoluat ad commercium humanum: alioquin faceret contra inſtitutionem Chriſti, ex qua fluit neceſſitas celandi ſuo ſigillo ſacramentali, quæ exponuntur à pœnitente in ordine ad iudicium pœnitentiale, vt docent communiter cum D. Thom. *in* 4. *diſt.* 21. *quęſt.* 1. *art.* 1. Et quicumque alius, qui tali notitia vteretur, faceret contra eamdem inſtitutionem, quia vteretur in commercio humano, quod Chriſtus voluit eſſe ab ipſo omninò ſegregatum. Et hæc ratio militat pro quocumque caſu, quia ſemper traheretur ad commercium humanum, quod debet eſſe ab ipſo omnino ſegregatum.

7 Solum videtur poſſe obiici. Quod poſtquam eſt reuelata confeſſio, iam notitia habita in confeſſione deuoluta eſt ad humanum commercium, & ideò videtur poſſe adhiberi pro iis, quæ ſunt humani commercii. Sicut iudex poteſt vti notitia iniuſtè extorta ad inquirendum de delicto. Sed quicquid de hoc ſit, eſt alia ratio, quia in tali caſu iudex vteretur notitia, quæ originem traxit ex humano cõmercio. At notitia habita ex confeſſione ex ſua origine eſt extra humanum commercium, & exigit ſemper extrà ipſum conſeruari. Et ſi quando ex malitia confeſſarii deuoluitur ad humanũ commercium, adhuc exigit poni extra ipſum per ſuppreſſionẽ, quia exigit eſſe, & permanere extra ipſum: & ideò nunquam, licet ad idem deducta, poteſt adhiberi pro humano commercio; præſertim, quia non poteſt inſeruire pro foro externo, niſi deueniatur ad originem, quam habuit ex confeſſioue.

8 Rurſus obicii poteſt, quòd ſequeretur, quod confeſſarius non poſſet conſulere viros doctos de auditis in confeſſione. Reſp. neq. hoc ſequi. Nam poteſt conſulere narrando caſũ, ſed reticendo perſonam, hoc autem pacto non ponit in commercio humano notitiam habitam in confeſſione; quia habita in confeſſione non eſt notitia caſus in abſtracto, ſed caſus inuoluentis ordinem ad perſonam; et ſi eſt peccatum, prout eſt peccatum talis perſonæ: & ſic non ponit in humano commercio notitiam habitam in confeſſione. Quod etiam contingit, quando cõfeſſarius narrat caſus auditos in confeſſione tacendo perſonas, quamquam hoc ſit valdè periculoſum.

9 Ex dictis ſequitur, quod ſi duo, aut plures audiſſent confitentem ſacerdoti aperire delictum, de quo inquiritur in foro externo, non poſſent eſſe teſtes in illa cauſa; nec poſſet iudex vti illorum teſtimonio. Hi enim ſiue caſu, ſiue dedita opera audierint pœnitentem, tenentur ſigillo confeſſionis, vt communiter docent Scot. *in* 4. *diſt.* 21. *quæſt.* 2. D. Antonin. 3. *par. tit.* 17. *cap.* 22. §. 2. Roſel. *verbo.* Confeſſio *n.* 15. Medina Cod. *De confeſſione. tract.* 2. *qu.* 4. Angel. *verbo.* Confeſſio. *num.* 16. Nauar. *cap.* 8. *Manual. num.* 16. Graf. *lib.* 1. *deciſ. cap.* 23.

23.*num.*37.Suarez *diſp.*33.*de pœnit.ſect.*4. *num.*7.Faber.*in* 4. *diſt.* 19. *quæſt. vn, diſp.* 34.*cap.*2 *num.*19.Pitigian.*diſt.*21.*quæſt.*2. *ar.*5.Facunde *pracep.*2. *Eccleſ.* lib.6.*cap.*6. *num.*25. Megala *par.*1.*Inſtit.lib.*1. *cap.*16. *num.*5.Cœleſtin.*in compen.* Theolog. *moral. tract.*1.*cap.*17.*num.*3. Mærat, *tom.*3.*ſum. diſp.*32.*ſect.*2.*num.*1.Moſcoſ. *tract.*7.*ſum. cap.*15.*num.*5. Mercer.*de ſacram.quęſt.*11. *de pęnit. ar.*3. Reginal.*lib.*3.*Praxis fori pęnit. cap.*3.*numer.*26. Præpoſit.3.*par. quæſt.* 11 *ſupplem. dub.*4.*num.*33. Chelliſon. *ibid. ar.*5.*dub.vn.*Granad.*contrauer.*7.*tract.* 11. *diſp.* 4.*nu.*1. Gaſpar Hurtad. *de Sacramen. diſp.*12.*de pœnit.difficul.*3.Onuphr.*de ſacer. ſigil.quæſt. vn.dub.*3.ver.*Scotus*, vbi alios citat. Malder *de Sigil.confeſ.cap.* 13. ver. *Qui caſu audit.* Quia illa notitia acquiritur ex confeſſione ſacramentali, & ideo quamuis audientes nõ audiant in perſona Chriſti, adhuc tamen exigit conſeruari extra commercium humanum. Iudex verò non poſſet huiuſmodi teſtes admittere, quia cooperaretur eidem peccato, & traheret ad humanum commercium, quod ſecundum inſtitutionem Chriſti exigit eſſe extra ipſam.

An religioſus cogi poſſit, vt teſtificetur contra propriam Religionem. Quæſt. 157.

S V M M A

1 *Teſtes cogi poſſunt ad teſtificandum.*
2 *Religioſus non poteſt cogi, vt teſtificetur contra propriam Religionem.*
Filius non admittitur teſtis contra Patrem.
Libertus non poteſt cogi, vt teſtificetur contra Patronum.
Parentes ſpirituales magis venerandi, quàm carnales.
3 *Patria anteponenda parentibus.*
Religio quo ad Religioſos æquiparatur Patriæ.
Non poteſt quis cogi, vt teſtificetur contra Patriam.
4 *Si ſolum extent teſtes, qui cogi non poſſunt, perinde ſe habet, ac ſi non extarent.*

1 QVando teſtes ſe ſubtrahunt à ferendo teſtimonio, nec veritas alio modo conſtare poteſt, cogi poſſunt, etiam cenſuris eccleſiaſticis, ſi moniti adhuc recuſent, vt ferant teſtimonium iuxta exigentiam iudicii, vt deſumitur ex Cap. 1. & Cap. *Cum ſuper cauſa*, et Cap. *Peruenit.* 1. & Cap. *Peruenit.* 2. et *toto tit.* De *teſtib. cogend.* Quia enim valdè intereſt publicæ vtilitatis, quod in iudiciis conſtet de veritate, ſine quo non poteſt iuſtitia adminiſtrari, ideo tenentur, qui veritatis conſcii ſunt, eam in iudicio deponere, ſi vocentur: & ideo, ſi recuſent, aut ſe ſubtrahant, aut impediantur, poſſunt cogi ad ferendum teſtimonium veritati. Modo autem dubitatur, an Religioſus cogi poſſit ferre teſtimonium contra propriam Religionem.

2 Reſoluendum autem eſt. *Quod nõ poſſit Religioſus cogi, vt contra propriam religionem teſtimonium ferat.* Quod intelligitur in re graui, vnde Religioni notabile nocumentum proueniat. Ratio eſt. Quia ſtante debito naturali erga aliquem, & natutali affectione non poteſt cogi, vt cõtra ipſum ferat teſtimonium. Vnde filius excuſatur, ne cõtra patrem in iudicio deponat, imò nec admittitur, ſi paratus ſit deponere *l. Parentes. ff.* De *teſtib.* Nec libertus cogitur teſtificari contra patronũ. l.*Libertorum,C.* De *teſtib.* Ergo nec etiam Religioſus cogi poterit, vt contra propriã Religionem teſtimonium ferat, quia magis debet religioni, quàm filius parentibus, aut libertus patrono: ſiquidem eſt filius ſpiritualis Religionis, ab ipſa alitur nõ ſolum corporaliter, ſed etiam ſpiritualiter, & ſtrictiori vinculo cum ipſa coniũgitur, quàm filius cum parentibus, aut libertus cum patrono. Parentes enim ſpirituales magis venerandi ſunt, quàm carnales. Cap. *Ita diligere.* ibi. *Longè igitur cõgruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quem gratia diuina potius, quàm qua humana voluntas, & filius patris mei, vel frater meus eſſet, elegit.* & Cap. *Pitacium* 30. *Qu.*3. vbi Gloſ. verbo. *Multò magis.*

3 Accedit etiam, quod Patria antepo-

ponenda eſt parentibus *l. Minimè. ff. De relig. & ſumpt. fun.* Vnde ſi filius non poteſt cogi, vt ſit teſtis contra parentes, multò minus cogi poterit, vt ſit teſtis contra Patriam, vt loquens de conſiliario ponderat Menoch. *conſil. 275. nu. 21.* Religio autem in ordine ad Religioſos ſuos æquiparatur patriæ, nam eſt cōmunitas, quædam, cuius ſinguli religioſi ſunt membra. Et ſicuti ciues ſpeciali obligatione obligantur patriæ, non alia ratione, niſi quia ab ipſa traxerunt originem vitæ corporalis: ita Religioſi potiori modo obligantur Religioni, à qua traxerunt originem melioris vitæ, nempè religioſæ.

4 Obijci poteſt. Quod veritas non poſſet haberi, quando alius non adeſſet teſtis: vnde cum militet ratio, nempe fauor publicus iuſtitiæ, ob quam teſtes cogi poſſunt, poterunt etiam cogi Religioſi, vt ferant teſtimoniū contra Religionem. Reſp. Hanc rationem, ob quam cogi poſſunt teſtes non extendi ad eos, qui ſe excuſare poſſunt, quia ceſſat ratio, quæ habet locū, quando adſunt teſtes, qui aliàs tenentur teſtificari. In caſu autem, in quo non adſint alij teſtes, niſi ij, qui nō ſunt cogendi, procedēdum eſt, ſicuti proceditur, quando nulli adſunt teſtes. Quod enim extent teſtes, ſed non poſsit haberi teſtificatio, quia cogi non poſſunt, perinde ſe habet, ac ſi non extarent. *l. 1. ff. Quod cuiuſque vniuerſitat. & l. Ex conſenſu. §. 1. ff.* De appellat.

An contrahi poſſit matrimonium, ſi ætati requiſitæ deficiant aliquot dies. Quæſt. 158.

S V M M A

1 *Aetas habilis ad copulam requiritur pro contrahendo matrimonio.*
Quot anni in viro, & quot in muliere requirantur.
Debent eſſe completi.
2 *Quid, ſi deſint duo, tres, aut quattuor dies.*
3 *Si deſit aliquis dies annis præfinitis, non valet matrimonium.*
4 *Annus præfixus matrimonio diminutus per dictionem* Circiter *non ſufficit.*
Dictio, Circiter, *refertur ad modicam quantitatem.*
5 *Annus, cui aliquid deeſt, non habetur pro completo.*
Annus non completus non poteſt numerari.
6 *Tempus aſſignatum à iure ſumitur de momēto ad momentum, niſi aliter diſponatur.*
7 *Pro matrimonio non ſufficit dies vltimus inchoatus anni præfixi.*
Annus non eſt integer, ſi quid minimum deſit

1 PRo contrahendo matrimonio requiri ætatem habilem ad copulam, certum omninò eſt, vt conſtat ex Cap. Puberes. *De deſponſat. impub.* vbi Gloſ. *fin.* Quia debet adeſſe ætas, quæ ſit apta, vt matrimonium initum ſortiri poſſit ſuum effectum. Hęc autem ætas importat pubertatem, & quò ad maſculos importat annum quartumdecimum; quò ad fœminas autem annum duodecimum, vt ſtatuitur in Cap. *Continebatur.* & in Cap. *Atteſtationes*, & in Cap. Ex *litteris. De deſponſat. impub.* Hæc autem ætas tàm in maſculo, quàm in fœmina debet eſſe completa, vt deſumitur ex eodem Cap. *Ex litteris.* ibi. *Donec compleat puer annum decimum quartum*; & Cap. *fin. eod. tit.* ibi. *Quidam filiam ſuam circiter duodecim annos habentem.* de quo tamen matrimonio ſtatuitur, quod ſi non erat ætatis nubilis, aut malitia nō ſupplebat ætatem, non fuiſſe matrimonium, ſed tantum ſponſalia, & tamen dū erat ætatis annorum circiter duodecim, oportebat, quod duodecimus annus eſſet incœptus.

2 Hoc autem ſtante dubitatur, an valeat matrimonium, vt matrimonium, ſi ad complēdam dictam ætatem deſint duo, tres, aut quattuor dies. Et partem affirmatiuam tradunt Hoſtiens. *in Cap. Puberes num. 5. De deſponſat. impub.* Veracrux *in Speculo coniugior. par. 1. ar. 16.* ver. *Primò ſponſalia.* Martin. Ledes. *2. par. 4. quæſt. 60. art. 1. circa fin. ver. Hæſitabis vlterius*, quos ſequitur Guttierez *de matrimon. cap. 2 numer. 20.* Et Ledeſma vult, hoc habere locum, etiā ſi deſint decem dies. Et fundantur in eo, quod hæc ætas

moraliter computari debeat: & quia quod parum diſtat, nihil diſtare videtur.

3 Tenendum tamen eſt. *Non valere matrimonium ſi aliquis dies deſit ad complendam ætatem pręfinitam* Ita Abbas *in Cap. fin. nu.* 6. *De deſponſat. impub.* Cardin. *ibid. num.* 2. Henri. *in Cap. Puberes. num.* 5. *eod. tit.* Alexan. de Næuo. *in Cap. Atteſtationes. numer.* 8. *eod. tit.* Sotus *in* 4. *diſt.* 35. *quæſt. vn. ar.* 5. ver. *At verò vtrum.* Brunel. *De ſponſal. concluſ.* 4. *num.* 6. Sanchez *lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 104. *num.* 3. Pontius *de matrimon. lib.* 7. *cap.* 65. *num.* 1. Vnde S. Cōgregat. *in* Reatina 14. *Iunij* 1621. declarauit nullum matrimonium cum Puella, cui ſex dies deerant pro complemento anni duodecimi. Quod intelligitur, niſi malitia ſuppleat ætatem iuxta Cap. *fin.* *De deſponſat. impub.*

4 Et pro hac opinione ponderari poteſt tex. dic. Cap. *fin. De deſponſat. impub.* vbi de puella, quæ erat annorum duodecim circiter, dicitur, quod non conſtaret, an haberet legitimam ætatem ex tali explicatione, & tamen, dum dicitur annorū duodecim circiter, aut ſolum parum quid deficiebat complemēto duodecimi anni, aut parum quid excedebat: dictio enim, *Circiter,* ad modicam quantitatem refertur, vt ponderat Gloſ. *ibd.* verbo. *Circiter.* Vnde ſi non obſtaret defectus duorum, aut trium dierum, conſtaſſet de ætate nubili, nec opus fuiſſet declarare matrimonium nullū ſub conditione, ſi puella non erat ætatis nubilis, aut malitia non ſuppleſſet ętatem. Vnde conficitur argumentum. Nō admittitur à iure matrimonium eius, qui circiter habet annos pręfixus à iure. Sed quando deeſt etiam vnicus dies, adſunt tantum circiter anni præfixi. Ergo tunc matrimonium initum non admittitur.

5 Et adduci poteſt etiam tex. Cap. *Ex litteris, De deſponſat. impub.* vbi Pontifex Vrbanum II. decernit, quod ad cōtrahendum matrimonium expectandum ſit, donec puer compleat quartum decimum. Quādo autem deeſt aliquod tempus non ſolum annus eſt completus, ſed neque habetur prò completo. Tum quia, qui non compleuit annum, dicitur minor illo anno *l. Deniq. §. Minor. in ff. De minorib.* Tum quia annus nō completus non poteſt numerari pro anno *l. Anniculus. ff. De verbor. ſignificat.*

6 Ratio verò eſt, Quia tempus aſſignatum à iure computatur de momento ad momentum, niſi aliud ſit determinatum. *l.* 3. *§. Minor. ff. De maior.* atq. tradūt Gloſ. *in l.* 3. *§. Minore. ff.* De minor. & Doct. *ibid.* Io. Andr. *in Cap. Super eo. De appellat.* & cœteri *ibid.* Iaſ. *in l.* 1. *§. Minor. ff. De maior.* Afflict. *deciſ.* 73. *num.* 7. Bald. *conſil.* 477. *num.* 1. Angel. *conſil* 404. *in fine.* Coneus alios referes *conſil.* 27. *quæſt.* 1. *nu.* 4. *lib.* 5. Myſinger. *obſeruat.* 15. *in fine. centur.* 5. Marc. Anton. Bart. *De temp. vtili. cap.* 3. *num.* 1. Rota *deciſ.* 333. *nu.* 4. *par.* 4. *Diuerſ.* quæ eſt Romana *Societatis* 27. *Iunij.* 1597. coram Lancellotto. Vnde cum à iure ſit determinatum tempus ætatis habilis ad contrahendum matrimonium, debet ſumi de momento ad momentum, cum aliter à iure cautum non ſit: & proinde anni debent eſſe completi.

7 Ex quibus deducitur, Quod quāuis loquentes de ſponſalibus Couaruu. 4. *Decret. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. Mandos. *De ætate minori. cap.* 14. *num.* 11. Lopez 2. *par. Inſtruc. cap.* 37. *de matrim.* Henriquez *lib.* 11. *cap.* 13. *num.* 2. & loquentes de matrimon. Villalob. *tom.* 1. *ſum. tract.* 14. *difficul.* 22. *nu.* 1. Barboſa *in Collect. lib.* 4. *tit.* 3. *cap.* 14. *nu.* 2. *tom.* 2. dicant, quod ſufficit, quod vltima dies anni deſignati ſit incœpta. Attamen tenendum eſt, quod debeat eſſe completa, vt inter alios docet Pontius *lib.* 7. *de matrim. cap.* 65. *n.* 1. Nam cum tempus computari debeat de momento ad momentum, nulla pars temporis debet deeſſe, alioquin annus non eſſet completus, neque enim completum eſt, cui aliquid deeſt, quia non eſt integrū, cui quid minimum deſit *l. Nomen filiorū. §. fin. ff* De leg. 3. & *l. Decem. ff. De fideicom. libert.* & notant Paris *conſil.* 116. *num.* 14. *vol.* 1. Alexan. *conſil.* 201. *nu.* 7. *vol.* 6. Natta *conſil.* 164. *num.* 9. Menoch. *conſil.* 918. *nu.* 3. Rota *deciſ.* 300. *nu.* 10. *par.* 1. *Recent.*

An

An Prelati Regulares locales habeant territorium. Quaſt. 159.

S V M M A

1 *Eccleſia, & Monaſteria Regularium exemptorum non ſunt de Diœceſi.*
Monaſteria Regularium ſunt omninò exempta.
2 *Eccleſia Regularium non viſitantur ab Ordinarijs.*
Epiſcopus viſitat Eccleſias exemptas ſaculares, etiam nullius diœceſis.
3 *Regulares, & eorum loca quò ad effectus iuriſdictionis cenſentur extra Diœceſim.*
4 *Pralati Regulares habent territorium.*
5 *Non ſolum per aquiparationem, ſed propriè.*
6 *Territorium quid ſit.*
7 *Territorium non importat dominium terra, ſed iuriſdictionem, & poteſtatē coercendi.*
8 *Pralati Regulares habēt in ſuis Monaſterijs iuriſdictionem quaſi epiſcopalem.*
Poſſunt quò ad proprios ſubditos quicquid poſſunt Epiſcopi.
Loca Pralatorum Regularium faciunt territorium ſeparatum.
9 *Exempti habent iuriſdictionem quò ad perſonas, non quò ad loca.*
10 *Monaſteria ſunt in Diœceſi.*
Priuilegium exemptionis eximit à ſubiectione, non à ſituatione.
11 *Quid requiratur, vt conſtituatur diſtinctū territorium.*
12 *Facultas exercendi aliquos actus iuriſdictionis quò ad loca, & perſonas Regulares nō obſtat ſeparationi territorij.*
13 *Nec etiam viſitatio quòad curam animarū, ſi Eccleſia ſit parochialis.*
14 *Religioſi ſubijciuntur ratione voti.*
Religioſi non habēt proprium velle, aut nolle.
Subiectio Religioſorum eſt materia voti.
Eſt perſonaliſſima.
Vis coercitiua eſt neceſſaria pro iuriſdictione.

1 Licet Eccleſiæ, & Monaſteria Regularium exemptorum ſint intra diœceſim, cum tamen ſint exempta, non ſunt de *Diœceſi*, iuxta ea, quæ notant Abbas *in Cap. Nimis. De iureiur.* Cardin. *in Clement. 2. §. 1. queſt. 4. De priuileg.* Rota *in Burgenſi iuriſdictionis S. Io. 28. April.* 1595. coram Orano apud Tamburin. *deciſ. 42. num. 6. poſt 3. tom. De iure Abbat.* Quod autem Eccleſiæ, & Monaſteria Regularium ſint omninò exempta, habetur ex priuilegio Sixti IV. qui id conceſſit Fratribus Prędicatorum in Bulla, quę dicitur *Marę magnum.* quæ eſt 1. *eiuſdem Pontificis apud* Confectum *in Collect. Priuilegior.* Mendicant. ibi. *Et ne prętextu Conſtitutionis Innocentij IV. prędeceſſoris noſtri, quæ incipit, Volentes, Locorū Diœceſani, & alij Ordinarij, ac alij quicunque in perſonas, & loca Fratrum Pradicatorum, contra eiuſdem Gregorij Prędeceſſoris Ordinationem, ſibi quamcumque iuriſdictionem, & ſuperioritatem vindicare praſumant, diſtrictius inhibemus, ne quiſquam abſque dicta Sedis ſpeciali commiſſione, & auctoritate, in perſonas, domos, & loca dicti Ordinis Prędicatorum, vt pote prorſus exempta, aliquas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententias, ſpecialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in perſonas, domos, & loca huiuſmodi aliquam praeminentiam, ſuperioritatem, & iuriſdictionem quomodolibet exercere praſumat etiam ratione contractus, vel delicti, ſeu rei, de qua contra ipſos ageretur, vbicunque ineatur contractus, committatur delictum, & res ipſa conſiſtat.* Vbi ponderanda ſunt verba illa, *vt pote prorſus exempta.* Et ſimiliter illa *Aliquam praeminentiam, ſuperioritatem, & iuriſdictionem quomodolibet exercere.*

2 Quod amplius ex eo conſtat, quia Eccleſiæ Regularium non viſitantur ab Ordinario, neque in virtute Concil. Tridentini, vt declarauit S. Congregat. apud Collector. *ad cap. 8. de Reformat. ſeſſ. 7. Concil. Trident.* Neque etiam in vigore Conſtit. *Inſcrutabilis.* Gregorij XV. vt eadem S. Congregat. declarauit, vt conſtat ex reſponſione ad 1. *Dub. ex propoſitis ſuper eadem Conſtit.* & eidem Conſtit. annexis. vt *in Bullar.* Epiſcopi autē viſitant quaſcunque Eccleſias quomodolibet exemptas, etiam ſi ſint nullius Diœceſis ex Decreto Concil. Trident. *dicto Cap. 8. de reformat. ſeſſ. 7.* & refert deciſum à S. Congregat. Barboſa *ad dict. locum Concil.* Vnde pleniori iure ſunt exemptæ Eccleſiæ Regularum, quàm Eccleſiæ nullius *D*iœceſis, cum ſint etiam exemptæ à Viſitatione.

3 Ex quo fit, quod Regulares. & eorum

Paſqualig. Quæſt. Select.

tum loca, quò ad effectus iuriſdictionis cenſeantur eſſe extra Diœceſim, vt deſumitur ex Cap. *Luminoſo.* 18. *Queſt.* 2. & Cap. *vnico.* §. *Et quoniam.* De *Regular. in* 6. & Cap. 1. De *priuileg. in* 6. vbi Gloſ. Quod ſufficit, vt quamuis loca Regularia ſint intra Diœceſim, non ſint tamen de diœceſi iuxta ea, quæ notant Abbas *in Cap. Nimis*, De *iureiur.* Cardin. *in Clemen.* 2. §. 1. *quæſt.* 4. De *priuileg.* vt dictum eſt etiã ſupra. Et proinde non poſſunt dici ab Epiſcopis ſua diœceſis, ſeu pars ſuæ diœceſis, vt obſeruant Gemin. *in Cap. Cum Epiſcopus. num.* 4. De *offic. Ordin. in* 6. Rota *in dic. Burgens. Iuriſdictionis S. Ioannis*, 28. *Aprilis.* 1595. coram Orano. *num.* 2. apud Tamburin. *de iure Abbat. poſt tom.* 3.

4 Tenendum itaque eſt, *Prælatos Regulares habere ſuum territorium, nempe Monaſterium ſuis finibus circumſcriptum.* Ita Cardin. *in Clemen.* 1. *num.* 1. *De ſtatu Monach.* Vitalin. *in Clement. Rurſus. num.* 10. De *ſtatu Monachor.* Geminian. *in Cap. Cum Epiſcopus. num.* 4. De *offic. Ordinar. in* 6. Zerola *in Praxi Epiſcopali. par.* 1. *verbo*, Proceſsiones. ver. *Ad quartum*, Cened. *Canonin. quæſt.* 26. *num.* 18. Portel. *in Reſpon. par.* 1. *caſu* 19. Barboſa. *De poteſt. Epiſ. allegat.* 73. *num.* 7. Bordon. *conſil. Regul* 68. *num.* 28. *tom.* 2. Tamburin. *De iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *quæſt.* 7. *nu.* 39. Rota coram Veral. *deciſ.* 225. *num.* 3. *par.* 2. & *in Romana Iurium funeralium* 4. *Iulij.* 1653. *circa fin.* coram Zarate & *in Burgenſi iuriſdict. S. Io.* 6. *Nouemb.* 1596. *num.* 4. coram Orano apud Tambur. *deciſ.* 43. *poſt.* 3. *tom.* De *iure Abbat.* Intelligitur autem de territorio proportionato iuriſdictioni Prę latorum Regularium, quatenus ſcilicet importat terminos coarctantes ipſorum iuriſdictionem.

5 Nec dici poteſt, quod iſti Doctores loquantur impropriè, & ſolum quò ad certos effectus, & per modum æquiparationis, vt dixit Rota *in Volateranenſi iuriſdictionis*, 14. *Ianuarij.* 1581. coram Brauo, & eſt *deciſ.* 207. *par.* 2. *Diuerſ.* & *in Salamantina iuriſdict.* 14. *Decembr.* 1579. coram Seraphino, & in *Calâguritana iuriſdictionis* 16. *Iunſ.* 1606. coram Ortembergo. Quia ad ſummum agnoſci poteſt aliqua improprietas quo ad locum, qui in componendo territorio materialiter ſe habet: non autem quò ad iuriſdictionem, quæ eſt forma, quæ conſtituit locum in eſſe territorii. Nam hæc eſt plena quò ad Prælatos Regulares, & nulla quò ad Ordinarios, vt cõnſtat ex dictis *num.* 1.

6 Ratio deſumitur ex definitione Territorij, Quod non eſt aliud, quàm certũ terræ ſpacium certis finibus, veluti cancellis quibuſdam ſeptum, & iuriſdictione munitum. *l. Pupillus.* §. *Si Territorium. ff.* De *verbor. obligat.* vt cum alij tradunt Felin. *in* Cap. *Rodulphus. num.* 13. & 28. *De reſcrip.* Boer. *deciſ.* 227. *num.* 7. Briſſon. *de Verbor. ſignificat.* verbo. *Territoriũ.* Borel. *De magiſtr. cap.* 1. *num.* 105. Marta *de iuriſdic. par.* 1. *cap.* 48 *num.* 22. Rota coram Pennia *deciſ.* 386. *num.* 3. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 487. *num.* 5. & coram Merlino *deciſ.* 665. *num.* 18. Hęc autem conueniunt Monaſterijs Prælatorum Regularium. Nam habent certum terræ ſpatium certis finibus ſeptum, vt per ſe conſtat; & hoc eſt veluti materialis pars territorii. Habent etiam iuriſdictionem penes Prælatum Regularem, qua hoc terræ ſpacium munitur, tanquam partem formalem. Vnde cum concurrat vtraq. pars materialis, & formulis, conſurget territorium propriè dictum.

7 Præſerrim, quia territorium non importat dominiũ terræ, quia hoc eſt etiã penes ſubditos, ſed iuriſdictionem, & cœrcitionis ſuperioritatem, vt tradunt Bald. *in l. Si quam. in fine.* C. De *bon. vacant. lib.* 11. Dec. *conſil.* 483. *num.* 10. Oldrad. *conſil.* 176. *num.* 12. Socin. ſen. *conſil.* 105. *n.* 5. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 437. *num* 6. Hieronim. à Monte. *De finib. cap.* 6. *nu.* 9. Rota *in Burgenſi iuriſdic.* 4. *Decemb.* 1595. & coram Merlino. *deciſ.* 665. *numer.* 15. Hæc autem eſt penes Prælatnm Regularem extenſa ad terminos ſui Monaſterii quò ad omnes, qui pertinent ad ipſum. Et ideo cum interueniat forma conſtitutiua territorij, negari non poteſt, quin etiam interueniat territorium.

8 Accedit, quod Prælati Regulares habent in ſuis Monaſterijs quò ad proprios

prios ſubditos iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem Cap. *In ſingulis.* De *ſtat. Monach.* & Cap. *Abbates. circa finem.* De *priuileg. in* 6. & notant Gloſ. in *Clement.* 1. verbo *Proprijs.* De *reb. Eccleſ. non alien.* Butr. *in Cap. Cum eo plantare*, §. *In Eccleſijs.* De priuileg. Dec. in Cap. Cum te not. 1. ver. *Et concludo.* De *reſcrip.* Aret. *conſ.* 63. *num.* 4. Et poſſunt quo ad ſuos ſubditos in iuriſdictionalibus, quicquid poſſunt Epiſcopi quò ad ſuos, vt declarauit Pius V. *in ſua Conſtit.* 132. §. 3. *tom.* 2. *Bul. ſub die* 21. *Iulij.* 1571. Vnde cum in iuriſdictione æquiparentur Epiſcopis, & loca ipſis ſubiecta ſint extra iuriſdictionem Epiſcopi, facient territorium ſeparatum, vt obſeruant Geminian. *in Cap. Cum Epiſcopus. num.* 4. De *offic. Ordin. in* 6. & *in Cap.* 2. *n.* 19. *De conſtit. in* 6. Rota *in Burgenſi iuriſdict.* 16. *Decemb.* 1594. *n.* 4. corā Orano apud Tambur. *poſt.* 3. *tom. De iure Abbat.*

9 Supradictis autem aliqua obſtare videntur. Et primò quia exempti dicuntur habere iurſdictionem tantum quò ad perſonas, non autem quò ad loca, Cap. *Per exemptionem*, De *priuileg. in* 6. & notant *ibi.* Geminian. *num.* 5. Ancharan. *n.* 3. ver. *Quarto nota.* Franc. *n.* 3. ver. *Quinto nota.* Gulliel. de Monte Lauduno *in Clement. Paſtoralis. num.* 24. *De re iud.* Rota *in Aretina, ſeu Montis Politiani iuris viſitandi* 9. *Martij.* 1596. coram Rubeo, & *in Tiraconenſi iuriſdictionis de Tutela* 5. *Iunij.* 1593. coram Millino. & *in Conſtātienſi iuriſdictionis.* 18. *Maij.* 1611. coram Ottembergo, Hoc enim valet, quando exemptio eſt tantum quò ad perſonas ſecus autem, quādo eſt etiam quò ad locū. Monaſteria autem nō ſolū ſunt exempta quò ad perſonas, ſed etiam quò ad loca, vt conſtat ex dictis *num.* 1.

10 Secundo obſtare videtur. Quod licet Monaſteria non ſint de diœceſi, ſunt tamen in diœceſi. Cap. *Cum Epiſcopus.* De *offic. Ordinar. in* 6. & notant Geminian. *ibid. num.* 3. Franc. *not.* 2. & *in Cap.* 2. §. *Statuto. num.* 10. *De conſtit. in* 6. Vitalin. *in Clemen. Frequens. num.* 127. De *exceſſib. Prælat.* & *in Clement.* 2. *nu.* 42. De *priuileg.* Abbas, *in Cap. Apoſtolicæ. num.* 3. De *donat.* Ancharan. *in Cap. Poſtulaſti. num.* 45. De *foro compet.* Felin. *in Cap. Graue. numer.* 2. De *offic. Ordinar.* Federic. de Senis *conſil.* 2. *num.* 4. ver. *Quod autem.* & *nu.* 7. Ybald. *de Canon. Epiſ. cap.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 11. Rota *in Volateranēſi iuriſdictionis.* 14. *Ianuar.* 1581. coram Brauo, ſeu. *deciſ.* 207. *par.* 2. *Diuer.* & *in Calaguritana iuriſdictionis,* 16. *Ianuar.* 1604. coram Ortembergo. Et proinde priuilegium exemptionis eximit à ſubiectione non autem à ſituatione, & & denominatione, vt obſeruant Vitalin. *in Clemen.* 2. *num.* 44. De *priuileg.* Franc. *in Cap.* 2. §. *Statuto.* ver. *Sed aduerto.* De *Conſtit. in* 6. Vnde talis exemptio non facit territorium diſtinctum. Verùm facilè remouetur, quia hæc procedunt, quando exemptio non eximit etiam loca, ſicuti eximit exemptio monaſteriorum, vt cōſtat ex dictis *numer.* 1. Neque enim maior ſeparatio fieri poteſt, quam prohibere, quod Epiſcopus non poſſit in ipſis exercere aliquam iuriſdictionem.

11 Tertio opponitur. Vt cōſtituatur diſtinctum territorium, requiritur, quod omnis iuriſdictio, quæ Epiſcopo conuenit, abdicetur ab ipſo, & transferatur in ſuperiorem Monaſterij, vt tradunt Gloſ. *in Clemen.* 1. §. *Volumus.* verbo, *Diœceſanis.* De *foro compet.* Cardin. *ibid. num.* 2. *quæſt* 4. Imola *num.* 28. Abbas. *num.* 15. Vitalin. *n.* 4. Franc. *in Cap.* 2. §. *Statuto. num.* 10. ver. *Sed ſi per priuilegium. De conſtit. in* 6. Ancharan. *in Cap. Poſtulaſtis. num.* 45. ver. *Licet rationes. De foro compet.* Rota *deciſ.* 207. *in fine par.* 2. *Diuerſ.* & *in Nullius iuriſdictionis* 19. *Martij.* 1596. coram Bubalo, et in *Vrbinatenſi iuriſdictionis.* 19. *Maij.* 1594. coram Gipſio, & in *Burgenſi iuriſdictionis.* 16. *Decemb.* 1594. & 28. *April.* 1595. coram Orano, & *in Nullius, ſeu Lucenſi iuriſdictionis.* 12. *Februar.* 1596. coram Mantica, & *in Conſtantienſi iuriſdictionis.* 16. *Nouemb.* 1607. coram Ottembergo, & *in Adorienſi, ſeu nullius iuriſdictionis.* 28. *Maij* 1612. & 21. *Maij* 1613. coram Vbaldo, & coram Martino Andrea. *deciſ.* 4. *num.* 5. Non conſtat autem, quod ablata ſit ab Epiſcopo iuriſdictio, quæ illi conuenit, & translata in Prælatum Regularem. Reſp. Imo ſatis conſtare, quia quamuis non interuenit decretum poſi-

tiuum ablatiuum iuriſdictionis ab Epiſcopo, ſufficit, quod æquipollenter ſit ablata. Æquipollentia autem in eo conſiſtit, quod ſit conceſſa illa iuriſdictio, quæ conuenit Epiſcopo quò ad ſuos ſubditos, Prælato Regulari quò ad proprios, & intra limites ſui Monaſteriis & quod Epiſcopus ſit prohibitus exercere iurisdictionem nõ ſolum in perſonas ſubditas Regulari Prælata, ſed neque etiam in Monaſteriis, vt conſtat ex dictis *num.* 1. Per hoc enim ſufficienter eſt facta ſeparatio iuriſdictionis, & territorii, nam iurisdictio Epiſcopalis eſt coarctata, vt non ſe extendat intra terminos Monaſteriorum.

12 Denique obiici poteſt ex eo, quod epiſcopus exercere poteſt aliquos actus iuriſdictionis in eccleſiis Regularium, licet exemptis, & etiam in ipſos Regulares; poteſt enim erigere Baldachinum in dictis eccleſiis; vocare Regulares ad proceſſiones, & compellere renuentes. Vnde non eſt facta omnimoda ſeparatio, quæ ſufficiat ad inducendum diſtinctum territorium. Reſp. Hoc non obſtare ſeparationi territorii, & iuriſdictionis; nam epiſcopus non exercet hos actus iuriſdictionis iure proprio, ſed vel tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus, vel ex aliqua ſpeciali commiſſione facta à iure ſuperiori. Et proinde non ſequitur, quod iuriſdictio propria epiſcopi non ſit coarctata, vt non ſe extendat ad Monaſteria Regularium; vt enim excluderetur ſeparatio iuriſdictionis, opus eſſet, quod iure proprio Ordinario exerceret. Sic etiam Epiſcopus viſitat quaſcunque Eccleſias exemptas, etiam nullius Diœceſis, vt dictum eſt ſupra *num.* 2. & tamen hoc non tollit, quin habeant ſuum proprium territorium.

13 Maior difficultas eſſe poteſt ex eo, quod Epiſcopus viſitat Eccleſias Regularium habentes curam animarum, quò ad ea, quæ concernunt dictam curam. Verum ex dictis iam conſtat, quod viſitatio non præiudicat ſeparationi iuriſdictionis, & territorii. Deinde cum Eccleſiæ Parochiales Regulares ſe immiſceant cum ſubditis epiſcopi quò ad adminiſtrationẽ ſacramentorum, dum epiſcopus viſitat in ordine ad curam animarum, potius viſitat ea, quæ concernunt proprios ſubditos, quàm ea, quæ concernunt Regulares. Nec obſtat ſeparationi iurisdictionis, & territorii, quod è territorio vnius adminiſtrantes officia in territorio alterius ſubdantur illius Ordinario ratione huius adminiſtrationis; ſicut etiam, qui ſunt de vno territorio ſubdũtur iudici alterius territorii ratione delicti, vel rei, de qua agitur iuxta Cap. *fin.* De foro compet. quia hoc non eſt confundere iuriſdictiones ſeparatas, ſed vnicuique conſeruare propriam.

14 Et dictis tamen non ſequitur, quod iurisdictio ſuperiorum Regularium ſit ita coarctata ad territorium, vt non poſſint eam exercere in ſuos ſubditos exiſtentes extra territorium. Neque enim eſt iuriſdictio, quæ conueniat ſolum ratione territorii, ſed principaliter conuenit ratione voti obedientiæ, & territoriũ eſt acceſſorium huic iurisdictioni. Per votum enim obediẽtiæ Religioſus ita transfert iura propriæ volũtatis in ſuperiorem, vt ipſi non remaneat velle, aut nolle proprium. Cap. *Non dicatis.* 12. *quæſt.* 2. & Cap. 2. *De teſtamen. in* 6. & Cap. *Religioſus* De *elect. in* 6. Et hæc ſubiectio promiſſa ſuperiori eſt materia voti, quod fit Deo iuxta ea, quæ tradunt *D. Th.* 2. 2. *Quæſt.* 88. *ar.* 5. *ad* 3. Suarez *tom.* 3. *d. Relig. lib.* 10. *cap.* 2. *num.* 13. Palaus *par.* 3. *oper. mor. tract.* 16. *de Statu relig. diſp.* 4. *de voto Relig. obedien. pun.* 1. *num.* 1. Et cum hęc ſubiectio ſit perſonaliſſima ſequitur perſonã vbicũq; fuerit. *l.* 1. *§ Illud. ff. Quod leg.* & *l. fin.* §. *fin. ff. De contrahen. empt.* Atque adeo vis coercitiua ſuperioris extenditur ad ſubditos vbicunque ſint tanquam neceſſaria pro exercitio iurisdictionis *l.* 2. *ff De iuriſdic. om. iud.* & *l. fin. ff.* De eo, cui man. *eſt iuriſd.* ibi *Iuriſdictio ſine modica coercitione nulla eſt.* & Cap. *Paſtoralis*, & Cap. *Ex litteris.* De *offic. de leg.* ibi. *Iuriſdictio deluſoria videretur, ſi coercitionem aliquam non haberet.*

An

An Monialis obtenta ſententia nullitatis profeſſionis potuerit contrahere matrimonium ſtante appellatione, licet reiecta &c. Quaſt. 160.

S V M M A

1 *Monialis ſtante appellatione à reiectione appellationis ſuper nullitate profeſſionis non potuit contrahere matrimonium.*
2 *Appellatio ſuſpendit rem iudicatam; Stante appellatione res in eodem ſtatu permanere debent.*
3 *Appellatio à reiectione appellationis eſt admittenda.*
Appellatio à reiecta appellatione ſuſpendit omnia.
4 *Si intereſſe ſit euidens, non poteſt appellatio reijci.*
De iure canonico licet à quocunque grauamine appellare.
5 *In dubio, an appellatio ſit admittenda, omnia in eodem ſtatu conſeruanda.*
6 *Dum diſcutitur, an appellatio ſit admittenda, innouatio omnis eſt attentata.*
7 *Exequutio ſententia eſt attentata, dum diſcutitur, an appellatio ſit admittenda.*
Pendente appellatione quicquid ſit, eſt attentatum.

1 CVm quædam Monialis obtinuiſſet declarationem nullitatis ſuæ profeſſionis, & monaſterium liti ceſſiſſet, à ſententia tamen appellaſſent conſanguinei, de quorum intereſſe agebatur ratione bonorũ, quibus dicta monialis renunciauerat, & appellatio fuerit reiecta tanquam illorum, quibus non competeret actio, & ab hac iterum reiectione fuiſſet appellatum, dubitatur, an monialis potuerit contrahere matrimonium validè. Et negatiuè reſoluendum eſt; ſed matrimonium fuiſſe omninò nullum.

2 Eſt enim notiſsimi iuris, quod appellatio ſuſpendit ſententiam, & rem iudicatam, Cap. *Venientes. De iureiur.* vbi Doctores, & Cap. *Paſtoralis. §. Preterea. De offic. deleg.* & notant in ſpecie Abbas *in Cap. fin. num.* 6. *De ſequeſt. poſſeſ.* Felin. *in Rubr.* De *appellat. num.* 4. Lancellot. *De atten. par.* 2. *cap.* 12. *in pręfat. num.* 118. Rota coram Mantica *deciſ.* 69. *n. m.* 4. & coram Pennia *deciſ.* 1309. *num.* 7. & coram Merlino *deciſ.* 316. *nu.* 6. Et propterea cum habentes intereſſe interpoſuerint appellationem, debuit monialis remanere in eo ſtatu, in quo erat ante ſententiam. *l.* 1. *ff.* Ad *Turpil.* & *l. vnica. ff.* Nihil. *nou. appel. pen.* & *l. Appellatione. C.* De *appellat.*

3 Nec obſtat, quod appellatio fuerit reiecta tanquam eorum, quibus non cõpeteret actio, nam ab hac quoq; reiectione fuit appellatum, & proinde debuit admitti appellatio, ne appellans nimis grauaretur iuxta doctrinam, quam tradunt Speculator *Tit. de appellat. §.* 1. Iaſ. *conſil.* 175. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 49. *in fine.* Capic. *deciſ.* 34. *nu.* 6. Menoch. *conſil.* 355. *numer.* 8. Vnde cum hæc ſecunda appellatio ſuſpendat reiectionem primæ appellationis, tota res iudicata remanet in ſuſpenſo, & omnia in iiſdem terminis, in quibus erãt, ante quamcumque ſententiàm, & ideo res iudicata nullum effectum ſortiri poteſt, atque adeo omnia remanere debent in eo ſtatu, in quo erant ante ſententiam *l. Sciendum. ff.* De *appellat. recipien.* Ibi. *Omnia in eodem ſtatu.* & *l. Appellatione. C.* De *appellat. & obſeruant.* Lancellot. *De attent. cap.* 12. *in pręfat. numer.* 89. Rota *deciſ.* 658. *num.* 2. *par.* 4. *Recent.*

4 Præſertim quia euidens erat, quod appellantes haberent notabile intereſſe in cauſa, & ſententia afferret ipſis notabile grauamen: vnde non poterat reijci eorumdem appellatio in cauſa præſertim canonica, in qua ſecundum ius Canonicum licet à quocũque grauamine appellare Clemen. 1. *in fine.* De *ſequeſt. poſſeſ.* & Cap. *Cum ad Sedem.* De *reſtitut. ſpoliat.* & notant Abbas *ibid.* Curt. iun. *conſil.* 168. *num.* 39. Couarruu. *pract. quaſt. cap.* 23. *n.* 8. Afflict. *deciſ.* 269. *num.* 2. Rota *deciſ.* 4. *n* 4. *par.* 3. *Recent.* & coram Pennia *deciſ.* 1075. *num.* 4. & coram Ludouiſio *deciſ.* 515. *n.* 1. Aequitas enim iuſtitiæ exigit, vt poſſit quiſque ſe indemnem ſeruare, & ſe tueri à quorunque grauamine tam circa perſonam, quàm circa propria bona.

5 Ex quibus fit, quod cum ſaltem eſſet

eſſet dubiū, an appellatio eſſet admittenda, debuerūt omnia in ſuſpenſo manere iuxta ea, quæ tradunt Io. Andr. *in Cap. Si à iudice* De *appellat. in* 6. Burſat, *conſil.* 21. *num.* 13. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 355. *n.* 9. Lancell. *De attentat. par.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 5. *num.* 3. *&* 5. alios citans; ſufficit, enim dubietas, vt non poſſit reiici appellatio, niſi prius diſcutiatur, an admittenda ſit, alioquin pars grauaretur, quia impediretur proſequi ius proprium, & læderetur iuſtitia.

6 Vnde concludendum eſt, quod dictum matrimonium fuerit attentatum, & proinde nullum, dum diſcutiendum erat, an appellatio eſſet admittenda non ſecus, ac ſi fuiſſet admiſſa appellatio iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in l. Appellatione.* verbo. *Deliberationis.* C. De *appellat.* Bald. *ibid.* Iaſ. *in l.* 1. *num.* 1. C. *De bonor. poſſeſſ. ſecun. tab.* Rota *in Romana bonorum de La*uorijs. 17. *Maij.* 1621. coram Vbaldo, & in *Vrbeuetana domorum.* 26. *Ianuar. &* 27. *Martij.* 1624. coram eodem, & *in Romana domus.* 27. *Octobr.* 1625. coram Coceino, & coram Durano *deciſ.* 66. *numer.* 4.

7 Nec obſtat, quod Iudex reiecta appellatione exequutioni mandauerit ſuā ſententiam, quia cum fuerit appellatū à reiectione appellationis, exequutio fuit attentata, & nulla, quia res omnis iudicata in ſuſpenſo manebat, nec poterat deueniri ad aliquam exequutionem. Generaliter enim quicquid fit pendente appellatione, eſt attentatum Toto Tit. *Vt lite penden.* & Clemen. *eod. tit.* & ex toto *eodem tit.* C. & Cap. *Non ſolum. De appellat. in* 6. & Cap. 2. *Vt lite penden. in* 6. & cōmuniter Doctores Rota coram Ludouiſio. *deciſ.* 251. *num.* 2. & *deciſ.* 336. *num.* 6. & coram Merlino *deciſ.* 584. *num.* 1. & coram Durano *deciſ.* 149. *num.* 2. Et in terminis exequutionis ſententiæ deſumitur ex *l. Ab exequutione.* C. Quorum *appel. non recip.* & Cap. *Quò ad conſultationem.* De *re iud.* vbi etiam Doctores. Rota corā Ludouiſio *deciſ.* 545. *num.* 10. Et ideo tanquā nulla, non potuit iuuare Monialem, vt poſset relinquere Monaſterium, & ad nuptias deſcendere; ſed debuit expectare, quid pareret diſcuſsio, an appellatio eſset admittenda.

An Monialis, de qua in præced. quæſt. *excuſari potuerit in contrahendo matrimonio. Quæſt.* 161.

S V M M A

1 *In muliere præſumitur ignorantia iuris.*
2 *Matrimonium contractum à moniali eſt cum mala fide ſi cauſa nullitatis profeſſionis adhuc pendeat, licet ſequuta ſententia.*
Ignorantia iuris non admittitur in muliere, ſi potuit conſulere peritos, præſertim in re graui.
3 *Mulierem ignorare, quæ circa proprias cauſas fiunt, eſt omninò inueriſimile.*
Ignorantia craſſa habetur pro ſcientia.
4 *Quando ius reſiſtit, ignorantia iuris non excuſat à mala fide.*
Ignorantia iuris noti adſcribitur culpa.
5 *Citatio inducit pendentiam litis.*
Attentata poſt citationem ex puro officio iudicis reuocantur.

1 Videtur affirmatiuè reſoluendum. Quia agebatur de iis, quæ iuris ſunt, nempè quod adhuc penderet appellatio, & lis ſuper validitate ſuæ profeſsionis, quod exequutio ſententiæ eſset nulla &c. quæ de iure impediebant contractum matrimonij. In muliere autem præſumitur ignorantia iuris *l. Cum de indebito.* S. *Si autem. ff.* De *probat.* & Authent. *De inceſt. Nupt. initio.* & tradunt Gloſ. *ibid.* ver. *Sciens.* Dec. *conſil.* 351. *in fine.* Craueta *conſil.* 142. *num.* 11. Ruin. *conſil.* 190. *num.* 11. *lib.* 1. Aret. *conſil.* 62. ver. *Quinto, & vltimo.* Cephal. *conſil.* 377. *num.* 58. Socin. *conſil.* 47. *num.* 11. *lib.* 1.

2 Tenendum tamen. *Dictam Monialem non potuiſſe excuſari bona fide.* Et proinde dictum matrimonium fuiſse cōtractum cum mala fide. Ratio eſt. Quia licet ignorantia iuris regulariter excuſet mulierem: non tamen excuſat, quando agitur de iis, de quibus non poteſt ipſa deliberare, ſed tenetur, & poteſt conſulere

ſulere peritos: preſertim, ſi ſint magni momentis; vnde nec debuit, nec potuit dicta monialis deſerere ſtatum religioſu͂, quem profeſſa fuerat, cum adhuc lis penderet, & ſententia remaneret in ſuſpenſo, niſi prius peritos conſuleret, & certificaretur, quod poſſet religioſum ſtatum relinquere. Vnde cum potuerit cõſulere, & Theologos, & iuris peritos, non poteſt præſumi ignorantia iuris, atque adeo nec bona fides iuxta ea, quæ tradunt Doct. *in l. Iuris ignorantia* C. Qui *adm.* Iaſ. *conſil.* 28. *circa init. lib.* 3. Ruin, *conſil.* 139. *in fine lib.* 2. Dec. *conſil.* 351. *circa fin* Craueta *conſil.* 285. *in fine.* Menoch. *conſil.* 35. *num.* 24. Alciat. Regul. 3. *præſumpt.* 31. Præſertim quia agebatur de iure valde trito, quod ſcilicet non poſſit aliquid innouari, dum adhuc pendet appellatio, & ius adhuc eſt turbidum.

3 Nec dici poteſt, quod exequutio ſententię tanquam litis terminatiua cauſauerit in ipſa bonam fidèm. Nam non eſt veriſimile, quod non ſciuerit quęcunque in cauſa ipſius agerentur; & proinde, quod eſſet appellatum à ſententia pro nullitate profeſſionis, & à reiectione appellationis, quia eſt omninò inveriſimile, quod tractantes eiuſdem cauſam, non certionarent de omni eo, quod ageretur; & proinde præſumitur habuiſſe ſcientiã iuxta ea, quæ tradunt Io. An dr. *in Cap.* 1. verbo. *Imponentes.* De *conceſſ. prabend. in* 6. Lappus *allegat.* 14. *num.* 2. ver. *Secunda concluſio.* Alioquin laboraſſet ignorantia craſſiſſima, & fuiſſet negligentiſſima in re propria maximi momenti. Et ideò habetur pro ſciente Cap. 2. *De tempor. Ordinat.* vbi Gloſ. *verbo. Affectata.* Item Gloſ. *in Clemen.* 1. verbo *Scienter.* De *conſanguin. & affinit.* Ancharan. *in dict. cap.* 2. *num.* 2. Rota coram Caualero *deciſ.* 151. *numer.* 5. & *deciſ.* 198. *num.* 4. Vnde ſtante tali ſcientia, non obſtante exequutione ſententiæ potuit ſaltem dubitare, an poſset relinquere Monaſterium, & debuit conſulere peritos, quid in tali caſu eſſet agendum. Et cum ageretur de iure valdè trito, monita fuiſſet à quolibet, quod non poterat aliquid innouare.

4 Accedit etiam, quod ſumus in materia, in qua ius reſiſtit; & ideo ignorantia iuris non excuſat à mala fide iuxta Cap. *Qui contra iura. De regul. iur. in* 6. & *l. Quemadmodum.* C. *De agricolis cenſit. lib.* 11. & notant Abbas *in Cap. Prælatum, num.* 5. Qui *filij ſint legit.* Ruin *conſil.* 14. *num.* 4. Paleot. De *not. & ſpur. cap.* 9. *nu.* 7. Rota coram Mantica *deciſ.* 51. *numer.* 2. Quando enim ius reſiſtit, poteſt facilè deponi ignorantia, cum facilè ſit informari poſse tanquam de eo, quod notum eſt, & proinde talis ignorantia adſcribitur culpæ, vt notant Bald. *in l. In teſtamento. nu.* 1. C. Ad *leg. Falcid.* Alexan. *conſil.* 112. *n.* 4. *lib.* 1. Calcan. *conſil.* 24. *num.* 11. Rota coram Caualero *deciſ.* 60. *num.* 3.

5 Et omnem difficultatem tollit, quod dicta Monialis, quando contraxit matrimonium legitimè citata fuerat cõmiſsa cauſa à ſupremo Principe ad videndum, an parti appellanti conueniret appellatio. Et ideo, etiam ſi aliàs ex ſententia, & exequutione ipſius concepiſset bonam fidem, interrupta fuiſset, & inducta mala fides per dictã citationem, quæ ſufficit ad inducẽdam litem in terminis appellationis iuxta Clemen *Cauſã. De elect.* & ea, quæ notant Caſſador. *deciſ.* 1. *nu.* 3. *De appellat.* Rota *deciſ.* 22. *De reſcript. in nou.* & coram Puteo. *deciſ.* 32. *lib.* 3. & corã Seraphin. *deciſ.* 1046. & coram Pennia *deciſ.* 328. *num.* 3. & coram Coccino *deciſ.* 337. *num.* 2. Et proinde tanquam pendente lite nihil potuit à Moniali innouari iuxta expreſiſsimum tex. Clemen. *Cum lite.* Vt *lite pendente.* ibi. *Cum lite pendente, nihil debeat innouari, litem, quò ad hoc pendere cenſemus, poſtquam à iudice competenti in ea citatio emanauit, & ad partem citatam peruenit;* vbi Cardin. & cæteri Doctores, cum Gloſ. quæ verbo. *Vt lite pendente;* notat per tex. Cap. *Gratum. De offic. delegati.* quod ea, quę poſt citationem attentantur, ex puro, & mero iudicis officio ſine libello reuocantur in priſtinum ſtatum.

eſſet dubiũ, an appellatio eſſet a
da, debuerũt omnia in ſuſpen
iuxta ea, quæ tradunt Io. An
Si à iudice. De *appellat. in* 6. B
21. *num*. 13. *lib*. 1. Menoch.
Lancell. *De attentat. par*. 2. *ca*
5. *num*. 3. & 5. alios citans;
dubietas, vt non poſſit re
niſi prius diſcutiatur, an a
alioquin pars grauaretur,
tur proſequi ius propriu
iuſtitia.

6 Vnde concluden
ctum matrimonium f
& proinde nullum, d
erat, an appellatio eſſe
ſecus, ac ſi fuiſſet admi
ta ea, quæ tradunt Gloſ
verbo. *Deliberationis*, C
ibid. Iaſ. *in l*. 1. *num*. 1.
ſecun. tab. Rota *in Rom*
uorijs. 17. *Maij*. 1621. c
Vrbeuetana domorum.
Martij. 1624. coram
mana domus 27. *Oc*
Coccino, & coram
mer. 4.

7 Nec obſtat, q
pellatione exequut
ſententiam, quia c
reiectione appella
tentata, & nulla,
in ſuſpenſo mane
niri ad aliquam e
liter enim quicqu
tione, eſt attent
penden. & Clem
dem tit. C. & Ca
in 6. & Cap. 2.
muniter Docto
ſio. *decis*. 251. *n*
coram Merlin
Durano *decis*.
exequutioni
Ab exequuti
ci Cap.

.num.3. & 5. & co-
99. num. 1. & deciſ.
2. conſil. Farinac.
n obſtantibus reſol-
los filios eſſe inhabiles
mninò illegitimos. Quip-
prædictum non potuit
Quamuis enim dubium
um ſucceſſionis ſufficiat
putatiuum, ſiquidem hoc
n. conſil. 27. num. 6. & conſil.
us Salon. de Burgos conſil.
alij. Quicquid tamen de hoc
t matrimonium putatiuum,
na fides contrahentium ſal-
o coniugum, iuxta dicta ſu-
& 3.
autem mala fides adſuerit
conſtat ex dictis queſt. preced.
a mala fides Monialis conuin.
, quod ſciret reuocari in dubiũ
nullitatis ſuæ perfectionis, ná
ta ad videndum, an compete-
tio à tali ſententia, vt tradunt
Cap. Tenor. ver. Et hoc poteſt v-
iudic. addens, id eſſe menti te-
Rota coram Puteo deciſ. 115. nu.
cum hæc mala fides præceſſerit
nium, eſt illa, quæ attenditur, &
atrimonium etiam putatiuũ iux-
n. 8. Si quis verò. De clandeſt. deſ.
Cap. Ex tenore. Qui fil. ſint legit.
Butr. in Cap. Referente. Qui fil.
Rota coram Puteo deciſ. 77. n. 1.
diceretur contraxiſſe cum bona
poteret; quod ignoraſſet, & nihil
o ſciuiſſet, quod ſententia patere-
cultatem, & quod non poſſet cõ-
m aliquid in iudicio intentari, vt
at Præpoſit. in Cap. Veniens. ver. Ab
De eo, qui dux. in matrimon. quam
per adult. Rota coram Puteo num. 2.
riſ.

Accedit etiam, quod Monialis op.
ſciebat, & erat certa, quod haberet
dimẽtum voti ſolemnis impediens,
imens matrimonium; et proinde
cutauerat remediũ declarationis nul-
profeſſionis. Rurſus etiam ſciebat,
tatione, litem adhuc vigere ſuper
profeſſionis: et proinde ſe

non eſſe in ſtatu libero in ordine ad cõtrahẽdum matrimonium, cum fieri poſſet, quod admitteretur appellatio, & declararetur valida profeſſio, ſicuti poſtea accidit. Vnde cum hæc omnia clariſſima in iure ſciret, impedimentum certum, & ſententiam adhuc non habere vires expeditas, optimè etiam ſciebat, non poſſe procedere contra certum impedimentũ. Et proinde potius dolus præſumendus eſt, quàm bona fides, et ignorantia iuxta ea, quæ notant Felin. in Cap. De quarta. Ver. Dicitur autem probabilis. De præſcriptionib. Bald. in Repetit. l. Celſus. not. 4. De preſcript. Rota coram Puteo deciſ. 115. nu. 5. lib. 2.

7 Ex parte quoque viri remanet excluſa bona fides, quia cum ſciret, eam, cum qua erat contracturus matrimoniũ, fuiſſe Monialem, non eſt veriſimile, quod non adhibuerit diligentiam, vt ſciret, an cauſa nullitatis profeſſionis, de qua actũ fuerat, eſſet reſoluta, & lis terminata; quoniam notiſſimi iuris eſt, quod non poterat cum ipſa contrahere, quandiù lis duraret, et poſſet ſententia lata pro nullitate reuocari iuxta Regulã. l. Qui cum alio ff. De regul. iur. et notant Paris. conſil. 57. num. 2. lib. 4. Comens. conſil. 26. circa init. Dec. conſil. 19. ver. Tertiò ſpecialiter, Cagnol. in dict. l. Qui cum alio. num. 7. ff. De regul. iur. Purpurat. in l. Cunctos populos. num. 149. C. De ſum. Trinit. & fide Cathol. Rolan. De lucro dot. quæſt. 14. num. 18.

8 Quod ſi fortè inquiſitionem non fecit, ſubintrat negligentia craſſiſſima, et ignorantia craſſa, et affectata, quæ non excuſat, ſed habetur pro ſcientia Clement. 1. verbo. Scienter. De conſanguinit. & affin. et Cap. 2. De tempor. Ordinat. et notant Gloſ. ibid. verbo. Affectata. Archaran. num. 2. Tiraquel. tract. Lignag. gloſ. 4. num. 34. Gail. obſeruat. 48. nu. 15. lib. 2. Rota coram Caualero deciſ. 198. num. 4. Vnde nõ poteſt excuſare, nec inducere bonam fidem, quæ faciat ex parte ipſius matrimonium putatiuum. Præſertim quia præſumptio ſcientiæ eſt adeo vehemens, vt non relinquat ignorantiã aliquo pacto probabilem, vt notant Bar. in l. Sicut. §. 1. nu. 3. ver. Hoc probabile. ff. De accuſat.

Oddus

Oddus *de reſtit. in integ. queſt.* 36. *art.* 6. *num.* 56.

9 Imò cũ ſciret certum impedimentum ſtatus religioſi, quo impediebatur, & dirimebatur matrimonium, tenebatur inquirere, an eſſet omninò ſublatum, ità vt nihil obſtaret, quin poſſet contrahi matrimonium. Quod ſi hoc omiſit, tàm eſt in dolo, quàm ſi ſciens contraxiſſet Cap. *fin.* De *clandeſt. deſponſat. l. Quod te.* §. *Ibidem.* De *reb. credit.* & *l.* Quiſquis. C. De *reſcin. vendit.* & *l.* Idem. §. 1. *ff.* Ad *leg. Aquil.* ibi. *Intelligit. vel intelligere debet*, & notant Gloſ. *in dict. l. Quod te.* & *ibid.* etiã Doctor. Bart. Salicet. Bald. Iaſ. Angel. & cœteri. Dinus per illum tex. *in l. Qui fundum.* §. *Seruus. ff.* Pro *empt.* Tiraquel. *De retrac. lignag.* §. 12. *num.* 9. Et proinde huiuſmodi negligentia non eſt tolerabilis, vt notant Innocent. *in Cap. fin. num.* 4. De *clandeſt. deſponſat.* Rota coram Puteo *deciſ.* 77. *num.* 5. *lib.* 2.

10 *Præterea* grauitas negocij, & cauſæ, de qua agebatur, nempè de declaranda nullitate profeſsionis, & de contrahẽdo matrimonio cum ea, quæ fuerat Monialis, requirebat, quòd viro certè, & clarè conſtaret, quod fueras, habilitata ad matrimonium, vt tradunt Gloſ. *in Cap. Concertationi.* verb. *Sciuerit. in fine.* De *appellat. in* 6. Alexan. *conſil.* 114. *nu.* 4. *lib.* 1. Felin. *in Cap. Quod conſultationem. nu.* 22. De *iud.* Alban. *conſil.* 18. *numer.* 7. Tiraquel. plures alios citans. De *retract. conſanguin.* §. 36. *gloſ.* 2. *num.* 20. Hanc autem certam, & claram notitiam non potuit habere, ſi quidem adhuc lis pendebat ſuper validitate profeſſionis; atq. adeò mulier abſolutè non erat in ſtatu habili ad contrahendum matrimonium. quia nondum erat liberata à voto ſolemni. Et ideò cum contraxerit matrimonium cum ea, cũ qua reſiſtente iure non poterat contrahere, non potuit habere bonum fidem.

Andato, quod matrimonium, de quo in præced. quæſt. *eſſet putatiuum poſſent filij ſuccedere in hæreditate aliàs deuoluta ad matrem. Queſt.* 163.

S V M M A

1 *Declarato nullo matrimonio Monialis, & valida profeſsione, filij non ſuccedunt in bonis, quibus renunciauerat.*

2 *Renuncians non poteſt habere regreſſum ad bona, & iura renunciata.*

3 *Monialis non ſuccedit titulo hæreditario renunciatis, ſi adſint, qui ſuccedant.*

4 *Quod tranſmittitur, debet eſſet in bonis tranſmittentis.*

Nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quàm ipſe habeat.

5 *Tranſmiſſarius non vtitur alio iure, niſi tranſmittentis.*

1 EX ſuppoſitione, quod matrimonium, de quo in his quæſtionibus agitur, eſset putatiuum ob bonam fidem ſaltem vnius parentis, & filii inde nati habiles ad ſuccedendum in bonis parentum, ex alio capite excluderẽtur, ne poſsent ſuccedere in hæreditate, quæ deuoluta fuiſset ad matrem ſtante nullitate profeſsionis, aut in bonis, quæ ante profeſsionem poſsediſset. Nempe, quia in ſecunda inſtantia profeſsio fuit declarata valida: & nullum contractum matrimonium. Hæc enim ſententia, ſicut manutenet profeſsionem tanquam validam, ità etiam manutenet renunciationem Monialis factam intuitu profeſsionis in ſua validitate, in qua cum renũciauerit omnibus bonis, iuribus &c. renunciauit iuri ſuccedendi in quacunq. hęreditate.

2 Stante enim validitate profeſſionis, & renunciationis, notiſsimi iuris eſt, quod Monialis non poteſt habere regreſsum ad bona, & iura renunciata. *l. Queritur. circa fin. ff.* De *ædilit. edic.* & *l. Non videtur. ff.* Si *quid in frau. patr.* & *l. Poſtquam liti.* C. De *pac.* & Cap. *Traſmiſſa.* De *renunciat.* & Cap. *Cum inter.* De *elect.* vbi Gloſ. *verbo.*

Quod

Quod ex conſenſu, & notant communiter Doctores præſertim Rota *deciſ* 587. *nu*. 9. *par*. 1. *Recent*. & *deciſ*. 109. *num*. 1. *par*. 5. & coram Buratto *deciſ*. 310. *nu*. 5. cum aliis cumulatis in *Bononienſi de Toſtinis*. 21. *Maij*. 1649. coram Cerro.

3 Nec etiam titulo hæreditario, cum adhuc adſint, qui iure hæreditario ſuccedere poſsint, & ad quorum fauorem ſe extendit renunciatio iuxta Doctrinam quam tradunt Molinus *De ritu nupt. lib*. 3. *quæſt*. 92. *n*. 35. *&* 44. Pignatel. *controuer. forens cap*. 5. *num*. 4. Altograd. alios referens. *conſil*. 66. *num*. 36. Lęl. Caput. *in Conſuet*. Si *moriatur*. *par*. 3. §. 8. *num*. 11. Sanchez *lib* 7. *ſum*. *cap*. 7. *n* 27. *in fine*. Rota apud Tamburin. *poſt tom*. 3. *De iure Abbatũ deciſ*. 6. *num*. 25. et coram Eminentiſsimo Otthobono *deciſ*. 10. *num*. 2.

4 Cum ergo monialis non recuperauerit bona renunciata, nec ius aliquod hæreditarium, ſed remuneat confirmata renunciatio, non poteſt iure hæreditario tranſmittere aliquid ad filios de dictis bonis, et iuribus, etiam ſi aliàs habiles eſſent ad ſuccedendum. Quod enim tranſmittitur, debet eſse in bonis tranſmittentis *l. Traditio*. *ff* De *acquiren. rer. domin*. et tradunt Zanchus *in l. Hæredes mei*. §. *Cum ita*. *par*. 4. *num*. 114. *ff*. Ad *Trebel*. Iaſ. *in l. Emancipata*. *num*. 14. C. Qui *admitti*. *in* 2. *lect*. & Ruinus *conſil* 22. *num*. 16. *lib*. 3. Menoch. *conſil*. 442. *n*. 25. Neq. enim fieri poteſt, quod quis trãſmittat in alium, quod ipſe non habet iuxta Regulam vniuerſalem, quod nemo poteſt plus iuris in aliũ transferre, quàm ipſe habeat *l*. 1. *ff*. *Qui pro ſua iuriſd*. et *l*. 2. C. *De pœnis*. et Cap. *Nemo*. De *reg. iur*. *in* 6. et notant communiter Doctores.

5 Rurſus cum is, in quem tranſmittitur, non poſsit vti alio iure, quàm illo, quod conuenit tranſmittenti, ſi quidem eius perſonam repræſentat. *l. Si quis filium familias*. §. Si *filius*. *ff*. De *acquir. hæred*. & notant Bart. et alii *ibid*. Alexan. *conſil*. 132. *nu*. 3. *lib*. 3. Socin. *conſil*. 64. *lib*. 4. Burſat. *conſil*. 61. *n*. 19. Ruin. *conſil*. 39. *n*. 7. *vol*. 3. Tiraquel. De *iure Primogen*. *quæſt*. 14. *num*. 8. Noales *de Tranſmiſſ*. *caſu* 17. *n*. 111. Dum Moniali nullum competit ius ad hæreditatem, & bona, quibus renunciauit conualidata renunciatione per ſententiam declaratiuam validitatis profeſsionis, nec etiam filij vti poterunt aliquo iure, licet aliàs ratione putatiui matrimonij habiles ad ſucccedendum.

An Princeps teneatur ſoluere debita ſui Prædeceſſoris contracta pro ædificanda arce. Quæſt. 164.

SVMMA

1 *Succeſſor in hæreditate Principis tenetur ſoluere debita quoquo modo contracta.*
Hæres non poteſt improbare factum defuncti.
2 *Succeſſor in principatu an teneatur ſoluere debita contracta pro arce conſtruenda.*
3 *Succeſſor tenetur ſoluere debita prædeceſſoris contracta nomine dignitatis.*
4 *Quid, ſi arx ſit in diſpendium Principatus*
Princeps eſt propter vtilitatem populi.
Tenetur conſeruare principatum in ſtatu, in quo eſt.
5 *Princeps non poteſt, quæ ſunt in præiudicium principatus.*
Succeſsor non tenetur ſtare ijs, quæ ſunt in detrimentum Principatus.
6 *Prælatus quando non teneatur ſoluere debita prædeceſſoris.*
Non tenetur ſoluere pecuniam mutuatam prædeceſsori pro nobili ædificio non neceſſario.
7 *Arx quando ſit in damnum principatus.*
8 *Dominus caſtri non tenetur ad expenſas factas à principe pro eo muniendo &c.*
9 *Expenſæ quando ſint vtiles.*
Expenſæ reſarcienda ab eo, cui res reſtituitur.

1 PRo reſoluenda hac difficultate, inſpeciendum eſt, an ſit hæres ſui prædeceſsoris, an verò tantum ſuccedat in Principatu, ſiue iure ſanguinis, ſiue alio iure. Si enim ſuccedat tãquam hæres, certum videtur, quod teneatur ſoluere debita ſui prædeceſsoris quoquo modo contracta. Quia non poteſt improbare factum defuncti, nec contra ipſum venire *l. Cum à matre*. C. De *rei vendicat*. et *l. Pro hæreditarijs*. C. *De hæredit. act*. & *l. Venditrici*. C. De *reb. alien*.

alien. non alien. & *l. Si ab eo.* C. De *lib. cau.* & *l. Ex qua perſona. ff. De regul. iur.* & ſæpius dixit Rota coram Seraphino *deciſ.* 1394. *numer.* 5. & coram Caualero *deciſ.* 536. *num.* 4. & coram Durano *deciſ.* 1. *nu.* 36. et coram Burato *deciſ.* 817. *num.* 1. & coram Eminentiſſ. Otthobono *deciſ.* 100. *num.* 14. & *deciſ.* 696. *num.* 2. *par.* 1. Recent. & *deciſ.* 39. *num.* 1. *par.* 6. Debita enim continentur in hæreditate tanquam eiuſdem onera, et ideo cum ipſis tranſeunt ad hæredem.

2 Si verò ſit tãtum ſucceſſor in principatu iure ſanguinis, aut alio iure, teneri ſoluere dicta debita abſolutè reſpondent ii, qui volunt, huiuſmodi ſucceſſorem teneri ſoluere debita contracta ex cauſa concernente principatum. Ita Purpurat. *conſil.* 17. & *conſil.* 20. Peregrin. alios adducens *conſil.* 1. *num.* 45, *vol.* 1. Tiraquel. *De iure primogen. quæſt.* 35. *num.* 25. Noales *De tranſmiſſ. caſu* 28. *num.* 83. Cum enim hæc debita habeant cauſam ex principatu, contracta ſunt à Principe tamquam adminiſtratore eiuſdem principatus, et ideo afficiunt ipſum, qui cùm tranſeat ad ſucceſſorum, trahit ſecum debita contracta ab ipſius adminiſtratore.

3 Verum licet hoc verum ſit, ſi arx conſtructa fuerit pro neceſſitate, & vtilitate principatus, quia in hoc ſegeſſit tanquam bonus, et fidelis adminiſtrator: et debita cenſentur contracta nomine dignitatis. Et ideo ſucceſſor quocunque iure in principatu tenetur ea ſoluere iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in Cap.* 1. verbo *In perpetuum.* De *pace Cõſtantien.* Igneus cum aliis *in l. Donationes. num.* 16. C. *De donat. inter vir. & vxor.* Purpurat. *conſil.* 17. *nu.* 4. *inter conſil. Feud. Diuerſ.* Capic. *deciſ.* 121. *num.* 7. Caſtald. *de Imptrat. quæſ.* 1 4. *num.* 1.

4 Si tamen ædificatio arcis non ſit in vtilitatem Principatus, ſed in diſpendium, eò, quòd non ſit neceſſaria pro tuendo territorio, ſed exigat continuas expenſas pro manutentione præſidii, non tenebitur ſucceſſor in principatu, niſi etiam ſit hæres, ſoluere debita contracta pro illius ædificatione. Princeps enim eſt propter vtilitatem populorum, vt communiter docent cum Ariſt. *lib.* 3. *Polit. cap.* 11. Et propterea tenetur procurare vtilitatem publicam, et conſeruare ſuum principatum in eo ſtatu, in quo eſt *l. Neminem in fine.* C. De *decurion.* et notant Gloſ. *in l. Moueor.* C. *De ſeru. export.* Rolan. *conſil.* 1. *num.* 104. *lib.* 1. Sylua *conſil.* 1. *num.* 27. *lib.* 1. Et ideo non poteſt ob inutiles, et multò minus ob damnoſos ſumptus debitis ipſum aggrauare. Et aggrauando excedit limites poteſtatis. nec habet aſſiſtẽtiam facultatis, quam tradit principatus pro ſui adminiſtratione, et ideo non cenſentur talia debita contracta nomine principatus, et conſequenter non tranſeunt ad ſucceſſorem.

5 Et confir. poteſt. Quia princeps nõ poteſt facere ea, quæ ſunt in præiudicium principatus, & hoc defectu poteſtatis, quia non eſt dominus, ſed adminiſtrator: et ideo tenetur manutenere: non autem deſtruere: et ſi præiudicat, poteſt, et debet reuocare ea, in quibus præiudicauit etiã non obſtante iuramento, vt ſtatuitur in Cap. *Intellecto.* De *iureiur.* vbi etiam Gloſ. *init.* Et proinde ſucceſſor non tenetur ſtare iis, quæ in detrimentum principatus à prædeceſſoribus facta ſunt, vt tradũt Bart. *in l. Prohibere. §. Planè. ff. Quod vi, aut clam.* Iaſ. *conſil.* 1. *num.* 5. *lib.* 1. Peregrin. *De iure Fiſci tit.* 3. *num.* 73. *lib.* 1. Cum ergo debita contracta ſint in detrimentum principatus, quia fuerunt cauſa, quod nouis, et inutilibus expenſis ob arcem non neceſſariam conſtructam aggrauaretur, non tenebitur ſucceſſor ad illorum ſolutionem.

6 Præſertim quia princeps eodem modo tenetur procurare vtilitatem principatus, quo Prælatus vtilitatem Eccleſiæ ſibi commiſſæ; cum vterque ſit adminiſtrator. Vnde etiam quando ſucceſſor prælati non tenetur ſoluere debita prædeceſsoris, nec etiam tenebitur princeps. Prælatus autem non tenetur, niſi verſa ſint in vtilitatem eccleſiæ, vt tradũt Innocent. *in Cap.* 1. *De ſolut.* Burr. *in Cap. penul. num.* 9. *De fideiuſ.* Caſtrenſ. *conſil.* 338. *n.* 2. *lib.* 3. Vnde Abbas *in dict. Cap. penult.* De *fideiuſ. nu.* 9. habet. Quod ſi prælatus, aut procurator ex pecunia mutuata ædificauit

uit nobile ædificium in loco non expedienti, et neceſſariò, ita quod graue ſit, et damnoſum eccleſiæ, factam fuiſſe illã impenſam, eccleſia non tenetur ergà creditorem, quiquidem eſt caſus præſens variato ædificio materiali.

7 Ex quibus deducitur: Quod ſi expenſæ faciendæ in manutenenda arce excedant vires principatus, eò, quod ſit anguſtus, et exiguorum prouentuum, ſtatim appareat, quod pecunia non ſit conuerſa in vtilitatem principatus; imo in eius detrimentum ob impoſitionem oneris imparis viribus iuxta *l. Se. an vltro. Si autẽ. ff. De negot geſ.* Et proinde ſucceſſor non tenebitur ſoluere debita in hunc effectum contracta à prædeceſſore: cum non adſit vt litas principatus.

8 Rurſus deducitur. Quod ſi princeps muniat caſtrum, ſeu oppidum alterius, vt inde facilius hoſtes propulſet à proprio principatu, vel inde inferat alteri bellum, non tenebitur dominus caſtri, ſeu oppidi, etiam ſi non ſit ſubditus Principis aliquid reſtituere pro expenſis munitionis, vt notant etiam Bald. *in l. Si in aliquam. ff. De offic. Proconſul.* Angelus. *in l. Turres. C. De operib. publ.* Grammat. *conſil.* 13. Boſſius *tract.* De *cuſtod.* Clau. Cœpol. *De ſeruit. vrban. præd. cap.* 39. *num.* 14. Franciſ. Cremens. *Singul.* 25. Vaſqu. *Illuſtr. Quæſt. cap.* 6. *init. lib.* 1. Garzia De *expenſ. cap.* 21. *num.* 30.

9 Quod valet, etiam ſi finito bello ſucceſſori reſtituatur caſtrum. Quia licet expenſæ ſint reſarciendæ ab iis, quibus res reſtituitur, vt tradunt communiter Anan. *conſil.* 32. *num.* 10. *ver. Item aduertendum.* Alexan. *conſil.* 168. *numer.* 8. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 100. *num.* 2. Mareſcott. *Variar. reſol. cap.* 110. *num.* 2. *lib.* 2. Hoc tamen intelligitur, quando expenſæ factæ ſunt in vtilitatem rei. quæ redundet in dominũ, et non quando grauarent dominum iuxta *l. Titius. ff. De act. empt.* et *l. Si ſeruos. ff. De pignorit. act.* In hoc autem caſu expenſæ sũt factæ principaliter propter vtilitatẽ expendentis, quia caſtrum fuit munitum à principe, vt conſuleret propriis rebus: non autem, vt conſuleret domino caſtri, quamuis forte ſecundariò aliqua vtilitas ipſi ſequuta ſit. Imo. Si dominus caſtri non eſt ſubditus principis, cum muniendo caſtrum, et eo vtendo ad propriam defenſionem, aut ad inferendum bellum impoſuerit ipſi ſeruitutem, tenebitur cõpenſare, et multò magis, ſi munitio fuerit cauſa quod caperetur ab hoſtibus, et diriperetur; nam tunc iuxta regulas reſtitutionis, tanquam cauſa damni tenebitur ipſum reſarcire.

An qui propoſuit aliquid furari, ſi pluribus vicibus auferat à Domino, committat multiplex furtum. Quæſt. 165.

S V M M A.

1 *Pluribus vicibus auferens, quod deſtinauit furari, an committat multiplex furtum.*
2 *Eſt multiplex ſi interueniat aliqua retractatio voluntatis.*
3 *Quid, ſi non retractetur, ſed interrumpatur voluntas.*
Plures actus interni conſtituunt vnicum peccatum, ſi continuentur in eadem materia externa.
4 *Vnitas propoſiti, quando non ſufficiat pro vnitate peccati.*
5 *Furta continuata ex eodem propoſito furandi totum, ſunt vnicum furtum.*
6 *Actus externus, vt eſt exequutio interni, ipſi conformatur.*
Verberans Clericum *pluribus verberbus vnicam excommunicationem contrahit.*
Inſligens plura vulnera, vt occidat, vnicum peccatum committit.
7 *Plures actus interni quando multiplicent peccata, & quando non.*
8 *Bonitas, & malitia actus externi, & interni eſt eadem.*

1 Reſolutio huius difficultatis nõ ſolum inſeruit in ordine ad confeſſionem ſacramentalẽ, vt poſſit confeſſarius cognoſcere numerũ peccatorum iuxta diſpoſitionem Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *De pœnit.* Sed etiam in ordine ad forum externum, nempe ad cognoſcendum, an fur puniri debeat tanquam reus vnius tantum furti: an verò

tanquam reus plurium. Reſp. autem Bartholom. Cępolla *tract. De pœna fur. cap.* 145. Caſum eſſe ſatis dubitabilem, inclinat tamen in eam partem, quod ſit vnicum furtum, ſi furta illa continuata ſint. In hac porrò difficultate.

2 Eſt certum, quod ſi furtum vnius partis illius, quod eſt furandum, diſcontinuetur à furto alterius partis cum aliqua retractatione voluntatis furandi, erit multiplex furtũ, quia multiplicatur peccatum iuxta communem Doctrinam, quam tradunt Doctores in materia de peccatis, Illa enim retractatio inducit quamdam pœnitentiam prioris peccati, et ideo, ſi ſuperueniat nouũ propoſitum, committitur nouum peccatum, atque adeo nouum furtum, quia non ſolũ multiplicatur actus voluntatis, ſeu propoſitũ furandi, ſed etiam voluntas tranſit à deliberatione non furandi ad deliberationẽ furandi; et ideo cum correſpondeat actus etiam externus furti, multiplicatur furtũ.

3 Maior difficultas eſt, ſi non interueniat retractatio voluntatis, ſed ſola interruptio, et etiam interrumpatur furtum notabiliter, vt in prima nocte fur auferat partem rei, quam propoſuit furari, et ſecunda nocte auferat aliam partem, aut aliqua alia notabilis interruptio interponatur. Et in hoc caſu exiſtimo adhuc multiplicari furta iuxta doctrinam quam tradunt Caiet. 2.2. *quaſt. 66. ar.* 3. *circa ſolut.* 3. & *tom.* 1. *Opuſ. tract.* 31, *reſp.* 15. *dub.* 2. Nauar. *in Cap. Conſideret. num.* 48. De *pœnit. Diſt.* 5. & *Cap.* 6. *Manual. num.* 16. Suarez *diſp.* 22. *de pœnit. ſect.* 5. quatenus requirunt continuationem actuum internorum in materia externa, vt plures actus interni conſtituant vnicum tãtum peccatum. Ratio verò eſt, Quia concurrunt principia ſufficientia diſtinctiua peccati, multiplicantur enim actus interni habentes obiectum peccaminoſum, et obiectum externum, Vnde in morali æſtimatione completa prima ablatione cenſetur, furem ceſſaſse à furando, et dũ ſecunda vice accedit, inchoare nouum furtum.

4 Nec obſtat, quod iſti actus procedant ex eodem propoſito furandi, quia pro vnitate peccati non ſufficit vnitas propoſiti, quãdo exequutio infert diſtinctos actus externos, quia tunc propoſitũ ſe habet vt imperãs actus internos, et externos: et proinde cum actus interni imperari verſentur circa obiecta illicita, imperat plures actus peccaminoſos, quorũ malitia in vnoquoque illorum conſumatur etiam ratione actus externi. Quod præſertim locũ habet, quando actus ſunt contra pręcepta negatiua, quia ſingulæ vices tranſgreſſionis ſunt de per ſe prohibitæ; vnde ſi quis pruponeret edere carnes in die, pro qua prohibentur, et ederet tàm in prandio, quam in cœna, cõmitteret duplex peccatum, quamuis ex eodem propoſito.

5 Si autem furta cõtinuentur morali modo ex eodem propoſito, itaut poſtquã fur abſtulit ſaccũ tritici, redeat ad auferendum ſecundum, et deinceps tertium, erit vnicum peccatum, et vnicum furtũ, etiamſi interponatur aliqua mora, dummodo non ſit talis, vt moraliter interrũpat actionem furandi. Hor à fortiori ſentiunt Doctores *nu.* 3. citati, dum volunt eſse vnicum peccatum, licet actus interni multiplicentur, dummodo adſit continuatio materiæ externæ, Ratio eſt. Quia peccatum eſt vnicum ex parte propoſiti ſeu intentionis, et etiam ex parte obiecti, ſeu materiæ, nam vnico propoſito proponit furari rem certam, quæ, quamuis habeat partes, eſt tamen vnicum obiectum, et vnica materia furti; vnde principia conſtitutiua peccati, cum ſint vnica, et ſingularia, peccatũ quoq; furti erit vnicũ, & ſingulare; vt conſtat, ſi vnica ablatione, auferretur res furto deſtinata.

6 Quod autem pluribus vicibus auferatur, non multiplicat peccatũ, nã hoc pertinet ad exequutionem operis, quæ eſt effectus voluntatis peccaminoſæ, et proinde ſequitur, et conformatur voluntati, vt communiter docent cum D. Th. 1.2. *quæſt.* 20. *ar.* 1. *ad* 1. et ideo cum furtum conſumetur in voluntate per vnicũ propoſitum, illæ ablationes ſucceſſiuæ erunt vnica exequutio complera vnius actus interni peccaminoſi, et proinde vnicum furtum. Sic etiam ſi quis animo

verbe

verbarandi Clericum, afficiat ipſum ſucceſſiuè pluribus verberibus, vnicum tantum peccatum commitret, et vnicam tãtum excommunicationem contrahet, vt inter alios notat Nauar. *in Cap. Conſideret num.* 48. De *pœnit. Diſt.* 5. Sic etiam ſi quis proponat occidere inimicum, licet plura vulnera infligat, vnicum tantum peccatum committit, quia omnia illa vulnera ſunt partes exequutionis propoſiti de occidendo.

7 Et hoc haberet locum, etiam ſi contingeret multiplicari actus internos. Quamuis enim circa idem obiectum poſſint ex multiplicatione actuum internorum multiplicari peccata, hoc tamen ſolum contingit, quando iſti actus ſe habent diſparatè, nec inuicem habent moralem continuationem, qua ſe habeant per modum vnius. Oppoſitum autem contingit in præſenti, quia cum ſint ad perficiendum idem furtum animo conceptum ordinati, ex ordinatione iſta coaleſcunt in vnum actum moralem. Vnde quando D. Th. *in* 2. *diſt.* 42. *quæſt.* 1. *ar.* 1. Angeſt. *cap.* 9. *Moral.* S. 3. *concluſ.* 11. Tabiena *verbo.* Peccatum. *num.* 8. Armilla *nu.* 4. & alii docent, quod peccata multiplicantur numero ex multiplicatione actuum internorum circa idem obiectum, intelligunt, ſi diſparatè ſe habeant, non autem quando vnus ordinatur ad perficiendum alium, nam tunc vnus eſt continuatio alterius, & in æſtimatione morali ſe habent per modum vnius.

8 Denique, Cum bonitas, ſeu malitia actus interioris, & exterioris, ſit vna, & eadem, quatenus bonitas actus exterioris, quam habet ex obiecto, & circumſtantiis refunditur in actum interiorem, & bonitas actus interioris, quam habet ex fine redundat in actũ exteriorem, vt docent cõmuniter cũ D. Th. 1. 2. *quæſt.* 20. *ar.* 3. Caiet. Corrad. Alcuarez, Medina, Peſant. Sylvius, Zumel, Arauio, & alii expoſitores *ibid.* Vaſquez *diſp.* 76. *cap.* 1. Salas *diſp.* 6. *de bonit. ſect.* 7. Lorca *diſp.* 45. *de actib. human.* Coninch. *lib.* 1. *de* Virtutib. *diſp.* 3. *dub.* 7. & Interpretes *lib. ſentent. in* 2. *diſt.* 42. Quia nimirum bonitas, et malitia moralis ſequitur actum humanum, quatenus talis eſt, atque adeo quatenus libero modo exercetur. Actus autem externus non eſt talis, niſi quatenus libero modo exercetur. Ex quo ﬁt, quod ratione actus externi non multiplicetur peccatum, atque adeo nec furtum, niſi etiã multiplicetur actus malus internus. Non multiplicatur autem, quando ex propoſito furandi aliquam rem per partes ſucceſſiuè aufertur, quia tunc moraliter continuatur idem propoſitum furandi, cuius virtute ſequuntur illæ multiplicatæ ablationes.

An quando præſumitur vulneratum nõ fuiſſe mortuum ex vulnere, ſed ex alia cauſa, vulnerans ſit irregularis. Quaſt. 166.

S V M M A.

1 *Dubius de homicidio debet ſe habere pro irregulari.*
In dubio de homicidio ſequenda pars tutior, & cur.
2 *Iudex in dubio debet pronunciare mortem non eſſe ſequutam ex homicidio.*
Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam habetur pro veritate.
3 *Punitus vt vulnerator abſoluitur ab homicidio, ſi dubium ſit, an ex vulnere ſit mors ſequuta.*
Ex qualitate pœnæ arguitur qualitas delicti.
Non condemnatus habetur pro abſoluto.
4 *Iudicium peritorum, quod mors non ſit ſequuta ex vulnere excludit irregularitatem.*
Standum eſt iudicio peritorum.
5 *Præſumptio, quod mors non ſit ſequuta ex vulnere, excludit irregularitatem.*
Præſumptio habet vim probationis.
Ex coniecturis, & præſumptionibus deſumitur probatio.
Præſumptio habetur pro veritate, donec de oppoſito conſtet.

1 EST hoc peculiare in homicidio, vt dubitans, an fuerit cauſa illius, debeat ſe habere pro irregulari, vt ſtatuitur in Cap. *Ad audientiam* & in Cap. *Significaſti* 2. De *homicid.* Et la-

tum loca, quò ad effectus iuriſdictionis cenſeantur eſſe extra Diœceſim, vt deſumitur ex Cap. *Luminoſo.* 18. *Queſt.* 2. & Cap. *vnico.* §. *Et quoniam.* De *Regular. in* 6. & Cap. 1. De *priuileg. in* 6. vbi Gloſ. Quod ſufficit, vt quamuis loca Regularia ſint intra Diœceſim, non ſint tamen de diœceſi iuxta ea, quæ notant Abbas *in Cap. Nimis.* De *iureiur.* Cardin. *in Clemen.* 2. §. 1. *quaſt.* 4. De *priuileg.* vt dictum eſt etiã ſupra. Et proinde non poſſunt dici ab Epiſcopis ſua diœceſis, ſeu pars ſuæ diœceſis, vt obſeruant Gemin. *in Cap. Cum Epiſcopus. num.* 4. De *offic. Ordin. in* 6. Rota *in dic. Burgens. Iuriſdictionis S. Ioannis,* 28. *Aprilis,* 1595. coram Orano. *num.* 2. apud Tamburin. *de iure Abbat. poſt tom.* 3.

4 Tenendum itaque eſt, *Prælatos Regulares habere ſuum territorium, nempe Monaſterium ſuis finibus circumſcriptum.* Ita Cardin. *in Clemen.* 1. *num.* 1. *De ſtatu Monach.* Vitalin. *in Clement. Rurſus. num.* 10. De *ſtatu Monachor.* Geminian. *in Cap. Cum Epiſcopus. num.* 4. De *offic. Ordinar. in* 6. Zerola *in Praxi Epiſcopali. par.* 1. *verbo.* Proceſsiones. ver. *Ad quartum*, Cened. *Canonin. quæſt.* 26. *num.* 18. Portel. *in Reſpon. par.* 1. *caſu* 19. Barboſa. *De poteſt. Epiſc. allegat.* 73. *num.* 7. Bordon. *conſil. Regul* 68. *num.* 28. *tom.* 2. Tamburin. *De iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *quæſt.* 7. *nu.* 39. Rota coram Veral. *deciſ.* 225. *num.* 3. *par.* 2. & *in Romana Iurium funeralium* 4. *Iulij*, 1653. *circa fin.* coram Zarate & *in Burgenſi iuriſdict. S. Io.* 6. *Nouemb.* 1596. *num.* 4. coram Orano apud Tambur. *deciſ.* 43. *poſt.* 3. *tom.* De *iure Abbat.* Intelligitur autem de territorio proportionato iuriſdictioni Prælatorum Regularium, quatenus ſcilicet importat terminos coarctantes ipſorum iuriſdictionem.

5 Nec dici poteſt, quod iſti Doctores loquantur impropriè, & ſolum quò ad certos effectus, & per modum æquiparationis, vt dixit Rota *in Volateranenſi iuriſdictionis,* 14. *Ianuarij.* 1581. coram Brauo, & eſt *deciſ.* 207. *par.* 2. *Diuerſ.* & *in Salamantina iuriſdict.* 14. *Decembr.* 1579. coram Seraphino, & in *Calaguritana iuriſdictionis* 16. *Iunſ.* 1606. coram Ortembergo. Quia ad ſummum agnoſci poteſt aliqua improprietas quo ad locum, qui in componendo territorio materialiter ſe habet: non autem quò ad iuriſdictionem, quæ eſt forma, quæ conſtituit locum in eſſe territorii. Nam hæc eſt plena quò ad Prælatos Regulares, & nulla quò ad Ordinarios, vt conſtat ex dictis *num.* 1.

6 Ratio deſumitur ex definitione Territorij, Quod non eſt aliud, quàm certũ terræ ſpacium certis finibus, veluti cancellis quibuſdam ſeptum, & iuriſdictione munitum. *l. Pupillus.* §. *Si Territorium. ff.* De *verbor. obligat.* vt cum alij tradunt Felin. *in Cap.* Rodulphus. *num.* 13. & 28. *De reſcrip.* Boer. *deciſ.* 227. *num.* 7. Briſſon. *de Verbor. ſignificat.* verbo. *Territoriũ.* Borel. *De magiſtr. cap.* 1. *num.* 105. Marta *de iuriſdic. par.* 1. *cap.* 48 *num.* 22. Rota coram Pennia *deciſ.* 386. *num.* 3. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 487. *num.* 5. & coram Merlino *deciſ.* 665. *num.* 18. Hęc autem conueniunt Monaſterijs Prælatorum Regularium. Nam habent certum terræ ſpatium certis finibus ſeptum, vt per ſe conſtat; & hoc eſt veluti materialis pars territorij. Habent etiam iuriſdictionem penes Prælatum Regularem, qua hoc terræ ſpacium munitur, tanquam partem formalem. Vnde cum concurrat vtraq. pars materialis, & formulis, conſurget territorium propriè dictum.

7 Præſertim, quia territorium non importat dominiũ terræ, quia hoc eſt etiã penes ſubditos, ſed iuriſdictionem, & cœrcitionis ſuperioritatem, vt tradunt Bald. *in l. Si quam. in fine.* C. De *bon. vacant. lib.* 11. Dec. *conſil.* 483. *num.* 10. Oldrad. *conſil.* 176. *num.* 12. Socin. ſen. *conſil.* 105. *n.* 5. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 437. *num* 6. Hieronim. à Monte. *De finib. cap.* 6. *nu.* 9. Rota *in Burgenſi iuriſdic.* 4. *Decemb.* 1595. & coram Merlino. *deciſ.* 665. *numer.* 15. Hæc autem eſt penes Prælatum Regularem extenſa ad terminos ſui Monaſterij quò ad omnes, qui pertinent ad ipſum. Et ideo cum interueniat forma conſtitutiua territorij, negari non poteſt, quin etiam interueniat territorium.

8 Accedit, quod Prælati Regulares habent in ſuis Monaſterijs quò ad proprios

prios ſubditos iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem Cap. *In ſingulis*. De *ſtat. Monach*. & Cap. *Abbates. circa finem*. De *priuileg. in* 6. & notant Gloſ. *in Clement*. 1. verbo *Proprijs*. De *reb. Eccleſ. non alien*. Butr. *in Cap. Cum eo plantare* . §. *In Eccleſijs*. De *priuileg*. Dec. *in Cap. Cum te not*. 1. ver. *Et concludo*. De *reſcrip*. Atet. *conſ*. 63. *num*. 4. Et poſſunt quo ad ſuos ſubditos in iuriſdictionalibus, quicquid poſſunt Epiſcopi quò ad ſuos, vt declarauit Pius V. *in ſua Conſtit*. 132. §. 3. *tom*. 2. *Bul. ſub die* 21. *Iulij*. 1571. Vnde cum in iuriſdictione æquiparentur Epiſcopis, & loca ipſis ſubiecta ſint extra iuriſdictionem Epiſcopi, facient tetritorium ſeparatum, vt obſeruant Geminian. *in Cap. Cum Epiſcopus. num*. 4. De *offic. Ordin. in* 6. & *in Cap*. 2. *n*. 19. *De conſtit. in* 6. Rota *in Burgenſi iuriſdict*. 16. *Decemb*. 1594. *n*. 4. corã Orano apud Tambur. *poſt*. 3. *tom. De iure Abbat*.

9 Supradictis autem aliqua obſtare videntur. Et primò quia exempti dicuntur habere iurſdictionem tantum quò ad perſonas, non autem quò ad loca. Cap. *Per exemptionem*, De *priuileg. in* 6. & notant *ibi*. Geminian. *num*. 5. Ancharan. *n*. 3. ver. *Quarto nota*. Franc. *n*. 3. ver. *Quinto nota*. Gulliel. de Monte Lauduno *in Clement. Paſtoralis. num*. 24. *De re iud*. Rota *in Aretina, ſeu Montis Politiani iuris viſitandi* 9. *Martij*. 1596. coram Rubeo, & *in Tiraconenſi iurisdictionis de Tutela* 5. *Iunij*. 1593. coram Millino. & *in Conſtãtienſi iurisdictionis*. 18. *Maij*. 1611. coram Ortembergo, Hoc enim valet, quando exemptio eſt tantum quò ad perſonas ſecus autem, quãdo eſt etiam quò ad locũ. Monaſteria autem nõ ſolũ ſunt exempta quò ad perſonas, ſed etiam quò ad loca, vt conſtat ex dictis *num*. 1.

10 Secundo obſtare videtur. Quod licet Monaſteria non ſint de diœceſi, ſunt tamen in diœceſi. Cap. *Cum Epiſcopus*. De *offic. Ordinar. in* 6. & notant Geminian. *ibid. num*. 3. Franc. *not*. 2. & *in Cap*. 2. §. *Statuto. num*. 10. *De conſtit. iu* 6. Vitalin. *in Clemen. Frequens. num*. 127. De *exceſſib. Prælat*. & *in Clement*. 2. *nu*. 42. *De priuileg*. Abbas. *in Cap. Apoſtolica. num*. 3. *De donat*. Ancharan. *in Cap. Poſtulaſti. num*. 45. De *foro compet*. Felin. *in Cap. Graue. numer*. 2. *De offic. Ordinar*. Federic. de Senis *conſil*. 2. *num*. 4. ver. *Quod autem*. & *nu*. 7. Vbald. *de Canon. Epiſ. cap*. 4. *quæſt*. 6. *num*. 11. Rota *in Volateranẽſi iuriſdictionis*. 14. *Ianuar*. 1581. coram Brauo, ſeu. *deciſ*. 207. *par*. 2. *Diuer*. & *in Calaguritana iuriſdictionis*, 16. *Ianuar*. 1604. coram Ortembergo. Et proinde priuilegium exemptionis eximit à ſubiectione non autem à ſituatione, & & denominatione, vt obſeruant Vitalin. *in Clemen*. 2. *num*. 44. *De priuileg*. Franc. *in Cap*. 2. § *Statuto*. ver. *Sed aduerto*. De *Conſtit. in* 6. Vnde talis exemptio non facit territorium diſtinctum. Verùm facilè remouetur, quia hæc procedunt, quando exemptio non eximit etiam loca, ſicuti eximit. exemptio monaſteriorum, vt cõſtat ex dictis *numer*. 1. Neque enim maior ſeparatio fieri poteſt, quam prohibere, quod Epiſcopus non poſſit in ipſis exercere aliquam iutiſdictionem.

11 Tertio opponitur. Vt cõſtituatur diſtinctum territorium, requiritur, quod omnis iuriſdictio, quæ Epiſcopo conuenit, abdicetur ab ipſo, & transferatur in ſuperiorem Monaſterij, vt tradunt Gloſ. *in Clemen*. 1. §. *Volumus*. verbo. *Diœceſanis*. De *foro compet*. Cardin. *ibid. num*. 2. *quæſt* 4. Imola *num*. 28. Abbas. *num*. 15. Vitalin. *n*. 4. Franc. *in Cap*. 2. §. *Statuto. num*. 10. ver. *Sed ſi per priuilegium. De conſtit. in* 6. Ancharan. *in Cap. Poſtulaſtis, num*. 45. ver. *Licet rationes*. De *foro compet*. Rota *deciſ*. 207. *in fiue par*. 2. *Diuerſ*. & *in Nullius iuriſdictionis* 19. *Martij*. 1596. coram Bubalo, et in *Vrbinatenſi iuriſdictionis*. 19. *Maij*. 1594. coram Gipſio, & in *Burgenſi iuriſdictionis*. 16. *Decemb*. 1594. & 28. *April*. 1595. coram Orano, & *in Nullius, ſeu Lucenſi iuriſdictionis*. 12. *Februar*. 1596. coram Mantica, & *in Conſtantienſi iuriſdictionis*. 16. *Nouemb*. 1607. coram Ortembergo, & *in Adorienſi, ſeu nullius iuriſdictionis*. 28. *Maij* 1612. & 21. *Maij* 1613. coram Vbaldo, & coram Martino Andrea. *deciſ*. 4. *num*. 5. Non conſtat autem, quod ablata ſit ab Epiſcopo iuriſdictio, quæ illi conuenit, & tranſlata in Prælatum Regularem. Reſp. Imo ſatis conſtare, quia quamuis non interuenit dectetum poſi-

tiuum ablatiuum iuriſdictionis ab Epiſcopo, ſufficit, quod æquipollenter ſit ablata. Æquipollentia autem in eo conſiſtit, quod ſit conceſſa illa iuriſdictio, quæ conuenit Epiſcopo quò ad ſuos ſubditos, Prælato Regulari quò ad proprios, & intra limites ſui Monaſterii; & quod Epiſcopus ſit prohibitus exercere iurisdictionem nõ ſolum in perſonas ſubditas Regulari Prælata, ſed neque etiam in Monaſteriis, vt conſtat ex dictis *num.* 1. Per hoc enim ſufficienter eſt facta ſeparatio iuriſdictionis, & territorii, nam iurisdictio Epiſcopalis eſt coarctata, vt non ſe extendat intra terminos Monaſteriorum.

12 Denique obijci poteſt ex eo, quod epiſcopus exercere poteſt aliquos actus iuriſdictionis in eccleſijs Regularium, licet exemptis, & etiam in ipſos Regulares; poteſt enim erigere Baldachinum in dictis eccleſiis; vocare Regulares ad proceſſiones, & compellere renuentes. Vnde non eſt facta omnimoda ſeparatio, quæ ſufficiat ad inducendum diſtinctum territorium. Reſp. Hoc non obſtare ſeparationi territorii, & iuriſdictionis; nam epiſcopus non exercet hos actus iuriſdictionis iure proprio, ſed vel tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus, vel ex aliqua ſpeciali commiſſione facta à iure ſuperiori. Et proinde non ſequitur, quod iuriſdictio propria epiſcopi non ſit coarctata, vt non ſe extendat ad Monaſteria Regularium; vt enim excluderetur ſeparatio iuriſdictionis, opus eſſet, quod iure proprio Ordinario exerceret. Sic etiam Epiſcopus viſitat quaſcunque Eccleſias exemptas, etiam nullius Dioeceſis, vt dictum eſt ſupra *num.* 2. & tamen hoc non tollit, quin habeant ſuum proprium territorium.

13 Maior difficultas eſſe poteſt ex eo, quod Epiſcopus viſitat Eccleſias Regularium habentes curam animarum, quò ad ea, quæ concernunt dictam curam. Verum ex dictis iam conſtat, quod viſitatio non præiudicat ſeparationi iuriſdictionis, & territorii. Deinde cum Eccleſiæ Parochiales Regulares ſe immiſceant cum ſubditis epiſcopi quò ad adminiſtrationẽ ſacramentorum, dum epiſcopus viſitat in ordine ad curam animarum, potius viſitat ea, quæ concernunt proprios ſubditos, quàm ea, quæ concernunt Regulares. Nec obſtat ſeparationi iuriſdictionis, & territorii, quod è territorio vnius adminiſtrantes officia in territorio alterius ſubdantur illius Ordinario ratione huius adminiſtrationis; ſicut etiam, qui ſunt de vno territorio ſubdũtur iudici alterius territorii ratione delicti, vel rei, de qua agitur iuxta Cap. *fin.* De foro compet. quia hoc non eſt confundere iuriſdictiones ſeparatas, ſed vnicuique conſeruare propriam.

14 Et dictis tamen non ſequitur, quod iuriſdictio ſuperiorum Regularium ſit ita coarctata ad territorium, vt non poſſint eam exercere in ſuos ſubditos exiſtentes extra territorium. Neque enim eſt iuriſdictio, quæ conueniat ſolum ratione territorii, ſed principaliter conuenit ratione voti obedientiæ, & territoriũ eſt acceſſorium huic iuriſdictioni. Per votum enim obediẽtiæ Religioſus ita transfert iura propriæ volũtatis in ſuperiorem, vt ipſi non remaneat velle, aut nolle proprium. Cap. *Non dicatis*. 12. *quæſt.* 2. & Cap. 2. *De teſtamen. in* 6. & Cap. *Religioſus*. *De elect. in* 6. Et hæc ſubiectio promiſſa ſuperiori eſt materia voti, quod fit Deo iuxta ea, quæ tradunt *D.* Th. 2. 2. *Quæſt.* 88. *ar.* 5. *ad* 3. Suarez *tom.* 3. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 2. *num.* 13. Palaus *par.* 3. *oper. mor. tract.* 16. *de Statu relig. diſp.* 4. *de voto Relig. obedien. pun.* 1. *num.* 1. Et cum hæc ſubiectio ſit perſonaliſſima ſequitur perſonã vbicũq. fuerit. *l.* 1. §. *Illud ff. Quod leg.* & *l. fin.* §. *fin. ff. De contrahen. empt.* Atque adeo vis coercitiua ſuperioris extenditur ad ſubditos vbicunque ſint tanquam neceſſaria pro exercitio iurisdictionis *l.* 2. *ff De iuriſdic. om. iud.* & *l. fin. ff.* De eo, cui *man. eſt iuriſd.* ibi *Iuriſdictio ſine modica coercitione nulla eſt*. & Cap. *Paſtoralis*, & Cap. *Ex litteris*. De *offic. de leg.* ibi. *Iuriſdictio deluſoria videretur, ſi coercitionem aliquam non haberet.*

An Monialis obtenta ſententia nullitatis profeſſionis potuerit contrahere matrimonium ſtante appellatione, licet reiecta &c. Quaſt. 160.

SVMMA

1 *Monialis ſtante appellatione à reiectione appellationis ſuper nullitate profeſſionis non potuit contrahere matrimonium.*

2 *Appellatio ſuſpendit rem iudicatam: Stante appellatione res in eodem ſtatu permanere debent.*

3 *Appellatio à reiectione appellationis eſt admittenda.*
Appellatio à reiecta appellatione ſuſpendit omnia.

4 *Si intereſſe ſit euidens, non poteſt appellatio reijci.*
De iure canonico licet à quocunque grauamine appellare.

5 *In dubio, an appellatio ſit admittenda, omnia in eodem ſtatu conſeruanda.*

6 *Dum diſcutitur, an appellatio ſit admittenda, innouatio omnis eſt attentata.*

7 *Exequutio ſententia eſt attentata, dum diſcutitur, an appellatio ſit admittenda.*
Pendente appellatione quicquid fit, eſt attentatum.

1 CVm quædam Monialis obtinuiſſet declarationem nullitatis ſuæ profeſſionis, & monaſterium liti ceſſiſſet, à ſententia tamen appellaſſent conſanguinei, de quorum intereſſe agebatur ratione bonorũ, quibus dicta monialis renunciauerat, & appellatio fuerit reiecta tanquam illorum, quibus non competeret actio, & ab hac iterum reiectione fuiſſet appellatum, dubitatur, an monialis potuerit contrahere matrimonium validè. Et negatiuè reſoluendum eſt; ſed matrimonium fuiſſe omninò nullum.

2 Eſt enim notiſsimi iuris, quod appellatio ſuſpendit ſententiam, & rem iudicatam, Cap. *Venientes. De iureiur.* vbi Doctores, & Cap. *Paſtoralis. §. Preterea.* De *offic. deleg.* & notant in ſpecie Abbas *in Cap. fin. num. 6. De ſequeſt. poſſeſ.* Felin. *in Rubr.* De *appellat. num. 4.* Lancellot. *De atten. par. 2. cap. 12. in pręfat. num. 118.* Rota coram Mantica *deciſ. 69. n. m. 4.* & coram Pennia *deciſ. 1309. num. 7.* & coram Merlino *deciſ. 316. nu. 6.* Et propterea cum habentes intereſſe interpoſuerint appellationem, debuit monialis remanere in eo ſtatu, in quo erat ante ſententiam, *l. 1. ff.* Ad *Turpil.* & *l. vnica, ff.* Nihil, *nou. appel. pen.* & *l.* Appellatione, *C.* De *appellat.*

3 Nec obſtat, quod appellatio fuerit reiecta tanquam eorum, quibus non cõpeteret actio, nam ab hac quoq; reiectione fuit appellatum, & proinde debuit admitti appellatio, ne appellans nimis grauaretur iuxta doctrinam, quam tradunt Speculator *Tit. de appellat. §. 1.* Iaſ. *conſil. 175. lib. 1.* Dec. *conſil. 49. in fine.* Capic. *deciſ. 34. nu. 6.* Menoch. *conſil. 355. numer. 8.* Vnde cum hæc ſecunda appellatio ſuſpendat reiectionem primæ appellationis, tota res iudicata remanet in ſuſpenſo, & omnia in iiſdem terminis, in quibus erãt, ante quamcumque ſententiãm, & ideo res iudicata nullum effectum ſortiri poteſt, atque adeo omnia remanere debent in eo ſtatu, in quo erant ante ſententiam *l. Sciendum, ff.* De *appellat. recipien.* Ibi, *Omnia in eodem ſtatu,* & *l. Appellatione.* C. *De appellat. & obſeruant.* Lancellot. *De attent. cap. 12. in pręfat. numer. 89.* Rota *deciſ. 658. num. 2. par. 4. Recent.*

4 Præſertim quia euidens erat, quod appellantes haberent notabile intereſſe in cauſa, & ſententia afferret ipſis notabile grauamen; vnde non poterat reijci eorumdem appellatio in cauſa præſertim canonica, in qua ſecundum ius Canonicum licet à quocũque grauamine appellare Clemen. 1. *in fine.* De *ſequeſt. poſſeſ.* & Cap. *Cum ad Sedem.* De *reſtitut. ſpoliat.* & notant Abbas *ibid.* Curt. iun. *conſil. 168. num. 39.* Couaruu. *pract. quæſt. cap. 23. n. 8.* Afflict. *deciſ. 269. num. 2.* Rota *deciſ. 4. n. 4. par. 3. Recent.* & coram Pennia *deciſ. 1075. num. 4.* & coram Ludouiſio *deciſ. 515. n. 1.* Aequitas enim iuſtitiæ exigit, vt poſſit quiſque ſe indemnem ſeruare, & ſe tueri à quorunque grauamine tam circa perſonam, quàm circa propria bona.

5 Ex quibus fit, quod cum ſaltem

eſſet dubiū,an appellatio eſſet admittenda, debuerūt omnia in ſuſpenſo manere iuxta ea, quæ tradunt Io. Andr. *in Cap. Si à iudice. De appellat. in 6.* Burſat,*conſil. 21.num.13. lib.1.*Menoch.*conſil.355.n.9.* Lancell.*De attentat.par.2.cap.12.ampliat. 5. num. 3.& 5.* alios citans; ſufficit enim dubietas, vt non poſſit reiici appellatio, niſi prius diſcutiatur, an admittenda ſit, alioquin pars grauaretur, quia impediretur proſequi ius proprium, & læderetur iuſtitia.

6 Vnde concludendum eſt, quod dictum matrimonium fuerit attentatum, & proinde nullum, dum diſcutiendum erat, an appellatio eſſet admittenda non ſecus, ac ſi fuiſſet admiſſa appellatio iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in l. Appellatione. verbo.Deliberationis, C. De appellat.* Bald. *ibid.*Iaſ. *in l.1. num. 1. C. De bonor. poſſeſſ. ſecun. tab.*Rota *in Romana bonorum de Lauorijs.17.Maij.*1621.coram Vbaldo, & in *Vrbeuetana domorum. 26. Ianuar. & 27. Martij,* 1624. coram eodem, & *in Romana domus.27. Octobr.* 1625. coram Coccino, & coram Durano *deciſ.66. numer.4.*

7 Nec obſtat, quod Iudex reiecta appellatione exequutioni mandauerit ſuā ſententiam, quia cum fuerit appellatū à reiectione appellationis, exequtio fuit attentata, & nulla, quia res omnis iudicata in ſuſpenſo manebat, nec poterat deueniri ad aliquam exequutionem. Generaliter enim quicquid fit pendente appellatione, eſt attentatum Toto Tit. *Vt lite penden.* & Clemen. *eod. tit.* & ex toto *eodem tit.* C. & Cap. *Non ſolum.De appellat. in 6.* & Cap. 2. *Vt lite penden. in 6.* & cōmuniter Doctores Rota coram Ludouiſio. *deciſ.251.num.2.& deciſ.336.num.6.*& coram Merlino *deciſ.584.num.1.* & coram Durano *deciſ.149. num.2.*Et in terminis exequutionis ſententiæ deſumitur ex *l. Ab exequutione. C. Quorum appel. non recip.* & Cap. *Quò ad conſultationem. De re iud.* vbi etiam Doctores. Rota corā Ludouiſio *deciſ. 545.num.10.*Et ideo tanquā nulla, non potuit iuuare Monialem, vt poſſet relinquere Monaſterium, & ad nuptias deſcendere; ſed debuit expectare, quid pereret diſcuſsio, an appellatio eſset admittenda.

An Monialis, de qua in præced.quæſt. *excuſari potuerit in contrahendo matrimonio. Quæſt.161.*

SVMMA

1 *In muliere præſumitur ignorantia iuris.*
2 *Matrimonium contractum à moniali eſt cum mala fide ſi cauſa nullitatis profeſſionis adhuc pendeat, licet ſequuta ſententia.*
Ignorantia iuris non admittitur in muliere, ſi potuit conſulere peritos, præſertim in re graui.
3 *Mulierem ignorare, quæ circa proprias cauſas fiunt, eſt omninò inuerisimile.*
Ignorantia craſſa habetur pro ſcientia.
4 *Quando ius reſiſtit, ignorantia iuris non excuſat à mala fide.*
Ignorantia iuris non adſcribitur culpæ.
5 *Citatio inducit pendentiam litis.*
Attentata poſt citationem ex puro officio iudicis reuocantur.

1 Videtur affirmatiuè reſoluendum. Quia agebatur de iis, quæ iuris ſunt, nempè quod adhuc penderet appellatio, & lis ſuper validitate ſuæ profeſsionis, quod exequutio ſententiæ eſset nulla &c. quæ de iure impediebant contractum matrimonij. In muliere autem præſumitur ignorantia iuris *l.Cum de indebito. S.Si autem.ff. De probat.* & Authent. *De inceſt. Nupt. initio.* & tradunt Gloſ.*ibid.ver.Sciens.*Dec.*conſil. 351. in fine.* Craueta *conſil. 142. num. 11.* Ruin. *conſil.190.num.11. lib.1.* Aret. *conſil. 62.ver. Quinto. & vltimo.* Cephal. *conſil. 377.num.58.*Socin.*conſil.47. num.11. lib.1.*

2 Tenendum tamen. *Dictam Monialem non potuiſſe excuſari bona fide.* Et proinde dictum matrimonium fuiſse cōtractum cum mala fide. Ratio eſt. Quia licet ignorantia iuris regulariter excuſet mulierem; non tamen excuſat, quando agitur de iis, de quibus non poteſt ipſa deliberare, ſed tenetur, & poteſt conſulere

ſulere peritos: præſertim, ſi ſint magni momentis; vnde nec debuit, nec potuit dicta monialis deſerere ſtatum religioſũ, quem profeſſa fuerat, cum adhuc lis penderet, & ſententia remaneret in ſuſpenſo, niſi prius peritos conſuleret, & certificaretur, quod poſſet religioſum ſtatum relinquere. Vnde cum potuerit cõſulere, & Theologos, & iuris peritos, non poteſt præſumi ignorantia iuris, atque adeo nec bona fides iuxta ea, quæ tradunt Doct. *in l. Iuris ignorantia* C. Qui *adm.* Iaſ. *conſil.* 28. *circa init. lib.* 3. Ruin. *conſil.* 139. *in fine lib.* 2. Dec. *conſil.* 351. *circa fin* Craueta *conſil.* 285. *in fine.* Menoch. *conſil.* 35. *num.* 24. Alciat. *Regul.* 3. *præſumpt.* 31. Præſertim quia agebatur de iure valdè trito, quod ſcilicet non poſſit aliquid innouari, dum adhuc pendet appellatio, & ius adhuc eſt turbidum.

3 Nec dici poteſt, quod exequutio ſententiæ tanquam litis terminatiua cauſauerit in ipſa bonam fidem. Nam non eſt veriſimile, quod non ſciuerit quæcunque in cauſa ipſius agerentur; & proinde, quod eſſet appellatum à ſententia pro nullitate profeſſionis, & à reiectione appellationis. quia eſt omninò inveriſimile, quod tractantes eiuſdem cauſam, non certionarent de omni eo, quod ageretur, & proinde præſumitur habuiſſe ſcientiã iuxta ea, quæ tradunt Io. Andr. *in Cap.* 1. verbo. *Imponentes.* De *conceſſ. præbend. in* 6. Lappus *allegat.* 14. *num.* 2. ver. *Secunda concluſio.* Alioquin laboraſſet ignorantia craſſiſſima, & fuiſſet negligentiſſima in re propria maximi momenti. Et ideò habetur pro ſciente Cap. 2. *De tempor. Ordinat.* vbi Gloſ. *verbo. Affectata.* Item Gloſ. in *Clemen.* 1. verbo *Scienter.* De *conſanguin. & affinit.* Ancharan. *in dict. cap.* 2. *num.* 2. Rota coram Caualero *deciſ.* 151. *numer.* 5. & *deciſ.* 198. *num.* 4. Vnde ſtante tali ſcientia, non obſtante exequutione ſententiæ potuit ſaltem dubitare, an poſſet relinquere Monaſterium, & debuit conſulere peritos, quid in tali caſu eſſet agendum. Et cum ageretur de iure valdè trito, monita fuiſſet à quolibet, quod non poterat aliquid innouare.

4 Accedit etiam, quod ſumus in materia, in qua ius reſiſtit; & ideo ignorantia iuris non excuſat à mala fide iuxta Cap. *Qui contra iura.* De *regul. iur. in* 6. & *l. Quemadmodum.* C. De *agricolis cenſit. lib.* 11. & notant Abbas *in Cap. Prælatum, num.* 5. Qui *filij ſint legit.* Ruin *conſil.* 14. *num.* 4. Paleot. De *not. & ſpur. cap.* 9. *nu.* 7. Rota coram Mantica *deciſ.* 51. *numer.* 2. Quando enim ius reſiſtit, poteſt facilè deponi ignorantia, cum facilè ſit informari poſſe tanquam de eo, quod notum eſt, & proinde talis ignorantia adſcribitur culpæ, vt notant Bald. *in l. In teſtamento. nu.* 1. C. Ad *leg. Falcid.* Alexan. *conſil.* 112. *n.* 4. *lib.* 1. Calcan. *conſil.* 24. *num.* 11. Rota coram Caualero *deciſ.* 60. *num.* 3.

5 Et omnem difficultatem tollit, quod dicta Monialis, quando contraxit matrimonium legitimè citata fuerat cõmiſſa cauſa à ſupremo Principe ad vidẽdum, an parti appellanti conueniret appellatio. Et ideo, etiam ſi aliàs ex ſententia, & exequutione ipſius concepiſſet bonam fidem, interrupta fuiſſet, & inducta mala fides per dictã citationem, quæ ſufficit ad inducẽdam litem in terminis appellationis iuxta Clemen *Cauſã. De elect.* & ea, quæ notant Caſſador. *deciſ.* 1. *nu.* 3. De *appellat.* Rota *deciſ.* 22. *De reſcript. in nou.* & coram Puteo. *deciſ.* 32. *lib.* 3. & corã Seraphin. *deciſ.* 1046. & coram Pennia *deciſ.* 328. *num.* 3. & coram Coccino *deciſ.* 337. *num.* 2. Et proinde tanquam pendente lite nihil potuit à Moniali innouari iuxta expreſsiſsimum tex. Clemen. *Cum lite.* Vt *lite pendente.* ibi. *Cum lite pendente, nihil debeat innouari, litem, quò ad hoc pendere cenſemus, poſtquam à iudice competenti in ea citatio emanauit, & ad partem citatam peruenit;* vbi Cardin. & cæteri Doctores, cum Gloſ. quæ verbo. *Vt lite pendente:* notat per tex. Cap. *Gratum.* De *offic. delegati.* quod ea, quæ poſt citationem attentantur, ex puro, & mero iudicis officio ſine libello reuocantur in priſtinum ſtatum.

An filij nati in figura matrimonij Monialis, de qua in præced. quæſt. ſint legitimi in ordine ad ſucceſſionem. Quæſt. 162.

S V M M A

1 *Matrimonium contractum in facie Eccleſiæ eſt putatiuum, licet nullum.*
2 *Matrimonium putatiuum cauſat legitimitatem filiorum in ordine ad ſucceſſionem.*
3 *Et ſufficit bona fides alterius coniugis.*
4 *Filij nati ex matrimonio Monialis pendente cauſa ſuper nullitate profeſsionis, licet ſequuta ſententia, ſunt inhabiles ad ſucceſſionem.*
Matrimonium putatiuum an ſufficiat pro ſucceſsione.
5 *Si ſententia reuocetur in dubium, cauſat malam fidem.*
Mala fides in initio matrimonij ipſum vitiat:
Bona fides non habet locum, quando aliquid ſcitur.
6 *Sententia adhuc examinanda non tollit impedimentum matrimonij certum.*
Vbi poteſt eſſe ſcientia præcurritur potius dolus, quàm bona fides.
7 *Contrahens matrimonium præſumitur informatus de perſona, quàm ducit.*
8 *Ignorantia affectata habetur pro ſcientia.*
Præſumptio ſcientiæ non relinquit ignorantiam probabilem.
9 *Omittens inquirere, quòd debet, tàm eſt in dolo, quàm ſi inquireret.*
Negligentia in omittenda inquiſitione illius, quod quis debet ſcire, non eſt tolerabilis.
10 *Grauitas negocij requirit informationem certam.*

1 CVm in cauſa matrimonij, de qua *in præcedent. duabus quæſt.* iudicatum fuiſſet competere appellationem, & parte proſequente cauſam in terminis appellationis, obtinuiſſet declarari validam profeſſionem Monialis, è qua interim nati fuerunt filii, dubitatur, an huiuſmodi filii cenſendi ſint legitimi in ordine ad ſucceſſionem, tanquã nati in figura matrimonii, licet irriti, ſtante declaratione ſubſequuta validitatis profeſſionis. Et videtur affirmatiuè reſoluendum. Quia huiuſmodi matrimonium, cum contractum fuerit in facie Eccleſiæ cum debita ſolemnitate, quamuis nullum, fuit tamen matrimonium putatiuum iuxta Cap. *Ex tenore.* vbi Doctores. *Qui fil. ſint legitimi*; & ſimiliter Doctores *in Cap. Cum inhibitio. 2. De clandeſt. deſponſat.* vbi etiam Gloſ. Curt. iun. *conſil. 64. num. 10.* Socin. iun. *conſil. 31. numer. 49. & conſil. 86. nu. 60. lib. 2.* Paleot. *De noth. & ſpur. cap. 9. num. 5.* ver. *Vnde.* Menoch, *conſil. 690. num. 4.* & alii communiter.

2 Matrimonium autem putatiuum cauſat legitimitatem filiorum in ordine ad ſucceſſionem Cap. *Lator.* Qui *fil. ſint legit.* vbi Gloſ. & Doctores. Io. Andr. *in Cap. Peruenit. eod. tit.* Dec. *conſil. 154.* Curt iun. *conſil. 52. num. 2.* Paris. *conſil. 13. num. 22. & conſil. 15. numer. 44. lib. 2.* Geminian *conſil. 27.* ver. *Idem Ioannes.* Iaſ. *conſil. 168. num. 4. lib. 2.* Menoch, *conſil, 490. numer. 5.* Couaru. *in Epitome de ſponſalib. cap. 8. §. 1. num. 3.* Molina *lib. 3. de Primogenit. cap. 1. num 12.* Paleot. *De nothis, & Spur. cap. 9.* Vnde non videntur prædicti filii excludendi à ſucceſsione.

3 Et quamuis fortè defuerit bona fides in Moniali iuxta dicta in *præcedenti quæſt.* non defuit tamen in marito, ſi quidem contraxit innixus ſententiæ declaratiuæ nullitatis profeſſionis. Vt autem filii ſint legitimi in ordine ad ſucceſsionẽ, ſufficit alterius coniugis bona fides. Cap. *Perlatum. §. Ideoque mandamus.* & Cap. *Ex tenore.* Qui *fil. ſint legitimi* vbi Gloſ. & Doctor. Bald. *in l. Qui contra* C. De *inceſt. nupt.* Ripa *in Rubr. ff.* Soluto *matrimon. nu. 65.* Iaſ. *in l. fin. circa fin.* C. De *condict. ſine cau. & conſil. 156.* ver. *Itẽ quò ad legitimationẽ. lib. 4.* Socin. iun. *conſ. 31. num. 74. lib. 2.* Paris. *conſil. 15. num. 45. lib. 2.* Ruin *conſil. 100. num. 2. lib. 3.* Curtius iun. *conſil. 27. num. 6.* Roland. *conſil. 93. num. 18. lib. 3.* Cephal. *conſil. 317. nu. 60. lib. 3.* Menoch. *præſump. 77. num. 5. lib. 4.* Caſſador. *deciſ. vn. num. 1. & 3.* ver. *Sed primum. De ſponſalib.* Acoſta *in Cap. Si pater. par. 1.* verbo. *Vxorem. num. 2. De teſtamen. in 6.* Matienzo *gloſ. 1. num. 116. in Rubr. tit. 1. lib. 5. Recopil.* Sanchez *lib. 8. de matrimon. diſp. 34. num. 46.* Rota coram Pennia *deciſ. 1366. numer. 2.* & coram

ram

ram Canalero, *deciſ.* 10. *num.* 3. & 5. & coram Seraphino *deciſ.* 1099. *num.* 1. & *deciſ.* 354. *num.* 3. *poſt tom.* 2. *conſil.* Farinac.

4 His tamen non obſtantibus reſoluendum eſt. *Prædictos filios eſſe inhabiles ad ſucceſſion᷉, & omninò illegitimos.* Quippe matrimonium prædictum non potuit dici putatiuum. Quamuis enim dubium ſit, an ad effectum ſucceſſionis ſufficiat matrimonium putatiuum, ſiquidem hoc negant Curt. iun. *conſil.* 27. *num.* 6. & *conſil.* 64. *nu* 6. Marcus Salon. de Burgos *conſil.* 20. *in fine*, & alij. Quicquid tamen de hoc ſit, vt ſufficiat matrimonium putatiuum, requiritur bona fides contrahentium ſaltem in altero coniugum, iuxta dicta ſupra *num.* 2. & 3.

5 Quod autem mala fides adfuerit in Moniali conſtat ex dictis *queſt. præced.* Et præterea mala fides Monialis conuincitur ex eo, quod ſciret reuocari in dubiũ ſententiam nullitatis ſuæ perfeſsionis, nã fuerat citata ad videndum, an competeret appellatio à tali ſententia, vt tradunt Abbas *in Cap.* Tenor. ver. *Et hoc poteſt vnum. De re iudic.* addens, id eſse menti tenendum. Rota coram Puteo *deciſ.* 115. *nu.* 4. *lib.* 2. Et cum hęc mala fides præceſſerit matrimonium, eſt illa, quæ attenditur, & vitiat matrimonium etiam putatiuũ iuxta Cap. *fin.* §. *Si quis verò. De clandeſt. deſponſat.* & Cap. *Ex tenore.* Qui *fil. ſint legit.* & notant Butr. *in Cap. Referente.* Qui *fil. ſint legit.* Rota coram Puteo *deciſ.* 77. *n.* 1. Vt enim diceretur contraxiſse cum bona fide, oporteret; quod ignotaſset, & nihil omninò ſciuiſset, quod ſententia pateretur difficultatem, & quod non poſſet cõtra ipſam aliquid in iudicio intentari, vt obſeruãt Præpoſit. *in Cap. Veniens.* ver. *Ab extra. De eo, qui dux. in matrimon. quam pollu. per adult.* Rota coram Puteo *num.* 2. *cit. deciſ.*

6 Accedit etiam, quod Monialis optimè ſciebat, & erat certa, quod haberet impedimẽtum voti ſolemnis impediens, et dirimens matrimonium; et proinde procurauerat remediũ declarationis nullitatis profeſsionis. Rurſus etiam ſciebat, ſtante citatione, litem adhuc vigere ſuper nullitate profeſsionis: et proinde ſe non eſſe in ſtatu libero in ordine ad cõtrahẽdum matrimonium, cum fieri poſſet, quod admitteretur appellatio, & declararetur valida profeſſio, ſicuti poſtea accidit. Vnde cum hæc omnia clariſsima in iure ſciret, impedimentum certum, & ſententiam adhuc non habere vires expeditas, optimè etiam ſciebat, non poſse procedere contra certum impedimentũ. Et proinde potius dolus præſumendus eſt, quàm bona fides, et ignorantia iuxta ea, quæ notant Felin. *in Cap.* De *quarta.* Ver. *Dicitur autem probabilis. De præſcriptionib.* Bald. *in Repetit. l. Celſus. not.* 4. *De præſcript.* Rota coram Puteo *deciſ.* 135. *nu.* 5. *lib.* 2.

7 Ex parte quoque viri remanet excluſa bona fides, quia cum ſciret, eam, cum qua erat contracturus matrimoniũ, fuiſse Monialem, non eſt veriſimile, quod non adhibuerit diligentiam, vt ſciret, an cauſa nullitatis profeſsionis, de qua actũ fuerat, eſset reſoluta, & lis terminata, quoniam notiſsimi iuris eſt, quod non poterat cum ipſa contrahere, quandiù lis duraret, et poſset ſententia lata pro nullitate reuocari iuxta Regulã. *l. Qui cum alio ff. De regul. iur.* et notant Paris. *conſil.* 57. *num.* 2. *lib.* 4. Comens. *conſil.* 26. *circa init.* Dec. *conſil.* 19. ver. *Tertiò ſpecialiter*, Cagnol. *in dict. l. Qui cum alio. num.* 7. *ff. De regul. iur.* Purpurat. *in l. Cunctos populos. num.* 149. *C. De ſum Trinit. & fide Catbol.* Rolan. *De lucro dot. quæſt.* 14. *num.* 18.

8 Quod ſi fortè inquiſitionem non fecit, ſubintrat negligentia craſsiſsima, et ignorantia craſsa, et affectata, quæ non excuſat, ſed habetur pro ſcientia Clement. 1. *verbo. Scienter. De conſanguinit. & affin.* et Cap. 2. *De tempor. Ordinat.* et notant Gloſ. *ibid.* verbo. *Affectata.* Anchara. *num.* 2. Tiraquel. *tract. Lignag. gloſ.* 4. *num.* 34. Gail. *obſeruat.* 48. *nu.* 15. *lib.* 2. Rota coram Caualero *deciſ.* 198. *num.* 4. Vnde nõ poteſt excuſare, nec inducere bonam fidem, quæ faciat ex parte ipſius matrimonium putatiuum. Præſertim quia præſumptio ſcientiæ eſt adeo vehemens, vt non relinquat ignorantiã aliquo pacto probabilem, vt notant Bar. *in l. Sicut.* §. 1. *nu.* 3. *ver. Hoc probabile. ff. De accuſat.*

Oddus

Oddus *de reſtit. in integ. quæſt.* 36. *art.* 6. *num.* 56.

9 Imò cũ ſciret certum impedimentum ſtatus religioſi, quo impediebatur, & dirimebatur matrimonium, tenebatur inquirere, an eſſet omninò ſublatum, ità vt nihil obſtaret, quin poſſet contrahi matrimonium. Quod ſi hoc omiſit, tàm eſt in dolo, quàm ſi ſciens contraxiſſet Cap. *fin.* De *clandeſt. deſponſat. l. Quod te.* §. *Ibidem.* De *reb. credit.* & *l.* Quiſquis. C. De *reſcin. vendit.* & *l.* Idem. §. 1. *ff.* Ad *leg. Aquil.* ibi. *Intelligit. vel intelligere debet*, & notant Gloſ. *in dict. l. Quod te.* & *ibid.* etiã Doctor. Bart. Salicet. Bald. Iaſ. Angel. & cœteri. Dinus per illum tex. *in l. Qui fundum.* §. *Seruus. ff.* Pro *empt.* Tiraquel. *De retrac. lignag.* §. 12. *num.* 9. Et proinde huiuſmodi negligentia non eſt tolerabilis, vt notant Innocent. *in Cap. fin. num.* 4. De *clandeſt. deſponſat.* Rota coram Puteo *deciſ.* 77. *num.* 5. *lib.* 2.

10 *Præterea* grauitas negocij, & cauſæ, de qua agebatur, nempè de declaranda nullitate profeſsionis, & de contrahẽdo matrimonio cum ea, quæ fuerat Monialis, requirebat, quòd viro certè, & clarè conſtaret, quod fueras, habilitata ad matrimonium, vt tradunt Gloſ. *in Cap. Concertationi.* verb. *Sciuerit, in fine.* De *appellat. in* 6. Alexan. *conſil.* 184. *nu.* 4. *lib.* 1. Felin. *in Cap. Quod conſultationem. nu.* 22. De *iud.* Alban. *conſil.* 18. *numer.* 7. Tiraquel. plures alios citans. *De retract. conſanguin.* §. 36. *gloſ.* 2. *num.* 20. Hanc autem certam, & claram notitiam non potuit habere, ſi quidem adhuc lis pendebat ſuper validitate profeſſionis; atq. adeò mulier abſolutè non erat in ſtatu habili ad contrahendum matrimonium, quia nondum erat liberata à voto ſolemni. Et ideò cum contraxerit matrimonium cum ea, cũ qua reſiſtente iure non poterat contrahere, non potuit habere bonum fidem.

Andato, quod matrimonium, de quo in præced. quæſt. *eſſet putatiuum poſſent filij ſuccedere in hæreditate aliàs deuoluta ad matrem. Quæſt.* 163.

SVMMA

1 *Declarato nullo matrimonio Monialis, & valida profeſſione, filij non ſuccedunt in bonis, quibus renunciauerat.*
3 *Renuncians non poteſt habere regreſſum ad bona, & iura renunciata.*
3 *Monialis non ſuccedit titulo hæreditario renunciatis, ſi adſint, qui ſuccedant.*
4 *Quod tranſmittitur, debet eſſe in bonis tranſmittentis.*
Nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quàm ipſe habeat.
5 *Tranſmiſſarius non vtitur alio iure, niſi tranſmittentis.*

1 EX ſuppoſitione, quod matrimonium, de quo in his quæſtionibus agitur, eſſet putatiuum ob bonam fidem ſaltem vnius parentis, & filii inde nati habiles ad ſuccedendum in bonis parentum, ex alio capite excluderẽtur, ne poſſent ſuccedere in hæreditate, quæ deuoluta fuiſſet ad matrem ſtante nullitate profeſsionis, aut in bonis, quæ ante pròfeſsionem poſſediſſet. Nempe, quia in ſecunda inſtantia profeſſio fuit declarata valida: & nullum contractum matrimonium. Hæc enim ſententia, ſicut manutenet profeſsionem tanquam validam, ità etiam manutenet renunciationem Monialis factam inruitu profeſsionis in ſua validitate, in qua cum renũciauerit omnibus bonis, iuribus &c. renunciauit iuri ſuccedendi in quacunq. hęreditate.

2 Stante enim validitate profeſſionis, & renunciationis, notiſsimi iuris eſt, quod Monialis non poteſt habere regreſſum ad bona, & iura renunciata. *l. Quæritur, circa fin. ff.* De *ædilit. edic.* & *l. Non videtur. ff.* Si *quid in frau. patr.* & *l. Poſtquam litis.* C. De *pac.* & Cap. *Traſmiſſa.* De *renunciat.* & Cap. Cum *inter.* De *elect.* vbi Gloſ. *verbo.*

Quod

Quod ex conſenſu, & notant communiter Doctores præſertim Rota *deciſ.* 587. *nu.* 9. *par.* 1. *Recent.* & *deciſ.* 109. *num.* 1. *par.* 5. & coram Buratto *deciſ.* 310. *nu.* 5. cum aliis cumulatis in *Bononienſi de Toſtinis.* 21. *Maij.* 1649. coram Cerro.

3 Nec etiam ritulo hæreditario, cum adhuc adſint, qui iure hæreditario ſuccedere poſsint, & ad quorum fauorem ſe extendit renunciatio iuxta Doctrinam quam tradunt Molinus *De ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 92. *n.* 35. & 44. Pignatel. *controuer. forens cap.* 5. *num.* 4. Altograd. alios referens. *conſil.* 66. *num.* 36. Lel. Caput. *in Conſuet. Si mortatur. par.* 3. *§.* 8. *num.* 11. Sanchez *lib.* 7. *ſum. cap.* 7. *n* 27. *in fine.* Rota apud Tamburin. *poſt tom.* 3. *De iure Abbatũ deciſ.* 6. *num.* 25. et coram Eminentiſsimo Otthobono *deciſ.* 10. *num.* 2.

4 Cum ergo monialis non recuperauerit bona renunciata, nec ius aliquod hæreditarium, ſed remuneat confirmata renunciatio, non poteſt iure hæreditario tranſmitrere aliquid ad filios de dictis bonis, et iuribus, eriam ſi aliàs habiles eſſent ad ſuccedendum. Quod enim tranſmittitur, debet eſse in bonis tranſmittentis *l. Traditio. ff.* De *acquiren. rer. domin.* et tradunt Zanchus *in l. Hæredes mei. §. Cum ita. par.* 4. *num.* 114. *ff.* Ad *Trebel.* Iaſ. *in l. Emancipata. num.* 14. C. Qui *admitti, in* 2. *lect.* & Ruinus *conſil* 22. *num.* 16. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 442. *n.* 25. Neq. enim fieri poteſt, quod quis trãſmittat in alium, quod ipſe non habet iuxta Regulam vniuerſalem, quod nemo poteſt plus iuris in aliũ transferre, quàm ipſe habeat *l.* 1. *ff. Qui pro ſua iuriſd.* et *l.* 2. C. *De pœnis.* et Cap. *Nemo. De reg. iur. in* 6. et notant communiter Doctores.

5 Rurſus cum is, in quem tranſmittitur, non poſsit vti alio iure, quàm illo, quod conuenit tranſmittenti, ſi quidem eius perſonam repræſentat. *l. Si quis filium familias. §. Si filius. ff.* De *acquir. hæred.* & notant Bart. et alii *ibid.* Alexan. *conſil.* 132. *nu.* 3. *lib.* 3. Socin. *conſil.* 64. *lib.* 4. Burſat. *conſil.* 61. *n.* 19 Ruin. *conſil.* 39. *n.* 7. *vol.* 3. Tiraquel. De *iure Primogen. quæſt.* 14. *num.* 8. Noales *de Tranſmiſſ. caſu* 17. *n.* 111. Dum Moniali nullum competit ius ad hæreditatem, & bona, quibus renunciauit conualidata renunciatione per ſentẽtiam declaratiuam validitatis profeſsionis, nec etiam filii vti poterunt aliquo iure, licet aliàs ratione putariui matrimonij habiles ad ſuccedendum.

An Princeps teneatur ſoluere debita ſui Prædeceſſoris contracta pro ædificãda arce. Quæſt. 164.

SVMMA

1 *Succeſſor in hæreditate Principis tenetur ſoluere debita quoquo modo contracta.*
Hæres non poteſt improbare factum defuncti.
2 *Succeſſor in principatu an teneatur ſoluere debita contracta pro arce conſtruenda.*
3 *Succeſſor tenetur ſoluere debita prædeceſſoris contracta nomine dignitatis.*
4 *Quid, ſi arx ſit in diſpendium Principatus*
Princeps eſt propter vtilitatem populi.
Tenetur conſeruare principatum in ſtatu, in quo eſt.
5 *Princeps non poteſt, quæ ſunt in præiudicium principatus.*
Succeſſor non tenetur ſtare ijs, quæ ſunt in detrimentum Principatus.
6 *Prælatus quando non teneatur ſoluere debita prædeceſſoris.*
Non tenetur ſoluere pecuniam mutuatam prædeceſſori pro nobili ædificio non neceſſario.
7 *Arx quando ſit in damnum principatus.*
8 *Dominus caſtri non tenetur ad expenſas factas à principe pro eo muniendo &c.*
9 *Expenſæ quando ſint vtiles.*
Expenſæ reſarciendæ ab eo, cui res reſtituitur.

1 PRo reſoluenda hac difficultate, inſpiciendum eſt, an ſit hæres ſui prædeceſsoris, an verò tantum ſuccedat in Principatu, ſiue iure ſanguinis, ſiue alio iure. Si enim ſuccedat tãquam hæres, certum videtur, quod teneatur ſoluere debita ſui prædeceſsoris quoquo modo contracta. Quia non poteſt improbare factum defuncti, nec contra ipſum venire *l. Cum à matre.* C. *De rei vendicat.* et *l. Pro hæreditarijs.* C. *De hæredit. act.* & *l. Venditrici.* C. *De reb. alien.*

alien.non alien. & *l.Si ab eo.* C. De *lib. cau.* & *l.* Ex *qua perſona.ff.De regul. iur.* & ſæpius dixit Rota coram Seraphino *deciſ.* 1394. *numer.*5. & coram Caualero *deciſ.* 536. *num.*4.& coram Durano *deciſ.*1. *nu.* 36. et coram Burato *deciſ.* 817. *num.*1. & coram Eminentiſſ. Otthobono *deciſ.*100. *num,*14. & *deciſ.*696,*num.*2.*par.*1,Recent. & *deciſ.*39.*num,*1.*par.*6.Debita enim continentur in hæreditate tanquam eiuſdem onera,et ideo cum ipſis tranſeunt ad hæredem,

2 Si verò ſit tãtum ſucceſſor in principatu iure ſanguinis, aut alio iure, teneri ſoluere dicta debita abſolutè reſpondent ii, qui volunt,huiuſmodi ſucceſſorem teneri ſoluere debita contracta ex cauſa concernente principatum. Ita Purpurat. *conſil.*17. & *conſil.*20.Peregrin. alios adducens *conſil.*1.*num.*45, *vol.* 1. Tiraquel. *De iure primogen. quæſt.*35, *num.* 25. Noales *De tranſmiſſ. caſu* 28. *num.*83, Cum enim hæc debita habeant cauſam ex principatu, contracta ſunt à Principe tamquam adminiſtratore eiuſdem principatus, et ideo afficiunt ipſum,qui cum tranſeat ad ſucceſsorum,trahit ſecum debita contracta ab ipſius adminiſtratore,

3 Verum licet hoc verum ſit, ſi arx conſtructa fuerit pro neceſſitate, & vtilitate principatus,quia in hoc ſegeſſit tanquam bonus, et fidelis adminiſtrator: et debita cenſentur contracta nomine dignitatis. Et ideo ſucceſſor quocunque iure in principatu tenetur ea ſoluere iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in Cap.* 1. verbo. *In perpetuum.* De *pace Cõſtantien.* Igneus cum aliis *in l. Donationes.num.*16.C.*De donat. inter vir. & vxor.*Purpurat. *conſil.* 17. *nu.*4. *inter conſil.Feud. Diuerſ.* Capic, *deciſ.*121.*num.*7. Caſtald. *de Imptrat.queſ.* 114.*num.* 1.

4 Si tamen ædificatio arcis non ſit in vtilitatem Principatus, ſed in diſpendium, eò, quòd non ſit neceſſaria pro tuendo territorio, ſed exigat continuas expenſas pro manutentione præſidii,non tenebitur ſucceſſor in principatu, niſi etiam ſit hæres, ſoluere debita contracta pro illius ædificatione. Princeps enim eſt propter vtilitatem populorum, vt cõmuniter docent cum Ariſt. *lib.* 3. *Polit, cap.*11. Et propterea tenetur procurare vtilitatem publicam, et conſeruare ſuum principatum in eo ſtatu, in quo eſt *l.Neminem in fine.* C. De *decurion.* et notant Gloſ.*in l.Moueor.*C.*De ſeru.export.*Rolan. *conſil.*1.*num.*104.*lib.*1.Sylua *conſil.* 1.*num.* 27. *lib.*1. Et ideo non poteſt ob inutiles,et multò minus ob damnoſos ſumptus debitis ipſum aggrauare.Et aggrauando excedit limites poteſtatis, nec habet aſſiſtẽtiam facultatis, quam tradit principatus pro ſui adminiſtratione, et ideo non cenſentur talia debita contracta nomine principatus, et conſequenter non tranſeunt ad ſucceſſorem.

5 Et confir.poteſt. Quia princeps nõ poteſt facere ea,quæ ſunt in præiudicium principatus, & hoc defectu poteſtatis, quia non eſt dominus,ſed adminiſtrator: et ideo tenetur manutenere: non autem deſtruere:et ſi præiudicat,poteſt,et debet reuocare ea, in quibus præiudicauit et iã non obſtante iuramento, vt ſtatuitur in Cap.*Intellecto.*De *iureiur.*vbi etiam Glo!. *init.*Et proinde ſucceſſor non tenetur ſtare iis, quæ in detrimentum principatus à prædeceſſoribus facta ſunt,vt tradũt Bart. *in l.Prohibere.*§.*Planè.ff.*Quod *vi,aut clam.* Iaſ. *conſil.*1.*num.*5.*lib.*1.Peregrin. *De iure Fiſci tit.*3.*num.*73.*lib.*1. Cum ergo debita contracta ſint in detrimentum principatus, quia fuerunt cauſa, quod nouis, et inutilibus expenſis ob arcem non neceſſariam conſtructam aggrauaretur, non tenebitur ſucceſſor ad illorum ſolutionem.

6 Præſertim quia princeps eodem modo tenetur procurare vtilitatem principatus, quo Prælatus vtilitatem Eccleſiæ ſibi commiſſę;cum vterque ſit adminiſtrator. Vnde etiam quando ſucceſſor prælati non tenetur ſoluere debita prædeceſsoris, nec etiam tenebitur princeps. Prælatus autem non tenetur, niſi verſa ſint in vtilitatem eccleſiæ, vt tradũt Innocent,*in Cap.*1.*De ſolut.* Butr,*in Cap. penul. num.*9.*De fideiuſ.* Caſtrenſ,*conſil.*338.*n.*2. *lib.*3. Vnde Abbas *in dict. Cap. penult.* De *fideiuſ. nu.*9.habet. Quod ſi prælatus, aut procurator ex pecunia mutuata ædifica-

uit

uit nobile ædificium in loco non expedienti, et neceſſariò, ita quod graue ſit, et damnoſum eccleſiæ, factam fuiſſe illã impenſam, eccleſia non tenetur erga creditorem, quiquidem eſt caſus præſens variato ædificio materiali.

7 Ex quibus deducitur: Quod ſi expenſæ faciendæ in manutenenda arce excedant vires principatus, eò, quod ſit anguſtus, et exiguorum prouentuum, ſtatim appareat, quod pecunia non ſit conuerſa in vtilitatem principatus; imo in eius detrimentum ob impoſitionem oneris imparis viribus iuxta *l.Sed an vltro. Si autẽ. ff.* De *negoc geſ.* Et proinde ſucceſſor non tenebitur ſoluere debita in hunc effectum contracta à prædeceſſore: cum non adſit vtilitas principatus.

8 Rurſus deducitur. Quod ſi princeps muniat caſtrum, ſeu oppidum alterius, vt inde facilius hoſtes propulſet à proprio principatu, vel inde inferat alteri bellum, non tenebitur dominus caſtri, ſeu oppidi, etiam ſi non ſit ſubditus Principis aliquid reſtituere pro expenſis munitionis, vt notant etiam Bald. *in l. Si in aliquam. ff.* De *offic. Proconſul.* Angelus. *in l.Turres.* C. De *operib. publ.* Grammat. *conſil.* 13. Boſſius *tract.* De *cuſtod. Clau.* Cœpol. De *ſeruit. vrban. præd. cap.* 39. *num.* 14. Franciſ. Cremens, *Singul.* 25. Vaſqu. *Illuſtr. Quæſt. cap.* 6. *init. lib.* 1. Garzia De *expenſ. cap.* 21. *num.* 30.

9 Quod valet, etiam ſi finito bello ſucceſſori reſtituatur caſtrum. Quia licet expenſæ ſint reſarciendæ ab iis, quibus res reſtituitur, vt tradunt communiter Anan, *conſil.* 32. *num.* 10. ver. *Item aduertendum.* Alexan. *conſil.* 168. *numer.* 8. *lib.* 2. Ruin. *conſil.* 100. *num.* 2. Mareſcott. *Variar. reſol. cap.* 110. *num.* 2. *lib.* 2. Hoc tamen intelligitur, quando expenſæ factæ ſunt in vtilitatem rei, quæ redundet in dominũ, et non quando grauarent dominum iuxta *l.Titius. ff.* De *act. empt.* et *l.Si ſeruos. ff.* De *pignorit. act.* In hoc autem caſu expenſæ sũt factæ principaliter propter vtilitatẽ expendentis, quia caſtrum fuit munitum à principe, vt conſuleret propriis rebus: non autem, vt conſuleret domino caſtri, quamuis forte ſecundariò aliqua vtilitas ipſi ſequuta ſit. Imo. Si dominus caſtri non eſt ſubditus principis, cum muniendo caſtrum, et eo vtendo ad propriam defenſionem, aut ad inferendum bellum impoſuerit ipſi ſeruitutem, tenebitur cõpenſare, et multò magis, ſi munitio fuerit cauſa quod caperetur ab hoſtibus, et diriperetur; nam tunc iuxta regulas reſtitutionis, tanquam cauſa damni tenebitur ipſum reſarcire.

An qui propoſuit aliquid furari, ſi pluribus vicibus auferat à Domino, committat multiplex furtum. Quæſt. 165.

S V M M A.

1 *Pluribus vicibus auferens, quod deſtinauit furari, an committat multiplex furtum.*
2 *Eſt multiplex ſi interueniat aliqua retractatio voluntatis.*
3 *Quid, ſi non retractetur, ſed interrumpatur voluntas.*
Plures actus interni conſtituunt vnicum peccatum, ſi continuentur in eadem materia externa.
4 *Vnitas propoſiti, quando non ſufficiat pro vnitate peccati.*
5 *Furta continuata ex eodem propoſito furandi totum, ſunt vnicum furtum.*
6 *Actus externus, vt eſt exequutio interni, ipſi conformatur.*
Verberans Clericum *pluribus verberbus vnicam excommunicationem contrahit.*
Infligens plura vulnera, vt occidat, vnicum peccatum committit.
7 *Plures actus interni quando multiplicent peccata, & quando non.*
8 *Bonitas, & malitia actus externi, & interni eſt eadem.*

1 RESolutio huius difficultatis nõ ſolum inſeruit in ordine ad confeſsionem ſacramentalẽ, vt poſsit confeſſarius cognoſcere numerũ peccatorum iuxta diſpoſitionem Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *De pænit.* Sed etiam in ordine ad forum externum, nempe ad cognoſcendum, an fur puniri debeat tanquam reus vnius tantum furti: an verò

tanquam reus plurium. Reſp. autem Bartholom. Cępolla *tract. De pœna fur. cap. 145.* Caſum eſſe ſatis dubitabilem, inclinat tamen in eam partem, quod ſit vnicum furtum, ſi furta illa continuata ſint, In hac porrò difficultate.

2 Eſt certum, quod ſi furtum vnius partis illius, quod eſt furandum, diſcontinuetur à furto alterius partis cum aliqua retractatione voluntatis furandi, erit multiplex furtũ, quia multiplicatur peccatum iuxta communem Doctrinam, quam tradunt Doctores in materia de peccatis, Illa enim retractatio inducit quamdam pœnitentiam prioris peccati, et ideo, ſi ſuperueniat nouũ propoſitum, committitur nouum peccatum, atque adeo nouum furtum, quia non ſolũ multiplicatur actus voluntatis, ſeu propoſitũ furandi, ſed etiam voluntas tranſit à deliberatione non furandi ad deliberationẽ furandi; et ideo cum correſpondeat actus etiam externus furti, multiplicatur furtũ.

3 Maior difficultas eſt, ſi non interueniat retractatio voluntatis, ſed ſola interruptio, et etiam interrumpatur furtum notabiliter, vt in prima nocte fur auferat partem rei, quam propoſuit furari, et ſecunda nocte auferat aliam partem, aut aliqua alia notabilis interruptio interponatur. Et in hoc caſu exiſtimo adhuc multiplicari furta iuxta doctrinam quam tradunt Caiet. 2.2. *quæſt. 66. ar. 3. circa ſolut. 3.* & *tom. 1. Opuſc. tract. 31. reſp. 15. dub. 2.* Nauar. *in Cap. Conſideret. num. 48. De pœnit. Diſt. 5.* & *Cap. 6. Manual. num. 16.* Suarez *diſp. 22. de pœnit. ſect. 5.* quatenus requirunt continuationem actuum internorum in materia externa, vt plures actus interni conſtituant vnicum tãtum peccatum. Ratio verò eſt. Quia concurrunt principia ſufficientia diſtinctiua peccati, multiplicantur enim actus interni habentes obiectum peccaminoſum, et obiectum externum, Vnde in morali æſtimatione completa prima ablatione cenſetur, furem ceſſaſſe à furando, et dũ ſecunda vice accedit, inchoare nouum furtum.

4 Nec obſtat, quod iſti actus procedant ex eodem propoſito furandi, quia pro vnitate peccati non ſufficit vnitas propoſiti, quãdo exequutio infert diſtinctos actus externos, quia tunc propoſitũ ſe habet vt imperãs actus internos, et externos: et proinde cum actus interni imperati verſentur circa obiecta illicita, imperat plures actus peccaminoſos, quorũ malitia in vnoquoque illorum conſumatur etiam ratione actus externi. Quod præſertim locũ habet, quando actus ſunt contra pręcepta negatiua, quia ſingulæ vices tranſgreſſionis ſunt de per ſe prohibitæ; vnde ſiquis pruponeret edere carnes in die, pro qua prohibentur, et ederet tàm in prandio; quam in cœna, cõmitteret duplex peccatum, quamuis ex eodem propoſito.

5 Si autem furta cõtinuentur moraliter modo ex eodem propoſito, itaut poſtquã fur abſtulit ſaccũ tritici, redeat ad auferendum ſecundum, et deinceps tertium, erit vnicum peccatum, et vnicum furtũ, etiamſi interponatur aliqua mora, dummodo non ſit talis, vt moraliter interrũpat actionem furandi. Hoc à fortiori ſentiunt Doctores *nu. 3.* citati, dum volunt eſſe vnicum peccatum, licet actus interni multiplicentur, dummodo adſit continuatio materiæ externæ. Ratio eſt. Quia peccatum eſt vnicum ex parte propoſiti ſeu intentionis, et etiam ex parte obiecti, ſeu materiæ, nam vnico propoſito proponit furari rem certam, quæ, quamuis habeat partes, eſt tamen vnicum obiectum, et vnica materia furti: vnde principia conſtitutiua peccati, cum ſint vnica, et ſingularia, peccatũ quoq. furti erit vnicũ, & ſingulare; vt conſtat, ſi vnica ablatione, auferretur res furto deſtinata.

6 Quod autem pluribus vicibus auferatur, non multiplicat peccatũ, nã hoc pertinet ad exequutionem operis, quæ eſt effectus voluntatis peccaminoſæ, et proinde ſequitur, et conformatur voluntati, vt communiter docent cum D. Th. *1.2. quæſt. 20. ar. 1. ad 1.* et ideo cum furtum conſumetur in voluntate per vnicũ propoſitum, illæ ablationes ſucceſſiuæ erunt vnica exequutio completa vnius actus interni peccaminoſi, et proinde vnicum furtum. Sic etiam ſiquis animo

verbe

verbarandi Clericum, afficiat ipſum ſucceſſiuè pluribus verberibus, vnicum tantum peccatum committet, et vnicam tantum excommunicationem contrahet, vt inter alios notat Nauar. *in Cap. Conſideret num.* 48. De *pœnit. Diſt.* 5. Sic etiam ſi quis proponat occidere inimicum, licet plura vulnera infligat, vnicum tantum peccatum committit, quia omnia illa vulnera ſunt partes exequutionis propoſiti de occidendo.

7 Et hoc haberet locum, etiam ſi contingeret multiplicari actus internos. Quamuis enim circa idem obiectum poſſint ex multiplicatione actuum internorum multiplicari peccata, hoc tamen ſolum contingit, quando iſti actus ſe habent diſparatè, nec inuicem habent moralem continuationem, qua ſe habeant per modum vnius. Oppoſitum autem contingit in præſenti, quia cum ſint ad perficiendum idem furtum animo conceptum ordinati, ex ordinatione iſta coaleſcunt in vnum actum moralem. Vnde quando D.Th. *in* 2. *diſt.* 42. *quæſt.* 1. *ar.* 1. Angeſt. *cap.* 9. *Moral.* §. 3. *concluſ.* 11. Tabiena *verbo.* Peccatum. *num.* 8. Armilla *nu.* 4. & alii docent, quod peccata multiplicantur numero ex multiplicatione actuum internorum circa idem obiectum, intelligunt, ſi diſparatè ſe habeant, non autem quando vnus ordinatur ad perficiendum alium, nam tunc vnus eſt continuatio alterius, & in æſtimatione morali ſe habent per modum vnius.

8 Denique, Cum bonitas, ſeu malitia actus interioris, & exterioris, ſit vna, & eadem, quatenus bonitas actus exterioris, quam habet ex obiecto, & circumſtantiis refunditur in actum interiorem, & bonitas actus interioris, quam haber ex fine redundat in actū exteriorem, vt docent cōmuniter cū D.Th. 1. 2. *quæſt.* 20. *ar.* 3. Caiet. Corrad. Alcuarez, Medina, Peſant. Sylvius, Zumel, Arauio, & alii expoſitores *ibid.* Vaſquez *diſp.* 76. *cap.* 1. Salas *diſp.* 6. *de bonit. ſect.* 7. Lorca *diſp.* 45. *de act. human.* Coninch. *lib.* 1. *de Virtutib. diſp.* 3. *dub.* 7. & Interpretes *lib. ſentent. in* 2. *diſt.* 42. Quia nimirum bonitas, et malitia moralis ſequitur actum humanum, quatenus talis eſt, atque adeo quatenus libero modo exercetur. Actus autem externus non eſt talis, niſi quatenus libero modo exercetur. Ex quo fit, quod ratione actus externi non multiplicetur peccatum, atque adeo nec furtum, niſi etiā multiplicetur actus malus internus. Non multiplicatur autem, quando ex propoſito furandi aliquam rem per partes ſucceſſiuè aufertur, quia tunc moraliter continuatur idem propoſitum furandi, cuius virtute ſequuntur illæ multiplicatæ ablationes.

An quando præſumitur vulneratum nō fuiſſe mortuum ex vulnere, ſed ex alia cauſa, vulnerans ſit irregularis. Quæſt. 166.

SVMMA.

1 *Dubius de homicidio debet ſe habere pro irregulari.*
In dubio de homicidio ſequenda pars tutior, & cur.
2 *Iudex in dubio debet pronunciare mortem non eſſe ſequutam ex homicidio.*
Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam habetur pro veritate.
3 *Punitur vt vulnerator abſoluitur ab homicidio, ſi dubium ſit, an ex vulnere ſit mors ſequuta.*
Ex qualitate pœna arguitur qualitas delicti.
Non condemnatus habetur pro abſoluto.
4 *Iudicium peritorum, quod mors non ſit ſequuta ex vulnere excludit irregularitatem.*
Standum eſt iudicio peritorum.
5 *Præſumptio, quod mors non ſit ſequuta ex vulnere, excludit irregularitatem.*
Præſumptio habet vim probationis.
Ex coniecturis, & præſumptionibus deſumitur probatio.
Præſumptio habetur pro veritate, donec de oppoſita conſtet.

1 EST hoc peculiare in homicidio, vt dubitans, an fuerit cauſa illius, debeat ſe habere pro irregulari, vt ſtatuitur in Cap. *Ad audientiam* & in Cap. *Significaſti* 2. De *homicid.* Et la-

tè declarat Suarez *de cenſur. diſp.* 40. *ſect.* 6. *per totam*, aſſerens iuxta communem ſententiam, hoc habere locum non ſolũ quò ad iudices. ſed etiam quò ad ipſos vulnerantes, qui ſe gerere debent tan. quam irregulares, non ſolum in foro externo, ſed etiam in foro conſcientiæ. Quia licet pœna non poſſit imponi pro delicto dubio, & in dubio fauendum ſit reo iuſta regulam Cap. *Cum iura. De reg. iur. in* 6. Attamen in hoc caſu voluerunt Pontifices, quod in dubio pœna haberet locum, & ideo id lege ſanxerunt, moti ad ita ſentiendum ex conuenientia, quod in dubio in hac materia tutior pars ſit ſequenda, quia cenſuerunt, eſſe inconueniens, quod etiam dubiè pollutus ſanguine miniſtret altari. Vnde quando in dict. textib. dicitur, quod in dubiis ſequenda eſt tutior pars, non affertur hoc tanquam ratio vniuerſalis, ex qua deinde ſequatur, id habere locum etiam in facto homicidii, ſed aſſignatur ratio conuenientiæ ita ſtatuendi in hac materia.

2 Si tamen præſumatur, vulneratum, non eſſe mortuum ex vulnere, ſed aut ex negligentia curationis, aut aliqua alia cauſa, dubium, eſt. an vulnerans ſe habere debeat pro irregulari. Et quidem cum iudex in dubio, an mors ſequuta ſit ex vulnere, an ex alia cauſa, quæ ſuperuenit, debeat pronunciare non eſſe ſequutã ex vulnere, vt tradunt Bald. *conſil.* 338. *in fine lib.* 2. Dec. *conſil.* 415. *nu.* 1. Grammat. *conſil.* 2. *num.* 9. Menoch. *De arbitrar. caſu*, 275. *num.* 13. Si pronunciauit, non eſſe ſequutam ex vulnere, non erit vulnerans habendus pro irregulari; quia non ſumus amplius in dubio, ſed in certis. Nam ſententia iudicis, quæ tranſiuit in rem iudicatam, habetur pro veritate. *l.* 1. *ff. De re iud.* et Cap. 1. De *re iud.* & notant Innocent. *in Cap. Super litteris. De reſcrip.* Gabr. *conſil.* 49. *num.* 1. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 574. *n.* 3. *par.* 4. *Receut.* & *in Aſtenſi iuris paſcendi.* 24. *Ianuarij.* 1614. coram Veroſpio.

3 Et hoc locum habet non ſolum, ſi iudex pronunciet, non eſſe ex vulnere mortem ſequutam, ſed etiam ſi puniat vulnerantem ſolum tanquam vulnerantem, & non tanquam homicidam: quia tunc tacitè idem declarat, cum non imponat pœnam debitam homicidio. Ex qualitate enim pœnæ iudicatur qualitas delicti Cap. *Homo. Diſt.* 40. & Clemen. 1. *§. Quę omnia. De pœnis.* & notat Gloſ. *ibid.* Cardin. *ibid.* Bald. *in l.* 3. ver. *Sed contra hoc. C. De ſeru. fugit.* Felin. *in Cap.* 1. *init. De calum.* & *in Cap. Cum quidam, De iureiur.* & *in Cap.* 1. *De Simon.* Ludouic. Gomez *in* §. *Ex maleficijs. num.* 4. Inſtit. *de act.* Vnde cum iudex non imponat pœnam debitã homicidio, ſed vulneranti, declarat per ſententiam, non fuiſſe homicidam, quia non punit vt homicidam. Imò dum non eſt condemnatus de homicidio, habetur pro abſoluto iuxta doctrinam Scacciæ *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 6. *membr.* 9. *nu.* 7. & *limit.* 21. *num.* 37. *in fine.* Abſolutus autem eſt etiam declaratus, quod non cõmiſerit delictum.

4 Rurſus ſi dubitetur, an vulneratus ſit mortuus ex vulnere, an verò ex alia cauſa, & Medici, ſeu periti iudicent, non eſſe mortuum ex vulnere. vulnerans non erit irregularis. Iudicium enim peritorũ declarat, vulnus non fuiſſe mortale, nec mortem ex ipſo ſequutam fuiſſe, vt tradunt Boerius *quæſt.* 323. *num.* 21. Bald. *conſil.* 328. ver. *Tertiò dixi, lib.* 2. Grammat, *voto* 27. *num.* 7. Dec. *conſil.* 415. *in fine*. Menoch. *de Arbitrar. caſu* 275. *n.* 11. *lib.* 2. addens hoc iudicium eſſe veram probationem. Cum ergo etiam ſtandum ſit iudicio peritorum. *L.* 3. C. Fin. *regund.* & Cap. *Propoſuiſti. De probat.* et notant Abbas *ibid. num.* 4. Felin. *num.* 6. Dec. *num.* 17. Bart. *in l.* 2. *in fine.* C. De *reſcind. vendit.* Cagnol. *ibid. num.* 258. Gomez *Variar. reſol. cap.* 3. *nu.* 8. ver. *Vnde in hoc caſu. tom.* 3. Cabal. *Reſol. criminal.* 181. *numer.* 3. Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 161. *num.* 8. et coram Seraphino *deciſ.* 665. *num.* 2. & 4. & coram Merlino *deciſ.* 52. *num* 1. non ſolũ quò ad forum internum, ſed etiam quò ad forum externum erit immunis ab irregularitate; quia non ſumus amplius in dubio, ſed habetur pro certo, quod mors non ſit ſequuta ex vulnere. Et proinde in facti contingentia proderit, procurare atteſtationem peritorum, quod mors non ſit ſequuta ex vulnere, ad tollendum du-

dubium de irregularitate.

5 Denique quando ex quocunque capite conſurgit præſumptio, quod mors non ſit ſequuta ex vulnere, non habebit locum irregularitas. Præſumptio enim habet vim probationis, vt tradunt Menoch. *præſumpt* 36. *lib.* 1. Maſcar. De *probat. concluſ.* 1222. *num.* 2. Pacian. *lib.* 1. *de probat. cap.* 8. *num.* 3. Et ideo ſi adſit huiuſmodi præſũptio, cenſetur extraiudicialiter conſtare, quod vulnerans non fuerit cauſa mortis, atque adeo quod non contraxerit irregularitatem. Præſertim quia ex præſumptionibus, et coniecturis deſumitur probatio concludens, vt tradunt Craueta *conſil.* 73. *nu.* 19. & *conſil.* 178. *nu.* 10. Rota *in Oſcenſ. Archidiaconatus* 10. *Iulij* 1602. coram Lancellotto, et coram Coccino, *deciſ.* 473. *num.* 3. Imo præſumptio ſolet haberi pro veritate, donec de oppoſito conſtet. *l. penul. ff. De probat.* & notant Gloſ. *ibid.* Rota coram Pennia *deciſ.* 152. *num.* 3.

An commodatarius vtens re commodata ad alium vſum teneatur ad aliquam reſtitutionem. Quæſt. 167.

S V M M A

1 *Commodatarius non tenetur de caſu fortuito, niſi illum in ſe ſuſcipiat.*

2 *Commodatarius tenetur de caſibus fortuitis, ſi vtatur in alium vſum.*

3 *Commodatarius tenetur reſarcire, ſi re commodata vtatur ad alium vſum.*

Cõmodatarius tenetur furti, ſi vtatur in aliũ vſum.

4 *Quantum commodatarius teneatur reſarcire, ſi vſus conceſſus continuatur in vſu vſurpato.*

Quid, ſi non continuatur.

5 *Præſumpta voluntas commodantis excuſat vtentem in alium vſum.*

6 *Quid, ſi commodatarius bona fide vtatur in alium vſum.*

7 *Tenetur reſtituere, ſi ex vſu ſit ditior factus. Bona fides an locum habeat in commodatario vtente in alium vſum.*

8 *Pro foro externo commodatarius vtens in aliũ vſum, non excuſatur bona fide.*

Quia obſtat ius, & ratio naturalis.

9 *Commodatarius tenetur de leuiſſima culpa.*

1 Ex duplici capite poteſt oriri obligatio reſtituendi, ſi commodatarius vtatur in alium vſum, quàm ei conceſſum ſit, re commodata: nempe ratione vſus; et quia commodatum perire, aut deterius fieri poteſt. Eſt autem certum, quod commodatarius non tenetur de caſu fortuito ſuccedente circa rem commodatam: vnde ſi caſu fortuito pereat, ad nihil tenebitur, vt inter alios notant Gabr. *in* 4. *diſt.* 14. *quæſt.* 10. *ar.* 3. *dub.* 9. Syluester *verbo* Commodatũ. *quæſt.* 9. Angelus *num.* 14. Armilla *nu.* 7. Nauar. *Cap.* 17. *Manual. num.* 179. Vaſquez *Opuſc. de reſtit. cap.* 2. *§.* 3. *dub* 7. *num.* 58. Et ſtatuitur in Cap. *vn. De commodati.* ibi, *Licet caſus fortuitus ſibi non debeat imputari.* Et habetur etiam ex §. *Item is.* Inſtit. *Quib. mod. re contrab. oblig.* & *l. In rebus. ff. Commodati.* et *l.* 1. *§. Is quoque. ff.* De *act. & obligat.* et *l.* 1. C. *Commodata.* Caſus enim fortuiti, ſicut non poſſunt præuideri, ita neque trahuntur ex commodatione, et ipſis res ſubeſt, ſiue ſit apud dominum, ſiue apud commodatarium; et ideo, niſi commodatarius eos in ſe ſpecialiter ſuſcipiet, non tenebitur, vt in eod. Cap. *vn. De commodato.* ſtatuitur.

2 Si tamen res pereat, dum in alium vſum à conceſſo adhibetur, aut deterior fiat, etiam ex aliquo caſu fortuito, tenebitur ad reſarciendum damnum commodanti, vt deſumitur ex iiſdem textib. præſertim dic. Cap. *vn.* De *commodato.* et notant etiam citati Doctores iiſdem locis. Quando enim res cõmodata in alium vſum adhibetur, interuenit culpa commodatarii, quia non ſe fideliter gerit cum commodante, dum rem ad vnum vſum conceſsã, adhibet in alium: ratiõne autẽ culpæ tenetur de damno, quia eſt moralis cauſa ipſius.

3 Quando autem res nõ perit, nec patitur aliquod detrimentum, an teneatur ad aliquam reſtitutionem, dum commodatarius vtitur re commodata in alium

lium vſum, affirmatiuè reſoluendum eſt, Ratio eſt. Quia vtitur re aliena iniuito domino; nam, quamuis ei commodata ſit, cum tamen non ſit commodata in vſum, in quem vtitur, talis vſus eſt inuito domino. Et ideo commodatarium furti teneri, ſi in alium vſum vtatur re commodata, habetur ex *l. Qui fundum. ff.* De *cond. furt.* & *l.* Si *vt certò. §. Planè. ff. Commodati.* & notant Gloſ. *ibid.* Paria enim ſunt, rem non eſſe commodatam, & non eſſe cōmodatam in talem vſum: & ideò tenetur ad reſarciendum domino nō ſecus, ac teneretur, ſi eiuſdem re non commodata vteretur.

4 . Sed dubium inſurgit. Quantum teneatur reſtituere, an tantum, quanti æſtimatur totus vſus, an verò ſolum, quanti æſtimatur exceſſus. In qua difficultate diſtinguendum eſt. Nam vel vſus conceſſus continetur in vſu vſurpato tamquam pars illius, vt ſi cōmodetur equus pro via decem milliarium, & adhibeatur pro via ſexaginta milliarium. Vel non cōtinetur, vt ſi cōmodetur equus pro equitando, et adhibeatur pro deferendis oneribus. Primo modo erit reſtituenda ſola æſtimatio exceſſus. Quia in hoc ſolo læditur iuſtitia, ſiquidem non totus vſus, ſed ſolus exceſſus eſt contra voluntatem domini, pars enim illius vſus eſt conceſſa: & ideo non tenetur de eo, quod ſibi conceſſum eſt. Si verò vſus conceſſus non continetur in vſurpato, tenebitur totum vſum compenſare, quia totus eſt præter conceſſionem commodantis. Qui enim aliter vtitur re commodata, quàm conceſſum ſit, furti tenetur. *l.* Si *vt certo loco. §. Idemq. ait. in fine. ff.* Commodati. & *l. Qui iumenta.* & *l.* Si *is, qui.* & *l. Qui re.* & *l.* Si *pignore. §, 1. ff.* De *furtis.* & ideo tenetur totum vſum reſarcire, tanquam furtiuum.

5 Hæc autem locum habent, quando non adeſt præſumpta, ſeu interpretatiua voluntas commodantis de tali vſu, vt deſumitur ex *§. Placuit.* Inſtit. *de obligat. ex malefic.* & notant Gloſ, *in l.* Si*cut certo.* verbo. *Furti tenetur. ff. Commodati.* ſecus autem, ſi potuit præſumere, quod commodans contentus eſſet, quod in talem vſū vteretur iuxta *l. Inter omnes. S. Rectè. ff.* De *furtis*, et notant Menoch. *de Arbitrar. caſu* 298. *n.* 1. *in fine lib.* 2. Tunc enim non contractetur res aliena inuito domino; & ideo ceſſat iniuria furti, nec conſurgit obligatio reſarciendi.

6 An autem, ſi commodatarius vtatur re commodata in alium vſum bona fide ignorans, hoc eſſe illicitum, teneatur ad reſarciendum, negat Lugo Cardinal. *De iuſt. & iure. diſp.* 8. *ſect.* 9. *num.* 124. *in fine. tom.* 1. Quia ſicut bona fides excuſat á malitia, ita etiam per accidens excuſat à reſtitutione. Quod intelligit, etiam ſi res pereat. E contra verè Molina *De iuſt. & iure. diſp.* 295. vult, eſſe reſtituendum, & damnum reſarciendum, quando commodatarius cognoſcit, quod ſibi non licuit ita vti, et domino diſplicuit.

7 Diſtinguendum tamen eſt in hac difficultate quò ad forum conſcientiæ, & quò ad forum externū. Quod ſpectat ad forum conſcientiæ ſeruanda erit regula, quæ communiter traditur in materia reſtitutionis. Vt nimirum quando commodatarius cognoſcit, ſe contra voluntatem domini vſum fuiſſe re commodata ad alium vſum, teneatur reſtituere fructus, ſi quos ex tali vſu percepit, aut id, in quo factus eſt ditior. Hanc regulam ſpecialiter tradit Alens. *par.* 4. *quæſt.* 24. *memb.* 5. *ar.* 3. *§.* 5. Gabr. *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 3. *ar.* 3. *dub.* 5. *propoſ.* 2. Maior. *quæſt.* 26. *in fine.* Palud. *diſt.* 13. *quæſt.* 2. *ar.* 5. D. Antonin. *par.* 2. *tit.* 2. *cap.* 12. *§.* 16. & 17. Aſtenſ. *par.* 1. *ſum. lib.* 1. *tit.* 33. *ar.* 5. *quæſtiunc.* 6. Tabiena *verbo.* Reſtitutio. *num.* 25. Angel. *nu.* 4. Sylueſter *verbo.* Reſtitutio 3. *quæſt.* 7. ver. *Tertium*, Caiet. 2. 2. *quæſt.* 62. *ar.* 6. *init.* Salon. *ibid.* Medina C. De *reſtit. quæſt.* 10. *concluſ.* 2. Petrus Nauar. *lib.* 3. *de Reſtit. cap.* 4. *par.* 3. *num.* 182 Couaruu. *in Reg: Peccatum. par.* 2. *§.* 22. *num* 2. Hoſtienſ. *in ſum. lib.* 4. *tit. de Pœnit. & remiſ. num.* 61. S. *Quibus, & qualiter.* ver. *Quid de præd.* & alii communiter, et ipſe Lugo *De iuſt. & iur. diſ.* 17. *ſect.* 3. *num.* 39. Quià fructus non ſunt ipſius, cum res fructificet domino; et proinde etiam, in quantum factus eſt ditior, id habeat ex alieno, atque adeo reſtitutionis ſubiectum. Eſt tamen aduertendum; quod in hoc caſu vix poteſt adeſſe

eſſe bona fides. Nam fidelitas imprimis obſtat bonæ fidei, cum iuxta naturale lumen oſtendat, quod commodatarius debeat fideliter ſe gerere circa commodatum, & proinde non debeat vti in aliū vsū à conceſſo. Deinde dū non exprimit vſum, in quam vti vult, ſed alium explicat, doloſè ſe gerit, atque adeo cum culpa, et dolo, et declarat, quod præſumit, quod non commodaretur res, ſi explicaret vſum, in quem vti vult. Quæ omnia non ſinunt, locum habere bonam fidem.

8 Quod verò ſpectat ad forum externum non habebit locum bona fides, & ideo non excuſabitur, cum enim ius reſiſtat declarando, quod commodatarius nō poteſt vti re commodata in alium vſum, aliàs tenetur commodati, vt *in l. Si vt certa. §. Sed interdum. ff. Commodati.* Imo etiā furti, vt in eod. tit. *l. Planè ſi ſic. in fine*, et alibi in *eod. tit.* et hoc ius habeat aſſiſtētiam iuris naturalis, quatenus exigit fidelitatem in commodatario; non admittetur ignorantia huius iuris iuxta Reg. Cap. *Ignorantia.* De *regul. iur. in 6*, atque adeo nec bona fides. Præſertim quia ratio ipſa dictat, quod commodatarius nō debeat ſibi vſurpare alium vſum, quàm conceſſum, tamquam in hoc violetur cōtractus commodati, et fides ſeruanda cōmodanti. Vnde cū naturalis ratio oſtendat non poſse honeſtè commodatum adhiberi in alium vſum, nec etiam in mulieribus locum habere poterit bona fides reſiſtente naturali lumine.

9 Accedit etiam, quod commodatarius tenetur etiam de leuiſsima culpa; vt tradunt communiter Doctores præſertim Aragon. 2. 2. *quæſt. 62. ar. 2. dub. vlt.* Salon. *ibid art. 6. controuer. 5. & ſequent.* Sayr. *lib. 9. Clau. reg. tract. 3. cap. 1. nu. 15.* Lugo Cardin. De *iuſt. & iure diſp. 8. ſect. 9. numer. 117.* & deſumitur ex *l. In rebus. init. ff. Commodati.* ibi. *In rebus commodatis talis diligentia præſtanda eſt, qualem quiſque diligentiſſimus Paterfamilias ſuis rebus adhibet.* Vbi autem interuenit leuiſſima culpa, commodatarius non eſt diligentiſſimus; & ſtatuitur expreſsè in Cap. *Vnico.* De *commodato.* ibi. *Cum gratia ſui tantum, quis commodatum accipit, de leuiſſima etiam culpa tenetur.* Hoc enim exigit fidelitas, cum qua commodatarius ſe gerere debet erga commodantem circa rem commodatam. Fieri autem non poteſt, quod non interueniat culpa ſaltem leuiſſima, quando commodatarius vtitur in alium vſum re commodata; nam ſemper ſcit, non eſse ſibi commodatam in talem vſum, ſed in alium; & proinde ſe non ſeruare legem contractus, quod ſine culpa fieri non poteſt, cum contractus de iure naturali obliget vtramque partem ad ſui obſeruantiam.

An blaſphemans euadat maiorem pœnam, ſi abſoluatur à confeſſario. Qu: 168.

S V M M A

1 *Pœna blaſphemantium.*
2 *Blaſphemans an mitius puniendus, ſi obtineat abſolutionem à Confeſſario.*
3 *Iuriſdictio non extenditur extra territorium.*
Quæ peraguntur in foro pœnitentiali, ſunt extra ſpheram ſtatutorum ciuilium.
4 *Lex ciuilis non afficit, niſi ſubditos, & quatenus ſubditos.*
Ad inducendam obligationem legis quid requiratur.
5 *Baptiſmus non remittit pœnam pro foro externo.*
6 *In pœnis infligendis attendenda circumſtantia.*
Pœnæ ſunt mitigandæ ex qualibet cauſa.
Qui verò dolet de delicto, poteſt mitius puniri.

1 CONtra blaſphemantes *Deum*, et ſanctos de iure fuit impoſita pœna mortis, vt in Authent. *Vt non luxur. bo. con. nat.* et notant Gloſ. *in Cap. Si quis. 22. Quæſt. 2.* Aretin. De *malefic.* verbo. *Verba contumelioſa. ver. Quære, quæ pœna.* et inſuper Cinus *in l. Iureiurandi. C. De reb. credit.* Salicet *ibid.* Bald. *in l. 2. C. Ad leg. Iul. maieſt.* His tamen temporibus valde lenita eſt pœna huius delicti, et varia eſt iuxta varias conſuetudines, et ſtatuta. Quæritur, autem an blaſphemus poſſit aliquo modo euadere pœnam

nam imponendam, & puniri aliâ minori pœna.

2 Thomas Ferratus. *De cautelis poſt Cautel. Cæpol. inter tract. Varios eiuſdem Cap.* 330. aliàs *caut.* 25. *nu.* 2. ponit modum, quò poſsit blaſphemus euadere maiorem pœnam. Quando videlicet in loco, vbi puniendus eſt, extat ſtatutum, quod ille, qui pacem obtinuit ab offenſo, puniatur certa pœna minori. Vult enim quod tunc accedat ad confeſſarium, confiteatur, & abſolutionem obtineat, nam per hoc recõciliatur Deo, quem offendit, et pacem ab ipſo obtinet; & ideo venit puniendus minori pœna iuxta ſtatuta, de pœna illorum, qui obtinuerunt pacem ab offenſo, quia gaudebit hoc priuilegio. Et pro hac opinione citat Bart. *conſil.* 167. Ancharan. *in Cap. fin.* De *malefic.* Io. de Anan. *ibi.* Felin. *in Cap. De his* ver. *Fallit.* De *accuſat.* Philip. Dec. *conſil.* 137. ver. *Et cum in iſto delicto.*

3 Sed non puto hãc doctrinam poſſe ſubſiſtere: & proinde *Blaſphemum æquè puniendum, ſiue in foro ſacramentali abſolutionem obtinuerit, ſiue non obtinuerit.* Ratio eſt. Quia iuriſdictio non extẽditur extra territorium *l. Extra territorium. ff.* De *iuriſdic. om. iud.* vbi Doctores, & Cap. 2. §. *Statuto Epiſcopi.* De *conſtit. in* 6. Et proinde ſtatuta alicuius territorij neq. etiam obligant, qui ſunt illius territorij, quãdo ſũt in alieno territorio, vt tradũt Abbas *in Cap. A nobis* 1, *num.* 11. De *ſentent. excommunicat.* Felin. alios citans, & teſtans de communi. *num.* 6. Cardinal. *in Clemen.* 2. *quæſt.* 5. De *celebrat. miſſar.* Imola *num.* 3. Boniſac. *nu.* 68. Crotus *in Cap. Vt animarum.* §. *Statuto.* De *conſuet. in* 6. Rochus De *conſuet. quæſt.* 13. Bertachin. *lib.* 4. *de Epiſ. par.* 2. *num.* 34. Bald. *in l. fin. num.* 2. *ff.* De *iuriſd. om. iud.* Alexan. *conſil.* 111, *num.* 1. & 2. Couaruu. *lib.* 4. *Variar. cap.* 20. *numer.* 8. Nauar. *cap.* 13. *Manual. numer.* 15. Suarez *lib.* 3. *de legib. cap.* 32. Salas *diſp.* 14. *De legib. ſect.* 5. Sanchez cum alijs *lib.* 3. *de matrim diſp.* 18. *numer.* 18. Barilis *de lege Municipali diſquiſit. vn.* §. 2. *num.* 5. Zipeus *in Analytica iur. lib.* 3. *tit.* De *obſeruat. ieiun. numer.* 3. & alij plures, quos adduxi in *Praxi ieiunij. decis,* 21. *num.* 2. Et proinde neque etiam leges, & ſtatuta extenduntur vltra territorium; & conſequenter nõ extenduntur ad ea, quæ non concernunt territorium, nec ſpectant ad forum territorii. Vnde ſtatutum, quod mitiori pœna puniatur, qui pacem obtinuit ab offenſo, non ſe extendet, niſi ad illam reconciliationem, quę pertinet ad forum territorij. Certum eſt autem, quod ea, quæ aguntur in foro pœnitentiali, ſunt omnino extra territorium ciuile; & nullo pacto cõcernunt forum ipſius, quia peraguntur inter pœnitentem, & confeſſarium, tanquam Vicarium Chriſti, vt habet Concilium Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *De pœnit.* & proinde nomine Chriſti abſoluit, & recõciliat Deo. Vnde ſtatutũ diſponens circa pœnam quò ad eos, qui obtinuerunt pacem ab offenſo, nõ ſe extendit ad pacem obtentam à Deo in foro pœnitentiali, nec ad perſonas in ipſo Deo reconciliatas, tãquam ad ea, quæ ſunt extra ſpheram ipſius: atque adeo non poterit allegari, vt locum habeat in hac materia.

4 Præterea hæc pax, quę obtinetur à Deo offenſo in ſacramento pœnitentiæ, pertinet ad conſcientiam, & in foro tantum ipſius locum habet: nullo autem modo ad forum ciuile, quod non ſe extendit ad ea, quæ aguntur ſecundum conſcientiam. Lex autem ciuilis non afficit, niſi ſubditos, & quatenus ſunt ſubditi iuxta illud Apoſt. *Ad Roman.* 3. Scimus *quoniam quæcunq lex loquitur, ijs, qui ſub lege ſunt, loquitur.* Non ſunt autem homines ſub lege ciuili, niſi quò ad ciuilia; non autem quo ad ſpiritualia, & regimen conſcientiæ. Vt autem inducatur obligatio legis, ex vna parte requiritur poteſtas iuriſdictionis circa perſonas, & materiam legis, & ex alia ſubiectio in perſona, & in materia, vt deſumitur ex *Cap. fin.* De *Conſtit. in* 6. & *l. fin. ff.* De *iuriſd. om. iud.* Cum ergo ſtatutum ciuile fundetur in ſola poteſtate temporali ciuili, eius diſpoſitio non ſe extendet ad ſpiritualia, nec ad eos, qui obtinent pacem à Deo offenſo.

5 Confir. Licet per baptiſmum remittatur omnis pœna tàm æterna, quàm temporalis, remittitur tamen ſolum in

ordine

ordine ad Deum; non autem in ordine ad forum ſæculare, à quo adhuc puniri poſſunt delicta, vt tradunt Gloſ. *in Cap. Gaudemus*. De *diuortijs*. Butrius, Abbas, Innocent. Petrus de Perus. *ibid.* Cardin. *in Clement.* 1. §. *Sanè. queſt.* 14. De *vſur.* Io. de Anan. *in Cap.* De *bis*. De *accuſat.* Non alia ratione, niſi quia baptiſmus ordinatur ad animam, & proinde liberat à pœna ſolum animã ipſam. & in foro conſcientiæ ad Deum; non autem in foro ſæculari, cum non pertineat ad ipſum. Ergo neque pax obtenta à Deo offenſo per ſacramentum pœnitentiæ trahet ad ſe ſtatutum de mitiori pœna quò ad eos, qui obtinuerunt pacem ab offenſo, cum hæc reconciliatio ſit in foro conſcientiæ, neq; pertineat ad forum ſæcularæ.

6 Cum tamen in pœnis infligendis circumſtantiæ attendendæ ſint. Cap. *Aut facta*. §. *Sed hæc* De *pœnit Diſt.* 1. & Cap. *fin.* De *tranſact.* et Cap. *Quærenti*. De *verbor. ſignificat.* Si blaſphemus confiteatur, & ex corde pœniteat, & oſtendat ſigna ſpecialia pœnitentiæ, poterit ex hoc capite mitigari pœna. Pœnæ enim ſint mitigandæ *l. Interpretatione. ff.* De *pœnis.* & Cap. *Pœna*. De *pœnit Diſt.* 1. & accipi quælibet cauſa pro iis reſtringendis iuxta *l. Mores.* §. *fin. ff.* De *pœn.* Pœnitẽtia autem, ſi fit ex toto corde, eſt cauſa ſufficiens ad temperandas pœnas. Vnde etiam Deus pœnitentis pœnam æternam commutat in temporalem; & quo maior eſt pœnitentia, eo minor redditur pœna temporalis.

An votum Clericatus, Religionis, eximat à foro ſæculari. Queſt. 169.

S V M M A

1 *Votum Clericatus, aut Religionis an impediat, ne delinquens puniatur à ſæculari.*

2 *Votum Clericatus relinquit perſonam in ſtatu, in quo erat.*

Promiſsio facti non eſt ipſum factum.

3 *Promiſsio de accollando non eſt accollatio.*

Promiſsio de vendendo non eſt venditio.

Promiſsio renouandi inueſtituram non eſt renouatio.

4 *Ad quem ſpectet punitio illius, qui vouit, non delinquere.*

5 *Iuramentum non mutat forum, ſed addit forum foro.*

Laici ſubijciuntur foro ſæculare ſecundum menſuram finis politici.

6 *Reus ratione iuramenti conueniendus coram iudice eccleſiaſtico.*

Iudex ſæcularis cogere poteſt ad obſeruantiã iuramenti.

1 PArtem affirmatiuam videntur tradere Bald. *in l.* 1. C. An *ſeru. ex ſuo fac.* Iaſ. *in l. Cum quædam Puella. ff* De *iuriſdic. om. iud.* quos citat, & ſequitur Thomas Ferrat. *De cautel. cap.* 428. aliàs *cautel.* 23. *inter tract. var.* Cæpol. Cuius opinionis fundamentum illud eſſe videtur, quod non poſſit iudex ſæcularis impedire, ne impleatur votum, & proinde poteſt allegare, quod vult implere votum, vnde tanquam perſona eccleſiaſtica non poterit puniri à iudice laico.

2 Verum non videtur hoc ſubſiſtere. Quandiu enim votum clericatus, aut religionis non ſortitur effectum, relinquit perſonam in eodem ſtatu, in quo erat, prius, & ideo antequam aſſumat clericatum, aut ingrediatur religionem, remanebit non obſtante voto ſub iuriſdictione iudicis laici. Votum namq; & exequutio valde differunt, ſiquidem votum eſt promiſſio facta Deo de eo præſtando, quod promittitur. Promiſſio autem facti non eſt ipſum factum, vt notant Gloſ. *in l. Bonæ fidei.* verbo. *Condicturum. ff.* De *eo, quod, cer. loco.* Iaſ. *ibid num.* 3. Craueta *conſil.* 76. *num.* 5. Cephal. *conſil.* 66. *numer.* 10. *lib.* 1. Boer *deciſ.* 58. *num.* 3. Couarruu. *lib.* 3. *Variar. cap.* 4. *num.* 7. Ioſeph Ludouic. *concluſ.* 72. *num.* 1. Et ideo ſicut votum clericatus, aut Religionis non inducit ipſum factum, ita nec etiam inducit effectus eiuſdem facti, nempe exemptionem à iudice laico.

3 Et generaliter promiſſio ex natura ſua reſpicit tempus futurum, in quod confertur id, quod promittitur, & ideò promiſſio, & præſtatio illius, quod promittitur, ſunt actus inter ſe diſtincti; nec primus

mus includit ſecundum. Vnde promiſſio de accollando non eſt accollatio. *l. Si quis ſtipulatus ſit. §. fin. ff.* De *verbor. obligat.* & notant Tiraquel. *De retract. conuent. in fine. num.* 4. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 28. *numer.* 2. Promiſſio ſimiliter de vendendo non eſt venditio, vt notant Gabr. latè *concluſ.* 2. *de empt.* Surd. *conſil.* 52. *numer.* 13. Nec promiſſio de renouanda inueſtiturā eſt reuocatio. *l. Nec cui. C. Locati.* & notant Bald. *ibid.* Socin. ſen. *conſil.* 16. *num.* 6. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 348. *num.* 3.

4 Sed quid, ſi delinquens vouiſſet non committere tale delictum? Videtur, quod in tali caſu euaderet iudicium ſæculare, & pertineret ad Eccleſiaſticum, quia votum tamquam quid ſpirituale nō ſubeſt iuriſdictioni laicali, ſed eccleſiaſticæ, vt in terminis iuramenti tradit Archidiacon. *in cap. fin. in fine.* De *foro compet. in* 6. Attamen quamuis votum operetur, quod punitio poſſit ſpectare etiam ad iudicem eccleſiaſticum, quia commiſſio delicti eſt etiam violatio voti, attamen hoc non tollit, quin etiam iudex ſæcularis procedere poſſit, & punire. Eſt etiam eadem ratio de voto, ac de iuramento, quando vtrunque verſatur circa materiam, quæ ſpectat ad forum ſæculare.

5 Quod autem iuramentum, atque adeo etiam votum non mutet forum, ſed addat forum foro, tradunt Iaſ. cum aliis *in l. Nulli. num.* 6. *C. De iudic.* Bald. *in l.* 1. *circa finem. C. De reb. cred.* & *in Authen. Sacramenta puber, C. Si aduer. vendit.* Guttierez *de iurament. confir. cap.* 12. *numer.* 5. *par.* 3. Io. Andr. *in Cap. fin. De foro compet.* Domin. *ibid. num.* 12. Felin. *in cap.* 2. *num.* 28. De *ſponſal.* Sanchez *lib.* 3. *ſum. cap.* 13. *num.* 13. Et deſumitur in Cap. *Licet mulieres. De foro compet. in* 6. Vbi Boniſac. VIII. decernit, iudicem laicum compellendum ad manutenendas alienationes mulierū, quando iuramento promiſſerunt, non venire contra ipſas; vbi nota, quod non decernit, quod cauſa non ſpectet ad iudices ſæculares, ſed quod ſecundum ius canonicum debent eam determinare. Ratio eſt. Quia laici ſubiacent iuriſdictioni ſæculari ſecundum menſuram finis politici, ſeu ſæcularis Reipublicæ, qui cum exigat puniti delicta commiſſa contra leges, quibus regitur reſpublica, non extrahuntur à ſubiectione ex eo, quod iurent, aut voueant non committere aliquod delictū.

5 Nec obſtat Cap. *fin. De foro competet.* vbi ſtatuitur, quod reus ratione iuramenti conueniendus ſit coram iudice eccleſiaſtico. Quia ibi non agitur de iudicando in materia, circa quam verſatur iuramentum, ſed de ſeruando iuramento, in qua iudex laicus non eſt cōpetens. Deinde licet pro obſeruantia iuramenti eccleſiaſticus ſit competens iudex non eſt tamen priuatiuè quò ad ſæcularem, quādo aliàs materia eſt iudicii ſæcularis, ſed cumulatiuè, nam etiam iudex ſęcularis, cogere poteſt ad obſeruantiam iuramenti per dict. Cap. *Licet mulieres.* De *iureiur. in* 6. & notant Abbas. *ibid. num.* 3. Alexan. de Næuo *num.* 10. Felin. cum aliis. *in Cap.* 1. *num.* 22. De *iureiur.* Afflict. *deciſ.* 263. *nu.* 3. Couaruu. *de Pact. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. Grat. *regul.* 272. *num.* 6. Molina *de Iuſt. & iure tract.* 2. *diſp.* 149. *§. Aliud accipe, & alij.* Et ideo nihil obſtat, quin poſsit ſæcularis punire delictum illius, qui vouit, aut iurauit illud non committere.

An pœna Conſtit. Pij V. & Gregorij XIII. contra ingredientes, & admittentes mulieres intra clauſuram Monaſterij locum habeant quò ad omnes mulieres. Quæſt. 170.

S V M M A

1 *Prohibitio, ne prætextu licentiorum admittantur mulieres in monaſteria.*
2 *Non habet locum, niſi quò ad mulieres, prætendentes licentias.*
3 *Sub quibus pœnis id prohibuerit Pius V.*
4 *Eius prohibitio an afficiat omnes mulieres.*
5 *Declaratio, quod afficiat omnes mulieres viua vocis Oraculo.*
6 *Hæc declaratio non eſt noua extenſio &c.*
7 *Cauſa finalis diſpoſitionis habet locum quò ad omnes mulieres,*
8 *Lex extenditur ad terminos ſuæ rationis.*
9 *Obſeruantia ſubſequuta declarauit Conſtitutionem Pij V. afficere omnes mulieres.*

10 Ob-

10 *Obſeruantia ſubſequuta declarat, quid contineantur in diſpoſitione.*
11 *Declaratio eiuſdem Pij V.*
12 *Verba* Mulieribus prætēdētibus licentias, *ſtant demonſtratiuè, & quomodo*
Mentio de aliquibus perſonis in legibus accipitur demonſtratiuè.
13 *Verba quando ſtent demonſtratiuè, & non reſtrictiuè.*

---

1 GRegor. XIII. in ſua *Conſtitutione* 28. §. 1. reuocat omnes licentias, quibuſuis perſonis, quæcunque illæ ſint, & quæcunque nota dignæ ingrediēdi Monaſteria Regularium quò ad mulieres, & monaſteria monialium, tam quò ad mulieres, quàm quò ad viros. Et prohibet ſub pœna excommunicationis ipſo facto, ne quiſquam prætextu licentiæ audeat ingredi monaſteria: & ſimiliter ſub eadem pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & priuationis dignitatis, beneficiorum, & officiorum, & inhabilitatis ad illa ſuperioribus omnibus, & quibuſcunq. aliis vtriuſq. ſexus, qui ingredi facient, aut permittent. Dubitatur autem, an hæ pœnæ locum habeant quò ad quaſcunque mulieres.

2 Quòd autem locum habeant ſolū quò ad mulieres, quæ prætextu licentiatum ingrediuntur clauſuram monaſteriorum, aut earumdem prætextū introducuntur, quamuis oppoſitum teneat Nauar. *cap.* 17. *Manual. num.* 250. & *in Cap. Statuimus. nu.* 92. *in* 4. *not.* 19. *Quæſt.* 3. aduertunt Suarez *tom.* 4. *De relig. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 5. Bonac. *De clauſ. quæſt.* 5. *pun.* 3. *num.* 1. ver. *Ex quo licet.* & *numer.* 2. ver. *Hinc patet.* Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 16. *nu.* 79. & qui id tenent etiam quò ad Conſtitutionem Pij V. Et conſtat expreſsè ex ipſo textu, qui clarè loquitur ſolum de perſonis, quæ obtinuerunt tales licentias ingrediendi, vt in §. 2. *Inhibentes eiſdem, qui illas obtinuerunt ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, ſuper qua à nemine, niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, abſolutionis beneficium poſsit impertiri, ne ipſarum licentiarū prætextu Monaſteria huiuſmodi quouis modo ingredi audeant.* Ex quibus conſtat, quod diſponit tātum de mulieribus, quæ obtinuerūt licentias ingrediendi, & prætendunt iis vti. Et eodem modo diſponit etiam de admittentibus, vt in §. 3. ibi. *Diſtrictè præcipimus ſub eadem excommunicationis pœna, nec non priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda, ne in monaſteria, domos, ac loca ſua quemquam Prætextu huiuſmodi licētiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant.* Verba autem *Prætextu huiuſmodi facultatum*, coarctant diſpoſitionem, vt ſolum locum habeat, quando concurrunt huiuſmodi facultates.

3 Pius V. ante diſpoſuerat in *ſua Conſtit.* 20. *tom.* 2. *Ballar.* & reuocauerat omnes licentias conceſſas mulieribus ingrediendi monaſteria Regularium, & prohibuit, ne mulieres ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ reſeruatæ, prætendentes huiuſmodi licentias ingredi audeant. Et inſuper prohibuit ſuperioribus omnibus, & ſingulis Regularibus ſub pœna priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, & alia obtinenda, & ſuſpēſionis à diuinis ipſo facto, & ſine alia declaratione incurrenda, ne introducere, & admittere præſumant.

4 An autem hæc prohibitio, & pœnæ annexæ locum habeant quò ad introductionem, & admiſſionem omnium mulierum, negatiuè reſp. Zerola *in Praxi par.* 1. verbo *Moniales quæſito* 8. Sayr. *lib.* 3. *de cenſur. cap.* 31. *num.* 10. Philiarc. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 30. *in fine*. Rodriquez *quæſt. Regul.* 47. *ar.* 1. ver. *Obſeruantiam.* Suarez *diſp.* 22. *de cenſur. ſect.* 6. *nu.* 11. & *tom.* 4. *de relig. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 7. aſſerens ſub hac conſtitutione cōprehendi ſolum mulieres, quæ titulo licētiatum, aut ingrediuntur, aut admittuntur: & proinde dictas pœnas non habere locū, quando ſecluſis licentiis reuocatis admittuntur aut ingrediūtur, qui tamen poſtea oppoſitum concludit propter declarationem eiuſdem Pontificis, de qua infra. Fundamentum eſt. Quia conſtāt, quod Pontifex dirigit ſuam prohibitionē, & pœnas annexas ad ipſas, vt §. 3. ibi. *Diſtinctè prohibentes mulieribus quidem præ-*

dictas facultates, & licentias pręt endentibus Cum ergo prohibitio diſponat ſolum de mulieribus prætendentibus licentias, non habebit locum quò ad alias. Neque amplior eſt prohibitio facta Regularibus, nam determinatur ad eaſdem mulieres, vt conſtat ex illis verbis §. 4. *Ne eas introducere, admittereuè pręſumant.* Dictio, *Eas,* ſtat relatiuè ad mulieres prætendentes licentias: quibus antea prohibuerat ingredi, & operatur, quod prohibitio facta Regularibus referatur ad eaſdem mulieres, iuxta ea, quæ notant Socin. *conſil.* 751. *num.*6. Alciat. *conſil.*610. *num.*5.

5 Tenendum tamen eſt, *quod dicta Cōſtitutio diſponat quò ad omnes mulieres.* Ita declarauit idem Pius V. viuæ voci Oraculo, facto Alexandro Cardinali Cribello, de qua ipſe authenticè teſtatus fuit & atteſtationem refert Quaranta *in Sum. Bullar.* verbo. *Monaſteria. & Conuentus.* poſt init. *§. Nos Alexander*, in qua atteſtatione hæc habentur. *In verbo veritatis atteſtamur, qualiter Sanctis. in Chriſto Pater, & D. Noſter. D. Pius diuina prouidentia Papa V. viuę vocis oraculo nobis facto dixerit, & declarauerit, fuiſſe, & eſſe mentem, & intenitonem ſuam, quod eius litterę in forma Breuis ſub die 24. Octobris 1566. Pontificatus ſui anno primo editę, in quibus mulieribus quibuſcunque Monaſteriorum Regularium ingreſſus cū derogatorÿs clauſulis & irritantibus decretis prohibebatur, non ſolum comprehenderent, & comprehendant mulieres habentes, & habere pręt endentes facultatem,* & *indulta ingrediendi huiuſmodi monaſteria, ſed etiam omnes, & quaſcumque mulieres tàm in genere, quàm in ſpecie &c.* Et propter hanc declarationem idem tenent Filliuc. *tract.* 15. *cap.* 5. *quaſt.* 7. *nu.* 118. Bonac. *de clauſ. queſt.* 5. *pun.* 3. *nu.* 3. Nauar. *cap.* 27. *Manual. num.* 105. *excom.* 61. Beia *par.* 1. *caſu.* 30. Villagut. *de vſuris. quęſt.* 31. *in fine.* Graf. *par.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 8. Azor. *par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *queſt. vlt.* Sanchez *lib.* 6. *cap.* 16. *nu.* 79. Io. à Cruce. *De ſtatu* Relig. *lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 1. Lezana *par.* 1. *queſt.* Reg. *cap.* 10. *num.* 9. Cherubin. *in Compen.* Bullar. *ſchol.* 1. *ad* Conſtit. 20. Pÿ V. Theſaur. *par.* 2. *Praxis.* ver. *Clauſ. cap.* 3. ver. *Amplia* Alphon. de Leone *Recollect.* 4. *de cenſ.* ver. *Mulieres cuiuſuis dignitatis.* Scropha *quęſt.* 5. *moral.* Donat. *in Praxi rer.* Regul. *tom.* 1. *trac.* 4. *de Violat. clauſ. quęſt.* 3.

6 Nec ſubſiſtit reſponſ. Suarez *num.* 4. citati. Quod hæc declaratio, ſi reuera extitit, non eſt pura declaratio, ſed extenſio: & ideo non obligat, quouſque non ſit ſufficiēter promulgata. Et addit, quod fuit directa ad ſpecialem Religionem, & ideo non tenentur eam ſeruare cœteræ Religiones. Nam non eſſe nouam extenſionem, ſed declarationē præcedentis diſpoſitionis, non ſolum conſtat ex tenore declarationis, dum in ea dicitur, quod Pontifex declarauit, fuiſſe ſuam mentem; ſed etiam, quia continetur in ipſa Conſtitutione, cum diſponat vniuerſaliter quò ad omnes mulieres, vt mox dicetur.

7 Quod autem Conſtitutio diſponat vniuerſaliter quò ad omnes mulieris, deſumitur ex cauſa finali aſſignata, & expreſſa in prœmio eiuſdem legis, quæ eſt, vt exprimitur. §. 1. Quod per ingreſſum Mulierum quies profitentium Regularem vitam perturbatur, cum magna ipſorum moleſtia, & cum graui laicorum ſcādalo, ſi videantur nimis facilè admitti. Hęc autem ratio finalis habet locum tàm quò ad mulieres pręt endentes licentiam, quàm quò ad nō prætendentes has licentias, & ideo debet habere locum etiam diſpoſitio, & accipi ſecundum terminos vniuerſales.

8 Eſt enim certum, quod lex extenditur ad terminos ſuæ rationis, præſertim quando ratio finalis eſt expreſſa in lege, itaut tanta ſit amplitudo legis, quāta eiuſdem rationis, vt deſumitur ex *l.* Regula, *§. fin. ff.* De *jur. & fac. ignor.* & *l.* 2. *§. Si mater.* ver. *Quid ſi curatores.* & ver. *Quid ſi deceſſerint. ff.* Ad *Tertyl.* & *l. Cum pater. §. Dulciſſimis. ff.* De *leg.* 2. Et tradunt communiter Doctores Gloſ. *in Cap.* 1. *verbo.* Italia. De *tempor. ordinat. in* 6. Bart. Bald. & alÿ *in dict. l. Regula.* Abbas *in Cap. fin. num.* 10. De *reſcrip.* Franc. *in Cap. Pro humani.* De *homicid. in* 6. Imola. & Domin. *ibid.* Lappus *allegat.* 101. *numer.* 24. Burſat. *conſil.* 76. *nu.* 9. Curt. iun. *conſil.* 185. Cotta *in Memorabil.* verbo. *Ratio generalis.* Car-

din. in Clemen. 1. De elect. Rolan. conſil 27 num. 7. vol. 1. Menoch. conſil. 18. num. 10. & 19. & de recuper. poſſeſſ. remed. 6. num. 20. Euetard. in Topic. loco. A ratione legis ampla. Tiraquel. plures afferens. trac. Ceſſante cauſa. par. 1. num. 139. & limit. 1. num. 64. Guttierez practicar. quæſt. 17. num. 90. lib. 3. Villagut de exten. leg. in Rubr. De extenſ. leg. non correct. nu. 1. & in Rubr. De extenſ. leg. pœn. reſpec. mera pœnę. nu. 22. Gomez lib. 1. Variar. cap. 5. num. 11. Vincent. de Franch. deciſ. 18. num. 3. Molina lib. 1. De primogenit. cap. 5. num. 10. Sanchez lib. 3. de Matrimon. diſp. 47. num. 4. Syluester verbo. Lex. quæſt. 18. Couaruu. in Cap. Alma mater. par. 2 §. 4. numer. 7. ver. Secundo, & etiam ipſe Suarez lib 7. de legib. cap. 3. nu. 16. Rota deciſ. 234. numer. 2. par. 2. Diuer. & alii plures. Ratio enim finalis, ſicut mouet legislatorem ad diſponendum; ità etiam extendit mentem ipſius ad cōprehendendam totam materiam, quæ ſubſternitur eidem rationi finali. Et eo ipſo, quod concipit rationem finalem tanquam eam, ex qua mouetur ad diſponendum, concipit etiam implicitè totam materia, quæ continetur ſub ipſa.

9 Accedit etiam, quod obſeruantia ita eſt interpretata hanc Conſtitutionem. Et hæc obſeruātia deducitur ex eo, quod cū ortum dubium fuerit, an mulieres poſſent ingredi clauſtra monaſteriorum occaſione proceſſionum, miſſarum, & aliorum diuinorum Officiorum, quæ in ipſis celebrarentur, aut occaſione concionis, Congregatio Mōtis Virginis poſt aliquot annos ab emanatione Cōſtitutionis ſupplicauit eumdem Pontificem, vt mentem ſuam ſuper hoc dubio declararet, & reſpondit Pontifex, quod non fuerit mens ſua comprehendere dictos caſus. Et habetur hæc declaratio in Bullar. tom. 2. poſt dict. Conſtit. 20. eiuſdem Pontificis. Non habuiſſet aut locum dubium, ſi non intellexiſſent, quod Cōſtitutio comprehenderet omnes mulieres; nam etiam illæ, quæ obtinuerant licentias, in dictis caſibus non prætendiſſent licentias, quia aderat facultas ingrediendi pro omnibus.

10 Rurſus etiam obſeruātia ex præxi Pœnitentiariæ, vt teſtatur Nauar. Commen. 4. De Regul. nu. 62. & etiam hodie hæc praxis viget, vt mihi ſignificarunt Miniſtri eiuſdem pœnitentiariæ. Obſeruantia autem ſubſequuta declarat, quid contineatur in diſpoſitione. l. Si de interpretatione. ff. De legib. & Cap. Cum dilectus. De conſuet. & tradunt communiter Doctores Roman. conſil. 271. numer. 4. Bec. conſil. 101. numer. 49. Surdus. conſil. 140. num. 45. Rota deciſ. 150. num. 27. par. 5. Recent. & deciſ. 14. num. 4. par. 7. & coram Merlino deciſ. 450. num 12. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ. 214. num. 12.

11 Quinimo idem Pontifex Pius V. in prædic. declarat. poſt dict. Conſtit. 20. tom. 2. Bullar §. 2. declarauit, ſe prædict. Conſtit. intendiſſe includere quaſcunq. mulieres his verba. *Apoſtolica auctoritate tenore præſentium dicimus, & declaramus fuiſſe, & eſſe mentem, & intentionem noſtram, quod dictę litterę non ſolum comprehenderent, & comprehendant mulieres habere prętendentes facultatem, & indulta ingrediendi monaſteria, ſed etiam omnes, & quaſcunque mulieres aliàs tam in genere, quàm in ſpecie.* Vnde cum hæc declaratio auctoritatiua ſit, & authētica, & ſufficienter promulgata, non poteſt dici, quod de ipſa non conſtet ſufficienter, & quod nō afficiat omnes Religiones.

12 Fundamentum autem ſententiæ Suarez diſſoluitur. Nam verba illa *Diſtinctè prohibentes mulieribus quidem prædictas facultates, & licentias prætendentibus*, non ſtant reſtrictiuè, ſed demonſtratiuè, demonſtrando, quod conſtitutio comprehendit etiam prætendentes habere licentias, & ſenſus eſt, mulieribus quidem etiam prædictas facultates, & licentias prętendentibus. Quando enim identitas rationis extendit legem, & fit in ipſa mētio de aliquibus perſonis, cenſetur facta demonſtratiuè, & ampliatiuè iuxta ea, quę tradunt Bald. in l. De quibus. ver. Item nota, quod non dicitur. ff. De legib. Iaſ. in l. A Titio. circa fin. ff. De verbor. obligat. Alexan. conſil. 75. lib. 5. Cotta in Memorabil. ver. Rationis identitas. Tiraquel. tract. Ceſſante cauſa. par. 1. num. 152. Villagut. De extenſ. leg. in Rubr. de extenſ. leg. non correc. nu. 1.

Franc. *in Cap.* 1. ver. *Decimoſeptimo limita.* De *tempor. ordin. in* 6. Sylueſter *verbo.* Lex *queſt.* 20. ver *Quartò.* Angel. *num.* 7. Imola. *in* Clemen. 1. ver. *Ex hac Gloſ.* De *reſcrip.* Cardinal. *ibid.* ver. *Quarto quæro.* Abbas. *not.* 1. *&* 2. Rebuf. *tract. Nominat. q.* 5. *n.* 25 Coſta *in Cap. Si pater.* ver. Si *abſque liberis. num.* 26. De *teſtamen.* Euerar. *in Topica loco A ratione leg. amp. numer.* 38. ver. *Decimotertio fallit.* Vgolin. De *excom. tab.* 2. *cap.* 23. §. 7. *num.* 6. Valaſc. *conſult.* 8. *nu.* 2. *tom.* 1. Nauat. *in Cap. Ita quorumdam. not.* 6. *numer.* 6. De *Iudæis.* Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 14. *num.* 16. Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 4. *nu.* 10. & alij cum Gloſ. *in Clemen* 1. verbo. *Præſidentes.* De *reſcript.*

13 Eſt enim generale, quod quando non conſtat, verba ſtare reſtrictiuè ad limitandam diſpoſitionem, debeant accipi demonſtratiuè iuxta *l. fin.* §. *Titia. ff.* De *liber. legat.* & obſeruant Bart. *in l. Centurio. ff.* De *vulg. & pupil. ſubſtit.* Craueta *conſil.* 301. *num.* 3. Paris. *conſil.* 4. *numer.* 26. *lib.* 4. Cephal. *conſil.* 137. *numer.* 37. *lib.* 1. Beroius *conſil.* 12. *num.* 12. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 442. *num.* 3. *par.* 1. Diuer. & *deciſ.* 357. *nu.* 4. *par.* 2. *Recent.* & coram Seraphino *deciſ.* 474. *num.* 4. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 516. *num.* 8. & coram Merlino *deciſ.* 750. *nu.* 4. Vnde cum in prædicta Conſtit. non conſtet, quod Pontifex voluerit ſuam diſpoſitionem coarctare ad mulieres prętendẽtes licentias: imò ex ratione finali expreſſa extendatur ad omnes, mulieres prętendentes licentias debent accipi demonſtratiuè, ad demonſtrandum, etiam illas comprehendi quę prætenderent non includi ſub diſpoſitione ratione licentiarum. Vnde etiam relatio, quæ in prohibitione facta Regularibus fit ad ipſas, debet accipi ad ipſas demonſtratiuè acceptas, & proinde ſit in ſe vniuerſalis quò ad omnes mulieres.

An furtiua introductio mulierum in Monaſterium contineatur ſub diſpoſitione Pij V. Queſt. 171.

S V M M A

1 *Furtiua introductio mulierum an contineatur ſub prohibitione Pij V.*
2 *Lex reſtringitur ad terminos ſuæ rationis.*
3 *Ratio eſt virtus intrinſeca legis, & illi dominatur.*
Lex ſecundum menſuram rationis accipienda.
4 *Ratio finalis prohibitionis habet locum in furtiua introductione mulierum.*
5 *Diſpoſitio comprehendit ea, in quibus locum habet ratio legis.*
6 *Lex non reſtringitur per verba exprimentia, quod frequentius occurrit.*
7 *Introducens mulierem in monaſterium ex aliqua neceſſitate, non incurrit pœnas.*
Præſumptio importat factum temerarium.

1 QVod non contineatur ſub diſpoſitione Gregorii XIII. cõſtat ex dictis *queſt. precedenti, num.* 5. quia Pontifex diſponit ſolum de introducentibus prætextu licentiarum: vnde remanet difficultas, an contineatur ſub diſpoſitione Pii V. Et videtur negatiuè reſpondendum, quia illa Conſtitutio, vt dictũ eſt *quæſt. pręced.* habet pro cauſa finali, ne perturbetur quies Religioſorum, & regularis diſciplinã, & ne frequens introductio, & nimis facilis generet in laicis offenſionem, & ſcandalum. Hęc autem ratio finalis non habet locũ in furtiua introductione, quia cum ſit occulta, neque generat ſcandalum, & offenſionem, neque perturbat quietem Religioſorum.

2 Conſtat autem, quod lex debet reſtringi ad terminos ſuæ rationis, etiam ſi fortè verba aliquid amplius viderentur ſignificare, vt deſumitur ex *l. Milites agrũ. ff.* De *re milit.* & *l. Adigere* §. *Quamuis. ff.* De *iurepatron.* vbi Bart. & *l. Cum Pater.* §. *Dulciſſimis. ff.* De *leg.* 2. & notant Bart. & Imola *ibid.* Abbas *in Cap. Quia in inſulis.* De *Regul.* & *in cap. Suggeſtũ.* De *appell.*

Dec.

Dec. ibid. not. 1. & 2. Butr. *in Cap. Poſt tranſlationem. nu. 24. De renunc.* Tiraquel. plures referens *tract. Ceſſante cauſa par. 1. nu. 144.* Euerar. *in Topica loco à ratione legis ſtrict. ad reſtrict. &c.* Bertazzol. *in Repet. l. Si quis maior. numer.* 263. C. De *tranſact.* Pichard. *Inſtit. de milit nu. 4.* Decius. *conſil. 49. n. 11. lib. 5.* Barboſa. *in l. 1. par. 1. nu. 83. ff.* Soluto *matrimon.* Surd. *conſil.* 375. *numer.* 24. Suarez. *lib. 6. de legib. cap. 5. num. 5.*

3 Ratio vero eſt. Quia ratio eſt virtus intrinſeca legis, & illi prædominatur *l. Scire. ff.* De *legib.* & *l. Cum ratio. ff.* De *bon. damnat.* & notant Gloſ. *in l. Qua ratione. §. Licet. ff.* De *acquir. rer. domin.* Bar. *§. Hac autem tria. in Proem. ff.* Angel. *conſil.* 221. *nu. 3. ver. Licitum.* Tiraquel. alios afferens *in l. Si vnquam. verbo.* Libertis. *numer.* 45. C. De *reuocan. donat.* Molina *de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 8.* Ita vt lex in ratione conſiſtat, vt notant Abbas *in Cap. Ratio nulla. num. 1. De præben.* Bald. *in l. 1. C. De interdic.* Ancharan. *in Cap. Canonum ſtatuta. De Conſtit.* Ideò lex ſecundum menſuram rationis eſt accipienda, ita vt ratio potius attendatur, quàm verba iuxta *l. Scire. §. Aliud ff.* De *excuſat. tut.* vt notat Tiraquel. *cit. loco. num. 47.* Marian. Socin. *conſil. 35. ver. Et quamuis. lib. 1.* Menoch. *conſil. 998. num. 3.* & communiter. Vnde ſtante fine dictæ Conſtitut. videtur tantum prohibita ſub illis pœnis publica introductio mulierum in Monaſteria.

4 Verum oppoſitum eſt omnino tenendum: & proinde, *Furtiuam introductionem mulierum in monaſteria, præſertim ad malum finem, contineri ſub diſpoſitione Pij V.* Et ità ſeruat Praxis S. Pœnitentiariæ. Ratio deſumitur ex eo, quod non ceſſat in tali introductione ratio finalis talis diſpoſitionis, vt dicebatur in ratione dubitandi, ſed potiori modo in ipſa reperitur. Cauſa enim finalis, vt dicebatur, eſt prouidere, ne ingreſſus mulierum in monaſteria perturbet quietem Religioſorum, & diſciplinam Regularem, & ſic cum offenſione, & ſcandalo laicorum. Furtiua autem introductio, ſi detegeretur, maiorem perturbationem cauſaret, & maiorẽ offenſionem, & ſcandalum laicorum, quã manifeſta. Et quamuis actu non cauſet, id per accidens eſt, & non tollit, quin de ſe ſit apta cauſare, & proinde continet, quantum eſt de ſe, rationem finalem legis, quod ſufficit, vt ſit materia contenta ſub diſpoſitione, quia lex non conſiderat effectum in materia, quam prohibet, ſed ipſam materiam, quatenus eſt apta inferre effectum.

5 Cum ergo ratio finalis legis reperiatur etiam in furtiua introductione, diſpoſitio quoque illam comprehendet iuxta *l. Ita veniunt. §. Hic Senatus. ff.* De *petit. hæred.* & *l. His ſolis. §. Satis etiam cautè.* C. *De reuocan. donat.* Et notant communiter Doctores Alexan. *in l. Peregrè. §. 1. ver. Non obſtat. ff.* De *acquir. poſſeſſ.* Imola *in l. Si vero. §. De viro. num. 14. ff.* Soluto *matrimonio.* Claud. *in l. Si conſtante matrimonio. nu. 14. eod. tit.* Riminal. *Inſtit. de donat. numer.* 227. Panorm. *in Cap. fin. num. 10. De reſcrip.* Gomez *lib. 1. Variar. cap. 5. numer. 11.* Gonzalez *ad Reg. 8. Cancellar. §. 7. proem. num. 15.* Guttierez *practicar. quæſt. 17. nu. 84. lib. 3.* Couaruu. *in Cap. Alma mater. par. 2. §. 4. numer. 7. ver. Secundo.* Sylueſter *verbo. Lex. quæſt. 18.* Salas *diſp. 21. de legib. ſect. 6. reg. 3.* Sanchez *lib. 7. ſum. cap. 5. nu. 4.* Palaus *par. 1. oper. moral tract. 3. diſp. 5. pun. 3. §. 4. num. 2.* & communiter. Sicut enim legiſlator diſponens contemplatur rationem finalem, qua mouetur ad diſponendum, ita etiam contemplatur totũ id, quod ſub eadem ratione comprehenditur, et extendit ſuam diſpoſitionem ad terminos eiuſdem rationis.

6 Et quamuis Pontifex in illa Conſtit. videatur diſponere ſolum de publica introductione, aut quæ palam fiat, & illam fuiſſe contemplatum, per hoc tamen non reſtringitur diſpoſitio, etiam ſi illam ſpecialiter fuiſſet contemplatus, nam non fuiſſet ſpecialiter contemplatus ad reſtringendam diſpoſitionem, ſed tanquam eam, quæ nota erat, & frequenter contingebat iuxta doctrinam, quam tradunt Gloſ. *in l. 2. verbo. Filio præcedente. ff. De vulg. & pupil. ſubſtit.* Roland. *conſil. 39. n. 5. lib. 3.* Aldobrand. *conſil. 9. num. 17. lib. 1.* Bellon. *conſil. 52. numer. 6.* Rota coram Merlino *deciſ. 287. num. 5.* & *in Roma-*

ua adminiſtrationis. 10. *Decemb.* 1626. coram Decano.

7 Eſt tamen aduertendum, vt notant etiam Sorb. *in Compend. priuileg. Mendicant.* verbo *Ingreſſus Monaſteriorum.* Rodriquez *in expoſit. prædict. Conſtit. Pij V. num.* 11. Sanchez *lib.* 7. *ſam. cap.* 16. *num.* 97. Quod ſi quis ex bono fine introduceret mulierem in conuentum, etiam ſi furtiuè, nempè, vt eam ſubtraheret ab aliqua iniuria, aut vt concederet locum refugii, aut ex aliqua alia honeſta cauſa, non incurreret dictas pœnas, nec violaret Conſtitutionem Pij V. Quod intelligitur, dummodo honeſta cauſa ſit coniuncta cum neceſſitate; quia cum introductio ſit prohibita per dictam Conſtitut. eſt etiam prohibita ea, quæ habet honeſtam cauſam, vt ſi mater vellet ingredi, vt inuiſeret filiũ religioſum ægrotantem, nam adhuc introducens præſumeret cõtra prohibitionem. Ratio autem eſt, quia dicta conſtitutio afficit tantum præſumentes, nam vtitur verbo, *Præſumant.* Quando autem adeſt neceſſitas excluditur præſumptio, quia facit, quod actus non proueniat ex propria temeritate, ſed ex perſuaſione rationis, quæ iudicat licitum, quod exigitur à neceſſitate. Quando autem excluditur temeritas, excluditur etiam præſumptio, quæ importat factum temerarium, iuxta ea, quæ notant Dec. *in Cap.* 2. *num.* 6. ver. *Secundò. De iudic.* Hyppolitus *in l. De minore. num.* 39. *ff. De quæſt.* Barbatia *in Cap. Prudentiam not.* 1. *De offic. de leg.* Cardin. *in Clemen.* 1. *numer.* 22. *De priuileg.* Rota coram Cauaſlero. *deciſ.* 1. *numer.* 2.

An pœna Conſtitutionis Pij V. contra introducentes mulieres intra clauſuram requirant iudicis ſententiam. Quæſt. 172.

SVMMA.

1 *Suſpenſio à diuinis contrahitur abſque alia declaratione.*

2 *Priuatio officiorum &c. Bulla Pij V. &c. an requirat declarationem.*

In reſcriptis &c. Verba non ſunt ſuperflui.

3 *Clauſula,* abſque alia declaratione, *non excludit declaratorum criminis.*

4 *Lex imponens pœnam ipſo facto, & ſine alia declaratione, habet vim ſententiæ, ſed vaga.*

Sententia debet eſſe certa.

5 *Citatio cur ſit neceſſaria in ſpecie pro ſententia.*

6 *Vt poſſit quis iudicare, debet præcedere cauſa cognitio.*

Lex ponens pœnam ſine alia declaratione cur adhuc exigat factum iudicis.

7 *Declaratoria cur ſit neceſſaria etiam ſtante clauſula* abſque alia declaratione.

8 *Quando lex operatur ex ſe, adhuc neceſſaria declaratoria.*

9 *Clauſula,* Ipſo facto, & ſine alia declaratione, *quid operentur.*

Declaratoria, quid operetur ſtante clauſula, ſine alia declaratione.

10 *Clauſula,* ſine alia declaratione, *quid operetur iuncta cum clauſula* Ipſo facto.

1 Qvod ſpectat ad pœnam ſuſpenſionis à diuinis, quam imponit Pontifex introducẽtibus mulieres intra clauſuram Monaſterij, certum eſt, afficere introducentes abſque vlla iudicis ſententia, ſiquidem eſt cenſura, & proinde ſequitur naturam cenſurarum, quę non requirunt iudicis ſententiam, vt contrahantur, vt iuxta communem ſententiam notat Sanchez *lib.* 9. *de matrimon. diſp.* 30. *numer.* 2. Vnde difficultas eſt, de cœteris pœnis, nempe priuatione officiorum, & inhabilitatis ad illa & alia obtinenda. Difficultas autem oritur, quia in *dicta Bulla.* 20. Pij V. §. 4. *tom.* 2. *Bullar.* ad

eſt clauſula, quod iſtæ pœnæ incurrantur, *Ipſo facto ſine alià declaratione.*

2 Quod ergo non ſit neceſſaria iudicis ſententia, traduut Rodriquez *in expoſit. huius Conſtit. numer.* 31. Sorbus *in Compend. Priuileg. Mêdicant.* verbo. *Ingreſſus monaſter. num.* 10. ver. *Notandum.* Sayr. *lib.* 3. *Clau.* Reg. *cap.* 10. *numer.* 35. Bonac. *quæſt.* 5. *de clauſura. pun.* 3. *nu.* 2. ver. *Quod autem* remittens ſe ad *quæſt.* 1. *eiuſdem tract. pun.* 4. *num.* 7. vbi docet, non requiri iudicis ſententiam. Merol. *tom.* 1. *theol. moral. diſp.* 1. *cap.* 2. *num.* 523. Et plures alij loquentes generaliter, quando adeſt ſimilis clauſula in alijs materiis, quos citat idẽ Merol. *diſp.* 4. *c.* 5. *dub.* 4. *n.* 97. Fundamẽtũ eſt. Quia, ſi illa verba *ſine alia declaratione*, referrentur ad pœnam, eſſent ſuperflua, ſtante, quod adſunt verba *Ipſo facto*, nam ex vi horum verborum, declarato crimine locum habet pœna, quę ipſo facto imponitur. Vnde cũ verba non poſſint eſſe ſuperflua in reſcriptis, & *Decretis* Pontificiis &c. Cap. *Si Papa.* De *priuileg. in* 6. ſed debeant aliquid operari, vt admittunt cõmuniter, verba ſine alia declaratione referri debent ad crimen, ita vt abſque declaratione criminis incurrantur pœnæ.

3 Quod tamen locum non habeant dictæ pœnæ, niſi accedat declaratio delicti, tradunt in terminis huius Conſtitut. Suarez *tom.* 4. *de* Relig. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 10. *in fine.* Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 37. *nu.* 39. del Bene *de immunit. par.* 2, *cap.* 19, *dub* 30. *nu.* 1. & in aliis materiis de eadem clauſula idem tradunt plures Doctores, vt in terminis Extrauag. *Ambitioſę* Graf. *par.* 1. *Deciſ. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 41. Rodriquez *par.* 1. *ſum. cap.* 195. *numer.* 3. Henriquez *lib.* 13. *ſum. cap.* 56. *num.* 3. Couaruu. 4. *Decret. par.* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 10. Lopez *par.* 1. *Inſtruct. cap.* 296. Mexia *in taxa panis cõcluſ.* 6. *num.* 136. Et in materia pœnarum Sodomiæ Gomez *tom.* 3. *Variar. cap. vlt. num.* 3. Vaſquez 1. 2. *diſ.* 170. *cap.* 4. *num.* 24. Auila *de cenſur. par.* 7. *diſp.* 4. *dub.* 7. *concluſ.* 7. Azor. *par.* 3. *li.* 3. *cap.* 19. *quæſt.* 1. Floron. *de caſib. reſer. par.* 2. *caſu* 7. §. 1. *nu.* 8. Finel. *item de caſib. reſer. caſu.* 9. *numer.* 6. Et generaliter Nauar. *in Manuali cap.* 23, *num.* 66. Corduba *lib.* 1. *quæſt.* 36. Molina *de iuſt. & iure. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 96. *num.* 14. Salas *diſp.* 15. *de legib. ſect.* 7. *num.* 38. Lorca 1. 2. *diſp.* 24. *de legib.* Suarez *de legib. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 6. Molfes. *par.* 1. *ſum. tract.* 9. *cap.* 9. *num.* 35. Becan. *par.* 2. *ſum. tract.* 3. *cap.* 2. Villalob. *par.* 1. *ſum. trac.* 2. *difficul.* 26. *num.* 2.

4 Et cum his tenendum exiſtimo: & proinde *Prędictas pœnas non habere locum, niſi accedat declaratio iudicis, ſeu factũ ipſius exequentis pœnas impoſitas. & declaratas à lege.* Ratio eſt. Quia, licet lex imponẽs pœnas cum his clauſulis, Ipſo iure, abſque alia declaratione, habeat vim ſententiæ punientis, & declarantis, negari tamen non poteſt, quin ſit ſententia vniuerſalis & vaga, cum, non verſetur circa determinatam perſonam. Vt ergo ſortiatur effectum, & habeat exequutionem pœnæ ipſo iure, & abſque alia declaratione ſtatutæ, requiritur factum iudicis declarãtis talem perſonam eſſe illam, cui ob tale delictum talis pœna eſt declarata. Sententia enim debet eſſe certa. §. *Curare* Inſtit. *De act.* & obſeruant *ibid.* Aret. Iaſ. & cœteri.

5 Præterea eſt contra ius naturæ, quod aliquis puniatur inauditus, & indefenſus, & proinde eſt neceſſaria citatio pręſertim ad ſententiam præciſè, & in ſpecie, vt tradunt Gloſ. *in Clemen. Sæpè.* verbo *Ad id.* De *verbor. ſignificat* Roman. *conſil.* 369. *nu.* 8. Rota coram *Ludouiſ. dec.* 209. *n.* 4. & 7. & corã Cauàler. *dec.* 376. *n.* 7. & *dec.* 846. *n.* 7. *par.* 2. Rec. & in *Terdonẽſi pẽſionis.* 16. *Ianu.* 1617. corã Vbaldo. Cũ ergo lex non poſſit venire contra ius naturale, debet eiuſdem diſpoſitio ita accipi, vt congruat eidem iuri, & proinde quod velit, quod pœna, quam ſtatuit ipſo iure, & abſque alia declaratione, nõ habeat locũ, niſi citetur delinquens in ordine ad ſententiam declaratoriam, ad dicendum, quare non debeat declarari incurriſſe dictam pœnam.

6 Rurſus. Certum eſt, quod legislator nec intendit, nec poteſt aliquem punire, cuius cauſam non cognoſcit, quia cœco modo procederet, & ideo debet sẽper cognitio cauſæ præcedere, vt poſſit quis iudicare *l. De quare. init. ff.* De *iud.* & notant Gloſ. & Doctor. *ibid.* Bart. *in l. Stipula-*

pulationes non diuiduntur. ff. De *verbor. ſignificat.* Neuizan, *conſil.* 80. *nu.* 40. Socin. ſen. *trac. ſallent. reg.* 198. Menoc. *conſil.* 711. *nu.* 8. Vnde legiſlator imponens pœnam ipſo iure, & abſque alia declaratione, non poteſt intendere, quod habeat locum, niſi accedēte facto iudicis cauſam delicti cognoſcentis, & complentis iudicium pro exequutione legis, cum non ſit completum, quandiu non eſt cognita cauſa in particulari, & ideo eſſe neceſſariam declaratoriam ad demonſtrandum commiſſum fuiſſe delictum, propter quod lex pœnam imponit, obſeruat Menoch. *conſil.* 502. *num.* 21.

7 Denique, Illa ratio, ob quam neceſſaria eſt declaratoria ſecluſa dicta clauſula, *Abſque alia declaratione*, militat etiam poſita dicta clauſula. Ideo enim eſt neceſſaria declaratoria criminis, vt videatur, an qui illud commiſit, habeat aliquod iuris ſuffragium, quo ſe tueri poſſit; vt proinde non poſſit aliquis puniri, quandiu non conſtat, quod nullo iuris ſuffragio ſe tueri poſſit. Vnde in Extrauag. *Ad euitanda*, decernitur, quod publicus Clerici percuſſor nō ſit vitandus, niſi factum ita notorium ſit, vt nullum iuris ſuffragium ei ſuppetat ad ſe defendendū. Hęc autem ratio militat, etiam ſi adſit clauſula, *ſine alia declaratione*. Et propter hanc rationem eſſe neceſſariā declaratoriam, tradunt Bar. *in l. Eius, qui delatorem. ff.* De *iure fiſci* per illum tex. Alexan. *in l. Si quis. ver. In ea.* C. *De tranſac.* Alexan. *conſil.* 103. *circa fin.* Felin. *in Cap.* Pandulphus. *ver. Sed declaratoria ſententia, De reſcrip.* Hyppol. de Marſil. *in Pract. can.* §. *Aggredior. num.* 105. & *in Rubr. num.* 24. *ff.* Ad *leg. Cornel. De falſ.* Dec. *conſil.* 146. *ver. Tertio, Raro etiam.* Gigas *De crim. læſæ maieſt. lib.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 3. Craueta *conſil.* 260. *num.* 1. *ver. Similiter.* Socin. iun. *conſil.* 68. *num.* 59. *lib.* 3. Rebuf. *in Praxi beneſic. tit. De ſimon. in reſignat. nu.* 7. Redoan. *De ſimon. par.* 4. *cap.* 2. *numer.* 35. Franciſc. March. *quæſt.* 497. *num.* 15. *par.* 1. Iaſ. *in l. Si quis maior. numer.* 25. C. *De tranſact.* Ruin. *conſil.* 50. *numer.* 10. *lib.* 1. Socin. iun. *conſil.* 130. *num.* 29. *lib.* 3. Tiraquel. *in l. Si vnquā verbo.* Reuertatur. *numer.* 400. C. *De reuo. can. donat.* Roman. *in l. Stipulatio.* §. *Habet. ff. De noui oper. nunc.* Conrad. Brun. *De hæret. cap.* 12. Alphon. de Caſtro. *de iuſta hæret. pun. lib.* 2. *cap.* 6. Cinus *in l. penul.* C. *Ad leg. Iul. maieſt.* Bart. *in l. Imperator. num.* 3. *ff. De iure fiſci.* Bald. *in l. vn.* C. *Ne ex delic. deſun.* Imola *in l. Qui à latronibus.* §. 1. *ff.* De *teſtam.* Imola *in Cap.* 2. *numer.* 14. *De feud.* Iaſ. *in l. Filio, quem pater. num.* 22. *ff.* De *lib. & poſth.* Quorum aliqui loquuntur in pœnis pro hæreſi, alij pro crimine læſæ maieſtatis, alij pro crimine ſimoniæ, & Canoniſtæ *in Cap. Cum ſecundum. De hæret. in* 6.

8 Et generaliter, quod ſit neceſſaria declaratoria, quando lex operatur ex ſe, tradunt Iaſ. *in l. Si quis maior. nu.* 25. C. De *tranſact.* Ruin. *conſil.* 50. *num.* 10. *lib.* 1. Dec. *conſil.* 144. *num.* 6. Curt. iun. *conſil.* 149. *n.* 2. Socin. Iun. *conſil.* 130. *n.* 29. *lib.* 3. Innocent. *in Cap. Ex parte* 1. *De verbor. ſignificat.* Roman. *conſil.* 324. Grammat. *Deciſ.* 36. *num.* 44. Menoch. *De arbitrar. caſu.* 235. *n.* 12. *lib.* 2. Lex enim, cum ſit vniuerſalis, nō poteſt inducere ſuos effectus pœnales, niſi applicetur ſubiectum affectum qualitate delicti, quod punit, hęc autem applicatio requirit factum iudicis declarantis talem perſonam ſubiici pœnæ inductæ à lege.

9 Ad fundamentum in oppoſitum reſp. illas clauſulas, *Ipſo facto*, & *Sine alia declaratione*, operari totum id, quod in hac materia poteſt lex operari, atque adeo quod pœna ſit iam determinata, & declarata, & quod reus in eam inciderit. Non tamen poſſunt operari, quod non poteſt eſſe effectus legis. Non poteſt autē lex, quibuſuis clauſulis operari, quod conſtet de facto, ſeu delicto, cui pœna eſt impoſita, quia lex non præuidet futuras hominum actiones, atque adeo nec etiā operari poteſt exequutionem pœnę, quia hæc ſupponit, quod conſtet de delicto. Et ideo ſemper eſt neceſſaria declaratoria, non vt reus incidat in pœnam, ſed vt cōſtet de facto, propter quod incidit, iuxta ea, quæ tradunt. Bald. *in Cap.* 1. *ver. Sed ſi cum filia.* Quib. *mod. feud. amit.* Felin. *in Cap.* 1. *n.* 37. *De conſtit.* Io. Igneus *in Repet. l. Neceſſarios.* §. *Nō alias. n.* 22. *ff.* Ad *Sillan.*

10 Ne-

10 Neq. illa clauſula *Sine alia declaratione*, etiáſi præceſſerit clauſula, *Ipſo facto*, eſt ſuperflua, ſed adhuc habet ſuũ propriũ effectum. Nam clauſula, *ipſo facto*, operatur, quod pœna nedum ſit determinata à lege tanquam imponenda per iudicem, ſed etiam, quod ſit impoſita: & quod ſtatim à commiſſione delicti habeat locum: & proinde non ſit neceſſaria ſententia condemnatoria. Vt tamen pœna impoſita à lege poſſit habere exequutionẽ duo requiruntur. Et quod conſtet de delicto, & quod conſtet adeſſe caſum, in quo lex habeat locum, atque adeo pœna. Clauſula ergo *Sine alia declaratione* operatur hunc ſecundum effectum, nempe quod non ſit neceſſaria declaratio, quod pœna à lege impoſita habeat locum. Non poteſt tamen operari, quod conſtet de delicto: & ideo adhuc remanet neceſſaria declaratoria delicti, vt pœna poſſit habere exequutionem. Neque hic effectus eſt exiguus, nam poſſet iudex multoties ſecluſa hac clauſula arbitrari ratione circũſtantiarum delicti, quod non haberet locum pœna legis Ordinaria, ſed extraordinaria, vnde ligat manus iudicis, vt non poſſit declarare, an pœna locum habeat, an non, ſed ſolum poſſit iudicare, an conſtet de delicto.

Quis poſſit abſoluere à ſuſpenſione propter introductionem mulierum in Monaſteria. Quæſt. 173.

S V M M A

1 *Excommunicatio Gregorij XIII. contra introducentes mulieres in monaſteria non habet amplius locum.*
2 *Suſpenſio contra introducentes mulieres in Monaſteria à quo tolli poſſit, & num. ſeq.*
4 *Suſpenſio aliquando reſeruatur, aliquando non eſt pura pœna.*
5 *Suſpenſio quando ſit cenſura.*
6 *Suſpenſio pro delicto præterito aliquando eſt contra contumaciam.*
Contumacia quid ſit.
7 *Suſpenſio eſt medicinalis, quando coniungitur cum alia pœna.*
Punitus medicinaliter poteſt iterũ puniri etiã à iudice laico.
8 *Suſpenſio medicinalis tolli poteſt ab inferiori.*
Pœna de ſui natura eſt perpetua.
Pœna impoſita à lege non poteſt tolli, niſi ab eo, qui eſt ſupra legem.

---

1 Proponitur dubitatio de ſuſpenſione lata in *Conſtit.* 20. Pij V. *tom.* 2. *Bullarij* contra introducẽtes mulieres in monaſteria, non autem de excommunicatione lata à Greg. XIII. in ſua *Conſtit.* 28 *tom.* 2. *Bullar.* contra eoſdem, tum quia certum eſt, hanc excommunicationem fuiſſe reſeruatam ſummo Pontifici. Tum quia cum ſit tantum contra eos, qui introducere præſumunt intuitu licentiarum; modo non habet amplius locum, quia iam illæ licentiæ, quæ præceſſerunt dictam Conſtitutionem, non poſſunt amplius obtendi, cum iam perſonæ, quibus conceſſæ erant, deſiciant. Prędicta autem ſuſpenſio non reſeruatur Summo Pontifici, neque etiam alteri. Rurſus nec eſt ad certum tempus, nec in perpetuum poſita, ſed tantum indefinitè. Quęritur ergo ſtantibus huiuſmodi conditionibus, à quibus tolli poſſit hęc ſuſpenſio.

2 Prima ſententia aſſerit, non poſſe tolli, niſi à ſummo Pontifice. Ita Abbas *in Cap. Tàm litteris. nu.* 3. *De teſtib.* Felin. *ibid.* & *in Cap. Ex litteris. num.* 11. *De conſit.* Tabiena *verbo.* Suſpenſio, *numer.* 11. Angelus *verbo.* Suſpenſio 4. *num.* 1. Sylueſter. *verbo. Suſpenſio quęſt.* 8. ver. *Tertium.* Nauar. *in Manuali cap.* 27. *num.* 162. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 18. *pun.* 1. Philiar. *lib.* 4. *de offic. ſacer cap.* 1. Vgolin. *de cenſur. tab.* 4. *cap.* 4. § 1. *num.* 1. Hurtad, *De cenſur. tract. de ſuſpen. difficul.* 12. *num.* 32. Bonac. *diſp.* 3. *de cenſur. pun. vlt. in fine.* & alii. Fũdamentum huius ſententiæ eſt, Quia, cum ponatur pro delicto præterito, habet rationem pœnæ; & proinde dũ fertur abſque vlla reſtrictione, cenſetur perpetua ex intentione ferentis: quia pœna eſt perpetua. *l. Seruus.* C. *De pœnis.* & notat Gloſ. *in Cap. Si autem.* De *cohabit. cler. & mul.*

3 Se-

3 Secunda verò ſententia aſſerit ſuſ. penſionem indefinitam ſequi condicionem cenſuræ;& ideo,ſi non ſit reſeruata, poſſe tolli ab Epiſcopo: vnde in caſu præſenti poterit etiam tolli à confeſſariis Regularibus. Ita Innocent. *in Cap. 2. De ſolut.* idem Abbas. *in Cap. Quam ſit. in fine. De exceſſib. Prælat.* Couaruu. 4. *Decret par. 2. cap. 6. num.* 15. Viuald. *in Candelab. tit. De ſuſpen. num.* 180. Sayr. *De cenſur. lib. 4. cap.* 17. *num.* 15. Palud. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 7. *ar.* 3. *concluſ.* 11. Auila *de cenſur. par.* 3. *diſp.* 6. *concluſ.* 4. Laiman. *lib.* 1. *theol. moral. tract.* 5. *par.* 3. *cap.* 4. *num.* 3. ver. *Verumtamen.* Suarez *diſp.* 29. *de cenſur. ſect.* 1. *num.* 20. Palaus *par.* 4. *oper. moral. tract. de cenſur. diſp.* 4. *de ſuſpen. pun.* 9. *num.* 6. Gibalinus *de cenſur. diſquiſit.* 9. *quæſt.* 3. *conſect.* 15. *num* 3. Corneias 3. *par. diſp.* 5. *De ſuſpenſione. dub.* 1. *dic.* 1. Leander. *de cenſur. tract.* 4. *diſp.* 5. *quæſt.* 4. ver. *Sed abſolutè.* Del Bene. *de immunit. par.* 2 *cap.* 18. *dub.* 81. & alii cũ Gloſ. *in Cap. Non ſolum.* verb. *Suſpenſos.* De *Regul. in* 6. & *in Clemen.* 1. verbo. *Excommunicationis. De hæret.*

4 Reſolutio huius difficultatis pendet ex eo, an huiuſmodi ſuſpenſio à diuinis ſit pura pœna, an. ſimul etiam cenſura. Quia ſi eſt pura pœna, remanet ex natura ſua reſeruata, & perpetua, cum pœnæ non poſſint tolli, niſi ab ijs, à quibus ſunt impoſitæ. Si verò eſt etiam cenſura, poterit tolli ab inferiori recedente contumacia, quia huiuſmodi pœnæ imponuntur ad frangendam cõtumaciam. Et hoc colligitur ex eo, quod ſuſpenſio aliquãdo reſeruatur in iure Sedi Apoſtolicæ, Cap. *Cum Quędam.* & Cap. *Litteras.* & Cap. *Dilectus. De tempor. Ordinat.* & Cap. *Tàm litteris. De teſti.* Vnde ſequitur, quod quando non reſeruatur relinquatur tollenda ab inferioribus, & proinde non habeant rationem puræ pœnæ.

5 Tenendum eſt igitur. *Quod prædicta ſuſpenſio à diuinis impoſita introducentibus mulieris in monaſteria poſſit tolli ab inferioribus, atque adeo à Prælatis Regularibus quò ad proprios ſubditos.* Et proinde impoſitam eſſe etiam propter contumaciã. Ratio deſumitur ex natura eiuſdem ſuſpenſionis, quæ de ſe eſt indifferens, vt ſit pura pœna, & etiam, vt ſit pœna medicinalis contra contumaciam. Tunc autem determinatur, vt ſit pœna medicinalis, quando relinquitur naturæ cenſuratarum, vt ſcilicet tandiu duret, quandiù frangit contumaciam, quia tali pacto eſt ſecundum menſuram, & exigentiam finis, ob quem ponitur. Relinquitur autem naturæ cenſuratum, quando ponitur indefinitè, vt eſt ſuſpenſio, de qua agitur, nec determinatur, vt pro certo tempore duret, nec vt ſit perpetua, quia ſcilicet, tunc cenſetur imponi duratura, quandiù erit neceſſaria pro frangenda contumacia. Cum enim in iure hoc duplici modo imponatur indefinitè, & cum determinatione durationis, hæc diuerſitas infert, quod vno modo ſit pura pœna, & alio modo ordinetur contra contumaciam.

6 Solũ videtur obſtare, quod quando ſuſpenſio ponitur pro delicto præterito, nõ poſſit ordinari contra contumacia: quia cum delictum ſit conſumatum, cõtumacia non amplius habet locum. Verum adhuc delicto conſumato poteſt locum habere contumacia; nam qui deliquit, poteſt continuare in inobedientia, & remanere paratus ad violandam legẽ, ſi de nouo occaſio ſe offerat. Contumacia enim conſiſtit in eo, quod quis voluntariè nolit facere, quod ſcit, ſe debere facere, vt deſumitur ex Cap. 2. *De dolo, & contum.* & notant Gloſ. *ibid.* verbo. *Contumaciter.* Vnde hęc voluntas contumax poteſt perſeruare in eo, qui iam deliquit, atque locum habere pœnã ordinata cõtra contumaciam.

7 Deinde cum in illa Conſtitutione Pii V. imponatur duplex pœna, nempe ſuſpenſio à diuinis, & priuatio dignitatũ, Officiorum cum inhabilitate ad illa, & alia obtinenda. Cum hæc poſterior pœna ſit ſufficientiſſima pro delicto puniendo, debet inferri, quod pœna ſuſpenſionis ſit medicinalis, & etiam pro delicto puniẽdo, quod eſt cõforme doctrinæ, quod punitus medicinaliter poteſt iterum puniri, etiam à iudice laico iuxta *l. Placet.* ver. *Contrauenerit.* C. *De ſacroſanc. Eccleſ.* vbi communiter Doctores Gomez. *Variar. reſolut.*

ſolut. cap. 1. num. 40. tom. 3. Aretin. *conſil. 58. num. 8.* Farinac. *in Praxi. quæſt. 4. De inquiſit num. 8.* Scaccia *De iudic. cap. 19. nu. 91. lib. 1.* Clarus alios citans *§. fin. quæſt. 17. ver. Sed quæro. in fine.*

8 Neque obſtat fundamentum oppoſitæ ſententiæ. Quia, vt conſtat ex dictis, ſuſpenſio iſta à diuinis non tàm eſt pœna, quàm medicina contra contumaciam, & ideo tolli poteſt ab inferiori ceſſante contumacia. Ad tex. *l. Seruus. C. De pœn.* Reſp. Sayrus *nu. 3.* citat, quod nihil probat. *N*am pœnas in iure ſimpliciter latas propter crimen eſſe perpetuas, non aliunde probat (Panormit.) quàm ex illa lege ciuili citata. Quæ lex, etiam ſi vniuerſaliter loqueretur de pœnis, adhuc tamen locum non haberet in pœnis ſpiritualibus, quarum duratio ex iure canonico pendet, & non ex iure ciuili. Sed nullo canone habetur expreſſum de pœnis ſpiritualibus, & pœnæ potius reſtringendæ, quàm ampliandæ ſunt Cap. *Odia.* & Cap. *In pœnis. De reg. iur. lib. 6.* Deinde lex illa ciuilis non loquitur vniuerſaliter de omni pœna, ſed de pœna lata per ſententiã hominis, de qua ibi eſt ſermo. Præterea non conſtat, hunc eſſe ſenſum illius legis, quẽ putat Panormitanus, ibi enim ſolummodo ſermo eſt de ſententia pœnæ carceris lata ſine temporis præfinitione, quam particulam, *ſine temporis præfinitione*, Gloſ. *ibid.* ait, in ſententia ſuiſſe expreſſam. Hæc tamen reſponſio plura continet reiicienda, quę nõ ſunt hic proſequenda. Solum aduertendum eſt, Quod prædicta lex declarat pœnam, de qua ibi agitur, eſſe perpetuum, quia indefinitè poſita. Nam hoc prouenit ex natura cuiuſcunque pœnæ, quæ ſit pura pœna, quod indefinitè impoſita ſit perpetua, quia eo ipſo, quod eſt poſita ſine termino, non ceſſat, niſi tollatur, & non poteſt tolli, niſi à ſupremo Principe, & ideò, cum de ſe non ceſſet, quia non habet tempus præfinitum, requirit poteſtatem, à qua tollatur. Quod præſertim verum eſt, ſi ſit impoſita à lege. Quia in lege ſuperioris, non poteſt inferior diſpenſare, nec tollere pœnam ab ipſa impoſitam *l. 1. ff. Ad Senatus conſul. Turpil. ibi. Facti quæſtio in arbitrio eſt iudicantis: pœna verò perſequutio non eius voluntati mandatur, ſed legis auctoritati reſeruatur.* Vnico tamen verbo reſp. ad dict. tex. quod præſens ſuſpenſio non eſt purè pœna, de qua ille tex. procedit, ſed ſimul medicina, vt dictum eſt.

An confeſſarius abſoluere poſſit ab huiuſmodi ſuſpenſione. Quæſt. 174.

SVMMA

1 *Regulares priuilegiati poſſunt abſoluere à reſeruatis cenſuris, ſententijs, pœnis, &c.*
2 *Confeſſarij non priuilegiati an poſſint abſoluere à ſuſpenſione contra introducentes mulieres in Monaſteria.*
Confeſſarij non priuilegiati abſoluunt ab excommunicatione non reſeruata.
3 *Non reſeruatio eſt ratio, cur inferior abſoluere poſſit à cenſura.*
4 *Parochus venit nomine proprij ſacerdotis.*
Ratio extendit diſpoſitionem ad ſuos terminos.
5 *Iuriſdictio fori externi non requiritur ad tollendam ſuſpenſionem pro foro conſcientiæ.*
6 *Confeſſarij non priuilegiati cur poſſint abſoluere ab excommunicatione.*

1 DIfficultas eſſe poteſt tàm quò ad confeſſarios priuilegiatos, quàm nõ priuilegiatos. Quod ſpectat ad priuilegiatos, tenendum eſt. *Quod poſſint abſoluere ſtante facultate conceſſa ab Apoſtolica Sede*, vt notat etiam Palaus *par. 6. oper. moral. diſp. 4. de cenſur. pun. 9. nu. 7.* Del Bene *de Immunit. par. 2. cap. 19. dub. 81. num. 3.* Religioſi enim priuilegiati, & qui communicant in priuilegiis poſſunt abſoluere, non ſolum ab omnibus etiam reſeruatis Sedi Apoſtolicæ præterquam in caſibus Bullæ cœnæ, & aliis quinque, de quibus in Decreto Clementis VIII. & Vrbani VIII. circa hãc materiam; ſed etiam ab omnibus cenſuris, ſententiis, & pœnis ecclesiaſticis ex illis reſultantibus. Ita conceſſit Paulus III. Societati Ieſu *ſub die 3. Iunij 1545.* & refertur in Compendio *Priuileg. Societ. Ieſu. Tit. Abſolutio §. 1.* & in Compendio Priuilegio.

legiorum Cler. Regul. Tit. *Abſolutio quò ad ſęculares.* §. 1. Prædicta autem ſuſpenſio eſt cenſura, & pœna eccleſiaſtica, & ideo facultas conceſſa in dicto priuilegio ad eam ſe extendit.

2 Quod ſpectat ad Confeſſarios non priuilegiatos, non poſſe abſoluere à prædicta ſuſpenſione, tradunt Henriquez *lib.* 13. *ſum. cap.* 35. *num.* 1. Laiman. *lib.* 1. *theol. moral. tract.* 5. *par.* 3. *cap.* 4. *numer.* 2. Auila *de cenſur. par.* 3. *diſp.* 6. *dub.* 1. *concluſ.* 2. Hurtad. *de cenſur. tract. de ſuſpenſ. difficul.* 12. *num.* 32. Nauar. *cap.* 27. *Manual. num.* 162. Tolet. *lib.* 1. *ſum. cap.* 46. *num.* 3. Alter. *de cenſur. diſp.* 8. *de ſuſpenſ. cap.* 3. *concluſ.* 5. Reginal. *lib.* 32. *Praxis fori pœnit. tract.* 2. *num.* 46. Palaus *par.* 6. *oper. mor. tract.* 4. *de cenſur. diſp.* 4. *de ſuſpenſ. pun.* 9. *numer.* 8. & alii. Fundamẽtum huius ſententiæ eſt. Quia in tantum conceditur, quod poſſint confeſſarij non priuilegiati abſoluere ab excommunicatione non reſeruata, in quantum eſt neceſſarium, quod præmittatur abſolutio ab excommunicatione abſolutioni à peccatis. Et ideo in diſpoſitione Cap. *Nuper.* De *ſentent. excommunicat.* appellatione proprij ſacerdotis dicunt venire etiam Parochum. Non eſt autem neceſſariũ pro abſolutione à peccatis, quod præmittatur abſolutio à ſuſpenſione, & ideo facultas abſoluendi non eſt extendenda ad Confeſſarios non priuilegiatos.

3 Hoc tamen non obſtante tenendũ eſt. *Quod hęc ſuſpenſio tolli poſſit etiam à Confeſſarijs non priuilegiatis pro foro tamen tantum conſcientię.* Ita Gibalin. *de cenſur. Diſquiſit.* 9. *quęſt.* 3. *conſect.* 15. *num.* 30. & ſequent. Fundamentum deſumitur ex Cap. *Nuper,* De ſentent. excommunicat. vbi ſtatuitur, quod proprius ſacerdos abſoluere poſſit ab excommunicatione minori, quia non eſt reſeruata. Et quamuis ille tex. diſponat de excommunicatione minori, ratio tamen, ob quam ita diſponitur, eſt vniuerſalis, nempe quia, *Cum conditor Canonis abſolutionem ſibi ſpecialiter non reſeruauerit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem.* Et ob hanc rationem Doctores communiter extendunt dictam diſpoſitionem quò ad ſuſpenſionem ad Epiſcopos. Verum ſi hæc extenſio valet, valebit etiam quò ad confeſſarios non priuilegiatos. Quando enim extenſio fit ob rationem in lege aſſignatam, fieri debet ſecundum menſuram eiuſdem rationis, & conſequenter debet illam adæquare. Ratio autem, quod, quando abſolutio non eſt reſeruata, cenſetur conceſſa facultas, tanquam vniuerſalis ſe extendit ad omnes, quibus competit facultas abſoluendi, & proinde etiam ſe extendet ad confeſſarios non priuilegiatos.

4 Confir. Pontifex aſſumit hanc rationem ad fundandam declarationem, quod proprius ſacerdos, atque adeo non ſolum Epiſcopus, ſed etiam parochus &c. qui venit nomine proprij ſacerdotis, vt docent cõmuniter cũ D. Th. *in* 4. *diſt.* 18. *quęſt.* 2. *ar.* 5. poſſit abſoluere ab excommunicatione minori. Ergo, dum aſſumitur ad declarandum, quod à ſuſpenſionem reſeruata poſſit abſoluere Epiſcopus, & ad extendendam diſpoſitionem illius tex. debet aſſumi eo modo, quo aſſumit Pontifex, atq. adeo ad extendendam diſpoſitionem ad proprium ſacerdotem, & proinde ad Epiſcopum, & Parochum.

5 Neque obſtat, quod Parochus, aut alius confeſſarius non priuilegiatus non habeat iuriſdictionem in foro externo; & proinde non poſſit ad ipſum fieri prędicta extenſio. Nam hoc eſſet verum, ſi ageretur de abſolutione pro foro externo, pro quo neque etiam abſoluere poteſt ab aliqua excõmunicatione. Non autem locum habet, ſed ſolũ pro foro interno, pro quo non eſt neceſſaria alia iuriſdictio, niſi illa, quæ neceſſaria eſt etiam pro abſolutione à peccatis.

6 Ad rationem pro oppoſita ſententia reſp. Non concedi confeſſarijs non priuilegiatis facultatem abſoluẽdi ab excommunicatione, quia ſit neceſſario pręmittenda abſolutioni à peccatis, ſed quia non eſt reſeruata. Tũ quia hęc ratio, non illa aſſignatur *in Cap. Nuper.* De *ſententia excommunicat.* & propter ipſam extenditur facultas abſoluendi ad proprium ſacerdotem, vt dictum eſt. Tum quia ſi excommunicatio ſit reſeruata, non poteſt tolli ab inferiori, quamuis neceſſarium ſit,

ſit, quod præcedat abſolutio, vt poſſit ſubſequi abſolutio à peccati; vnde hæc non eſt ratio, ob quam non poſſit tolli, quando non eſt reſeruata, quia ſi eſſet, idem ſemper operaretur ſiue excommunicatio eſſet reſeruata, ſiue non. Sed ea eſt ratio, quia non eſt reſeruata, & proinde locum habet etiam in ſuſpenſione.

An Prælatus Regularis diſpēſare poſſit in irregularitate ex celebratione cum ſuſpenſione ob introductas mulieres in monaſterium. Quæſt. 175.

S V M M A

1 *Superior regularis diſpenſat in irregularitate ex delicto occulto.*
2 *Epiſcopus diſpenſat in irregularitatibus ex delicto occulto.*
3 *Poteſtas conceſſa Epiſcopis à Tridentino &c. an conueniat Prælatis Regularibus.*
4 *Prælati Regulares poſſunt cum ſuis ſubditis, quod poſſunt Epiſcopi.*
5 *Poteſtas conceſſa Epiſcopis à Trident. &c. non conuenit inferioribus Prælatis.*
6 *Prælati Regulares diſpenſant in irregularitate pro foro externo, niſi ſit ex homicidio voluntario.*
7 *Dictio,* Tantum *addita reſtrictioni quid excludat.*

1 Contigit, quod Confeſſarius ex inaduertentia non præmiſit abſolutionem à ſuſpenſione, dum audiret confeſſionem illius, qui introduxerat mulieres in monaſterium; vnde cum poſtea celebrauerit, ſuppoſito, quod celebrando peccauerit, et contraxerit irregularitatem, quia fortè potuit illam euitare ſimul cum peccato non aduertens, quod non fuerit abſolutus à ſuſpenſione, dubitatur, an poſſit diſpenſari ſuper ta li irregularitate à ſuo prælato Regulari. Et quia potuit delictum eſſe occultum, et etiam publicum. Ideo ſi delictum fuit occultum dicendum eſt primo. *Poſſe diſpenſari à ſuo Prælato.* Quod intelligitur etiam pro foro externo, ſuppoſito, quod poſtea publicaretur delictum.

2 Ratio eſt. Quia Epiſcopi diſpenſare poſſunt ſuper huiuſmodi irregularitate cum ſuis ſubditis, vt ſtatuitur in Concil. Trident. *ſeſſ.24.c.6.de reformat.ibi. Liceat Epiſcopo in irregularitatibus omnibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, diſpenſare &c.* Ergo poterit etiam Prælatus Regularis diſpenſare ſuos ſubditos in iiſdem irregularitatibus ex delicto occulto, cum habeat eamdem facultatem in ſuos ſubditos, quàm habet Epiſcopus in proprios.

3 Hanc conſequentiam negant Suarez *tom.4. de relig.tract.8. lib.2. cap.12.n.12.* Ledeſ. *par.2.ſum.tract.1.cap.6.dub. 3. poſt. 20. concluſ.* Campanil. *in Diuer. iur. Rubr.7. cap.5. num. 5.* Sigiſmun. à Bonon. *de elect.par. 2.dub.60.* Alter. *tom.2. de Cenſur diſp.8.cap.3.* Garziàs *par. 7. de beneſic. cap.11. num.13. & 18.* Lezana *tom.1. quæſt. Regul. cap.10.num.35.* & alii. Quia dicta facultas in Trident. eſt conceſſa tantum Epiſcopis, non autem habentibus iuriſdictionem quaſi epiſcopalem. Quod declarauit S. Congregat. Concil. vt refertur à Collec. *ad dict. Cap.6. ſeſſ.24. Concil. Trident.* his verbis *In hoc decreto non comprehenduntur inferiores habentes iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, ſed tantum Epiſcopi priuatiuè quò ad omnes alios.*

4 Sed eamdem conſequentiam admittunt Rodriquez, *quæſt. Regul.61.ar.9. tom.1.* Beja *par.4.caſu 37.init.* Fauſt. *lib. 3. Theſauri.Relig.quæſt. 125.* Portel. *in Dub. Regul.* verbo, *Prælati. num.36* Sanchez *lib. 8. de Matrim.diſp.2.num.13.* Boſſius *ſect.1. de inhabil.caſu 10.num.220.* Sayr. *lib.6. Clau. reg. cap.11.num.83.* Bordon. *reſol.2.quæſt. 10.* Piaſc. *par.2. Prax.cap.3.num. 52.* Henriquez *lib.6.ſum.cap.16.numer.8.* Io. à Cruce *lib. 1. de Statu relig. cap.6. dub.16.* Graſ. *tom. 2.conſil.2. num.23. de homicid.* Coriolan. *de caſib. reſeru. par.1.ſect.1. ar.22.nu. 6.* Valer. *in different.vtr. fori.* verbo. *Regularis. differen. 6.* Vechius *in Praxi nouit. diſp.9. dub.18. nu.4.* Nouar. *in ſingul. Cau. concluſ.2.* Hieronim. Rodriquez *reſol. 52. num.23.* Trellench. *lib.1. in Bul. Cruciata.*

cap. 3. *dub.* 4. *numer.* 5. Donat. *in Prax. rer. regul. tom.* 1 *tract.* De *violat. clauſ. quæſt.* 30. Martin. à S. Ioſeph. *lib.* 1. *moral. tract.* 20. *de pœnit. numer.* 11. Et eſt certa ex *Conſtit.* 132.. Pii V. *tom.* 2. *Bullar.* edita ſub *die* 21. *Iunij.* 1571. vbi declarat, quod Prælati Regulares quò ad proprios ſubditos habeāt, illam facultatem, quam Concil. Trident. concedit Epiſcop. Ita enim habetur, *§.* 3. *Quia ſacrum œcumenicum Generale Tridentinum Concilium conceſſit Epiſcopis, vt abſoluere poſsint in foro animæ ſeu conſcientia ab omnibus peccatis, & diſpenſare in irregularitatibus, prout ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *habetur, ne Prior conuentualis, & ſuperiores Prælati totius Ordinis, tàm in dicta prouincia, quàm extra eā cuilibet in hac parte deterioris conditionis, quàm Clerici, aut ſæculares exiſtāt, eiſdem Priori Conuentuali, & Superioribus Prælatis, vt ipſi per ſeipſos idem omnino poſſint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis ſibi ſubditos, quod poſſunt Epiſcopi in Clericos, & Laicos ſibi ſubiectos tàm quò ad abſoluendi, & diſpenſandi huiuſmodi, quàm aliàs quaſcunque facultates eadem auctoritate, & tenore eam perpetuò concedimus, & indulgemus, ac etiam declaramus,* vbi notandum eſt verbum, *Declaramus.* Et hoc confirmatum fuit in ſpecie à Gregorio XIII. in fauorem Congregat. S. Bernardi Hiſpaniæ, vt in Compen. *Priuileg. dicti Ordin.* verbo. *Abſolutio quò ad Fratres.* §. 11.

5 Neque obſtat declaratio S. Congregat. quià imprimis non poteſt præualere contra declarationem Summi Pontificis modò allatam, præſertim cū hæc authentica ſit. Deinde dicta declaratio non procedit quò ad Prælatos Regulares, ſed quò ad ſæculares inferiores Epiſcopis, qui habeat auctoritatem, & iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, quia hi propriè dicuntur Prælati inferiores; Prælati verò Regulares diſtinguuntur à cœteris per adiectiuum *Regulares*. Nec obſtat clauſula dictæ declarationis, *Priuatiuè quò ad omnes alios,* quia refertur ad alios inferiores Prælatos: non autem ad Regulares.

6 Quod ſi delictum ſit publicum, & etiam deductum ad forum externum. Dicendum 2. *Poſſe adhuc Prælatos Regulares diſpenſare in dicta irregularitate ſuos ſubditos pro foro externo.* hoc habent dicti Prælati ex Priuilegio Pii V, conceſſo Monachis Congregationis Caſinenſis, *idibus Iunij anno* 1571. *in Conſtit. quę incipit.* Dū *ad Congregationem.* & eſt 129. *tom.* 2. *Bullar.* & proinde participatur ab omnibus habentibus talem communicationem, vt ſe extendat etiam ad huiuſmodi priuilegia. Nam in S. 1. illius Conſtit. conced it *Abbatibus, & Prælatis Congregationis huiuſmodi quoſcunque illius pro tempore exiſtentes Monachos, conuerſos, commiſſos, & oblatos tàm profeſſos, quàm nouitios, in eo tamen perſeuerantes, à quibuſuis criminibus, reatibus, culpis, cenſuris, & pœnis, per eos, & eorum quemlibet tàm ante, quàm poſt illorum in Congregationem huiuſmodi, ac Monaſteria ſub illius obedientia exiſtentia ingreſſum, ſeu profeſſionem regularem per eos emiſſam, ex quauis cauſa, & ob quemuis exceſſum, & delictum publicum, vel occultum, caſu, ſeu data opera, quomodolibet ab eis, & ſingulis, etiam ſi homicidium voluntarium, ſeu membri mutilatio, non tamen poſt ingreſſum huiuſmodi pro tempore ſubſequutum, ſeu ſubſequuta fuerit, incurſis, & in futurum incurrendis, etiam ſi de caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, vel de comprehēſis in Bulla, quæ die Cęnę Domini ſingulis annis legi conſueuit, fuerint, plenariè toties, quoties opus fuerit iniūcta ſibi per modo culpę pœnitentia ſalutari, quò ad reatum homicidij tantum in foro conſcientiæ tantum, abſoluendi, & liberandi, ac in priſtinum, & in eum, in quo ante præmiſſa, quomodolibet erant, & fuerant, ſtatum redintegrandi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſeu notam inde quomodolibet inſurgentem ab eis, & eorum quolibet prorſus abolendi, ſecumque, quod præmiſsis non obſtantibus, nō promoti ad omnes etiam ſacros, etiā pręsbiteratus ordinem promoueri, atque Monaſterijs eiusdē Cōgregationis in Abbates, Priores, atq. Prælatos præfici, nec nō aut ad quaſcūque alias dictæ Congregationis Pręlaturas eligi, & aſſumi, munuſque benedictionis ſuſcipere, & tàm illi, quàm qui iam ante, vel poſt pręmiſſa ſunt, vel fuerint promoti, pręfecti, & electi, etiam ſi munus benedictionis huiuſmodi ſcienter ſuſceperint, irregularitatibus, reatibus, cenſuris, & pœnis huiuſmodi,*

vel

vel alijs quibuſcumque criminibus ctretiti, & innodati ſcienter miſſas, & alia diuina officia celebraſſent, ſimuluè, ſeu aliàs munere benedictionis huiuſmodi quomodolibet vſi eſſent, in altaris miniſterio miniſtrare, & dicto munere uti, necnon omnes, et quaſcumque Prælaturas, obedientias, adminiſtrationes, & Officia Ordinis, & Congregationis huiuſmodi retinere, recipere, gerere, & exercere liberè, & licitè poſſint, & valeāt, nullāq. de pręmiſſis in quibuſuis priuilegijs, facultatibus, diſpenſationibus, & conceſſionibus etiā gratiam, vel iuſtitiam concernentibus, etiā per Sedem Apoſtolicam ſibi pro tempore conceſſis, mentionem facere teneantur, miſericorditer in Domino diſpenſandi licentiam, & facultatem liberam Apoſtolica auctoritate tenore pręſentium perpetuò concedimus, & elargimus.

7 Quod autem in hoc priuilegio cōcedatur facultas diſpenſandi quò ad irregularitatem, conſtat, quia concedit facultatem tollendi inhabilitates, & reſtituendi in priſtinum ſtatū etiam quò ad ea, quæ inducunt irregularitatem, vt eſt mutilatio, homicidium, & quia expreſsè loquitur de irretitis irregularitatibus. Quod autē hæc facultas ſit etiā pro foro externo, conſtat, quia in ordine ad forum externum excludit ſolum homicidium voluntarium, dum coarctat facultatem quò ad ipſum ad forum conſcientiæ, vt conſtat ex illis verbis, *Quò ad reatum homicidij tantum in foro conſcientiæ tantum*, hæc enim coarctatio ad forum conſcientię quò ad homicidium, facit, quod alij caſus ſint cōceſſi etiam pro foro externo, cum habeat vim exceptionis à foro externo. Dictio namque, *tantum*, addita homicidio excludit omnes alios caſus, de quibus in conceſſione, à reſtrictione et eadem dictio repetita, & addita foro conſcientiæ ſimiliter excludit à tali reſtrictione eoſdem caſus. *l. Ijs ſolis.* C. De *reuocan. donat.* & *l. Iulianus.* & *l. Non tantum ff.* De *petit. hered.* & *l. Gallus. §. Et quid, ſi tantum. ff.* De *lib. & poſth.* & *l. Qui in aliena. §. Liberos. ff.* De *negoc. geſt.* & notant Roman. *conſil.* 456. *num.* 1. Socin. *conſil.* 5. *numer.* 5. *lib.* 4. Dec. *conſil.* 328. *nu.* 5. Paris, *conſil.* 85. *numer.* 47. *lib.* 2. Surd. *conſil.* 291. *numer.* 19. Riminal iun. *conſil.* 257. *num.* 33. Purpurat. *conſil.* 558. *num.* 8. Rota *deciſ.* 600. *num.* 7. *par.* 2. *Recent.* & *deciſ.* 740. *nu.* 7. ead. par. & coram Mantica *deciſ.* 109. *num.* 11. & coram Merlino *deciſ.* 28. *num.* 5. & coram Pennia *deciſ.* 1272. *nu.* 4. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 465. *num.* 5.

A quibus diſpenſari poſſint Regulares in pœnis contractis ob introductas mulieres intra Monaſterium. Quæſt. 176.

SVMMA.

1 *Prælati diſpenſant in pœnis ſuos ſubditos Regulares.*
2 *Etiam per ſententiam inflictis ſecundum legē.*
3 *In pœnis impoſitis à lege non poteſt inferior diſpenſare*
4 *Prælati Regulares ex priuilegio diſpenſant in pœnis à lege impoſitis.*
5 *Etiam pro foro externo.*
6 *Si tamen intercedat iuſta cauſa, aliàs nulliter diſpenſant.*
7 *Quæ ſit iuſta cauſa diſpenſandi.*
Poteſtas eſt in ædificationem, & non in deſtructionem.

1 Difficultas procedit quò ad pœnas priuationis Officiorum, & inhabilitatis ad illa, & alia obtinenda. Si autem hæ pœnæ haberent locum ante ſententiam iudicis, ſi delictum non eſſet deductum ad forum externum, poſſent diſpenſari à ſuis Prælatis, cū fruantur facultate conceſſa à Trident. Epiſcopis *cap.* 6. *de reformat. ſeſſ.* 24. vt conſtat ex dictis *num.* 4. *quęſt. pręced.* Quia tamen, vt dictum eſt in ſuperioribus, dictæ pœnæ non habent locum, niſi ſequuta declaratoria ſententia, ideò videndum eſt, à quibus poſt ſententiam tolli poſsint.

2 Quod *diſpenſari poſſint in his pœnis, qui in eas incurrerunt à ſuis Prælatis* Regularibus, reſoluendum eſt. Et pro hac parte citantur à *Donato* mox citando Sanchez *lib.* 6. *in Decal. cap* 17. *num.* 42. Bordon *in Conſil. Regular. reſol.* 3. *quæſt.* 6. Verum hi

Doctores non loquantur de pœnis, neque de diſpenſatione, ſed de abſolutione à cēſuris, licet deductis ad forum externum, à quibus abſoluere poſſunt pro foro conſcientiæ tātum. Hoc tamen deſumitur ex Gloſ. *in Cap. Poſtulaſtis.* verbo. *Diſpenſatum.* De *cler. excom. miniſtr.* Miranda *tom. 2. Manual. quæſt.* 30. *ar.* 15. Rodriquez *in Compen. reſol.* 52. *nu.* 10. Portel. *in Dub. Regul.* verbo. *Diſpenſare. num.* 10. Bordono *in Conſil. regul. reſol.* 10. *quæſt.* 24. Bruno. *De priuileg. tract.* 4. *cap.* 2. *propoſ.* 4. Donato *in Praxi rer. Regul. tom.* 1. *trac.* 4. *De viol. clauſ. quæſt.* 30. *num.* 8.

3 Hoc autem ex eo probant, quod tales pœnæ non ſint reſeruatæ. Verum hæc ratio non eſt ſufficiens, quia quamuis pœnæ non ſint ſpecialiter reſeruatæ, dum tamen impoſitę ſunt à lege pro puniendo delicto, non poſſunt tolli, niſi ab eo, qui poteſt tollere effectus legis, atque adeo in ipſa diſpenſare ad differentiam cenſurarum, quæ cum imponantur ob contumaciam, imponuntur ea tacita conditione, vt ſi reſeruatę non ſint, tollantur ab inferiori ceſſante contumacia. Accedit etiam, quod ſi pœnæ impoſitæ à lege ſuperioris poſſent diſpenſari ab inferioribus prælatis, eſſent exigui momenti, & facilè contemnerentur. Et ita communiter notant cum Gloſ. *in Cap. Cupientes.* §. *Cæterum.* verbo. *Suſpenſos.* De *elect. in* 6.

4 De iure itaque ordinario non poſſunt Prælati Regulares diſpenſare, ſuper huiuſmodi pœnis cum ſuis ſubditis, præſertim quia diſpenſatio debet eſſe quò ad forum externum. Solum ergo diſpenſare poterunt, etiam quo ad forum externum ex priuilegio conceſſo Cōgregationi Caſſinen. à Pio V. *in ſua Conſtit.* quæ incipit. *Dum ad* Congregationē. Idibus *Iunij.* 1571. atque adeo poſt Concil. Trident. & eſt 129. *eiuſdem Pontificis. tom.* 2. *Bullar.* ibi enim concedit, vt abſoluere, & diſpenſare poſsint Profeſſos, & Nouitios, *A quibus ſuis criminibus, reatibus, culpis, cenſuris, & pœnis eos & eorum quemlibet tàm ante, quam poſt illorum in Congregat. huiuſmodi, ac monaſteria ſub illius obedientia exiſtentia ingreſſum, ſeu profeſſionem Regularem per eos emiſſam, ex quauis cauſa, & ob quemuis exceſſum, & delictum publicum, vel occultum, caſu, vel data opera, quomodolibet ab eis, & ſingulis, etiam ſi homicidium voluntarium, ſeu membri mutilatio, non tamen poſt ingreſſum huiuſmodi pro tempore ſubſequutum, ſeu ſubſequuta fuerit, incurſis, & in futurum incurrendis.* Cum ergo hæc facultas ſe extendat etiam ad pœnas ex quauis cauſa incurſas, & incurrēdas, poterunt Prælati Regulares etiam habentes ſufficientem communicationem ad participandum in hoc priuilegio, in prædictis pœnis diſpenſare.

5 Et hæc facultas ſe extendit ad diſpenſandum etiam pro foro externo. Quia Pontifex ex omnibus conceſſis reſtringit tantum caſum homicidi ad ſolum forum internum, vt conſtat ex ſubſequentibus verbis, *Quò ad reatum homicidij tantum in foro conſcientię tantum,* quæ reſtrictio operatur, vt dictum eſt, *quæſt. præced. numer.* 7. quod facultas pro cœteris caſibus conceſsa, ſit extenſa ad forum externum, quia talis reſtrictio extrahit caſum reſtrictum à foro externo, & relinquit cœteros in ipſo.

6 Eſt tamen aduertendum, quod Prælati Regulares non poſſunt in his pœnis diſpenſare, niſi adſit iuſta, & legitima cauſa, & ſi diſpenſent, diſpenſatio erit nulla. Quia poteſtas diſpenſandi cenſetur conceſſa ſolum ex legitima cauſa, qua deficiēte, poteſtas excedet terminos proprios, & proinde actus erit nullus. Ita cōmuniter tradunt Theologi cum D. Tho. 2. 2. *qu.* 88. *ar.* 12. *ad* 2. & Canoniſtæ cū Gloſ. *in Cap. Non eſt.* verbo. *Adimplere.* De *voto.* Speculator *Tit. de diſpenſat.* §. *Dicendum reſtat. num.* 19. Hoſtiens. *in Cap. Cū ad monaſterium. num.* 32. *De ſtatu monach.* Abbas *ibid. numer.* 17. Innocent. *numer.* 4. Henr. *num.* 17. Io. Andr. *in fine.* Cardin. §. *vlt. nu.* 5 Felin. *in Cap. fin. nu.* 8. ver. *Secundo limita.* De *ſimon.* & *in cap. At ſi clerici.* §. De *adult. num.* 10. De *iudic.* Hippolit. *ibid. num.* 32. Turrecrem. *in Cap.* 1. *ar.* 4. *nu.* 14. *Diſt.* 89. Couaruu. 4. *Decret. par.* 2. *cap.* 6. §. 7. *num.* 11. Guttierez *Canon. quæſt. cap.* 19. *num.* 5. *lib.* 1. Aretin. *in l.* 2. *init. num.* 1. *ff.* De *verbor. obligat.* Bald. *in l. Barbarius. num.* 7. *ff.* De *offic. prętor.* Angelus *verbo.* Diſpenſatio

ſatio. *num.* 3. Armilla *numer.* 14. Syluester *numer.* 5. Nauar. *cap. vlt. num.* 4. *De ſimon.* Sotus *lib.* 7. *de iuſt. quaſt.* 4. *ar.* 3. ver. *Rurſus circa eadem.* Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 17. *numer.* 4. Merol. *tom.* 2. *theol. moral. cap.* 6. *dub.* 11. *num.* 203.

7 Quænam autem cauſa requiratur, vt Prælati Regulares poſsint ſuper his pœnis diſpenſare ſuos ſubditos. Reſp. eſſe neceſſariam cauſam grauem, alioquin nulla erit diſpenſatio, ſi cauſa non ſit grauis. Et proinde erit neceſſaria aliqua cauſa ex iis, ex quibus ſecundum ius poteſt diſpenſari iuxta ea, quę tradunt Innocen: *in Cap. Dudum.* 2. *n.* 16. ver. *Item etſi Papa, De elect.* Felin. *in Cap. Poſtulaſti. numer.* 13. *caſu.* 4. *De reſcrip.* Gambar. *de auctorit. Legati. lib.* 10. *numer.* 293. Nauar. *in Manuali prælud.* 10. *num.* 15. *& in Cap. vlt. num.* 4. *De ſimon.* Azor *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *in fine.* Salas *diſp.* 20. *de legib. ſect.* 4 *nu.* 32. Sanchez *cum alijs lib.* 8. *de matrimon. diſp.* 17. *num.* 5. qui loquuntur etiam de legato habente plenitudinem poteſtatis. Ratio eſt. Quia poteſtas conceſsa prælatis Regularibus per priuilegia eſt in ędificationem, non autem in deſtructionem. Eſſet aut in deſtructionem, ſi adhiberetur ad diſpenſandum in pœnis ex graui delicto inflictis ex leuibus cauſis, quia eſſet cauſa, quod ob facilitatem diſpenſationis pœnæ non timerentur, & relaxaretur diſciplina ecclesiaſtica.

An poſt Decreta S. Congregat. ſub Clemente VIII. & Vrbano VIII. poſſint Regulares abſoluere à reſeruatis Ordinario. Quaſ. 177.

S V M M A

1 *Regulares an poſſint abſoluere à reſeruatis Ordinario.*

2 *Prohibitio, ne Regulares abſoluant à reſeruatis Ordinario*

3 *Regulares à quibus caſibus reſeruatis Pontifici non poſſint abſoluere.*

4 *Derogatio priuilegiorum abſoluendi à reſeruatis Ordinario &c.*

5 *Prohibitio abſoluendi à reſeruatis Ordinario innouata à Paulo V.*

Priuilegia abſoluendi à reſeruatis non fuerũt reſtituta per ſubſequentes confirmationes.

6 *Senſus communis Doctorum. quod ſint ſublata priuilegia abſoluendi &c.*

7 *Lapſus Leandri circa priuilegia abſoluendi à reſeruatis.*

8 *De iure regulares prohibentur abſoluere à reſeruatis Ordinario.*

9 *Fundamentũ Quintanaduen. pro manutentione priuilegiorum abſoluendi à reſeruatis Ordinario.*

10 *Promulgatio in Curia ſufficit, vt lex obliget.*

11 *Legem reuocatoriam priuilegij ſufficit promulgari in Curia.*

Reuocatio priuilegij, quæ fit ab homine, quomodo notificanda.

1 REgulares poſse abſoluere, non obſtantibus Decretis S. Congregat. ſub Clemente VIII. & Vrbano VIII. virtute priuilegiorum, tradunt Baunius *par.* 1. *theol. moral. tract.* 4. *de ſacramen. pœnit. quaſt.* 33. ver. *Dico ſecundo.* Qui citat Rodriquez, Suarez, Laiman, qui tamen non faciunt ad rem, nam Rodriquez *tom.* 1. *Quęſt. Regul. quęſt.* 61. *ar.* 3 docet ſolum, quod de iure poſſunt Regulares abſoluere à reſeruatis Ordinario, quod tamen eſt falſum, vt conſtabit ex dicendis, & non loquitur in terminis pręfatorum Decretorum. Suarez loquitur in terminis iuris communis *diſp.* 30. *de pœnit. ſect.* 2. *numer.* 16. & tenet, non poſſe abſoluere, & Laiman *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 6. *cap.* 18. *nu.* 18. nihil de hoc habet, ſed tantum explicat, quomodo accipiendum ſit priuilegium abſoluendi à quibuſcunque caſibus, exceptis, qui continentur in Bulla cœnæ; nõ autem dicit, quod hoc priuilegiũ hodie ſubſiſtat. Eamdem opinionem, quod poſſint abſoluere, tradunt Brunus *De priuileg. tract.* 5. *cap.* 2. *propoſ.* 2. Quintanaduens. *latè tom.* 1. *ſingul. tract.* 3. *ſingul.* 15. 16. *&* 17. Leander. *De cenſur. trac.* 2. *de excommunic. diſp.* 17. *&* 2. *quaſ.* 79. ver. *Sed adhuc.* qui ver. *Secundo quia.* in fine pro hac ſenten. citat Candid. *tom.* 1. *diſquiſit.* 22. *de cenſur. ar.* 51. Sed ibi hoc non docet, ſed ſolum, quod quando ſummi Pontifices concedunt in Iubileo, aut extra iubi-

leum facultatem abſoluendi à reſeruatis Summo Pontifici, intelligitur conceſſa etiam facultas abſoluēdi à reſeruatis Ordinario, vt conſtat ex iis, quæ habet *nu.* 3. Imo *num.* 7. ſupponit, quod facultas abſoluendi à reſeruatis Ordinario ſit ſublata per Decretum Clementis VIII. & ſubdit hoc non obſtare, quin poſſit concedi de nouo à ſucceſsoribus: nec quin ſit conceſſa, quando concedunt facultatem abſoluendi à ſibi reſeruatis. Ex quibus conſtat quàm fideliter citetur à Leandro.

2 Verum luce meridiana clarior eſt prohibitio abſoluendi à reſeruatis Ordinario, & reuocatio quò ad hoc quorūcūque priuilegiorum, vt conſtat ex Decretis S. Congregat. Epiſcop. & Regul. de mandato Clemen. VIII. cuius verba ſūt. *Sacerdotibus omnibus tàm Sæcularibus, quàm Regularibus per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus ad confeſſiones audiendas probatis, quorumuis Ordinum etiam Mendicantium, Militiarū, aut Congregationum etiam Societatis Ieſu, & generaliter quarumcunque aliarum quouis nomine nuncupentur, iubet, & præcipit, ne quis eorum ſub prætextu priuilegiorum, indultorum, aut facultatem generaliter, vel ſpecialiter ſcripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apoſtolica, vel eius auctoritate eorum Ordinibus, Cōgregationibus Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus ſæcularium, aut ſingularibus perſonis ſeu aliàs quomodocūque ſub quibuſuis tenoribus, formis, et clauſulis, et derogatoriarum, ad cuiuſuis, etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum inſtantiam conceſſarum, ſeu confirmatarum alicui, ſeu cuiuſuis ſtatus, gradus, et conditionis, aut dignitatis tàm eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis, etiam Regia, vel Imperialis ab vllo ex caſibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi ſolita contentis, vel aliàs quomodocunque Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, aut in futurum per ſanctitatem ſuam eiuſdem ſucceſſorem pro tempore in eadem Bulla, vel aliter reſeruandis, nec etiam à caſibus, quos Ordinarij locorum hactenus reſeruarunt, vel impoſterum ſibi reſeruabunt, nullo caſu, etiā neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cum noua, & ſpeciali Sanctitatis ſuæ, aut ſucceſſorum ſuorum, vel Ordinariorum quò ad caſus ab ipſis tantum reſeruatos reſpectiuè impetrata in ſcriptis licentia Ordinarijs locorum exhibenda abſolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præſumat.* Ex quibus patet, quod huiuſmodi Decretū cōtinet præceptum, vt ſatis declarant illa verba, *iubet, et præcipit*, & etiam illa, *Audeat, vel præſumat.* Et quod non adeſt tantum approbatio Pontificis, ſed etiam mandatum, vt conſtat ex illis verbis. *Ac de S. D. N. Clementis VIII. ſpeciali mandato.* Et quamuis hoc mandatum ſit factum Congregationi viuæ vocis Oraculo, non tamen Decretum eſt viuæ vocis Oraculum. Neque tale viuæ vocis Oraculum de mandato continetur ſub reuocatione viuæ vocis Oraculorum, tum quia ſtatim ſortitum eſt ſuum effectum. Tum quia ſub reuocatione non continentur viuæ vocis Oracula facta miniſtris Sedis Apoſtolicæ &c. vt declarauit Vrbanus VIII. in ſua Conſtitutione de hac re. Hoc autem Decretum emanauit ſub *die 9. Menſis Ianuarij 1601.*

3 Sed moderatum poſteà fuit ab eadem S. Congregat. *die 26. Nouembr. 1602.* de ſpeciali mandato eiuſdem Pontificis, quò ad caſus Summo Pōtifici reſeruatos, ita vt ſolum comprehenderet caſus Bullæ cœnæ, & alios quinque nempe violationem immunitatis eccleſiaſticæ in termis Bullæ Gregorii XIII. incipientis *Cum alias nulli.* Violationem clauſuræ, Monialium ad malum finem. Prouocationem, & pugnationē in duello in terminis Cōcil. Trident. & Conſtit. Greg. XIV. Iniectionē manus violentæ in Clericos. Simoniam realem, & confidentiam beneficialem à quibus priuilegiati non poſſent abſoluere. Et inſuper etiam caſus Epiſcopo reſeruatos. Item fuit etiam moderatum, vt nō eſſet neceſſaria licentia inſcriptis pro abſoluendo.

4 Et quia nonnulli prætendebant, non fuiſſe ſufficienter derogatum ſpecialibus priuilegiis, in hoc eodem moderatorio Decreto fuit facta ampliſſima derogatio tenoris ſequentis. *Sanctitas ſua Cōſtitutionibus, et Ordinationibus Apoſtolicis omni-*

omnibus in fauorem quorumcunque Ordinũ ſeu Inſtitutorum Regularium, aut Sacerdotum tàm ſecularium, quàm Regularium editis, nec non eorumdem Ordinum, ſeu Inſtitutorum, ac etiam Eccleſiarum, & monaſteriorum, & aliorum ſecularium, ſeu Regularium locorum quorumcunque etiam iuramentos confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate al aroboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis, etiam Mari magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis, eiſdem Ordinibus ſeu Inſtitutis, ac etiam Eccleſijs, & Monaſterijs, & ſecularibus, ſeu Regularibus locis, ac perſonis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, & cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non contractibus, et alijs Decretis, etiam motu proprio, et ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, ſeu extẽſionis conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, et innouatis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, et formis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, et indiuidua, ac de verbo ad verbũ, non autẽ per clauſulat generales idẽ importantes, ſeu quęuis alia expreſſio habẽda, aut alia exquiſita forma ſeruanda eſſet, tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbũ nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſeruata inſerti forẽt, præſentibus pro expreſſis habens, quò ad ea quę præſentibus aduersãtur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſę derogat, contrarijs quibuſcunque non obſtantibus. Ex his autem ampliſſimis derogatorijs clauſulis excluſa manent quęcunque effugia, quibus prætendi poſſit non fuiſſe derogarum priuilegiis.

5 Et hoc idem Decretum cum eadẽ moderatione confirmarum, & innouatũ fuit ab eadem S. Congregat. de ſpeciali mandato Pauli V. die 17. Ianuar. 1617. Et Vrbanus VIII. die 17. Nouembr. 1628. approbauit, & iuſſit inuiolabiliter obſeruari aliud Decretum eiuſdem S. Congreg. quo ſtatuit, & declarauit per ſubſequutas confirmationes non reuixiſſe priuilegia abſoluẽdi à caſibus Ordinario reſeruatis, nec in Bulla cœnæ contentis. Quod, vt alibi dixi, intelligitur de confirmatione in forma communi.

6 Vnde communiter Doctores, qui poſt hæc Decreta ſcripſerunt, negant, poſſe Regulares abſoluere à reſeruatis Ordinario, Ita Miranda *in Manuali quæſt.* 35. *ar.* 19. *tom.* 2. Molfes. *par.* 1. *ſum. tract.* 7. *cap.* 18. Peirin. *de priuileg. ad Conſtit.* 1. *Iulij II. num.* 63. & *in Addit. ad Conſtit. Sixti IV. cap.* 2. *num.* 33. Baſſeus *in Florib. verbo.* Caſus reſeruatus *num.* 38. Trullench. *lib.* 1. *in Bul. Cruciatę.* §. 9. *dub* 3. *num.* 11. Nouar. *in Lucerna Regul.* verbo, *Abſolutio. num.* 1. Comitol. *lib.* 1. *reſponſ. quęſt.* 2. Lezana. *tom.* 1. *Quęſt. Regul. cap.* 19. *num.* 17. Sellar. *in Select. canon. cap.* 18. *numer.* 6. & *cap.* 31. *numer.* 36. Diana *par.* 1. *tract.* 5. *reſol.* 6. Candidus *tom.* 1. *diſquiſit.* 22. *de cenſur. ar.* 51. *in fine.* Donat. *in Praxi rer. Regul. tom.* 2. *tract.* 11. *de poteſt. diſpen. et abſol. q.* 17. Poteſtas enim reuocandi priuilegia in Summo Pontifice eſt certa, & conſtat etiam ex dictis Decret. de voluntate efficaci reuocandi.

7 Motiua autem, ex quibus Doctores citati *num.* 1. aſſerunt, quod non ſint reuocata priuilegia, ſunt omninò friuola. Quia licet non ſint reuocata per Concil. Trident, vt aſſerũt quampluris Doctores, clara tamen eſt reuocatio facta per Decretum, de quo ſup. *n.* 4. Occurrit tamen Leander *De cẽſur. trac.* 2. *diſp.* 17 §. 2. *quaſ.* 79. ver. *Secundò.* Per dictam reuocationem non remanere reuocata, quia ſunt priuilegia inſerta in corpore iuris, quæ nõ cenſentur reuocata per generalem reuocationem priuilegiorum, ſed requiritur ſpecifica derogatio faciens mentionem de ipſis. Quod autem ſint inſerta in corpore iuris, probat ex Clement. *Dudum.* Et Extrauag. *Inter cunctas.*

8. Sed minor, quod Doctor aſſuetus in cœteris feſtucas quoque notare citationibus irrepentes, in hac re grauiſſima adeo oſcitanter proceſſerit, vt prohibitionem abſoluendi à reſeruatis Ordinario pro priuilegio afferat. In vtroque enim textu prohibetur Regularibus abſoluere à reſeruatis Epiſcopo. Nam in Clemen. *Dudum.* §. *Per huiuſmodi autem.*

De

De *ſepult.* habetur. *Per huiuſmodi autem conceſſionem nequaquam intendimus perſonis, ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis poteſtatem in hoc impendere ampliorem, quàm in eo Curatis, vel parochialibus Sacerdotibus eſt à iure concessa: niſi fortè eis Eccleſiarum Prælati vberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter ducerent facienda.* vbi Gloſ. verbo *Conceſſa.* Hoc intendit, quod in caſibus Epiſcopis reſeruatis non poſſunt abſoluere. Et apertuis in Extrauag. *Inter cunctas.* §. *Vt autem Diœceſanis.* De *priuil.* ibi. *Per hoc autem nõ intendimus, quod ſupradicti Fratres, qui ad hoc eligentur officium exercendum, plus habeant in audiendis confeſſionibus & pœnitentijs iniungendis, quàm parochiales ſacerdotes noſcãtur habere: ſicque de caſibus Epiſcopis, et ſuperioribus, quos inferius annotamus aut Sedi Apoſtolicæ reſeruatis ſe nullatenus intromittant.* Ex quibus ſatis conſtat non cõcedi, ſed negari licentiam abſoluẽdi à reſeruatis Ordinario. Et in hoc etiam nimis oſcitanter proceſſit Quintanaduen. *tom.* 1. *cit. tract.* 3 *ſingul.* 16. *num.* 5. dum idem affirmat, quod ſcilicet priuilegium abſoluendi à reſeruatis Ordinario ſit inſertum in corpore iuris in dict. Clemen. *Dudum.* & Extrauag. *Inter cunctas.*

9 Opponit etiam idem Quintaduen. Quod reuocatio horum priuilegiorum non ſit ſufficienter promulgata, & proinde non afficiat Regulares *ita ſingulari* 5. *n.* 3 *tract. modo citati.* Quod non ſit ſufficiẽter promulgata, ex eo deducit, quia vt leges Pontificiæ obligent, debent in omnibus prouinciis, & Diœceſibus publicari, vt pluribus citatis docent Trullench *li.* 1. *in Bul. Cruc.* §. 7. *dub.* 9. *n.* 20. Quod habet locum etiam in reuocatione priuilegii, vt docent Sotus *lib.* 1. *de iuſt. et iure. quaſt.* 2. *ar.* 4. Medina 2. 2. *quæſt.* 21. *ar* 4. & alii, quos affert, & ſequitur Ludouic. à Cruce *in Bullam Cruciatæ. diſp.* 1. *cap.* 1. *dub.* 13. *n.* 1. Accedit etiam quod reuocatio priuilegii conceſsi Ciuitati, communitati, Collegio, vel Religioni, non obligat, niſi intimetur, vt docent Azor *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 22. *quæſt.* 7. Salas *diſp.* 20. *de legib. ſect.* 18. *n.* 126. Bonac. *diſp.* 1. *De priuileg. quæſt.* 3. *pun.* 8. *num.* 24.

10 Verum falſum eſt, quod dicta lex prohibens abſolutionem à reſeruatis Ordinario, & reuocaris priuilegia non fuerit ſufficienter promulgata, cum fuerit promulgata in Curia, & etiam miſſum Decretum ad Epiſcopos, quod autem non ſufficiat promulgatio in Curia, eſt omnino falſum, & contra praxim. Nam ſufficit, quod ita lex promulgetur, vt deuenire poſſit in notitiam ſubditorum, vt tradunt communiter Doctores Vaſquez 1. 2. *diſp.* 156. *cap.* 2. Martinez *quæſt.* 90. *n.* 3. Malder. *dub.* 3. Lorca *diſp.* 18. *de legib.* Suarez *lib.* 3. *de legib. cap.* 16. Salas *diſp.* 12. *de legib. ſect.* 2. Sylueſter. *verbo.* Lex. *quæſt.* 6. Bald. *conſil.* 10. Monach. *in Cap. Generaliter. De. regul. iur. in* 6.

11 Et hoc locũ habet etiã in lege reuocatoria priuilegii, vt conſtat ex praxi, et tradũt Vaſqu. 1. 2. *diſp.* 156. *cap.* 4. *n.* 24. Salas *diſp.* 12. *de legib. ſect.* 2. Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 40 *nu.* 2. Anguian. *lib.* 4. *de legib. controuer.* 1. *numer.* 29. Merol. *tom.* 3. *theol. moral. cap.* 7. *dub.* 9. *num.* 238. ſufficit enim illa promulgatio, per quam reuocatio poſſit peruenire ad notitiam priuilegiati, nec tenetur princeps aliam adhibere Et quãdo aliqui Doctores dicunt, deberi reuocationem notificari per nunciũ communitati, Religioni, intelligunt de reuocatione, quæ fit ab homine: non autem, quæ fit per legem. Verum etiam quando priuilegia reuocantur ab homine, nõ eſſe neceſſariam intimationem per nuncium, aut Epiſtolam, ſed ſufficere, quod reuocatio quocũque modo veniat in notitiam, tradunt communiter Salas *diſp.* 17. *de legib. ſect. vlt. num.* 81. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 156. *cap.* 4. *numer.* 28. Suarez *lib.* 8. *de legib. cap. vlt. num.* 7. Azor *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæſt.* 7. Portel. *in Dub. Regul.* verbo. *Licentia. num.* 1. *in Addit.* Reuocatio enim in ſua efficacia dependet à ſola voluntate reuocantis, non autem ab acceptatione priuilegiati, & ideo ſufficit, ſi quoquomodo innoteſcat. Alias reſponſiones affert Brunus loco *num.* 1. citatus, ſed quæ nullius ſunt momenti, ſed ex ſeipſis corruunt, vt quod S. Congregatio non poterat reuocare priuilegia, quæ tamen non reuocauit auctoritate propria, ſed

de

de mandato Sanctiſsimi, & aliàs huiuſmodi.

An pacta cum Titulari pro obtinenda penſione inducant ſimoniam. Queſt. 178.

SVMMA

1 *Penſio clericalis ſecundum aliquo eſt quid temporale.*

2 *Penſiones laicales non ſunt materia ſimoniæ.*
Quid concedatur laicis, quando conceduntur decimæ.

3 *Penſio per modum beneficij eſt materia ſimoniæ.*
Subrogatum induit naturam illius in cuius locum ſubrogatur, & eodem iure cenſetur.

4 *Penſiones clericales ſunt quid adnexum ſpirituali, & materia ſimoniæ.*

5 *In quo conſiſtat connexio.*
Dependere à ſpirituali facit, quod temporale ſit materia ſimoniæ.

6 *Penſio adhæret ſpirituali, à quo veluti informatur.*

7 *Quicunque contractus circa ſpiritualia, aut adnexa inducunt ſimoniam.*

1 NEgatiuè videtur reſoluendum cum Lotterio *lib.3. de re beneficiaria quaſt. 29. num. 81. & ſequent.* quatenus docet, quod circa penſionem locū nō habet ſimonia, quia penſio ſecundū ſe eſt quid temporale, & nō eſt adnexum ſpirituali. Et ità etiam debent ſentire, qui putant, eſſe penſionem quid merè temporale. Ita Abbas *in Cap. Ad audientiam.num.2.* De *reſcript.* Gumier. *in Pragmat. ſanct.* Tit. *De collat.* ver. *Item quod vniuerſitates.* verbo. *Beneficiorum*, Rebuf. *De pacific. poſſeſ.num.132.concluſ.18.* Gigas *De penſionib. quaſt.1. num. 1. ver. Prædicta definitio. & queſt. 69. numer. 6.* Burſat. *conſil. 178. numer 28.* Caiet. *tom.1. Opuſ.tract.31. reſponſ.10.* Medina *lib.1. ſum. cap.14. §.22.* Leſſius. *De iuſt. & iure.lib.2 cap.35. numer. 125.* Sanchez *tom.1. conſil. Moral. lib.2. cap.3. dub.46.* Horum tamen plures ſcripſerunt ante Conſtit. Pii V. 138. in qua veluti erexit penſiones clericales in titulum eccleſiaſticum.

2 Hæc reſolutio admitti poteſt quò ad penſiones laicales, quæ dantur ſæcularibus, quas, licet B.i. *in reſponſ. caſ. conſcien. caſu. 37.* dicat etiam, eſſe ſpirituali, adnexas, nullo tamen firmo fūdamento innititur. Et proinde eſſe quid temporale cenſent non ſolum Doctores *num. preced.* citati, ſed etiam Vgolin. *De ſimon. tab.1. de ſimon. in genere. cap.28. §.3. num.7.* Tolet. *lib.5. ſum. cap.9.* Guetier. *in ſpeculo. cap.61.* Garzia *de Benefic. par.1. cap.5. num.18. in fine.* Nam important meros fructus ſeparatos à beneficio, & ideo nō habent amplius cum ipſo connexionem. Qua ratione etiam, quando decimæ conceduntur laicis, conceditur aliquid merè temporale, quia non conceditur ius ſpirituale percipiendi decimas, ſed tantum res temporalis, quæ nomine decimæ dãtur, vt docet D.Th. *2.2. queſt.100. ar.4. ad 3.* circa finem. Et ideo huiuſmodi penſiones tanquam quid temporale in ſe, & nulli ſpirituali adnexæ, non ſunt materia, circa quam verſari poſſit ſimonia.

3 Deinde ſi loquamur de penſione, quæ conceditur in titulum beneficij, certum eſt, quod ſit materia ſimoniæ, in quo concordant etiã Doctores, qui aliàs cenſeat, quod penſio ſit quid temporale, vt citati *num.1.* & ſpecialiter Burſat *conſil. 178. num.28. lib.2.* Leſſius *lib.2. De iuſt. & iure. cap.35. numer. 124.* Lotter. *De re benefic. lib.3. quaſt.29. num.39.* Huiuſmodi enim penſio ſubrogatur loco beneficij, & ideo induit naturam illius, & idem in ipſo ſeruandum eſt, quod ſeruatur in beneficio, *l. Si cū. §. Qui iniuriarum. ff.* Si *quis cautionem.* & *l. Cum in fundo §. Si fundus. ff.* De iure dot. & notant Bart. *in l. Pater filiū. nu.13. ff.* De *inoffic. teſtam. in Repet.* Socin. ſen. *in l. Filia. §. Titia. n.3. ff.* De cōdit. *& demonſtrat.* Gabr. *concluſ.2. De reg. iur.* Surd. *deciſ.35. num.9.*

4 Quod verò ſpectat ad penſiones clericales, quamuis ſecūdum ſe ſint quid temporale, & ſeparabiles à beneficio, prout actu ſeparantur, dum conceduntur: sūt tamen quid connexum ſpirituali, vt dixi etiam in *Deciſ. moral.207. nu.6.* & *Queſt. canon.385. num.3.* & ideo ſunt materia ſimoniæ; & pacta, quæ inducunt ſimoniam

niam circa beneficia, inducunt etiam circa has penſiones. Et hoc eſt ſecundum doctrinam, quam tradunt communiter Paulus Roman. *De penſion. cap. 6. num.* 34. Guerrer. *in Speculo. cap. 61. ver. Et ſi pēſio* Salzedo. *ad pract.* *Diaz cap. 61. littera* Q. *verſ. Septimo.* Gambar. *De offic. Leg. lib.* 6. *num.* 361. & 633. Gigas. *de penſion. quæſt.* 14. Couarru. 2. *par. Decr. cap.* 3. §. 3. *nu.* 3. Nauar. *conſil.* 11. *De reb. Eccleſ. non alien.* & *conſil.* 60. 62. *&* 66. *De ſimon.* Paris. *De reſignat. lib. 6. quæſt.* 4. *num.* 54. Zechius *De benefic. cap.* 11. *num.* 8. Adrian. *quodlib.* 9. *aa* 5. *princip.* Maior *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 5. Vgolin. *de Simon. tab.* 1. *cap.* 28 §. 3. *num.* 6. Viuald. *in Append. ad Candel. cap.* 1. *nu.* 35. Zerola *in Praxi Epiſcop. par.* 2. verbo. *Penſionarius.* §. 1. Philiar *de offic. Sacerd. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *concluſ.* 3. Fuſch. *de Viſit. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 40. Corduba *lib* 1. *Queſt.* 21. *pun.* 1. Sayr. *lib.* 2. *de cenſur. cap.* 5. *nu.* 15. Beia *par.* 1. *caſu* 37. ver. *Tum quia ſecundum.* Aragon. 2. 2. *queſt.* 100. *ar.* 4. Henriquez *lib.* 13. *ſum. cap.* 13. *num.* 2. Rebuf. *de Pacific. poſſeſſor. numer.* 134. Lopez *par.* 1. *Inſtruct. cap.* 103. Garzia *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 9. Vega *par.* 2. *ſum. cap.* 65 *caſu* 7. Rodriquez *par.* 2. *ſum. cap* 21. *num.* 7. Ripa *Conſult.* 4. *poſt tract. de ſimon.* Nald. *in ſum. verbo.* Penſio. *nu.* 10. Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 8. Vallenſ. *de Benefic. lib.* 4. *tit.* 14. *tit.* 14 *numer.* 25. Rota *deciſ.* 454. *num.* 7. *par.* 1. Diuer. & *deciſ.* 585. *num.* 3. *par.* 4. Recent. & *deciſ.* 450. *par.* 5. & *in Brittnorienſi Commenda.* 12. Decembr. 1588. coram Gipſio poſt. 1. *volum. Conſil.* Farinac. *deciſ.* 63. *num.* 4.

5 Ratio deſumitur ex doctrina, quã tradit D. Th. 2. 2. *queſt.* 100. *ar.* 4. *in corpore.* vbi ponit duos modos, quibus aliquid temporale eſt adnexum ſpirituali, quorũ primus eſt dependentia à ſpiritualibus, & ponit exemplum in Habere beneficia eccleſiaſtica, quod dicitur ſpiritualibus connexum, quia non competit, niſi habenti officium clericale. Et hæc ſunt materia ſimoniæ, nec vendi poſſũt vt ibi habet. S. Doctor. Hæc autem doctrina locũ habet etiam in penſione clericali, nam ex inſtitutione canonica eſt depẽdens à ſpirituali eo modo, quo ſecundum D. Th. eſt dependens beneficium, cum non cõpetat, niſi habenti officium Clericale. Vt enim quis ſit capax penſionis, oportet ex Conſtitut. Pij V. quod ſit clericus, & proinde requiritur illa habilitas, quæ requiritur ad beneficia, & hęc habilitas eſt quid ſpirituale, quia conſiſtit in Officio clericali, quod ordinatur ad cultum Dei mediante ſeruitio Eccleſiæ; vnde etiam imponitur onus recitandi Officium B. Virginis pro determinando officio ſpirituali clericali. Vnde fit, quod penſio ſit quid adnexum ſpirituali ex inſtitutione canonica, ſicut eſt adnexum beneficium, à quo ſi ſeparetur, non eſt amplius penſio clericalis.

6 Confir. ex doctrina eiuſdem D. Th. *ead.* 2. 2. *quæſt.* 100. *ar.* 1. *ad* 6. vbi habet, quod ſicuti anima viuit ſecundum ſe, & corpus ratione animæ ſibi vnitæ: ita etiam quædam ſunt ſpiritualia ſecundum ſe, & quædam ex hoc, quod talibus adhærent. Quam doctrinam recipit idem Lotter. *lib.* 2. *de re benefic. queſt.* 9. *numer.* 14. tum etiam. *lib.* 3. *quæſt.* 29. *num.* 90. & & hoc pacto declarat, quod iuspatronatus dicitur ſpirituale, non quia ſit tale in ſe, ſed quia adhæret ſpirituali, nempe beneficio. Penſio autem adhæret ſpirituali nempe Officio Clericali, quod non eſt minus ſpirituale, quàm ſit beneficiũ: nam beneficium in tantum eſt ſpirituale, in quantum datur propter officium ſpirituale, Officiũ autem clericale, ſecundũ ſe eſt ſpirituale, cum per ſe primo reſpiciat miniſterium ſpirituale cultus diuini, ad quod clerici aſſumuntur, à quo ſumit ſuam ſpeciem, & determinationem. Et hæc adhæſio eſt inſeparabilis ex parte penſionis, nam per ſeparationem deſtruitur, nec remanet amplius illa penſio, quæ erat prius ex inſtitutione canonica Pij V. nempe penſio clericalis.

7 Ex quibus deducitur, Quod ſi pro obtinenda penſione ſuper alicuius beneficio ineatur contractus aliquis, itaut Titularis non conſentiat omnino gratis impoſitioni, interueniat ſimonia. Quia quicunque contractus circa ſpiritualia, aut iiſdem annexa inducit ſimoniam, vt docet D. Th. 2. 2. *queſt.* 100. *ar.* 1. *ad* 5. Quia

om-

omnis contractus repugnat rebus ſpiritualibus, & iiſdem adnexis, quia non ſunt ſub dominio contrahentiũ; & ſunt altioris ordinis, quàm vt humanis contractibus ſubijci poſſint iuxta ea, quæ tradit idem D. Th. *eod. ar. in corpore*.

An præcedente donatione vſufructus penſio æqualis vſufructui à donatario ſit ſimoniacè conceſſa. Quæſt. 179.

S V M M A.

1 *Caſus controuerſus.*
2 *Donatio vſufructus æqualis penſioni petita à beneficiario inducit ſimoniam.*
Pactum tacitum ſufficit pro ſimonia.
3 *Coniectura, vnde deſumitur pactum tacitum.*
Ordo actuum adinuicem inducit correſpectiuitatem.
4 *Correſpectiuitas ſtat cum interuallo temporis inter vnum & alium actum.*
5 *Correſpectiuas quid operetur.*
Obligatio naſcitur ex conſensu duorum in idem.
6 *Conſenſus in penſionẽ poſt donationem æqualis vſufructus, eſt facta ita vim tali donationis, &c.*
7 *Simonia probatur ex coniecturis, & præſumptionibus,*
Et ex correſpectiuitate actuum.

1 Titius pluries rogauit Paulum, vt conſentiret, vt ſuper beneficio poſſeſſo imponeretur penſio ad ſui fauorẽ, qui ſemper tenuit præſtare conſenſum, quamuis pollicerètur, ſe non exacturum dictam penſionem quãdiù ipſe viueret. Tandem declarauit mẽtem ſuam, quod ſi inueniretur modus honeſtus, quo releuaretur onere penſionis, & ſibi caueretur, quod ex dicta cõceſsione damnum non pateretur, conſenſiſſet impoſitioni. Poſt aliquod tempus Paulo vſumfructũ æqualem penſioni, quã petieras, cũ ea conditione donauit, quod ſi annuatim non exigeret vſufructum, elapſo anno non poſſet amplius illum petere, addiditque ſe donare ob gratitudinem beneficiorum acceptorum, & quæ ſperabat deinceps accepturum. Elapſo aliquo tempore rurſus inſtanit pro penſione æquali vſufructui, & obtinuit conſenſum. Dubitatur modo, an in hoc facto interuenerit ſimonia.

2 Ex *affirmatiuè reſoluendum eſt*. Quia ſumus in caſu, in quo temporale datur pro adnexo ſpirituali, nempe annuus vſufructus pro penſione, in quo conſiſtit eſsentia ſimoniæ iuxta eius definitionem communiter receptam. Et quamuis videatur deeſse pactum, quòd eſt neceſſarium pro inducenda ſimonia Cap. *Qui ſtudet. 1. Quæſt. 1.* & Cap. *Cum pridem.* ver. *Nos eam non duximus*. De *pact.* & Cap. *Quæſitum. De rer. permut.* Adeſt tamen pactum tacitum, quia iam titularis expreſſerat, ſe conſenſurum in penſionem, ſi reperiretur modus honeſtus, quo indemnis ſeruari poſset à ſolutione penſionis, dum ipſi donatur vſufructus æqualis penſioni, & ſequuta donatione conſentit in penſionem, quia releuatur ab onere, quod aſſumit ſoluendi penſionem. Hoc autem pactum tacitum ſufficit ad inducendam ſimoniam, vt tradũt *Doctores in Cap. Quæſitum.* De *rer. permut.* Card in. *nu.* 2. Anchacharan. *num.* 2. & 3. Lotter. *de re benefic. lib.* 3. *quæſt.* 29. *num.* 45.

3 Et quamuis in donatione vſufructus exprimatur cauſa gratitudinis ob accepta beneficia, exprimitur tamen, quod etiam ordinetur ad obtinendam penſionem, dum additur, quod fit donatio etiã propter beneficia, quæ ſperat donas, ſe recepturum à donatario, ſub quibus certè beneficiis continetur obtentio penſionis. Præſertim quia vſufructus donatus eſt æqualis penſioni, & donatio eſt correſpectiua ad declarationem titularis, qua declarauit, ſe conſenſurum in penſionem, ſi reperiretur modus, quo tutus eſſet, quod releuaretur ab onere penſionis, quod aſſumeret; hęc enim donatio ipsũ releuabat, quia, ſi ab ipſo exigebatur pẽſio, exigibat ipſe vſufructum, & compenſabatur pẽſio. Rurſus ſequuta hac donatione ipſe conſenſit in penſionem; quæ omnia ad oculum demõſtrans, quod donatio ſit ſequuta pro aſsecuratione titularis, & quod titularis conſenſit in penſionem,

nem, quia fuit aſſecuratus; & proinde quod iſti actus fuerint inter ſe correſpectiui iuxta ea, quæ tradūt Ancharan. *conſil.* 374. *num.* 3. ver. *Præterea aduertendum.* Craueta *conſil.* 153. *num.* 8. ver. *Idem ſi nō* Bald. *in l. Si prędium. nu.* 3. *C. De pred. min*, Dec. *conſil.* 636. *num.* 8. Bart. *in l. Cum ſet. nus. num.* 4. *ff.* De *verbor. obligat.* Caſtrens. *conſil.* 64. *n.* 4. ver. *Debet ergo lib.* 2. Alexan. *conſil.* 52. *nu.* 24. *lib.* 4. Abbas *in Cap. penul. num.* 7. *De conuerſat. coniug.* Menoch. *prę-ſump.* 49. *num.* 9. *lib.* 3 Surdus *deciſ.* 93. *num.* 25. Mantica *de tacit. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 3. Rota coram Veral. *deciſ.* 235. *num.* 1. *par.* 1. & coram Durano *deciſ.* 11. *num.* 12. & coram Merlino. *deciſ.* 820. *nu.* 1. & *deciſ.* 89. *nu.* 2. *par.* 3. Recent. & *deciſ.* 647. *num.* 6. *par.* 4. & *deciſ.* 197. *num.* 25. *par.* 5.

4 Nec obſtat, quod inter vnum, & alterum actum interceſſerit aliquod interuallum temporis, quia pro correſpectiuitate ſufficit, vt vnus ſit factus contēplatione alterius, vt tradunt Craueta *conſil.* 153. *nu.* 8. ver. *Idem ſi non in continenti*, & *conſil.* 156. *num.* 17. ver. *Non obſtat tertium.* Ancharan. *conſil.* 434. *num.* 3. *ver. Præterea.* Seſſe *deciſ. Aragon.* 19. *num.* 9. *par.* 1. Rota coram Seraphino. *deciſ.* 619. *num.* 7. & *deciſ.* 233. *numer.* 2. *par.* 4. Recent. & coram Pennia. *dec.* 1441. *n.* 3. Quod autē iſti actus ſint facti ob mutuam contemplationem ad inuicem, ſatis conſtat ex ordine, quem habent ad inuicem, & quia ex eadem cauſa procedunt, & tendunt ad eumdem finem.

5 Hæc autem correſpectiuitas operatur, quod donatio vſufructus, ſit facta pro obtinenda penſione, cū ſit facta pro aſſecurando titulari, quod non ſentiret incommodum ex cōſenſu in penſionem, atque adeo pro ponenda conditione, ſub qua erat conſenſurus. Atque adeo operata eſt, quod partes tacitè in vnum, et idem conſenſerint, nempe vna pars in aſſecurationem titularis, quod non ſentiret incommodum, & alia in conſenſum pro penſione cum dicta aſſecuratione, ex quo naſcitur mutua obligatio *l.* 1. *ff. De pactis.* & *l. Stychum.* §. *Naturalis. ff.* Soluto *matrimonio*, quæ ratione ſubiectæ materiæ inducit ſimoniam:

6 Denique cum præceſſerit tractatus de imponenda penſione, et titularis declarauerit animum ſuum conſentiendi, quando aſſecuraretur, ſe inde non percepturum aliud incommodum; & donatio vſufructus eum quòad hoc aſſecuraret, conſenſus pro impoſitione penſionis præſumitur exhibitus in vim præcedentis tractatus, et facti precedentis iuxta *l.* 3. §. *Verum. ff. De manumiſ.* & *l. Qui in aliena.* & *l. Si is, qui putabat ff. De acquir. hæred.* & notant Craueta *conſil.* 91. *num.* 9. Surd. *deciſ.* 288. *numer.* 33. Rota coram Merlino *deciſ.* 327. *num.* 3. Vnde cum conſenſus in penſionem cauſam habeat ex præcedenti tractatu, et ex facto donationis, cū vſufructus ſit donatus, vt ſi exigeretur penſio, poſſet titularis teleuari ab incommodo exigendo vſufructum erit ſimoniacus.

7 Ex quibus deducitur, quod prædicta penſio pro nulla eſt habenda, cum ſufficiant ad probandam ſimoniam coniecturę, & pręſumptionem Cap. *Per tuas*, & Cap. *Sicut.* 1. De *Simon.* & notant *ibi.* Abbas, & Innocent. Sicut etiam probatur ex correſpectiuitate actuum. Cap. *Cum pridem.* & Cap. *fin.* De *pact.* & notāt Lotterus *de Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 29. *numer.* 64. Rota coram Seraphino *deciſ.* 237. *numer.* 1. Quę omnia concurrunt in pręſenti. Et ideo nō poteſt penſionarius exigere penſionem à ſucceſſore titulari: nec ſucceſſor tenetur ſoluere.

An valeat penſio, ſi titularis conſentiat imponi ſuper proprio beneficio, ſi releuetur ab incommodo. Qu. 180.

SVMMA

1 *Pacta præcedentia reddunt ſimoniacam reſeruationem penſionis.*

Pacta omnia in beneficialibus inducunt ſimoniam.

2 *Penſio compenſata à penſionario eſt nulla ſlāte clauſula de reali ſolutione.*

Fraus, per quam onus penſionis redundat in ſolum ſucceſſorem in beneficio, inficit penſionem.

3 Do.

3 *Donatio vſufructus æquali penſioni facta conſentienti in penſionem quid operetur.*
4 *Realis ſolutio penſionis. quando ſit ſimulata. Solutio ſimulata habetur pro non facta.*
5 *Penſionarius non exigens penſionem declarat colluſionem, &c. Simulatio ex qua coniectura deſumatur.*
6 *Si penſio realiter non ſoluatur, redditur nulla ob clauſulam realis ſolutionis.*
7 *Quietantia, & inſtrumenta non probant veram ſolutionem.*

---

1 Beneficiatus rogatur, vt conſentiat imponi penſionem ſuper proprio beneficio; & quia imponitur, cum clauſula, quod nulla ſit, niſi realiter, & cum effectu ſoluatur, penſionarius, vt ipſum releuet ab incommodo ſolutionis ipſi donat vſufructum æqualem penſioni. Quæritur modo an talis penſio ſubſtineri poſſit tanquam valida. Et quidem, ſi de hoc præceſſit aliquod pactum, certum eſt, non eſſe validam, ſed ſimoniacam. Nam pactiones omnes in hac materia, ſunt de iure prohibitæ, & inducunt ſimoniam. Cap. *Cum pridem*. & Cap. *Pactiones*, De *pact*, & Cap. *Quæſitum*. De *rer. permut.* & notant Abbas *ibid. num.* 7. Dec *conſil.* 141. Rebuf. *in praxi, benefic* Tit. *De permut. num.* 52. Vnde dubium remanet, quid dicondum ſecluſo pacto, aut ſi pactum poſt impoſitam penſionem additum ſit.

2 Et reſoluendum eſt. *Huiuſmodi penſionem eſſe nullam ſtante dicta clauſula quod ſit nulla, niſi realiter, & cum effectu ſoluatur.* Ratio eſt. Quia talis clauſula in eum finē ponitur, vt excludatur fraus, per quam ſucceſſor in beneficio grauetur onere penſionis, & præcludatur via Summo Pontifici, ne poſſit imponere beneficio penſionem, quam aliás poſſet imponere, & per quam releuetur titularis conſentiens in reſeruationem ab incommodo ſolutionis; quæ fraus ſufficit ad inficiendam penſionem iuxta ea, quæ ponderant Paris. *de reſignat. lib.* 13. *quæſt.* 4. *numer.* 2. Grarian, *Diſcep. Forenſ.* 167. *num.* 14. Monach. *deciſ. Lucenſ.* 37. *num.* 48. Rota coram Puteo. *deciſ.* 155. *num.* 1. *lib.* 3. & coram Merlino *deciſ.* 701. *num.* 7.

3 Et confir. fraus. Quia donatio vſufructus æquiualentis pēſioni, declarat antecedentem intentionem forſan etiam notificatam, quod penſionarius non eſſet ſubiturus incommodum penſionis iuxta §. *Pauonum. Inſtit. De rer. diuiſ.* & *l. Si hi, qui.* ver. *Si hi. ff.* De *adult.* & notant Surdus *deciſ.* 326. *num.* 85. Gratian. *Diſcept. Forenſ. cap.* 58. *num.* 25. Rota *deciſ.* 365. *num.* 1. *par.* 2. *Recent.* Et proinde detegitur animus aggrauandi tantum ſucceſſorem in beneficio, & non titularem de præſenti contra id, quod intendit Papa reſeruans penſionem cum prædicta clauſula.

4 Et quamuis ſequuta ſit realis ſolutio penſionis, quia tamen eadem quantitas erat reuerſura breui interuallo ad ſoluentem mediante ſolutione vſufruct: aut prius ſoluendus vſufructus, quàm ſolueretur penſio, ſolutio eſt ſimulata iuxta *l. Eleganter.* §. 1. *ff.* De *dolo.* & notat Bald. *in l.* 23. C. De *mandat.* Et proinde ſolutio habetur pro non facta *l. Nihil. ff.* De *inoffic. teſtamen.* & *l.* 1. & toto *Tit. ff.* De *colluſ.* & *l. Si ſeruus plurium.* §. *Si quis ante. ff.* De *leg.* 1. & obſeruant Surd. *conſil.* 3. *nu.* 29. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 55. *num.* 21. Menoch. *præſum.* 26. *lib.* 5. Molina *de primogen. lib.* 4. *cap* 8. *num.* 9. Rota coram Seraphino *deciſ.* 763. *num.* 9. & coram Merlino *deciſ.* 516. *num.* 1. Vnde non eſt ſeruata cum effectu conditio, ſub qua reſeruata fuit penſio; quia per dictam clauſulam exigitur realis ſolutio permanens, & ſine aliqua ſimulatione, ita vt titularis ſentiat incommodum ſolutionis.

5 Et hoc à fortiori reſoluendum eſt, quando penſionarius non exegit penſionem, nec titularis vſufructum: hoc enim declarat, quod cauſa donationis vſufructus ſit ex cauſa aſſecurandi titularem, in caſu, quod cogeretur ad ſoluendam penſionem: & præbet ſufficientiſſimas cōiecturas colluſionis iuxta *l. Quia autem.* §. Non *ſimpliciter. ff.* Si *quis om. cau. teſtam.* Et notant Bald. *in l.* 1. *num.* 10. *in fine* C. Si *quis omiſ. cau. teſt.* Anan. *in Rubr. de colluſ. deteg. num.* 4. Rota coram Seraphino *deciſ.* 763. *num.* 8. & deciſ. 23. *num.* 3. *par.* 1. Recent, poriſsima enim coniectura ſimulationis eſt, quod titularis non ſol-

uerit penſionē reſeruatam, & pēſionarius non ſoluerit vſufructum. iuxta *l. Sicut.* §. *Superuacaneum. ff.* Quib. *mod.pign. vel hypot.ſol.* & notant Bar. *in l. Poſt contractū. ff.* De *donat.* Craueta *conſil.* 100.*num.*6. Afflict. *deciſ.*40.*num.*17. Surd. *deciſ.* 34. *num.* 4. Rota coram Pennia *deciſ.* 258. *num.* 8.

6 Et euidenter conſtat de nullitate reſeruationis, quia non fuit ſeruata conditio realis ſolutionis, ſub qua manutenebatur penſio, vt ponderat Rota *in Lunen. Sarzanen.penſionis 26. Februar.* 1616. coram Burato. & *in Lucana penſionis 21. April.* 1617. coram Pirouano. & in *Fauentina penſionis*. 12. Nouemb. 1620. coram Caualero. & in *Spoletana penſionis*. 24. *Ianuar.*1622. coram Vbaldo, & coram Merlino *deciſ.*123.*num.*2. & *deciſ.*701.*num.*9.

7 Et pro foro externo, non iuuant inſtrumenta, ſeu quietantiæ ſolutionis, niſi verè ſit facta ſolutio, & de ipſa conſtet. Quia cum in reſeruatione penſionis pro eiuſdem ſubſiſtentia requiratur vera, & realis ſolutio, docendum eſt de vera, & reali ſolutione iuxta *l. Lucius.* §. *Tutelas ff.* De *adminiſtrat. & pericul. tut.* et notant Bart. *in l. Si ex cautione.num.*10.C. De *non num.pecu. in* 2.*lect.* Alexan. *conſil.*132.*nu.* 6.*lib.*4. Natta *conſil.*543.*num.*19.*lib.*3. Rota coram Seraph. *deciſ.*302.*num.*2. & *in terminis* penſionis reſeruatæ cum dicta clauſula Rota in dict. *Lucana Lunenſi, & Spolatana penſionis. num. præced.* citatis.

An titularis poſſit denegare penſionem penſionario non deferenti habitum Clericalem. Quæſt. 181.

S V M M A

1 *Penſionarij non deferentes habitum clericalem ſunt ipſo facto priuati penſione.*
2 *Reſpectu quarum penſionum id habeat locum:*
3 *Equites militares capaces penſionis non tenentur deferre habitum Clericalem.*
4 *Obligatio deferendi habitum Clericalem, quando incipiat in penſionario.*
5 *Penſionarius non deferens habitum Clericalem amittit penſionem ſine decreto Iudicis.*
6 *Requiritur tamen, vt conueniatur, & declaretur delictum.*
Quando imponitur pœna ipſo iure, ſupponitur delictum punibile.
7 *Pœna impoſita ipſo iure adhuc audiri debet delinquens.*
Defenſioni derogari non poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis.
8 *Deferens veſtes clericales ſine tonſura an amittat penſionem.*
9 *Habitus clericalis conſiſtit in veſte, & tonſura copulatiuè.*
10 *Durante lite ſuper penſione, ſi penſionarius non incedat in habitu, an poſſit poſtea exigere penſiones tunc decurrentes.*

1 Extat *Conſtitutio* 92. *tom.* 2. *Bullar.* Sixti V. in qua ſtatuitur, quod penſionarii non deferentes habitum clericalem ſint ipſo iure priuati abſque alia monitione, citatione, aut iudicis miniſterio. Et ita notant Garzias *de benefic.par.*7. *cap.*1.*num.*18. Viuald. *in expoſit.huius Conſtit.poſt Candelab.aureum* Lotter. *de re benefic. lib.*1. *quæſt.* 42. *num.* 52. Rota *deciſ.*158. *num.*16. *par.*1. *Recent.* & in *Florens.penſionis.*7. *Iunij* 1627. coram Vbaldo, & in *Cæſarauguſtana penſionis.* 3. *Iunij* 1622. coram Coccino, & coram Merlino *deciſ.*382.

2 Eſt tamen aduertendum quod huiuſmodi Conſtitutio non habet locum, quò ad omnes penſiones, ſed ſolum quò ad eas, quæ excedunt ſexaginta ducatos aureos de Camera, vt notant Lotter. *num. præceden. citat.* & declarauit idem Sixtus V. *in Conſtit. declaratoria prioris Conſtit.* §.2. poſt dict. *Conſtit.*92.*tom.*2.*Bullar.* Hoc autem intelligitur, vt declarat *ibid.* Pontifex, ſiue hæc ſumma conſiſtat in vna, ſiue in pluribus penſionibus. Et proinde ſufficiet, quod plures penſiones, licet in ſe tenues, excedant ſimul ſumptæ ducatos ſexaginta aureos de Camera, qui faciunt nonaginta ſex ſcuta argentea.

3 Similiter etiam eſt aduertendum, quod Equites militares, qui capaces ſunt penſionis, excipiuntur ab hac Conſtitutione, dummodo tamen incedant cum habitu, & inſignibus ſuæ militiæ, vt etiam obſeruat Rota coram Merlino *deciſ.* 382. *num.* 3. & indulſit idem Summus Pontifex

ſex in eadem *Conſtit. declarat.* §. 5. de qua *num. praced.* Quia cum teneantur incedere cum habitu ſuæ militiæ, non putauit æquum Summus Pontifex, quod propter penſionem mutarent habitū; aliàs priuilegium capacitatis penſionis, euaderet oneroſum militiæ, dum cogeret ad dimittendum proprium habitum: nec eſſet ſpeciale priuilegium, ſed eſſet illud idem, quo fruuntur Clerici.

4 Denique eſt obſeruandum. Quod obligatio deferendi habitum, & tonſuram clericalem quò ad penſionarios non incipit, niſi quando incipiunt exigere penſionem, aut per eos ſtat, quod non exigant, vt obſeruant Lotter. *de re beneficiar. quæſt.* 42. *num.* 53 *lib.* 1. Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 20. *num.* 4. & declarauit idem Pontifex §. 5. *dict. Conſtit. declarat.* Et ideo ſi poſt conceſſionem penſionis moueatur lis ſuper reſeruatione, non tenebitur penſionarius durante lite incedere in habitu.

5 His autē præmiſſis dubitatur, an ſi penſionarius extra dictos caſus non incedat in habitu, poſſit titularis denegare penſionem abſque alio iudicio. Et difficultatem faciunt verba eiuſdem *Conſtitutionis* 92. §. 3. eiuſdem Pontificis Sixti V. ibi. *Harum ſerie ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine priuamus, ac ſine vlla monitione, citatione, Iudicis decreto, ac miniſterio ipſo facto priuatos declaramus, ac tàm beneficia ipſa per priuationem huiuſmodi vacare, & liberè alijs conferri poſſe, quam etiam penſiones caſſatas, extinctas eſſe, & fore, ac fructuum, vel aliarum rerū reſeruationes ceſſare, & quemquam vlterius ad illarum ſolutionem minimè teneri, & ob non ſolutionem cenſuras, & pœnas aliquas incurrere non poſſe, nec debere, decernimus.* Ex quibus videtur concludendum, quod ſtatim ſit locus denegationi penſionis, cùm iā à lege penſionarius ſit priuatus, & lex excludat miniſterium iudicis, ſed ſeipſa ſortiatur effectum.

6 Tenendum tamen eſt. *Penſionarium adhuc conueniendum coram iudice, non in ordine ad priuationem penſionis, aut declarationem priuationis, ſed in ordine ad iuſtificandum, quod inceſſerit ſine habitu;* & vt poſſit ſe defendere, & allegare, ſi quid habet, quo poſſit ſe tueri, quod non inciderit in pœnam legis. Ratio eſt. Quia dicta Conſtitutio ſupponit factum, quod penſionarius incedat ſine habitu, & ſuper ipſo diſponit, puniendo ipſo iure, & abſque miniſterio iudicis. Ergo ſupponit quod factum ſit in eo ſtatu, in quo ſit capax punitionis, ita vt excludendo citationem, & miniſterium iudicis, ſolum excludat in ordine ad punitionem: ſiquidem excludit in ordine ad id, quod ipſe Pontifex præſtat de plenitudine poteſtatis, vt ſatis declarant illa verba. *Deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine priuamus, ac ſine vlla alia monitione, citatione, iudicis Decreto, aut miniſterio ipſo facto priuatos declaramus.*

7 Cum ergo nullum factum ſit in ſtatu, in quo poſſit puniri, niſi de ipſo legitimè conſtet, aut in iudicio, aut ſaltem ipſimet ſupremo Principi: & quod delinquenti nulla competat excuſatio, adhuc requiritur, vt penſionarius remaneat priuatus penſione, quod legitimè conſtet, quod dimiſerit habitum clericalem, & quod nulla ei ſuppetat excuſatio iuſta. Poſſet enim allegare aut diſpenſationem, aut caſum aliquem, qui ex mente legislatoris non comprehenderetur ſub lege iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in Clement.* 2. verbo, *Rationabilis.* De vita, & *honeſt. Cler.* Vital in *num.* 5. Cardin. *nu.* 4. Io. de Imola *num.* 1. *not.* 2. Ancharan. *num.* 10. Capra *numer.* 2. per tex. dic. Clemen. & ideo Conſtit. Sixti V. recipit interpretat. à dic. Clemen. *l.* 2. *ff. De noxal.* & *l. Quamuis. ff.* De *in ius vocan.* Et proinde antequam ſubeat pœnam, debet audiri, ne indefenſus condemnetur, quod non poteſt facere Pontifex, neque etiam de plenitudine poteſtatis, quia non poteſt derogare defenſioni, cum ſit de iure naturali diuino. *l. Vt vim vi. ff.* De *iuſt.* & *iure.* & *l.* 1. C. *Vnde vi.* & Cap. *Ius naturale Diſt.* 1. & Cap. *Secundo requires* §. *Tertiò.* De *appellat.* & Cap. *Cum inter.* De *except.* & Clement. *Paſtoralis.* §. *Cæterum.* De *re iud.* Et tradunt communiter Doctores præſertim in citat. tex.

8 Hinc vero inſurgit dubium, an ſi

deferat habitum, ſed ſine tonſura, an habeat locum Conſtitutio præfata, & pœna priuationis. Et *affirmatiuè reſoluendum eſt*. Quia Pontifex in dicta Conſtitut. loquitur copulatiuè de habitu, & tonſura Clericali, vt conſtat ex illis verbis. §. 2. *Tonſuram, & habitum Clericalem, veſtes ſcilicet talares*. Et rurſus. *In futurum autem non niſi actu Clericis, in habitu clericali, & tonſura incedentibus*. Nec obſtat, quod *§. 3. ſequen.* vbi imponit pœnas, loquatur tantum de habitu, & non de tonſura, quia loquitur de habitu relatiuè ad expreſſum, ibi. *Qui quò ad geſtandum habitum clericalem, & militarem ſupradictum &c.* & proinde intelligit de habitu coniuncto cum tonſura,

9 Et ratio eſt. Quia habitus Clericalis conſiſtit copulatiuè in veſte talari, & tonſura, vt obſeruant Io. Andr. *in Cap. Si iudex laicus. num. 1. De ſent. excommunicat. in* 6. Bald. *in l.* Si *qua per calumniam. num.* 3. ver. *Vlterius quæritur*. C. de *Epiſcop. & Cler.* Guido Papa *deciſ.* 138. *numer.* 1. ver. *Quod propterea*. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 34. *nu.* 25. Garzia *de benefic. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 20. Lotter. *De benefic. quæſt.* 36. *nu.* 74. *lib.* 3. Pendet enim habitus huiuſmodi ex inſtitutione Eccleſiæ: & ideo ſecundum menſurã inſtitutionis attendi debet.

10 Rurſus etiam dubitatur, an ſi penſionarius durante lite ſuper penſione non incedat in habitu clericali, poſſit ſententia lata in eius fauorem prætendere penſiones decurſas. Videtur enim affirmatiue reſoluendum. Quia non tenetur deferre habitum clericalem, niſi quando exigit penſionem, aut per ipſum non ſtat, quin exigat. Dum autem pendet lis ſuper penſione, neque exigit, neque per ipſum ſtat, quod non exigat. Verum oppoſitum tenendum eſt. Quia ex dicta Conſtit. Sixti V. vt quis ſit capax penſionis, & poſſit eam exigere, & facere ſuam, nedum requiritur Clericatus, ſed etiam habitus clericalis, & ideò, ſi non defert pendente lite, non acquirit ius ad penſiones, quæ interim decurrunt.

An Conſtitutio Sixti V. priuans clericos beneficijs, & penſionibus, ſi non incedunt in habitu clericali, ſit vſu recepta. Quæſt. 182.

SVMMA

1 *Conſtitutio Sixti V. priuans beneficijs, & penſionibus non deferentes habitum Clericalem eſt vſu recepta.*
2 *Ratio Lotterij.*
3 *Leges Pontificiæ non vſu abrogantur. Naturalis ratio habet vim legis.*
4 *In iudicijs obſeruatur dicta Conſtit. Sixti V. circa penſiones, &c.*
5 *Actus contrarius non ſinit, quod conſuetudo vires ſumat.*
6 *Pœna euitatur, quando Conſtitutio Pontificia vt plurimum non ſeruatur. Qualibet cauſa, etiam non iuſta, excuſat à pœna.*

1 Videtur negare quamuis ſub dubio Garzia *de beneficijs par.* 7. *cap.* 1. *num.* 24. ſaltem quò ad hoc, quod non deferentes habitum clericalem, maximè tonſuram, ſint ipſo facto priuati beneficijs, & quod collatio ipſis facta ſit nulla. Nullum tamen motiuum inſinuat, vnde colligi poſſit, quod non ſit in vſu. Itaque tenendum eſt. *Quod non ſit vſu abrogato ſed maneat in ſuo vigore*. Ita ſpecialiter Lotter. *De re benefic. quæſt.* 26. *num.* 92. *lib.* 3. Rota *in Tullenſi penſionis* 21. *April.* 1621. coram Coccino,

2 Et pro ſuæ opinionis confirmatione, ſe remittit Lotter. ad ea, quæ dixerat *quæſt. præced.* 25. *num.* 40. nempe quod cum agatur de lege Pontificis, non poteſt allegari non vſus, quia cum non habeat poteſtatem à Populo, ſed à Deo immediatè, neque etiam per mille annos extinguitur vis legis per vſum contrarium, et vocat oppoſitum abſurdiſſimum, et citat *deciſ.* Rotę 83. *nu.* 1. coram Caualero. vbi allegantur Iaſ. et Alexander. ibi tamen ſubditur, quod quando non probatur

ſcientia

ſcientia Papæ contrarius vſus non ſuffragatur. Vnde videtur admittere contrariũ vſum, quando adeſt ſcientia Papæ.

3 Verum communiſſima ſententia admittit, Pontificias quoque leges non vſu, & conſuetudine abrogari. Ita communiter Theologi cum D. Th. 1.2. *quæſt.* 97. Summiſtæ. *verbo.* Cõſuetudo, & Canoniſtæ *in Cap. fin. De conſuet.* & in hoc tex. id expreſsè declaratur. ibi. *Licet etiam longeuę conſuetudinis non ſit vilis auctoritas, non tamen eſt vſque adeo valitura, vt vel iuri poſitiuo debeat praiudiciam generare, niſi fuerit rationabiliter, & legitimè præſcripta.* Vis ergo abrogandi ius poſitiuum tribuitur conſuetudini ſecundum ſe, nec requiritur ſcientia Pontificis. Et ita etiam tenuit Rota corã Mohed. *deciſ.* 1. *de Conſtit.* & Deciſ. 8. *nu.* 1. *de locat.* & *deciſ.* 896. *nu.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. Diuerſ. Nec obſtat, quòd auctoritas Papæ ſit immediatè à Deo, quia ex hoc ſolum fit, quod poſſit leges ferre independenter à populo: non autem quod conſuetudo non poſſit eas abrogare, quia adhuc cenſentur poſitæ ſeruata natura legis, quæ eſt talis, vt poſſit contra ipſam præualere conſuetudo rationabilis, ſiquidem cum vis legis conſiſtat in ratione, debet etiam cedere, quando cędit ratio alteri rationi. Pręſertim quia naturalis ratio habet vim legis *l. Cum ratio. ff. De bon. damnat.* & *l. Scire oportet. §. Sufficit, ff. De excuſat. tut.* Et ideo quando informat conſuetudinem, dat illi robur abrogandi quamcunque legem.

4 Quod ergo dicta Conſtitutio Sixti V. non ſit vſu abrogata, ex eo deſumitur, quod in iudiciis manutenetur in ſuo robore, & ſecundum ipſam iudicatur. Sic eã manutenet Rota, & ſecundum ipſam iudicat *deciſ.* 158. *num.* 16. *par.* 1. Recent. & *in Eborenſi penſionis 7. Iunij 1627.* coram Vbaldo & *in Cęſaraugustana penſionis 3. Iunij. 1623.* coram Coccino, & corã Merlino *deciſ.* 382. *num.* 1. Hoc autem ſufficit ad manutenendam Conſtitutionem in ſuo vigore, & quod non ſit vſu abrogata.

5 Et quamuis aliqui eam non ſeruent, non poteſt hinc concludi conſuetudo cõtraria, ſed potius violatio legis, quia prædicti actus non obſeruantiæ, etiam ſi eſſent maioris partis non ſunt actus inconcuſſi, ſed interrumpuntur per ſententias in contrarium, quæ euertunt conſuetudinem, & tanquam actus contrarii non ſinunt vires ſumere iuxta ea, quæ tradunt. Batt. *in l. Semper in ſtipulationibus. in fine. ff De reg. iur.* Cagnol. *num.* 12. Surd. *conſil.* 393. *num.* 23. Schrader. cum aliis *de Feud. par.* 10. *ſect.* 20. *num.* 157. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 162. *num.* 9. & coram Merlino *deciſ.* 554. *num.* 3.

6 Si tamen in aliquo loco dicta Cõſtitutio vt plurimum non ſeruaretur, ſufficeret ad pœnam euitandam iuxta doctrinam, quam tradunt Bart. *in l.* 1. *§. Apud Labeonem. numer.* 1. *ff. De adilit. edic.* Surd. *conſil.* 327. *num.* 51. Roland. *conſil.* 96. *nu.* 26. *lib.* 2. Gutierez *Canon. quæſt. cap.* 8. *num.* 9. ver. *Varietas autem lib.* 1. Lotter. *de re benefic. quęſt.* 25. *num.* 42. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 356. *nu.* 9. *par.* 1. *Recent.* Non quidem quaſi prætendi poſſet non vſus; ſed quia quælibet cauſa, licet non iuſta, excuſat à pœna, vt tradunt communiter Doctores Alexand. *conſil.* 233. *num.* 12. *lib.* 6. Craueta *conſil.* 6. *num.* 89. Bald. *in l.* 2. *§. Quod obſeruari C. De iuram. calum.* Iaſ. *in l.* 2. *num.* 61. C. *De iure emphit.* Menoch. *de Recuper. poſſeſſ. remed.* 3. *num* 49. Marſil. *in l.* 1. *§. Prętereа. numer.* 13. *ff.* Ad *leg. Cornel. de Sicur.* Clar. *in Pract. §. fin. quęſt.* 60. ver. *Et generaliter.*

An Vicarius generalis Epiſcopi præcedat Archidiaconum, aut aliam primam dignitatem in Choro Proceſſionibus &c. Quæſt. 183.

SVMMA

1 *Menochius ſcripſit pro præcedentia Archidiaconi ſupra Vicarium.*
2 *Vicarius Generalis. præcedit Archidiaconum etiam in functionibus eccleſiaſticis.*
3 *Vicarius facit vnum Tribunal cum Epiſcopo. Eſt ſuperior Archidiaconi.*
4 *Vicarius, ſi ſit canonicus, non percipit diſtributiones, niſi ſedeat ſuo loco.*
Vicarius, interueniens vt canonicus tenet locum Canonici.

5 *Vicarius Capituli Sede vacante incedit poſt primam dignitatem.*

1 VAlde controuerſum eſt, cuinā cōueniat præcedentia Vicatione Generali Epiſcopi, an Archidiacono, ſeu primæ dignitati, quocunque alio nomine appelletur. In fauorem Archidiaconi ſcripſit Menoch. integrum Conſil. qui eſt inter eius *conſilia* 51. in quo concludit præcedentiam pro Archidiacono in ordine ad functiones Eccleſiaſticas, ſeu in loco functionum Eccleſiaſticarum, vt in Choro, in Eccleſia, in proceſſionibus. Similiter etiam, alterum conſilium in ead. materia, quod eſt 257. & vtrobique plura allegat, & latè probat ad fauorem Archidiaconi.

2 Communis tamen ſententia ſtat pro Vicario Generali Epiſcopi. Ita Iaſ. *in l. De quibus. num.* 69. *ff.* De *legib.* Felin. *in Rubr. De maior. & obed. num.* 10. Roch. de Curte *De conſuet. Cap. vlt. nu.* 110. Beroius. *conſil.* 21. *per totum vol.* 1. Cardin. *in Cap. fin. De offic. leg. in* 6. Rebuf. *in Praxi.* Tit. *De Vicar. Epiſ. num.* 7. Boer. *de auctor. magni Conſil. num.* 77. *in fine.* Staphil. *De litt. r. grat. par.* 2. *De modo, & for. impet.* ver. *Dubitatur.* Gambar. *De legato lib.* 3. *num.* 109. Caſſan. *in Cathal. glor. mun. par.* 4. *conſiderat.* 46. Anton. de Præt. *De iuriſdic. Epiſ. cap.* 6. *nu.* 41. Bottus *de ſynodo. par.* 3. *num.* 20. Cuchus *Iuſtit. Canon. Tit.* 8. *de Vicar. Epiſ. num.* 29. *lib.* 2. Fuſch. *lib.* 1. *de Viſit. cap.* 2. *num.* 19. Io. de Annono *ſingul.* 28. *tom.* 2. *ſingul. Varior.* Doct. Zerola *in Praxi par.* 1. verb. *Vicarius.* §. 15. Sbrozzius *de Offic. Vicar. lib.* 2. *quęſt.* 25. *numer.* 1. Et alii penes citat. Doctores. Rota coram Seraphino. *deciſ.* 639. *num.* 10.

3 Et hanc ſententiam amplexa eſt S. Congregat. in *Mondouinienſi* 20. *Auguſti* 1586. & in alia *Vicentina* 16. *Martij* 1604. Et facit pro ipſa valida ratio: nempe quia Vicarius eſt ſuperior, & Archidiaconus ſubditus; Vicarius enim facit vnicum Tribunal cum Epiſcopo Cap. *Non putamus.* De *conſuet. in* 6. & Cap. *Romana.* De *appellat.* & Clemen. 2. *De reſcrip.* & communiter, & vtitur auctoritate, & poteſtate Epiſcopi. Vnde omnes illi, qui ſubduntur Epiſcopo, ſubduntur etiam Vicario. Archidiaconus autem, ſeu prima dignitas ſubditur Epiſcopo. Eſſet autem irrationabile, quod ſubditus pręcederet ſuperiorem.

4 Eſt tamen aduertendum, quò ad diſtributiones, quod ſi ſit canonicus, non poterit eas percipere, niſi ſedeat. & incedat in loco ſuo cum habitu canonicali, vt pluries reſoluit S. Congregat. vt in *Sutrina* 26. *Auguſti* 1594. & in alia *Laniconenſi* 24. *Martij* 1599. Et obſeruant etiam Barboſa *de Poteſt. Epiſ. allegat.* 54. *numer.* 144. Neque enim ius habet ad percipiendas diſtributiones tanquam Vicarius, ſed tāquam Canonicus: & ideo, debet interuenire tanquam Canonicus. Quādo autem interuenit tanquam canonicus debet tenere locum, qui illi vt tali competit. vt tradunt Felin. *in Rubr. De maior. & obed. nu.* 4. *in fine.* Menoch. *De arbitrar. caſu* 68. *num.* 23. *lib.* 2. Boer. *tract.* De *auct. magni. Conſil. num.* 66. Caſſaneus *in Cathal. glor. mun. par.* 4. *conſiderat.* 45. Riminal. ſen. *conſil.* 93. *num.* 31. Barbatia *de præſt. Cardin. numer.* 32. Pauin. *De poteſt. Capit. Sede vacant. par.* 2. *princip. quæſt.* 16. ver. *An autem* Capic. *deciſ.* 27. *num.* 27. Sbrozzi *de offic. Vicar. quæſt.* 25. *num.* 17. *lib.* 2. Rota coram Veral. *deciſ.* 306. *num.* 2. *par.* 1.

5 Hæc autem, quę dicta ſunt, locum habent ſolum in Vicario Generali Epiſcopi, non autem in Vicario Generali Capituli Sede vacante; nam is non præcedit primam dignitatem, vt reſcripſit S. Congregat. in vna *Aſſiens. de menſe Auguſti* 1630. & obſeruant Barboſa *de poteſt. Epiſ. allegat.* 54. *num.* 167. Nam cū habeat auctoritatem, & iuriſdictionem à Capitulo, eſt inferior eo. dem Capitulo, & ideo non debet præcedere primam dignitatem, in qua repræſentatur Capitulum.

An

An in conflictu opinionum poſſimus ſequi eam, quæ eſt contra ſtylum Romana Curia. Quæſt. 184.

S V M M A.

1 *Sequenda neceſſariò opinio cõformis ſtylo Romana Curia in ijs, qua dependent à voluntate Papa.*
2 *Stylus, & mens Pontificis ſibi inuicem correſpondent.*
3 *Stylus Curia facit ius.*
4 *Diſpenſatio eſt nulla, ſi non exprimatur qualitas de ſtylo exprimenda.*
5 *Etiam pro foro conſcientia.*
6 *Non expreſſa qualitate de ſtylo exprimenda, licet ex ignorantia, diſpenſatio eſt nulla.*
7 *Stylus Curia quando ſe extendat extra ipſam, & quando non.*

1 Contingit non rarò, quod in aliqua materia adſint oppoſitæ opiniones, & vna ſit ſecũdum ſtylum Romanæ Curiæ, alia verò contra ipſum: vnde dubitatur, an in tali caſu poſſimus ſequi eam, quæ eſt contraria ſtylũ. Et quia ſtylus conſiderari poteſt vel in iudicialibus, vel in gratioſis, quales ſunt diſpenſationes, beneficialia omnia, &c. ideo hic tantum quæritur de gratioſis, ſeu de ijs, quę dependent à voluntate Papę. Reſoluendum autem eſt. *In ijs, qua dependent à voluntate Papa, eſſe neceſſariò ſequendam opinionem, quę eſt ſecundum ſtylum Romana Curia*: nec oppoſitam poſſe habere locum.

2 Ratio eſt. Quia ſtylus declarat Põtificis mentem, ita vt talis ſit, qualis eſt ſtylus, & ſit cõmenſurata ſtylo, vt tradũt Felin. *in Cap. In noſtra. num.* 19. ver. *Quod intelligitur. De reſcrip.* Dec. *in Cap. Super litteris. num.* 32. *in fine. eod. Tit.* Lappus *allegat.* 89. *nu.* 6. *ver. Item ſciendum.* Caſſador. *deciſ.* 12. *num.* 14. *De praben.* & *deciſ.* 2. *nu.* 4. ver. *Et iſte ſtylus.* & *deciſ.* 3. *numer.* 3. ver. *Pro qua. De reſeruat.* Lotterius *de re benefic. quaſt.* 40. *numer.* 69. *lib.* 2. Rota coram Coccino *deciſ.* 328. *num.* 2. & coram Merlino *deciſ.* 701. *nu.* 3. & coram Puteo *deciſ.* 281. *num.* 6. *lib.* 1. & *deciſ.* 50. *nu.* 26. *par.* 5. Recent. & *deciſ.* 70. *num.* 22. *par.* 8. Cum ergo mens Papæ ſit ſecundum ſtylum, et ipſi commenſuretur, opinio, quæ eſt contra ſtylum Curiæ in iis, quæ dependent à voluntate Papæ, erit falſa; quia cum ſit vera, quæ eſt ſecundum ſtylum curiæ, eò quod habet voluntatem Papæ ſibi aſſiſtentem, quæ in diſpenſationibus, conceſſionibus &c. operatur ſecundum ſtylum, ac tantum operatur, quantum trahit ſecum ſtylus, falſa erit, quæ eſt contra ſtylum, quia deficit volũtas Papæ; & proinde opinio aſſerens, vel negans aliquid contra ſtylum aſſeret voluntatem Papæ vbi non eſt, et negabit vbi eſt.

3 Prætcrea. Stylus Curiæ facit ius, vt deſumitur ex Cap. *Quam graui. De crimine falſi.* & Cap. *Ex litteris. De conſtit.* & notant Doctores Felin. *ibid. num.* 4. Abbas. *n.* 5. Dec. *not.* 3. Milis. *in Repertor. verbo.* Stylus *Curia.* Dec. *in Cap.* 1. *n.* 1. *De cõſuet.* Mandos *ad Regul. de Annali quęſt.* 65. *numer.* 2. ver. *Et licet.* & *De commiſ. Commiſ.* 2. ver. *Sanctitati veſtra.* Hieronim. Gabr. *conſil.* 153. *numer.* 1. *lib.* 2 Bart. *in l. Iuriſperitos. ff. De excuſ. tut.* Afflic. *deciſ.* 135. *num.* 3. Ludouic. *deciſ. Lucen.* 36. *num.* 8. Leo *deciſ. Valent.* 35. *num.* 4. *lib.* 1. Garzia *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 87. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *in Apparatu. num.* 63. Rota *deciſ.* 2. *De appellat. in nouis*, & *deciſ.* 16. *De conſuet.* in antiquis, & coram Creſcent. *decis.* 1. *nu.* 4. *De reb. Eccles. non al.* & coram Verallo *deciſ.* 331. *num.* 2. *par.* 3. Vnde opinio, quę eſt contra ſtylum Curiæ, eſt etiam cõtra ius, & proinde non poteſt ſubſiſtere, & multò minus ad praxim reduci.

4 Ex quibus deducitur, quod quando non exprimitur qualitas aliqua in ſupplicatione pro diſpenſatione obtinenda, quæ exprimi debet ex ſtylo Curiæ, quamuis adſit opinio, quod non ſit exprimenda eò, quia non pertineat ad cauſam finalem, aut quia non retardaret Pontificem à conceſſione, adhuc diſpenſatio erit nulla, nec poterit ſubſtineri tanquam valida ex eo, quod innitatur opinioni probabili. Et ita docent Dec. in *Cap. Ad aures. num.* 28. *De reſcript.* Rebuf. *in* con-

concord. in forma mand. Apoſt. 30. *narrat. ver. Et poſtquam omnes.* Menoch. *de Arbitrar. caſu* 201. *num.* 28. *lib.* 2. Maſcard. *De probat. concluſ.* 486. *numer.* 8. Gutierez *queſt. Canon. cap.* 25. *nu.* 51. *lib.* 2. Paris. *De reſignat. lib.* 10. *queſt.* 2. *numer.* 14. Deficit enim voluntas Pontificis in huiuſmodi diſpenſatione, quia cum ſit commenſurata ſtylo Curiæ, nō intendit diſpenſare, niſi exprimantur, quæ de ſtylo curiæ exprimenda ſunt.

5 Secundò deducitur contra Henriquez *lib.* 12. *ſum. cap.* 3. *num.* 7. Diſpenſationem, in qua tacetur qualitas, quæ eſt de ſtylo curię exprimenda eſt, nedum eſſe nullam pro foro externo, ſed etiam in foro conſcientię. Nam cauſa, ob quam eſt nulla, æquè militat pro foro conſcientiæ, ac pro foro externo. Siquidem nullitas prouenit ex defectu voluntatis in Pontifice, qui inficit totam ſubſtantiam diſpenſationis, cum ſine voluntate diſpenſantis nullam poſſit habere ſubſiſtentiam: & ideò nec etiam in foro conſcientiæ.

6 Tertiò deducitur. Quod etiam ſi ex ignorantia taceatur qualitas aliqua de ſtylo curiæ exprimenda, quamuis excludatur dolus, & adſit bona fides, adhuc diſpenſatio erit nulla contra Henriquez *lib.* 12. *ſum. cap.* 3. *num.* 8. Bona enim fides ſolum excuſat à peccato, non autem inducit voluntatem Pontificis, qui, vt dictū eſt, non intendit diſpenſare, niſi exprimātur, quę de ſtylo exprimenda ſunt. Et ita tenent Gloſ. *in Cap Si motu proprio.* verbo. *Taceatur.* De *pręben. in* 6. Archidiac. *ibid. numer.* 2. Maſcard. *de Probat. concluſ.* 846. *num.* 4. & alii.

7 Quartò deducitur contra Ceual. *Pract. queſt.* 737. *num.* 20. Stylum curiæ afficere omnes extra Curiam Romanam in ordine ad diſpenſationes, gratias &c. Quia licet ſtylus curiæ non ſe extendat extra Romanam curiam, vt cum aliis tradit Rebuf. *tom.* 3. *Conſtit. regiar. tract. de Conſuet. ar.* 2. *gloſ.* 13. *num.* 57. Hoc tamen ſolum locum habet quò ad ea, quæ expediuntur extra curiam; non autem quò ad ea, quæ expediuntur in curia. Quia ſi ſtylus curiæ, obligat in ipſa curia, obligat quoſcunque, qui ad ipſam accedunt pro aliqua expeditione. Deinde ſi ſtylus curię declarat voluntatem Pontificis, vt dictum eſt *num.* 2. dum non ſeruatur, deficit eius volunras; & proinde expeditio non ſeruato ſtylo curiæ non trahit ſecum voluntatem Papæ extra curiam ad validandam expeditionem.

An Prelati Signaturæ Iuſtitiæ debeant ſequi ſtylum eiuſdem Signaturæ in cauſis ſibi ab eadem delegatis. Queſt. 185.

S V M M A

1 *Prelati Signaturæ, quibus delegantur cauſæ, debent ſequi ſtylum eiuſdem Signaturæ.*
2 *Delegatus tenetur ſequi ſtylum delegantis.*
3 *Delegatus vtitur iuriſdictione delegantis. Exercet alienam iuriſdictionem.*
4 *Delegatus extra Curiam tenetur ſequi ſtylum Curiæ.*

1 Quia Signatura iuſtitiæ præ oculis habet bonum ius partium, quod vnicuiq; , cui cō. petit, reddere, intendit, ideo in iudicando ſeruat ſpecialem ſtylum, qui multoties diſcrepat à ſtylo ſeruando de iure communi, tamquam magis aptum, ad compendiosè reddendum vnicuiq. ius ſuum. Vnde dubitatur, an quando eadem Signatura committit aliquam cauſam alicui ex Prælatis, debeat ipſe ſequi ſtylum eiuſdem Signaturæ, an verò procedere ſecundum modum de iure communi ſeruandum. Reſoluendum eſt. *Debere ſeruare ſtylum eiuſdem Signaturę.*

2 Ratio eſt. Quia delegatus ſequi debet ſtylum delegantis, vt tradunt Ferret. *conſil.* 190. *nū.* 4. Lotter. *De re benefic. lib.* 1. *in Appar. num.* 73. Rota coram Puteo. *deciſ.* 112. *nu.* 1. *lib.* 1. & coram Pennia *deciſ.* 20. *num.* 2. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 251. *nu.* 11. & *deciſ.* 74. *par.* 4. Recent. & in *Piſtorienſi beneficij* 22. April. 1616. coram Bu. ratto. Vnde cum Signatura habeat ſpecialem ſtylum, quàmuis non ſecundum ius

ius, delegatus ab ipſa in cauſis delegatis ſeruare debebit eumdem ſtylum.

3 Ideo autem delegatus tenetur ſequi ſtylum delegantis, quia vtitur iuriſdictione ipſius, & nomine eiuſdem procedit iuxta *l.1. §. Qui mandatam. ff.* De *offic. eius, cui man. eſt iuriſd.* ibi *Qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet, ſed eius, qui mandauit, iuriſdictione vtitur*, & notant communiter Doctores Angel. *in l More maiorum. num. 1. ff. De iuriſdic. om. iud.* Caſtrenſ. *num. 1.* Alexan. *num. 2.* Iaſ. *num. 1.* Curt. *num. 6.* Dec. *in Cap. Cum cauſam. in fine.* De *appellat.* & alij præſertim *in dict. §. Qui mandatam.* Vnde cum vtatur eadem iuriſdictione, debet vti etiã eodem ſtylo delegantis, ne in vſu iuriſdictionis diſcrepet ab ipſo. Seu ne alienam iuriſdictionem exerceat alio ſtylo, quàm exercet proprietarius. Delegatus enim alienam iuriſdictionẽ exercet, *l. Et ſi prætor. ff. De Offic. eius, cui mand. eſt iuriſdic.*

4 Ex quibus deducitur, quod ſi cauſa delegetur extra Curiam, tenebitur delegatus ſeruare ſtylum Curiæ: non autem ſtatuta loci, in quo iudicaturus eſt, vt ſpecialiter ſenſit Rota *in cit. deciſ. 251. num. 11.* coram Ludouiſio. Militat enim eadem ratio, quod delegatus vtatur iuriſdictione delegantis, & proinde debeat iuriſdictio regulari eodem ſtylo, quo regulatur à delegante.

An in beneficialibus liceat deducere in pactum obligationem gratitudinis. Quæſt. 186.

S V M M A

1 *Obligationem ex gratitudine an liceat deducere in pactum.*
2 *Licet deducere in pactum; quod licitè præſtari poteſt.*
3 *Communis ſententia, quod non liceat.*
4 *Declarant, ſi futurum gratum &c. non committit ſimoniam.*
5 *In beneficialibus pacta omnia inducunt ſimoniam.*
Deducere in pactum obligationem gratitudinis eſt deducere in pactum retributionem,
6 *Obligatio ex gratitudine deducta in pactum non eſt amplius ex gratitudine.*
7 *Obligatio ex gratitudine cur non poſſit deduci in pactum.*
8 *Quod eſt licitum, non poteſt deduci in pactum, ſi ex deductione fiat illicitum.*
9 *Expreſſio illius, quod tacitè ineſt, quando nihil operetur.*
10 *Quando liceat taxare, & quando non retributionem exhibendam ex gratitudine.*

1 NOn deſunt Doctores, qui affirmant; quod quando agitur de obtinendis beneficiis deduci poteſt in pactum inter prætenſorem, & collatorem, ſeu electorem abſque vitio ſimoniæ obligatio gratitudinis. Ita Couarru. *Variarum reſolut. cap. 20. num. 4. lib. 1.* Valent. *tom. 3. ſum. diſp. 6. quæſt. 16. pun. 3.* Tanner. *to. 3. diſp. 5. quæſt. 8. dub. 3. n. 86.* Cœleſtin. *in Compen. Theol. moral. tract. 7. cap. 4. num. 3.* Ghilinus *in Summa* verba. *Beneficium. nu. 7.* Eſcobar *in Summa tract. 5. exam. 2. cap. 6. num. 25.* quatenus citato Valentia docet, licere deducere in pactum, quod dari poteſt ſine ſimonia. Idem etiam videtur ſentire Machad. *tom. 1. lib. 3. par. 3. tract. 5. docum. 2. num. 4.* quatenus cum ſuis fundamentis ponit hanc opinionem vltimo loco. Et probabile putat Diana *par. 2. tract. 16. reſol. 37. ver. Igitur.*

2 Fundamentum huius ſententiæ eſt. Quia licet deducere in pactum, quod licitè præſtari poteſt; Poteſt autem licitè præſtari aliquid ex gratitudine, conferenti beneficium. Secundo. Quia expreſſio illius, quod tacitè ineſt, nihil operatur, & proinde non facit illicitum, quòd aliàs eſt licitum. & ideò cum tacitè inſit obligatio gratitudinis erga collatorẽ beneficij, quia eſt reuera benefactor, vt declarat ipſũ nomẽ beneficij, licebit etiã deducere hãc obligationẽ in pactũ expreſſũ

3 Communis tamen ſententia tàm Theologorum, quàm Canoniſtarum eſt in oppoſitum vel in materia ſimoniæ, vel in materia mutui. Ita D. Th. *2. 2. quæſt. 78. ar. 2. in corp. & ad 2.* Caiet. *ibid. §. In reſp. ad 2.* & cœteri commentatores. Gabr. *in 4. diſt. 15. quæſt. 11. ar. 1.* Filliuc. *tract. 45. cap. 12. num. 23.* Bonac. *diſp. 1. de Simon. quæſt.*

6. pun.

6.*pun.*1.*num.*7. *tom.*1. Siluius *in Var. reſol.* verbo. *Simonia concluſ.*2. Fragoſ. *de regim. Chriſt. reipub. tom.*2. *lib.* 5. *diſp.* 13. §. 11. *num.* 5. Vidal *in Arca Vitali, Diſquiſit.* 1. *De ſimon. num.* 30. Hoſtienſ. *in Sum. tit.* De *vſur.* §. *Quæ pœna* Felin. *in Cap. Ad audientiam* 2. *num.* 10. De *reſcrip.* Bald. *in Rubr. num.* 1. *in fine.* C. De *vſur.* Ancharan. *in Clemen.* 1. *num.* 4. De *vſur* Vitalin. *ibid. num.* 139. Butr. *in Cap. Ad audientiam.* 2. ver. *Et hæc.* De *reſcrip.* Iaſ. *in l. Ex hoc iure. num.* 65. *ff.* De *iuſt. & iure.* Abbas *in Cap. Conſuluit. num.* 8. De *vſur.* Barbatia *in Cap. Illo vos.* De *pignor.* Laurent. de Rodulph. *in Cap. Conſuluit* De *vſur. poſt. init. oppo ſit.* 2. Roman. *conſil.* 500. *num.* 9. Surd. *conſil.* 164. *num.* 43. & alij cum Gloſ. *in Cap. Si fœneraueris.* 14. *quæſt.* 3. & in *Clement.* 1. verbo. *Opere.* De *vſur.*

4 In hac difficultate non vertitur in dubium, an qui recepit beneficium, aut quid aliud ſpirituale, poſſit ex titulo gratitudinis retribuere, quia certum eſt, nullam in hoc interuenire ſimoniam; ſicut neque econtra interuenit, quando ex gratitudine ob receptum beneficium temporale datur ſpirituale. Cap. *Dilectus* 2. De *ſimon.* Et ita docent communiter Caiet. *in Sum.* verbo. *Simonia.* Sotus *lib.* 9. *de iuſt. & iure, quæſt.* 7. *ar.* 1. & 3. Suarez cū alijs *tom.* 1. *de* Relig. *lib.* 4. *de ſimon. cap.* 45. *num.* 6. Gaſpar Hurtad. *de iuſt. & iure diſp.* 3. *de vſur. difficul.* 7. Roccaful. *tom.* 2. *Praxis lib.* 3. *de precep. decal. cap.* 6. *num.* 98. Quia tunc liberaliter datur, & proinde non tranſit in compenſationem rei ſpiritualis, ſed in extinctionem obligationis naturalis, quæ conſurgit ex beneficio accepto, quæ ſicuti non aſſumitur voluntariè, ſed naturali iure contrahitur; ita neque poteſt inducere vitium ſimoniæ. Ex quo fit, quod antequam obtineatur beneficium, liceat declarare animum de gratitudine, quia hæc declaratio non inducit aliquam voluntariam obligationem, ſed exprimit ex naturali iure conſequuturam.

5 Ex hoc tamen non ſequitur. *Quod liceat ded ucere in pactum huiuſmodi obligationem gratitudinis.* Tum quia pacta omnia in hac materia tanquam de iure prohibita inducunt Simoniam. Cap. *Cum pridem.* & Cap. *Pactiones.* De *pactis.* & Cap. *Quæſitum.* De *rer. permut.* Tum etiam quia huiuſmodi obligatio habet pro obiecto, ſeu materia exequutionem obligationis ex gratitudine, atque adeo illam retributionem, quæ ex gratitudine eſt retribuenda, quæ per ſuſceptionem voluntariam talis obligationis fit debita ciuiliter. Hoc autem inducit manifeſtam ſimoniam, quia operatur, quod id detur pro ſpirituali ex obligatione ciuili, quod eſſet liberaliter dandum ex mera gratitudine, & operatur, quod interueniat commutatio temporalis cum ſpirituali.

6 Confir. Quando obligatio ex gratitudine deducitur in pactum, trahitur obligatio de vno genere ad aliud, & inducitur contractus onerosus: itaut onus ſuſceptum ſit pretio æſtimabile. Ergo res ſpiritualis deducitur in contractum, & non amplius datur liberaliter, ſed intuitu alicuius pretio æſtimabilis. Præſertim, quia, quæ aliàs fuiſſet retributio liberalis, fit neceſſaria ratione obligationis aſſumptæ, ità vt obligatus compelli poſſit ad retribuendum tanquam legalis debitor, ſi obligatio eſſet valida, qui aliàs ſtante ſola obligatione ex gratitudine compelli non poſſet.

7 Confir. 2. Si obligatio ex gratitudine deduceretur in pactum, non eſſet amplius, quod exhiberetur vt liberalis retributio, ſed deſtrueretur titulus retributionis, & alius induceretur. Et nō haberet amplius locum gratitudo, ſed debitum ciuile. Ergo non poteſt obligatio ex gratitudine deduci in pactum, vt obſeruant vt plurimum Doctores *num.* 3. citati cum D. Thom. Neque enim poteſt quicquam tranſire ad illum ſtatum, in quo deſtruitur. Et valet argumentum, quo res deducitur ad impoſſibile. Si enim, quia retributio eſt ex gratitudine, excluditur ſimonia, ita quia deducendo in pactum, excluditur gratitudo, ſi quidem deſtruitur liberalis retributio, & inducitur neceſſitas, retributio non excludet ſimoniam, quia non erit ex gratitudine. Nam quando affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio quoque eſt cauſa negationis, cum impoſ-

impoſsibile ſit, idem ſimul eſſe, & non eſſe.

8 Neque obſtant, quæ pro oppoſita opinione allata ſunt. Nam non eſt vniuerſaliter verum, quod liceat deducere in pactum, quod aliàs licitum eſt. Hoc enim non habet locum, quando ex deductione in pactum mutatur illius qualitas, & ſuperuenit alia, qua reddatur illicitum ob mutationem factam in materia, vt contingit in præſenti. Nam ſicuti, quod retribuitur ex gratitudine ob ſpiritualia recepta, licitè retribuitur, quia liberaliter: ita quod retribuitur ex pacto illicitè retribuitur, quia non liberaliter, ſed ex neceſsitate retribuitur. Si ergo, quod ex gratitudine eſt retribuendum, deducatur in pactum, ſicuti deducitur, quando deducitur obligatio ex gratitudine, induit qualitatem, ob quam illicitè retribuitur.

9 Ad 2. Ex eo, quod expreſsio illius, quod tacitè ineſt, nihil operetur, ſequi ſolum, quod nuda expreſsio obligationis ex gratitudine tanquam tacitè inexiſtens nihil operetur: non autem, quod nihil operetur, ſi deducatur in pactum expreſſum. Quia tunc non exprimitur eo modo, quo ineſt, in quo ſenſu valet regula prædicta, vt obſeruat Alexan. *conſil. 22. num. 18. ver. Quia reſpondetur, lib. 5.* Sed exprimitur oppoſito modo, quia cum inſit per modum obligationis naturalis reſpicientis liberalem retributionem, exprimitur per modum obligationis ciuilis reſpicientis neceſſariam retributionem.

10 Ex quibus deducitur reſolutio alterius dubij, an ſcilicet liceat taxare retributionem exhibendam ex gratitudine. Nam ſi taxatio ſit ſolum per modum demonſtrationis, & expreſsionis illius, in quo quis vult ſe gratum exhibere, non puto, quod inducatur ſimonia, nam adhuc obligatio nulla aſſumitur, ſed relinquitur naturali iure inducenda, & ſolum additur declaratio de certa retributione, qua ſatisfiet obligationi. At ſi taxatio abſolutè determinet retributionem, inducetur ſimonia, quia ſimul etiam inducetur obligatio ciuilis de retribuendo. Cum enim omnes ſpecies includāt genus *l. Omnes. C. De præſcrip. & l. Semper. ff. De regul. iur.* eo ipſo, quod taxatur abſolutè retributio, in hac taxatione includitur etiam obligatio in genere retribuendi: quæ antecedit acceptionem beneficii, & proinde non eſt naturalis naſcens ex naturali iure gratitudinis, ſed ciuilis.

An ſtatutū Epiſcopi prohibens delationem armorum Clericis, comprehendat etiam caſum aucupationis. Quæſt. 187.

SVMMA

1 *Quid prohibeatur per edictum prohibens delationem armorum.*
2 *Deferens ſclopum aucupandi cauſa non violat edictum prohibens arma.*
3 *Armorum appellatione veniunt offenſiua, & defenſiua.*
Fuſtes, & ſaxa.
In odioſis ſola offenſiua.
4 *Sclopus pro aucupio non computatur inter arma offenſiua.*
Arma defenſiua. Quando computentur inter offenſiua.
5 *Statuta recipiunt interpretationē à iure communi.*
Prohibitio armorum non comprehendit aucupatoria.
6 *Venatio, & aucupatio quando conceſſa clericis.*
7 *Finis ſtatuti prohibendi arma.*
Clericorum arma quaenam ſint.
Delatio armorum dat occaſionem violentijs, rixis, &c.

1 AD effectum aucupandi ſolent fabricari ſpeciales ſcopletti, ad explodendos in aues; vnde dubitatur, an edictum Epiſcopale ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis prohibens Clericis delationem armorum comprehendat etiam hos ſcopletos in actu aucupandi. Et affirmatiuè videtur reſoluendum, Quia per huiuſmodi edictum prohibetur factum ipſum deferendi arma, & proinde etiam quando deferuntur in ordine ad aucupationem. Huiuſmodi autem ſcopletus eſt quædam ſpecies armorum, & ideo

ideo ſub edicto comprehenſa.

2 Tenendum tamen puto. *Deferentem huiuſmodi ſcopletum non comprehendi ſub ſtatuto, nec incurrere pœnam*. Deſumitur ex iis, qui docent, quod ſub ſtatuto puniente deferentes arma comprehendantur ij tantum, qui deferunt arma inſtituta ad offendendam Ita Ias. *in §. Ex maleſic.* Inſtit. *De actionib.* vbi & alij Doctores Butr. *in l. 1. ff. De vi publ.* Rebuf. cum Angel. Alber. *in l. Armorum appellatio.* 41. ver. *Secundo intelligite. ff.* De *verbor. ſignificat.* Iulius à Beyma *ibid. in fine* Huiuſmodi autem ſcopleti non ſunt ordinati ad offendendum, ſed ad aucupandum.

3 Ratio eſt. Quia licet armorum appellatione veniãt tàm defenſiua, quàm omnia offenſiua, vt notant Decian. *tract. crimin. cap. 3. numer. 14. lib. 8.* Perez *ad l. 2. Gloſ. 1. tit. 14. lib. 2. Ordinam.* Bobadil. *lib. 1. Polit. cap. 14. num. 62* Imo etiam fuſtes, & ſaxa. dic. *l. Armorum appellatio. 41. ff. De verbor. ſignificat.* & §. *Recuperandæ.* Inſtit. *De interdic.* & notant Gloſ. *in dic. l. Armorum.* & Gloſ. canonica *in Clemen. Ne in agro* §. *Quia vero. verbo.* Arma. *De ſtatu monach.* Roman. *ſingul.* 267. verbo. *Armorum.* Felin. *in Cap. Ita quorumdam num. 2.* De Iudeis. Menoch. *De arbitrar. caſu* 394. *num.* 76. Aret. *conſil.* 80. *num.* 6. Attamen in odioſis, & quando agitur de pœna, non ita amplè arma accipiuntur, ſed tantum pro ijs, quæ ex inſtitutione ſua ſunt ordinata ad offendendum. vt notant non ſolum Doctores *num. 2.* citati, ſed etiam deſumitur ex *l. Si pignore.* §. *Furem. ff. De furtis*, & notant inſuper Bar. *ibid.* Aretin. *in* § *Item lex Cornel.* Inſtit. De *publ. iudic.* Giurba *conſil.* 73. *num.* 13. Et ideo Statutum prohibens deferri arma, de his armis eſt accipiendum.

4 Et quamuis ſcopletus inſtitutus ad aucupandum adhiberi poſſit ad offendendum, in morali tamen æſtimatione non eſt ex armis ordinatis ad offendendum, quod ſufficit, vt non comprehendatur ſub appellatione armorum, quæ ordinata ſunt ad offendendum. Et ſe habet ſicuti arma defenſiua vt pelta, quæ non veniunt appellatione armorum, niſi adhibeantur ad offendendum, vt notat Bar. *in L. 1. ff. De leg. Iul. De vi publ.* & *in l.* Si *ſeruus. C.* De *his qui ad Ecclеſ. confug.* Sicut etiam fuſtes, & lapides in ſtricta ſignificatione, & odioſa non veniunt armorum appellatione, niſi ad offendendum adhibeantur, vt notant, Marſil. *in Practica.* §. *Pro complemento. num.* 14. Baiar. ad Clar. *quæſt. 6. num. 63.* Azeuedo *in Rubr. num. 4. tit. 6. lib. 6. Recopilat.*

5 Confir. Statuta accipiunt interpretationem à iure communi, vt tradunt Doctores *in l. 1. §. Lex Falcidia. ff.* Ad *leg. Falcid.* Bart. Alexan. & c. Bellam. *deciſ.* 723. *num.* 19. Rota coram Creſcent. *deciſ.* 1. *nu.* 4. *De preſcrip.* & coram Millino *deciſ.* 3 59. *num.* 10. & *deciſ.* 512. *in fine par.* 1. Diuer. Vnde etiam huiuſmodi ſtatutum Epiſcopale recipiet interpretationem à iure prohibente arma. Lex autem, quæ prohibet retinere arma apud ſe, declaratur, vt non comprehendat ea, quæ inſeruiunt venationi. Ita *in l. 1. ff.* Ad *leg. Iul. De vi publ.*

6 Rurſus. Venatio, & à fortiori aucupatio eſt conceſſa Clericis recreationis gratia exceptis temporibus viſitationis, ſolemnitatum, prædicationis, vt tradunt Abbas *in Cap. 1. De cler. venat.* Guilhel. de Benedic. *in Repet. Cap. Raynutius.* verbo. *Et vxorem. num.* 875. Turrecrem. *in Cap. Qui venationibus. Diſt.* 86. Præpoſitus *in Cap. Epiſcopum. Diſt.* 34. Menoch. *de arbitrar. caſu* 413. *num* 16. Angelus *verbo.* Venatio. *init.* & alij communiter. Ergo cum per præſens ſtatutũ nõ auferatur facultas aucupandi recreationis gratia, nec etiam aufertur facultas vtendi ſcopletto, ſed remanet conceſſus tanquam inſtrumentum pro aucupio. Nam conceſſo fine cenſentur conceſſa etiam omnia, quibus peruenitur ad ipſum.

7 Deniq. Finis ſtatuti non habet locum in vſu ſcopleti in aucupatione. Ideo enim prohibet Clericis deferre arma, quia etiam de iure hoc eis prohibetur. Cap. *Clerici arma.* De *vita & boneſt. Clericor.* Et cauſa finalis prohibitionis eſt, quia arma dedecent ſtatum Clericalem, Clericorum enim arma ſunt lacrymæ, & Orationes. *Cap. Conuenior.* 73. *Quæſt.* 8. & Cap. *Porrò.* 16. *Quæſt.* 3. & notant *ibi* Gloſ.

Gloſ. & *in Cap. Ex multa.* §. *fin.* De *voto.* Marſil. cum al js. *in Praxi.* §. *Pro complemento.num.*2. Menoch.*de arbitr.caſu* 394. *num.* 32. Viuius *deciſ.* 26. *num.*4. *lib.*1. Et quia delatio armorum præbet occaſionem violentijs, percuſſionibus, homicidijs, *l. Si Seruus.* C. De *his, qui ad Eccleſ. confug.* Et notant Afflict. *ad Conſtit. Intentionis.* Rubr. *De illic. port. armor. nu.*1. Brunor. à Sole. *quæſt. legal.* 35. *nu.*13. Roland. *conſil.*3. *num.* 25. *lib.* 2. Quæ cum ſint clericis ſpecialiter prohibita, ideo ad ea euitanda prohibetur etiam delatio armorum. Hæc autem ratio non militat in delatione ſcopleti pro aucupatione, vt per ſe conſtat. Tum quia defertur in agris extra hominum commercium; tum quia defertur tanquam inſtrumentum aucupationis; tum quia non eſt ex illis armis, quæ ordinantur ad terrorem, aut ad offendendum. Quod ſatis etiam ex eo conſtat, quod vbi eſt prohibita laicis delatio ſcopletorum, qui vacant aucupationi, deferunt fabricatos pro aucupatione.

An clerici excuſentur à pœna Statuti Epiſcopalis, ſi ſtante inimicitia deferant arma. Quæſt. 188.

S V M M A

1 *Clericus ratione inimicitiæ deferens arma contra ſtatutum, excuſatur. & num. ſeq.*
Iuſta cauſa excuſat deferentem arma.
3 *Defenſio à nemine auferri poteſt.*
Nec etiam neceſſaria pro defenſione.
Occidens ad defenſionem non fit irregularis.
4 *Licentia Epiſcopi an neceſſaria, vt quis deferat arma ratione inimicitiæ.*
Vim vi repellere licet.
5 *Quando cauſa eſt euidens, non eſt neceſſaria diſpenſatio.*

1 IN aliquibus locis extat ſtatutū Epiſcopale prohibens Clericis ſub pœna ſuſpenſionis à diuinis delationem armorum, dubitatur modo, an ſi quis ea deferat ex cauſa inimicitiæ, quā ſuſtinet, excuſetur à pœna Statuti. Et affirmatiuè reſoluendum eſt. Reſolutio autem deſumitur ex Gloſ. *in Cap. Quicunq.* verbo. *Volentes*, & *in* Cap. *Clerici qui*, verbo. *Militaria* 23. *Quæſt.* 8. & *in* Cap. *Clerici arma. Inſt. De vita, & boneſt. Clericor.* & in Cap. *Dilecto.* verbo. *Suffragari. De ſent. excommunicat. in* 6. Abbas in *dict.* *Cap. Clerici arma. nu.*8. *De vita, & honeſt. clericor.* Ancharan *nu.*3. Marſil. *conſil.*123. *num.* 32. *vel.* 2. Vgolin. *De poteſt. Epiſcopi cap.*13. §.12. *ver. Excipitur.* Socin. *regul.*30. *limit.*6. Farinac. alios referens *in Praxi. qu.* 108. *numer.* 110. Menoch. *de arbitrar. caſu* 394. *num.* 58. Carolus de Graſ. *effec. Cler.* 20. *num.*23. Beller. *Diſquiſit. Clerical. par.*1. Tit. *de diſciplina cler.* §. 18. *num.* 15. Riccius. *deciſ.*258. *par.*3. Barboſa *de Parochus cap.*6. *nu.*53. Campanil. *in Diuer. iur. Can. Rubr.*4. *num.*23. Bobadil. *lib* 2. *Polit. cap.*18. *num.* 67. Pereira *de manu regia. par.*2. *cap.* 34. *nu.*4. *ver. Ab hac tamen.* Quatenus docent, licere Clericis arma portare ex iuſta cauſa, vt cum iter agunt ad ſe defendendam, non obſtante prohibitione iuris communis.

2 Et in terminis inimicitię quod non obſtante dicta prohibitione iuris communis poſſint Clerici arma ad ſui defenſionem portare, tradunt Monald. *conſil.* 125. *num.*18. *lib.*2. Bald. *in Cap. Clerici arma. num.*7. De *vita, & boneſt. Cler.* Barboſa *de Paroch. Cap.*6. *num.*53. Carolus de Graſ. *Effec. cleric.* 20. *num.*26. Riccius *deciſ.*257. *num.*4. *par.*3. Vgolin. *de poteſt. Epiſcopi cap.* 13. §.12. *ver.*2. Graſ. *par.*2. *deciſ. lib.*3. *cap.*7. *num.*3. Pereira *de manu regia par.*2. *cap.*34. *num.*4. *ver. Ab hac tamen.* Bobadil. *in Polit. cap.*18. *num.*67. *lib.*2. *tom.*1. & alij. Vnde etiam ſtante Epiſcopali edicto idem dicendum eſt, quia non plus ligat, quàm ligat ius commune.

3 Ratio eſt. Quia defenſio ita vnicuique conceditur iure naturali, diuino, vt à nemine auferri poſſit *l. Vt vim vi. ff.* De *iuſt. & iure.* & *l.*1. C. *Vnde vi.* & Cap. *Ius naturale. Diſt.*1. & Cap. *Secundo requiris.* §. *Tertio.* De *appellat.* & Cap. *Cum inter.* De *except.* & Clemen. *Paſtoralis.* §. *Cæterum.* De *re iudic.* & tradunt communiter Doctores præſertim in citatos tex. Dum autem non poteſt auferri defenſio, nec

etiam auferri poſſunt media ordinata ad defenſionem, atque adeo nec etiam delatio armorum, cum hæc, quamuis offenſiua, ordinentur ad propulſandum offenſam, & proinde, licet de iure verita, concedunt Doctores in ordine ad defenſionē. Vnde etiam conceditur occiſio, quando eſt neceſſaria pro defenſione, nec tunc inducit irregularitatem iuxta Clemen. *Si furioſus.* De *homicid.*

4 An autem ſit neceſſaria licentia, affirmant nonnulli ex citat. Doctorib. *nu.* 2. præſertim Riccius *dict. deciſ.* 257. *nu.* 4. *par.* 3. Quia ad ipſum ſpectat iudicare, an cauſa ſit iuſta; & quia nemo poteſt ſibi ius dicere in cauſa propria. Verum non eſſet ſibi ius dicere in cauſa propria, ſi abſque licentia Clericus deferret arma, ſed ſtante iuſta cauſa vteretur iure ſuo. Quod autem ad Epiſcopū pertineat iudicare, an cauſa ſit iuſta, id locum habet, quando cauſa eſt dubia, et proinde arbitrandum, eſt, an ſit ſufficiens; non autem, quando cauſa eſt certa, quia tunc ſubintrat communis doctrina Doctorum, quod ſtatutū non comprehendat caſum; quia delatio armorum non eſt prohibita, quando eſt neceſſaria pro defenſione, pro defenſione enim conceditur vim facere, ſeu potius vim repellere *l. Vt vim. ff.* De *iuſt. & iure*, & Cap. *Si verò. §. Si verò.* De *ſenten. excommunicat.* Gloſ. *in Cap. Olim.* 1. verb. *Exceſſiſtis.* De *reſtit. ſpoliat.* & in Cap. *Dilecto.* verbo. *Suffragari.* De *ſentent. excommunicat, in* 6.

5 Et facit, quod in materia diſpenſationis tradunt communiter Doctores, quod quando cauſa eſt euidens, nō ſit neceſſaria diſpenſatio, ſed de ſe reſoluat obligationem legis. Ita D. Th. 2. 2. *quæſt.* 147. *ar.* 4. *in Corpore.* Roſel. *verbo.* Ieiunium. *num.* 25. Angel. *num.* 20. Syluester. *ibid. & eod. num.* Gabr. *in* 4. *diſt.* 16. *quæſt.* 3. *ar.* 1. *not.* 5. Palat. *diſt.* 15. *diſp.* 8. *poſt.* 4. *concluſ. Obſeruandum eſt autem.* Ledeſma 2. *par. ſum. tract.* 27. *cap.* 2 *dub.* 5. *poſt* 5. *concluſ.* Laiman. *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 8. *cap.* 3. *num.* 8. Nauar. *cap.* 21. *Manual. num.* 21. Syluiu *s* 2. 2. *quæſt.* 147. *ar.* 4. Ver. *Paro circa cauſas.* Leſſius *lib.* 4. *de iuſt. & iure. cap.* 2. *dub.* 6. *num.* 45. & alii, quos adduxi *in Praxi Ieiunij. deciſ.* 399. *num.* 1. Quod tamen non intelligitur quò ad omnes diſpenſationes, ſed quò ad eas, quas cauſa reddit neceſſarias, vt in præſenti de armorum delatione. Quando enim cauſa eſt euidens, de ſe ſoluit obligationem legis, quia lex non poteſt obligare contra euidentem neceſſitatem.

Monachi tenentes arma intra Monaſterium an abſolui poſſint à ſuo Prælato locali. Quæſt. 189.

SVMMA

1 *Monachi tenentes arma in Monaſterio ipſo facto excommunicantur.*

2 *Ab hac excommunicatione an abſolui poſſint à Prælato locali.*

3 *In foro conſcientia abſolui poſſint à confeſſario.*

Abſolutio non reſeruata eſt conceſſa inferiori.

4 *Monachi tenentes arma intra monaſterium abſolui poſſunt in foro externo à proprio Prælato.*

Quicunque habens iuriſdictionem fori externi abſoluere poteſt ab excommunicatione non reſeruata.

5 *Excommunicatio contra tenentes arma intra monaſteria afficit ſolos Monachos, non alios Religioſos.*

Alij Religioſi non veniunt in odioſis appellatione Monachorum.

1 IN Clemen. *Ne in agro.* §. *Quia verò. in fine.* De *ſtatu regular.* imponitur excommunicatio contra Monachos retinentes arma intra Monaſterium, ipſo facto incurrenda. Non intelligitur tamen, vt notat Gloſ. *ibid.* verbo. *Arma.* de omnibus, quæ armorum appellatione veniunt, vt ſunt fuſtes, neque etiā arma purè defenſiua, vt galea, thōrax &c. ſed ſolum arma offenſiua propriè dicta, vt pugio, gladius, ſcopleti, & huiuſmodi. Rurſus etiam excommunicatio non habet locum, niſi quando abſque licentia ſuorum Abbatum ea retinerent, vt *ibid.* ſe explicat Pontifex.

2 Si ergo incurrant in hanc excommunicationem, dubitatur, à quo poſſint abſolui,

abſolui, & cum non ſit reſeruata Summo Pontifici, an abſolui poſſint à Prælato locali. Et negatiuè reſpondet Sperel. *deciſ.* 122. *num.* 9. niſi habeat iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi epiſcopalem ſiue ex conſuetudine, ſiue ex priuilegio, vltra iuriſdictionem, quam habet de iure communi in Monachos: ſed poſſe abſolui ab Epiſcopo Diœceſano. Et pro hac ſua ſententia citat Federicum de Senis *conſil.* 14. qui incipit, *Monachus Peruſinus*. Quid autem intelligat per iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem vltra illã, quam de iure communi habent Regularium ſuperiores, non explicat.

3 Quod ſpectat ad forum conſcientiæ tenendum eſt. *Poſſe abſolui à quouuq. Confeſſarios à quo abſolui poſſint à peccatis.* Hæc reſolutio eſt ſecundum omnium ſententiam docentem, ſingulos ſacerdotes, qui habent facultatem abſoluendi à peccatis, poſſe etiam abſoluere ab excommunicatione, ſi non ſit reſeruata. Et facit ratio deciſionis, quàm ponit Pontifex in Cap. *Nuper* De *ſentent. excommunicat.* nempè quod *Cum conditor Canonis abſolutionem ſibi ſpecialiter non reſeruauit, eò ipſo conceſſiſſe videtur facultatem.* Cum ergo excommunicatio impoſita à Pontifice, non ſit eidem reſeruata, tolli poterit à proprio confeſſario in foro conſcientiæ.

4 Quod verò ſpectat ad forum externum, reſoluendum eſt. *Poſſe abſolui à proprijs Prelatis localibus virtute iuriſdictionis Ordinarię, quam habent de iure communi ſupra proprios ſubditos.* Hęc ſimiliter reſolutio eſt ſecũdum communem ſententiam; vnde miror, quomodo Sperel. oppoſitũ tradiderit. Ratio eſt, Quia quando excõmunicatio non eſt reſeruata, quicunque habens iuriſdictionem fori exterioris, poteſt abſoluere ab excommunicatione nõ reſeruata, vt inter alios tradunt Gloſ. *in Cap. Nuper.* verbo. *Non retinuit.* De *ſentent. excommunicat.* Abbas. *num.* 5. Felin. *nu.* 3. & cœteri Canoniſtæ. *ibid.* Hoſtienſ. *in ſum. lib.* 5. Tit. *De ſentent. excommunicat. n.* 12. §. *Quis poſſit abſoluere.* Couaruu. *in Cap. Alma mater. par.* 1. §. 12. *num.* 4. *De ſentent. excommunicat,* & alij communiter. Ex Theologis vero D. Th. *in ſupplemen. quæſt.* 14. *ar.* 1. & *ibi* expoſitores. *D.* Bonauen. *in* 4. *diſt.* 18 *par vlt. quęſt.* 6. Richard. *ar.* 9. *quæſt.* 1. Palud. *quęſt.* 5. *ar.* 1. Gabr. *quęſt.* 3. *ar.* 6. *dub.* 6. Durand. *q.* 4. *n.* 7. Sotus *diſt.* 22. *quæſt.* 2. *ar.* 3. *concluſ.* 3. Ledeſma 2. *par.* 4. *quęſt.* 26. *ar.* 1. Suarez. *diſp.* 7. *de cenſur. ſect.* 3. *num.* 2. Sayr. *De cenſur. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 2. Palaus *par.* 6. *oper. moral. diſp.* 2. *de cenſur. pun.* 5. §. 5. *n.* 1. Ex ſummiſtis verò D. Antonin. 3. *par. tit.* 27. *cap.* 17. Aſtens. *par.* 2. *lib.* 7. *tit.* 13. *ar.* 1. Tabiena *verbo.* Abſolutio. 1. *num.* 4. Syluester *ibid.* & *eod. num.* Piſanel *ibid.* Angel. *num.* 2. Nauar. *cap.* 27. *Manual. numer.* 39. ver. *Quartò.* Vgolin. *De cenſur. tab.* 1. *cap.* 10. §. 1. Militat enim etiam quò ad forum externum deciſio Cap. *Nuper.* De *ſentent. excommunicat.* quod nempè quando Põtifex non ſibi reſeruat abſolutionem excommunicationis, cenſetur conceſſiſſe inferioribus facultatem abſoluendi; vnde cum non reſeruauerit dictam excommunicationem, omnes habentes iuriſdictionem fori externi poterunt abſoluere ſuos ſubditos.

5 Eſt tamen aduertendum circa prædictam excommunicationem, quod non afficit Mendicantes, neque Clericos Regulares, neque alios Regulares, quicunque ſint, præter Monachos. Ratio eſt. Quia expreſsè ponitur pro Monachis. Cũ autem ſimus in odioſis, reliqui Regulares non veniunt ſub nomine Monachorum, vt aduertunt Felin. *in proœm. Decret. num.* 4. Abbas *in Cap. Cauſam. num.* 2. *De iudic.* Nauar. *Commen.* 3. *num.* 40. *De Regul.* Moſcon. *De maieſt. militantis Eccleſ. lib.* 1. *par.* 4. *cap.* 1. De Regul. & alii cum *D.* Th. 2. 2. *quæſt.* 189. *ar.* 8. *ad* 2. quatenus diſtinguit etiam inter Monachos, & Canonicos Regulares. Imò quia Pontifex in dicta Clemen. *Ne in agro* §. *Quia verò. De ſtatu Monach.* voluit ſub ſua diſpoſitione comprehendere Canonico Regulares, illos ſeorſim expreſſit à Monachis. Vnde Gloſ. *ibid.* verbo. *Monachos* aduertit, quod Pontifex in vltima parte diſpoſitionis, nõ repetit Canonicos Regulares, quia noluit comprehendere.

An furans in Eccleſia gaudeat eiuſdem Eccleſiæ immunitate. Queſt. 190.

S V M M A.

1 *Furans in vna Eccleſia, ſi ad aliam confugiat gaudet immunitate.*
2 *In Eccleſia, in qua furatur, an gaudeat.*
Immunitas conceditur confugientibus ad Eccleſiam.
3 *Quinam ſint confugientes.*
Diſpoſitio non habet locum, vbi verba non verificantur.
4 *Cauſa finalis immunitatis.*
Eccleſia reddit Domino rem furatam à fore confugiente.
Cauſa finalis vbi ceſſat, etiam ceſſat diſpoſitio.
5 *Fur reſtituens Eccleſiæ, quod ab ipſa furatus eſt, debet protegi.*
Ratio finalis trahit ſecum diſpoſitionem.
6 *Furãs in Eccleſia priuatis perſonis an ibi gaudeat immunitate.*
7 *Non eſt contra reuerentiam remouere ab Eccleſia inferentem iniuriam.*

1 Videtur ſtatim affirmatiuè reſpondendum, quia delictum furti, quamuis tendat contra Eccleſiam, non eſt de delictis exceptis in Bulla Gregorij XIV. de immunitate Eccleſiarum. Cum autem rei gaudeant immunitate ſtante quocunq; delicto, quod in dicta Conſtitutione non excipiatur à priuilegio immunitatis, gaudebit etiam furans res Eccleſiæ. Et quidem hæc ratio conuincit, quod ſi furans in vna Eccleſia ad aliam confugiat, debet gaudere immunitate, quia quamuis res eccleſiæ furatus ſit, & ſacrilegium commiſerit cõtra eccleſiam, adhuc fruetur immunitate; quia hoc delictum non priuatur immunitate. Vnde ſolum dubitatur, an gaudeat immunitate in illa eadem Eccleſia, cui furatus eſt.

2 Et negatiuè videtur reſoluendum. Ratio eſt, quia tàm in iure cõmuni, quàm in dicta Conſtitutione immunitas conceditur, extra delicta ibi excepta, cõfugientibus ad eccleſiam, vt conſtat ex §. 3. *eiuſdem Conſtit.* ibi, *Vt laicis ad Eccleſias, locaque ſacra, & religioſa prædicta confugientibus &c.* Et infrà. *Diſtrictè præcipiendo mandamus, & præcipimus, vt laicos in caſibus prædictis delinquentes ad eorum monaſteria, domos, & alia loca ſupradicta ſacra, ſeu religioſa reſpectiuè confugientes.* Conſtat ergo, quod in eadem Conſtitutione diſponitur ſolum de confugientibus ad loca fruentia immunitate; & ſub tenore eorumdem verborum diſponitur in iure communi, ita vt confugientibus tantũ concedatur immunitas.

3 Confugientes autem ij tantum dicuntur, qui ad eccleſiam recurrunt, auxilium implorantes, & protectionem; cõfugere namque eſt auxilij cauſa, & præſidij ad aliquem recurrere iuxtà illud Liuij *Hiſtor. lib. 1.* Inde *Turnus Rutilique diffiſi rebus ſuis ad florentes Etruſcorum opes, Mezentiumque Regem eorum confugiunt*, & Virgil. Aeneid. 1. *Ad te confugio, & ſupplex tua numina poſco:* & notat Calepinus verbo. *Confugio*. Qui autem accedit ad eccleſiam ad furandas res ipſius, non accedit ad implorandum auxilium, & protectionem, ſed ad inferendam iniuriã: & proinde non eſt confugiens ad ipſam. Vnde cum in ipſo non verificentur verba diſpoſitionis, nec etiam locum habet diſpoſitio. *l. 4. §. Toties. ff.* De *dam. infect.* & *l. Quod conſtitutum. ff* De *milit. teſtam.* & *l. Hos accuſare. §. Omnibus. ff* De *accuſat.* & Cap. *Indemnitatibus. §. Sed cũ cas.* De *elect. in 6.* & Cap. Ex *parte.* De *conceſ. præbend.* & notant Butrius *in hunc tex.* Bart. *in dict. §. Toties.* Felin. *in Cap. Nonnulli. num. 34.* ver. *Vbi verba.* De *reſcrip.* Socin. *conſil. 55. lib. 4. num. 1.* Dec. *conſil. 591. num. 2.* Tiraquel. *in l. Si vnquam.* verbo. *Libertis. nu. 2.* C. De *reuocan. donat.* Menoch. *conſil. 556. num. 10.* Rota *deciſ. 434. num. 5. par. 3. Recent.*

4 Accedit etiam, quod cauſa finalis concedendi immunitatem cõfugientibus ad eccleſiam eſt iis miſereri, & tanquam pœnitentes de delicto protegere, non autem fouere delinquentiũ delicta. Et propterea quando fures confugiunt ad eccleſiam, accipit rem furtiuam, & domino reſtituit, ne eorumdem delictum protegat, vt tradunt Suarez *tom. 1. de Relig. tract. 2. de immunit. lib. 3. cap. 12. num. 3.* Peregrin.

De immunit. cap. 12. num. 8. ver. aduerte tamen. Sperel. *deciſ. 127. num. 35.* Quia cum ſit iuſtitiæ cultrix, non debet ſouere delicta. Si autem concederet immunitatem accedenti ad ſibi furandum res proprias, foueret furtum, & iniuriam ſibi illatam. Vnde cauſa finalis immunitatis ceſſat contrariè; & ideo ceſſare debet etiam cōceſſio immunitatis. *l. Titio. §. Vſuras. ff.* De *leg. 2.* & *l. Adigere. §. Quamuis. ff.* De *iure patr.* & *l. Cum tale. ff.* De *condit. & demonſtrat.* & Cap. *Cum ceſſante. De appellat.* & Cap. *Et ſi Chriſtus. De iureiur.* & tradunt Duen. *reg. 82.* Dinus *conſil. 6. numer. 2.* ver *Prȩterea.* Ancharan. *conſil. 87. n. 4.* Euerar. *in Topica loco* 80. *A ceſſatione rationis.* Tiraquel. *tract.* Ceſſante. *cauſa par. 1. nu. 11.* Rota coram Mantica *deciſ. 131. numer. 4.* & *deciſ. 437. num. 3. par. 1.* Recent. Et tradunt communiter Theologi cum D. Th. 1. 2. *quæſt. 96. ar. 6. in corpore.*

5 Eſt tamen aduertendum, quod ſi fur poſt ablatum furtum, reuerteretur ad eccleſiam, & reſtitueret, tunc frueretur immunitate, & eſſet protegendus. Habet enim locum ratio finalis priuilegii immunitatis nempè, protegere reum pœnitentem: oſtendit enim pœnitentiam, dum furtum reſtituit, & ideo locum habet etiã diſpoſitio. *l. His ſolis. §. Satis etiam cautè.* C. *De reuocand. donat.* & *l. Illud.* C. De *ſacroſanct. Ecclеſ.* & notant communiter Gloſ. *in Cap. 1. verbo.* Italia. *De tempor. Ordinat.* Abbas *in Cap. Nihil. num. 5. de elect.* Bald. *conſil. 324. in fine. lib. 5.* Dec. *conſil. 15. n. 2:* Tiraquel. *in l. Si vnquam. verbo.* Libertis. *n.* 45. C. *De reuocand. donat.*

6 Adhuc tamen dubiũ remanet, an quæ dicta ſunt, locũ habeant ſolũ, quando fur res eiuſdẽ Eccleſiæ furatur, an etiã, quãdo furatur res, quæ nõ ſũt eccleſia, vt ſi fur alicui in eccleſia exiſtenti furaretur crumenam. Et in hoc quoq. caſu habere locũ, videtur reſoluendũ. Nã militat eadẽ ratio in hoc quoque caſu. Tunc enim fur non accedit ad eccleſiam, vt ab ipſa protegatur, ſed accedit ad committendum delictum, quod etiam redundat contra reuerentiam debitam eccleſiæ, & proinde non eſt confugiens, atque adeò nec ex illis perſonis, quibus conceditur immunitas. Rurſus cum fur actu delinquat in illa eccleſia, ſi ei concederetur immunitas, protegeretur ab eccleſia eiuſdem delictũ, quod dici non poteſt.

7 Solum videtur poſſe obiici, quod quamuis furans in eccleſia non mereatur ibi gaudere immunitate; adhuc tamen reuerentia debita eccleſiæ exigat, quod ibi relinquatur, ſi velit immunitate frui. Verum hoc dici non poteſt. Quia non ſolum in ipſo actu furandi, ſed etiam quamdiù ipſum pœnitet, & furtum reſtituit, continuat iniuriam cõtra eccleſiam. Non eſt autem contra reuerentiam debitam eccleſiæ expellere, & remouere ipſi inferentem iniuriam; imo hoc oſtendit reuerentiam, & defenſionem ipſius. Nec eſt contra reuerentiam, non ſinere, eos frui immunitate, quibus ipſa non concedit, & qui non ſunt qualificati, vt fruantur, quales ſunt, qui non confugiunt ad ipſam, ſed iniuriam inferunt.

An Prælatus qui alienauit prædium Monaſterÿ non obtento, ſed reſeruato, quatenus opus eſſet, beneplacito Sedis Apoſtolicæ, excuſetur à pœna. Quæſt. 191.

S V M M A.

1 *Alienans reſeruato beneplacito Apoſtolico &c. non incidit in pœnas.*
2 *Alienatio cum reſeruatione beneplaciti Apoſtolici non eſt independens ab ipſo.*
Sufficit, ſi beneplacitum Apoſtolicum ex poſt facto interueniat.
Reſeruatio beneplaciti Apoſtolici dat implicitam validitatem.
Pactum ſit validũ ratihabitione ſuperioris.
Clauſula Conſtituti transfert poſſeſſionem, & dominium.
3 *Dictio, quatenus, importat conditionem.*
Reſeruatio conditionalis quando tranſeat in abſolutam.
4 *Præſumere quid dicat.*
5 *Ignorantia eorum, quæ ſciri debent, non ſuffragatur; & quando.*
6 *Ex cauſa euidentis vtilitatis res Eccleſiæ alienari poſſunt.*
An tunc neceſſarius conſenſus Apoſtolicus:

7 *Decretum ſub Vrbano VIII. de non alienando &c. recipit interpretationem à Paulina*, Ambitioſæ.

8 *Si dominium remaneat apud venditorem non perficitur venditio.*

Niſi ſoluatur pretium, dominium rei Eccleſiæ non tranſit in emptorem.

9 *Dominium reſeruatum remanet penes reſeruantem.*

10 *Reſeruatio beneplaciti Apoſtolici relinquit venditionem in ſuſpenſo.*

Clauſula, Quatenus opus ſit, *quid operitur.*

Inſtantia pro conſenſu apoſtolico declarat, venditionem non fuiſſe perfectam.

---

1 CONſtabat de euidenti vtilitate Eccleſiæ ex tali alienatione, tum ex eo, quod non reperiebantur conductores prædij ob pericula inundationis, quibus ſuberat, tum quia Monaſterium non poterat illud excolere, tum quia neque alij emptores reperiebantur. Vnde remanebat prædium infructuoſum ſine vlla vtilitate Monaſterij. Dubitatur ergo, an Prælatus cum perfecerit contractum venditionis ante obtentam licentiam alienandi, excuſetur à pœnis impoſitis in Paulina *Ambitioſę. De reb. Eccleſ. alien.* Et *excuſari reſoluendum eſt, ita vt pœnæ prædictæ in præſenti caſu non habeant locum.*

2 Ratio eſt, Quia pœnæ dictæ Extrauag. imponuntur alienantibus ſine licentia Apoſtolicæ Sedis. Præſens autem alienatio non eſt independens à licentia Apoſtolicæ Sedis, cum ſit reſeruatum beneplacitum Apoſtolicum, quod non requiritur, vt præcedat contractum, nec quod interponatur tempore, quo celebratur contractus, ſed ſufficit, ſi ex poſt facto interueniat, Cap. 2. *De pactis*. ibi. *Quoties in conuentionibus noſter expectatur aſſenſus, ne in dubium veniant, quæ geruntur, ratihabitio eas debet pro ſecuritate partium ſolidare*. Et ita notant *ibid.* Butrius, *nu.* 6. Imola *num.* 3 & alij *ibid.* Francos *in cap. Dudum. num.* 12. *in fine. De reb. Eccleſ. non alien.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 163. *num.* 2. Rota coram Durano *deciſ.* 397. *num.* 11. Quandiu enim ſuperuenit beneplacitum Apoſtolicum, habet contractus ſtatum implicitum validitatis. Et proinde Gloſ. *in dict. cap.* 2. verbo, *Ratihabitio. De pactis*, norat. Quod licet pactum de ſe non teneat, per ratihabitionem ſuperioris ſit validum, quia ratihabitio retrotrahitur, & æquiparatur mandato. Quod tamen intelligitur, dummodo non ſequatur abſoluta traditio, nec in contractu adſit clauſula *Conſtituti*. Siquidem hæc clauſula abſque etiam traditione habet vim transferendi poſſeſſionem *l. Quidam. ff.* De *rei vendicat.* & notant Menoch. *conſil.* 139. *num.* 24. Tiraquel *De iure Conſtituti par. 2. ampliat.* 1. *num.* 2. Et non ſolum ciuilem, ſed etiam naturalem, vt ſæpiùs dixit Rota. coram Veral. *deciſ* 14. *num.* 8. & *deciſ.* 551. *num.* 4. & *deciſ.* 408. *num.* 8. *part.* 4. Recent. & *deciſ.* 184. *num.* 8, apud Pacific. *De ſaluiano interd.* Et ſimul etiam transfert dominium, vt notant Panorm. *in cap.* 2. *num.* 13. De *conſuet.* Beroius *conſil.* 41. *num.* 12, *vol.* 3. Afflict. *deciſ.* 299. *num.* 18. Rota *in Sutrina bonorum.* 23. *Octob.* 1595. & *in Aſſiſtenti cenſus* 22. *Iunij* 1603. coram Coccino. Hoc enim pacto contractus haberet exequutionem abſque beneplacito Apoſtolico, & reſeruatio illius eſſet eluſoria.

3 Et quamuis ſolum beneplacitum Apoſtolicum videatur reſeruatum ſub conditione, ſi nimirum neceſſarium ſit, vt denotant illa verba, *Quatenus opus ſit*, quæ important conditionem *l. Styclìũ, qui meus. ff.* De *leg.* 1. & notant Bar. *in l.* 1. *num.* 10. *ff.* De *condit. & demonſt.* Caſtrenſ. Socin. & cœteri *ibid.* Crauet. *conſil.* 802. *num.* 1. Honded *conſil.* 68. *nu.* 8. *lib.* 2. Surd. *conſil.* 186. *num.* 10. Rota *deciſ.* 381. *num.* 2. *par.* 1. *Diuer.* & coram Ludouiſ. *deciſ.* 555. *num.* 2. Attamen, quia beneplacitum eſt abſolutè, & de iure neceſſarium, reſeruatio conditionalis tranſit in abſolutam, & puram, vt ponderat Rota in ſimili *deciſ.* 14. *num.* 5. coram Pennia. Deinde quod reſeruatio ſit conditionalis, non tollit, quin verè reſeruatum ſit, ſed ſolum oſtendit alienantem dubitaſſe, an eſſet neceſſarium, quod cōducit ad arguendam bonam fidem in ipſo. Imo non fuiſſe conditionalem conſtabit ex mox dicendis.

4 Vnde ex hoc conſurgit alia cauſa nempe

nempe bona fides, quæ operatur, ne pœnæ dictæ Paul. habeant locum. Conſtat enim ex hac reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, quatenus opus ſit, alienantem noluiſſe alienare, niſi legitimo modo, & ſeruata ſolemnitate neceſſaria, præſertim quia abſolutè promiſit, ſe illum exhibiturum, quod facit, vt reſeruatio illius ſit abſoluta, licet de eo, quod putabatur poſſe eſſe, & non eſſe neceſſarium, vnde dictio conditionalis, *quatenus*, non cadit ſupra reſeruatione beneplaciti, ſed ſupra neceſſitate eiuſdem, & ſenſus eſt, quod obtinebitur, vt interponatur ſuper contractu, quatenus neceſſarium ſit interponi. Vnde remanet ſtabilita bona fides alienantis, & excluſæ pœnæ dictę Extrauag. *Ambitioſæ*, quæ ſolum infliguntur præſumentibus. Præſumere autem excludit bonam fidem, & importat auſum temerarium, & dolum, vt notãt Abbas *in cap.* 2. *nu.*6. De iudic. Dec. *num.*6. ver. *Sed principaliter.* Barbatia *in cap.* Prudentiam. *not.* 1. De *offic. deleg.* Bald. *conſil* 486. *num.* 5. *vol.* 4. Menoch. *conſil.* 763. *num.* 10. Cardin. *in Clemen.* 1. *nu.*22. De priuileg. Rota coram Caualero *deciſ.* 1. *num.* 2.

5 Nec obſtat, quod bona fides non habeat locum, quando ius reſiſtit, quia ignorantia eorum, quæ ſciri debent, non ſuffragatur, vt notant Bald. *in l. In teſtamento. num.* 1. C. Ad leg. Falcidiam. Alex. *conſil.* 112. *num.* 4. *lib.* 1. Calcan. *conſil.* 24. *num.* 11. Rota coram Caualero *deciſ.* 60. *num.* 3. Quia reſpond. Hoc eſſe verum, quando ſumus in caſu, in quo ius eſt certum, & clarum: ſecus autem, quando caſus eſt controuerſus, vt notant Gabr. *concluſ.* 14. *num.* 7. De *præſcript.* Balb. *in Repet. l. Celſus par.* 1. *num.* 17. & 22. *ff.* De *vſucap.* Rota *deciſ.* 120. *num.* 6. *par.* 3. Recent.

6 Cum ergo alienatio rerum Eccleſiæ ſit de iure permiſſa ex cauſa euidentis vtilitatis Clemen. 1. *De reb. Eccleſ. nõ alien.* Et adſit opinio, quod in tali caſu valeat alienatio ſine beneplacito Sedis Apoſtolicæ: nec locum habeant pœnæ, quam tradunt Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 36. & 42. Nauar. *Commen. de alien. rer. eccleſiaſ. num* 17. ver. *Secundum.* Rodriquez. *Quæſt. Regul.* 27. *ar.* 9. *tom.* 1. & alter Rodriquez *in Compend. reſol.* 8. *num.* 9. & 10. potuit ſibi perſuadere ſtante euidenti vtilitate, non eſſe neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum, & formare bonam fidem, cum qua conſtat, quod proceſſerit. Imo vt cautè procederet, in omnem euẽtum reſeruauit beneplacitum Apoſtolicum impetrandum, quo magis confirmatur bona fides, ſiquidem voluit, quod in quocunque euentu alienatio eſſet legitima.

7 Et hoc reſoluendum eſt, etiam in terminis Decreti S. Congregat. ſub Vrbano VIII. & iuſſu ipſius editi ſub *die* 7. *Septemb.* 1624. in quo vltra pœnas Paulinæ aliæ quoque imponuntur, non quidem præſumentibus, ſed abſolutè. Nam adhuc excluduntur in virtute reſeruationis beneplaciti Apoſtolici, vt ductum eſt *nu.* 2. Deinde quamuis non exprimatur, quod impoſitæ ſunt præſumentibus, illis tamen tantum cenſentur impoſitæ, quia dictum Decretum emanauit pro corroboratione dictæ Extrauag. *Ambitioſæ*, quæ propter priuilegia Regularibus conceſſa, valde ipſi derogatum fuerat cum detrimento Monaſteriorum, vt in ipſo exprimitur, & proinde tolluntur priuilegia alienandi. Dum autem emanauit in conſequentiam ad dictam Extrauag. & pro illius corroborat. recipit interpretationem ab ipſa, ita vt pœnæ, quæ generaliter in Decreto imponuntur, habeantur impoſitæ contra tranſgreſſores illius ſpecialis qualitatis, contra quos in Extrauag. imponuntur, iuxta ea, quæ notant Gloſ. *in l. Sciendum. init. ff.* Qui *ſatiſd. cogan.* Iaſ. *ibid. num.* 4. ver. *Tertiò limita.* Ruin. *conſil.* 29. *num.* 5. *lib.* 3. Socin iun. *conſil.* 131. *nu.* 36. *lib.* 1. Imola *in l. Si vero. §. De viro. ff. Soluto matrimon.* Menoch. *conſil.* 187. *nu.* 38.

8 Deniq. Ex eo quoque capite excluduntur pœnæ alienantium ſine ſolemnitate, quia non fuit completa venditio, ſed remanſit in ſuſpenſo, & ideo non verificatur, quod ſit facta. Primò quidem, quia remanſit dominium penes venditorem, quia non fuit ſolutum pretium. In alienatione enim rerum Eccleſiæ, quando non ſoluitur pretium non transfertur dominium, vt tradunt Bart. *in l. A D. Pio. §. Sed*

S. Sed

§. *Sed ſi emptor.num.* 3. *ff.* De *re iud.* Alex. *ibid.num.*7. Ial.*nu.*6. Bald. *in l.In ciuili.nu.* 2.C.De *rei vendicat.* Aret. *in §.Vendita.n.* 3.Inſtit. *De rer. diuiſ.* Felin.*in Cap. Cum olim.num.*5.ver.*Niſi ſit procurator.* De *offic. deleg.* Venditio autem non perficitur, niſi translatione dominij.

9 Secundò. Quia fuit expreſsè reſeruatum dominium venditori, donec ei ſolueretur pretium, quod operatur, vt dominium remaneat penes reſeruantem, vt notant Bald. *in Rubr.de contrahen. empt.num.*13. Abbas *conſil.*66.*num.* 1. Ruin. *conſil.*73.*nu.*3.*caſu* 2.*lib.*1. Surd.*deciſ.*305. *nu.*39. Magon. *deciſ.Lucenſ.*32.*nu.*9.Rota *deciſ.*507.*num.*4.*par.*3.*Recent.*

10 Tertiò. Quia cum fuerit reſeruatum beneplacitum Apoſtolicum, venditio remanſit imperfecta ſub tali conditione, & in ſuſpenſo, vt notant Olaſch. *deciſ. Pedemon.*164.*num.*7.Rota coram Durano *deciſ.*83.*num.*27.& etiam ex hoc capite non fuit translatum dominium, vt obſeruat Rota coram Puteo, *deciſ.*2.*de tranſac.* aliàs *deciſ.*343. *lib.*1. Et quamuis conſenſus Apoſtolicus reſeruatus ſit cum clauſula, *Quatenus opus ſit,* attamen, quia opus eſt interponi pro validitate alienationis, facit, vt omnino interponi debeat, & contractus ſtet prorſus ſub tali conditione, vt notant Bald. *in l. Edita nu.*98. C.De *eden.* Rota coram Seraphino *deciſ.*687. *num.*2. Et effectus ſubſequutus mentem contrahentium declarauit, quia alienans inſtauit pro obtinendo conſenſu Apoſtolico, quod ſufficienter declarat, venditionem non fuiſſe habitam pro completa, vt ponderat Rota *ead.deciſ.*83.*num.*29. coram Durano.

An venditor poſſit percipere annuam penſionem ab emptore, donec ei ſoluat pretium. Quæſt. 192.

S V M M A.

1 *Venditor reſeruans ſibi dominium &c. poteſt ab emptore exigere annuam penſionem donec ſoluatur pretium.*
2 *Reſeruatio dominij quando non repugnet venditioni.*
3 *Vendens iuſtè percipit annuam penſionem, donec ſoluatur pretium, &c.*
4 *Talis penſio compenſat vſufructum.*
Vſufructus eſt pars dominij.
5 *Ex vi eiuſ contractus percipiat venditor penſionem, donec ſoluatur pretium.*
6 *Contractus talis cenſetur, qualis nominatur.*
Niſi repugnet natura contractus.
In contractibus natura potius attenditur, quàm verba.

1 PRælatus cuiuſdam monaſterij vendidit certum fundum, & quia emptor non habebat in promptu pretium ſoluendum, habuit fidem de ipſo, vt tamen ſecurus eſſet, reſeruauit ſibi dominium, donec ſibi integrum pretium ſolueretur, & cōuenit cum emptore, vt ſolueret annuum cenſum correſpondentem capitali eiuſdem pretij. Vnde dubitatur, an potuerit percipere hanc annuam penſionem abſque vitio vſuræ, ſiquidem videtur ſolui ex mero titulo dilationis ſolutionis pretij. Et *affirmatiuè reſoluendum videtur: neque in hoc interuenire ſuſpicionem vſuræ.*

2 Pro quo eſt ſupponendum. Quod licet in venditione venditor reſeruet ſibi dominium, dummodo reſeruatio non ſit perpetua, ſed ſolum ad certum tempus. non impeditur verus contractus emptionis, & venditionis, vt tradunt Ruinus *conſil.*177.*num.*9. Iacob. Aemil. *conſil.*120.*nu.* 3. Surdus *deciſ.*157.*num.*2. Rota coram Pennia *deciſ.*1482.*num.*7.& *deciſ.*190.*nu.* 6.*par.*3.Recent. Hæc enim reſeruatio dominii ſolum operatur, vt plena affectuatio venditionis transferatur in tempus futurum; & interim ſola poſſeſſio tranſeat in emptorem, vt notat Rota cit. *deciſ.*190.

3 Stante ergo reſeruatione dominij, & translatione poſſeſſionis in emptorem potuit venditor iuſtè percipere dictam annuam penſionem, vt tradunt Alexan. *conſil.*121.*num.* 6. *lib.* 5. Socin. Sen. *conſil.* 176.*circa fin.lib.*2. Abbas *conſil.*66.*num.*4. *lib.*1. Socin. iun. *conſil.*66.*num.* 7. *lib.*2. Cagnol, *in l.Curabit.num.*62. C.De *act.empt.*

Coua-

Conaruu. *Cap.4.Variar.nu.9. lib.3.* Riminal ſenior. *conſil.3t 7.uum.19.* Neque enim eſt equum, quod vẽditor careat vſufructu, rei venditæ; & etiam pretio, & fructu, quem inde poſſet percipere ipſum conuertendo in rem fructiferã: & ideo poterit ſe indemnem ſeruare exigendo dictã annuam penſionem.

4 Iuſtitia verò huius penſionis in eo fundatur, quod ſit pro compenſatione vſufructus rei venditæ, qui conceditur emptori. Cum enim venditor reſeruet ſibi dominium vſque ad ſolutionem pretij, reſeruat etiam vſufructum; nam vſufructus eſt pars dominii iuxta ea, quæ tradũt Bart. *in l. Qui vſufructum. num.3. ff. De verbor. obligat.* Caſtrens. *in l. Si quis. §. Differentia. num.3. ff.* De *acquir. poſſeſ.* Garzia *de Expenſ. & meliorat. cap.10. nu.4.* Rota *deciſ.230. num.8. par.4. Rerent.* Et ideo ſi venditor cedit vſufructum, poteſt ex titulo iuſtitiæ recipere compenſationem.

5 Verum adhuc dubitatur, quo ſpeciali titulo percipi poſſit à venditore prædicta penſio. Naturà autem contractus declarat interuenire tacitam locationem. Siquidem retento dominio duo transferuntur in emptorem, nempe poſſeſſio, & ius percipiendi fructus, vnde cum penſio ſoluatur pro compenſatione vſufructus, interuenit ſubſtantia locationis, iuxta ea, quæ tradunt Abbas *conſil.66. num.2. init.* Riminal. ſen. *conſil. 317. num.19. ver. Quo caſu.* Rota coram Pennia *deciſ.1482. nu.8.*

6 Nec obſtat, quod partes conuenerint de has pẽſione annua ſub titulo cenſus, quia conſtat ex ipſa ſubſtantia contractus non fuiſſe cenſum, cum non adfuerit fundus, ſuper quo imponeretur; nec fuerit numerata pecunia iuxta Conſtit. Pij V. *De cenſib.* & è contra, vt dictum eſt, interuenerint ſubſtantialia locationis. Vndelicet contractus tales cenſeantur, quales oſtendunt verba *l. Fideiuſſores Magiſtratuum. ff. De fideiuſ.* & *l. Qui fundum. §. Fundi. ff.* De *contrahen. empt.* & notant Cephal *conſil 703. num.1. lib.5.* Natta *conſil. 49. num.14.* & communiter. hoc tamen intelligitur, niſi repugnet natura contractus, in præſenti autem repugnat, ſicuti notant Afflict. *deciſ.72. in fine.* Mantica *de tacit. lib.22. tit 8. num.2.* Rota *deciſ. 491. num.4. par.3. Recent.* Quando enim verba non concordant cum natura contractus, natura potius attenditur, quàm verba. *l. Inſulam. ff.* De *preſcrip. verb.* & notant Corn. *conſil.38. numer.9. lib.2.* Alciat. *conſil.513. num.9.* Boer. *queſt.249. in fine.* Fab. *de empt. & vendit. queſt.2. Princip nu. 26.* Hoc enim tribuendam eſt imperitiæ contrahentium differentiam, & ſubſtantiam contractuum ignorantium.

An ſi reſeruato beneplacito Apoſtolico vendens res Eccleſiæ tradat poſſeſſionem incidat in pœnas &c. Quæſt. 193.

SVMMA

1 *Tradens poſſeſſionem rei eccleſiaſtica emptori antequam ſuperueniat beneplacitum Apoſtolicum reſeruatum, an incidat in pœnas.*
2 *Quid, ſi adhuc reſeruetur beneplacitum.*
3 *Traditio poſſeſſionis reſeruato cõſenſu Apoſtolico eſt conditionalis.*
4 *Non transfert dominium.*
5 *Quando actus non habetur pro perfecto, quicquid interponitur, habetur pro interpoſito, antequam actus perficiatur.*
6 *Nihil cenſetur factum, ſi ſuperſit aliquid faciendam.*
7 *Traditio pendente conditione ſe habet, ac ſi non fuiſſet.*

1 QVod tradens poſſeſsionem rei alienatæ, quamuis cũ reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, incidat in pœnas Extrauag. *Ambitioſæ.* De *reb. Eccleſ. non alien.* videtur omninò certum, ſi traditio ſit omninò abſoluta, & ſortiatur ſuum effectũ. Quia tunc infert complementum contractus cum translatione dominii, & poſſeſſionis, quamuis nulla; atque adeo actus completur ſine neceſſaria ſolemnitate. Et illa reſeruatio beneplaciti Apoſtolici videtur poſita eluſoriè, & in fraudem legit. Et ita deſumitur ex iis, quæ tradunt Bal. *in l.1. num.56. C.* De *his. quæ pœnæ nomine.* Vincent. de Franch. *deciſ. 267.* Et in facti contingentia, cum quidem Rector Eccleſia

Eccleſia

cleſiæ alienaſſet certum fundum eccleſiæ reſeruato beneplacito Apoſtolico, cum clauſula. *Non aliter &c.* & ante impetrationem tradidiſſet poſſeſſionem, reſcriptum fuit iuſſu Clementis VIII. *ſub die* 17. *Decemb.* 1599. quod incurriſſet pœnas dictæ extrauag. Ità refert Genuens. *in Praxi Cur. Archiepis. Neap. cap.* 2. *nu.* 1. Vnde dubium eſt, Si traditio ſit tantum conditionalis.

2 Quod vendens res eccleſiæ prohibitas alienari, quamuis reſeruetur conſenſus Apoſtolicus, incidat in pœnas, ſi antequam ſuperueniat, tradat poſſeſſionem emptori, doceat Nauar. *conſil.* 1. *De reb. Eccleſ. non alien. lib.* 3. *tom.* 1. Quaranta *in ſum. Bullar.* verbo. *Alienatio numer.* 2. Naldus *in ſum.* verbo *Alienatio. numer.* 8. Limitant tamen, niſi bona fides excuſet. Cũ alia limitatione tamen loquitur Proſper de Auguſt. *in Addit. ad* Quatan. *Littera B.* niſi fiat proteſtatio de beneplacito reſeruato. Et vtramque limitationem amplectitur Peirin. *ad Conſtit.* 9. *Iulij.* 11. *num.* 14. Fundamentum eſt. Quia proteſtatio eſt contraria facto, nempè reſeruationi aſſenſus Apoſtolici.

3 Abſolutè tamen in ſimili caſu non incidere in pœnas, tradit Iaſ. *in l.* 2. *C. De iure emphyt.* Et eſſe cõmunem opinionem teſtatur Grammat. *deciſ.* 49. Reſoluendũ tamen videtur. Quod non incidat in pœnas contra alienantes ſine beneplacito Apoſtolico, ſi adhuc in traditione reſeruetur. Ratio eſt. Quia ſtante reſeruatione conſenſus Apoſtolici, traditio poſſeſſionis ſtat ſub illa reſeruatione, ſub qua etiã ſtat contractus, tanquam veniens in cõſequentiam ad ipſum. Et ideo ſicuti illa reſeruatio facit, quod contractus ſtet ſub conditione ſuperuenientis beneplaciti, vt notant Olaſch, *deciſ. Pedemont.* 167. *num.* 7. Rota coram Durano *deciſ.* 83. *num.* 27. ità etiam traditio poſſeſſionis ſtat ſub eadem conditione, vt ſcilicet habeat effectum ſuperueniente conditione. Et proinde adhuc contractus remanet imperfectus non ſecus, ac erat ante.

4 Et cum reſeruatio beneplaciti Apoſtolici impediat translationem dominii, vt obſeruat Rota coram Puteo *deciſ.* 343. *lib.* 1. & poſſit ſtare traditio poſſeſſionis cũ retentione dominii iuxta ea, quæ dicta ſunt *quæſt.* 191. excluditur alienatio, de qua agitur, & remanet tantum tractatus. Et ideo cum pœnæ ſint impoſitæ alienantibus, dum excluditur alienatio, excluduntur etiam pœnæ.

5 Accedit etiam. Quod dum conſenſus Apoſtolicus procuratur, & obtinetur, et ſuper contractu interponitur, habetur pro interpoſito in ipſo contractu, quia quod fit, antequam partes habeant contractum pro perfecto, dicitur fieri in ipſo contractu iuxta ea, quæ tradũt Bart. *in l. Iurisgentium.* §. *Quinimò. num.* 21. *ff. De pact.* Iaſ. *ibid. num. item.* 21. Paris *conſil.* 31. *n.* 17. *lib.* 4. Simoncel. *De Decret. in Præfat. n.* 37. *ver. Non obſtat.* Menoc. latè *conſil.* 767. Rota coram Puteo *deciſ.* 343. *lib.* 1. & corã Seraphino *deciſ.* 805. *nu.* 8. Vnde ſi pœnæ locum haberent, puniretur actus legitimè factus, et cum debita ſolemnitate.

6 Denique ſubintrat regula, quod nihil cenſeatur factum, quamdiù ſupereſt aliquid faciendum, vt deſumitur ex *l. Titia. ff. De verbor. obligat.* & *l. Cum Syllanianum. C. De iis, quib. vi indign.* Iaſ. *ibid. n.* 3. Hyppolit. *conſil.* 122. *num.* 15. Monach. *deciſ. Florent.* 19. *num.* 5. Rota *deciſ.* 725. *n.* 7. *par.* 2. *Recent.* Vnde cum ſuperſit obtinere Apoſtolicum beneplacitũm iuxta conuentionem partium, nihil cenſebitur factum circa alienationem, et conſequenter nec pœnæ locum habebunt. Vnde remanet excluſa ratio allata pro oppoſita ſententia: nam nequaquam proteſtatio eſt contraria facto, ſed eſt ipſi conformis, quia reſeruatio beneplaciti Apoſtolici tenet factum, nempè contractum, in ſuſpenſo, & partes intendũt, quod maneat in tali ſtatu, dum volunt, quod expectet perfectionem ab eodem beneplacito.

7 Neque obſtat ſupradictis Reſcriptum iuſſu Clementis VIII. emanatum, quia procedit, quando traditio rei alienatæ eſt abſoluta transferens quantũ eſt de ſe, dominium, & poſſeſſionem: tunc enim tanquam exequutio contractus continet factum contrarium proteſtationi. Non autem, quando traditio eſt con-

ditio

ditionata ſuſpendere effectum in euentū condionis beneplaciti Apoſtolici, quia tunc pendente conditione perinde ſe habeat, ac ſi non fuiſſet ſequuta *l.Pecuniam. ff.*Si *cert, pet.* & *l.Neceſſariò.§. Quodſi pendente ff. De pericul. & com. rei vend.* et notant Craueta *conſil.*170. *num.*8. Surd. *conſil.*298. *num.*36. Rota coram Merliuo. *deciſ.*78.*num.*7.

An Prælatus alienare poſſit bona Eccleſiæ pro donatione remuneratoria. Quæſt. 194.

S V M M A

1 *Prohibita donatione non prohibetur remuneratoria.*
2 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio.*
Donatio remuneratoria habet vim compenſationis.
3 *Bona Eccleſiæ an alienari poſſint pro donatione remuneratoria.*
4 *Alienatio omnis rerum eccleſiaſticarū eſt prohibita.*
5 *In alienatione rerum Eccleſiæ requiritur vtilitas, & ſolemnitas copulatiuè.*
6 *Solemnitas in alienandis rebus Eccleſiæ cur introducta.*
7 *Donatio immobilium eccleſiaſticorum ad tempus regulanda, ſicut locatio.*
Locatio fundi eccleſiæ vltra triennium neque pro triennio valet.

---

1 QVamuis prohibeatur donatio, non tamen prohiberi remuneratoriam, videtur omnò certum, vt deſumitur ex *l.Metum.§.Sedlicet.ff* De *eo quod metus cau.* & *l.Iubemus nulli. §. Scientes.* C. *De ſacroſanct.Eccleſ.*ibi. *Ad viciſſitudinem beneficij collati.* & notant Gloſ.*ibid.*verbo. *Permiſſū* Bart.Bald. Caſtrens. Alber. & cœteri Doctores Alciat. *in l. Creditores. ff.* De *verbor. ſignificat.* Iaſ. *in l.Si non ſortem.§.Libertus.ff.* De *condit. indeb.* & *in l. Ex hoc iure.ff.*De *iuſt.& iure*, Tiraquel *in l.Si vnquam.* verbo *Donatione largitus.* C. De *reuocand. donat.* Palat. Rub. *in Rubr. Repet.* De *donat. inter vir. & vxor.*

2 Et ratio eſt. Quia donatio remuneratoria non eſt propriè donatio, cum non ſit ex liberali voluntate, ſed ex debito. Vnde in *l.Sed, & ſi lege.§.Conſuluit. ff. De petit.hered.* hęc donatio dicitur genus quoddā permutationis. Et in *l.Si pater. §.fin. ff.* De *donat. l.Aquilius* Regulas. *ff.* De *donat.* dicitur, non eſſe meram donationem, ſed mercedem remuneratoriam. Et ideo nō comprehenditur ſub donatione, quando prohibetur, quia intelligitur ſolum de propria, & liberali donatione. Vnde cum Clemens VIII. interdixiſſet Regularibus largitiones munerū, Cong. ad id ſpecialiter deputata ab Vrbano VIII. declarauit, hāc prohibitionem non comprehendere donationem remuneratoriam: & hanc declarationem confirmauit idem Vrbanus in *ſua Conſtit.*158.*§.*1.*tom.*4.*Bullar.*

3 Modo autem dubitatur, an pro donatione remuneratoria alienari poſſint, quæ aliàs ſunt prohibita alienari, vt ſunt immobilia, & mobilia pretioſa, ita vt donari poſſint in remunerationem. Et partem affirmatiuam tradunt. Iaſ. *conſil.* 122. *lib.*2. Caſtrens. *conſil.* 74. *lib.*1. & *in l.Iubemus. poſt init.* C. De *ſacroſanct.Eccleſ.* Puteus *deciſ.*394.*nu.*1. Limitant tamen Caſtrens, & Puteus, dummodo non ſit exceſſiua, & ſi eſt de re immobili, ſit temporalis. Tunc enim volunt, valere abſque ſolemnitate. Fundamentum eſſe poteſt, quia huiuſmodi alienatio non eſt in præiudicium Eccleſiæ, cum ſit ad extinguēdum debitum antidorale.

4 Verum oppoſitum omninò tenendū eſt: & proinde alienationem eſſe cōtra Paulinam, *Ambitioſæ.* De *reb. Eccleſ. non alien.* & eſſe nullam, Et ita ſpecialiter notat Dec. *conſil.*164. Et ratio clara eſt. Quia in dict. Paulina. *Ambitioſæ* prohibetur non ſolum alienatio liberalis, ſed etiam, quæ fit titulo venditionis, & quæcunque alia ſpecies alienationis; imò etiam locatio vltra triennium. Ergo erit prohibita alienatio remuneratoria, cū ſit vera, & propria alienatio, quamuis non liberalis.

5 Confir. In alienatione rerum eccleſiæ duo copulatiue requiruntur, vtilitas & ſolemnitas, ita vt vna ſine alia non ſufficiat

ficiat. Cap. *Sine exceptione*. 12. *Quaſt*. 2. & Cap. *Nulli*. De *reb. Eccleſ. non alien.* & Cap. 1. *De reb. Eccleſ. nou alien. in* 6. & Clemen. 1. *eod. tit.* Et notant Doctores in dict. Cap. *Sine exceptione* præſertim Laurent. de Rodulph. *num.* 17. Archidiacon. *num.* 5. Geminian *num.* 2. Bellam. *num.* 7. Henr. *in Cap.* Tua *in fine*. De *bis. quæ fiunt à Prælat. ſine conſen.* Cap. Imola *in Cap. Ad aures. num.* 1. De *reb. Eccleſ. non alien.* Couaruu. alios referens *lib.* 2. *Variar. cap.* 17. *num.* 2. Rota coram Coccino *deciſ.* 34. *num.* 3. & *deciſ.* 58. *num.* 11. *par.* 4. *Recent. & in cauſa diſmembrationis* 14. *Febr.* 1594. coram Pamphilio. Et ideo vtrumque requiretur etiam in donatione remuneratoria, & proinde erit examinandum, an interueniat vtilitas, quæ examinatio fieri non poteſt, niſi per Apoſtolicam Sedem.

6 Et eo magis erit neceſſaria ſolemnitas conſenſus Apoſtolici, quia non ita facilè ſaluari poteſt vtilitas Eccleſiæ in donatione remuneratoria. Et tamen hæc præcipuè eſt attendenda; ita vt ſolemnitates inuentæ ſint, vt excludantur alienationes inutiles, & pro iuſtificanda vtilitate, vt tradit Rota coram Mantica *deciſ.* 101. *num.* 5. & coram Merlino *deciſ.* 702. *num.* 76. & *deciſ.* 624. *num.* 3. *par.* 1. Recent. & *deciſ.* 730. *num.* 3. *par.* 2. Cum ergo in donatione remuneratoria valde turbida eſſe ſoleat vtilitas, neceſſaria eſt ſpecialis diſcuſſio, atque adeo ſpeciali modo ſolemnitates ſunt neceſſariæ.

7 Ex quibus infertur, quid dicẽdũ ſit de donatione remuneratoria immobilium ad tempus. Quamuis enim in hoc caſu non alienentur immobilia, ſed ſolus vſufructus; attamen adhuc eſt neceſſaria ſolemnitas, quia regulatur tanquam ſi eſſet locatio, quæ eſt prohibita ſine ſolemnitate vltra triennium in dict. Paulina, *Ambitioſæ*. De *reb. Eccleſ. non alien.* Et ideo, ſi ſit ad longum tempus, neque etiã valet pro triennio conceſſa iuxta communiorem, & receptam ſententiam, quam inter alios tradunt Lappus *alleg.* 80. vbi etiam Apoſtil. *fin.* Alexan. *conſil.* 17. *num.* 10. *ver. Nec etiam obſtat. lib.* 4. vbi alios allegat. Cardin. *in Clemen.* 1. *§ fin.* in fine. De *reb. Eccleſ. non alien.* Prob. ad Monach. *in Cap. vlt. num.* 2. De *pænit. & remiſ. in* 6. Afflict. *deciſ.* 107. *num.* 2. Gutierez. *in l. Nemo poteſt. num.* 53. *ff.* De *leg.* 1. Molina cum aliis De *primogen. lib* 1. *cap.* 21. *num.* 28. *ver. Solet etiam.* Rota *in Romana Deuolutionis domus.* 4. *Febr.* 1583. coram Rubeo. & *in Placentina Decimarum.* 2. *Iunij.* 1586. coram Bubalo. & *in Brixienſi locationis.* 5. *Decemb.* 1597. & *deciſ.* 435. *numer.* 3. *par.* 3. Recent.

An ſuperiores Regulares euadant pœnas, ſi alio tempore à præſcripto faciant publicare Conſtitutiones, & Decreta quotannis publicanda. Quaſt. 195.

SVMMA

1 *Decreta, & Conſtitutiones ſingulis annis publicè legenda.*
2 *Extenſio temporis pro earumdem lectione.*
3 *Si legantur extra tempus præfixum, non ſatis fit obligationi.*
Quando Conſtitutio præfigit tempus. non ſeruans tempus, nec ſeruat conſtitutionem.
4 *Lex præfigens tempus induerit formam.*
Forma non ſeruata non impletur conſtitutio.
5 *Conſtitutio requirens certum tempus, extrà ipſum locum non habet.*
Limitatio temporis extra ipſum operatur contrarium effectum.
6 *Anticipans tempus in legendis Conſtitutionibus an ſatisfaciat.*
Forma inducta ad certum effectum impletur per æquipollens.

1 ADſunt nullæ Conſtitutiones, & Decreta, quæ quotannis tenentur Superiores congregatis ſubditis curare, vt publicentur, vt ſunt Decreta de Celebratione miſſarum, quæ feria ſexta poſt Octauam Corporis Chriſti & poſt Dominicam primam aduentus publicanda ſunt, & Conſtitutiones pertinentes ad Tribunal S. Officij, quæ legendæ ſunt feria ſexta poſt Feſtum Aſſumptionis B. Virginis & Conſtitutio Vrbani VIII. De largitione munerum, quæ eſt 158. *eiuſdem Pontificis. tom.* 4. *Bullar*, & legenda eſt menſe Ianuario, aliàs incurrunt

tuat priuationem Officiorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ &c. Vnde dubitatur, an ſi alio tempore à præſcripto faciant publicare, euadant pœnas.

2 Eſt autem præſupponendum, quod in hoc emanauerunt diuerſæ declarationes: Nam Congregat. S. Officij declarauit *ſub die* 11. *Februar.* 1638. quod ſi Conſtitutiones pertinentes ad S. Officium loquantur intra menſem Auguſti pœnæ locum non habeant, Rurſus Congregat. Epiſcop. & Regul. ſub *die* 21. *Martij* 1638. conceſſit decem dies à præſcripto pro legendis Decretis De celebratione miſſarum. Imo in alio Decreto eiuſdem *anni* 1638. *ſub die* 16. *Aprilis* conceſſit ſpatium vnius menſis à die præſcripto, Et cum in omnibus Conſtiturionibus, & Decretis legendis agatur de obediendo, & manutentione memoriæ eorumdem in ordine ad obſeruantiam, æquitas videtur exigere, quod prædicta extenſio vnius menſis locum habeat, quò ad omnia Decreta, & Conſtitutiones publicè legendas. Si ergo extra prædictam extenſionem temporis faciant legere, dubitatur, an impleant preceptum, & euadant pœnas.

3 Et negatiuè reſoluendum eſt, loquendo in rigore iuris. Quamuis ex æquitate videretur abſoluendus à pœnis, qui alio tempore faceret publicari. Deſumitur, ex iis, qui tradunt, quod quando Conſtitutio præfigit tempus, qui non ſeruat tempus, nec etiam ſeruat Conſtitutionem. Ita Bald. *Authent. Quę ſupplicatio. num* 7. C. De *precib. Imper. offer.* Salicet *ibid.* Iaſ. *conſil.* 191. *num* 6. *lib.* 2. Surdus *deciſ.* 86. *num.* 8. Siquidem Conſtitutio non ſeruatur, quando non ſeruatur, quod in ipſa præcipitur. Præcipitur autem actus non quomodocunque ſed affixus tali tempori: vnde non ſeruat ieiunium, qui alio die à præſcripto ieiurat.

4 Ratio vero eſt. Quia quando lex præfigit tempus actui, inducit ipſum pro forma, vt deſumitur ex *l. Obſeruare. §. Poſt hac. ff.* De *offic. proconſul.* & Authent. *Quę ſupplicatio.* C. De *precib. Imperat. offeren.* ibi *Sub hac forma* & tradunt communiter Doctores Bald. *in hanc Authen. circa finem.* & *in l. Omnes populi circa fin. ff.* De *iuſt. & iure.* Felin. *in Cap. Cum. num.* 33. *ver. Octauum ſignum.* De *reſcrip.* Marſil. *conſil.* 65. *num* 4. Becc. alios citans *conſil.* 12. *nu.* 15. & *conſil.* 63. *nu.* 44. Curt. iun. *conſil.* 166. *nu.* 7. Caſtrenſ. in *l. Si ea. init. ff.* Locati Socin. iun. *conſil.* 32. *num.* 10. *vol.* 1. Rolan. *conſil.* 72. *num.* 8. *vol.* 3. Rebuf. *tract. Nominat. qu.* 14. Surdus *conſil.* 124. *num* 4. Conſtat autem, quod non ſeruata forma, nec etiam impletur, quod iniungitur, cum ſine ipſa corruat actus. *l. Qui haredi. §. 3. ff.* De *con. dit. & demonſtrat.* & notant Gloſ. *in Cap. Cum dilectu. verbo,* Irritum. De *reſcrip.* Felin. *ibid. num.* 6. Abbas *num.* 4. Batt. *in l.* 1. *ff.* De *liber. & poſth.* Vbi etiam cœteri Doctores, Bec. *conſil.* 12. *num.* 16. Roland. *conſil.* 72. *n.* 64. Tiraquel. *in l. Si vnquam. verbo.* Reuertatur. *nu.* 67. C. De *reuocan. donat.*

5 Et facit generalis regula, quod quando aliqua diſpoſitio requirit certum tempus, extra ipſum locum non habet. *l. Si vnus. §. Si cum reo. ff.* De *pact.* & *l. Statu liberum §. Stychum.* & *l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet ff.* De *teſtamen.* 2. Imo quando limitatur ad tempus, limitatio operatur, quod extra illud tempus habeatur contraria diſpoſitio *l. Fratres. ff. De pœnis.* & iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in Proem. ff. §. Hac autem tria.* Angel. *in l.* Si *vnus. §. Si cum reo. ff. De pact. in* 1. *lect.* Dec. *conſil.* 61. *num.* 4. Surdus *conſil.* 88. *nu.* 8. Ergo quando præcipitur, quod *Decreta* & Conſtitutiones Pontificiæ certis temporibus publicè legantur, præceptum nō afficit extra illa tempora, imo tacitè liberat; & proinde, ſi legantur, non per hoc impletur præceptum. Quod etiam confirmatur ex ſupradictis Declarat. S. Congregat. quæ ideo aſſignat certam extenſionem temporis, ad declarandum, quod vltra ipſam non ſatisfit obligationi, ſed locum habeant pœnæ.

6 Sed quid, Si ſuperior Regularis anticiparet tempus præfixum pro lectione publica Conſtitutionum, & Decretorum. Reſp. Ex æquitate videri excuſandum à pœnis. Quia quamuis non ſeruauerit formam temporis, ſeruauit tamen æquipollenter; & cum ex hac æquipollentia obtineatur idem effectus, nempe renouatio memoriæ in ordine ad ob-

ſeruantiam, & ad excludendam deſuetudinem, videtur ſatisfactum menti legislatoris, & ſufficienter ſeruata forma, quam ſufficit impleri per æquipollens, quando tendit ad certum effectum, vt tradunt Vaſquez *de ſucceſſ. lib. 1. § 4. num. 31. tom. 1.* Tuſch. *littera* F, *concluſ.* 419. *num.* 21. Alderan. *de ſtatut. interpret. concluſ.* 9. Mantica *de tacit. lib. 2. tit. 4. num.* 41. afferens nonnullas Rotæ deciſ.

An ex credito liquido conſtitui poſſit cenſus cum debitore vendente ius, &c. Quæſt. 196.

SVMMA

1 *Ex credito liquido poteſt conſtitui cenſus.*
2 *In ipſo conſtituendo ſeruari poſſunt conditiones neceſſariæ.*
Ex æquipollentibus non refert quid fiat.
3 *Quomodo ſaluetur iuſtitia cenſus, dum ex credito conſtituitur.*
Ad vitandum circuitum vno actu expreſſo alter taceatur
4 *Contractus admittit omnem interpretationem, qua ſubſtinetur.*
Et implicite illos contractus, quorum ſubſtantias poteſt interuenire.
5 *Iuſtitia, & realitas contractus excludit ſimulationem.*
Iuſta cauſa præcedens excludit ſimulationem.
6 *Non ſoluit, qui ſtatim eſt recepturus eandem pecuniam.*
Secus tamen, ſi ſolutio ſortiatur ſuum effectum.

1 SI debitor ſoluat, quod debet, & facta ſolutione vtatur creditor pecunia ſoluta ad fundandum cenſum, nulla adeſt difficultas, quia tunc emetur cenſus numerata pecunia iuxta Conſtitutionem Pij V. *De cenſibus.* Difficultas eſt, quando non ſoluitur debitum, vel quia debitor impotens ſit ad ſoluendum, vel ex aliqua alia cauſa; Et propterea emptor cenſus affert aliam pecuniam numerandam iuxta dictam Conſtitutionem, ſed poſtea eã ſibi retinet, ita vt pro cenſu inſeruiat pecunia debita; & non pecunia numerata. Et affirmatiuè reſoluendum eſt iuxta ea, quæ tradunt Cencius *de cenſib. part. 2. cap. 1. quæſt. 1. ar. 5 nu. 22. & ar. 6. nu. 31.* Cirracus *controuer.* 547. *num. 11. 20 & ſequent.* Nauar. *ad Conſtit. Pij V. de cenſib. gloſ. 3. num. 88. vèr. Eſt autem quæſtio.* Maſtril. *deciſ. 262. num. 44 par. 3.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 652. numer. 14.* Duard. *de cenſib. § 2. quæſt. 1. num. 31.* Farinac. *conſil. 201. num. 4. & 17.* Sperel. *deciſ. 28. num. 77.* Nogaról. *allegat. 32. num. 110.* & frequenter Rota, cuius deciſiones nõnullas allegat Farinac. & *deciſ. 131. num. 8. apud* Cencium *de Cenſib. poſt addit. ad 2. par.* & *deciſ. 29. num. 3. apud* Farinac. *tom. 2. Conſil. Criminal.* & coram Ludouiſ. *deciſ. 195. num. 9.* & *deciſ. 459. num. 7.*

2 Ratio vero eſt. Quia, quantum eſt ex hoc capite, interuenit conditio requiſita per Conſtitutionem Pij V. nempe numerata pecunia, quæ ſoluatur pro pretio cenſus, ſeu iuris percipiẽdi fructus ex fundo, qui cenſui ſubiugatur. Et ſimul etiam effectus ſolutionis, nempe vtilitas vendentis cenſum, ſiquidem liberatur à debito, quod in ordine ad commodum perinde ſe habet, ac ſi retineret pecuniam, quæ in fundatione cenſus numeratur. Vnde cum ſimus in æquipollentibus, non refert, quid ex ipſis fiat, ſed ſufficit, ſi obtineatur idem effectus, *l. Mulier ff. Ad Trebel.* & *l. Fideicommiſſa §. Si ſeruo alieno ff. De leg. 3.* & *l Si mater. C. De inſtitut. & ſubſtitut.* & *l. fin. C. De donat. quæ ſub mo. fiunt.* & ideo cum numeratio pecuniæ verum ſortiatur effectum, non poteſt dici, quod ſit ſimulata.

3 Diuerſo autem modo realitas contractus ſaluari poteſt. Et primò quod realiter pecunia numerata detur pro pretio cenſus, & quod ſtatim fundato cenſu eadem pecunia retroſoluatur ementi cẽſum pro extinctione debiti expreſſo tamen tantum actu ſolutionis pecuniæ pro emendo cenſu celeritatis cauſa ad vitandum circuitum, & occultata ſolutione debiti iuxta *l. Singularia. ff. Si cert. pet.* & *l. 3. § vlt. ff. de De donat. inter vir. & vxor.* & notat Menoch. *conſil. 161. num. 13.* Vnde cum interueniant duo contractus veri, & reales, ſaluatur ſubſtantia emptionis

nis cenſus, non obſtante quod pecunia ſtatim reuertatur ad numerantem.

4 Alio etiam modo realitas contractus ſaluari poteſt, nimirum per diuerſos contractus implicitos, ita vt primo emēs cenſum mutuetur pecuniam venditori pro extinguendo debito, et venditor ſtatim extinguat, et facta extinctione, ematur cenſus: empto autem cenſu venditor ſtatim reſtituat pecuniam mutuatam, et hoc pacto remaneat apud emptorem cenſus. Ea enim eſt natura contractus, vt pro validitate ipſius ſubſtinenda, admittat omnem interpretationem, cuius eſt capax: et proinde cenſeatur continere implicitè illos contractus, quorum ſubſtantia poteſt interuenire iuxta *l. 3. ff.* De *teſtam. milit* & *l. Quoties ff.* De *verbor. obligat.* & Cap. *Abbate*. De *verbor. ſignificat.* & notant Gloſ. *ibid* & Gloſ. Ciuilis *in l. Si poſt diuiſionem*. verbo. *Non poteſt*. C. De *iur. & fac. ignor.* Bald. *in l. 2 in fine*. C. De *edic. D. Adr. tollen.* Vantius alios citans. *De nullit. Tit. quid ſit nullit. num. 24.*

5 Neque opponi poteſt, quod interueniat ſimulatio. Quia ſatis excluditur omnis ſimulatio, & fraus ex eo, quod conſtat de iuſtitia, & realitate contractuũ, atque adeo quod liciti ſint. *l. Qui autem. init ff.* De *his, quæ in frau. cred.* & notant Zuchar. *in l. 1. num. 5 t. C.* Qui *admit.* Igneus *in Authent. Ex cau. num 72. C.* De *liber. præter.* Crauet. *conſil. 319. num. 9. in fine*. Præſertim quia adfuit iuſta cauſa ſic contrahendi, vt dixit Rota *in Fauentina bonorum. 2. April.* 1571, coram Lancellotto, & coram Ludouiſio *deciſ.* 195. *nu.* 12. Quando enim interuenit realis ſubſtantia contractus, non poteſt argui de ſimulatione: quia hæc reddit contractum fictum & apparentem, & excludit illius ſubſtantiam.

6 Solum videtur obſtare *l. Qui ſic ſol. uit. ff.* De *ſolutionibus*, vbi non admittitur pro ſolutione, quando ſoluitur pecunia ſtatim recipienda à ſoluente. Reſp. Hunc tex. non obſtare, ſi attentè conſideretur, nam loquitur de ſolutione, quæ non ſortitur effectum, ad quem ordinatur, eò quod præceſſerit pactum, vt ſtatim pecunia ſoluta reſtituatur; quia tunc eſt ficta ſolutio, & non realis, vt conſtat ex ratione, quam tex. affert, ibi. *Quemadmodum non alienantur nummi, qui ſic dantur, vt recipiantur*. Quod non contingit in præſenti caſu; nam ſolutio verè ſortitur ſuum effectum, ſiquidem reuera eſt pretium cenſus, & dominium acquiritur venditori. Quod ſi ſtatim eadem pecunia reuertitur ad ſoluentem, id non prouenit ex nudo pacto præcedente, ſed ex cauſa, & titulo reali, ratione cuius venditor cenſus tantumdem pecuniæ debebat ementi. Et ideo is, cui fit ſolutio, percipit vtilitatem, quia licet non remaneat apud ipſum pecunia, remanet tamen extinctum debitum ipſius. Et hæc reſponſio eſt confirmis ijs, quæ notant. Bart. *in dict. l. Qui ſic ſoluit. init. ff.* De *ſolut.* Caſtrenſ. *ibid.* Bald. *in l. Si ſibi. num. 1. ff.* Si *cert. pet.* Iaſ. *num.* 10. Alex. *num.* 5. Dec. *in fine*; Rota coram Coccino *deciſ.* 49. *num.* 6.

An qui recepit cedulam ex diſpoſitione defuncti in vim ſolutionis pro exigenda pecunia ſoluenda defuncto, teneatur reuelare, ſtante monitorio relaxato ad inſtantiam Creditorum anteriorum. Quæſt. 197.

S V M M A

1 *Recipiens cedulam in ſolutum à ſuo debitore ex vi monitorij non tenetur eam notificare.*
2 *Monitoria ad reuelandum afficiunt ſolum iniuſtè detinentes.*
Anterior creditor non reuocat ſolutum poſteriori.
3 *Creditor retinet, quod ſibi ſolutum eſt, etiam ſi debitor non ſit anterioribus ſoluendo.*
4 *Creditor vti poteſt compenſatione, etiam ſi adſint creditores anteriores.*
5 *Creditor non poteſt retinere ſibi ſolutum, in præiudicium anteriorum hypothecariorum.*
Creditor hypothecarius cæteris præfertur.
6 *Creditor retinet ſibi ſolutum à mercatore, licet adſint alij anteriores hypothecarij.*
Hypotheca generalis non impedit negociationem, & diſtractionem.
7 *Hypotheca generalis vel non cadit ſuper ijs, quæ ſunt in negociatione, vel extinguitur ad diſtractionem.*

8 *Quæ tempore mortis ſunt in manibus defun-ćti remanent ſub hypotheca.*

Adimplementum contractus poſt mortem contrahentis pertinet ad contractum inter vivos.

Quod dependet a præcedenti contractu, eſt par illius.

---

1 DEbebat Caius Petro mille aureos pro mercibus ab eo emptis, & morti proximus diſpoſuit, quod quædam cedula eiuſdem ſummæ daretur in vim ſolutionis eidem Petro, vt exigeret pecuniam, quæ fuerat tranſmiſſa ad Caium, & ab ipſo fuiſſet exigenda. Sequuta morte Creditores Caij anteriores ſcientes tranſmiſſam ipſi fuiſſe hanc cedulam, obtinuerunt monitorium ad effectum, vt manifeſtaretur dicta cedula, Vnde dubitatur, an Petrus teneatur ipſam reuelare. Et negatiuè reſoluendum videtur, vt in ſimili caſu reſoluunt Comitol. *reſpon. moral. lib. 3. queſt. 39.* Gibalin. *de cenſur. Diſquiſit. 2. queſt. 5. confect. 15. num. 62.*

2 Ratio verò deſumitur ex eo, quod huiuſmodi monitoria non afficiunt, niſi iniuſtè detinentes, & ſub peccato mortali obligatos ad reſtitutionem, non autem iuſtè detinentes, & tanquam rem propriã, vt tradunt communiter Doctores Gloſ. *in Cap. Iurgentium. verbo,* Sed eum. *Diſt. 1.* Couaruu. *in Cap. Alma mater. par. 1. §. 9.* Sotus *in 4. Diſt. 22. quæſt. 1. ar. 2.* Suarez *diſp. 20. de cenſur. ſect. 2. num. 1.* Lazar. *de Monit. ſect. 2. quæſt. 4. n. 4.* Bonac. *in tract. Varij. diſp. 6. de obligat. denun. pun. 1. §. 7. num. 3.* Gibalin. *de cenſur. diſquiſit. 2. queſt. 5. num. 5.* Et tradunt communiter in materia de cenſuris, quod excommunicatio non habeat locũ, niſi in caſu peccati mortalis. Petrus autem accepit legitimè dictã cedulam tanquam continentem pretium ſibi debitum ex venditione mercium: & ideo legitimè, & iuſtè eam retinet tanquã datam in ſolutum à ſuo debitore bona fide, Et proinde non poteſt per anteriorẽ creditorem reuocari. *l. Qui autem. §. Sciendum eſt. ff.* Quæ *in fraudem credit.* ibi. *Qui debitam pecuniam accepit, antequam bona debitoris poſſideantur, quamuis ſciens ſoluendo non eſſe, non timere hoc edictum, ſibi enim vigilauit. & l. Naue. ff. Locati.* & notant Caſtrens. *ibid.* Iacob. de Arena *in l. Pupillus. ff.* Si *qua in fraud. cred.* & ſæpius dixit Rota vt *in Imolenſi, Saluiani. 9. Iunij. 1636. §. Secunda verò*, coram Eminentiſ. Macchiauel, & in *Romana pecuniaria. §. Non obſtat. 23. Iunij. 1643.* coram Meltio,

3 Quod locum habet, etiam ſi ſoluens eſſet in mala fide, quia ſcilicet ſciret, quod non remanet pro ſatisfaciendo anterioribus creditoribus; nam adhuc reuera is, cui fit ſolutio, acquirit dominium iuxta communem ſententiam, quam inter alios tradunt Palud. *in 4. diſt. 15. queſt. 3.* Adrian. *De reſtit. vſura quæſt. Hoc igitur.* Tabiena *verbo* Vſura *6. num. 2. & 3.* Medina *de reſtit. Cod. de reb. per vſur. acquiſ. quæſt. 4.* Couaruu. *Variar. reſol. cap. 3. n. 6. lib. 3.* Nauar. *in Manuali cap. 17. num. 271.* Rebel. *de obligat. iuſt. par. 2. lib. 1. quæſt. 7. ſect. 2. num. 12.* Molina *de iuſt. & iure. tom. 2. tract. 2. diſp. 536. nu. 86.* Io. à Cruce *par. 1. Direct. conſcien. præcep. 7. ar. 8. dub. 2. concluſ. 3.* Gibalin. *de cenſur. diſquiſit. 2. queſt. 5. Confect. 20. num. 74.* Et ideo cum non retineat aliquid alienum, non ligatur monitorio ad reuelandum.

4 Quod etiam ex eo confirm. quod quamplures Doctores tradunt, nempe quod habens apud ſe res ſui debitoris, ſi contingat mori, poteſt eas retinere in conſcientia pro compenſatione, etiam ſi adſint alij creditores anteriores, vt tradunt Comitol. *reſp. moral. lib. 3. queſt. 39.* Homobon. *par. 2. Examin. Eccleſ. tract. 10. cap. 3. queſt. 6. caſu 7.* Tanner. *tom. 3. diſp. 5. queſt. 6. dub. 14. num. 141.* qui alios citat. Fernandez *par. 4. Exam. theol. moral. cap. 5. ar. 13. num. 4.* Quia ſcilicet non obligatur creditor, dum vtitur compenſatione, ſeruare ordinẽ anterioritatis quò ad alios creditores, vnde ex hoc quoque capite poterit creditor retinere dictam cedulam, nec tenebitur reuelare, vt inter alios notat Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure. cap. 12. dub. 10. num. 61.*

5 Sed quid, ſi anteriores creditores ſint hypothecarij, habentes obligata omnia bona debitoris? Reſp. Quod cum creditores

ditores hypothecarii cœteris præferendi ſint *l. Scimus* §. *Et ſi præfatam.* C. *De iure deliberandi*, & notant communiter Doctores Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure cap.* 15. *dub. 5. num.* 38. Laiman. *lib. 3. theol. moral. ſect. 5. tract. 2. cap. 11. num.* 6. Molina *de iuſt. & iure. tract. 2. diſp.* 536. *nu.* 46. Turrian. *de iuſt. & iure. diſp.* 19. *dub. 4. num.* 6. Nauar. *cap.* 17. *Manual. nu.* 51. Syluester *verb.* Reſtitutio 6. *quæſt.* 5. Rebel. *de obligat. iuſt. par. 1. lib. 2. quæſt.* 19. *num.* 15. Azor. *par. 1. lib. 4. cap. 36. quæſt.* 8. Io. à Cruce *in Direct. conſcient. par. 1. tract. 5. præcept. 7. ar. 8. dub. 2. concluſ.* 3. Villalob. *par. 1. ſum. tract.* 11. *difficul.* 24. *num.* 18. Quia cum ratione hypothechæ habeant ſibi bona debitoris obligata, non poſſunt priuari iure, quod habent ad ipſa. Et ideò in tali caſu, qui haberet cedulam, nõ poteſt retinere in præiudicium anteriorum creditorum hypothecariorum, ſed teneretur reſtituere; ſi cœtera bona non ſufficerent pro extinguendis debitis.

6 Hoc tamen limitandum eſt, vt nõ habeat locũ, ſi debitor ſit mercator, & antequã moreretur iuſſerit conſignari ſchedulam ſuo creditori pro mercibus ab eo acceptis. Ratio eſt. Quia hypotheca generalis non impedit commercium mercatorum: & ideò poſſunt alienare merces, & pecuniam deſtinatam pro negocio, nec hypothecatarii creditores poſſunt reuocare alienationes, ſed tantum remanent eis obligata, quæ apud ipſos tempore mortis reperiuntur, vt deſumitur ex *l. Cum tabernam. ff. De pignor.* vbi communiter Doctores. Bart. *in l.* Si *conſtante num.* 73. *ff.* Soluto *matrimonio*. Couaruu. *Variar. reſol. cap. 5. num. 2, lib.* 2. Stracca *de Mercatura.* Tit. *Mandati.* §. *vlt. num.* 7. Rota coram Puteo *deciſ.* 289. *li.* 2. & coram Emiuentiſſ. Otthobono *deciſ.* 55. *num.* 9. & *in Romana pecuniarum.* 9. *Iunij* 1573. coram Aldobrandino, & *in Romana peculiũ* 24. *April.* 1598. coram Gipſio.

7 Accedit etiam, quod hypotheca generalis vel nõ cadit ſuper iis, quæ deſtinata sũt negociationi, & ſunt in continuo fluxu commercii, vt tradunt Bart. *in l. Si conſtante. num.* 37. *ff.* Soluto *matrim.* Bald. *in l. Cum tabernam. ff. De pignor.* & *in l. Certi iuris num.* 6 & 9. *ff. Locati.* Salicet. *in dict. l. Cum tabernã, num.* 7. Iacob. de Arena *in l. Generali,* §. *Vxor. ff. De vſu, & vſufr. leg.* Roman. *in l. Si conſtante. num.* 33. *ver. His autem. ff.* Soluto *matrim.* Alber. *conſil.* 718. Vel ſi cadit ſuper ipſis, extinguitur per alienationem, vt tradunt Cinus *in l. Vbi adhuc num.* 19. C. *De iure dot.* Iaſ. *in l. Qui Romæ* §. *Callimachus. ff.* De pignor. Pinel, *in Rubr.* C. De *bon. mater. par. 1. nu.* 46. *in fine.* Calcaneus. *conſil.* 25. *num.* 16. Couaruu. *cap. 5. Variar. reſol. num. 2. lib.* 2. Paris. *conſil.* 64. *num. 4. lib.* 4. Bart. *in l. Si conſtante. num.* 73. *ff.* Soluto *matrimonio*. Bald. *in dic. l. Vbi adhuc numer.* 19. 38. & 109. C. De *iure dot.* Et hi tres poſteriores abſolutè etiam docent, nõ cadere ſupra his, quatenus dũ per alienationem extinguitur, perinde eſt, ac ſi non caderet. Rota *deciſ.* 37. *num. 1. par.* 3. *Recent.* Vnde vtroque modo res ſe habeat, ſi cedula contineat mandatum de ſoluenda pecunia ex ea, quę deſtinata eſt negociationi, aut non cadet ſub hypotheca, aut ſi cadet, remanſit libera, dũ data eſt in ſolutum. Et proinde cum non ſubiacent hypothecæ, nec etiã ſubiacebit monitorio de reſtituendo, aut reuelando

8 Solum obſtare videtur, quod huiuſmodi cedula ſit conſignata creditori ſolum poſt mortem debitoris, & proinde debeat remanere hypothecata ſimul cũ aliis mercibus repertis tempore mortis iuxta *l. Cum tabernam. ff.* De *pignor.* Reſp. tamen. Id locum habiturum, ſi fuiſſet cõſignata auctoritate hæredum. Secus autẽ cum præceſſerit mandatum defuncti de conſignando pro ſolutione pretii merciũ emptarum. Quia conſignatio non fuit diſpoſita per modum vltimę voluntatis, ſed per modum adimplementi cõtractus celebrati inter viuos, ſi quidem defunctus, dum viueret emerat merces, & reſtabat precium ſoluendum, quod decreuit ſoluere morti proximos, & pro ſolutione iuſſit dari cedulam, & proinde conſignatio cedulę eſt pars, & adimplementum illius contractus, qui fuit celebratus inter viuos iuxta ea, quæ notant Aret. *in l. Si procuratorem. init. ff. Mandati.* Boer. *deciſ.* 648. *n.* 5. ver. *Ideo. initium.* Mantica *lib. 2. de tacit. & ambig. tit. 3. num.* 6. & 8.

An qui emit portiones hæreditarias cohæredum accollando ſibi debita, et alia pericula teneatur aliquid reſarcire, ſi quod ſuperfuit, exceſſerit expectationem. Quæſt. 198.

S V M M A

1 *Hæres non tenetur reſarcire cohæredibus, quorum portionem emit, ſi hæreditas vltra ſpē creſcat ex eius induſtria.*
2 *Melioramenta ſunt meliorantis.*
3 *Fructus induſtriales ſunt acquirentis ex aliena re.*
4 *Hæres tenetur reſarcire cohæredibus, ſi in tranſactione ſuper ipſorum portione ſint notabiliter læſi.*
Stante læſione locum habet reſtitutio in integrum.
5 *Error arbitri non debet nocere partibus.*

1 INſtitutis pluribus hæredibus à teſtatore ad æquales portiones, & confecto ab iis inuentario, cœpit dubitari, quod debita cœteraque onera abſorberent totam hęreditatem, præſertim quia corpora hæreditaria eſſent vili precio diſtrahenda ob vrgentiam debitorum. Vnde conuenerunt cohæredes, vt totam hæreditatem cum oneribus cederent vni ex ipſis, à quò ſingulis ea ſumma ſolueretur, quam arbiter de communi conſenſu electus arbitraretur. Quo facto ceſsionarius partim ob pecuniam, quare promptam habebat, ſolutis debitis vrgentiòribus, partim cōcordando cum creditoribus, aut obtinēdo dilationē, aliiſque induſtriis, ita hæreditatem exonerauit, vt de ipſa notabilis ſumma ei ſupereſſet. Vnde ortum eſt dubium, an cum præter expectationem tanta ſumma libera ſuperfuerit, teneatur cohæredibus aliquid reſtituere. Et quidem *Non teneri reſtituere aliquid de eo, in quo hęreditas ratione induſtriæ ipſius meliorata eſt, ſiue ex cauſa promptæ pecuniæ, ſiue ex quacunque alia, videtur reſoluendum.*

2 Ratio eſt. Quia cum melioramenta hæreditatis cauſam habuerint ab ipſo ceſſionario, nō ſunt pars eiuſdem hæreditatis, ſed veluti fructus induſtriæ ipſius; & ideo non pertinent ad ius cohæredum, ſed ad ius ceſsionarii iuxta regulā, quod melioramenta ſunt ipſius meliorantis, vt tradunt Bald. *in l. Senatus.* §. *Marcel. ff.* De *leg.* 1. Angel. *ibid.* Bart. *in l. penul. ff. Locati.* Iaſ. *in Autheut. Qui rem. C. De ſacroſanct. Eccleſ.* Caſtrenſ. *conſil.* 270. *vol.* 2. Albert. Brun. *de augmento, & dimin. concluſ.* 20. Afflic. *deciſ.* 87. *num.* 6. Vrſil. *ibid. numer.* 3. Mareſcot. *Variar. reſolut. cap.* 112. *num.* 52. Garzia *de expenſ. & meliorat. cap.* 6. *nu* 20. Rota coram Puteo *deciſ.* 275. *lib.* 3. & coram Merlino *deciſ.* 373. *numer.* 5. & *deciſ.* 435. *num.* 15. *par.* 1. Recent.

3 Accedit etiam. Quod quicquid acquiritur ex propria induſtria, acquiritur induſtriam adhibenti, vnde etiam fructus induſtriales ex re aliena acquiſiti, ſunt irreuocabiliter ipſius acquirentis, nec pertinent ad dominū rei, ex qua acquiruntur in *l. penul.* C. Si *quis alteris.* ibi. *Quæ aliena pecunia comparat. non ei, cuius nummi fuerint, ſed ſibi tàm actionem empti, quàm dominium, ſi ei tradita fuerit poſſeſſio, quæ*[illegible] & tradunt communiter D. Th. 2. 2. quæſt. 78. *ar.* 3. *in corpore,* & *ad* 3. Sanc[illegible] *ſum. cap.* 23. *num.* 46. Azo *in l.* [illegible] *ff.* De *petit. hęred.* Laderch. *conſil.* 165. [illegible] 7. & per totam Rota *in Romana fructuum portarum.* 20. *Nouemb.* 1585. coram Gip[illegible] & coram Merlino. *deciſ.* 663. *num.* 50. de quicquid creuit in hæreditate ex [illegible] ſa ceſſionarij, vel ratione promptæ pe[illegible] niæ, vel ratione compoſitionis cum cre[illegible] toribus, vel ratione victoriæ in lite, vel quocunque aliio titulo ſpectante ad e[illegible] induſtriam, in ipſius commodum cre[illegible] nec vlli reſtitutionis eſt obnoxium.

4 Si verò toto hoc induſtriali inc[illegible] mento deducto, quod ſupereſt de hæ[illegible] ditate excedit expectationem in nota[illegible] quantitate, ita vt excedat etiam per[illegible] lum, cui ſe expoſuit ceſſionarius, t[illegible] netur cohæredibus reſarcire quò ad portionem, in qua iu ſtitia contra[illegible] ſa fuit. Ratio eſt, qu[illegible] notabilis [illegible] declarat, quod arbiter in taxan[illegible] ſoluenda cohæredibus errauerit [illegible] dendis viribus hæreditatis; &

cohæredes notabiliter læſi fuerint. Vnde haberet locum ſtante læſione reſtitutio in integrum iuxta *l. Quod ſi minor. § 1. ff.* De *minor.* & iuxta ea, quæ tradunt Caſtrens *in l. fin. numer.* 5. ver. *In Curio.* C. In *quib. caſib. reſt. in integ. non eſt neceſſ.* Alexan. *conſil.* 21. *nu.* 6. *lib.* 1. Oldus. *De reſtit. in integ. par.* 4. *queſt.* 4. *ar.* 1. Rota coram Seraph. *deciſ.* 1238. *num.* 1. & coram Caualerio *deciſ.* 194. *num.* 2. & coram Burato *deciſ.* 323. *num.* 1. & coram Durano *deciſ.* 94. *num.* 2. & coram Eminentiſſ. Otthobono *deciſ.* 40 *num.* 52. & *deciſ.* 1. *num.* 1. De *reſt. in integ. in nouis.* Vnde ſi pars læſa poteſt petere reſarciri, & contractum reduci ad iuſtitiam, tenetur [illegible] ſtitia, atq. adeo in conſcientia ceſſi[illegible] reſarcire læſionem.

5 Confi[illegible]tus [illegible] interueniſſe err[illegible] bi[illegible] m taxauit ſum[illegible] re[illegible] endā im proporti[illegible] ua[illegible] dita- tis, quæ libe[illegible] it [illegible] . Hic autem erro[illegible] t n[illegible] us [illegible] ... *tate.* §. [illegible] *act.* ... ant [illegible] es [illegible] 30 ... A [illegible] Ol ... *nſil.* [illegible] *nu* ... *te.* ... er [illegible] ... te[illegible]

1 *Re*[illegible] ... *Q*[illegible] ... *q*[illegible] ... *M*[illegible] ... 2 *C*[illegible] ... 3 *C*[illegible] ... *Et*[illegible]

4 *Religioſus non poteſt tradere amico pecuniam, vt poſt mortem celebrentur miſſæ, & c.*
Religioſus non poteſt teſtari, & quare.
5 *Religioſus non poteſt diſponere per modum vltimæ voluntatis in ordine ad ſpiritualia.*
6 *Religioſus an poſſit donare amico pecuniam, vt poſt eius mortem faciat celebrare miſſas & c.*
Religioſus non poteſt conceſſa ad vnum vſum conuertere in alium.

---

1 QVod ſpectat ad primam partē difficultatis reſoluendum eſt. *Quod non poſſit Regularis ex pecunia, quę ipſi ad liberè expendendum conceditur à Religione, fundare cenſus, vt ex eius fructibus poſt eius mortē celebrentur miſſæ pro anima ipſius.* Ratio e[illegible] uia, cum quicquid acquirit Mona[illegible] onaſterio acquirat Cap. *In præſen-* [illegible] *robat.* vbi Doctores Innocent. *in* [illegible] *olim*, 2. *num.* 3. De *priuileg.* Ita vt [illegible] endo æquiparetur ſeruo reſpe[illegible] ni, & acquirat abſque alio man[illegible] raduut Gloſ. *in l. Cum heredes.* S. [illegible] Non puto. *ff. De acquir. poſſeſſ.* [illegible] *Cum filius. ff. eod.* Innocent, *in* [illegible] . 1. numer. 3. De *priuileg.* Vaſ[illegible] *ucceſſion. creat. lib.* 3. §. 21. *n.* 249. [illegible] *de iuſt. & iure tract.* 2, *diſp.* 140. ver. [illegible] *m bona. tom.* 1. Statim ac cenſus [illegible] ur, acquireretur monaſterio, & [illegible] e amplius ſub di[illegible]tione Reli[illegible] dantis, & proi[illegible] oteſt ſup[illegible] oneri miſſa[illegible] ræterea, q[illegible] us non ſint bona im[illegible] ndo tamen [illegible] t ſup[illegible] s, æquiparā[illegible] tm[illegible] eodem iure [illegible] v[illegible] x Clemen. Exi[illegible] *erbor. ſignificat.* [illegible] *us inter immobilia* [illegible] t Ancharan. *ibid.* [illegible] 4. *num.* 8. Federic. [illegible] 4. Surd. *deciſ.* 208. [illegible] *nſib. lib.* 2. *num.* 104. [illegible] *cap.* 3. *queſt* 1. *ar.* 2. [illegible] *cenſib cap.* 89 *num.* 21. [illegible] *act. lign.* §. 1. *gloſ.* 6. *num.* 6. [illegible] nde continentur ſub prohibitione

7 *Decretum ſub Vrbano VIII. de non alienando, &c. recipit interpretationem à* Paulina, Ambitioſæ.
8 *Si dominium remaneat apud venditorem non perficitur venditio.*
Niſi ſoluatur pretium, dominium rei Eccleſiæ non tranſit in emptorem.
9 *Dominium reſeruatum remanet penes reſeruantem.*
10 *Reſeruatio beneplaciti Apoſtolici relinquit venditionem in ſuſpenſo.*
Clauſula, Quatenus opus ſit, *quid operetur.*
Inſtantia pro conſenſu apoſtolico declarat, venditionem non fuiſſe perfectam.

---

1 CONſtabar de euidenti vtilitate Eccleſiæ ex tali alienatione, tum ex eo, quod non reperiebantur conductores prædij ob pericula inundationis, quibus ſuberat, tum quia Monaſterium non poterat illud excolere; tum quia neque alij emptores reperiebantur. Vnde remanebat prædium infructuoſum ſine vlla vtilitate Monaſterij. Dubitatur ergo, an Prælatus cum perfecerit contractum venditionis ante obtentam licentiam alienandi, excuſetur à pœnis impoſitis in Paulina *Ambitioſę.* De *reb. Eccleſ. alien.* Et *excuſari reſoluendum eſt, ita vt pœnæ prædictæ in præſenti caſu non habeant locum.*

2 Ratio eſt. Quia pœnæ dictæ Extrauag. imponuntur alienantibus ſine licentia Apoſtolicæ Sedis. Præſens autem alienatio non eſt independens à licentia Apoſtolicæ Sedis, cum ſit reſeruatum beneplacitum Apoſtolicum, quod non requiritur, vt præcedat contractum, nec quod interponatur tempore, quo celebratur contractus, ſed ſufficit, ſi ex poſt facto interueniat, Cap. 2. *De pactis*. ibi. *Quoties in conuentionibus noſter expectatur aſſenſus, ne in dubium veniant, quæ geruntur, ratihabitio eas debet pro ſecuritate partium ſolidare*. Et ita notant *ibid.* Butrius, *nu.* 6. Imola *num.* 3. & alij *ibid.* Francos *in cap. Dudum. num.* 12. *in fine.* De *reb. Eccleſ. non alien.* Vincent. de Franch. *deciſ.* 163. *num.* 2. Rota coram Durano *deciſ.* 397. *num.* 11. Quandiu enim ſuperuenit beneplacitum Apoſtolicum, habet contractus ſtatum implicitum validitatis. Et proinde Gloſ. *in dict. cap.* 2. verbo, R*atihabitio.* De *pactis*, notat. Quod licet pactum de ſe non teneat, per ratihabitionem ſuperioris fit validum, quia ratihabitio retrotrahitur, & æquiparatur mandato. Quod tamen intelligitur, dummodo non ſequatur abſoluta traditio, nec in contractu adſit clauſula C*onſtituti*. Siquidem hæc clauſula abſque etiam traditione habet vim transferendi poſſeſſionem *l. Quidam. ff.* De *rei vendicat.* & notant Menoch. *conſil.* 139. *num.* 24. Tiraquel *De iure* Conſtituti *par.* 2. *ampliat.* 1. *num.* 2. Et non ſolum ciuilem, ſed etiam naturalem, vt ſæpiùs dixit Rota. coram Veral. *deciſ* 14. *num.* 8. & *deciſ.* 551. *num.* 4. & *deciſ.* 408. *num.* 8. *part.* 4. *Recent.* & *deciſ.* 184. *num.* 8, apud Pacific. *De ſaluiano interd.* Et ſimul etiam transfert dominium, vt notant Panorm. *in cap.* 2. *num.* 13. De *conſuet.* Beroius *conſil.* 41. *num.* 12, *vol.* 3. Afflict. *deciſ.* 299. *num.* 18, Rota *in Sutrina bonorum.* 23. *Octob.* 1595. & *in Aſſiſtenti cenſus* 22. *Iunij* 1603. coram Coccino. Hoc enim pacto contractus haberet exequutionem abſque beneplacito Apoſtolico, & reſeruatio illius eſſet eluſoria.

3 Et quamuis ſolum beneplacitum Apoſtolicum videatur reſeruatum ſub conditione, ſi nimirum neceſſarium ſit, vt denotant illa verba, *Quatenus opus ſit*, quæ important conditionem *l. Stycliū, qui meus. ff.* De *leg.* 1. & notant Bat. *in l.* 1. *num.* 10. *ff.* De *condit. & demonſt.* Caſtrenſ. Socin. & cœteri *ibid.* Crauet. *conſil.* 802. *num.* 1. Honded *conſil.* 68. *nu.* 11. *lib.* 2. Surd. *conſil.* 186. *num.* 10. Rota *deciſ.* 381. *num.* 2. *par.* 1. *Diuer.* & coram Ludouiſ. *deciſ.* 555. *num.* 2. Attamen, quia beneplacitum eſt abſolutè, & de iure neceſſarium, reſeruatio conditionalis tranſit in abſolutam, & puram, vt ponderat Rota in ſimili *deciſ.* 14. *num.* 5. coram Pennia. Deinde quod reſeruatio ſit conditionalis, non tollit, quin vere reſeruatum ſit, ſed ſolum oſtendit alienantem dubitaſſe, an eſſet neceſſarium, quod cõducit ad arguendam bonam fidem in ipſo. Imo non fuiſſe conditionalem conſtabit ex mox dicendis.

4 Vnde ex hoc conſurgit alia cauſa

nempe bona fides, quæ operatur, ne pœnæ dictæ Paul. habeant locum. Conſtat enim ex hac reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, quatenus opus ſit, alienantem noluiſſe alienare, niſi legitimo modo, & ſeruata ſolemnitate neceſſaria, præſertim quia abſolutè promiſit, ſe illum exhibiturum, quod facit, vt reſeruatio illius ſit abſoluta, licet de eo, quod putabatur poſſe eſſe, & non eſſe neceſſarium, vnde dictio conditionalis, *quatenus*, non cadit ſupra reſeruatione beneplaciti, ſed ſupra neceſſitate eiuſdem, & ſenſus eſt, quod obtinebitur, vt interponatur ſuper contractu, quatenus neceſſarium ſit interponi. Vnde remanet ſtabilita bona fides alienantis, & excluſæ pœnæ dictę Extrauag. *Ambitioſæ*, quæ ſolum infliguntur præſumentibus. Præſumere autem excludit bonam fidem, & importat auſum temerarium, & dolum, vt notāt Abbas *in cap.* 2. *nu.*6. De iudic. Dec. *num.*6. vet. *Sed principaliter.* Barbatia *in cap.* Prudentiam. *not.* 1. De offic. deleg. Bald. *conſil* 486. *num.* 5. *vol.* 4. Menoch. *conſil.* 763, *num.* 10. Cardin. *in Clemen.* 1. *nu.*22. De *priuileg.* Rota coram Caualero *deciſ.* 1. *num.* 2.

5 Nec obſtat, quod bona fides non habeat locum, quando ius reſiſtit, quia ignorantia eorum, quæ ſciri debent, non ſuffragatur, vt notant Bald. *in l. In teſtamento. num.* 1. C. Ad *leg. Falcidiam.* Alex. *conſil.* 112. *num.* 4. *lib.* 1. Calcan. *conſil.* 24. *num.* 11. Rota coram Caualero *deciſ.* 60. *num.* 3. Quia reſpond. Hoc eſſe verum, quando ſumus in caſu, in quo ius eſt certum, & clarum: ſecus autem, quando caſus eſt controuerſus, vt notant Gabr. *concluſ.* 14. *num.* 7. De *præſcript.* Balb. *in Repet. l. Celſus par.* 1. *num.* 17. & 22. *ff.* De *vſucap.* Rota *deciſ.* 120. *num.* 6. *par.* 3. Recent.

6 Cum ergo alienatio rerum Eccleſiæ ſit de iure permiſſa ex cauſa euidentis vtilitatis Clemen. 1. *De reb Eccleſ. nō alien.* Et adſit opinio, quod in tali caſu valeat alienatio ſine beneplacito Sedis Apoſtolicæ: nec locum habeant pœnæ, quam tradunt Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 36. & 42. Nauar. *Commen. de alien. rer. eccleſiaſ. num* 17. ver. *Secundum.* Rodriquez. *Quæſt. Regul.* 27. *ar.* 9. *tom.* 1. & alter Rodriquez *in Compend. reſol.* 8. *num.* 9. & 10. potuit ſibi perſuadere ſtante euidenti vtilitate, non eſſe neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum, & formare bonam fidem, cum qua conſtat, quod proceſſerit. Imo vt cautè procederet, in omnem euētum reſeruauit beneplacitum Apoſtolicum impetrandum, quo magis confirmatur bona fides, ſiquidem voluit, quod in quocunque euentu alienatio eſſet legitima.

7 Et hoc reſoluendum eſt, etiam in terminis Decreti S. Congregat. ſub Vrbano VIII. & iuſſu ipſius editi ſub *die* 7. *Septemb.* 1624. in quo vltra pœnas Paulinæ aliæ quoque imponuntur, non quidem præſumentibus, ſed abſolutè. Nam adhuc excluduntur in virtute reſeruationis beneplaciti Apoſtolici, vt ductum eſt *nu.* 2. Deinde quamuis non exprimatur, quod impoſitæ ſunt præſumentibus, illis tamen tantum cenſentur impoſitæ, quia dictum Decretum emanauit pro corroboratione dictæ Extrauag. *Ambitioſæ*, quæ propter priuilegia Regularibus conceſſa, valde ipſi derogatum fuerat cum detrimento Monaſteriorum, vt in ipſo exprimitur, & proinde tolluntur priuilegia alienandi. Dum autem emanauit in conſequentiam ad dictam Extrauag. & pro illius corroborat. recipit interpretationem ab ipſa, ita vt pœnæ, quæ generaliter in Decreto imponuntur, habeantur impoſitæ contra tranſgreſſores illius ſpecialis qualitatis, contra quos in Extrauag. imponuntur, iuxta ea, quæ notant Gloſ. *in l. Sciendum. init. ff.* Qui *ſatiſd. cogan.* Iaſ. *ibid. num.* 4. *ver. Tertiò limita.* Ruin. *conſil.* 29 *num.* 5. *lib.* 3. Socin iun. *conſil.* 131. *nu.* 36. *lib.* 1. Imola *in l. Si vero. §. De viro. ff.* Soluto *matrimon.* Menoch. *conſil.* 187. *nu.* 38.

8 Deniq. Ex eo quoque capitè excluduntur pœnæ alienantium ſine ſolemnitate, quia non fuit completa venditio, ſed remanſit in ſuſpenſo, & ideo non verificatur, quod ſit facta. Primò quidem, quia remanſit dominium penes venditorem, quia non fuit ſolutum pretium. In alienatione enim rerum Eccleſiæ, quando non ſoluitur pretium non transfertur dominium, vt tradunt Bart. *in l. A D. Pio.* §. *Sed*

§. Sed ſi emptor. num. 3. *ff.* De *re iud.* Alex. *ibid. num.* 7. Iaſ. *nu.* 6. Bald. *in l. In ciuili. nu.* 2. C. De *rei vendicat.* Aret. *in §. Vendita n.* 3. Inſtit. *De rer. diuiſ.* Felin. *in Cap. Cum olim. num.* 5. *ver. Niſi ſit procurator.* De *offic. deleg.* Venditio autem non perficitur, niſi translatione dominij.

9 Secundò. Quia fuit expreſsè reſeruatum dominium venditori, donec ei ſolueretur pretium, quod operatur, vt dominium remaneat penes reſeruantem, vt notant Bald. *in Rubr. de contrahen. empt. num.* 13. Abbas *conſil.* 66. *num.* 1. Ruin. *conſil.* 73. *nu.* 3. *caſu* 2. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 305. *nu.* 39. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 32. *nu.* 9. Rota *deciſ.* 507. *num.* 4. *par.* 3. *Recent.*

10 Tertiò. Quia cum fuerit reſeruatum beneplacitum Apoſtolicum, venditio remanſit imperfecta ſub tali conditione, & in ſuſpenſo, vt notanr Olaſch. *deciſ.* Pedemon. 164. *num.* 7. Rota coram Durano *deciſ.* 83. *num.* 27. & etiam ex hoc capite non fuit translatum dominium, vt obſeruat Rota coram Puteo, *deciſ.* 2. *de tranſac.* aliàs *deciſ.* 343. *lib.* 1. Et quamuis conſenſus Apoſtolicus reſeruatus ſit cum clauſula, *Quatenus opus ſit,* attamen, quia opus eſt interponi pro validitate alienationis, facit, vt omnino interponi debeat, & contractus ſtet prorſus ſub tali conditione, vt notant Bald. *in l. Edita nu.* 98. C. De *eden.* Rota coram Seraphino *deciſ.* 687. *num.* 2. Et effectus ſubſequutus mentem contrahentium declaraauit, quia alienans inſtauit pro obtinendo conſenſu Apoſtolico, quod ſufficienter declarat, venditionem non fuiſſe habitam pro completa, vt ponderat Rota *ead. deciſ.* 83. *num.* 29. coram Durano,

An venditor poſſit percipere annuam penſionem ab emptore, donec ei ſoluat pretium. Quæſt. 192.

S V M M A.

1 *Venditor reſeruans ſibi dominium &c. poteſt ab emptore exigere annuam penſionem donec ſoluatur pretium.*

2 *Reſeruatio dominij quando non repugnet venditioni.*

3 *Vendens iuſtè percipit annuam penſionem, donec ſoluatur pretium, &c.*

4 *Talis penſio compenſat vſufructum.*

Vſufructus eſt pars dominij.

5 *Ex vi cuius contractus percipiat venditor penſionem, donec ſoluatur pretium.*

6 *Contractus tales cenſentur, quales nominantur.*

Niſi repugnet natura contractus.

In contractibus natura potius attenditur, quàm verba.

1 Prælatus cuiuſdam monaſterij vendidit certum fundum, & quia emptor non habebat in promptu pretium ſoluendum, habuit fidem de ipſo, vt tamen ſecurus eſſet, reſeruauit ſibi dominium, donec ſibi integrum pretium ſolueretur, & cōuenit cum emptore, vt ſolueret annuum cenſum correſpondentem capitali eiuſdem pretij. Vnde dubitatur, an potuerit percipere hanc annuam penſionem abſque vitio vſuræ, ſiquidem videtur ſolui ex mero titulo dilationis ſolutionis pretij. Et *affirmatiuè reſoluendum videtur: neque in hoc interuenire ſuſpicionem vſuræ.*

2 Pro quo eſt ſupponendum. Quod licet in venditione venditor reſeruet ſibi dominium, dummodo reſeruatio non ſit perpetua, ſed ſolum ad certum tempus, non impeditur verus contractus emptionis, & venditionis, vt tradunt Ruinus *conſil.* 177. *num.* 9. Iacob. Aemil. *conſil.* 120. *nu.* 3. Surdus *deciſ.* 157. *num.* 2. Rota coram Pennia *deciſ.* 1482. *num.* 7. & *deciſ.* 190. *nu.* 6. *par.* 3. Recent. Hæc enim reſeruatio dominij ſolum operatur, vt plena affectuatio venditionis transferatur in tempus futurum: & interim ſola poſſeſſio tranſeat in emptorem, vt notat Rota cit. *deciſ.* 190.

3 Stante ergo reſeruatione dominij, & translatione poſſeſſionis in emptorem potuit venditor iuſtè percipere dictam annuam penſionem, vt tradunt Alexan. *conſil.* 121. *num.* 6. *lib.* 5. Socin. Sen. *conſil.* 176. *circa fin. lib.* 2. Abbas *conſil.* 66. *num.* 4. *lib.* 1. Socin. iun. *conſil.* 66. *num.* 7. *lib.* 2. Cagnol, *in l. Curabit. num.* 62. C. De *act. empt.*

Coua-

Conaruu. *Cap. 4. Variar. nu. 9. lib. 3.* Riminal ſenior. *conſil. 317. num. 19.* Neque enim eſt equum, quod vẽditor careat vſufructu, rei venditæ; & etiam pretiò, & fructu, quem inde poſſet percipere ipſum conuertendo in rem fructiferã: & ideo poterit ſe indemnem ſeruare exigendo dictã annuam penſionem.

4 Iuſtitia verò huius penſionis in eo fundatur, quod ſit pro compenſatione vſufructus rei venditæ, qui conceditur emptori. Cum enim venditor reſeruet ſibi dominium vſque ad ſolutionem pretij, reſeruat etiam vſufructum; nam vſufructus eſt pars dominii iuxta ea, quæ tradũt Bart. *in l. Qui vſufructum. num. 3. ff. De verbor. obligat.* Caſtrens. *in l. Si quis. §. Differentia. num. 3. ff. De acquir. poſſeſ.* Garzia *de Expenſ. & meliorat. cap. 10. nu. 4.* Rota *deciſ. 230. num. 8. par. 4. Recent.* Et ideo ſi venditor cedit vſufructum, poteſt ex titulo iuſtitiæ recipere compenſationem.

5 Verum adhuc dubitatur, quo ſpeciali titulo percipi poſſit à venditore prædicta penſio. Naturà autem contractus declarat interuenire tacitam locationem. Siquidem retento dominio duo transferuntur in emptorem, nempe poſſeſſio, & ius percipiendi fructus, vnde cum penſio ſoluatur pro compenſatione vſufructus, interuenit ſubſtantia locationis, iuxta ea, quæ tradunt Abbas *conſil. 66. num. 2. init.* Riminal. ſen. *conſil. 317. num. 19. ver. Quo caſu.* Rota coram Pennia *deciſ. 1482. nu. 8.*

6 Nec obſtat, quod partes conuenerint de has pẽſione annua ſub titulo cenſus, quia conſtat ex ipſa ſubſtantia contractus non fuiſſe cenſum, cum non ad fuerit fundus, ſuper quo imponeretur; nec fuerit numerata pecunia iuxta Conſtit. Pij V. *De cenſib.* & è contra, vt dictum eſt, interuenerint ſubſtantialia locationis. Vnde licet contractus tales cenſeantur, quales oſtendunt verba *l. Fideiuſſores. Magiſtratuum. ff. De fideiuſ.* & *l. Qui fundum. §. Fundi. ff. De contrahen. empt.* & notant Cephal *conſil. 703. num. 1. lib. 5.* Natta *conſil. 49. num. 14.* & communiter, hoc tamen intelligitur, niſi repugnet natura contractus, in præſenti autem repugnat, ſicuti notant Afflict. *deciſ. 72. in fine.* Mantica *de tacit. lib. 22. tit. 8. num. 2.* Rota *deciſ. 491. num. 4. par. 3. Recent.* Quando enim verba non concordant cum natura contractus, natura potius attenditur, quàm verba. *l. Inſulam. ff. De preſcrip. verb.* & notant Corn. *conſil. 38. numer. 9. lib. 2.* Alciat. *conſil. 513. num. 9.* Boer. *queſt. 249. in fine.* Fab. *de empt. & vendit. queſt. 2. Princip. nu. 26.* Hoc enim tribuendam eſt imperitiæ contrahentium differentiam, & ſubſtantiam contractuum ignorantium.

An ſi reſeruato beneplacito Apoſtolico vendens res Eccleſiæ tradat poſſeſſionem incidat in pœnas &c. Quæſt. 193.

SVMMA

1. *Tradens poſſeſſionem rei eccleſiaſticæ emptori antequam ſuperueniat beneplacitum Apoſtolicum reſeruatum, an incidat in pœnas.*
2. *Quid, ſi adhuc reſeruetur beneplacitum.*
3. *Traditio poſſeſſionis reſeruato cõſenſu Apoſtolico eſt conditionalis.*
4. *Non transfert dominium.*
5. *Quando actus non habetur pro perfecto, quicquid interponitur, habetur pro interpoſito, antequam actus perficiatur.*
6. *Nihil cenſetur factum, ſi ſuperſit aliquid faciendum.*
7. *Traditio pendente conditione ſe habet, ac ſi non fuiſſet.*

1 QVod tradens poſſeſsionem rei alienatæ, quamuis cũ reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, incidat in pœnas Extrauag. *Ambitioſæ. De reb. Eccleſ. non alien.* videtur omninò certum, ſi traditio ſit omninò abſoluta, & ſortiatur ſuum effectũ. Quia tunc infert complementum contractus cum translatione dominii, & poſſeſſionis, quamuis nulla; atque adeo actus completur ſine neceſſaria ſolemnitate. Et illa reſeruatio beneplaciti Apoſtolici videtur poſita eluſoriè, & in fraudem legit. Et ita deſumitur ex iis, quæ tradunt Bal. *in l. 1. num. 56. C. De his, quæ pœna nomine.* Vincent. de Franch. *deciſ. 267.* Et in facti contingentia, cum quidem Rector Eccleſia

cleſiæ alienaſſet certum fundum eccleſiæ reſeruato beneplacito Apoſtolico, cum clauſula. *Non aliter &c.* & ante impetrationem tradidiſſet poſſeſſionem, reſcriptum fuit iuſſu Clementis VIII. *ſub die 17. Decemb.* 1599. quod incurriſſet pœnas dictæ extrauag. Ità refert Genuens. *in Praxi Cur. Archiepis. Neap. cap.* 2. *nu.* 1. Vnde dubium eſt, Si traditio ſit tantum conditionalis.

2 Quod vendens res eccleſiæ prohibitas alienari, quamuis reſeruetur conſenſus Apoſtolicus, incidat in pœnas, ſi antequam ſuperueniat, tradat poſſeſſionem emptori, doceat Nauar. *conſil.* 1. *De reb. Eccleſ. non alien. lib.* 3. *tom.* 1. Quaranta *in ſum. Bullar.* verbo. *Alienatio numer.* 2. Naldus *in ſum.* verbo *Alienatio. numer.* 8. Limitant tamen, niſi bona fides excuſet. Cũ alia limitatione tamen loquitur Proſper de Auguſt. *in Addit. ad* Quatan. *Littera B.* niſi fiat proteſtatio de beneplacito reſeruato. Et vtramque limitationem amplectitur Peirin. *ad Conſtit.* 9. *Iulij* 11. *num.* 14. Fundamentum eſt. Quia proteſtatio eſt contraria facto, nempè reſeruationi aſſenſus Apoſtolici.

3 Abſolutè tamen in ſimili caſu non incidere in pœnas, tradit Iaſ. *in l.* 2. *C. De iure emphyt.* Et eſſe cõmunem opinionem teſtatur Grammat. *deciſ.* 49. Reſoluendũ tamen videtur. Quod non incidat in pœnas contra alienantes ſine beneplacito Apoſtolico, ſi adhuc in traditione reſeruetur. Ratio eſt. Quia ſtante reſeruatione conſenſus Apoſtolici, traditio poſſeſſionis ſtat ſub illa reſeruatione, ſub qua etiã ſtat contractus, tanquam veniens in cõſequentiam ad ipſum. Et ideo ſicuti illa reſeruatio facit, quod contractus ſtet ſub conditione ſuperuenientis beneplaciti, vt notant Olaſch, *deciſ. Pedemont.* 167. *num.* 7. Rota coram Durano *deciſ.* 83. *num.* 27. ità etiam traditio poſſeſſionis ſtat ſub eadem conditione, vt ſcilicet habeat effectum ſuperueniente conditione. Et proinde adhuc contractus remanet imperfectus non ſecus, ac erat ante.

4 Et cum reſeruatio beneplaciti Apoſtolici impediat tranſlationem dominii, vt obſeruat Rota coram Puteo *deciſ.* 343. *lib.* 1. & poſſit ſtare traditio poſſeſſionis cũ retentione dominii iuxta ea, quæ dicta ſunt *quæſt.* 191. excluditur alienatio, de qua agitur, & remanet tantum tractatus. Et ideo cum pœnę ſint impoſitę alienantibus, dum excluditur alienatio, excluduntur etiam pœnæ.

5 Accedit etiam. Quod dum conſenſus Apoſtolicus procuratur, & obtinetur, et ſuper contractu interponitur, habetur pro interpoſito in ipſo contractu, quia quod fit, antequam partes habeant contractum pro perfecto, dicitur fieri in ipſo contractu iuxta ea, quæ tradũt Bart. *in l. Iuriſgentium. §. Quinimò. num.* 21. *ff. De pact.* Iaſ. *ibid. num. item.* 21. Paris *conſil.* 31. *n.* 17. *lib.* 4. Simoncel. *De Decret. in Præfat. n.* 37. *ver. Non obſtat.* Menoc. latè *conſil.* 767. Rota coram Puteo *deciſ.* 343. *lib.* 1. & corã Seraphino *deciſ.* 805. *nu.* 8. Vnde ſi pœnæ locum haberent, puniretur actus legitimè factus, et cum debita ſolemnitate.

6 Denique ſubintrat regula, quod nihil cenſeatur factum, quamdiù ſupereſt aliquid faciendum, vt deſumitur ex *l. Titia. ff. De verbor. obligat.* & *l. Cum Syllaniànum. C. De ijs, quib. vi indign.* Iaſ. *ibid. n.* 3. Hyppolit. *conſil.* 122. *num.* 15. Monach. *deciſ. Florent.* 19. *num.* 5. Rota *deciſ.* 725. *n.* 7. *par.* 2. *Recent.* Vnde cum ſuperſit obtinere Apoſtolicum beneplacitũ iuxta conuentionem partium, nihil cenſebitur factum circa alienationem, et conſequenter nec pœnæ locum habebunt. Vnde remanet excluſa ratio allata pro oppoſita ſententia: nam nequaquam proteſtatio eſt contraria facto, ſed eſt ipſi conformis, quia reſeruatio beneplaciti Apoſtolici tenet factum, nempè contractum, in ſuſpenſo, & partes intendũt, quod maneat in tali ſtatu, dum volunt, quod expectet perfectionem ab eodem beneplacito.

7 Neque obſtat ſupradictis Reſcriptum iuſſu Clementis VIII. emanatum, quia procedit, quando traditio rei alienatæ eſt abſoluta transferens, quantũ eſt de ſe, dominium, & poſſeſſionem; tunc enim tanquam exequutio contractus continet factum contrarium proteſtationi. Non autem, quando traditio eſt con-

ditionata ſuſpendere effectum in euentū condionis beneplaciti Apoſtolici, quia tunc pendente conditione perinde ſe habeat, ac ſi non fuiſſet ſequuta *l.Pecuniam. ff.Si cert. pet.* & *l.Neceſſariò, §. Quod ſi pendente ff. De pericul. & com. rei vend.* et notant Craueta *conſil.170. num.8.* Surd. *conſil.298. num.36.* Rota coram Merliuo *deciſ.78.num.7.*

An Prælatus alienare poſſit bona Eccleſiæ pro donatione remuneratoria. Quæſt. 194.

SVMMA

1 *Prohibita donatione non prohibetur remuneratoria.*
2 *Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio.*
Donatio remuneratoria habet vim compenſationis.
3 *Bona Eccleſiæ an alienari poſſint pro donatione remuneratoria.*
4 *Alienatio omnis rerum eccleſiaſticarū eſt prohibita.*
5 *In alienatione rerum Eccleſiæ requiritur vtilitas, & ſolemnitas copulatiuè.*
6 *Solemnitas in alienandis rebus Eccleſiæ cur introducta.*
7 *Donatio immobilium eccleſiaſticorum ad tēpus regulanda, ſicut locatio.*
Locatio fundi eccleſiæ vltra triennium neque pro triennio valet.

1 Qvamuis prohibeatur donatio, non tamen prohiberi remuneratoriam, videtur omnò certum, vt deſumitur ex *l.Metum,§.Sed licet.ff De eo quod metus cau.* & *l.Iubemus nulli. §. Scientes. C. De ſacroſanct. Eccleſ.* ibi. *Ad viciſſitudinem beneficij collati.* & notant Gloſ. *ibid.* verbo. *Permiſſū* Bart, Bald. Caſtrens. Alber. & cœteri Doctores Alciat. *in l. Creditores. ff. De verbor. ſignificat.* Iaſ. *in l.Si non ſortem. §.Libertus. ff.* De *condit. indeb.* & *in l. Ex hoc iure. ff. De iuſt. & iure.* Tiraquel. *in l.Si vnquam.* verbo *Donatione largitus. C. De reuocand. donat.* Palat. Rub. *in Rubr. Repet. De donat. inter vir. & vxor.*

2 Et ratio eſt. Quia donatio remuneratoria non eſt propriè donatio, cum non ſit ex liberali voluntate, ſed ex debito. Vnde in *l.Sed, & ſi lege.§.Conſuluit. ff. De petit. hered.* hęc donatio dicitur genus quoddā permutationis. Et in *l.Si pater. §.fin. ff. De donat. l.Aquilius Regulus. ff. De donat.* dicitur, non eſſe meram donationem, ſed mercedem remuneratoriam. Et ideo nō comprehenditur ſub donatione, quando prohibetur, quia intelligitur ſolum de propria, & liberali donatione. Vnde cum Clemens VIII. interdixiſſet Regularibus largitiones munerū, Cong. ad id ſpecialiter deputata ab Vrbano VIII. declarauit, hāc prohibitionem non comprehendere donationem remuneratoriam: & hanc declarationem confirmauit idem Vrbanus in *ſua Conſtit.158.§.1. tom.4. Bullar.*

3 Modo autem dubitatur, an pro donatione remuneratoria alienari poſſint, quæ aliàs ſunt prohibita alienari, vt ſunt immobilia, & mobilia pretioſa, ita vt donari poſſint in remunerationem. Et partem affirmatiuam tradunt. Iaſ. *conſil. 122. lib.2.* Caſtrens. *conſil. 74. lib.1.* & *in l.Iubemus. poſt init. C. De ſacroſanct. Eccl.* ſ. Puteus *deciſ.394. nu.1.* Limitant tamen Caſtrens, & Puteus, dummodo non ſit exceſſiua, & ſi eſt de re immobili, ſit temporalis. Tunc enim volunt, valere abſque ſolemnitate. Fundamentum eſſe poteſt, quia huiuſmodi alienatio non eſt in præiudicium Eccleſiæ, cum ſit ad extinguēdum debitum antidorale.

4 Verum oppoſitum omninò tenendū eſt: & proinde alienationem eſſe cōtra Paulinam, *Ambitioſæ. De reb. Eccleſ. non alien.* & eſſe nullam. Et ita ſpecialiter notat Dec. *conſil.164.* Et ratio clara eſt. Quia in dict. Paulina. *Ambitioſæ* prohibetur non ſolum alienatio liberalis, ſed etiam, quæ ſit titulo venditionis, & quæcunque alia ſpecies alienationis; imò etiam locatio vltra triennium. Ergo erit prohibita alienatio remuneratoria, cū ſit vera, & propria alienatio, quamuis non liberalis.

5 Confir. In alienatione rerum eccleſiæ duo copulatiuè requiruntur, vtilitas & ſolemnitas, ita vt vna ſine alia non ſufficiat

ficiat. Cap. *Sine exceptione.* 12. *Quæſt.* 2. & Cap. *Nulli.* De *reb. Eccleſ. non alien.* & Cap. 1. *De reb. Eccleſ. nou alien. in* 6. & Clemen. 1. *eod. tit.* Et notant Doctotes in dict. Cap. *Sine exceptione* præſertim Laurent. de Rodulph. *num.* 17. Archidiacon. *num.* 5. Geminian *num.* 2. Bellam. *num.* 7. Henr. *in Cap.* Tua, *in fine. De bis. quæ fiunt à Prælat. ſine conſen.* Cap. Imola *in Cap. Ad aures. num.* 1. *De reb: Eccleſ. non alien.* Couaruu. alios referens *lib.* 2. *Variar. cap.* 17. *num.* 2. Rota coram Coccino *deciſ.* 34. *num.* 3. & *deciſ.* 58. *num.* 11. *par.* 4. *Recent.* & *in cauſa diſmembrationis* 14. *Febr.* 1594. coram Pamphilio. Et ideo vtrumque requiretur etiam in donatione remuneratoria, & proinde erit examinandum, an interueniat vtilitas, quæ examinatio fieri non poteſt, niſi per Apoſtolicam Sedem.

6 Et eo magis erit neceſſaria ſolemnitas conſenſus Apoſtolici, quia non ita facilè ſaluari poteſt vtilitas Eccleſiæ in donatione remuneratoria. Et tamen hæc præcipuè eſt attrendenda; ita vt ſolemnitates inueniæ ſint, vt excludantur alienationes inutiles, & pro iuſtificanda vtilitate, vt tradit Rota coram Manica *deciſ.* 101. *num.* 5. & coram Merlino *deciſ.* 702. *num.* 76. & *deciſ.* 624. *num.* 3. *par.* 1. Recent. & *deciſ.* 730. *num.* 3. *par.* 2. Cum ergo in donatione remuneratoria valde turbida eſſe ſoleat vtilitas, neceſſaria eſt ſpecialis diſcuſſio, atque adeo ſpeciali modo ſolemnitates ſunt neceſſariæ.

7 Ex quibus infertur, quid dicẽdũ ſit de donatione remuneratoria immobilium ad tempus. Quamuis enim in hoc caſu non alienentur immobilia, ſed ſolus vſufructus: attamen adhuc eſt neceſſaria ſolemnitas, quia regulatur tanquam ſi eſſet locatio, quæ eſt prohibita ſine ſolemnitate vltra triennium in dict. Paulina, *Ambitioſę.* De *reb. Eccleſ. non alien.* Et ideo, ſi ſit ad longum tempus, neque etiã valet pro triennio conceſſa iuxta communiorem, & receptam ſententiam, quam inter alios tradunt Lappus *alleg.* 80. vbi etiam Apoſtil. *fin.* Alexan. *conſil.* 17. *num.* 10. *ver. Nec etiam obſtat. lib.* 4. vbi alios allegat. Cardin. *in Clemen. I.* § *fin.* in fine. De *reb. Eccleſ. non alien.* Prob. ad Monach, *in Cap. vlt. num.* 2. De *pænit. & remiſ. in* 6. Afflict. *deciſ.* 107. *num.* 2. Gutierez. *in l. Nemo poteſt. num.* 53. *ff.* De *leg.* 1. Molina cum aliis De *primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 28. *vet. Solet etiam.* Rota *in Romana Deuolutionis domus.* 4. *Febr.* 1583. coram Rubeo. & *in Placentina Decimarum.* 2. *Iunij.* 1586. coram Bubalo. & *in Brixienſi locationis.* 5. *Decemb.* 1597. & *deciſ.* 435. *numer.* 3. *par.* 3. Recent.

An ſuperiores Regulares euadant pœnas, ſi alio tempore à præſcripto faciant publicare Conſtitutiones, & Decreta quotannis publicanda. Quæſt. 195.

S V M M A

1 *Decreta, & Conſtitutiones ſingulis annis publicè legenda.*

2 *Extenſio temporis pro earumdem lectione.*

3 *Si legantur extra tempus præfixum, non ſatis fit obligationi.*

Quando Conſtitutio præfigit tempus, non ſeruans tempus, nec ſeruat conſtitutionem.

4 *Lex præfigens tempus inducit formam.*

Forma non ſeruata non impletur conſtitutio.

5 *Conſtitutio requirens certum tempus, extrà ipſum locum non habet.*

Limitatio temporis extra ipſum operatur contrarium effectum.

6 *Anticipans tempus in legendis Conſtitutionibus an ſatisfaciat.*

Forma inducta ad certum effectum impletur per æquipollens.

---

1 ADſunt nullæ Conſtitutiones, & Decteta, quæ quotannis tenentur Superiores congregatis ſubditis curare, vt publicentut, vt ſunt Decreta de Celebratione miſſarum, quæ feria ſexta poſt Octauam Corporis Chriſti & poſt Dominicam primam aduentus publicanda ſunt, & Conſtitutiones pertinentes ad Tribunal S. Officij, quæ legendæ ſunt feria ſexta poſt Feſtum Aſſumptionis B. Virginis & Conſtitutio Vrbani VIII. De largitione munerum, quæ eſt 158. *eiuſdem Pontificis. tom.* 4. *Bullar,* & legenda eſt menſe Ianuario, aliàs incurrunt

runt

runt priuationem Officiorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ &c. Vnde dubitatur, an ſi alio tempore à præſcripto faciant publicare, euadant pœnas.

2 Eſt autem præſupponendum, quod in hoc emanauerunt diuerſæ declarationes. Nam Congregat. S. Officij declarauit *ſub die 11. Februar. 1638.* quod ſi Conſtitutiones pertinentes ad S. Officium legantur intra menſem Auguſti pœnæ locum non habeant, Rurſus Congregat. Epiſcop. & Regul. ſub *die 21. Martij 1638.* conceſſit decem dies à præſcripto pro legendis Decretis De celebratione miſſarum. Imo in alio Decreto eiuſdem *anni 1638. ſub die 16. Aprilis* conceſſit ſpatium vnius menſis à die præſcripto, Et cum in omnibus Conſtitutionibus, & Decretis legendis agatur de obediendo, & manutentione memoriæ eorumdem in ordine ad obſeruantiam, æquitas videtur exigere, quod prædicta extenſio vnius menſis locum habeat, quò ad omnia Decreta, & Conſtitutiones publicè legendas. Si ergo extra prædictam extenſionem temporis faciant legere, dubitatur, an impleant præceptum, & euadant pœnas.

3 Et negatiuè reſoluendum eſt, loquendo in rigore iuris, Quamuis ex æquitate videretur abſoluendus à pœnis, qui alio tempore faceret publicari. Deſumitur, ex iis, qui tradunt, quod quando Conſtitutio præfigit tempus, qui non ſeruat tempus, nec etiam ſeruat Conſtitutionem. Ita Bald. *Authent. Quæ ſupplicatio. num 7. C. De precib. Imper. offer.* Salicet *ibid.* Iaſ. *conſil. 191. num 6. lib. 2.* Surdus *deciſ. 86. num. 8.* Siquidem Conſtitutio non ſeruatur, quando non ſeruatur, quod in ipſa præcipitur. Præcipitur autem actus non quomodocunque ſed affixus tali tempori: vnde non ſeruat ieiunium, qui alio die à præſcripto ieiurat.

4 Ratio vero eſt, Quia quando lex præfigit tempus actui, inducit ipſum pro forma, vt deſumitur ex *l. Obſeruare. §. Poſt hac. ff.* De *offic. proconſul.* & Authent. *Quæ ſupplicatio. C. De precib. Imperat. offeren.* ibi *Sub hac forma* & tradunt communiter Doctores Bald. *in hanc Authen. circa finem.* & *in l. Omnes populi circa fin. ff.* De *iuſt. & iure.* Felin. *in Cap. Cum. num. 33. ver. Octauum ſignum.* De *reſcrip.* Marſil. *conſil. 65. num 4.* Becc. alios citans *conſil. 12. nu. 15.* & *conſil. 63. nu. 44.* Curt. iun. *conſil. 166. nu. 7.* Caſtrenſ. *in l. Si ea. init. ff.* Locati Socin. iun. *conſil. 32. num. 10 vol. 1.* Rolan. *conſil. 72. num. 8. vol. 3.* Rebuſ. *tract. Nominat. qu. 14.* Surdus *conſil. 124. num. 4.* Conſtat autem, quod non ſeruata forma, nec etiam impletur, quod iniungitur, cum ſine ipſa corruat actus. *l. Qui haredi. §. 3. ff.* De *cond. & demonſtrat.* & notant Gloſ. *in Cap. Cum dilectu. verbo,* Irritum. *De reſcrip.* Felin. *ibid. num. 6.* Abbas *num. 4.* Batt. *in l. 1. ff.* De *liber. & poſth.* Vbi etiam cœteri Doctores, Bec. *conſil. 12. num. 16.* Roland. *conſil. 72. n. 64.* Tiraquel. *in l. Si vnquam. verbo.* Reuertatur. *nu. 67. C. De reuocan. donat.*

5 Et facit generalis regula, quod quando aliqua diſpoſitio requirit certum tempus, extra ipſum locum non habet. *l. Si vnus. §. Si cum reo. ff.* De *pact.* & *l. Statu liberum §. Stychum.* & *l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet ff.* De *teſtamen. 2.* Imo quando limitatur ad tempus, limitatio operatur, quod extra illud tempus habeatur contraria diſpoſitio *l. Fratres. ff. De pœnis.* & iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in Procm. ff. §. Hac autem tria.* Angel. *in l. Si vnus. §. Si cum reo. ff. De pact. in 1. lect.* Dec. *conſil. 61. num. 4.* Surdus *conſil. 88. nu. 8.* Ergo quando præcipitur, quod Decreta & Conſtitutiones Pontificiæ certis temporibus publicè legantur, præceptum nō afficit extra illa tempora, imo tacitè liberat; & proinde, ſi legantur, non per hoc impletur præceptum. Quod etiam confirmatur ex ſupradictis Declarat. S. Congregat. quæ ideo aſſignat certam extenſionem temporis, ad declarandum, quod vltra ipſam non ſatisfit obligationi, ſed locum habeant pœnæ.

6 Sed quid, Si ſuperior Regularis anticiparet tempus præfixum pro lectione publica Conſtitutionum, & Decretorum. Reſp. Ex æquitate videri excuſandum à pœnis. Quia quamuis non ſeruauerit formam temporis, ſeruauit tamen æquipollenter; & cum ex hac æquipollentia obtineatur idem effectus, nempe renouatio memoriæ in ordine ad obſer-

ſeruantiam, & ad excludendam deſuetudinem, videtur ſatisfactum menti legislatoris. & ſufficienter ſeruata forma, quam ſufficit impleri per æquipollens, quando tendit ad certum effectum, vt tradunt Vaſquez *de ſucceſſ. lib. 1. § 4. num. 31. tom. 1.* Tuſch. *littera* F, *concluſ.* 419. *num.* 21. Alderan. *de ſtatut. interpret. concluſ.* 9. Mantica *de tacit. lib. 2. tit. 4. num.* 41. afferens nonnullas Rotæ deciſ.

An ex credito liquido constitui poſſit cenſus cum debitore vendente ius, &c. Quæſt. 196.

S V M M A

1 *Ex credito liquido poteſt conſtitui cenſus.*
2 *In ipſo conſtituendo ſeruari poſſunt conditiones neceſſariæ.*
Ex æquipollentibus non refert quid fiat.
3 *Quomodo ſaluetur iuſtitia cenſus, dum ex credito conſtituitur.*
Ad vitandum circuitum vno actu expreſſo alter tacetur
4 *Contractus admittit omnem interpretationem, qua ſubſtinetur.*
Et implicite illos contractus, quorum ſubſtantiæ poteſt interuenire.
5 *Iuſtitia, & realitas contractus excludit ſimulationem.*
Iuſta cauſa præcedens excludit ſimulationem.
6 *Non ſoluit, qui ſtatim eſt recepturus eandem pecuniam.*
Secus tamen, ſi ſolutio ſortiatur ſuum effectum.

---

1 SI debitor ſoluat, quod debet, & facta ſolutione vtatur creditor pecunia ſoluta ad fundandum cenſum, nulla adeſt difficultas, quia tunc emetur cenſus numerata pecunia iuxta Conſtitutionem Pij V. *De cenſibus.* Difficultas eſt, quando non ſoluitur debitum, vel quia debitor impotens ſit ad ſoluendum, vel ex aliqua alia cauſa; Et propterea emptor cenſus affert aliam pecuniam numerandam iuxta dictam Conſtitutionem, ſed poſtea eã ſibi retinet, ita vt pro cenſu inſeruiat pecunia debita; & non pecunia numerata. Et affirmatiuè reſoluendum eſt iuxta ea, quæ tradunt Cencius *de cenſib. par.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *ar.* 5 *nu.* 22. & *ar.* 6. *nu.* 31. Cirracus *controuer.* 547. *num.* 11. 20 & *ſequent.* Nauar. *ad Conſtit. Pij V. de cenſib. gloſ.* 3. *num.* 88. *ver. Eſt autem quæſtio.* Maſtril. *deciſ.* 262. *num.* 44 *par.* 3. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.* 652. *numer.* 14. Duard. *de cenſib. §.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 31. Farinac. *conſil.* 201. *num.* 4 & 17. Sperel. *deciſ.* 28. *num.* 77. Nogarol. *allegat.* 32. *num.* 110. & frequenter Rota, cuius deciſiones nõnullas allegat Farinac. & *deciſ.* 131. *num.* 8. *apud* Cencium *de Cenſib. poſt addit. ad* 2. *par.* & *deciſ.* 29. *num.* 3. *apud* Farinac. *tom.* 2. *Conſil. Criminal.* & coram Ludouiſ. *deciſ.* 195. *num.* 9. & *deciſ.* 459. *num.* 7.

2 Ratio vero eſt. Quia, quantum eſt ex hoc capite, interuenit conditio requiſita per Conſtitutionem Pij V. nempe numerata pecunia, quæ ſoluatur pro pretio cenſus; ſeu iuris percipiẽdi fructus ex fundo, qui cenſui ſubiugatur. Et ſimul etiam effectus ſolutionis, nempe vtilitas vendentis cenſum; ſiquidem liberatur à debito, quod in ordine ad commodum perinde ſe habet, ac ſi retineret pecuniam, quæ in fundatione cenſus numeratur. Vnde cum ſimus in æquipollentibus, non refert, quid ex ipſis fiat, ſed ſufficit, ſi obtineatur idem effectus, *l. Mulier ff.* Ad *Trebel.* & *l. Fideicommiſſa §. Si ſeruo alieno ff.* De leg. 3. & *l* Si *mater.* C. De *inſtitut. & ſubſtitut.* & *l. fin.* C. De *donat. quæ ſub mo. fiunt.* & ideo cum numeratio pecuniæ verum ſortiatur effectum, non poteſt dici, quod ſit ſimulata.

3 Diuerſo autem modo realitas contractus ſaluari poteſt. Et primò quod realiter pecunia numerata detur pro pretio cenſus, & quod ſtatim fundato cenſu eadem pecunia retroſoluatur ementi cẽſum pro extinctione debiti expreſſo tamen tantum actu ſolutionis pecuniæ pro emendo cenſu celeritatis cauſa ad vitandum circuitum, & occultata ſolutione debiti iuxta *l. Singularia. ff.* Si *cert. pet.* & *l.* 3. *§. vlt. ff. de* De *donat. inter vir. & vxor.* & notat Menoch. *conſil.* 161. *num.* 13. Vnde cum interueniant duo contractus veri, & reales, ſaluatur ſubſtantia emptionis

nis cenſus, non obſtante quod pecunia ſtatim reuertatur ad numerantem.

4 Alio etiam modo realitas contractus ſaluari poteſt, nimirum per diuerſos contractus implicitos, ita vt primo emẽs cenſum mutuetur pecuniam venditori pro extinguendo debito; et venditor ſtatim extinguat, et facta extinctione, ematur cenſus: empto autem cenſu venditor ſtatim reſtituat pecuniam mutuatam, et hoc pacto remaneat apud emptorem cenſus. Ea enim eſt natura contractus, vt pro validitate ipſius ſubſtinenda, admittat omnem interpretationem, cuius eſt capax: et proinde cenſeatur continere implicitè illos contractus, quorum ſub ſtantia poteſt interuenire iuxta *l. 3. ff. De teſtam. milit* & *l. Quoties. ff. De verbor. obligat.* & Cap. *Abbate. De verbor. ſignificat.* & notant Gloſ. *ibid* & Gloſ. Ciuilis *in l. Si poſt diuiſionem.* verbo. *Non poteſt.* C. De *iur. & fac ignor.* Bald. *in l. 2 in fine.* C. De *edic. D. Adr. tollen.* Vantius alios citans. *De nullit. Tit. quid ſit nullitas num. 24.*

5 Neque opponi poteſt, quod interueniat ſimulatio. Quia ſatis excluditur omnis ſimulatio, & fraus ex eo, quod conſtat de iuſtitia, & realitate contractuũ, atque adeo quod liciti ſint. *l. Qui autem. init. ff. De his, quæ in frau. cred.* & notant Zuchar. *in l. 1. num. 5* C. Qui *admit.* Igneus *in Authent. Ex cau. num 72.* C. *De liber. præter.* Crauet. *conſil. 319. num. 9. in fine.* Præſertim quia adſuit iuſta cauſa ſic contrahendi, vt dixit Rota *in Fauentina bonorum. 2. April. 1571.* coram Lancellotto, & coram Ludouiſio *decıſ. 195. nu. 12.* Quando enim interuenit realis ſubſtantia contractus, non poteſt argui de ſimulatione: quia hæc reddit contractum fictum & apparentem, & excludit illius ſubſtantiam.

6 Solum videtur obſtare *l. Qui ſic ſoluit. ff. De ſolutionibus* vbi non admittitur pro ſolutione, quando ſoluitur pecunia ſtatim recipienda à ſoluente. Reſp. Hunc tex. non obſtare, ſi attentè conſideretur, nam loquitur de ſolutione, quæ non ſortitur effectum, ad quem ordinatur, eò quod præceſſerit pactum, vt ſtatim pecunia ſoluta reſtituatur; quia tunc eſt ficta ſolutio, & non realis, vt conſtat ex ratione, quam tex. affert, ibi. *Quemadmodum non alienantur nummi, qui ſic dantur, vt recipiantur.* Quod non contingit in præſenti caſu; nam ſolutio verè ſortitur ſuum effectum, ſiquidem reuera eſt pretium cenſus, & dominium acquiritur venditori. Quod ſi ſtatim eadem pecunia reuertitur ad ſoluentem, id non prouenit ex nudo pacto præcedente, ſed ex cauſa, & titulo reali, ratione cuius venditor cenſus tantumdem pecuniæ debebat ementi. Et ideo is, cui fit ſolutio, percipit vtilitatem, quia licet non remaneat apud ipſum pecunia, remanet tamen extinctum debitum ipſius. Et hæc reſponſio eſt confirmis ijs, quæ notant. Bart. *in dict. l. Qui ſic ſoluit. init. ff. De ſolut.* Gaſtrenſ. *ibid.* Bald. *in l. Si ſibi. num. 1. ff.* Si *cert. pet.* Iaſ. *num. 10.* Alex. *num. 5.* Dec. *in fine*; Rota coram Coccino *deciſ. 49. num. 6.*

An qui recepit cedulam ex diſpoſitione defuncti in vim ſolutionis pro exigenda pecunia ſoluenda defuncto, teneatur reuelare, ſtante monitorio relaxato ad inſtantiam creditorum anteriorum. Quæſt. 197.

SVMMA.

1 *Recipiens cedulam in ſolutum à ſuo debitore ex vi monitorij non tenetur eam notificare.*
2 *Monitoria ad reuelandum afficiunt ſolum iniuſtè detinentes.*
Anterior creditor non reuocat ſolutum poſteriori.
3 *Creditor retinet, quod ſibi ſolutum eſt, etiam ſi debitor non ſit anterioribus ſoluendo.*
4 *Creditor vti poteſt compenſatione, etiam ſi adſint creditores anteriores.*
5 *Creditor non poteſt retinere ſibi ſolutum, in præiudicium anteriorum hypothecariorum.*
Creditor hypothecarius cæteris præfertur.
6 *Creditor retinet ſibi ſolutum à mercatore, licet adſint alij anteriores hypothecarij.*
Hypotheca generalis non impedit negociationem, & diſtractionem.
7 *Hypotheca generalis vel non cadit ſuper ijs, quæ ſunt in negociatione, vel extinguitur ad diſtractionem.*

8 *Quæ tempore mortis ſunt in manibus defuncti remanent ſub hypotheca.*
Adimplementum contractus poſt mortem contrahentis pertinet ad contractum inter viuos.
Quod dependet a præcedenti contractu, eſt par illius.

---

1 DEbebat Caius Petro mille aureos pro meribus ab eo emptis, & morti proximus diſpoſuit, quod quædam cedula eiuſdem ſummæ daretur in vim ſolutionis eidem Petro, vt exigeret pecuniam, quæ fuerat tranſmiſſa ad Caium, & ab ipſo fuiſſet exigenda. Sequuta morte Creditores Caij anteriores ſcientes tranſmiſſam ipſi fuiſſe hanc cedulam, obtinuerunt monitorium ad effectum, vt manifeſtaretur dicta cedula, Vnde dubitatur, an Petrus teneatur ipſam reuelare. Et negatiuè reſoluendum videtur, vt in ſimili caſu reſoluunt Comitol. *reſpon. moral. lib.* 3. *queſt.* 39. Gibalin. *de cenſur. Diſquiſit.* 2. *queſt.* 5. *conſect.* 15. *num.* 62.

2 Ratio verò deſumitur ex eo, quod huiuſmodi monitoria non afficiunt, niſi iniuſtè detinentes, & ſub peccato mortali obligatos ad reſtitutionem, non autem iuſtè detinentes, & tanquam rem propriã, vt tradunt communiter Doctores Gloſ. *in Cap. Iugentium. verbo.* Sed cum. *Diſt.* 1. Couarruu. *in Cap. Alma mater. par.* 1. *§.* 9. Sotus *in* 4. *Diſt.* 22. *queſt.* 1. *ar.* 2. Suarez *diſp.* 20. *de cenſur. ſect.* 2. *num.* 1. Lazar. *de Monit. ſect.* 2. *queſt* 4. *n.* 4. Bonac. *in tract. Varij. diſp.* 6. *de obligat. denun. pun.* 1. *§.* 7. *num.* 3. Gibalin. *de cenſur. diſquiſit.* 2. *queſt.* 5. *num.* 5. Et tradunt communiter in materia de cenſuris, quod excommunicatio non habeat locũ, niſi in caſu peccati mortalis. Petrus autem accepit legitimè dictã cedulam tanquam continentem pretium ſibi debitum ex venditione mercium: & ideo legitimè, & iuſtè eam retinet tanquã datam in ſolutum à ſuo debitore bona fide. Et proinde non poteſt per anteriorẽ creditorem reuocari. *l. Qui autem.* *§. Sciendum eſt. ff.* Quæ *in fraudem credit.* ibi. *Qui debitam pecuniam accepit, antequam bona debitoris poſſideantur, quamuis ſciens ſoluendo non eſſe, non timere hoc edictum, ſibi enim vigilauit. & l. Naue. ff. Locati.* & notant Caſtrens. *ibid.* Iacob. de Arena *in l. Pupillus. ff.* Si *qua in fraud. cred.* & ſæpius dixit Rota vt *in Imolenſi, Saluiani.* 9. *Iunij.* 1636. *§. Secunda verò*, coram Eminentiſ. Macchiauel. & in *Romana pecuniaria. §. Non obſtat.* 23. *Iunij.* 1643. coram Meltio.

3 Quod locum habet, etiam ſi ſoluens eſſet in mala fide, quia ſcilicet ſciret, quod non remanet pro ſatisfaciendo anterioribus creditoribus; nam adhuc reuera is, cui fit ſolutio, acquirit dominium iuxta communem ſententiam, quam inter alios tradunt Palud. *in* 4. *diſt.* 15. *queſt.* 3. Adrian. *De reſtit. vſura queſt. Hoc igitur.* Tabiena *verbo* Vſura 6. *num.* 2. & 3. Medina *de reſtit. Cod. de reb. per vſur. acquiſ. queſt.* 4. Couarruu. *Variar. reſol. cap.* 3. *n.* 6. *lib.* 3. Nauar. *in Manuali cap.* 17. *num.* 271. Rebel. *de obligat. iuſt. par.* 2. *lib.* 1. *queſt.* 7. *ſect.* 2. *num.* 12. Molina *de iuſt. & iure tom.* 2. *tract.* 2. *diſp.* 536. *nu.* 86. Io. à Cruce *par.* 1. *Direct. conſcien. precep.* 7. *ar.* 8. *dub.* 2. *concluſ.* 3. Gibalin. *de cenſur. diſquiſit.* 2. *queſt.* 5. *Conſect.* 20. *num.* 74. Et ideo cum non retineat aliquid alienum, non ligatur monitorio ad reuelandum.

4 Quod etiam ex eo confirm. quod quamplures Doctores tradunt, nempe quod habens apud ſe res ſui debitoris, ſi contingat mori, poteſt eas retinere in conſcientia pro compenſatione, etiam ſi adſint alij creditores anteriores, vt tradunt Comitol. *reſp. moral. lib.* 3. *queſt.* 39 Homobon. *par.* 2. *Examin. Eccleſ. tract.* 10. *cap.* 3. *queſt.* 6. *caſu* 7. Tanner. *tom.* 3. *diſp.* 5. *queſt.* 6. *dub.* 14. *num.* 141. qui alios citat. Fernandez *par.* 4. *Exam. theol. moral. cap.* 5. *ar.* 13. *num.* 4. Quia ſcilicet non obligatur creditor, dum vtitur compenſatione, ſeruare ordinẽ anterioritatis quò ad alios creditores, vnde ex hoc quoque capite poterit creditor retinere dictam cedulam, nec tenebitur reuelare, vt inter alios notat Leſſius *lib* 2. *de iuſt. & iure. cap.* 12. *dub.* 10. *num.* 61.

5 Sed quid, ſi anteriores creditores ſint hypothecarij, habentes obligata omnia bona debitoris? Reſp. Quod cum credito-

ditores hypothecarii cœteris præferendi ſint *l. Scimus* §. *Et ſi præfatam*. C. *De iure deliberandi*, & notant communiter Doctores Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure cap. 15. dub. 5. num. 38.* Laiman. *lib. 3. theol. moral. ſect. 5. tract. 2. cap. 11. num. 6.* Molina *de iuſt. & iure. tract. 2. diſp. 536. nu. 46.* Turrian. *de iuſt. & iure. diſp. 19. dub. 4. num. 6.* Nauar. *cap. 17. Manual. nu. 51.* Syluester *verb.* Reſtitutio 6. *quæſt. 5.* Rebel. *de obligat. iuſt. par. 1. lib. 2. quæſt. 19. num. 15.* Azor. *par. 1. lib. 4. cap. 36. quæſt. 8.* Io. à Cruce *in Direct. conſcient. par. 1. tract. 5. præcept. 7. ar. 8. dub. 2. concluſ. 3.* Villalob. *par. 1. ſum. tract. 11. difficul. 24. num. 18.* Quia cum ratione hypothechæ habeant ſibi bona debitoris obligata, non poſſunt priuari iure, quod habent ad ipſa. Et ideò in tali caſu, qui haberet cedulam, nō poteſt retinere in præiudicium anteriorum creditorum hypothecariorum, ſed teneretur reſtituere; ſi cœtera bona non ſufficerent pro extinguendis debitis.

6 Hoc tamen limitandum eſt, vt nō habeat locū, ſi debitor ſit mercator, & antequā moreretur iuſſerit conſignari ſchedulam ſuo creditori pro mercibus ab eo acceptis. Ratio eſt. Quia hypotheca generalis non impedit commercium mercatorum: & ideò poſſunt alienare merces, & pecuniam deſtinatam pro negocio, nec hypothecatarii creditores poſſunt reuocare alienationes, ſed tantum remanent eis obligata, quæ apud ipſos tempore mortis reperiuntur, vt deſumitur ex *l. Cum tabernam. ff. De pignor.* vbi communiter Doctores. Bart. *in l.* Si *conſtante num. 73. ff.* Soluto *matrimonio.* Couaruu. *Variar. reſol. cap. 5. num. 2. lib. 2.* Stracca *de Mercatura.* Tit. *Mandati. 6. vlt. num. 7.* Rota coram Puteo *deciſ. 289. li. 2.* & coram Emiuentiſſ. Otthobono *deciſ. 55. num. 9.* & *in Romana pecuniarum, 9. Iunij* 1573. coram Aldobrandino, & *in Romana peculū 24. April.* 1598. coram Gipſio.

7 Accedit etiam, quod hypotheca generalis vel nō cadit ſuper ijs, quæ deſtinata ſūt negociationi, & ſunt in continuo fluxu commercii, vt tradunt Barr. *in l. Si conſtante. num. 37. ff.* Soluto *matrim.* Bald. *in l. Cum tabernam. ff. De pignor.* & *in l. Certi iuris num. 6. & 9. ff. Locati.* Salicet. *in dict. l. Cum tabernā, num. 7.* Iacob. de Arena *in l. Generali*, §. *Vxor. ff. De vſu, & vſufr. l. g.* Roman. *in l. Si conſtante. num. 33.* ver. *His autem. ff.* Soluto *matrim.* Alber. *conſil. 718.* Vel ſi cadit ſuper ipſis, extinguitur per alienationem, vt tradunt Cinus *in l. Vbi adhuc num. 19. C. De iure dot.* Iaſ. *in l. Qui Romæ* §. *Callimachus. ff.* De pignor. Pinel. *in Rubr.* C. De *bon. mater. par. 1. nu. 46. in fine.* Calcaneus. *conſil. 25. num. 16.* Couaruu. *cap. 5. Variar. reſol. num. 2. lib. 2.* Paris. *conſil. 64. num. 4. lib. 4.* Bart. *in l. Si conſtante. num. 73. ff.* Soluto *matrimonio.* Bald. *in dic. l. Vbi adhuc numer. 19. 38. & 109.* C. De *iure dot.* Et hi tres poſteriores abſolutè etiam docent, nō cadere ſuper his, quatenus dū per alienationem extinguitur, perinde eſt, ac ſi non caderet. Rota *deciſ. 37. num. 1. par. 3. Recent.* Vnde vtroque modo res ſe habeat, ſi cedula contineat mandatum de ſoluenda pecunia ex ea, quę deſtinata eſt negociationi, aut non cadet ſub hypotheca, aut ſi cadet, remanſit libera, dū data eſt in ſolutum. *E*t proinde cum non ſubiacent hypothecæ, nec etiā ſubiacebit monitorio de reſtituendo, aut reuelando

8 Solum obſtare videtur, quod huiuſmodi cedula ſit conſignata creditori ſolum poſt mortem debitoris, & proinde debeat remanere hypothecata ſimul cū aliis mercibus repertis tempore mortis iuxta *l. Cum tabernam. ff.* De *pignor.* Reſp. tamen. Id locum habiturum, ſi fuiſſet cōſignata auctoritate hæredum. Sec us autē cum præceſſerit mandatum defu ncti de conſignando pro ſolutione pretii merciū emptarum. Quia conſignatio non fuit diſpoſita per modum vltimę voluntatis, ſed per modum adimplementi cōtractus celebtati inter viuos, ſi quidem defunctus, dum viueret emerat merces, & reſtabat precium ſoluendum, quod decreuit ſoluere morti proximos, & pro ſolutione iuſſit dari cedulam, & proinde conſignatio cedulę eſt pars, & adimplementum illius contractus, qui fuit celebratus inter viuos iuxta ea, quæ notant Aret. *in l. Si procuratorem. init. ff. Mandati.* Boer. *deciſ. 648. n. 5. ver. Ideo. initium.* Mantica *lib. 2. de tacit. & ambig. tit. 3. num. 6. & 8.*

An qui emit portiones hæreditarias cohæredum accollando ſibi debita, et alia pericula teneatur aliquid reſarcire, ſi quod ſuperfuit, exceſſerit expectationem. Quæſt. 198.

S V M M A

1 *Hæres non tenetur reſarcire cohæredibus, quorum portionem emit, ſi hæreditas vltra ſpē creſcat ex eius induſtria.*
2 *Melioramenta ſunt meliorantis.*
3 *Fructus induſtriales ſunt acquirentis ex aliena re.*
4 *Hæres tenetur reſarcire cohæredibus, ſi in trāſactione ſuper ipſorum portione ſint notabiliter læſi.*
Stante læſione locum habet reſtitutio in integrum.
5 *Error arbitri non debet nocere partibus.*

1 INſtitutis pluribus hæredibus à teſtatore ad æquales portiones, & confecto ab iis inuentario, cœpit dubitari, quod debita cœteraque onera abſorberent totam hęreditatem, præſertim quia corpora hæreditaria eſſent vili precio diſtrahenda ob vrgentiam debitorum. Vnde conuenerunt cohæredes, vt totam hæreditatem cum oneribus cederent vni ex ipſis, à quò ſingulis ea ſumma ſolueretur, quam arbiter de communi conſenſu electus arbitraretur. Quo facto ceſsionarius partim ob pecuniam, quare promptam habebat, ſolutis debitis vrgentiòribus, partim cōcordando cum creditoribus, aut obtinēdo dilationē, aliiſque induſtriis, ita hæreditatem exonerauit, vt de ipſa notabilis ſumma ei ſupereſſet. Vnde ortum eſt dubium, an cum prę ter expectationem tanta ſumma libera ſuperfuerit, teneatur cohæredibus aliquid reſtituere. Et quidem *Non teneri reſtituere aliquid de eo, in quo hęreditas ratione induſtriæ ipſius meliorata eſt, ſiue ex cauſa promptæ pecuniæ, ſiue ex quacunque alia, videtur* reſoluendum.

2 Ratio eſt. Quia cum melioramenta hæreditatis cauſam habuerint ab ipſo ceſſionario, nō ſunt pars eiuſdem hæreditatis, ſed veluti fructus induſtriæ ipſius; & ideo non pertinent ad ius cohæredum, ſed ad ius ceſsionarii iuxta regulā, quod melioramenta ſunt ipſius meliorantis, vt tradunt Bald. *in l. Senatus. §. Marcel. ff.* De *leg. 1.* Angel. *ibid.* Bart. *in l. penul. ff. Locati.* Iaſ. *in Authent. Qui rem. C. De ſacroſanct. Eccleſ.* Caſtrenſ. *conſil.* 270. *vol.* 2. Albert. Brun. *de augmento, & dimin. concluſ.* 20. Afflic. *deciſ.* 87. *num.* 6. Vrſil, *ibid. numer.* 3. Mareſcot. *Variar. reſolut. cap.* 112. *num.* 52. Garzia *de expenſ. & meliorat. cap.* 6. *nu* 20. Rota coram Puteo *deciſ.* 275. *lib.* 3. & coram Merlino *deciſ.* 373. *numer.* 5. *& deciſ.* 435. *num.* 15. *par.* 1. Recent.

3 Accedit etiam. Quod quicquid acquiritur ex propria induſtria, acquiritur induſtriam adhibenti, vnde etiam fructus induſtriales ex re aliena acquiſiti, ſunt irreuocabiliter ipſius acquirentis, nec pertinent ad dominū rei, ex qua acquiruntur in *l. penul.* C. Si *quis alteris.* ibi. *Qui aliena pecunia comparat. non ei, cuius nummi fuerint, ſed ſibi tàm actionem empti, quàm dominium, ſi ei tradita fuerit poſſeſſio, quærit.* & tradunt communiter D. Th. 2. 2. *quæſt.* 78. *ar.* 3. *in corpore*, & *ad* 3. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 23. *num.* 46. Azo *in l. Ex diuerſo. ff.* De *petit. hęred.* Laderch. *conſil.* 165. *nu.* 7. & per totam Rota *in Romana fructuum portarum.* 20. *Nouemb.* 1585. coram Gipſio, & coram Merlino. *deciſ* 663. *num.* 50. Vnde quicquid creuit in hæreditate ex cauſa ceſſionarij, vel ratione promptæ pecuniæ, vel ratione compoſitionis cum creditoribus, vel ratione victoriæ in lite, vel ex quocunque aliio titulo ſpectante ad eius induſtriam, in ipſius commodum creuit, nec vlli reſtitutionis eſt obnoxium.

4 Si verò toto hoc induſtriali incremento deducto, quod ſupereſt de hæreditate excedit expectationem in notabili quantitate, ita vt excedat etiam periculum, cui ſe expoſuit ceſſionarius, tunc tenetur cohęredibus reſarcire quò ad illam portionem, in qua iuſtitia contractus læſa fuit. Ratio eſt, quia notabilis exceſſus declarat, quod arbiter in taxanda ſumma ſoluenda cohæredibus errauerit in perpēdendis viribus hæreditatis; & proinde cohe-

cohæredes notabiliter læſi fuerint. Vnde haberet locum ſtante læſione reſtitutio in integrum iuxta *l. Quod ſi minor. § 1. ff.* De *minor.* & iuxta ea, quæ tradunt Caſtrens *in l. fin. numer.* 5. ver. *In Curio.* C. *In quib. cauſib. reſt. in integ. non eſt neceſſ.* Alexan. *conſil.* 21. *nu.* 6. *lib.* 1. Oldus. *De reſtit. in integ. par.* 4. *queſt.* 4. *ar.* 1. Rota coram Seraph. *deciſ.* 1238. *num.* 1. & coram Caualer:o *deciſ.* 194. *num.* 2. & coram Burato *deciſ.* 323. *num.* 1. & coram Durano *deciſ.* 94. *num.* 2. & coram Eminentiſſ. Otthobono *deciſ.* 40 *num.* 52. & *deciſ.* 1 *num.* 1. De *reſt. in integ. in nouis*, Vnde ſi pars læſa poteſt petere reſarciri, & contractum reduci ad iuſtitiam, tenetur de iuſtitia, atq. adeo in conſcientia ceſſionarius reſarcire læſionem.

5 Confir. Euentus declarauit interueniſſe errorem in Arbitro, ſiquidem taxauit ſummam cohæredibus exhibendã improportionatam quantitati hæreditatis, quæ libera ſuperfuit ceſsionario. Hic autem error non debet nocere partibus *l. De ætate. §. Qui iuſto. ff. De interrogat. act.* & notant *ibid.* Doctores Dinus *conſil.* 30. *in fine.* Alexan. *conſil.* 156. *init. lib.* 6. Oldrad. *conſil.* 216 *num.* 1. Rota *deciſ.* 524. *nu.* 7. *in fine.* Et ideo tenetur ceſsionarius corrigere errorem tanquam plus iuſto ſibi tribuentem, & auferentem cœteris.

An Regularis poſſit ex pecunia, quam liberè ex conceſſione Religionis expendit fundare cenſum, aut certam ſummã tradere amico, vt pro ſe poſt mortem miſſæ celebrentur. Quæſt. 199.

S V M M A

1 *Regularis ex pecunia ſibi conceſſa non poteſt fundare cenſum pro miſſis pro anima ſua &c.*
Quicquid acquirit Monachus, monaſterio acquirit.
Monachus in acquirendo æquiparatur ſeruo.
2 *Cenſus æquiparantur immobilibus.*
3 *Cenſus continentur ſub prohibitione alienandi prohibita alienatione immobilium*
Etiam rerum Eccleſiaſticarum.
4 *Religioſus non poteſt tradere amico pecuniam vt poſt mortem celebrentur miſſæ, &c.*
Religioſus non poteſt teſtari, & quare.
5 *Religioſus non poteſt diſponere per modum vltimæ voluntatis in ordine ad ſpiritualia.*
6 *Religioſus an poſſit donare amico pecuniam vt poſt eius mortem faciat celebrare miſſas &c.*
Religioſus non poteſt conceſſa ad vnum vſum conuertere in alium.

1 QVod ſpectat ad primam partẽ difficultatis reſoluendum eſt. *Quod non poſſit Regularis ex pecunia, quę ipſi ad liberè expendendum conceditur à Religione, fundare cenſus, vt ex eius fructibus poſt eius mortẽ celebrentur miſſæ pro anima ipſius.* Ratio eſt. Quia, cum quicquid acquirit Monachus, monaſterio acquirat Cap. *In præſentia.* De *probat.* vbi Doctores Innocent. *in* Cap. *Cum olim.* 2. *num.* 3. De *priuileg.* Ita vt in acquirendo æquiparetur ſeruo reſpectu domini, & acquirat abſque alio mandato, vt tradunt Gloſ. *in l. Cum hæredes.* §. *fin. verbo* Non puto. *ff. De acquir. poſſeſſ.* Bart. *in l. Cum filius, ff. eod.* Innocent, *in* Cap. *Olim.* 1. *numer.* 3. De *priuileg.* Vaſquez *de ſucceſſion. creat. lib.* 3. §. 21. *n.* 249. Molina *de iuſt. & iure. tract.* 2. *diſp.* 140. *ver. Non ſolum bona. tom.* 1. Statim ac cenſus fundaretur, acquireretur monaſterio, & non eſſet amplius ſub diſpoſitione Religioſi fundantis, & proinde non poteſt ſupponere oneri miſſarum.

2 Præterea, quamuis cenſus non ſint propriè bona immobilia, quando tamen fundantur ſuper immobilibus, æquiparãtur bonis immobilibus, & eodem iure cenſentur, vt deſumitur ex Clemen. *Exiui.* §. *Cumque annui.* De *verbor. ſignificat.* ibi. *Cumque annui redditus inter immobilia cẽſeantur à iure*, & notant Ancharan. *ibid. num.* 21. Rolan. *conſil.* 54. *num.* 8. Federic. de Senis *conſil.* 12. *num.* 4. Surd. *deciſ.* 208. *per totam.* Boccac. *de cenſib. lib.* 2. *num.* 104. Cenc. *de cenſib. par.* 1. *cap.* 3. *queſt.* 1. *ar.* 2. *nu.* 14. Auendan. *de cenſib cap.* 89 *num.* 21. Tiraquel. *De retract. lign.* §. 1. *gloſ* 6. *num.* 6. ver. *At vbi.*

3 Et proinde continentur ſub prohibitione

bitione alienationis immobilium, & ſi alienentur, ſunt neceſſariæ ſolemnitates, quando aliàs ſunt neceſſariæ pro alienatione immobilium, vt quò ad alienationes Minorum tradunt Bald. *in l.Iubemus poſt init.* C. De *ſacroſanc. Eccleſ.* Cephal. *conſil.*308.*num.*31.*lib.*3. Bellon. *conſil.*23. *num.*10. Rolan.*conſil.*54.*num.*9.*lib.*1. Roderic. *De ann. reddit.lib.*1.*quæſt.*14.*num.*2. Foller. *in Bul.*Nicolai *V.de cenſib.*ver. *Quæ quidem num.*59. Tiraquel. *De retract.*§.1. *gloſ.*6.*num.*6. Simoncel.*De decret.lib.* 2. *tit.* 6.*inſpec.*3. *num.*33. Cencius *de cenſib. par.* 1.*cap.*3.*quæſt.* 1.*ar.*2. *num.*16. Et in terminis rerum eccleſiaſticarum requirentium in alienatione ſolemnitatem Redoan. *de reb Eccleſ.non alien.quæſt.*17.*nu.*30. Duard. *De cenſib.quæſt.* 10.*proem.num.*34. & vniuerſaliter Rota *in Bononienſi bonorum de Zaualis* 12. *Decem.*1614. coram Vbaldo apud Duard.*de cenſib.deciſ.*85. Hoc autem ſtante dictus cenſus fundatus à Religioſo non poterit ab ipſo alienari, atque adeo nec etiam ſubiugari oneri miſſarum, cum hoc contineat quamdam ſpeciem alienationis.

4 Quod ſpectat ad ſecundam partem difficultatis, adhuc reſoluendum eſt, quod *non poſſit religioſus tradere amico certam ſummam pecuniæ, ad effectum, vt poſt eius mortem curet pro eius anima miſſas celebrari.* Ratio eſt. Quia Religioſus diſponeret quidem viuens de tali pecunia, ſed tamen cauſa mortis, ita vt diſpoſitio non ſortiretur effectum, niſi poſt mortem. Hoc autem eſſet diſponere per modum vltimæ voluntatis, quod eſt prohibitum Religioſis. Authent. *Ingreſſi.* C. De *ſacroſanc. Eccleſ.* & Cap. *Quia ingredientibus.* 19. *Quæſt.*3. & Cap.2. *De teſtament.* & notant communiter Doctores. Diſponere namque per modum vltimæ voluntatis dicit exercitium dominij; cuius cum ſit incapax Religioſus, eſt etiam incapax facultatis taliter diſponendi.

5 Nec refert, quod viuens poſſet talem pecuniam conuertere in celebrationem miſſarum, tanquam in opus pium, quia ſi habet facultatem conuertendi in vſus temporales, à fortiori poterit conuertere in ſpirituales. Quia hoc non prouenit ex qualitate operis, ſed ex incapacitate dominij; & ideo neque in ordine ad opus pium, aut ſpirituale poteſt diſponere de tali pecunia per modum vltimæ voluntatis iuxta ea, quæ notant Abbas *in Rubr. De teſtamen. in fine.* Franc. *ead.Rubr.num.*74.*in* 6. Bald. *in l.*1.*num.*15. C.De *ſacroſanc.Eccleſ.* Bar. *ibid.quæſt.*3. Peregrin. *conſil.*53.*num.*10.*vol.*2. Magdalen. *de numero teſt.par.*2.*cap.*4.*in fine.* Tapia *in Authen.Ingreſſi.verbo* Ideoque nec de his. *cap.*1.*num.*5. Nauar. *Comen.* 1. *de Regular.nu.*22.*corol.*10. Tabiena *verbo.* Teſtamentum. *num.*3. Sylueſter *quæſt.* 4. *in fine.* Armilla *num.* 2. *in fine.* Graf. *par.* 2. *deciſ.lib.*3.*cap.*19.*nu.*85. Rodriquez *quæſt. Regul.*69.*ar.*2.*tom.*3. Sanchez *lib.* 7. *Sum. cap.* 8. *num.* 3. Quod autem poſſit viuens in idem opus conuertere, inde prouenit, quia conuertendo vtitur tantum pecunia ſibi conceſſa quò ad vſum: non autem exercet actum dominij.

6 Ex quibus deducitur, an poſſit Religioſus dictam ſummam pecuniæ alicui donare cum onere, vt ſequuta morte faciat pro ipſius anima certum miſſarum numerum celebrare. Licet enim poſſit ad libitum in proprios vſus pecuniam ſibi conceſſam expendere, non tamen hoc modo poterit donare. Nam vel numerus miſſarum iniunctus adæquat pecuniam; & tunc non interueniet vera donatio, ſed deputatio dictæ pecuniæ pro celebratione miſſarum. Vel ſi transferat dominium pecuniæ in donatarium, acquiret ius ad onus impoſitum: & de hoc onere diſponet per modum vltimæ voluntatis, nam diſponet de ipſius adimplemento poſt mortem, quod facere non poteſt, vt conſtat ex dictis. Si verò numerus miſſarum non adæquat, interueniet etiam vera donatio quò ad illam portionem, quæ excedit numerum miſſarum, quæ non eſt ipſi conceſſa; imo prohibita, cum non poſſit religioſus rem conceſſã in vnum vſũ, cõuertere in alium præſertim prohibitum, vt notant D. Antonin. 3.*par.tit.*16.*cap.*1.*§.* 11.*not.*2.*&* 4. Lopez *par.*1. *Inſtruc.cap.*156. *init.* Leſſius *lib.*2.*de iuſt. & iure cap.*41.*dub.*9. *num.*79. Syluester *verbo.* Religio 6. *quæſt.*7.*dict.*2.

Ro-

Rodriquez *quęſt.* *Regul.*29.*ar.*10. *concluſ.* 3.*tom.*3. Mendoza *in Quodlib.quęſt.*8.*concluſ.*3. Sanchez *lib* 7. *Sum. cap.*19. *num.*68. Imo adhuc interueniet etiam diſpoſitio per modum vltimæ voluntatis, quia diſponet, poſt mortem adimplendum onus iniunctum donatario.

An religioſus peccet contra paupertatem, ſi retineat, quod ſuperior concedit ad vitandas quarelas, &c. Quæſt. 200.

S V M M A

1 *Religioſus retinens, quod ſuperior concedit ad vitandas quarelas, an peccet, &c.*
2 *Qui inuitus concedit, vere, & liberè concedit licet ſecundum quid nollet.*
3 *Voluntas coacta eſt voluntas.*
Sortitur ſuum effectum.
4 *Metus non excuſat à peccato, &c.*
5 *Subditus licitè retinet conceſſa, licet ſuperior ex eo, quod timet quarelas, non reuocet.*
Voluntas reuocandi licentiam, niſi manifeſtetur, nihil operatur.
6 *Subditus extorquens licentiam à ſuperiore quando peccet.*
Extorquere voluntatem eſt delictum.
7 *Subditus quando leuiter peccet obtinendo à ſuperiore licentiam alias non concedendam.*
8 *Quando voluntas ſuperioris poſſit reduci ad æquitatem medio timore quarelarum,*
9 *Metu operans quomodo nolit.*

1 Contingit aliquàdo, quod ſuperiores Regulares ad vitandas lamentationes, & quærelas ſubditorum iis concedant aliqua, quæ aliàs non concederent: vnde dubitatur, an tunc ſubditi ea retinendo peccent cõtra votum paupertatis. Quod autem peccent contra paupertatis votum, quamuis aliàs parati ſint dimittere, ſi repetantur, tradunt Carthuſian. *De profeſ. monaſ.lib.*1.*ar.*11. Nauar. *lib.*3. *de reſtit.cap.*1.*par.*3.*dub.*1.*num.*161. Leſſius *lib.*2. *de Iuſtit. & iure cap.*4. *dub.*5.*num.*25. Corduba *in Sum. quęſt.* 54. ver. *Piceſto eſta opinion.* Rodriquez *quęſt.* *Regul.*29.*ar.*12. *corol.* 2. *tom.*3. & ſequitur Sanchez *lib.*7. *Sum. cap.* 19. *num.* 18. Fundamentum eſt. Quia talis licentia non eſt voluntaria, ſed coacta permiſſio, & proinde perinde eſt, ac ſi nulla adeſſet licentia.

2 Verum hęc doctrina abſolutè probari non poteſt. Quia licet ſuperior ex humanis motiuis, & quæ nihili facienda eſſent, ſi id non eſſet concedendum, quod conceditur, indulgeat ſubdito, atque adeo aliquo modo inuitus, adhuc tamen voluntariè, & liberè concedit. Imo hæc conceſſio eſt ſolum ſecundum quid inuoluntaria, abſolutè tamen eſt voluntaria, quia eſt voluntaria ſecundum id quod actu agitur, & ſolum inuoluntaria ſub conditione, quatenus non eſſet voluntaria, ſeu non adeſſet, ſi adeſſet conditio, ſub qua non concederetur licentia iuxta ea, quæ cum Ariſt. 3. *Ethicor.cap.*1. & Nyſſeno *lib.* 5. *de Homine cap.* 1. tradit D.Th. 1.2.*quæſt.*6.*ar.*6.*in corpore*, & *ad* 3. & cum eo communiter Doctores. Ex quo fit, quod voluntas concedendi licentiam præualeat, quia hæc abſolutè exit in actum, & voluntas ratione cuius dicitur inuitus concedere, non præualeat, quia non exit in actum, ſed cedit alteri voluntati. Et proinde interuenit vera licentia voluntariè, & liberè conceſſa: atque adeo ſortitur ſuum effectum, & facit quod religioſus poſſit ſine violatione voti paupertatis retinere ſibi conceſſa.

3 Et proinde voluntas, licet coacta, hoc eſt metu, aut alio modo extorta, vera voluntas eſt. *l.* Si *mulier.* §. Si *metu.ff.* De *eo, quod metus cauſa.* & notant communiter Doctotes Dec. *in l.* Velle *non videtur.num.*1.*& ſeq.ff.*De *reg.iur.* Couaruu. *De ſponſalib.par.*1.*cap.*4.§.1.*num.*11. Rota coram Seraphino, *deciſ.* 1350. *num.* 9. & coram Durano. *deciſ.*158.*num.*13. Et talis voluntas ſortitur ſuum effectum non ſecus, ac ſi nulla interueniret coactio, vt deſumitur ex dic. *l.* Si *mulier. eod.* §. ibi. *Si metu coactus adiui hereditatem, puto me heredem effici.* Et Inſtit. *de except. inst.* ibi. *Si metu coactus Titio ſtipulanti promiſiſti, quod non debueras promittere, palam eſt, iure ciuili te obligatum eſſe.* Vnde voluntas

tas

tas quoque ſuperioris, licet concepta ob vitandas quærelas, ſortietur ſuum affectum licentiæ conceſſæ, & operabitur, ne religioſus violet votum paupertatis.

4 . Quod etiam ex eo conſtat, quia, ſi concedat licentiam ſubdito ex tali cauſa quò ad ea, quæ non poteſt, aut debet concedere, non excuſabitur à peccato, neque enim metus excuſat à peccato, quando nō facit ceſſare obligationem legis. Cap. *Inprimis*. ver. *Si autem Epiſcopi*. 2. *Quæſt*. 1. & Cap. *Quiſquis metu*. 11. *Quęſt*. 3. & Cap. *Eos quos*. De *conſecrat*. *Diſt*. 4. & Cap. *Sacris*. De *ijs, quæ vi, metuſue cau*. Si ergo voluntas eſt talis, vt poſſit fundare peccatum, erit etiam talis, vt poſſit inferre veram conceſſionem licentiæ, quæ ſufficiat, vt ſubditus non violet votum paupertatis.

5 Et hoc à fortiori tenendum eſt, ſi ſubditus iam obtineat licentiam, ſed ſuperior eam non reuocet, ob quærelas, & murmurationes vitandas. Nam in tali caſu licentia fundatur in voluntate Superioris vndique libera, & nullo pacto extorta: & proinde tanquam legitima durabit, donec reuocetur. Quod autem Superior eſſet reuocaturus, niſi timeret quærelas, non alterat licentiam conceſſam, ſed tantum facit, quod ſuperior ſit taliter diſpoſitus, quod reuocaret licentiam, niſi quærelas timeret, quod totum ſiſtit in mente, & ideo nihil exterius operatur. *l. Quidam cum filium*. *ff*. De *hæred. inſtit*. & notant *ibi* Bart. & Imola Rota coram Seraph. *deciſ*. 1357. *num*. 12. & coram Durano *deciſ*. 379. *num*. 6. & *deciſ*. 354. *nu*. 6. *par*. 1. Recent. & *deciſ*. 12. *num*. 29. *par*. 8. Recent.

6 Hinc verò oritur dubium, an ſubditus, licet non peccet cōtra votum paupertatis; peccet tamen ex alio capite. Reſp. Quod ſi ſuperior inducatur ad ea concedenda, quæ ſecundum conſuetudinem Religionis nō ſolent concedi quamuis aliàs licitè concedi poſſent, peccabit. Nam impediet, ne vtatur libera poteſtate, quam habet in regendis ſubditis. Et quia ex ſuo genere inferre metum, aut alio modo extorquere voluntatem, eſt delictum, vt ponderant Innocent. *in Cap*. *Cauſam matrimonij*. De *offic. deleg*. Aleiat *De præſumpt. Reg*. 3. *præſump*. 6. *num*. 1. Menoch. *item de præſump. lib*. 3. *præſump*. 126. *num*. 2.

7 An autē peccet grauiter, inſpicienda eſt qualitas quærelarum, & murmurationum, an nimirum ſint tales, vt iure ad illas vitandas moueatur ſuperior ad concedendum, quæ aliàs non concederet, an verò ſint leues, ita vt, quod concedat, potius imbecillitati ſuperioris tribuendum ſit, quàm quærelis ſubditi. Nam ſi ex imbecillitate concedat, ſibi imputare debet, quod concedat, non autem ſubdito, quaſi ad vitandas quærelas cogatur: quia quærelæ non eſſent attendendæ, tanquam inanes, ſicut nec etiam attenditur huiuſmodi metus *l. Metum*. & *l. Sequen*. *ff*. De *eo, quod met. cau*. & item *l. Metus*. C. Quod *met. cau*. & *l. Interpoſitas*. C. De *tranſact*. vbi Doctores. Et ideo ſubditus in tali caſu peccabit tantum venialiter, quia præbebit ſolum leuem cauſam extorquendi licentiam ſuperioris.

8 Quod ſi ſuperior ad vitandas quærelas concedat ea, quæ iuxta conſuetudinem Religionis ſolent alij Superiores cōcedere, quamuis aliàs non conceſſurus, tunc ſubditus non peccabit. Quia, quod ſuperior non eſſet conceſſurus, prouenit ex quadam aſperitate, & naturali rigiditate, quæ iuſtè reddit regimen ingratum, & onerosū, & ita poteſt reduci ad terminos æquitatis eo fere modo, quo leges reducuntur ad æquitatem per Epichiam, quando aliàs eſſent nimis duræ, vt cum Ariſt. 5. *Ethic. cap*. 10. docent communiter, ita vt accommodentur menti legislatoris, quam expreſſiſſet, ſi interrogatus fuiſſet. iuxta *l. Tale pactum*. §. *Qui prouocauit*. *ff*. De *pactis*. Voluntas ergo ſuperioris ex eo, quod timet quærelas, reducitur ad æquitatem temperando rigorem, & concedit id, quod aliàs abſque tali timore concederet, ſi eſſet vacua ab illa paſſione, qua impellitur ad aſperitatem. Et ideo ſubditus non peccat, quia ex eo, quod faciat timere quærelas, reducit ad æquitatem volūtatem ſuperioris, & aliàs quærelæ non ſunt irrationabiles.

9 Si autem opponatur. Quod ſuperior

rior habeat tantum in ſuperficie voliſionem, in medulla autem nolitionem, vt de eo, qui metu conſentit dixit Bald. in *Conſil. Schiſmat. par. 2. num.* 13. quod eſt in eius lectura *ante Rubr.* C. *Si quis aliq. teſt. prohib.* Reſp. Reuera habere abſolutam, & ſolum adeſſe implicitam nolleitatem, vt ponderat Rota coram Merlino *deciſ.* 506. *nu.* 44. Et proinde de facto voluntas concedens licentiam efficax eſt, & obtinet effectum validitatis licentiæ, quia non impeditur ab illa ſimplici nolleitate.

An valeat tranſlatio penſionum in Clericum illegitimum. Quæſt. 201.

S V M M A.

1 *Illegitimus eſt capax penſionis laicalis.*
2 *Tranſlatio penſionis in Clericum illegitimum an valeat.*
3 *Illegitimus eſt incapax beneficiorum.*
Etiam penſionis erectæ in titulum. ibid.
4 *Penſio transferri poteſt in Clericum illegitimum abſque diſpenſatione.*
5 *Inhabilitas ad beneficia non extenditur ad penſiones.*
Penſio non eſt beneficium.
A diuerſis non fit illatio.
6 *Illegitimus ſolum incapax Clericatus, non autem penſionis.*
7 *Transferri poteſt penſio in illegitimum, licet in conceſſione id non exprimatur.*
8 *Non valet tranſlatio penſionis in illegitimum, qui ſine diſpenſatione ſuſcepit Clericatum.*
Clericatus illegitimo modo ſuſceptus perinde eſt, ac ſi non eſſet ſuſceptus.
Non operatur ſuos effectus.

1 SVpponitur, quod non ſit diſpenſatus ad obtinendam penſionem, ſed ſolum ad Clericatum, & proinde dubitatur, an indigeat aliqua diſpenſatione, vt ſit capax penſionis. Quod autem ſpectat ad penſionem laicalem, videtur certum, valere tranſlationem, vt inter alios notat etiam Garzias *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 119. Quia, cum poſſit conferri etiam laicis, nec ſpecialiter requirat legitimitatem, ex nullo capite poteſt eſſe inualida tranſlatio: vnde dubium reſtringitur ad penſionem clericalem.

2 Quod autem non valeat tranſlatio, eſſet reſoluendum attentis iis, quæ tradunt Rebuf. *in Praxi* Tit. *de diſpenſat. ſuper defec. Natal. num.* 48. & Tit. *de diſpenſat. ad plura nu.* 65. Gigas *de penſion. quæſt.* 16 & alij, quos citat, & ſequitur Garzia *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 119. Qui *num. ſequen.* opponit Rotæ, oppoſitam ſententiam ſequenti, ſtylum Datariæ, & Cancellariæ, cui magis eſt ſtandum, vti magis propinquo Papæ. Sed mirum eſt, quod huiuſmodi ſtylum opponat Rotæ, cum non iudicet Rota contra ſtylum Curiæ: vnde, ſi adeſſet, ſecundum ipſum pronunciaret. Idem etiam tenet Vallenſ. *de benefic. lib.* 4. *tit.* 1 *num.* 7.

3 Fundamentum eſt. Quia illegitimus abſque diſpenſatione eſt incapax beneficiis Cap. *De incestis.* 35. *Quæſt.* 3. & Cap. *Cum in cunctis.* De *elect.* Penſio autem Clericalis, & eccleſiaſtica regulatur inſtar beneficij; & ideo qui non eſt capax beneficij, nec etiam erit capax penſionis. Verum licet hoc locum habeat, quando certa quantitas fructuum ſeparatur à beneficio, & ita conſtituitur penſio, vt erigatur in titulum beneficii, quia tunc proprie eſt beneficium, quamuis retineat nomen penſionis, vt notant Gigas *de penſion. quæſt.* 1. *num.* 1. Nauar. *conſil.* 11. *De conſtit.*; non tamen locum habet in pura penſione, vt conſtabit ex dicendis.

4 Tenendum itaque eſt *Validam eſſe tranſlationem tanquam in perſonam habilem ſtante clericatu, ad quem cum diſpenſatione promotus ſit*. Ita deſumitur ex Doctrina, quam tradunt Gambar. *de Legato lib.* 6. *nu.* 234. Paleot. *De noth. & ſpont. cap.* 58. *num.* 4. Zeroſa *in Praxi par.* 1. *verbo.* Ordo. §. 4. Sarnenſ. *in Regul. de annal. quæſt.* 21. ver. *Si vero non dantur.* Gonzalez *ad Regul Cancel gloſ.* 5. *num.* 24. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 139. Et ita inuariabili ſtylo iudicat Rota præſertim *deciſ.* 425. *par.* 1. *Diuer.* coram. Seraphino *deciſ.* 1264. *num.* 2. & coram Coccino *deciſ.* 31. *nu.* 8. & coram Pennia *deciſ.* 569. *num.* 7. & coram Durano *deciſ.* 143. *num.* 1. & 4.

& 4. & *deciſ.*117. *num.* 4. *&* 18. & coram Merlino *deciſ.* 278. *num.* 2. & *in Burgenſi penſionis* 19. *Februar.* 1596. coram Blancheto apud Garziam *par.* 1. *de Beneſic. cap.* 5. *num.* 116. *in Veneta penſionis* 10. *Decem.* 1572. coram Robuſterio, & in *Cęſeraugustana penſionis.* 19. *Februar.* 1590. coram Gipſio, & in *Toletana penſionis.* 11. *Maij.* 1601. corá Litta. & in Melitenſi penſionis 1614. coram Buratto. apud Marcheſan. *de commiſ. tom.* 2. *ſol.* 527. & *deciſ.* 549. *num.* 3. *par.* 2. Recent.

5 Ratio verò eſt. Quia Inhabilitas illegitimorum quò ad beneficia non extenditur ad penſiones. Penſio enim eſt quid diuerſum à beneficio, ſiquidem ius diſtinguit inter penſionem, & beneficium Cap. *Quamuis.* De *prębendis in* 6. ibi *Et nõ in penſione, ſed in beneficijs eccleſiaſticis tãtum volumus prouidere*, & etiam Concil. Trident. diſtinguit penſiones à beneficiis, & diſcretiuè de ipſis diſponit, ita *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. & *ſeſſ.* 25. *cap.* 15. *de reformat.* Vnde cum inhabilitas, tanquam quid odioſum, ſit potius reſtringenda, quàm extendenda, non debet inhabilitas quò ad beneficia extendi ad penſiones. Pręſertim quia à diuerſis non fit illatio. *l. Neque natales.* C *De probat.* & *l. Naturaliter.* §. *Nihil commune. ff. De acquir. poſſeſ.* & notant Cinus *in l. Ex lege.* C. *De condit. ob cau.* Petrus Ancharan. *in Repet.* Cap. *Canonum ſtatuta, oppoſit.* 1. De *Conſtit.* Bald. *in l. Cum neceſſitatem.* C. *De fideicom.* Et ideo ex incapacitate beneficiorum non infertur incapacitas penſionum.

6 Ex quibus deducitur, quod illegitimus ſit ſolũ incapax penſionis in quantum eſt incapax qualitatis fundamentalis, quam requirit penſio: & ideo, ſi per diſpenſationem ponatur iſta qualitas, ponetur ſimul etiam capacitas recipiendi penſionem. Et proinde illegitimitas non opponitur collationi, aut translationi penſionis, ſed ſolum clericatui: vnde ſufficit vnica diſpenſatio, qua diſpenſetur in ordine ad Clericatum, nec pro obtinẽda penſione requiritur noua diſpenſatio, ſicut requiritur pro obtinendo beneficio.

7 Secundò deducitur cum Lotterio *de re beneſic. quæſt.* 40. *nu.* 144. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 3. *de fil. pręsbit. in antiq.* Valere tranſlationẽ pẽſionis, niſi aliud obſtet, etiam ſi in cõceſsione transferendi nõ ſit expreſſum, quod transferri poſsit in illegitimũ. Nam facultas transferendi, cum non ſit coarctata ad certum genus perſonarum, extenditur ad omnes capaces: & ideo eo ipſo, quod illegitimus diſpẽſatur ad Clericatum, & tonſuram ſuſcipit, remanet capax penſionis, & in ipſum transferri poteſt.

8 Maior difficultas eſt, an valeret translatio, ſi illegitimus abſque præuia diſpenſatione ſuſcepiſſet clericatum. Videtur enim ex vna parte affirmatiuè reſoluendum, quia eſſe illegitimum tollit tantum habilitatem ad clericatum, non autem ad recipiendã penſionem, & ideo quocunque modo ſumat clericatum, videtur fieri habilis, quia ſuſcipit qualitatẽ habilitatem. Verum nõ eſſe capacem penſionis, reſoluendum eſt. Ita etiam Gabr. *conſil* 189. *num.* 6. ver. *Tamen puto.* Lotter. *de re beneficiaria lib.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 145. Quia cum clericatus non aſſumatur legitimo modo, quamuis ſecum trahat tonſuram, non trahit tamen habilitatem ad penſionem: & proinde ſe habet in ordine ad inducendos ſuos effectus, ac ſi non fuiſſet ſuſceptus Cap. *Inter incorporalia*, *De translatione Epiſcop.* & Cap. *Veniens.* De *præsbiter. non baptiz.* & Cap *fin.* De *reſtit ſpoliat.* & l. De *ætate.* §. *Nihil ff.* De *interrogat.* & *l. Quoties. ff.* Qui *ſatisd. cogant.* & notant Iaſ. *ibid.* Bald. *conſil.* 402. *num.* 3. ver. *Conſiderandum eſt. lib.* 1. Lappus *allegat.* 82. *init.* Cum enim huiuſmodi effectus ſint de iure poſitiuo, non inducuntur, niſi Clericatus habeat aſsiſtentiam iuris poſitiui, qua caret, quando illegitimus ipſum ſuſcipit abſque præuia diſpenſatione, cum ſuſcipiat contra diſpoſitionem iuris.

An Clericus penſionarius, cui indulgetur incedere ſine habitu, poſſit exercere officia ſæcularia. Quæſt. 202.

SVMMA

1 *Quinam penſionarij poſsint incedere ſine habitu clericali.*

2 *Penſionarij, licet incedant ſine habitu, non poſſunt exercere officia ciuilia &c.*

Clerici ratione Clericatus prohibentur exercere officia ſæcularia.

3 *Indulgentia, quod penſionarij incedant ſine habitu, non ſe extendit ad exercenda officia ſæcularia.*

Indulgentia eſt ſtricti iuris.

4 *Relaxatio vnius obligationis non ſe extendit ad aliam.*

Tot diſpenſationes requiruntur, quot ſunt impedimenta.

1 Clericis penſionariis, quorum penſiones non excedunt aureos ſexaginta de camera, indulgetur per Sixtum V. vt poſsint incedere ſine habitu clericali, vt declarauit *die vltima Ianuar.* 1589. quæ declaratio annexa eſt in Bullar. *tom.2. Conſtitutione eiuſdem Pontificis* 92. in qua præcipit omnibus Clericis habentibus penſiones beneficia &c. incedere in habitu clericali. Vnde dubitatur, an prędicti clerici ſtante, quod non incedant in habitu clericali poſſint exercere aliqua officia ſæcularia ciuilia.

2 Reſoluendum eſt. *Non poſſe prędictos Clericos exercere aliqua officia ciuilia.* Ratio eſt. Quia Clericis ex eo, quod clerici ſint, prohibetur exercere officia ciuilia Cap. *Clerici, De vit. & honeſt Clericor.* ibi. *Clerici officia, vel commercia ſæcularia non exerceant.* et Cap. 1. *Ne Clerici, vel Monachi.* vbi redditur ratio finalis, quia iuxta Apoſtolum. Nemo militans Deo implicat ſe negociis ſæcularibus, & Cap. *Sacerdotibus. eod. tit.* Vnde cum finis legis ſit, ne ob implicationem in negociis ſæcularibus diſtrahatur à militia Dei, extenditur diſpoſitio ad illa omnia, quæ perſona diſtrahunt à ſeruitio Dei, et Eccleſię. Clerici autem penſionarii, quamuis incedant ſine habitu clericali, ſunt tamen reuera clerici, cum ſint ſaltem prima tonſura initiati, et proinde addicti militiæ eccleſiaſticæ; et per accidens eſt, quod non vtantur habita Clericali. Vnde generaliter non poſſunt exercere officia ſæcularia, tradunt Molina *de iuſt. & iure. tract. 2. diſp.* 108. Panorm. *in cap. Clerici*, De *vita, & honeſt. Cler.* Diaz *in pract.* Canon. *cap.* 61. Maiol. *De irregularit. lib. 2. cap. 5. num.* 15. Squillant. *de obligat.* Clericor. *par. 2. num.* 106.

3 Neq. opponi poteſt, quod, cũ Clericus incedat ſine habitu clericali, poteſt ſe gerere tanquam laicum Nam de iure debeterincedere in habitu clericali iuxta præfatam *Conſtitutionem* 92. Sixti V. et ex indulgentia conceditur, quod incedat ſine tali habitu. Hæc autem indulgentia, ſeu diſpenſatio, cum ſit ſtricti iuris, non eſt extendenda etiam ad exercenda officia ſæcularia. *l. Si quãdo. init. C.* De *inoffic. teſtam.* et Cap. 1. *§. vlt. De fil. presbit. in* 6. & Cap. *Cum de non ſacerdotali.* De *pręben. eod. lib.* & Cap. *Suſceptum.* De *reſcrip. in* 6. et notant Iaſ. *in l. Beneficium. num.* 37. *ff.* De *Conſtit. Princip.* Butr. *in Cap. Venerabilis* De *except*, Menoch. *conſil.* 306. *nu.* 24. Curt. iun. *conſil.* 2 *et* 1. *num.* 4. *lib.* 3. Io. Andr. *in Cap. fin.* De *fil. pręsbit. in* 6. Natta *conſil.* 600. *num.* 33, *lib.* 3. Felin. *in Cap. Poſtulaſti. num.* 9. De *reſcrip.* Abbas *in Cap. Ad aures, num. 7. eod. tit.* Borgas. *de Irr. gular. par.* 2. Tit. *de Interpret. extent. & reſtr. diſpenſat. num.* 17. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 353. *num.* 15.

4 Accedit etiam. Quod deferre habitum Clericalem, & non ſe immiſcere negocijs ſæcularibus, atque adeo non exercere officia laicalia, ſunt diuerſæ obligationes, quę afficiũt ſtatum clericalem: & vna eſt ab alia independens. Et ideo ex eo, quod Pontifex in vna indulget, & diſpenſat, non indulget, & diſpenſat in alia, quia tot diſpenſationes requiruntur, quæ ſunt ligamina, vt tradunt Franc. *in Cap. Non eſt. De præbend.* Geminian. *conſil.* 33. *num.* 8. Surdus. *conſil.* 244. *numer.* 4. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancel. Gloſ.* 13. *n.* 97, alios citans. Rota *in Romana Palatij.* 5. *Iunij* 1602. Coram Sacrato, & coram Pen-

nia *deciſ.* 619. *numer.* 1. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 109. *numer.* 6. Vnde ſola indulgentia non ferendi habitum relinquit præfatos Clericos quò ad officia ciuilia in eodem ſtatu, in quo eſſent ſecluſa tali indulgentia.

An nulliter profeſſus ob defectum ætatis gaudeat antianitate à die profeſſionis, ſi eam ratificet. Quæſt, 203.

S V M M A.

1 *Fraus neminem iuuat.*
2 *Nulliter profeſſus, ſed bona fide, gaudet antianitate à die profeſſionis.*
3 *Ratificatio quando retrotrahatur ad tempus actus.*
4 *Profeſſio elapſo quinquennio ratificatur à lege.*
Lex ratificat actum nullum præſertim ob reſiſtentiam iuris.
5 *Filij ex matrimonio nullo, ſed bona fide contracto, ſunt legitimi.*
6 *Elapſo quinquennio non poteſt opponi contra antianitatem poſſeſſam ratione profeſſionis.*
7 *Cauſa, ob quam Trident. prohibet audiri ſuper nullitate profeſſionis elapſo quinquennio.*
Ratio extendit diſpoſitionem ad ſui extenſionem.
8 *Cauſa antianitatis non poteſt prius agitari, niſi agitata cauſa profeſſionis.*
Ex cauſis connexis qua prius agitanda
9 *Quod elapſo quinquennio profeſſio ſit valida eſt præſumptio iuris, & de iure.*
Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.

---

1 SVpponitur, quod bona fide abſque fraude, ſeu dolo ante legitimam ætatem emiſſa ſit profeſſio, quia ſcilicet profitens putaret ſe habere legitimam ætatem. Certum eſt enim, quod ſi mala fide profeſſus ſit, non poſſit frui antianitate, cum in fraude fuerit, & fraus neminem iuuet *l. Tranſactione.* C. De *tranſact.* & *l. Itaque fullo. ff.* De *furtis*, & Cap. *Intelleximus.* De *iudic.* & Cap. *Ex tenore.* De *reſcrip.* & Cap; *Tuus.* De *vſur.*

2 Stante ergo bona fide reſoluendū eſt. *Quod fruatur antianitate à die emiſſæ profeſſionis, licet inualidæ.* Ita Nauar. *conſil.* 27. *de* Regular. Rodriquez *quæſt.* Regul. 17. *ar.* 3. *in fine. tom.* 3. Graf. *conſil.* 6. *de* Regul. *in fine. tom.* 1. Sanchez *lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 37. *num.* 68. *in fine.* Vecchius *in Praxi Nouitior. diſp.* 14. *dub.* 8. Bordon. *de profeſſ.* Regul *cap.* 5. *num.* 56. Scrofa *de inualida profeſſione dub.* 18. ver. *Sed his non obſtantibus.* Hoc autem debet intelligi non à die profeſſionis, in quo emiſſa fuit, ſed in quo validè potuiſſet emitti, atque adeo à prima die poſt completum annum ætatis ſextūdecimū, vt declarauit S. Epiſcop. & Regular. Congregatio *die* 13. *Nouemb.* 1648. apud Nicolium *in Floſculis*, verbo. *Præcedentia. nu.* 16. Et deſumitur ex Conſtit. Vrbani VIII. *ſub die* 2 *April.* 1631 quæ incipit. *Religioſos*, & eſt 115. *tom.* 4. *Bullar.* vbi §. 2. decernit, & declarat. Quod ratificantes profeſſionem nullam ob non præmiſſum nouitiatum in locis deſignatis obtineant eundem locum, ſeſſionem, votum &c. prout haberent, ſi ab initio valida fuiſſet profeſſio.

3 Ratio deſumitur ex natura ratificationis, nam ſumus in caſu, in quo profeſſio non eſt nulla, quia deficiant ſubſtātialia de iure naturali requiſita, ſi quidē interuenit mutuus conſenſus parium; ſed in caſu, in quo eſt nulla ob reſiſtentiam iuris, quod non admittit contractum profeſſionis, niſi profitens ſit in ætate præſcripta. Ex quo fit, quod ratificatio ſubſequuta retrotrahatur ad tempus emiſſæ, profeſſionis iuxta *l. Licet. ff.* De iudic. & *l. fin.* C. Ad *Macedonian.* cum actus non ſit omnino nullus, ſed adſint ſubſtantialia de iure naturæ requiſita, quę per ratificationem factam in ætate habili ſtabiliri, & conſeruari poſſunt, iuxta doctrinam, quā tradunt Bart. *iul. Obſeruari. num.* 14. *ff.* De *offic. proconſul.* Dec. *in l. Semper. qui num.* 16. *ff.* De *reg. iur.* Bald. *in l. fin. numer.* 2. C. Ad *Velleian.* Alexan. *conſil.* 18, *num.* 24. *lib.* 7. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 395. *nu.* 12.

4 Accedit etiam, quod cum ſit elapſum quinquenniū à die profeſſionis abſq. reclamatione, profeſſio remanet ratificata etiam à lege per diſpoſitionem Concil. Trident. *cap.* 19. *de Regular. ſeſſ.* 25. Vnde cum lex poſſit fingere, atque adeo confirmare

firmare actum alias nullum, præſertim ob reſiſtentiam iuris, tanquam ſi ab initio non reſtituiſſet *l. Cum hic ſtatus ff. De do. nat. int. v vir. & vxor.* & *l. 2. C. Si quis alteri, vel ſibi* atque retrotrahere ratificationem; quod præſtat Concil. Triden. nam prohibet audiri ſuper nullitate, quia elapſo quinquennio habet profeſsionem tam quam validè emiſſam.

5 Denique Filij nati ex matrimonio nullo ob impedimentū dirimens, ſed bona fide contracto, ſunt legitimi, & à natiuitate trahunt ſecum ius ad hæreditatem paternam non ſecus, ac ſi matrimonium ab initiò fuiſſet validum. *Cap. Cum inter. Qui fil. ſint legit.* Cum ergo profitens fiat religionis filius, ſi bona fide profiteatur, quamuis nulliter, trahet ex profeſsione iura omnia, quæ aliàs ex ipſa conſequuantur, atque adeo etiā antianitatem.

6 Sed inſurgit dubium, an contra dictam antianitatem opponi poſsit. Et non poſſe opponi, ſequitur ex dictis; quia, ſi ipſis de iure conuenit, non poteſt contra opponi. Deinde cum antianitas conſequatur profeſsionem, non poteſt opponi contra antianitatem, niſi etiam opponatur cōtra profeſsionem. Cum ergo Concilium Trident. *ſeſſ. 25. cap. 19. De Regular.* prohibeat audientiam ſuper nullitate profeſsionis elapſo quinquennio, prohibet etiam ſuper antianitate.

7 Nec obſtat, quod diſpoſitio Concil. loquatur tantum de ipſo profeſſo, quem prohibet audiri, quia profeſſus non ſtat limitatiuè ad prohibitionem, ſed demonſtratiuè. Nam cauſa, ob quam prohibet audiri, eſt, quia elapſo quinquennio, præſumitur ratificata profeſsio ſeu potius elapſo hoc tēpore, ab ipſa lege inducitur ratificatio. Hæc autem ratio locum habet reſpectu quorūcumq; nam tàm conuellitur ratificatio profeſsionis, ſi opponatur ab vno, quàm ſi opponatur ab alio; & ideo etiam diſpoſitio eſt quò ad omnes. *l. Illud. ff. Ad leg. Aquil.* & *l. Si poſtulauerit. §. 2. ff. Ad leg. Iul. De adulter.* & notant Curt. ſen. *conſil. 9. num. 22.* Riminal. iun. *conſil. 4. numer. 9. lib. 1.* Surd. *deciſ. 276. numer. 8.* Alexan. *in l. Peregrè. §. 1. ver. Non obſtat. ff. De acquir. poſſeſ.* Imola *in l. Si verò. §. De viro num. 14. ff. Soluto matrimonio.* Rolan. *conſil. 27. nu. 8. vol. 1.* Rota coram Pennia *deciſ. 664. num. 4.*

8 Quod amplius confir. ex connexitate cauſarum. Si enim proferatur ſententia ſuper antianitate, inuoluitur etiam cauſa profeſsionis, nam ſi declaretur non deberi antianitatem, profeſsio tacitè declaratur nulla; & hæc ſententia pareret exceptionem rei iudicatę in cauſa profeſſionis: vnde non poteſt agitari, niſi prius agitetur cauſa profeſsionis *l. Interdum. ff. De publ. iudic.* vbi Bart. & *l. 1. C. De appellat.* et tradunt idem Bart. *in l. 2. §. Hoc edicto. nu. 3. ff. De vi bonor. rapt.* Craueta *conſil. 280.* Curt. iun. *conſil. 351. li. 3.* Lancellot. *de attent. par. 2. cap. 4. limit. 23. numer. 23.* Dec. *conſil 33. num. 4.* Capic. *deciſ. 122. nu. 9.* Farinac. alios citans *in Praxi. quæſt. 100. num. 125.* Rota coram Pennia *deciſ. 169. n. 5.* et coram Coccino *deciſ. 123. numer. 3.* & coram Millino *deciſ. 445. num. 3.* vbi aliæ deciſ. allegantur, et coram Caualero *deciſ. 443. num. 3.* Cum ergo non poſſit cognoſci cauſa nullitatis profeſsionis obſtāte Concil. Trident. cit. *Cap. 19 De Regul. ſeſſ. 25.* nec etiam poterit cognoſci cauſa antianitatis.

9 Pręſertim quia cum profeſsio habeat pro ſe præſumptionem iuris, & de iure inductam à Concil. Trident. modo citat iuxta ea, quæ tradunt Innocent. *in Cap. Quia ver ſimile. num. 2. De pręſumpt.* Alexan. *in l. Inter ſtipulantem. § 1. num. 3. De verbor. obligat.* Roman. *in l. Si duo. numer. 8. ff. De acquiren. hęred.* Non poteſt contra ipſam admitti probatio, vt tradūt in Rubr. De pręſumpt num. 1, Iaſ. *in § Si quis in fraudem. nu. 45.* Inſtit *De act.* Socin. iun. *conſil 69. num. 4. lib. 1.* Neuizan. *conſil. 85. nu. 14.* Sed habetur pro veritate *l. Licet. ff. De legat. 1.* vbi Iaſ *num. 10.* Et ideo neque etiam admitti poteſt probatio contra antianitatem inde conſequentem.

An lapſus quinquennij Concil. Trident. ad reclamandum contra profeſſionem, afficiat etiam Religionem. Quæſt. 204.

S V M M A

1 *Quinquennium ad reclamandum contra profeſſionem an afficiat Religionem.*
2 *Concil. Trident. aſsignans quinquennium, &c. loquitur de profeſsis.*
3 *Quando lex habet rationem generalem, fit generalis.*
Ratio trahit legem, quo ipſa extenditur.
4 *Diſpoſitio Concil. &c. eſt per ſe primò circa profeſsionem.*
Lex afficit omnes perſonas, quibus materia eſt communis.
5 *Diſpoſitum de vno, eſt etiam diſpoſitum de alio ob rationis identitatem.*
6 *Cur Trident. exprimat Religioſos, & non Religionem, &c.*
7 *Statuta Religionum circa nullitatem profeſsionis valent intra quinquennium.*

1 Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 19. de Regular.* aſſignat quinquēnium, intra quod nulliter profeſſi reclamare poſſint contra profeſſionem; quo elapſo decernit, quod non amplius audiantur. Dubitatur modo, an huiuſmodi Decretum locum habeat quò ad Religionem, ita vt neque ipſa venire poſſit contra nullitatem profeſſionis lapſo prædicto quinquennio. Quod non habeat locum, & proinde adhuc eo elapſo poſſit Religio venire contra nullitatem profeſſionis, tradunt Peirin. *tom. 1. De ſubdito relig. quæſt. 1. cap. 25. §. 4. ver. Ex quibus colligitur.* Lezana *tom. 1. quæſt.* Regul. *cap 2. num. 7.*

2 Fundamentum huius ſententiæ eſt. Quia Concilium loquitur ſolum de nulliter profeſſo, reclamare volente contra nullitatem profeſſionis, cui concedit quinquennium, intra quod poſſit reclamare; non autem de Religione. Et ideo cum verba Concilii ſint directa ad profeſſos: & non ad Religionem, diſpoſitio quoque ipſos ſolos afficiet; Deinde quia cogeretur Religio inhabiles retinere, & ſtatuta ipſius confirmata à Papa, & edita in eius fauorem, redundarent in eiuſdem detrimentum.

3 Verum hæc doctrina difficultatem patitur, Quia licet Concilium loquatur ſolum de profeſſis nulliter, ratio tamen, ob quam prohibet, poſt quinquennium reclamare, vt dictum eſt etiam *quæſt. præced.* eſt, quia vult, quod elapſo quinquennio profeſſio nulla habeatur pro ratificata; quæ ratio eſt communis tum quo ad profeſſos, tum quò ad Religionem. Quādo autem lex habet rationem generalem, licet ipſa ſit ſpecialis, efficitur generalis *l. Regula. §. Si quis. ff. De iur. & fac. ignor.* & notant Bart. *ibid.* Alexan. *in l. Si pupil. ff. De verbor. obligat.* Ratio enim eſt anima legis, quæ ipſam trahit ad quoſcunque caſus ipſa extenditur. *l. Si is, qui, ff. De acquir. poſſeſ.* & notant Gloſ. & Doctor. *in Clemen. 1. De elect.* Corn *conſil. 273. num. 2. vol. 4.* Riminal. ſen. *conſil. 657. nu. 9.* Fulgoſ. *conſil. 77, num. 2.* Abbas *in Cap. Nihil. num. 5. De elect.* Alexan. *conſil. 75. nu. 3. lib. 5.* Tiraquel. *in l. Si vnquam. verbo.* Libertis. *num. 45. C De reuocan. donat.*

4 Præterea Concil. cit. loco diſponit de annullatione profeſſionis, quam ſolum intra quinquennium concedit, poſſe annullari, vltra autem ipſam prohibet annullari, ſed vult ratam haberi: & ſolum ſecundario diſponit de perſona annullante; vt conſtat ex textu. Quando autem lex per ſe primo diſponit de aliqua materia, & ſecundariò de perſonis; locum habet in iis omnibus perſonis, in quibus locum habet materia, de qua diſponit, quia ratione materiæ trahuntur ad ſubiectionem legis, nam ſumus in caſu legis, vt tradunt Gloſ. vlt. *in l. Ancilla.* C. De *furt.* Decius *conſil. 452. in fine.* Craueta *conſil. 273. num. 3.* Becc. *conſil. 14. num. 20. vol. 1.* Surd. *conſil. 53. num. 6. & conſil. 58. nu.* item 6. Pariſ. *lib. 9. de reſignat. init. n. 2.* Seſſe *deciſ. Aragon. 153. num. 25.* Tuſch. *littera I. concluſ. 259. num. 4.* Vnde cum etiam Religio voluerit annullare alicuius profeſſionem, ſuberit prædictæ diſpoſitioni Concil.

5 Poſtremo Concilium conſiderat

illud

illud tempus quinquennii tanquam ſufficiens ad inducendam præſumptionẽ ratificationis. Et proinde eo elapſo, vult profeſſionem ratem habendam eſſe. Hęc autem ratio æquè militat quò ad Religioſum, & quò ad Religionem cum omnimoda identitate. Et ideo ob identitatem rationis, quod eſt diſpoſitum quò ad vnum, erit etiam diſpoſitum quò ad aliam *l. Illud ff.* Ad *leg.* Aquil. ibi. *Quod de vno dicitur, neceſſe eſt, quod de altero intelligatur*, & notant communiter Doctores Gloſ. *ibid.* verbo. *Quod de vno*. Bald. *in l. De quib. num.* 35 *ff.* De *legib.* Cinus *in l. Iura. eod. tit.* Dec. *conſil.* 372. *num.* 7. Crot. *conſil.* 26. *num* 12. Bart. *in l. Omnes populi. num.* 6 *ff.* De *iuſt. & iure*, vbi etiam Bald. *num.* 95. Dec. *in Cap. Secundo requiris num.* 5. De *appellat.* Caſtrenſ. *conſil.* 83, *nu.* 2. *lib.* 2. Alexan. *conſil.* 73. *num* 3. *lib.* 5. Tiraquel, *tract. Ceſſante cauſa par.* 1. *nu.* 138. vbi late, & *in l. Si vnquam. verbo.* Libertis. *num.* 45. C. De *reuocan. donat.* Rota *deciſ.* 20. *num.* 18 *par.* 8. *Recent.*

6 Neque obſtant, quæ in oppoſitum allata ſunt. Quia, licet Concilium loquatur de religioſo nulliter profeſſo, diſponit tamen principaliter, & per ſe primo ſuper profeſſione, quam vult, vt dictum eſt, ratam haberi elapſo quinquennio: vnde expreſſio Religioſi ſtat demonſtratiuè, & ipſe potius quàm Religio exprimitur, quia religioſi ſunt illi, qui vt plurimum reclamant contra profeſſionem. Cœterum & communitas materiæ, & ratio legis facit, quod diſpoſitio ſit communis.

7 Neque ſimiliter obſtat, quod ſtatuta religionis à Papa confirmata redundarent in detrimentum religionis; quia imo adhuc eſſent in fauorem, quia per diſpoſitionem Concil. non tollitur, quin poſſint habere ſuum effectum, ſed ſolum coarctantur, vt non ſortiantur effectum vltra quinquennium, & proinde intra quinquennium operari poſſunt. Quod ſi lapſo quinquennio detegeretur nullitas profeſſionis, aut tunc ſolum à die ſcientiæ inciperet currere quinquennium; aut ſaltem adeſſet remedium reſtitutionis ad dicendum de nullitate profeſſionis.

Ad quem ſpectet eligere eccleſiam, ad quam transferatur Imago adnexa muro priuatæ domus, ſi miraculis coruſcet. Quæſt. 205.

S V M M A

1 *Eccleſia pro imagine miraculis fulgente à quo eligenda.*
2 *Imago adnexa parieti domus eſt domini domus*
3 *Dominium acceſſorÿ trahitur à domino principalis.*
Acceſſoria veniunt in conceſſione principalis.
4 *Numiſmata Sixti V. relinquenda Eccleſiæ arbitrio poſſidentis.*
5 *Pictura trahit ad ſe tabulam.*
6 *Prærogatiua miraculorum cur non trahat ad ſe Imaginem.*

1 SVpponitur, quod imago transferenda ſit ad aliquã Eccleſiã ita præcipiẽte Ordinario, & exigẽte decentia. Cum enim ex eo, quod miraculis coruſcat, trahat concurſum populi, exigit decentia, quod non relinquatur in publica via, ſed in aliquo loco ſacro colatur. Vnde dubitatur, ad quemnam ſpectet eligere Eccleſiam, in qua collocetur. Dicendum eſt autem. *Electionem Eccleſiæ ſpectare ad Dominum domus, cuius parieti adheret imago.* Et hoc locum habet, ſiue ſit picta in pariete, ſiue in tabula, quæ parieti affixa ſit.

2 Ratio deſumitur ex eo, quod talis imago ſit ſub dominio domini domus, iuxta ea, quæ tradunt Angel. *in l. In rem. §. Item quæcunq. ff.* De *rei vendicatione* Marian. Socin. *de oblat. cap.* 18. Genuenſ. *in Praxi Archiepiſc. cap.* 72. *num.* 2. Et deſumitur ex dic. *l. In rem. §. In omnibus.* & *§. Item quæcunque ff.* De *rei vendicat.* Quia cum domus principaliter ſe habeat, & imago acceſſoriè, trahit ipſam ad dominium domini domus, etiam ſi aliàs ad alium pertineret iuxta prædic. tex.

3 Regulariter enim dominium acceſſorij trahitur ad dominium principalis *l. Prædÿs. §. Balnea. ff.* De *legat.* 3. & *l. Olympico. ff.* De *ſeruit. vrban. prædior.* & notant Gloſ.

8 *Quæ tempore mortis ſunt in manibus defunčti remanent ſub hypotheca.*
Adimplementum contractus poſt mortem contrahentis pertinet ad contractum inter vivos.
Quod dependet a praecedenti contractu,eſt par illius.

---

1 Debebat Caius Petro mille aureos pro meribus ab eo emptis, & morti proximus diſpoſuit, quod quædam cedula eiuſdem ſummæ daretur in vim ſolutionis eidem Petro, vt exigeret pecuniam, quæ fuerat tranſmiſſa ad Caium, & ab ipſo fuiſſet exigenda. Sequuta morte Creditores Caij anteriores ſcientes tranſmiſſam ipſi fuiſſe hanc cedulam, obtinuerunt monitorium ad effectum, vt manifeſtaretur dicta cedula, Vnde dubitatur, an Petrus teneatur ipſam reuelare. Et negatiuè reſoluendum videtur, vt in ſimili caſu reſoluunt Comitol. *reſpon. moral. lib.* 3. *queſt.* 39. Gibalin. *de cenſur. Diſquiſit.* 2. *queſt.* 5. *conſect.* 15. *num.* 62.

2 Ratio verò deſumitur ex eo, quod huiuſmodi monitoria non afficiunt, niſi iniuſtè detinentes, & ſub peccato mortali obligatos ad reſtitutionem, non autem iuſtè detinentes, & tanquam rem propriã, vt tradunt communiter Doctores Gloſ. *in Cap. Iuſgentium. verbo.* Sed eum. *Diſt.* 1. Couaruu. *in Cap. Alma mater. par.* 1. §. 9. Sotus *in* 4. *Diſt.* 22. *quaſt.* 1. *ar.* 2. Suarez *diſp.* 20. *de cenſur. ſect.* 2. *num.* 1. Lazar. *de Monit. ſect.* 2. *quaſt* 4. *n.* 4. Bonac. *in tract.* Varij. *diſp.* 6. *de obligat. denun. pun.* 1. §. 7. *num.* 3. Gibalin. *de cenſur. diſquiſit.* 2. *queſt.* 5 *num.* 5. Et tradunt communiter in materia de cenſuris, quod excommunicatio non habeat locũ, niſi in caſu peccati mortalis. Petrus autem accepit legitimè dictã cedulam tanquam continentem pretium ſibi debitum ex venditione mercium: & ideo legitimè, & iuſtè eam retinet tanquã datam in ſolutum à ſuo debitore bona fide, Et proinde non poteſt per anteriorẽ creditorem reuocari. *l. Qui autem.* §. *Sciendum eſt. ff.* Quæ *in fraudem credit.* ibi. *Qui debitam pecuniam accepit, antequam bona debitoris poſſideantur, quamuis ſciens ſoluendo non eſſe, non timere hoc edictum, ſibi enim vigilauit. & l. Nau. ff. Locati.* & notant Caſtrens. *ibid.* Iacob. de Arena *in l. Pupillus. ff.* Si *qua in fraud. cred.* & ſæpius dixit Rota vt *in Imolenſi, Saluiani.* 9. *Iunij.* 1636. §. *Secunda verò*, coram Eminentiſ. Macchiauel. & in *Romana pecuniaria.* §. *Non obſtat.* 23. *Iunij.* 1643. coram Meltio.

3 Quod locum habet, etiam ſi ſoluens eſſet in mala fide, quia ſcilicet ſciret, quod non remanet pro ſatisfaciendo anterioribus creditoribus; nam adhuc reuera is, cui fit ſolutio, acquirit dominium iuxta communem ſententiam, quam inter alios tradunt Palud. *in* 4. *diſt.* 15. *quaſt.* 3. Adrian. *De reſtii. vſura quaſt.* Hoc igitur. Tabiena *verbo* Vſura 6. *num.* 2. & 3. Medina *de reſtit. Cod. de reb. per vſur. acquiſ. quaſt.* 4. Couaruu. *Variar. reſol. cap.* 3. *n.* 6. *lib.* 3. Nauar. *in Manuali cap.* 17. *num.* 271. Rebel. *de obligat. iuſt. par.* 2. *lib.* 1. *quaſt.* 7. *ſect.* 2. *num.* 12. Molina *de iuſt. & iure. tom.* 2. *tract.* 2. *diſp.* 536. *nu.* 86. Io. à Cruce *par.* 1. *Direct. conſcien. precep.* 7. *ar.* 8. *dub.* 2. *concluſ.* 3. Gibalin. *de cenſur. diſquiſit.* 2. *queſt.* 5. *Conſect.* 20. *num.* 74. Et ideo cum non retineat aliquid alienum, non ligatur monitorio ad reuelandum.

4 Quod etiam ex eo confirm. quod quamplures Doctores tradunt, nempe quod habens apud ſe res ſui debitoris, ſi contingat mori, poteſt eas retinere in conſcientia pro compenſatione, etiam ſi adſint alij creditores anteriores, vt tradunt Comitol. *reſp. moral. lib.* 3. *queſt.* 39 Homobon. *par.* 2. *Examin. Eccleſ. tract.* 10. *cap.* 3. *queſt.* 6. *caſu* 7. Tanner. *tom.* 3. *diſp.* 5. *queſt.* 6. *dub.* 14. *num.* 141. qui alios citat. Fernandez *par.* 4. *Exam. theol. moral. cap.* 5. *ar.* 13. *num.* 4. Quia ſcilicet non obligatur creditor, dum vtitur compenſatione, ſeruare ordinẽ anterioritatis quò ad alios creditores, vnde ex hoc quoque capite poterit creditor retinere dictam cedulam, nec tenebitur reuelare, vt inter alios notat Leſſius *lib* 2. *de iuſt. & iure. cap.* 12. *dub.* 10. *num.* 61.

5 Sed quid, ſi anteriores creditores ſint hypothecarij, habentes obligata omnia bona debitoris? Reſp. Quod cum creditodito-

ditores hypothecarii cœteris præferendi ſint *l. Scimus* §. *Et ſi præfatam*; C. *De iure deliberandi*, & notant communiter Doctores Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iure cap. 15. dub. 5. num. 38.* Laiman. *lib. 3. theol. moral. ſect. 5. tract. 2. cap. 11. num. 6.* Molina *de iuſt. & iure. tract. 2. diſp. 536. nu. 46.* Turrian. *de iuſt. & iure. diſp. 19. dub. 4. num. 6.* Nauar. *cap. 17. Manual. nu. 51.* Syluester *verb.* Reſtitutio 6. *queſt. 5.* Rebel. *de obligat. iuſt. par. 1. lib. 2. quæſt. 19. num. 15.* Azor. *par. 1. lib. 4. cap. 36. queſt. 8.* Io. à Cruce *in Direct. conſcient. par. 1. tract. 5. precept. 7. ar. 8. dub. 2. concluſ. 3.* Villalob. *par. 1. ſum. tract. 11. difficul. 24. num. 18.* Quia cum ratione hypothecæ habeant ſibi bona debitoris obligata, non poſſunt priuari iure, quod habent ad ipſa. Et ideò in tali caſu, qui haberet cedulam, nō poteſt retinere in præiudicium anteriorum creditorum hypothecariorum, ſed teneretur reſtituere; ſi cœtera bona non ſufficerent pro extinguendis debitis.

6 Hoc tamen limitandum eſt, vt nō habeat locū, ſi debitor ſit mercator, & antequā moreretur iuſſerit conſignari ſchedulam ſuo creditori pro mercibus ab eo acceptis. Ratio eſt. Quia hypotheca generalis non impedit commercium mercatorum: & ideò poſſunt alienare merces, & pecuniam deſtinatam pro negocio, nec hypothecatarii creditores poſsunt reuocare alienationes, ſed tantum remanent eis obligata, quæ apud ipſos tempore mortis reperiuntur, vt deſumitur ex *l. Cum tabernam. ff. De pignor.* vbi communiter Doctores. Bart. *in l.* Si *conſtante num. 73. ff.* Soluto *matrimonio*. Couaruu. *Variar. reſol. cap. 5. num. 2. lib. 2.* Stracca *de Mercatura*. Tit. *Mandati. §. vlt. num. 7.* Rota coram Puteo *deciſ. 289. li. 2.* & coram Emiuentiſſ. Otthobono *deciſ. 55. num. 9.* & *in Romana pecuniarum. 9. Iunij* 1573. coram Aldobrandino, & *in Romana peculiū 24. April.* 1598. coram Gipſio.

7 Acceditetiam, quod hypotheca generalis vel nō cadit ſuper iis, quæ deſtinata ſūt negociationi, & ſunt in continuo fluxu commercii, vt tradunt Bart. *in l. Si conſtante. num. 37. ff.* Soluto *matrim.* Bald. *in l. Cum tabernam. ff. De pignor.* & *in l. Certi iuris. num. 6 & 9. ff. Locati.* Salicet. *in dict. l. Cum tabernā. num. 7.* Iacob. de Arena *in l. Generali. §. Vxor. ff. De vſu, & vſufr. l. g.* Roman. *in l. Si conſtante. num. 33.* ver. *His autem. ff.* Soluto *matrim.* Alber. *conſil.* 718. Vel ſi cadit ſuper ipſis, extinguitur per alienationem, vt tradunt Cinus *in l. Vbi adhuc num. 19. C. De iure dot.* Iaſ. *in l. Qui Romę §. Callimachus. ff.* De pignor. Pinel, *in Rubr.* C. De *bon. mater. par. 1. nu. 46. in fine.* Calcaneus. *conſil. 25. num. 16.* Couaruu. *cap. 5. Variar. reſol. num. 2. lib. 2.* Paris. *conſil. 64. num. 4. lib. 4.* Bart. *in l.* Si *conſtante. num. 73. ff.* Soluto *matrimonio*. Bald. *in dic. l. Vbi adhuc numer. 19. 38. & 109.* C. *De iure dot.* Et hi tres poſteriores abſolutè etiam docent, nō cadere ſupra his, quatenus dū per alienationem extinguitur, perinde eſt, ac ſi non caderet. Rota *deciſ. 37. num. 1. par. 3. Recent.* Vnde vtroque modo res ſe habeat, ſi cedula contineat mandatum de ſoluenda pecunia ex ea, quę deſtinata eſt negociationi, aut non cadet ſub hypotheca, aut ſi cadet, remanſit libera, dū data eſt in ſolutum. Et proinde cum non ſubiacent hypothecæ, nec etiā ſubiacebit monitorio de reſtituendo, aut reuelando

8 Solum obſtare videtur, quod huiuſmodi cedula ſit conſignata creditori ſolum poſt mortem debitoris, & proinde debeat remanere hypothecata ſimul cū aliis mercibus repertis tempore mortis iuxta *l. Cum tabernam. ff.* De *pignor.* Reſp. tamen. Id locum habiturum, ſi fuiſſet cōſignata auctoritate hæredum. Secus autē cum præceſſerit mandatum defuncti de conſignando pro ſolutione pretii merciū emptarum. Quia cōſignatio non fuit diſpoſita per modum vltimę voluntatis, ſed per modum adimplementi cōtractus celebrati inter viuos, ſi quidem defunctus, dum viueret emerat merces, & reſtabat precium ſoluendum, quod decreuit ſoluere morti proximos, & pro ſolutione iuſſit dari cedulam, & proinde conſignatio cedulę eſt pars, & adimplementum illius contractus, qui fuit celebratus inter viuos iuxta ea, quæ notant Aret. *in l. Si procuratorem. init. ff. Mandati.* Boer. *deciſ. 648. n. 5.* vet. *Ideo. initium.* Mantica *lib. 2. de tacit. & ambig. tit. 3. num. 6. & 8.*

An qui emit portiones hereditarias cohæredum accollando ſibi debita, et alia pericula teneatur aliquid reſarcire, ſi quod ſuperfuit, exceſſerit expectationem. Quæſt. 198.

SVMMA

1 *Hæres non tenetur reſarcire coheredibus, quorum portionem emit, ſi hæreditas vltra ſpē creſcat ex eius induſtria.*

2 *Melioramenta ſunt meliorantis.*

3 *Fructus induſtriales ſunt acquirentis ex aliena re.*

4 *Hæres tenetur reſarcire cohæredibus, ſi in tranſactione ſuper ipſorum portione ſint notabiliter læſi.*
Stante læſione locum habet reſtitutio in integrum.

5 *Error arbitri non debet nocere partibus.*

1 INſtitutis pluribus hæredibus à teſtatore ad æquales portiones, & confecto ab iis inuentario, cœpit dubitari, quod debita cœteraque onera abſorberent totam hęreditatem, præſertim quia corpora hæreditaria eſſent vili precio diſtrahenda ob vrgentiam debitorum. Vnde conuenerunt cohæredes, vt totam hæreditatem cum oneribus cederent vni ex ipſis, à quò ſinguli ea ſumma ſolueretur, quam arbiter de communi conſenſu clectus arbitraretur. Quo facto ceſsionarius partim ob pecuniam, quare promptam habebat, ſolutis debitis vrgentioribus, partim cõcordando cum creditoribus, aut obtinẽdo dilarionẽ, aliiſque induſtriis, ita hæreditatem exonerauit, vt deipſa notabilis ſumma ei ſupereſſet. Vnde ortum eſt dubium, an cum pręter expectationem tanta ſumma libera ſupetfuerit, teneatur cohæredibus aliquid reſtituere. Et quidem *Non teneri reſtituere aliquid de eo, in quo hæreditas ratione induſtriæ ipſius meliorata eſt, ſiue ex cauſa promptæ pecuniæ, ſiue ex quacunque alia, videtur reſoluendum.*

2 Ratio eſt. Quia cum meliorament a hæreditatis cauſam habuerint ab ipſo ceſſionario, nõ ſunt pars eiuſdem hæreditatis, ſed veluti fructus induſtriæ ipſius; & ideo non pertinent ad ius cohæredum, ſed ad ius ceſsionarii iuxta regulã, quod melioramenta ſunt ipſius meliorantis, vt tradunt Bald. *in l. Senatus. §. Marcel. ff.* De *leg.* 1. Angel. *ibid.* Bart. *in l. penul. ff. Locati.* Iaſ. *in Autheut.* Qui rem. C. *De ſacroſanct. Eccleſ.* Caſtrenſ. *conſil.* 270. *vol.* 2. Albert. Brun. *de augmento, & dimin. concluſ.* 20. Afflic. *deciſ.* 87. *num.* 6. Vrſil. *ibid. numer.* 3. Mareſcot. *Variar. reſolut. cap.* 112. *num.* 52. Garzia *de expenſ. & meliorat. cap.* 6. *nu* 20. Rota coram Puteo *deciſ.* 275. *lib.* 3. & coram Merlino *deciſ.* 373. *numer.* 5. & *deciſ.* 435. *num.* 15. *par.* 1. Recent.

3 Accedit etiam. Quod quicquid acquiritur ex propria induſtria, acquiritur induſtriam adhibenti, vnde etiam fructus induſtriales ex re aliena acquiſiti, ſunt irreuocabiliter ipſius acquirentis, nec pertinent ad dominũ rei, ex qua acquiruntur in *l. penul.* C. Si *quis alteris.* ibi. *Qui aliena pecunia comparat. non ei, cuius nummi fuerint, ſed ſibi tàm actionem empti, quàm dominium, ſi ei tradita fuerit poſſeſſio, quærit.* & tradunt communiter D. Th. 2. 2. *quæſt.* 78. *ar.* 3. *in corpore*, & *ad* 3. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 23. *num.* 46. Azo *in l. Ex diuerſo. ff.* De *petit. hæred.* Laderch. *conſil.* 165. *nu.* 7. & per totam Rota *in Romana fructuum portarum.* 20. *Nouemb.* 1585. coram Gipſio, & coram Merlino. *deciſ.* 663. *num.* 50. Vnde quicquid creuit in hæreditate ex cauſa ceſſionarij, vel ratione promptæ pecuniæ, vel ratione compoſitionis cum creditoribus, vel ratione victoriæ in lite, vel ex quocunque aliio titulo ſpectante ad eius induſtriam, in ipſius commodum creuit, nec vlli reſtitutionis eſt obnoxium.

4 Si verò toto hoc induſtriali incremento deducto, quod ſupereſt de hæreditate excedit expectationem in notabili quantitate, ita vt excedat etiam periculum, cui ſe expoſuit ceſſionarius, tunc tenetur cohæredibus reſarcire quò ad illam portionem, in qua iuſtitia contractus læſa fuit. Ratio eſt, quia notabilis exceſſus declarat, quod arbiter in taxanda ſumma ſoluenda cohæredibus errauerit in perpẽdendis viribus hæreditatis; & proinde cohe-

cohæredes notabiliter læſi fuerint. Vnde haberet locum ſtante læſione reſtitutio in integrum iuxta *l. Quod ſi minor. § 1. ff.* De *minor.* & iuxta ea, quæ tradunt Caſtrens *in l. fin. numer.* 5. *ver. In Curio.* C. In *quib. caſib. reſt. in integ. non eſt neceſſ.* Alexan. *conſil.* 21. *nu.* 6. *lib.* 1. Oldus. *De reſtit. in integ. par.* 4. *quæſt.* 4. *ar.* 1. Rota coram Seraph. *deciſ.* 1238. *num.* 1. & coram Caualerio *deciſ.* 194. *num.* 2. & coram Burato *deciſ.* 323. *num.* 1. & coram Durano *deciſ.* 94. *num.* 2. & coram Eminentiſſ. Otthobono *deciſ.* 40 *num.* 52. & *deciſ.* 1. *num.* 1. *De reſt. in integ. in nouis.* Vnde ſi pars læſa poteſt petere reſarciri, & contractum reduci ad iuſtitiam, tenetur de iuſtitia, atq. adeo in conſcientia ceſſionarius reſarcire læſionem.

5 Confir. Euentus declarauit interueniſſe errorem in Arbitro, ſi quidem taxauit ſummam cohæredibus exhibendã improportionatam quantitati hæreditatis, quæ libera ſuperfuit ceſſionario. Hic autem error non debet nocere partibus. *De ætate. §. Qui iuſto. ff. De interrogat. act.* & notant *ibid.* Doctores Dinus *conſil.* 30. *in fine.* Alexan. *conſil.* 156. *init. lib.* 6. Oldrad. *conſil.* 216. *num.* 1. Rota *deciſ.* 524. *nu.* 7. *in fine.* Et ideo tenetur ceſſionarius corrigere errorem tanquam plus iuſto ſibi tribuentem, & auferentem cœteris.

An Regularis poſſit ex pecunia, quam libere ex conceſſione Religionis expendit fundare cenſum, aut certam ſummã tradere amico, vt pro ſe poſt mortem miſſæ celebrentur. Quæſt. 199.

S V M M A

1 *Regularis ex pecunia ſibi conceſſa non poteſt fundare cenſum pro miſſis pro anima ſua &c.*
Quicquid acquirit Monachus, monaſterio acquirit.
Monachus in acquirendo æquiparatur ſeruo.
2 *Cenſus æquiparantur immobilibus.*
3 *Cenſus continentur ſub prohibitione alienandi prohibita alienatione immobilium*
Etiam rerum Eccleſiaſticarum.
4 *Religioſus non poteſt tradere amico pecuniam, vt poſt mortem celebrentur miſſa, &c.*
Religioſus non poteſt teſtari, & quare.
5 *Religioſus non poteſt diſponere per modum vltimæ voluntatis in ordine ad ſpiritualia.*
6 *Religioſus an poſſit donare amico pecuniam, vt poſt eius mortem faciat celebrare miſſas &c.*
Religioſus non poteſt conceſſa ad vnum vſum conuertere in alium.

1 Qvod ſpectat ad primam partẽ difficultatis reſoluendum eſt. *Quod non poſſit Regularis ex pecunia, quę ipſi ad liberè expendendum conceditur à Religione, fundare cenſus, vt ex eius fructibus poſt eius mortẽ celebrentur miſſæ pro anima ipſius.* Ratio eſt. Quia, cum quicquid acquirit Monachus, monaſterio acquirat Cap. *In præſentia.* De *probat.* vbi Doctores Innocent. *in* Cap. *Cum olim,* 2. *num.* 3. De *priuileg.* Ita vt in acquirendo æquiparetur ſeruo reſpectu domini, & acquirat abſque alio mandato, vt tradunt Gloſ. *in l. Cum hæredes. §. fin. verbo* Non puto. *ff. De acquir. poſſeſſ.* Bart. *in l. Cum filius. ff. eod.* Innocent. *in* Cap. *Olim.* 1. *numer.* 3. De *priuileg.* Vaſquez *de ſucceſſion. creat. lib.* 3. *§.* 21. *n.* 249. Molina *de iuſt. & iure. tract.* 2. *diſp.* 140. *ver. Non ſolum bona. tom.* 1. Statim ac cenſus fundaretur, acquireretur monaſterio, & non eſſet amplius ſub diſpoſitione Religioſi fundantis, & proinde non poteſt ſupponere oneri miſſarum.

2 Præterea, quamuis cenſus non ſint propriè bona immobilia, quando tamen fundantur ſuper immobilibus, æquiparãtur bonis immobilibus. & eodem iure cenſentur, vt deſumitur ex Clemen. *Exiui. §. Cumque annui.* De *verbor. ſignificat.* ibi. *Cumque annui redditus inter immobilia cẽſeantur à iure,* & notant Ancharan. *ibid. num.* 21. Rolan. *conſil.* 54. *num.* 8. Federic. de Senis *conſil.* 12. *num.* 4. Surd. *deciſ.* 208. *per totam.* Boccac. *de cenſib. lib.* 2. *num.* 104. Cenc. *de cenſib. par.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 1. *ar.* 2. *nu.* 14. Auendan. *de cenſib cap.* 89 *num.* 21. Tiraquel. *De retract. lign. §.* 1. *gloſ.* 6. *num.* 6. *ver. At vbi.*

3 Et proinde continentur ſub prohibitione

bitione alienationis immobilium, & ſi alienentur, ſunt neceſſariæ ſolemnitates, quando aliàs ſunt neceſſariæ pro alienatione immobilium, vt quò ad alienationes Minorum tradunt Bald. *in l. Iubemus poſt init.* C. De *ſacroſanc. Eccleſ.* Cephal. *conſil.* 308. *num.* 31. *lib.* 3. Bellon. *conſil.* 23. *num.* 10. Rolan. *conſil.* 54. *num.* 9. *lib.* 1. Roderic. *De ann. reddit. lib.* 1. *queſt.* 14. *num.* 2. Foller. *in Bul.* Nicolai V. *de cenſib.* ver. *Qua quidem num.* 59. Tiraquel. *De retract.* §. 1. *gloſ.* 6. *num.* 6. Simoncel. *De decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inſpec.* 3. *num.* 33. Cencius *de cenſib. par.* 1. *cap.* 3. *queſt.* 1. *ar.* 2. *num.* 16. Et in terminis rerum eccleſiaſticarum requirentium in alienatione ſolemnitatem Redoan. *de reb Eccleſ. non alien. queſt.* 17. *nu.* 30. Duard. *De cenſib. queſt.* 10. *proem. num.* 34. & vniuerſaliter Rota *in Bononienſi bonorum de Zaualis* 12. *Decem.* 1614. coram Vbaldo apud Duard. *de cenſib. deciſ.* 85. Hoc autem ſtante dictus cenſus fundatus à Religioſo non poterit ab ipſo alienari, atque adeo nec etiam ſubiugari oneri miſſarum, cum hoc contineat quamdam ſpeciem alienationis.

4 Quod ſpectat ad ſecundam partem difficultatis, adhuc reſoluendum eſt, quod *non poſſit religioſus tradere amico certam ſummam pecuniæ, ad effectum, vt poſt eius mortem curet pro eius anima miſſas celebrari.* Ratio eſt. Quia Religioſus diſponeret quidem viuens de tali pecunia, ſed tamen cauſa mortis, ita vt diſpoſitio non ſortiretur effectum, niſi poſt mortem. Hoc autem eſſet diſponere per modum vltimæ voluntatis, quod eſt prohibitum Religioſis. Authent. *Ingreſſi.* C. De *ſacroſanc. Eccleſ.* & Cap. *Quia ingredientibus.* 19. *Quæſt.* 3. & Cap. 2. *De teſtament.* & notant communiter Doctores. Diſponere namque per modum vltimæ voluntatis dicit exercitium dominij; cuius cum ſit incapax Religioſus, eſt etiam incapax facultatis taliter diſponendi.

5 Nec refert, quod viuens poſſet talem pecuniam conuertere in celebrationem miſſarum, tanquam in opus pium, quia ſi habet facultatem conuertendi in vſus temporales, à fortiori poterit conuertere in ſpirituales. Quia hoc non prouenit ex qualitate operis, ſed ex incapacitate dominij; & ideo neque in ordine ad opus pium, aut ſpirituale poteſt diſponere de tali pecunia per modum vltimæ voluntatis iuxta ea, quæ notant Abbas *in Rubr. De teſtamen. in fine.* Franc. *ead. Rubr. num.* 74. *in* 6. Bald. *in l.* 1. *num.* 15. C. De *ſacroſanc. Eccleſ.* Bar. *ibid. queſt.* 3. Peregrin. *conſil.* 53. *num.* 10. *vol.* 2. Magdalen. *de numero teſt. par.* 2. *cap.* 4. *in fine.* Tapia *in Authen. Ingreſſi. verbo* Ideoque nec de his. *cap.* 1. *num.* 5. Nauar. *Comen.* 1. *de Regular. nu.* 22. *corol.* 10. Tabiena *verbo.* Teſtamentum. *num.* 3. Syluester *queſt.* 4. *in fine.* Armilla *num.* 2. *in fine.* Graf. *par.* 2. *deciſ. lib.* 3. *cap.* 19. *nu.* 85. Rodriquez *queſt. Regul.* 69. *ar.* 2. *tom.* 3. Sanchez *lib.* 7. *Sum. cap.* 8. *num.* 3. Quod autem poſſit viuens in idem opus conuertere, inde prouenit, quia conuertendo vtitur tantum pecunia ſibi conceſſa quò ad vſum: non autem exercet actum dominij.

6 Ex quibus deducitur, an poſſit Religioſus dictam ſummam pecuniæ alicui donare cum onere, vt ſequuta morte faciat pro ipſius anima certum miſſarum numerum celebrare. Licet enim poſſit ad libitum in proprios vſus pecuniam ſibi conceſſam expendere, non tamen hoc modo poterit donare. Nam vel numerus miſſarum inuinctus adæquat pecuniam; & tunc non interueniet vera donatio, ſed deputatio dictæ pecuniæ pro celebratione miſſarum. Vel ſi transferat dominium pecuniæ in donatarium, acquiret ius ad onus impoſitum: & de hoc onere diſponet per modum vltimæ voluntatis, nam diſponet de ipſius adimplemento poſt mortem, quod facere non poteſt, vt conſtat ex dictis. Si verò numerus miſſarum non adæquat, interueniet etiam vera donatio quò ad illam portionem, quæ excedit numerum miſſarum, quæ non eſt ipſi conceſſa; imo prohibita, cum non poſſit religioſus rem conceſſā in vnum vſũ, cõuertere in alium præſertim prohibitum, vt notant D. Antonin. 3. *par. tit.* 16. *cap.* 1. §. 11. *not.* 2. & 4. Lopez *par.* 1. *Inſtruc. cap.* 156. *init.* Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure cap.* 41. *dub.* 9. *num.* 79. Syluester *verbo.* Religio 6. *queſt.* 7. *dict.* 2.

Ro-

Rodriquez *quęſt.* Regul. 29. ar. 10. *concluſ.* 3. *tom.* 3. Mendoza *in Quodlib. quęſt.* 8. *concluſ.* 3. Sanchez *lib.* 7. *Sum. cap.* 19. *num.* 68. Imo adhuc interueniet etiam diſpoſitio per modum vltimæ voluntatis, quia diſponet, poſt mortem adimplendum onus iniunctum donatario.

An religioſus peccet contra paupertatem, ſi retineat, quod ſuperior concedit ad vitandas quarelas, &c. Quęſt. 200.

S V M M A

1 *Religioſus retinens, quod ſuperior concedit ad vitandas quarelas, an peccet, &c.*
2 *Qui inuitus concedit, vere, & liberè concedit licet ſecundum quid nollet.*
3 *Voluntas coacta eſt voluntas.*
Sortitur ſuum effectum.
4 *Metus non excuſat à peccato, &c.*
5 *Subditus licitè retinet conceſſa, licet ſuperior ex eo, quod timet quarelas, non reuocet.*
Voluntas reuocandi licentiam, niſi manifeſtetur, nihil operatur.
6 *Subditus extorquens licentiam à ſuperiore quando peccet.*
Extorquere voluntatem eſt delictum.
7 *Subditus quando leuiter peccet obtinendo à ſuperiore licentiam alias non concedendam.*
8 *Quando voluntas ſuperioris poſſit reduci ad æquitatem medio timore quarelarum,*
9 *Metu operans quomodo nolit.*

1 Contingit aliquàdo, quod ſuperiores Regulares ad vitandas lamentationes, & quærelas ſubditorum iis concedant aliqua, quæ aliàs non concederent: vnde dubitatur, an tunc ſubditi ea retinendo peccent cõtra votum paupertatis. Quod autem peccent contra paupertatis votum, quamuis aliàs parati ſint dimittere, ſi repetantur, tradunt Carthuſian. *De profeſ. monaſ. lib.* 1. *ar* 11. Nauar. *lib.* 3. *de reſtit. cap.* 1. *par.* 3. *dub.* 1. *num.* 161. Leſſius *lib.* 2. *de Iuſtit. & iure cap.* 4. *dub.* 5. *num.* 25. Corduba *in Sum. quęſt.* 54. ver. *Piceſto eſta opinion.* Rodriquez *quęſt.* Regul. 29. *ar.* 12. *corol.* 2. *tom.* 3. & ſequitur Sanchez *lib.* 7. *Sum. cap.* 19. *num.* 18. Fundamentum eſt. Quia talis licentia non eſt voluntaria, ſed coacta permiſſio, & proinde perinde eſt, ac ſi nulla adeſſet licentia.

2 Verum hęc doctrina abſolutè probari non poteſt. Quia licet ſuperior ex humanis motiuis, & quæ nihili facienda eſſent, ſi id non eſſet concedendum, quod conceditur, indulgeat ſubdito, atque adeo aliquo modo inuitus, adhuc tamen voluntariè, & liberè concedit. Imo hæc conceſſio eſt ſolum ſecundum quid inuoluntaria, abſolutè tamen eſt voluntaria, quia eſt voluntaria ſecundum id quod actu agitur, & ſolum inuoluntaria ſub conditione, quatenus non eſſet voluntaria, ſeu non adeſſet, ſi adeſſet conditio, ſub qua non concederetur licentia iuxta ea, quæ cum Ariſt. 3. *Ethicor. cap.* 1. & Nyſſeno *lib.* 5. *de Homine cap.* 1. tradit D. Th. 1. 2. *quæſt.* 6. *ar.* 6. *in corpore, & ad* 3. & cum eo communiter Doctores. Ex quo fit, quod voluntas concedendi licentiam præualeat, quia hæc abſolutè exit in actum, & voluntas ratione cuius dicitur inuitus concedere, non præualeat, quia non exit in actum, ſed cedit alteri voluntati. Et proinde interuenit vera licentia voluntariè, & liberè conceſſa: atque adeo ſortitur ſuum effectum, & facit quod religioſus poſſit ſine violatione voti paupertatis retinere ſibi conceſſa.

3 Et proinde voluntas, licet coacta, hoc eſt metu, aut alio modo extorta, vera voluntas eſt. *l. Si mulier. §. Si metu. ff. De eo, quod metus cauſa.* & notant communiter Doctores Dec. *in l. Velle non videtur. num.* 1. *& ſeq. ff.* De *reg. iur.* Couaruu. *De ſponſalib. par.* 1. *cap.* 4. *§.* 1. *num.* 11. Rota coram Seraphino, *deciſ.* 1350. *num.* 9. & coram Durano. *deciſ.* 158. *num.* 13. Et talis voluntas ſortitur ſuum effectum non ſecus, ac ſi nulla interueniret coactio, vt deſumitur ex dic. *l. Si mulier. eod. §.* ibi. *Si metu coactus adiui hereditatem, puto me heredem effici.* Et Inſtit. *de except. inſt.* ibi. *Si metu coactus Titio ſtipulanti promiſiſti, quod non debueras promittere, palam eſt, iure ciuili te obligatum eſſe.* Vnde voluntas

tas quoque ſuperioris, licet concepta ob vitandas quærelas, ſortietur ſuum affectum licentiæ conceſſæ, & operabitur, ne religioſus violet votum paupertatis.

4 Quod etiam ex eo conſtat, quia, ſi concedat licentiam ſubdito ex tali cauſa quò ad ea, quæ non poteſt, aut debet concedere, non excuſabitur à peccato, neque enim metus excuſat à peccato, quando nō facit ceſſare obligationem legis. Cap. *Inprimis*. ver. *Si autem Epiſcopi*. 2. *Quæſt*. 1. & Cap. *Quiſquis metu*. 11. *Quæſt*. 3. & Cap. *Eos quos*. De *conſecrat. Diſt*. 4. & Cap. *Sacris*. De *ijs, quæ vi, metuſue cau*. Si ergo voluntas eſt talis, vt poſſit fundare peccatum, erit etiam talis, vt poſſit inferre veram conceſſionem licentiæ, quæ ſufficiat, vt ſubditus non violet votum paupertatis.

5 Et hoc à fortiori tenendum eſt, ſi ſubditus iam obtineat licentiam, ſed ſuperior eam non reuocet, ob quærelas, & murmurationes vitandas. Nam in tali caſu licentia fundatur in voluntate Superioris vndique libera, & nullo pacto extorta: & proinde tanquam legitima durabit, donec reuocetur. Quod autem Superior eſſet reuocaturus, niſi timeret quærelas, non alterat licentiam conceſſam, ſed tantum facit, quod ſuperior ſit taliter diſpoſitus, quod reuocaret licentiam, niſi quærelas timeret, quod totum ſiſtit in mente, & ideo nihil exterius operatur. *l. Quidam cum filium. ff.* De *hæred. inſtit*. & notant *ibi* Bart. & Imola Rota coram Seraph. *deciſ*. 1357. *num*. 12. & coram Durano *deciſ*. 379. *num*. 6. & *deciſ*. 354. *nu*. 6. *par*. 1. Recent. & *deciſ*. 12. *num*. 29. *par*. 8. Recent.

6 Hinc verò oritur dubium, an ſubditus, licet non peccet cōtra votum paupertatis, peccet tamen ex alio capite. Reſp. Quod ſi ſuperior inducatur ad ea concedenda, quæ ſecundum conſuetudinem Religionis nō ſolent concedi quamuis aliàs licitè concedi poſſent, peccabit. Nam impediet, ne vtatur libera poteſtate, quam habet in regendis ſubditis. Et quia ex ſuo genere inferre metum, aut alio modo extorquere voluntatem, eſt delictum, vt ponderant Innocent. *in Cap. Cauſam matrimonij*. De *offic. deleg*. Alciat *De præſumpt. Reg*. 3. *præſump*. 6. *num*. 1. Menoch. *item de præſump. lib*. 3. *præſump*. 126. *num*. 2.

7 An autē peccet grauiter, inſpicienda eſt qualitas quærelarum, & murmurationum, an nimirum ſint tales, vt iure ad illas vitandas moueatur ſuperior ad concedendum, quæ aliàs non concederet, an verò ſint leues, ita vt, quod concedat, potius imbecillitati ſuperioris tribuendum ſit, quàm quærelis ſubditi. Nam ſi ex imbecillitate concedat, ſibi imputare debet, quod concedat, non autem ſubdito, quaſi ad vitandas quærelas cogatur: quia quærelæ non eſſent attendendæ, tanquam inanes, ſicut nec etiam attenditur huiuſmodi metus *l. Metum*. & *l. Sequen. ff.* De *eo, quod met. cau*. & item *l. Metus*. C. Quod *met. cau*. & *l. Interpoſitas*. C. De *tranſact*. vbi Doctores. Et ideo ſubditus in tali caſu peccabit tantum venialiter, quia præbebit ſolum leuem cauſam extorquendi licentiam ſuperioris.

8 Quod ſi ſuperior ad vitandas quærelas concedat ea, quæ iuxta conſuetudinem Religionis ſolent alij Superiores cōcedere, quamuis aliàs non conceſſurus, tunc ſubditus non peccabit. Quia, quod ſuperior non eſſet conceſſurus, prouenit ex quadam aſperitate, & naturali rigiditate, quæ iuſtè redderet regimen ingratum, & onerōsū, & ita poteſt reduci ad terminos æquitatis eo fere modo, quō leges reducuntur ad æquitatem per Epichiam, quando aliàs eſſent nimis duræ, vt cum Ariſt. 5. *Ethic. cap*. 10. docent communiter, ita vt accommodentur menti legislatoris, quam expreſſiſſet, ſi interrogatus fuiſſet, iuxta *l. Tale pactum*. §. *Qui prouocauit. ff.* De *pactis*. Voluntas ergo ſuperioris ex eo, quod timet quærelas, reducitur ad æquitatem temperando rigorem, & concedit id, quod aliàs abſque tali timore concederet, ſi eſſet vacua ab illa paſſione, qua impellitur ad aſperitatem. Et ideo ſubditus non peccat, quia ex eo, quod faciat timere quærelas, reducit ad æquitatem volūtatem ſuperioris, & aliàs quærelæ non ſunt irrationabiles.

9 Si autem opponatur. Quod ſuperior

rior habeat tantum in ſuperficie voliſionem, in medulla autem nolitionem, vt de eo, qui metu conſent t dixit Bald. in *Conſil. Scb'ſmat. par. 2. num.* 13. quod eſt in eius lectura *ante Rubr* C. *Si quis aliq. teſt. probib.* Reſp. Reuerà habere abſolutam, & ſolum adeſſe implicitam nolleitatem, vt ponderat Rota coram Merlino *deciſ.* 506. *nu.* 44. Et proinde de facto voluntas concedens licentiam efficax eſt, & obtinet effectum validitatis licentiæ, quia non impeditur ab illa ſimplici nolleitate.

An valeat tranſlatio penſionum in Clericum illegitimum. Quæſt. 201.

S V M M A.

1 *Illegitimus eſt capax penſionis laicalis.*
2 *Tranſlatio penſionis in Clericum illegitimum an valeat.*
3 *Illegitimus eſt incapax beneficiorum.*
Etiam penſionis erectæ in titulum. ibid.
4 *Penſio transferri poteſt in Clericum illegitimum abſque diſpenſatione.*
5 *Inhabilitas ad beneficia non extenditur ad penſiones.*
Penſio non eſt beneficium.
A diuerſis non fit illatio.
6 *Illegitimus ſolum incapax Clericatus, non autem penſionis.*
7 *Transferri poteſt penſio in illegitimum, licet in conceſſione id non exprimatur.*
8 *Non valet tranſlatio penſionis in illegitimum, qui ſine diſpenſatione ſuſcepit Clericatum.*
Clericatus illegitimo modo ſuſceptus perinde eſt, ac ſi non eſſet ſuſceptus.
Non operatur ſuos effectus.

1 SVpponitur, quod non ſit diſpenſatus ad obtinendam penſionem, ſed ſolum ad Clericatum, & proinde dubitatur, an indigeat aliqua diſpenſatione, vt ſit capax penſionis. Quod autem ſpectat ad penſionem laicalem, videtur certum, valere tranſlationem, vt inter alios notat etiam Garzias *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 119. Quia, cum poſſit conferri etiam laicis, nec ſpecialiter requirat legitimitatem, ex nullo capite poteſt eſſe inualida tranſlatio: vnde dubium reſtringitur ad penſionem clericalem.

2 Quod autem non valeat tranſlatio, eſſet reſoluendum attentis iis, quæ tradunt Rebuf. *in Praxi* Tit. *de diſpenſat. ſuper deſec. Natal. num.* 48. & Tit. *de diſpenſat. ad plura. nu.* 65. Gigas *de penſion. quæſt.* 16 & alij, quos citat, & ſequitur Garzia *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 119. Qui *num. ſequen.* opponit Rotæ, oppoſitam ſententiam ſequent. ſtylum Datariæ, & Cancellariæ, cui magis eſt ſtandum, vti magis propinquo Papæ. Sed mirum eſt, quod huiuſmodi ſtylum opponat Rotæ, cum non iudicet Rota contra ſtylum Curiæ: vnde, ſi adeſſet, ſecundum ipſum pronunciaret. Idem etiam tenet Vallenſ. *de benefic. lib.* 4. *tit.* 1 *num.* 7.

3 Fundamentum eſt. Quia illegitimus abſque diſpenſatione eſt incapax beneficijs Cap. *De inceſtis.* 35. *Quæſt.* 3. & Cap. *Cum in cunctis.* De elect. Penſio autem Clericalis, & eccleſiaſtica regulatur inſtar beneficij; & ideo qui non eſt capax beneficij, nec etiam erit capax penſionis. Verum licet hoc locum habeat, quando certa quantitas fructuum ſeparatur à beneficio, & ita conſtituitur penſio, vt erigatur in titulum beneficii, quia tunc proprie eſt beneficium, quamuis retineat nomen penſionis, vt notant Gigas *de penſion. quæſt.* 1. *num.* 1. Nauar. *conſil.* 11. *De conſtit.* ; non tamen locum habet in pura penſione, vt conſtabit ex dicendis.

4 Tenendum itaque eſt *Validam eſſe tranſlationem tanquam in perſonam habilem ſtante clericatu, ad quem cum diſpenſatione promotus ſit.* Ita deſumitur ex Doctrina, quam tradunt Gambar. *de Legato lib.* 6. *nu.* 234. Paleot. *De noth. & ſpont. cap.* 58. *num.* 4. Zeroſa *in Praxi par.* 1. *verbo.* Ordo. §. 4. Sarnenſ. *in Regul. de annal. quæſt.* 21. *ver. Si vero non dantur.* Gonzalez *ad Regul Cancel gloſ.* 5. *num.* 24. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 40. *num.* 139. Et ita inuariabili ſtylo iudicat Rota præſertim *deciſ* 425. *par.* 1. *Diuer.* coram. Seraphino *deciſ.* 1264. *num.* 2. & coram Coccino *deciſ.* 31. *nu.* 8. & coram Pennia *deciſ.* 569. *num.* 7. & coram Dutano *deciſ.* 143. *num.* 1. & 4.

& 4. & *deciſ.117. num. 4. & 18.*& coram Merlino *deciſ. 278. num. 2.* & *in Burgenſi penſionis* 19. *Februar.* 1596. coram Blancheto apud Garziam *par. 1. de Benefic. cap. 5. num. 116. in Veneta penſionis* 10. *Decem.* 1572. coram Robuſterio, & in *Cęſeraugustana penſionis. 19. Februar.* 1590. coram Gipſio, & in *Toletana penſionis. 11. Maij.* 1601. corã Litta. & in Melitenſi penſionis 1614. coram Buratto. apud Marcheſan. *de commiſ. tom. 2. fol.* 527. & *deciſ.* 549. *num.* 3. *par. 2.* Recent.

5 Ratio verò eſt. Quia inhabilitas illegitimorum quò ad beneficia non extenditur ad penſiones. Penſio enim eſt quid diuerſum à beneficio, ſi quidem ius diſtinguit inter penſionem, & beneficium Cap. *Quamuis. De prębendis in 6.* ibi *Et nõ in penſione, ſed in beneficijs eccleſiaſticis tãtum volumus prouidere*, & etiam Concil. Trident. diſtinguit penſiones à beneficiis, & diſcretiuè de ipſis diſponit, ita *ſeſſ. 21. cap. 2.* & *ſeſſ. 25. cap. 15. de reformat.* Vnde cum inhabilitas, tanquam quid odioſum, ſit potius reſtringenda, quàm extendenda, non debet inhabilitas quò ad beneficia extendi ad penſiones. Pręſertim quia à diuerſis non fit illatio. *l. Neque natales. C. De probat.* & *l. Naturaliter. §. Nihil commune. ff. De acquir. poſſeſ.* & notant Cinus *in l. Ex lege. C. De condit. ob cau.* Petrus Ancharan. *in Repet. Cap. Canonum ſtatuta, oppoſit. 1.* De Conſtit. Bald. *in l. Cum neceſſitatem. C. De fideicom.* Et ideo ex incapacitate beneficiorum non infertur incapacitas penſionum.

6 Ex quibus deducitur, quod illegitimus ſit ſolũ incapax penſionis in quantum eſt incapax qualitatis fundamentalis, quam requirit penſio: & ideo, ſi per diſpenſationem ponatur iſta qualitas, ponetur ſimul etiam capacitas recipiendi penſionem. Et proinde illegitimitas non opponitur collationi, aut translationi penſionis, ſed ſolum clericatui: vnde ſufficit vnica diſpenſatio, qua diſpenſetur in ordine ad Clericatum, nec pro obtinẽda penſione requiritur noua diſpenſatio, ſicut requiritur pro obtinendo beneficio.

7 Secundò deducitur cum Lotterio *de re benefic. quæſt. 40. nu. 144. lib. 1.* Rota *deciſ. 3. de fil. presbit. in antiq.* Valere tranſlationẽ pẽſionis, niſi aliud obſtet, etiam ſi in conceſsione transferendi nõ ſit expreſſum, quod transferri poſsit in illegitimũ. Nam facultas transferendi, cum non ſit coarctata ad certum genus perſonarum, extenditur ad omnes capaces: & ideo eo ipſo, quod illegitimus diſpẽſatur ad Clericatum, & tonſuram ſuſcipit, remanet capax penſionis, & in ipſum transferri poteſt.

8 Maior difficultas eſt, an valeret translatio, ſi illegitimus abſque præuia diſpenſatione ſuſcepiſſet clericatum. Videtur enim ex vna parte affirmatiuè reſoluendum, quia eſſe illegitimum tollit tantum habilitatem ad clericatum, non autem ad recipiendã penſionem, & ideo quocunque modo ſumat clericatum, videtur fieri habilis, quia ſuſcipit qualitatẽ habilitãtem. Verum nõ eſſe capacem penſionis, reſoluendum eſt. Ita etiam Gabr. *conſil 189. num. 6. ver. Tamen puto.* Lotter. *de re beneficiaria lib. 1. quæſt. 40. num. 145.* Quia cum clericatus non aſſumatur legitimo modo, quamuis ſecum trahat tonſuram, non trahit tamen habilitatem ad penſionem: & proinde ſe habet in ordine ad inducendos ſuos effectus, ac ſi non fuiſſet ſuſceptus Cap. *Inter incorporalia. De translatione Epiſcop.* & Cap. *Veniens. De presbiter. non baptiz.* & Cap *fin. De reſtit. ſpoliat.* & l. De *ætate. §. Nihil ff. De interrogat.* & *l. Quoties. ff.* Qui *ſatiſd. cogant.* & notant Iaſ. *ibid.* Bald. *conſil. 402. num. 3. ver. Conſiderandum eſt. lib. 1.* Lappus *allegat. 82. init.* Cum enim huiuſmodi effectus ſint de iure poſitiuo, non inducuntur, niſi Clericatus habeat aſsiſtentiam iuris poſitiui, qua caret, quando illegitimus ipſum ſuſcipit abſque præuia diſpenſatione, cum ſuſcipiat contra diſpoſitionem iuris.

An

An Clericus penſionarius, cui indulgetur incedere ſine habitu, poſſit exercere officia ſæcularia. Quæſt. 202.

SVMMA

1 *Quinam penſionarij poſsint incedere ſine habitu clericali.*
2 *Penſionarij, licet incedant ſine habitu, non poſſunt exercere officia ciuilia &c.*
Clerici ratione Clericatus prohibetur exercere officia ſæcularia.
3 *Indulgentia, quod penſionarij incedant ſine habitu, non ſe extendit ad exercenda officia ſæcularia.*
Indulgentia eſt ſtricti iuris.
4 *Relaxatio vnius obligationis non ſe extendit ad aliam.*
Tot diſpenſationes requiruntur, quot ſunt impedimenta.

1 Clericis penſionariis, quorum penſiones non excedunt aureos ſexaginta de camera, indulgetur per Sixtum V. vt poſsint incedere ſine habitu clericali, vt declarauit *die vltima Ianuar.* 1589. quæ declaratio annexa eſt in Bullar. *tom.* 2. *Conſtitutione eiuſdem Pontificis* 92. in qua præcipit omnibus Clericis habentibus penſiones beneficia &c. incedere in habitu clericali. Vnde dubitatur, an prędicti clerici ſtante, quod non incedant in habitu clericali poſſint exercere aliqua officia ſæcularia ciuilia.

2 Reſoluendum eſt. *Non poſſe prędictos Clericos exercere aliqua officia ciuilia.* Ratio eſt. Quia Clericis ex eo, quod clerici ſint, prohibetur exercere officia ciuilia Cap. *Clerici, De vit. & honeſt. Clericor.* ibi. *Clerici officia, vel commercia ſæcularia non exerceant.* et Cap. 1. *Ne Clerici, vel Monachi.* vbi redditur ratio finalis, quia iuxta Apoſtolum. Nemo militans Deo implicat ſe negociis ſæcularibus, & Cap. *Sacerdotibus. eod. tit.* Vnde cum finis legis ſit, ne ob implicationem in negociis ſæcularibus diſtrahatur à militia Dei, extenditur diſpoſitio ad illa omnia, quæ perſona diſtrahunt à ſeruitio Dei, et Eccleſię. Clerici autem penſionarii, quamuis incedant ſine habitu clericali, ſunt tamen reuera clerici, cum ſint ſaltem prima tonſura initiati, et proinde addicti militiæ eccleſiaſticæ; et per accidens eſt, quod non vtantur habita Clericali. Vnde generaliter non poſſunt exercere officia ſæcularia, tradunt Molina *de iuſt. & iure. tract.* 2. *diſp.* 108. Panorm. *in cap. Clerici, De vita, & honeſt. Cler.* Diaz *in pract. Canon. cap.* 61. Maiol. *De irregularit. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 15. Squillant. *de obligat. Clericor. par.* 2. *num.* 106.

3 Neq. opponi poteſt, quod, cũ Clericus incedat ſine habitu clericali, poteſt ſe gerere tanquam laicum. Nam de iure debere incedere in habitu clericali iuxta præfatam *Conſtitutionem* 92. Sixti V. et ex indulgentia conceditur, quod incedat ſine tali habitu. Hæc autem indulgentia, ſeu diſpenſatio, cum ſit ſtricti iuris, non eſt extendenda etiam ad exercenda officia ſæcularia. *l. Si quãdo. init. C. De inoffic. teſtam.* et Cap. 1. *§. vlt. De fil. presbit. in* 6. & Cap. *Cum de non ſacerdotali. De pręben. eod. lib.* & Cap. *Suſceptum. De reſcrip. in* 6. et notant Iaſ. *in l. Beneficium. num.* 37. *ff.* De *Conſtit. Princip.* Butr. *in Cap. Venerabilis* De *except.* Menoch. *conſil.* 306 *nu.* 24. Curt. iun. *conſil.* 2 t. *num.* 4. *lib.* 3. Io. Andr. *in Cap. fin. De fil. presbit. in* 6. Natta *conſil.* 600. *num.* 33, *lib.* 3. Felin. *in Cap. Poſtulaſti. num.* 9. De *reſcrip.* Abbas *in Cap. Ad aures. num.* 7. *eod. tit.* Borgas. *de Irregular. par.* 2. Tit. *de Interpret. extens. & reſtr. diſpenſat. num.* 17. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 353. *num.* 15.

4 Accedit etiam. Quod deferre habitum Clericalem, & non ſe immiſcere negocijs ſæcularibus, atque adeo non exercere officia laicalia, ſunt diuerſæ obligationes, quę afficiũt ſtatum clericalem: & vna eſt ab alia independens. Et ideo ex eo, quod Pontifex in vna indulget, & diſpenſat, non indulget, & diſpenſat in alia, quia tot diſpenſationes requiruntur, quæ ſunt ligamina, vt tradunt Franc. *in Cap. Non eſt. De prebend.* Geminian. *conſil.* 33. *num.* 8. Surdus. *conſil.* 244. *numer.* 4. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancel. Gloſ.* 13. *n.* 97, alios citans. Rota *in Romana Palatij.* 5. *Iunij* 1602. Coram Sacrato, & coram Pen-

nia. *deciſ.* 619. *numer.* 1. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 109. *numer.* 6. Vnde ſola indulgentia non ferendi habitum relinquit præfatos Clericos quò ad officia ciuilia in eodem ſtatu, in quo eſſent ſecluſa tali indulgentia.

An nulliter profeſſus ob defectum ætatis gaudeat antianitate à die profeſsionis, ſi eam ratificet. Quæſt. 203.

S V M M A.

1 *Fraus neminem iuuat.*
2 *Nulliter profeſſus, ſed bona fide, gaudet antianitate à die profeſſionis.*
3 *Ratificatio quando retrotrahatur ad tempus actus.*
4 *Profeſsio elapſo quinquennio ratificatur à lege.*
Lex ratificat actum nullum præſertim ob reſiſtentiam iuris.
5 *Filij ex matrimonio nullo, ſed bona fide contracto, ſunt legitimi.*
6 *Elapſo quinquennio non poteſt opponi contra antianitatem poſſeſſam ratione profeſſionis.*
7 *Cauſa, ob quam Trident. prohibet audiri ſuper nullitate profeſsionis elapſo quinquennio.*
Ratio extendit diſpoſitionem ad ſui extenſionem.
8 *Cauſa antianitatis non poteſt prius agitari, niſi agitata cauſa profeſsionis.*
Ex cauſis connexis quæ prius agitanda
9 *Quod elapſo quinquennio profeſsio ſit valida eſt præſumptio iuris, & de iure.*
Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.

1 SVpponitur, quod bona fide abſque fraude, ſeu dolo ante legitimam ætatem emiſſa ſit profeſſio, quia ſcilicet profitens putaret ſe habere legitimam ætatem. Certum eſt enim, quod ſi mala fide profeſſus ſit, non poſſit frui antianitate, cum in fraude fuer t, & fraus neminem iuuet *l. Transfactione. C.* De *transact.* & *l. Itaque fullo. ff. De furtis,* & Cap. *Intelleximus.* De iudic. & Cap. *Ex tenore.* De *reſcrip.* & Cap; *Tuus.* De *vſur.*

2 Stante ergo bona fide reſoluendũ eſt. *Quod fruatur antianitate à die emiſſæ profeſsionis, licet inualidę.* Ita Nauar. *conſil.* 27. *de Regular.* Rodriquez *quæſt.* Regul. 17. *ar.* 3. *in fine. tom.* 3. Graſ. *conſil.* 6. *de Regul. in fine. tom.* 1. Sauchez *lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 37. *num.* 68. *in fine.* Vecchius *in Praxi Nouitior. diſp.* 14. *dub.* 8. Bordon. *de profeſſ.* Regul *cap.* 5. *num.* 56. Scrofa *de inualida profeſſione dub.* 18. ver. *Sed his non obſtantibus.* Hoc autem debet intelligi non à die profeſſionis, in quo emiſſa fuit, ſed in quo validè potuiſſet emitti, atque adeo à prima die poſt completum annum ætatis ſextũdecimũ, vt declarauit S. Epiſcop. & Regular. Congregatio *die* 13. *Nouemb.* 1648. apud Nicolium *in Floſculis.* verbo. *Præcedentia. nu.* 16. Et deſumitur ex Conſtit. Vrbani VIII. *ſub die* 2 *April.* 1631. quæ incipit. *Religioſos.* & eſt 115. *tom.* 4. *Bullar.* vbi *§.* 2. decernit, & declarat. Quod ratificantes profeſsionem nullam ob non præmiſſum nouitiatum in locis deſignatis obtineant eundem locum, ſeſſionem, votum &c. prout haberent, ſi ab initio valida fuiſſet profeſsio.

3 Ratio deſumitur ex natura ratificationis, nam ſumus in caſu, in quo profeſsio non eſt nulla, quia deficiant ſubſtãtialia de iure naturali requiſita, ſi quidẽ interuenit mutuus conſenſus parium; ſed in caſu, in quo eſt nulla ob reſiſtentiam iuris, quod non admittit contractum profeſsionis, niſi profitens ſit in ætate præſcripta. Ex quo fit, quod ratificatio ſubſequuta retrotrahatur ad tempus emiſſæ profeſsionis iuxta *l. Licet. ff.* De *iudic.* & *l. fin. C.* Ad *Macedonian.* cum actus non ſit omnino nullus, ſed adſint ſubſtantialia de iure naturæ requiſita, quę per ratificationem factam in ætate habili ſtabiliri, & conſeruari poſſunt, iuxta doctrinam, quã tradunt Bart. *in l. Obſeruari. num.* 14. *ff.* De *offic. proconſul.* Dec. *in l. Semper. qui. num.* 16. *ff. De reg. iur.* Bald. *in l. fin. numer.* 2. C. Ad *Velleian.* Alexan. *conſil.* 18. *num.* 24. *lib.* 7. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 395. *nu.* 12.

4 Accedit etiam, quod cum ſit elapſum quinquenniũ à die profeſsionis abſq. reclamatione, profeſsio remanet ratificata etiam à lege per diſpoſitionem Concil. Trident. *cap.* 19. *de Regular. ſeſſ.* 25. Vnde cum lex poſsit fingere, atque adeo confirmare

firmare

firmare actum alias nullum, præſertim ob reſiſtentiam iuris, tanquam ſi ab initio non reſtitiſſet *l. Cum hic ſtatus ff. De do. nat. inter vir. & uxor.* & *l. 2. C. Si quis alteri, vel ſibi*. atque retrotrahere ratificationem; quod præſtat Concil. Triden. nam prohibet audiri ſuper nullitate, quia elapſo quinquennio habet profeſsionem tam quam validè emiſſam.

5 Denique Filij nati ex matrimonio nullo ob impedimentũ dirimens, ſed bona fide contracto, ſunt legitimi, & à natiuitate trahunt ſecum ius ad hæreditatem paternam non ſecus, ac ſi matrimonium ab initiò fuiſſet validum. Cap. *Cum inter*. Qui *fil. ſint legit.* Cum ergo profitens fiat religionis filius, ſi bona fide profiteatur, quamuis nulliter, trahet ex profeſsione iura omnia, quæ aliàs ex ipſa conſequuantur, atque adeo etiã antianitatem.

6 Sed inſurgit dubium, an contra dictam antianitatem opponi poſsit. Et non poſſe opponi. ſequitur ex dictis; quia, ſi ipſis de iure conuenit, non poteſt contra opponi. Deinde cum antianitas conſequatur profeſsionem, non poteſt opponi contra antianitatem, niſi etiam opponatur cõtra profeſsionem. Cum ergo Concilium Trident. *ſeſſ. 25. cap* 19. De *Regular.* prohibeat audientiam ſuper nullitate profeſsionis elapſo quinquennio, prohibet etiam ſuper antianitate.

7 Nec obſtat, quod diſpoſitio Concil. loquatur tantum de ipſo profeſso, quem prohibet audiri, quia profeſſus non ſtat limitatiuè ad prohibitionem, ſed demonſtratiuè. Nam cauſa, ob quam prohibet audiri, eſt, quia elapſo quinquennio, præſumitur ratificata profeſsio ſeu potius elapſo hoc tẽpore, ab ipſa lege inducitur ratificatio. Hæc autem ratio locum habet reſpectu quorũcumq; nam tàm conuellitur ratificatio profeſsionis, ſi opponatur ab vno, quàm ſi opponatur ab alio; & ideo etiam diſpoſitio eſt quò ad omnes *l. Illud. ff. Ad leg. Aquil.* & *l. Si poſtulauerit. §. 2 ff. Ad leg. Iul. De adulter.* & notant Curt. ſen. *conſil* 9. *num.* 22. Riminal. iun. *conſil.* 4. *numer.* 9. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 276. *numer.* 8. Alexan. *in l. Peregrè. §.* 1. ver. *Non obſtat. ff. De acquir. poſſeſ.* Imola *in l Si verò. §. De viro num.* 14 *ff.* Soluto *matrimonio*. Rolan. *conſil.* 27. *nu* 8. *vol.* 1. Rota coram Pennia *deciſ.* 664. *num* 4.

8 Quod amplius confir, ex connexitate cauſarum. Si enim proferatur ſententia ſuper antianitate, inuoluitur etiam cauſa profeſsionis, nam ſi declaretur non deberi antianitatem, profeſsio tacitè declaratur nulla; & hæc ſententia pareret exceptionem rei iudicatę in cauſa profeſsionis: vnde non poteſt agitari, niſi prius agitetur cauſa profeſsionis *l. Interdum. ff.* De *publ. iudic.* vbi Bart. & *l.* 1. C. De *appellat.* et tradunt idem Bart. *in l.* 2. *§. Hoc edicto. nu.* 3. *ff.* De *vi bonor. rapt* Craueta *conſil.* 280. Curt. iun. *conſil.* 351. *li.* 3. Lancellot. *de attent par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 23. *numer.* 23. Dec. *conſil* 33. *num.* 4. Capic. *deciſ.* 122. *nu.* 9. Farinac. alios citans *in Praxi. quæſt.* 100. *num.* 125. Rota coram Pennia *deciſ.* 169. *n.* 5. et coram Coccino *deciſ.* 123. *numer.* 3. & coram Millino *deciſ* 445. *num.* 3. vbi aliæ deciſ. allegantur, et coram Caualero *deciſ* 443. *num.* 3. Cum ergo non poſſit cognoſci cauſa nullitatis profeſsionis obſtãte Concil. Trident. cit. *Cap.* 19 *De Regul. ſeſſ* 25. nec etiam poterit cognoſci cauſa antianitatis.

9 Præſertim quia cum profeſsio habeat pro ſe præſumptionem iuris, & de iure inductam à Concil. Trident. modo citat iuxta ea, quæ tradunt Innocent. *in Cap: Quia ver ſimile. num.* 2. *De præſumpt.* Alexan. *in l. Inter ſtipulantem. §* 1. *num.* 3. De *verbor. obligat.* Roman. *in l. Si duo. numer.* 8. *ff.* De *acquiren. hæred.* Non poteſt contra ipſam admitti probatio, vt tradũt in Rubr. De *præſumpt num.* 1, Iaſ. *in §. Si quis in fraudem. nu.* 45. Inſtit *De act.* Socin. iun. *conſil* 69. *num.* 4. *lib.* 1. Neuizan. *conſil.* 85. *nu.* 14. Sed habetur pro veritate. *l. Licet. ff.* De *legat.* 1. vbi Iaſ *num.* 10. Et ideo neque etiam admitti poteſt probatio contra antianitatem inde conſequentem.

An lapſus quinquennij Concil. Trident. ad reclamandum contra profeſſionem, afficiat etiam Religionem. Quæſt. 204.

S V M M A

1 *Quinquennium ad reclamandum contra profeſſionem an afficiat Religionem.*
2 *Concil. Trident. aſsignans quinquennium, &c. loquitur de profeſsis.*
3 *Quando lex habet rationem generalem, fit generalis.*
Ratio trahit legem, quo ipſa extenditur.
4 *Diſpoſitio Concil. &c. eſt per ſe primò circa profeſsionem.*
Lex afficit omnes perſonas, quibus materia eſt communis.
5 *Diſpoſitum de vno, eſt etiam diſpoſitum de alio ob rationis identitatem.*
6 *Cur Trident. exprimat Religioſos & non Religionem, &c.*
7 *Statuta Religionum circa nullitatem profeſſionis valent intra quinquennium.*

1 CONcil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 19. de Regular.* aſſignat quinquēnium, intra quod nulliter profeſſi reclamare poſſint contra profeſſionem; quo elapſo decernit, quod non amplius audiantur. Dubitatur modo, an huiuſmodi Decretum locum habeat quò ad Religionem, ita vt neque ipſa venire poſſit contra nullitatem profeſſionis lapſo prædicto quinquennio. Quod non habeat locum, & proinde adhuc eo elapſo poſſit Religio venire contra nullitatem profeſſionis, tradunt Peirin. *tom. 1. De ſubdito relig. quæſt. 1. cap. 25. §. 4. ver. Ex quibus colligitur.* Lezana *tom. 1. quæſt. Regul. cap 2. num. 7.*

2 Fundamentum huius ſententiæ eſt. Quia Concilium loquitur ſolum de nulliter profeſſo, reclamare volente contra nullitatem profeſſionis, cui concedit quinquennium, intra quod poſſit reclamare; non autem de Religione. Et ideo cum verba Concilii ſint directa ad profeſſos: & non ad Religionem, diſpoſitio quoque ipſos ſolos afficiet; Deinde quia cogeretur Religio inhabiles retinere, & ſtatuta ipſius confirmata à Papa, & edita in eius fauorem, redundarent in eiuſdem detrimentum.

3 Verum hæc doctrina difficultatem patitur. Quia licet Concilium loquatur ſolum de profeſſis nulliter, ratio tamen, ob quam prohibet, poſt quinquennium reclamare, vt dictum eſt etiam *quæſt. præced.* eſt, quia vult, quod elapſo quinquennio profeſſio nulla habeatur pro ratificata; quæ ratio eſt communis tum quo ad profeſſos, tum quò ad Religionem. Quãdo autem lex habet rationem generalem, licet ipſa ſit ſpecialis, efficitur generalis *l. Regula. §. Si quis. ff.* De *iur. & fac. ignor.* & notant Bart. *ibid.* Alexan. *in l. Si pupil. ff.* De *verbor. obligat.* Ratio enim eſt anima legis, quæ ipſam trahit ad quoſcunque caſus ipſa extenditur. *l. Si is, qui. ff.* De *acquir. poſſeſ.* & notant Gloſ. & Doctor. *in Clemen. 1.* De *elect.* Corn *conſil. 273. num. 2. vol. 4.* Rominal. ſen. *conſil. 657. nu. 9.* Fulgoſ. *conſil. 77. num. 2.* Abbas *in Cap. Nihil. num. 5.* De *elect.* Alexan. *conſil. 75. nu. 3. lib. 5.* Tiraquel. *in l. Si vnquam. verbo.* Libertis. *num. 45. C De reuocan. donat.*

4 Præterea Concil. cit. loco diſponit de annullatione profeſſionis, quam ſolum intra quinquennium concedit, poſſe annullari, vltra autem ipſam prohibet annullari, ſed vult ratam haberi: & ſolum ſecundario diſponit de perſona annullante; vt conſtat ex textu. Quando autem lex per ſe primo diſponit de aliqua materia, & ſecundariò de perſonis; locum habet in iis omnibus perſonis, in quibus locum habet materia, de qua diſponit, quia ratione materiæ trahuntur ad ſubiectionem legis, nam ſumus in caſu legis, vt tradunt Gloſ. vlt. *in l. Ancilla.* C. De *furt.* Decius *conſil. 452. in fine.* Craueta *conſil. 273. num. 3.* Becc. *conſil. 14. num. 20. vol. 1.* Surd. *conſil. 53. num. 6. & conſil. 58. nu.* item 6. Pariſ. *lib. 9. de reſignat. init. n. 2.* Seſſe *deciſ. Aragon. 153. num. 25.* Tuſch. *littera I. concluſ. 259. num 4.* Vnde cum etiam Religio voluerit annullare alicuius profeſſionem, ſuberit prædictæ diſpoſitioni Concil.

5 Poſtremo Concilium conſiderat

illud

illud tempus quinquennii tanquam ſufficiens ad inducendam præſumptionẽ ratificationis. Et proinde eo elapſo, vult profeſſionem ratam habendam eſſe, Hęc autem ratio æquè militat quò ad Religioſum,& quò ad Religionem cum omnimoda identitate. Et ideo ob identitatem rationis, quod eſt diſpoſitum quò ad vnum, erit etiam diſpoſitum quò ad aliam *l. Illud ff.* Ad *leg.* A*quil.* ibi. *Quod de vno dicitur, neceſſe eſt, quod de altero intelligatur*, & notant communiter Doctores Gloſ. *ibid.* verbo. *Quod de vno.* Bald. *in l. De quib. num.* 35 *ff.* De *legib.* Cinus *in l. Iura. eod. tit.* Dec. *conſil.* 372. *num.* 7. Crot. *conſil.* 26. *num* 11. Bart. *in l. Omnes populi. num.* 6 *ff.* De *iuſt. & iure.* vbi etiam Bald. *num.* 95. Dec. *in Cap. Secundo requiris num.* 5. De *appellat.* Caſtrenſ. *conſil.* 83. *nu.* 2. *lib.* 2. Alexan. *conſil.* 73. *num* 3. *lib.* 5. Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa. par.* 1. *nu.* 138. vbi late, & *in l. Si vnquam. verbo.* Libertis. *num.* 45. C. De *reuocan. donat.* Rota *deciſ.* 20. *num.* 18 *par.* 8. *Recent.*

6 Neque obſtant, quæ in oppoſitum allata ſunt. Quia, licet Concilium loquatur de religioſo nulliter profeſſo, diſponit tamen principaliter,& per ſe primo ſuper profeſſione, quam vult, vt dictum eſt, ratam haberi elapſo quinquennio: vnde expreſſio Religioſi ſtat demonſtratiuè, & ipſe potius quàm Religio exprimitur, quia religioſi ſunt illi, qui vt plurimum reclamant contra profeſſionem. Cœterum & communitas materiæ, & ratio legis facit, quod diſpoſitio ſit communis.

7 Neque ſimiliter obſtat, quod ſtatuta religionis à Papa confirmata redundarent in detrimentum religionis: quia imo adhuc eſſent in fauorem, quia per diſpoſitionem Concil. non tollitur, quin poſſint habere ſuum effectum, ſed ſolum coarctantur, vt non ſortiantur effectum vltra quinquennium, & proinde intra quinquennium operari poſſunt. Quod ſi lapſo quinquennio detegeretur nullitas profeſſionis, aut tunc ſolum à die ſcientiæ inciperet currere quinquennium; aut ſaltem adeſſet remedium reſtitutionis ad dicendum de nullitate profeſſionis.

Ad quem ſpectet eligere eccleſiam, ad quam transferatur Imago adnexa muro priuatæ domus, ſi miraculis coruſcet. Quæſt. 205.

S V M M A

1 *Eccleſia pro imagine miraculis fulgente à quo eligenda.*
2 *Imago adnexa parieti domus eſt domini domus*
3 *Dominium acceſſorij trahitur à dominio principalis.*
Acceſſoria veniunt in conceſſione principalis.
4 *Numiſmata Sixti V. relinquenda Eccleſiæ arbitrio poſſidentis.*
5 *Pictura trahit ad ſe tabulam.*
6 *Prærogatiua miraculorum cur non trahat ad ſe Imaginem.*

1 SVpponitur, quod imago transferenda ſit ad aliquã Eccleſiã ita præcipiẽte Ordinario, & exigẽte decentia. Cum enim ex eo, quod miraculis coruſcat, trahat concurſum populi, exigit decentia, quod non relinquatur in publica via, ſed in aliquo loco ſacro colatur. Vnde dubitatur, ad quemnam ſpectet eligere Eccleſiam, in qua collocetur. Dicendum eſt autem. *Electionem Eccleſiæ ſpectare ad Dominum domus, cuius parieti adheret imago.* Et hoc locum habet, ſiue ſit picta in pariete, ſiue in tabula, quæ parieti affixa ſit.

2 Ratio deſumitur ex eo, quod talis imago ſit ſub dominio domini domus, iuxta ea, quæ tradunt Angel. *in l. In rem. §. Item quæcunq. ff.* De *rei vendication.* Marian. Socin. *de oblat. cap.* 18. Genuenſ. *in Praxi Archiepiſc. cap.* 72. *num.* 2. Et deſumitur ex dic. *l. In rem. §. In omnibus.* & *§. Item quæcunque ff.* De *rei vendicat.* Quia cum domus principaliter ſe habeat, & imago acceſſoriè, trahit ipſam ad dominium domini domus, etiam ſi aliàs ad alium pertineret iuxta prædic. tex.

3 Regulariter enim dominium acceſſorij trahitur ad dominium principalis *l. Prædijs. §. Balnea. ff.* De *legat.* 3. & *l. Olympico. ff.* De *ſeruit. vrban. prædior.* & notant Gloſ.

Gloſ. *ibid.* verba *Legatum non eſt*. Bart. *item ibid.* Ancharan. alios allegans *conſil.* 291. *num.* 1. Socin. iun. *conſil.* 76. *num.* 7. *lib.* 2. Gabr. *conſil.* 94. *num.* 9. *lib.* 2. Io: de Amicis. *conſil.* 1. *num.* 7. Surd. *conſil.* 207. *num.* 4. *lib.* 2. Simon de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib.* 4. *interpret.* 1. *dub.* 7. *num.* 29. Rota coram Vetal. *deciſ.* 342. *num.* 2. *par.* 3. & coram Merlino *deciſ.* 31. *num.* 2. Ob illam connexitatem, quæ eſt inter vtrumque, & quia acceſſorium adhæret principali, & ipſum ſequitur. Vnde etiam in conceſſione, quæ ſe habent acceſſorio modo, & tanquam appendices, trahuntur à conceſſione principalis, vt latè Cagnol. *in l. Cum principalis. num.* 8. *ff.* De reg. iur. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 133. *num.* 4.

4 Et pro confirmatione adduci poteſt, quod Sixtus V. *in ſua* Conſtit. 73. §. 19. *tom.* 2. *Bullar.* decreuit circa aurea numiſmata cum ſigno Crucis reperta in Fabrica Lateranenſi, quibus conceſſit varias indulgentias, & quando peruenirent ad Eccleſias iuxta illius diſpoſitionem plenariam pro vtroque feſto Inuentionis, & Exaltationis S. Crucis. Voluit enim, quod priuatæ perſonæ, quæ obtinuiſſent aliquod ex dictis numiſmatibus, durante vita ipſo frueretur, poſſet autem per modum teſtamenti arbitrio ſuo, cui vellet, Eccleſiæ relinquere. Quia nimirum tanquam poſſeſſori erat debita huiuſmodi electio. Vnde cum etiam dominus domus poſſideat imaginem ipſi adnexam, pertinebit ad eumdem libera electio Eccleſiæ, ſi ad ipſam ſit transferenda.

5 Solum obijci poteſt. Quod cum imago miraculis coruſcet, hæc prærogatiua tanquam principalis trahet ad ſe imaginem. Quæ, cum ſit in ordine ſpirituali, non erit ſub diſpoſitione domini laici, & proinde nec etiam imago. Sicut etiam pictura tanquam excellentior trahet ad ſe tabulam, non autem cedit tabulæ. §. *Si quis in aliena.* Inſtit. *De rer. diuiſ.* & *l. Qua ratione.* §. *Sed non vt littera*. *ff.* De acquir. rer. domin.

6 Reſp. Prærogatiuam miraculorum non eſſe in eodem Ordine, in quo eſt Imago, cum ſit ſpecialis aſſiſtentia Dei ad opera ſupernaturalia, & ad oſtendendam ſuam potentiam erga eos, qui deferunt ſpecialem cultum B. Virgini, aut ſancto repræſentato in tali imagine. Et ideo, cum non ſit in ordine rerum, quæ cadunt ſub poſſeſſione, & dominio, dominiũ, imaginis neq; trahit, neq; trahitur ab iis, quæ ſunt ſub dominio tanquam non apta poſſideri: Sed relinquit Imaginem ſub illius dominio, ſub quo antea erat. Quod non contingit in pictura trahente ad ſe tabulam, tanquam apta poſſideri.

An, qui dedit Eccleſiæ pecuniam reſeruato ſibi annuo intereſſe, & poſtea remaneat ipſi titulo donationis, poſſit imponere onus miſſarum. Quæſt. 206.

S V M M A

2 *Dans Eccleſia pecuniam reſeruato vſufructu, non poteſt poſtea imponere onus.*

Vnus actus exprimitur, & implicatus in expreſſo tacetur.

Vſufructus ſupponit, rem eſſe alienam.

3 *Qui de præſenti grauatur, debet etiam de præſenti ſentire commodum.*

4 *Onus debet habere ſuam cauſam ſecundum quam reguletur.*

5 *Religioſus priuatus poteſt acquirere Monaſterio.*

Prælatus ſubſtinet vniuerſum ius Eccleſiæ.

1 MVlier quædam tradidit Eccleſiæ centum aureos cum pacto, quod Eccleſia ſolueret annuum intereſſe, quod præſtare poterat inueſtiendo pecuniam, & ſoluendo ex fructibus dictum intereſſe: & morte ſequuta cenſerentur eſſe Eccleſiæ dicti aurei titulo donationis, ſeu eleemoſinæ. Poſt verò aliquod tempus declarauit, ſuæ intentionis eſſe, quod dicta pecunia inſeruiret pro celebratione miſſarum pro anima propria. Quæritur ergo, an hæc poſtrema pars diſpoſitionis teneat.

2 Reſolutio autem difficultatis pendet ex eo, an dicta pecunia ſit tradita Eccleſiæ per modum vltimæ voluntatis, an ve-

an verò per modum donationis inter viuos. Si enim fuiſſet tradita per modum vltimæ voluntatis, ſicut potuiſſet reuocare donatio..em, ita etiam potuiſſet aggrauare, quo voluiſſet onere, quia tunc cenſerur interuenire tacita reuocatio, & noua traditio ſub illo onere. Tenendum tamē eſt. *Fuiße traditam per modum donationis inter viuos: & ideo non potuiſſe imponere aliquod onus: & impoſitum non teneri Eccleſiam adimplere*, Ratio eſt. Quia ita traditur pecunia, vt reſeruetur fructus, ſeu intereſſe durante vita; & proinde tradens intendit aut fundare cenſum, aut quod recipiens implicet pecuniam ad fructificandum, vt poſſit reſpondere fructum ſeu intereſſe: vnus enim actus exprimitur, & alter tacetur tā quá implicatus in expreſſo iuxta *l. Singularia. ff.* Si *cert. pet.* Ex quo, fit quod tradens pecuniam ſe conſtituat vſufructuarium fundi comparandi per pecuniam, & proinde transferat dominium pecuniæ, & rei fructiferæ, in quam eſt conuertenda, ſiquidem reſeruatus eſt vſufructus, qui eſt ius alienis rebus vtendi. *l. 1. ff. De vſufr* vbi Doctores. & fruendi re obligata fructui, non iure dominij, ſed iure ſeruitutis *l. Vti frui. §. Vnum autem. ff.* Si *vſufruc. pet.* Rota coram Merlino *deciſ. 546. num. 28.*

3 Præterea. In hoc contractu imponitur onus Eccleſiæ ſoluendi intereſſe, ſeu fructus, qui ex implicatione pecuniæ traditæ ſolui poſſunt. Debet ergo, ſicut de præſenti ſuſcipit obligationem, ita etiam percipere commodum de pręſenti acquirendo dominium pecuniæ traditæ. Quia nemo grauari poteſt, niſi ſimul honoretur, vt tradunt Aret. *conſil. 256.* Craueta *in l. Cum filio. par. 1. num. 173. ff. De legat. 1.* & *conſil. 763. num. 14. ver. Quartò reſpond.* Alexan. *conſil. 24. num. 5. vol. 3.* Burſat. *conſil. 1. nu. 14.* Zanchius alios citans *in l. Hęredes mei. §. Cum ita, par. 7. num. 26. & ſequent.* Petra *De fideicom. quęſt. 9. num. 188.* Oddus *Conſil. 80. num. 7.* Surd. *conſil. 434. num. 9.* Rota coram Merlino *deciſ. 65. nu. 3. in fine.*

4 Accedit etiam, Quod onus, quod alteri imponitur, debet habere ſuam cauſam, ſecundum quam reguletur, quæ cōtineat commodum compenſatiuum oneris. *l. Plant. §. Si duobus. ff. De leg. 1.* vbi communiter Doctores. præſertim Bar. Bald. Alexan. Angel. Si autem Eccleſiæ non eſſet de præſenti acquiſitum dominium pecuniæ traditæ, ſed eſſet expectanda mors, onus non haberet commodum compenſatiuum; quia effectus donationis per modum vltimæ voluntatis eſſet incertus, quia poſſet reuocari donatio; & tunc Eccleſia ſubſtinuiſſet onus abſque commodo.

5 Ex quibus deducitur, id habere locum, etiam quando traditur pecunia particulari Religioſo. Quia cum poſsit Religioſus acquirere Monaſterio, poteſt acceptare pecuniam, & nomine dantis eàm inueſtire in fundo fructifero, & poſtea acceptare fundum pro Monaſterio cum onere vſusfructus annexo; nam hoc pacto tranſiet in proprietatem Monaſterij. Quod præſertim valet, ſi interueniat conſenſus ſuperioris. Quia cum Prælatus ſubſtineat vniuerſum ius Eccleſiæ Cap. 1. *De ſolut.* & Cap. *Cum ad Sedem.* De *reſtit. ſpoliator.* poteſt auctoritatiuè acquirere Eccleſiæ.

An Pontifex poſſit irritare votum Religioſi arctioris Religionis. Quæſt. 207.

S V M M A.

1 *Pontifex an poſſit irritare votum Religioſi arctioris Religionis.*
2 *Ius afficiens Prælatos Regulares, non afficit Pontificem, vt ſupremum Prælatum*
In generali loquutione non comprehenditur perſona loquentis.
3 *Prælati Regulares tenentur concedere tranſitum ad ſtrictiorem Religionem.*
Vniuerſalis diſpoſitio reſtringitur ad ea, quæ ſunt eiuſdem generis.
4 *Pontifex eſt ſupremus Prælatus Religionum ratione poteſtatis Pontificiæ.*
5 *Pontifex Caput eſt Religionum, quatenus eas auctorizat.*
Pontifex non poteſt errare in approbandis Religionibus.

1 Quod non poſſit Pontifex irritare votum emiſſum à Religioſo de arctiori Religione, tradit Sanchez *lib.* 4. *Sum. cap.* 33.*num.*13. Pro quo ſupponit quod de iure eccleſiaſtico votum arctioris Religionis non ſit irritabile à Prælatis Regularibus, quia non poſſunt impedire tranſitum ad ſtrictiorem Religionem Cap.*Licet.* De *Regularibus.* Non ergo poteſt huiuſmodi votum irritare tanquam Pontifex, quia vt talis non habet poteſtatem irritandi vota, cum careat poteſtate dominatiua; vnde non poteſt irritare vota ſæcularium. Sed neque etiam vt ſupremus Prælatus,ſeu Generalis Religionum, quia, vt talis, non eſt ſupra ius Pontificium, quod, vt dictum eſt, obſtat irritationi voti huiuſmodi.

2 At tenendum. *Pontificem poſſe irritare huiuſmodi votum.* Ratio eſt, quia dato, quod vt ſupremus Prælatus Religionum non ſit ſupra ius Pontificium, attamen ius Pontificium, quatenus poſitum à Pontifice quò ad Prælatos Regulares, non afficit, neque ſub ſe comprehendit Pontificem, quatenus Prælatum vniuerſalem Religionum, nec reſtringit eius poteſtatem ex Regula, quod in generali loquutione excepta cenſetur perſona loquentis. *l.Si mercedem.*§.*fin.ff.* De *act.empt.*& *l.Inquiſitio.* C De *ſolut.*& *l.* 1. *in fine. ff.* De *Senat.* vbi Accurſ.Bar.& alij Doctores. & plures recenſens Cagnol. *in l. Frater à fratre. num.*98.*ff* De *condit. indeb.* Alciat. *De præſump.regul.*3.*præſump.* 53. Menoch. item *de præſump. præſump.*44.*num.*1. *lib.*4vbi *num. ſequentib.* variis exemplis, & allegationibus id exornat.

3 Deinde Pontifex Innocentius III. in illo Cap. *Licet.*De *Regular.* diſponit ſolum de Prælatis Regularibus, quos vult teneri ad concedendam licentiam ſubditis petentibus tranſitum ad ſtrictiorem Religionem, vt ſatis oſtendunt illa verba. *Nouerint vniuerſi, quibus huiuſmodi priuilegium eſt conceſſum, ſe ad concedendam licentiam tranſeundi taliter poſtulantibus de iure teneri. Quia ſicut ſubditus à Prælato cum humilitate, & puritate debet tranſeundi licentiam poſtulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur: ſic profecto Prælatus ſubdito ſine difficultate, & prauitate qualibet, debet tranſeundi licentiam indulgere, ne videatur propoſitum impedire diuinitus inſpiratum.* Non ergo diſpoſitio ſe extendit vltra Prælatos Regulares, & proinde Summus Pontifex vt Prælatus vniuerſalis Religionum non illi ſubeſt. Quia vniuerſalis diſpoſitio reſtringitur ad ea, quæ ſunt eiuſdem generis *l.vn.ff.* De *vin.trit.& ol. leg.* & notant Oldrad. *conſil.* 297.*dub.*5. Ruin.*conſil.*89.*num.*36. *vol.* 2. Cephal. *conſil.*55.*nu.*1. Natta *conſil.*546. *num.*18. Beroius *conſil.* 159.*num.*39.*vol.*2. Surd. *conſil.* 48. *num.* 23. Quia diuerſitas generis inducit diuerſitatem rationis. Vnde cum Pontifex ſit vniuerſalis Prælatus Religionum in eminentiori ordine, & vt ſupremus Hierarcha,diſpoſitio iuris Canonici non ſe extendet ad ipſum, & proinde non impedietur à iure canonico, quin poſſit irritare votum Religioſorum ſtrictioris Religionis.

4 Neque ſubſiſtit, diſtinctio, quam ponit Sanchez *num* 1. citat. inter eſſe Summum Pontificem, & eſſe ſupremum Prælatum Religionum, quaſi poteſtas, quam habet vt ſupremus Prælatus ſit alia ab ea,quam habet vt Pontifex. Siquidem ex eo eſt ſummus Prælatus, quia eſt ſummus Pontifex, ita vt poteſtas, & iuriſdictio ſupremi Prælati ſit imbibita in poteſtate,& iuriſdictione,quam habet vt ſummus Pontifex. Nã quatenus Pontifex habet plenitudinẽ poteſtatis Eccleſiaſticæ, atq; adeo etiam illam, qua eſt ſupremus Prælatus, cum hæc importet aliquam partem illius. Deinde eſſe ſupremum Prælatum importat poteſtatem, & iuriſdictionem circa Religiones: & proinde hæc poteſtas verſatur circa regimẽ partis Eccleſiæ quales ſunt Religiones. Tota autem poteſtas, quæ reſpicit Eccleſiam, conuenit Pontifici, quatenus Pontifex eſt, & Vicarius Chriſti.

5 Deinde, vt notat etiam Suarez *to.* 3.*de Relig.lib.*2.*de relig. ſtatu. cap.*16.*num.* 13. ideo Pontifex eſt ſupremus Prælatus, quia auctorizat Religiones, & nomine Dei recipit vota in facie Eccleſiæ ea ſolemnizando. Per hoc enim ſubiicit ſibi

Reli-

Religiones tanquam auctor earundem, & caput. Non auctorizat autem Religiones, niſi tanquam Pontifex, & Vicarius Christi, & ideo communiter docent, Pontificem errare non poſſe in approbanda aliqua Religione. Et proinde D. Th. *opuſ. 19. contra impugnantes Relig. cap. 4.* habet. *Cum aliqua Religio per Sedem Apoſtolicam inſtituta eſt, manifeſtè ſe damnabilem oſtendit, qui talem religionem damnare conatur.* Si enim poſſet errare, poſſet auctorizare, quæ non ſunt bona in ordine ad ſalutem æternam: atque adeo errare circa ea, quæ mores concernunt. Cum ergo poteſtas ſupremi Prælati non ſit diuerſa ab auctoritate Pontificia, hæc eadem auctoritas erit ſupra ius Pontificium, ſicut eſt auctoritas eiuſdem Pontificis.

An Prælati Regulares irritare poſſint votum ſuorum ſubditorum ſtrictioris Religionis. Quæſt. 208.

S V M M A

1 *Prælati Regulares non poſſunt irritare votum ſubditorum ſtrictioris Religionis.*
2 *Ius non concedit Religioſo votum ſtrictioris religionis independenter à Prælato.*
3 *Lex non extenditur etiam in fauorabilibus ultra ſignificationem verborum.*
4 *Finalis ratio conceſſionis tranſitus ad ſtrictiorem Religionem.*
Lex extenditur ad terminos ſuæ rationis.
5 *Superior poteſt irritare vota Religioſi etiam circa præcepta.*
6 *Votum ſtrictioris Religionis eſt ſub iuriſdictione & poteſtate Prælati.*
Prælatus poteſt diſpenſare ſuper voto ſtrictioris religionis.
7 *Votum ſtrictioris Religionis æquè ſubeſt iuriſdictioni ac poteſtati dominatiuæ Prælati.*
8 *Tranſitus ad ſtrictiorem Religionem ſubtrahitur iuriſdictioni Prælati.*
9 *Poteſtas irritandi vota in Prælatis regularibus non præiudicatur à ſubtractione incerta voti.*
Sine lege certa non priuatur quis iure ſuo.
Pontifex non præſumitur priuare aliquem iure ſuo.
10 *Superior poteſt irritare vota dubiè exempta à ſua poteſtate.*
11 *Exceptio à Regula eſt concludenter probanda.*

1 PRælatos Regulares non poſſe irritare votum ſuorum ſubditorum de ſtrictiori Religione, tradunt Abulenſ. *quæſt. 72. in Cap. 30. Numer.* D. Antonin. *par. 2. tit. 11. cap. 2. §. 9. ver. Hoc autem videtur*: Palud. *in 4. diſt. 38. quæſt 4. ar. 4. concluſ 5. num. 43.* Caiet. 2. 2. *quæſt. 88. ar. 8 dub. vlt.* Armilla *verbo.* Votum. *num. 9.* Sotus *lib. 7 De iuſt. & iure quæſt. 3. ar. 1. dub 2. ver. Tertius operum ordo.* Nauar. *conſil. 30. in 1. edit. & 40. in 2. nu. 2. De voto lib. 3.* Aragon. 2. 2. *qu. 88. ar. 8. dub. 1. concluſ. 5.* Vega *par. 2. ſum. cap. 129. caſu 95.* Rodriquez *tom. 2. ſum. cap. 89 num 4.* Ledeſma *tom. 2. ſum. tract. 10. cap. 7. dub. vlt. dic. 1.* Angles *in Florib. par. 2. q. vnica de Voto. ar 8 difficul. 9 concluſ. 4.* Corrad. *par. 1. reſpon. quæſt. 299.* Philiarc. *de Offic. Sacer. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 18.* Sayr. *lib 6. Clau. reg. cap. 10 n. 9* Leſſius *lib. 2. de Iuſt. & iure. cap. 40. dub. 10. num. 74. in fine.* & *dub. 13. num. 107. ver. Dico ſecundo.* Azor. *par. 1. lib. 10. cap. 17. quæſt. 18.* Suarez *tom. 2. de* Relig. *lib. 3. de voto cap. 6. num. 32.* & *lib 6 cap. 7. num. 9.* & *cap. 10. nu. 16.* quos citat; & ſequitur Sanchez *l. b. 4 ſum. cap. 33. num. 2.* Reginal. *l b. 19. Praxis for. pœnit. num. 321. ver. Aduerte autem.* Filliuc. *tract. 26. cap 8. nu. 242.* Molfeſ. *par. 1. Sum. tract. 11. cap. 15. nu. 79.* Fauſtus. *lib. 2. Theſauri. quæſt. 150.* Peirin, *De Prælato Relig. quæſt. 3. cap. 3. num. 19* Sperel. *decif. 111. nu. 96.* & alijs vnde videtur hæc ſententia communis. Fundamentum eſt. Quia huiuſmodi votum eſt extra poteſtatem Prælatorum Regularium, qua poſſunt irritare vota. Quod ſit extra ipſorum poteſtatem, probant ex Cap. *Licet.* De Regular. vbi prohibentur Prælati impedire tranſitum ſuorum ſubditorum ad ſtrictiorem religionem: & proinde votum ſtrictioris Religionis non dependet ab ipſorum voluntate, quia talis tranſitus in profeſſione, dum ſubditus ſubdit ſuam voluntatem ſuperiorum voluntati, intelligitur exceptus.

2 Hæc tamen ſententia patitur graues difficultates, et primò ex ipſo fundamento, cui innititur. Nam in dict. Cap. *Licet.* De *Regularibus* conceditur ſolum, Regioſum trāſire ad ſtrictiorem Religionem, et tenentur Prælati concedere licentiam, nec impedire huiuſmodi tranſitum: non autem conceditur, poſſe emittere votum ſtrictionis Religionis, quæ ſunt valdè diuerſa, et vnum poteſt ſtare ſine alio. Cum autem id ſolum ſubtrahatur à poteſtate Prælatorum Regularium, quod conceditur ſubditis; ſolum ſubtrahetur tranſitus, qui conceditur; non autem emiſſio voti. Vnde corruit fundamentū huius ſententiæ, et votum huiuſmodi erit dependens à voluntate Prælatorum, et ſub illolorum poteſtate, atque adeo ab ipſis irritabile.

3 Confir. Diſpoſitio dic. Cap. *Licet.* De *Regul.* neque ex vi verborum, neque ex identitate rationis extenditur ad votum ſtrictioris religionis; et proinde nullo pacto per ipſam extrahitur à poteſtate Prælati Regularis. Non ex vi verborum, quia etiam in fauorabilibus lex nō extenditut vltra naturalem, et ciuilem ſignificationem iuxta ea, quæ tradūt Caſtrens *in l. Qui ſe patris.* C. Vnde *liberi.* Bald. & Salicet *ibid* Suarez *lib. 6. de legib. cap. 2. n.* 15. Sales *de legib. diſp. 2 1. ſect. 3.* Palaus *par. 1. Oper. moral. tract. 3. diſp. 5 pun. 3. §. 3. nu.* 8. Et hæc eſt maior extenſio, quam admittunt Doctores. Et ratio eſt, Quia non poteſt extendi vltra mentem legiſlatoris, quæ in verbis legis remanet expreſſa, et ideo non plus extenditur, quàm poſſint verba ſignificare, quæ aſſumit ad ſuam mentem explicandam. Conſtat autem quod in illo Cap. *Licet* verba ſecundum nullam ſignificationem ſe extendunt ad votum ſtrictioris religionis.

4 Rurſus neque extenditur ad huiuſmodi votum ex identitate rationis; quia ratio finalis illius diſpoſitionis eſt libertas ſubditi ad amplectendam ſtrictiorem vitam, quam Pontifex intendit illæſam ſeruari, vt oſtendunt illa verba. *Vbi Spiritus Dei eſt, ibi libertas.* Et *Liberè poteſt ſanctioris vitę propoſitum adimplere.* Vnde quamuis ex extendatur ad terminos ſuæ rationis, vt tradunt magis communiter Doctores. Abbas *in cap. / iu. nu.* 10. *De reſcrip.* Roland. *conſil. 27. numer. 7. vol.* 1. Menoch. *conſil. 11. numer. 10. & 19.* Syluester. *verbo.* Lex *quæſt.* 18. Couarruu. *in Cap. Alma mater. par. 2. §. 4.* ver. *Secundo.* Alexan. *conſil,* 75. *num. 3. lib. 5,* Bald. *conſil.* 324. *in fine, lib. 5,* Calderin. *conſil.* 337. ver. *Sed poſito.* aliàs 8. *De teſtam* Dec. *conſil. 15. num. 2.* & alii cum Gloſ. *in Cap. 1. verbo.* Italia. *De tempor. ordinat. in 6.* et deſumitur ex *l. His ſolis.* ver. *Satis etiam cautè.* C. De *reuocan. donat.* et *l. Illud.* C. *De ſacroſanc. Eccleſ.* Attamen dicta ratio finalis non habet locum in prædicto voto; quia etiam ſi irritetur, remanet adhuc integra libertas trāſeundi ad ſtrictionem Religionem non ſecus, ac adeſſet durante voto. Imo Pontifex illud ſolum intendit, quod non impediatur tranſitus ad ſtrictiorem religionem, qui nullo modo impeditur per irritationem voti, quia ſolum tollitur vinculum obligans tranſire, nō autem libertas ad tranſeundum.

5 Nec occurri poteſt; Quod cū tranſitus ad ſtrictiorem religionem ſit extra poteſtatem Prelati Regularis, votū quoq. erit extra ipſā, quia erit in poteſtate ſubditi vouere independenter à prælato id, quod nō poteſt ab ipſo impediri. Quia licet nō poſſit impedire tranſitū ad ſtrictionem religionem, poteſt tamen impedire, ne ſubditus ſuſcipiat obligationem mediante voto ad tranſeundum; quia hæc obligatio nō ſubtrahitur à iure, & poteſtate ſuperioris, vt cōſtant ex dictis: et aliàs eſt exercitium propriæ voluntatis, et pro, inde cum dependentia à ſuperiore, cum ſubditus non habeat velle, aut nolle, niſi dependenter à Superiore. Sic ſuperior non poteſt impedire, ne ſubditus impleat Regulares obſeruantias, præcepta, &c. et tamen, ſi ad aliquam regularem obſeruantiam, aut præceptum ſeruandum ſe voto adſtringat, poteſt hoc votum irritare, vt docent etiam plures ex Doctoribus. *num.* 1. citati Sotus *lib. 7. de Iuſt. & iure. quæſt. 3. ar. 1. dub. 2.* ver. *Quartum operum genus.* Ouand. *in 4. diſt. 38. diſp. vn. concluſ. 13. in fine.* Aragon 2. 2. *quæſt. 88. ar 8. dub. 19. concluſ. 4.* Valent. *tom 3. ſum. diſp. 6. quæſt. 6. pun. 6. quæſtiunc. 5.* Nauar. *Cap. 12. Manual. nu.* 65.

65. Medina *lib. 1. ſum. cap. 14. §. 6.* Rodriquez *tom. 2. ſum cap. 89. num. 5.* Ledeſma *tom. 2. ſum. tract. 10. cap. 7. dub. vlt. ver. Al laqual digo.* Vega *to. 2. ſum. cap. 29. caſu 91.* Leſsius *lib. 2. de iuſt. & iure cap. 40. dub. 10. num. 70* Azor. *par. 1. l. b 11. cap. 17. quæſt. 16.* Graf. *par. 1. deciſ. lib. 2. cap. 29. num. 7.* Lopez *par. 1. Inſtruct cap. 48. ver. Materia voti.* Corrad. *par. 1. Reſp. quæſt. 299.* Sayr. *lib. 6. Clau. reg. cap. 10. n. 9.* Suarez *tom. 2. de Relig. li. 6. de voto. cap. 7. n. 7.* Llamas *par. 3. Meth. cap. 4. §. 25.* Sanch. *lib. 4. ſum. cap. 33. n. 7.* Reginal. *lib. 18. Prax. fori pœnit. n. 321. ver. Aduerte autē.* Molſes. *par. 1 ſum. tract. 2. cap. 15. n. 84.* Peirin. *de Prælat. Relig. q. 3. cap. 3. n. 10.* Cū enim voluntas Religioſi profectè ſubiiciatur ſuperiori, quodcunque exercitium illius eſt dependens à ſuperiore, & proinde etiam huiuſmodi votum tanquam opus ſupererogationis: & proinde remanet irritabile.

6 Secundo. Hoc ipſum votum ſtrictioris Religionis eſt ſub iurisdictione Prælati Regularis: vnde poteſt circa ipſum exercere ſpiritualem iurisdictionem diſpenſando ſuper ipſo, vt ſimiliter docent quamplures ex citatis *num. 1.* D. Antonin. *2. par. tit. 11. cap. 2. § 9. ver. Hoc autem videtur.* So tus *lib. 7. de iuſt. & iur. quæſt. 3. ar. 1. dub. 2. ver. Tertius operum ordo.* & *quæſt. 4. ar. 3. ver. Sequitur ſubinde.* Aragon. *2. 2. quæſt. 88. ar. 8. concluſ. 5.* Ledeſma *tom. 2. ſum. tract. 10. cap. 7. dub. vlt. dic. 1.* Rodriquez *tom. 2. ſum. cap. 89. nu n. 4.* Nauar. *tom. 4. num. 22.* De *Regular. & conſil. 30. nu. 3. in priori edit. & conſil. 40. in Poſteriori. De voto lib. 3.* Henriquez *lib. 7. ſum. cap. 22. num. 7.* Leſſius *lib 2. de iuſt. & iure cap. 40. dub. 13. num. 107. init.* Azor. *par. 1. lib. 11. cap. 22. quæſt. 12.* Angles. *in Florib. par. 2. quæſt. vn de voto. ar. 8. difficul 9. concluſ. 6.* Sà *verbo* Votum. *num. 18.* Sayr. *lib. 6. Clau. reg. cap. 11. num. 90,* Suarez. *tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto. cap. 10. num. 16:* Sanchez *lib. 4. ſum. cap. 42. num. 21.* Fauſt. *lib. 2. Theſauri quæſt. 147* Peirin. *de Prælato Religioſo. quæſt. 3. cap. 3. num. 19.* Lezana *tom. 1. Quæſt. Regul. cap. 18. num. 50.* Sperel. *deciſ. 111. num. 97.* Subditur enim Religioſus ſuo Prælato, & ideo poteſt exercere in ipſum iurisdictionem, quam habet, quę ſe extendit ad huiuſmodi votum, quod cum non ſit de religione, ſed de qualitate religionis, non eſt reſeruatum. Dum autem votum ſtrictioris religionis eſt ſub iurisdictione prælati, erit etiam ſub poteſtate dominatiua, & proinde irritabile. Quia votum eſt materia non ſolum iurisdictionis, ſed etiā poteſtatis dominatiuę.

7 Reſp. Sanchez *num. præced.* cit. Religioſum non ſubijci quò ad hoc votum prælato vt domino, quia non includitur in ijs, quæ pertinent ad votum obedientiæ, ſubdi verò vt prælato, & ideo poſſe votum diſpenſari, non autem irritari. Verum cum votum ſit materia vtriuſque poteſtatis iurisdictionalis, & dominatiuæ, eſſet aſſignanda ratio, cur vni ſubiiciatur, et non alteri. Deinde ideo non ſubditur poteſtati dominatiuæ per Sanchez, quia nō includitur in ijs, quæ pertinent ad votum obedientiæ, nam cum ſit ei liber à iure tranſitus ad ſtrictiorem Religionem, non tenetur in hoc obedire prælato. Ex hoc autem ſequitur, quod neque ſubſit iurisdictioni, quia etiam iurisdictio fundatur in voto obedientiæ. vnde ſi hoc votum non continetur in ijs, quæ pertinent ad votum obedientiæ, neque continebitur in iis, quæ pertinent ad iurisdictionem.

8 Deinde. Ideo hoc votum ſubtrahitur potentiæ dominatiuæ ſuperioris, quia ſubtrahitur etiam trāſitus ad ſtrictiorem Religionem, qui eſt materia voti. Ergo ſubtrahitur etiam iuriſdictioni, quia ſimiliter ſubtrahitur iuriſdictioni idem tranſitus, cū nō poſſit iurisdictionali modo impedire talem tranſitum. Cum ergo non ſubtrahatur iurisdictioni, quia ſcilicet votum eſt quid diuerſum à tranſitu, & ex ſubtractatione materiæ voti à poteſtate prælati non infertur ſubtractio eiuſdem voti, vt cōſtat ex dictis, concluditur, quod votum huiuſmodi non ſubtrahatur poteſtati dominatiuæ. Quod ſi dicat Sanchez diſpenſare eſſe annuere ſpontaneæ voluntatis petentis diſpenſationem. Irritare verò eſſe coercere ſubditi voluntatem. Nihil iuuat. Quia adhuc coercet diſpenſando voluntatem ſubditi, qua voluit ſe voto obligare, & ſolum annuit eius voluntati, quatenus petit diſpenſari. Vnde petente ſubdito.

dito poterit irritare, quia vni volũtati annuet, & alteram coercebit. Si autem ſemel poterit irritare, poterit ſemper irritare, quia votum non erit extra poteſtatem dominatiuam.

9 Tertiò, Poteſtas dominatiua irritandi vota ſuorum ſubditorum in prælatis Regularibus eſt certa, ità vt ex vi profeſſionis acquirant hoc ius quò ad ſingulos ſubditos, & quò ad omnia vota. Quod autem votum ſtrictioris religionis non contineatur ſub hac poteſtate, eſt dubiũ, quia nullibi id ſtatuitur, & ſolum deducitur per cõſequentiam ex eo, quod à iure prohibentur impedire tranſitũ ad ſtrictiorem Religionem. Qua tamen conſequentia negata, nõ poteſt probari, niſi debilibus rationibus, & quę facilè ſolui poſſunt; & potioribus rationibus oſtenditur, non poſſe deduci talem conſequentiam, vt conſtat ex dictis. Vnde ad ſummũ remanet in aliquo gradu probabilitatis, quod tale votum nõ ſubſit potentiæ dominatiuæ. Probabilia autem non poſſunt præualere contra certa, & proinde non poteſt ius certum prælatorum deturbari ex probabilibus rationibus, cum non debeat quis iure ſuo priuari abſque expreſſa lege 9. *Cum igitur. ver. Sicut enim* 1. ubi en. *De non eligen. ſecun. nupt.* ibi *Neq. qualibet lex eſt aliquid tale dicens.* & *l. Et ſi quis Diuus. §. Diuus. ff.* De relig. ibi *Non rectè facere: pœnas tamen in eum ſtatutas non eſſe*, & norant Barbat. *conſil.* 11. *num.* 7. *vol.* 1, Bald. *in Authen. Ex teſtamento.* C. De *ſecun. nupt.* Preſertim quia præſumitur, quod ſummus Pontifex nõ tollat ius alienum Cap. *Super eo, De offic. deleg.* et notant Felin. *ibid, num.* 3. Gom ez *ad Reg. de nõ tollen. inde quaſ. qu.* 5. ver. *Sed prædictus.* Vnde non eſt aſſerendum, quod Põtifex in dic. Cap. *Licet.* De regular. dũ pręcipit Prælatis Regularibus, vt concedant licentiam petentibus trãſitum ad ſtrictiorẽ Religionẽ, velit etiam ipſos priuare poteſtate irritãdi votum de tali Religione, cum id non exprimat, nec veniat in conſequentiam ad tale præceptum, cum adhuc irritato voto poſſint huiuſmodi licentiam concedere.

10 Accedit pro confirmatione. Quod eſt dubiũ, an votum ſubiiciatur poteſtati dominatiuæ ex eo, quod dubiũ eſt, an vouens ſit ſubiectus, an non. In hoc autẽ dubio, poteſt Superior adhuc votũ irritare, vt docent Suarez *to.* 2, *de relig. lib.* 4. *de voto. cap.* 6. *n.* 1. & *lib.* 6. *cap.* 6. *n.* 4. *in fine.* Sãchez *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 41. *n.* 39. ver. *Sed dicendum eſt.* vbi ver. *Imo quando* extendit ad caſum, in quo adeſſet opinio, ſed non vehemens, quod votum eſſet emiſſum extra tẽpus ſubiectionis, & *lib.* 4. *ſum. cap.* 32. *nu.* 2. Quia nimirum ſtante dubio præualet poteſtas certa irritandi, quæ non poteſt deturbari per aliquid incertũ. Præſertim quia exemptio à poteſtate dominatiua in votis eſt odioſa, & proinde ſtrictè accipienda, ità vt non ſit admittenda, niſi de ipſa conſtet, ſicut non admittitur caſus reſeruatus, niſi cõſtet de reſeruatione. Rurſus poſſeſſio facultatis irritãdi eſt certa, & prior, quàm ſit votum, quod proinde remanet in dubio in poſſeſſione ſuæ exemptionis: vnde fauendum eſt poſſeſſioni certæ, & priori irritandi. Cum ergo exemptio quoque huius voti à poteſtate dominatiua prælati ſit dubia ſtãdum eſt pro poſſeſsione certa Prælati irritandi.

11 Denique prælati Regulares habens pro ſe regulam, quod irritare poſſint vota ſuorũ ſubditorũ. Quod autẽ nõ poſsint irritare votũ ſtrictioris Religionis eſt exceptio de Regula, quę proinde, vt habeat locũ, debet concludenter probari, quod non ſubſit prædictæ facultati, *l.* 1. *ff. De except.* & notant Batt. *ibid.* Paris. *conſil.* 45 *init. lib.* 1. Corneus *conſil.* 223. *lib.* 2. Roman. *cõ.* 124. *num.* 4. Dec. *conſil.* 142. *n.* 4. Alexand. *conſil.* 79. *num.* 5. *lib.* 7. Rota *deciſ.* 182. *nu.* 2. coram Ludouiſio. Exceptio autem huius voti non probatur concludenter, quia ſolum deducitur per conſequentiam ex eo, quod non poſſunt prælati impedire huiuſmodi tranſitum; quæ tamen conſequentia non tenet, cum ſint ſimul compoſsibilia & irritatio voti, & non impedire tranſitum, quia irritatio ſolum facit, vt non tranſeat ex vi obligationis voti: nõ autem, quod non tranſeat ex propria deliberatione. Hæc ſunt, quæ reddunt difficilem communem ſententiam, & fateor apud me vim magnam habere: nolo tamen aliquid contra ipſam reſoluere.

An

An Prælatus Regularis poſſit acquirere Monaſterio reuocabiliter. Quæſt. 209.

S V M M A

1 *Prælatus Regularis poteſt acquirere Monaſterio reuocabiliter.*
2 *Prelatus Regularis in quærendis poteſt præiudicare Monaſterio.*
Argumentum de toto ad partem quando valeat.
3 *Qui poteſt facere actum, poteſt etiam qualificare.*
Acceptio eſt cum qualitate impoſita rei datæ.
4 *Religioſus quicquid acquirit, Monaſterio acquirit.*
Si Prælatus acquirat reuocabiliter, id facit de mandato Monaſterij.
Quomodo poſſit reuocare acquiſitionem reuocabilem.
5 *Acquiſita reuocabiliter poſſunt à Prælato alienari ſine ſolemnitate.*
Dominium reuocabile non eſt verum dominium.
6 *Regulares poſſunt pecunia deſtinata ad aliquem vſum prointerim emere fundum fructifrum, & poſtea alienare.*

1 NOmine acquiſitionis reuocabilis intelligitur eá, per quam non acquiritur firmũ, & ſtabile dominiũ. ſed ad alicuius beneplacitũ reuocabile; vnde acquiſitio remanet qualificata, & depẽdens ab alicuius arbitrio: et proinde nõ eſt acquiſitio abſoluta, ſed ſecundum quid: Dicendum eſt autem *Prælatum Regularem poſſe acquirere Monaſterio reuocabiliter*. Ita loquens de Epiſcopo quò ad acquiſitionem pro ſua Eccleſia Rota corã Ludouiſio. *deciſ.* 401. *num.* 12. Eſt autem eadem ratio, quò ad Prælatos Regulares, cum ipſi quoque acquirendo Monaſterio acquirant Eccleſiæ.

2 Ratio eſt. Quia prælatus Regularis poteſt acquirere, & non acquirere Monaſterio, cum poſsit in quærendis præiudicare eccleſiæ vt tradunt Franc. *in Cap.* 1. *num.* 26. *limit.* 11. & *nu.* 27. *De reb. Eccleſ. non alien.* Abbas *in Cap.* 1. *num.* 22. *De dolo.* & *in Cap. Tua. numer.* 9. *De his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſen. Capit.* Iaſ. *in l. Legatum. num.* 20 *ff. De leg.* 1. Menoch. *præſump.* 63. *nu.* 280. *lib.* 6. Rota coram Coccino *deciſ.* 485. *num.* 10 Si ergo poteſt non acquirere, poterit etiam acquirere reuocabiliter, quod eſt partiali modo acquirere, ſeu cum acquiſitione taliter qualificata, quæ ipſam diminuat in ratione acquiſitionis Valet enim argumentum de toto ad partem, quando pars continetur in ipſo toto *l. Quæ de tota ff. De rei vendicat.* vbi Doctores, et tradunt Gammar. *lib.* 1. *Dialect. legal. loco* 4. Euerar. *in Topica iur. loco* 8. Rota *deciſ.* 223. *num.* 5. *par.* 3. *Recentior.*

3 Deinde qui poteſt facere actum poteſt etiam ipſum qualificare. *l. In actionibus. ff. De in lit. iuram.* et notant Iaſ. *ibid. not.* 2. Alexan. *in l. Nemo poteſt. numer.* 18. *ff. De legat.* 1. Caſtrens. *ibid. in fine*. Becc *conſil.* 101. *num.* 27. Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 476. *num.* 7. Si ergo prælatus Regularis poteſt facere actum acquiſitionis ad fauorem Monaſterii, poterit etiam ipſum qualificare qualitate reuocabilitatis. Et Monaſterium non acquiret, niſi cum tali qualitate, quia acceptatio debet fieri cũ ſua qualitate, vt tradunt Angel. *in l. Apud Gallum. §. Si hæc. ver. Et iſte tex. ff De dolo, except.* Socin. *conſil.* 91. *num.* 6. *lib.* 4. Tiraquel. *De leg. connub. circa fin. tit. numer.* 4. Rota corã Robuſterio, quæ eſt *deciſ.* 853. *num.* 1. *par.* 4. *Diuerſ.*

4 Verum obiici poteſt. Quod cum prælatus Regularis ſit Religioſus, quicquid acquirit, Religioni acquirit, vt obſeruant cõmuniter Doctores Gloſ. *in Cap.* 1. *gloſ. penult. De teſtam.* Paleottus *deciſ.* 82. Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 87. *num.* 12. *Et* proinde non poſſe ipſum in acquirendo apponere qualitatem reuocabilitatis, quia cum acquiſitio fiat nomine Religionis, debet acquirere abſolutè Rurſus, nec poterit reuocare acquiſitionem, cum non habeat ius ad ea, quæ tendunt in præiudicium Religionis. Reſp. Acquirere Religioni tãquam adminiſtratorem bonorum ipſius, et ideo poſſe qualificare acquiſitionem eo modo, quo iudicauerit

expedire ; nam cenſetur id facere de voluntate, & mandato Monaſterij Cap. *fin.* De *iureiur. in* 6. & iuxta ea , quæ notant Dec. *conſil.* 510. *num.* 6. Abbas. *conſil.* 104. *num.* 5. *vol.* 1. Rota *deciſ.* 623. *num.* 2. *in fi. pc. par.* 4. *Recent.* Reuocatio autem acquiſitionis fit etiã tãquã ab adminiſtratore: & hoc non eſt detrahere aliquid Religioni, quod ſuum ſit, ſed vti acquiſitione ſecundum ſuam qualitatem, quam ab exordio habuit, præfigendo terminum dominio acquirentis iuxta reſeruationem factam in primordio acquiſitionis, quod præſtari poteſt ab ipſo Prælato tanquam adminiſtratore. Neque facit contra ius Monaſterij, quia, cum Monaſterium acquirat reuocabiliter, dum reuocatur acquiſitio, nihil de iure ipſius tollitur, quia non acquiſiuit irreuocabile, ſed reuocabile; vnde non fit contra ius ipſius, ſi tollitur, quod ab initio datum eſt cum facultate auferendi.

5 Ex quibus deducitur. Regulares poſſe alienare acquiſita reuocabiliter abſque ſolemnitate, vt deſumitur ex Rota *cit. deciſ.* 401. coram Ludouiſio, dum approbauit tanquam legitimum factum Epiſcopi, qui dotauit neptes ex bonis immobilibus acquiſitis reuocabiliter ex fructus Epiſcopatus. Et ratio eſt. Quia in hoc non interuenit vera alienatio ; ſiquidem alienatio ſupponit verum, & proprium dominium, quod non eſt tale, quando poteſt ſtatim reuocari, vt contingit, quando acquiritur reuocabiliter *l. Non videtur. ff. De acquir. poſſeſ.* & notat Bald. *conſil.* 186. *num* 8. *init. lib.* 6. Deinde talis alienatio ſupponit reuocatam acquiſitionem, & ideo non verſatur circa rem eccleſiaſticam. Reuocatio autem acquiſitionis eſt legitima, quia fuit reſeruata in ipſo limine acquiſitionis: & res acquiſita tranſiuit cum hoc onere.

6 Secundò deducitur. Quod ſi Regulares habeant pecuniam implicandam pro fabrica, aut alio opere, ſed pro aliquo tempore expectandum ſit, poterunt interim ex ea emere fundum fructiferum, & ipſum, quando expendenda erit pecunia, alienare abſque ſolemnitate. Nam acquiſitio non eſt perpetua, aut abſoluta, ſed ad tempus, & reſoluenda, quando neceſſaria fuerit pecunia. Et ideo non alienatur res eccleſiaſtica, cum iam reſolutum ſit dominium acquiſitum, & conſequenter non eſt neceſſaria ſolemnitas, quam requirit alienatio rei eccleſiaſticæ.

An Epiſcopi non recitantes horas Canonicas teneantur reſtituere fructus. Quæſt. 210.

S V M M A

1 *Non recitans horas canonicas tenetur reſtituere fructus beneficij.*
2 *Quomodo hæc reſtitutio facienda.*
3 *Epiſcopus an teneatur reſtituere fructus, ſi omittat horas canonicas.*
Epiſcopatus non venit ſub generali appellatione beneficiorum.
4 *Ius ad fructus Epiſcopatus non confertur propter Officium.*
Ceſſante fine ceſſat diſpoſitio.
5 *Dictio, Alia, coarctat vniuerſalitatem verbi ad ſimilia expreſſis.*
Dictio, Alia, quando ſtrictè accipienda.
6 *Epiſcopus non recitans Officium tenetur reſtituere fructus beneficiorum.*
7 *Epiſcopi quando comprehendantur ſub generali diſpoſitione.*
Non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione ſuſpenſionis, & interdicti.

1 LEo X. *in Concil. Lateraneñ*, vt habetur in ſua *Conſtit.* 7. §. 38. *tom.* 1. *Bullar.* ſtatuit, *Vt quilibet habens beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit legitimo impedimento ceſſante beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciat pro rata omiſſionis recitationis officij, & temporis. Sed eos tanquam iniuſtè perceptos in fabricam huiuſmodi beneficiorum, vel pauperum eleemoſinas erogare teneatur.* Et ſubdit, quod ſi in negligentia recitandi contumaciter permanſerit præuia legitima monitione beneficio priuetur. Et vult ſufficere, vt poſſit priuari, ſi per quindecim dies ſaltem bis non recitauerit.

2 Quam Conſtitutionem declarauit Pius V. in ſua Conſtitut. 135. §. 1. tom. 2. Bullar. vt nimirum *qui horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficij, ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur. Qui verò matutinum tantum dimidium, qui cæteras omnes horas aliam dimidiam, qui harus ſingulas ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat; Tametſi aliquis Choro addictus non recitans omnibus Iuris Canonicis cum alijs præſens adſit, fructuſque, & diſtributiones forte aliter aſſignatas ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel aliàs ſibi lucrifeciſſe prætendat etiam præter fructuum, & diſtributionem amiſſionem*, & poſt pauca ſubdit, *Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia, obtinentes cum prædictis pariter conueniri*. His autem ſtantibus dubitatur, an Epiſcopi comprehendantur ſub hac diſpoſitione, ita vt ipſi quoque teneantur ad fructuum reſtitutionem, ſi omittant horas Canonicas.

3 Et videtur reſoluendum, *Non comprehendi, & proinde non teneri reſtituere fructus*. Et ratio deſumitur ex verbis vtriuſque Conſtitutionis: nam tam Leo X. quàm Pius V. diſponit de obtinentibus beneficia ſiue cum cura, ſiue ſine cura. Epiſcopus autem non dicitur obtinere beneficium, ſiue cum cura, ſiue ſine cura. Quia licet Epiſcopatus ſit beneficium, quia tamen eſt dignitatum culmen, eſt ſpeciali nota dignum, nec venit ſub generali appellatione beneficiorum, vt notant Gloſ. *in Cap. Licet Eccleſiarum*. verbo. *Dignitatum*. *De præbendis in 6*. Lotter. *De re benefic. lib. 1. quæſt. 9. num.* 121. Rota *deciſ.* 529. *num.* 2. *par.* 3. *Recent.* Et ideo dicta Conſtitutio, cum loquatur de habentibus beneficium, non loquitur de Epiſcopis.

4 Accedit etiam, quod fructus Epiſcopatus, & ius ad ipſos non conferuntur Epiſcopo propter Officium eccleſiaſticum, ſed ad ſubſtinendum munus paſtorale; & ſupponunt aliunde teneri ad recitandas horas canonicas. Vnde ceſsat ratio, quod beneficium detur propter officium, ob quam Leo X. in ſua præfata *Conſtit.* 7. §. 38. obligat omittentes Officium ad reſtitutionem fructuum; & ideo ceſſat etiam diſpoſitio. *l. Adigere. §. Quamuis, ff. De iurepatron.* & *l.* 1. *§.* 5. *ff. De poſtul.* & *l. Cum tale. ff. De condit. & demonſtr.* & *Cap. Cum ceſſante. De appellat.* & Cap. *Magnæ, in fine. De voto.*

5 Nec obſtat, quod Pius V. in ſua *Conſtit.* 135. §. 1. expreſſis nonnullis ſubdat. *Et qualiacunque alia beneficia*, quæ verba, cum ſunt vniuerſaliſſima, videntur comprehendere etiam Epiſcopatum. Nam dictio, *alia*, obſtat, ne ſe extendant ad Epiſcopatum, quia coarctat vniuerſalitatem verbi, *Qualiacunque*, ad beneficia eiuſdem qualitatis, vt obſeruant Iaſ. *in l. Si vnus ex argentarijs. num.* 10. *ff. De pact.* Alexan. *conſil.* 76. *num.* 26. ver. *Confirmatur. lib.* 4. Calderin. *conſil.* 11. *in fine.* aliàs 2. *De arbit.* Roman. *conſil* 180. *num.* 9. *in fine*. Felin. *in Cap. Sedes. num.* 5. ver. *Sed contra. De reſcrip.* Præſertim, quia ſumus in odioſis, & pænalibus, quæ ſtrictè accipienda ſunt; & proinde etiam dictio, *Alia*, in ſtricta ſignificatione accipienda eſt, vt obſeruant Roman. *conſil.* 92. *nu.* 2. ver. *Nec huic*. Butrius *conſil.* 30 *nu.* 2. Tuſch. *littera A. concluſ.* 245. *num.* 30.

6 Verum dubium remanet, quid dicendum, ſi Epiſcopus vltra Epiſcopatum habeat alia beneficia. Reſp. In tali caſu teneri reſtituere fructus horum beneficiorum, ſi omittat horas Canonicas, quia ſumus in caſu diſpoſitionis Leonis X. & Pij V. Nam hæc beneficia ſunt ex illis, de quibus tenentur omittentes horas Canonicas reſtituere fructus: vnde cum congruant verba, locum habet etiam diſpoſitio.

7 Nec obſtat. Quod Epiſcopi ſint ſpeciali nota digni, ſicut eſt etiam Epiſcopatus; & proinde non comprehendatur ſub diſpoſitione, niſi in ſpecie exprimantur. Quia ſunt ſpeciali nota digni ratione Epiſcopatus; non autem ratione inferiorum beneficiorum. Et ideo, quando agitur de materia, quæ eſt etiam ipſis communis, comprehenduntur ſub generali diſpoſitione iuxta ea, quæ tradunt Gloſ.

Gloſ. 1. *in Cap. Sciant cuncti.* & *in Cap. Cupientes.* § *Cæterum.* verbo. *Suſpenſos.* De *elect. in* 6. Craueta *conſil.* 303. *num.* 3. Corn. *conſil.* 237. *num.* 16. *lib.* 4. Rolan. *conſil.* 12. *num.* 36. *lib.* 4. Et deſumitur ex eo, quod in iure eſt ſpeciale, quod Epiſcopi non comprehendantur ſub generali diſpoſitione in materia ſuſpenſionis, & interdicti per Cap. *Quia periculoſum.* De *ſentent. excommunicat. in* 6. vbi Doctores. Vnde hæc exceptio firmat regulam in contrarium, quod ſcilicet comprehendantur. *l. Quæſitum.* §. *Denique. ff.* De *ſun. inſtruc.* & notant Gloſ. & Doctor. *in Rubr.* De *regul. iur. in* 6.

An beneficiarij non recitantes horas Canonicas teneantur reſtituere fructus penſionum. Quæſt. 211.

S V M M A

1 *Simplex penſionarius tenetur recitare officium B. Virginis.*
2 *In ſubrogatis eadem determinatio ſeruanda.*
3 *Beneficiarij officium non recitantes non tenentur reſtituere penſionem.*
Obligatio reſtituendi penſionem ceſſat ceſſante obligatione recitandi.
4 *Obligatio eſt ſtrictè accipienda.*
Obligatio ex cauſa ceſſat ceſſante cauſa.
5 *Obligatio acceſſoria non extenditur plus, quàm principalis.*
6 *Conſtitutio pœnalis eſt reſtringenda.*
7 *Vbi delictum non habet locum, nec etiam habet pœna.*
Pœna non habet locum, niſi concurrant omnes qualitates, &c.
Si extendatur Conſtitutio, non extenditur pœna.
Reuocata conſtitutione non habet locum pœna quò ad eos, qui ante deliquerant.
8 *Penſio non venit appellatione beneficij etiam latè ſumpti.*
9 *Cauſa finalis, ob quam fructus beneficij ſunt reſtituendi, non habet locum in penſionem.*

1 Simplex penſionarius ratione penſionis tenetur recitare quotidie Officium paruum B. Virginis ex diſpoſitione Pii V. in ſua *Conſtit.* 135. §. 1. *in fine tom.* 2. *Bullar.* & ſi omittat, tenetur reſtituere penſionem pro rata eo modo, quo tenetur beneficiarius reſtituere fructus beneficij, vt dictum eſt *quæſt. præced. num.* 2. Et ita notant communiter Doctores Nauar. *cap.* 13. De *orat. num.* 22. Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 11. *quæſt.* 12. Graf. *par.* 1. *deciſ. lib.* 1. *cap* 9. *num.* 9. Petrus Nauar. *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 2. *num.* 199. Molfeſ. *par.* 1. *ſum. tract.* 2. *cap.* 5. *num.* ... Macignus *de Horis canon. cap.* 28. *num.* 26. Suarez *tom.* 2. *de relig. lib* 4. *cap.* 30. *nu.* 22. Filliuc. *tract.* 23. *cap.* 10. *quæſt.* 10. *num.* 327. Bonac. *diſp.* 1. *de Hor. canon. quæſt.* 5. *pun.* 2. *num.* 21. Malder. 2. 2. *tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 4. *quæſt.* 3. *in fine.* Vnde dubitatur, quid dicendum de beneficiario, qui obtinet etiam penſiones, cum non teneatur ad recitationem officii B. Virginis, ſed ſolum ad Horas canonicas.

2 Videtur enim, quod teneatur reſtituere etiam penſionem pro rata; quia licet non teneatur ad Officium B. Virginis, tenetur tamen ad Horas canonicas, quæ ſubrogatæ ſunt loco Officii B. Virginis. & ideo trahunt ſecum eamdem obligationem, quia in ſubrogato ſeruanda eſt, eadem determinatio, quæ ſeruatur in eo, in cuius locum eſt ſubrogatum *l. Si cum.* §. *Qui iniuriarum. ff* Si *quis. vſuſ.* & notant Bart. *in l. Pater filium. num.* 13. *ff.* De *inoffic. teſt.* Socin. ſen. *in l. Filig.* §. *Titia. nu.* 3 *ff.* De *condit. & demonſtrat.* Gabr. *concluſ* 2. *De reg. iur.* Surd. *deciſ.* 35. *num.* 9. Rota coram Merlino. *deciſ.* 445. *num.* 1. Atque adeo obligatio, quæ eſt annexa Officio B. Virginis reſtituendi penſionem pro rata, erit annexa horis Canonicis.

3 Verum oppoſitum videtur reſoluendum; nempe, *Non teneri beneficiarium reſtituere ratam penſionis, quando omittit horas canonicas.* Ratio eſt. Quia Pius V. impoſuit obligationem reſtituendi ratam penſionis omiſſioni recitationis Officii parui B. Virginis Clericis ſimplicibus. vt conſtat ex eius *Conſtit.* 135. §. 1. *in fine tom.* 2. *Bullar.* ibi. *At quicunque penſionem fructus, aut alias res Eccleſiaſticas vt Clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum Officium paruum B. Mariæ Virginis decernimus obligatum: & penſionum, fructuum*

tuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxiū. Ex quibus patet; quod obligatio reſtituendi portionem, ſeu ratam penſionis venit in conſequentiam ad obligationem recitandi Officium B. Virginis; vnde eſt obligatio ex præſuppoſito obligationis recitandi. Et ideo cum in beneficiariis ceſſet præſuppoſitum obligationis recitandi, ceſſabit etiam diſpoſitum, nempe obligatio reſtituendi Cap. *Si Papa.* De *Priuileg. in 6.* & Clement. *Si Summus. De ſent. Excommunicat.* & tradunt Gloſ. *in l. Mancipia. C. De ſeru. fugit.* vbi etiam Doctor. Dec. *Conſil.* 497. *per totum.* Alexan. *conſil.* 126. *lib.* 5. Natta *conſil.* 343. *num.* 3. Beroius *conſil.* 120. *num.* 9. *lib.* 3. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 9. *num.* 161. teſtans de communi. Rota coram Merlino *deciſ.* 432. *num.* 1.

4 Accedit. Quod omnis obligatio eſt ſtricti iuris, & proinde non eſt extendenda *l. Obligationum ſubſtantia.* & *l. Arianus. ff.* De *act. & obligat.* & notant Bald. *conſil.* 55. *num.* 2. *ver. Sed ponamus lib.* 2. Fulgoſ. *conſil.* 80. *in fine. ver. Et ſi quid.* Calder. *conſil.* 20. *de iudic.* Rota *deciſ.* 436. 3. *par.* 3. *Recent.* Vnde cū obligatio reſtituẽdi penſionē ſit poſita obligatis ad Officium paruum B. Virginis per Conſtitutionem Pii V. non eſt extendenda ad eos, qui non obligantur ad dictum Officium. Præſertim quia talis obligatio eſt ex cauſa non recitandi tale Officium. Et ideo ſi cauſa locum non habet, nec etiam poteſt habere obligatio. *l. Si pupillus. ff.* De *acquir. hæredit.* Et notant Doctores, *ibidem.* Ancharan. *conſil.* 330. *num.* 11. Tiraquel. alios citans *tract. Ceſſante cauſa. par.* 1. *num.* 224. Rota *deciſ.* 55. *num.* 1. *par.* 3. *Recent.*

5 Confir. Obligatio reſtituendi portionem penſionis quam Imponit Pius V. eſt conſequutiua ad obligationem, quam idem Pontifex imponit penſionariis recitandi Officium B. Virginis. Ergo cum imponat obligationem recitandi ſolis ſimplicibus penſionariis: non autem beneficiatis, obligatio quoque reſtituendi eos tantum afficiet. Tum quia obligatio acceſſoria non habet locum, niſi quando ocum habet principalis. *l. Principalis. ff.* De *reg. iur.* & Cap. *Acceſſorium. eod. tit. in* 6. & obſeruat Rota coram Coccino *deciſ.* 418. *num.* 3.

6 Tum quia Conſtitutio Pii V. quatenus obligat ad reſtituendam penſionem, eſt pœnalis, & ideo eſt reſtringenda Cap. 1. *De fil. presbit.* & Cap. *Odia* & Cap. *In pœnis. De reg. iur. in* 6. Dec. *in l. Factum cuique. §. In pœnal. ff.* De *reg. iur.* per illum tex. Surd. *de alimen. tit.* 1. *quæſt.* 51. *n.* 12. Rota *deciſ.* 156. *num.* 7. coram Pennia. Vnde nec extendenda vltra caſum, pro quo eſt impoſita, nempe quando obligatus recitare Officium B. Virginis, omittit recitationem.

7 Tum quia reſtitutio penſionis eſt pœna impoſita ad fouendam diſpoſitionem imponentem obligationem recitandi Officium B. Virginis, atque adeo pro delicto violationis talis diſpoſitionis; vnde cum delictum non habeat locum quò ad eos, qui non obligantur ad dictum Officium, nec etiam pœna locum habebit iuxta ea, quæ communiter tradūt Theologi cum D. Th. 2. 2. *quæſt.* 108. *ar.* 4. Vnde pœna non plus extenditur, quàm extendatur Conſtitutio, pro cuius obſeruantia eſt poſita: imo vt locum habeat debent cōcurrere omnes qualitates requiſitæ à Conſtitutione Cap. 1. *De homicid in* 6. & notant Io: And. *ibid.* per illum tex. Iul. Clar. *lib.* 3. *§. fin. quæſt.* 85. *num.* 9. Imo licet extendatur conſtitutio, non extenditur pœna illi annexa, vt pluribus probat Iaſ. *in l Cum quidam. ver. Ad iſtam regul. ff.* De *lib. & poſth.* Gomez *in §. Fuerat. num.* 12. Inſtit. *De act.* Et reuocata Conſtitutionem non habet locum pœna, etiam quò ad eos, qui ante reuocationem deliquerunt; vt tradunt Felin. *in Cap. fin. num.* 14. De *Conſtit.* Dominic. *in Cap. fin. num.* 9. De *elect.*

8 Verum neque vigore *Conſtit.* 7. §. 38. Leonis X. tom. 1. Bullar. tenentur reſtituere penſiones, quia dicta Conſtitutio obligat tantum ad reſtituendos fructus beneficiorum. Et prædicta Conſtit. 135. quatenus declarat, Conſtitutionem Leonis, nō extenditur vltra beneficia, vt conſtat ex illis verbis. *Et quæcunque alia beneficia.* Penſio autem non venit appella-

latione beneficij, etiam in lata ſignificatione; præſertim in materia pœnali, vt tradunt communiter Ananias *in Cap. Nō ſatis*. De ſimon. Geminian. *in Cap. Quamuis, init.* De præben. *in 6.* Rebuf. *De pacific.* Poſſeſ. *quæſt.* 14. Gomez *ad Regul. De infirm. reſignan. quæſt.* 16. & ad *Regul. De annali, quæſt.* 21. Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. Gloſ.* 5. §. 5. *num.* 2. Azeuedo *ad l. 1. num. 5. tit. 4. lib. 1. nouæ* Recopiat. Garzia *de beneſic. par. 1 cap. 5. num.* 3. Pariſ. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 10. num.* 69. Lotter. *de beneſic. quæſt. 45. num. 3. lib. 1.* Rota coram Creſcent. *deciſ. 14. num.* 3. *De ſent. & re iudic.* alias. 59, *lib.* 2. & coram Pennia *deciſ.* 403. *num.* 29. & coram Durano *deciſ.* 181. *num.* 4. & coram Eminentiſs. Otthobono *deciſ.* 27. *num.* 15. & *deciſ.* 46. *num.* 17. & *deciſ.* 656. *num.* 5. *par.* 2. Recent. Et conſtat ex eo, quod beneficium importat ius percipiendi fructus ex aliquo fundo Eccleſiaſtico, & inducit obligationem Officij diuini. Penſio verò dicit ius ad certam portionem fructuum ſeparatam à beneficio, & non inducit obligationem Officij diuini, ſed ſolum Officij parui B. Virginis. Qua diuerſitate ſtante non poteſt penſio venire ſub appellatione beneficii, licet latiſſimè ſumpti; atque adeo nec comprehendi ſub diſpoſitione loquente de beneficiis.

9 Solum videtur poſſe obiici, quod diſpoſitio Leonis X. extendatur ad penſionem ob identitatem rationis. Verum hoc nullo pacto poteſt ſubſiſtere. Quia verba diſpoſitionis nullo modo ſunt apta comprehendere penſionem. Deinde neque adeſt identitas rationis, Ideo enim Leo X. in illa ſua *Conſtit. 7. §. 38.* imponit obligationem reſtituendi fructus beneficii, quia, vt inquit ipſe, beneficium datur propter Officium, & ideo congruum eſt, quod qui non ſoluit penſum Officii, non habeat fructus beneficii. Et hæc eſt ratio finalis, ob quam Pontifex ita diſpoſuit. Hæc autem ratio non habet locum in penſione, quia non datur propter Officium, cum de ſe non inducat talem obligationem, & ſolum pro ſimplicibus penſionariis de iure nouo imponat recitationem Officii B. Virginis.

10 Ex quibus ſoluta manet ratio allata *num.* 2. Nam horæ Canonicæ non ſubrogantur Officio B. Virgin. ſi quidem cadunt ſub obligatione præciſè ratione beneficii, cum talis obligatio adfuerit antequam adeſſet obligatio Officii B. Virg. pro penſionariis. Neque obligatio recitandi Officium B. Virginis ceſſat, quia ſubrogentur horæ canonicæ, ſed quia eſt impoſita taxatiuè vſq. ad tempus, in quo aduenerit obligatio horarum Canonicarum. Deinde admiſſa ſubrogatione, non tamen locum habet pœna reſtituendi fructus penſionis: quia quando hæc imponitur non recitantibus horas canonicas exprimuntur tantum fructus beneficii, & ideo intrat ſubrogatio abſque obligatione reſtituendi fructus penſionis, cum tanquam pœna non poſſit ad ipſos extendi *l. Factum cuique* 151. §. *In pœnalibus. ff* De reg. iur. & Cap. *Odia* De *reg. iur. in* 6. licet extendatur diſpoſitio vt dictum eſt. *num.* 7. Nec preda ſit imponenda, niſi expreſſo iure imponatur. §. *Sin autem.* Authen. *de non eligen. ſecun. nupt.*

An Capellanus teneatur reſtituere fructus Capellaniæ, ſi non recitat Horas Canonicas. Quæſt. 212.

SVMMA

1 *Capellanus omittens Officium non tenetur reſtituere fructus Capellaniæ, quæ non eſt collatiua.*

2 *Quid, ſi ſit collatiua, & fructus non excedant onus celebrationis.*

Quos fructus teneatur reſtituere beneficiarius non recitans officium.

3 *Quorum beneficiorum fructus reſtituendi à non recitantibus officium:*

Ceſſante cauſa finali pœna ceſſat etiam diſpoſitio de ipſa.

Cauſa finalis coarctat diſpoſitionem ad ſuos terminos.

4 *Beneficiarius non recitans Officium cur teneatur reſtituere fructus.*

5 *Capellania manualis ſi erigatur in titulum, non obligat ad reſtituendos fructus non recitantem officium.*

Deficiente cauſa obligationis deficit etiam obligatio.

Quos

6 Quos fructus tenentur reſtituere non recitans Officium, ſi excedant onus celebrandi.

1 DIfficultas non habet locum, ſi Capellania non ſit collatiua, quia cum nō ſit beneficium, non trahit obligationes, quas trahit beneficium. Et hoc habet locum ſiue Capellania ſit manualis, et Capellanus amouibilis, ſiue perpetua; et ſiue conferatur à laicis, ſiuè ab Eccleſiaſticis, ſiue deuoluatur iure ſucceſsionis. Tunc enim fructus Capellaniæ nō ſunt beneficiales, nec dantur propter officium; et ideo nō ſubſunt reſtitutionis obligationi non ſoluto penſo diuini offici. Vnde ſolum difficultas habet locum, quando capellania eſt collatiua, et datur in titulum.

2 Quia autem capellaniæ collatiuæ aliæ ſunt pingues aliæ verò habent ſolos fructus proportionatos oneri celebrandi; exiſtimo. Si capellania habeat ſolos fructus correſpondentes oneri celebrandi, non teneri capellanum reſtituere fructus ex omiſsione diuini Officii. Deſumitur ex iis, qui habent, quod quādo beneficiarius ſubſtinet alia onera vltra recitationē diuini Officii, non teneatur reſtituere fructus correſpondentes his oneribus, ſed ſolum correſpondentes oneri diuini officij. ita Henriq. *lib.* 13. *cap.* 13. *n.* 2. Aragon. 2. 2. *quæſ.* 83 *ar.* 13. Medina *in Inſtruct. confeſ præcep.* 1. *§.* 11. Lopez *par.* 2. *Inſtruc. cap.* 95 Molfes. *par.* 1. *ſum tract.* 5. *cap.* 5. *numer.* 8. Vaſquez *Opuſ. de Beneſic. cap.* 4 *§.* 1. *ar.* 1. *dub.* 7. *numer.* 38. Leſsius *lib.* 2 *de Iuſt. & iure cap.* 34. *dub.* 32. Sà *verbo.* Beneficium. *num.* 13. Tolet. *lib.* 2 *ſum. cap.* 12. *num.* 5. Rodriquez *par.* 1. *ſum. cap.* 164. *num.* 4. Beia *par.* 1. *caſu* 55. Macignus *de Hor. canon cap.* 28 *num.* 7. Nald. *verbo.* Diuinum offic. *num.* 12. Laiman. *lib.* 4. *Theol mor tract.* 2. *cap.* 5. *numer.* 1. *in fine.* Bonac. *diſp.* 1. *de Hor. canon. quęſt.* 5. *ipun.* 3. *num.* 2. Homobon. *par.* 1. *Exam. eccleſ. trac.* 4. *cap.* 5. *quæſt.* 42. Sotus *lib.* 10 *de Iuſt. & iure. quæſt.* 5. *ar.* 6. Siluius. 2. 2 *quæſt.* 83. *ar.* 13. *concluſ.* 4. Fernandez *par.* 3. *Exam. theol. mor. cap.* 13. *§.* 8. *numer.* 2. Ledeſma *tom.* 2. *ſum tract.* 9. *cap.* 4. *concluſ.* 1. Raphaeli à *Turre* 2. 2. *quæſt.* 83. *controuer.* 9. *numer.* 46. Sanchez *lib.* 2. *conſil. cap.* 2 *dub.* 83. *num.* 2. Corrad. *reſp. caſ. conſc. quęſt.* 240. *in Addit.* Si enim non recitans officium tenetur reſtituere, quod correſpōdet oneri recitandi, et non quod correſpōdet cæteris oneribus, ſequitur, quod ſi fructus capellaniæ correſpondeanr ſolum celebrationi; non ſint reſtituendi à non recitante officium diuinum. Imò quò ad obligationem recitandi non eſſe computandos fructus, qui correſpōdent celebrationi tradit Sanchez *lib.* 2. *conſil. moral. cap.* 2. *dub.* 68. *num.* 2.

3 Deſumitur ex Conſtit. 7. *Leonis* X. §. 38. *tom.* 1. *Bullar.* edicta *in Concil. Lateranenſi.* Nam diſponit, dum obligat. ad reſtitutionem fructuum non recitantes Officium, de iis beneficiis, quæ dantur propter Officium, vt conſtat ex illis verbis. *Cum propter Officium detur beneficium,* quam rationem aſsignat tanquam finalem ipſius beneficij, quæ, ſi non obtineatur, vult beneficiarum non aquirere fructus, qui propter tale onus dantur, et poſſe etiam priuari beneficio. Et proinde intelligit de iis beneficiis, quæ aut nullum aliud onus habent annexum, aut ſi habēt, adſunt etiam fructus correſpondentes oneri officii, qui non acquitūtur eò, quod non ad impleatur onus. Si ergo capellania habeat fructus correſpōdentes ſolum celebrationi, non erit ez iis beneficiis, quæ danrur propter officium, ſed propret celebrationem, atq. adeo non habebit locum diſpoſitio; quia ceſſabit cauſa finalis ipſius, nempe quod non percipiat fructus aſsignatos propter onus, qui non adimplet onus *l. Sed ſi mort. §. fin. ff.* De *donat, inter vir. & uxor.* & *l. Cum tale. ff.* De *condit. & demonſtr.* & *l.* 1. *§.* 5. *ff.* De *poſtulant.* et notant Gloſ. & Bart. *ibid.* Ancharan. *conſil.* 47 *num.* 4 Duen. *Reg.* 82 Tiraquel. *trac. Ceſſante cauſa par.* 1. Socin. ſen. *conſil.* 159. *nu.* 22. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 160. *nu.* 1. *par.* 1. *Diuerſ.* et coram Seraphin. *deciſ.* 976. *num.* 3. et coram Ludouiſ. *deciſ.* 149 *numer.* 1. et coram Pennia *deciſ.* 1063. *num.* 2. & *in Meleuitana hereditatis.* 1. *Iulij.* 1633 *§. Sed à primo* coram Gliſilerio. Cum enim cauſa finalis coarctet diſpoſitionem ad ſuos termi-

nos.*l.Si habitatio.§.Sed ſi.ff.* De *vſu & habit.* facit,vt non habeat locum ipſa ceſſante, alioquin excederet terminos ſuæ cauſę finalis.

4 Confir. Ideò Beneficiarius obligatur ad reſtituendos fructus, ſi non recitet officium, quia dantur propter onus recitandi, et proinde dū nō implet onus non acquirit fructus,aut ſi acquiſiuit, reſoluitur ipſo iure acquiſitio ita ſtatuente lege, vt in dicta *Conſtit.*7. Leonis X. E contra verò in capellaniis . quarum fructus non excedunt onus celebrandi, imo ſunt aſſignati à fundatoribus propter ſolum onus celebrandi;non aderit obligatio reſtituendi non recitato officio, quando enim affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio quoque eſt cauſa negationis.

5 Ex quibus deducitur,quod ſi aliqua capellania manualis,ſeu non collatiua erigeretur in beneficiū, & capellanus omitteret officium , non teneretur reſtituere fructu. Conſtat enim , quod illi fructus ex fundatione ſunt aſſignati pro ſolo onere celebrationis,nam erectio in beneficium non mutat diſpoſitionem fundatoris; et ideo cū nō percipiantur intuitu oneris recitandi offciū, deficit etiā obligatio reſtituendi omiſsa recitatione tanquam non impleto onere,ſub quo acquiruntur *l.Si pupillum. 2.ff.* De *acquir. hered.* et notant Bal. et Imola *ibid.* Ancharan. *conſil.* 330.*nu.* 11. Rota *in Romana de Zabrerijs* 4.*Maij.* 1580. coram Cantuccio. et in *Romana nullitatis.*23.*Ianuaij.*1602. coram Pamphilio,et coram Coccino. *deciſ.*65.*num.*2.

6 Secundò deducitur. Quod ſi fructus capellanię excedant onus celebrandi,tenebitur capellanus omittens celebrationē horarum canonicarum. Quia tunc et beneficium datur propter officium ; & ceſſat cauſa,ob quam aliàs capellanus nō tenetur illos reſtituere. Hæc tamen obligatio non erit quò ad omnes fructus, ſed ſolum quò ad illam quantitatem pro rata,quæ excedit onus celebrandi, iuxta doctrinam,quam tradunt Doctores *num.* 2. citati.

*An legitimato abſque praiudicio venientium ab inteſtato debeatur legitima in bonis paternis. Quæſt.*213.

S V M M A

1 *Legitimatus eſt verè legitimus.*
2 *Legitimatio poteſt eſſe limitata quò ad ſucceſſiones.*
3 *Legitimato ſine praiudicio venientium ab inteſtato an debeatur legitima.*
4 *Qui ſentiant deberi.*
5 *Legitimato debetur legitima.*
6 *Legitima ex natura rei connectitur cum legitimatione paſſiua.*
7 *Et de iure natura legitima debitur legitimato.*
8 *Princeps non poteſt tollere , quæ ſunt de iure natura.*
9 *Pontifex non poteſt diſpenſare in iure natura .*
Ius honeſtatis eſt exemptum ab omni ſuperioritate.
10 *Princeps, licet poſſit non legitimare,non tamen legitimando poteſt tollere debitum legitima.*
Inferior non habet poteſtatem ſupra diſpoſita à ſuperiore.
Poteſtas Principis non eſt contra aſsiſtentiā iuris naturalis.
11 *Limitatio ſucceſsionis in legitimatione in quo conſiſtat.*
Omnis diſpoſitio accipienda in terminis habilibus.

1 PRocedit difficultas de eo, qui verè legitimatur , ita vt ponatur in eo ſtatu , in quo eſſet , ſi ex legitimo matrimonio eſſet natus; non autem de diſpenſato tantummodo in ordine ad aliquos effectus , qui conueniunt filiis legitimis. Qui enim ſolum diſpenſatur, manet in ſtatu ſuæ illegitimitatis , & ſolum habilitatur,vel ad ſuccedendum, ſeu in ordine ad aliquem alium effectum. Qui autē legitimatur, fit verè legitimus, quia abſtergitur macula natalium,& ponitur in eo ſtatu, in quo eſſet, ſi de legitimo matrimonio natus eſſet. Auctoritas enim legitimantis tribuit id , quod legitimi tribuunt natales ſupplendo defectū legitimi matrimonii *§.Liceat igitur.& §.Si*

igitur

igitur. Authent. Quib. mod. natur. effic. leg. & Authen. Quibus modis natur. effic. ſui. init. ver. Natura eſt. Et §. Si quis ergo. & §. Et quoniam variæ. & l. Qui liberos. §. 1. ff. De ritu nupt. & admittunt communiter Doctores Bald. in l. Si is, qui pro emptore. num. 29. ff. De vſur & alij, quos ſupra citaui. quæſt. 128. num. 4. Et præterea Alexan. conſil. 2. vol. 1. Menoch. præſumpt. 35. num. 12. lib. 1. Paſchal. De virib. patr. poteſt. cap. 4. num. 102. par. 2. Rota coram Achille de Graſ. deciſ. 6. Qui fil. ſint legit. & coram Ludouiſ. deciſ. 201. num. 5. vbi, ita ſæpius fuiſſe à Rota iudicatum. Et loquuntur etiam de legitimato cum clauſula, abſq. præiudic. venient. ab inteſt. Hoc autem ſtante dubitatur, an ſic legitimatus limitatè quò ad ſucceſſionem habere debeat legitimam. In quo non conueniunt Doctores, ſed valdè controuerſum eſt.

2 Illud verò videtur tanquam certũ admittendum, quod legitimans poſſit limitare ſuceeſſionem, vt tradũt Gozadin. conſil. 6. nu 64. Dec. conſil. 268. in fine. Paris. conſil. 7. num. 17. lib. 2 Socin. conſil. 246. n. 3. ver. Secundo. Socin. iun. conſil. 93. numer. 41. lib. 3. Ruin. conſil. 75. num. 11. ver. Et prædicta. lib. 3. Natta in Cap. Quamuis. ver. Fallit ſecundo. De pactis. Io. Andr. ad Speculat. Tit. de ſucceſ. ab inteſt. §. 1. ver. Sed ex facto. Caſtrenſ. in l. Si ab eo. C. De legit. hæred. Angel. ibid. Alexan. in l. Pactum, quod dotali. C. De collat. Corn. & Dec. ibid. Surd. conſil. 337. num 52 Rolan. conſil. 26. per totum vol. 2. Rupert. Lucard. in Repetit. l. Poſthumo. nu. 43. ver. Secundò caſu C. De bonor. poſſeſ. contra tab. Peregrin. de fideicom. ar. 23. num 34 Eugen. conſil. 52. num. 47. Tiraquel. alios citans. in l. Si vnquam. verbo. Donatione largitus. num. 317. Ludetch. conſil. 170. num. 1. Ludouic. Morota conſil. 9. num. 17. Paſchal. De virib. patr. poteſt. cap. 4. nu. 133. par. 2. Rota coram Ludouiſ. deciſ. 201. num. 7. & deciſ. 35. num. 8. par. 8. Recent. Quod tamen debet intelligi de limitatione, quæ eſt ſub poteſtate legis humanæ, ſeu Principis. Quia cum non poſſit Princeps extra propriam ſpheram extendere poteſtatem, nec etiam poteſt limitare ſucceſsionem, niſi quatenus eſt intra terminos poteſtatis ipſius.

3 Quod autem legitimatus cũ clauſula. Abſque præiudicio venientium ab inteſtato, non poſsit habere de paterna hęreditate, niſi quod ei relinquitur à patre, & proinde non detrahat legitimam, docẽt magis cõmuniter Doctores, quorum plures citat, & ſequitur Paſchal. De virib. patr. poteſt. cap. 4. num. 136. & 287. & 293. quos etiam pluries Rota ſequuta eſt præſertim corã Ludou. deciſ. 135. & dec. 201. & dec. 35. par. 8. Recent. Cuius opinionis præcipuũ fundamentum eſt. Quia ſic legitimatus non poteſt ſuccedere ab inteſtato, ſed ſolũ ex diſpoſitione patris. Legitima autem eſt quota hæreditatis, quæ defertur ab inteſtato, & idso non habet locum quò ad eos, qui non habent ius ſuccedendi ab inteſtato.

4 Verum non deſunt plures, & graues, Doctores, qui ſentiunt, quod, non obſtante dicta clauſula, debeatur legitima, aut eius ſupplementũ Ita inter alios Paris conſil. 7. vol. 2. Dec. in l. Precibus. nu. 24. C. De impub. & al. ſubſt. Ruin. conſil. 86. & conſil. 185. vol. 3. Cephal. conſil. 117. num. 7. vol. 1. Laderch. conſil 170. numer. 2. Riminal. iun. conſil 469. nu. 13. vol. 4. Honded. conſil. 83. nu. 60. ver. Et quamuis col. 1. Ripa in l. Centurio, num. 48. ff. De vulg. & pupil ſubſtit. Curt. iun. conſil. 254. num. 10. lib. 3. Dec. conſil. 257. num. 2. Gabr. conſil. 24. num. 15. ver. Tertiò quia. Renat. Copin. De legib. Andegauen. cap. 41. numer. 4. Surdus conſil 185. num. 25. Alban. conſil. 7. nu. 2. Marta de ſucceſ. par 4. quęſt. 21. ar. 17. nu. 28. Cuchus tract. de legit. init. num. 4. Gárzia de nobilit. gloſ. 21. nu. 80. Rubeus ſingul. Rotæ Roman. par. 4. clauſ. 760. num. 9. & 14. Rota coram Cæſare de Graſ. deciſ. 3. num. 1. Qui fil. ſint legit.

5 Et hæc opinio mihi videtur probabilior, & ſequenda; & concluditur ex iis, quæ ab vtriuſque opinionis Doctoribus admittuntur. Conueniunt enim, quod legitimato abſque limitatione in ordine ad ſucceſſionem, debeatur legitimo, vt inter alios notant Bald. in Cap. De cauſit. num. 62. De Offic. deleg. Iaſ. conſil. 154. nu. 5. ver. Item ei debetur. lib. 2. Tiraquel. latẽ in l. Si vnquam. verbo. Suſceperit liberos. num. 69. C. De reuocan. donat. Rota deciſ.

401.

401 *.num.*1*.in fike par.* 3. *Recent.* Vnde ex hoc concluditur, quod in legitimatione tanquam in radice includatur ius ad legitimam: ita vt inter ipſam legitimationem, & legitimam intercedat connexio, per quam legitimatio exigat legitimam, & legitima ſiat debita legitimato.

6 Et hæc connexio non eſt ex lege aliqua extrinſeca, ſeu alia cauſa extranea, ſed ex ipſa natura legitimationis, per quam, cũ filius efficiatur verè legitimus, vt dictum eſt *num.* 1. Comparatur ad patrem, vt habens legitimos natales, atque adeo cum illo iure, quod pullulat ex legitimis natalibus, quod eſt ad obtinenda alimenta à patre, & participandum in bonis ipſius. Et è contra pater comparatur ad legitimatum, vt ad filium, quem debeat admittere ad cõmunionem propriorum bonorum non ſecus, ac alios filios ſpectato naturali ordine, vt ſatis conſtat, quando legitimatio eſt abſque limitatione in ordine ad ſucceſsionem.

7 Imo hæc connexio deſcendit à iure naturali, quia legitima eſt debita filijs de iure naturali *l. vnica. ff.* De *bon. damnat.* & *l. Si quis in ſuo.* C De *inoffic. teſtam.* & *l. Scripto. §. fin.* ver. Liberos *naturæ.* ff. Si *tab. teſtam. nul.* & *l. Cum ratio. ff.* De *bon. libert.* & *l. Scimus. §. Illud. C. De inoffic. teſt.* ibi *Nec per huiuſmodi tramitem interim filius defraudetur debito naturali.* & Authen. *De hared. & falcidia: in proem. §. fin.* ibi *Tanquam hoc ſecundum ipſam naturam eis eis debitum.* & Cap. *Raynutius,* & Cap. *Raynaldus. De teſtamen.* & tradunt Bart. *in l. In quartam. nu.* 10. *ff.* Ad *leg. Falcid.* Ripa *nu.* 132. Bald. *in l. fin. col.* 2. C. De *fruct. & lit. expenſ* Fabian. *in Repet. Authen. Nouiſſima. num.* 18. C. De *inoffic. teſt.* Suarez *in* Repet. *l. Quoniam in prioribus. in declarat. leg.* Re. *gni limit.* 2. *num.* 3. Cuch. *De legit. in Prę. lud. num.* 7. Menoch. *conſil.* 250. *numer.* 91. Alexan. *conſil.* 7. *num.* 8. *lib.* 2. Cephal. *conſil.* 178. *numer.* 45. *lib.* 1. Vaſquez *de ſucceſ. creat. §.* 20. *requiſ* 4. *numer.* 320. Graſſus. *de ſucceſſ. §. Legitima. quæſt.* 2. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *numer.* 7. ver. *Hanc igitur.* Berlichius *Practicab. concluſ.* 18. *num.* 21. ver. *Legitima autem.* Maranta *Reſponſ. cap.* 26. *nu.* 35. ver. *Filij autem. lib.* 5. Rota coram Gavalero. *deciſ.* 341. *num.* 1. & corãm Merlino *deciſ.* 828. *num.* 1. & alij cum Gloſ. *in dic. Cap. Raynaldus.* verbo *Nequiuit.* Quia licet ſecundum quãtitatem à iure ciuili determinata ſit, ſecundum tamen ſubſtantiã eſt debita de iure naturę. Quia ſicut lex naturalis obligat filijs perſonam patris quoad curam gerendam de ipſis; ita etiam obligat eiuſdem bona tanquam acceſſoria perſonæ iiſdem filiis pro ſubſtentatione. Legitima namque ſuccedit loco alimentorum Authen. *De trien. & ſemis.* Cap. *Prohibemus.* ver. *Vnde etiam.*

8 Princeps, autem non poteſt tollere, quæ ſunt de iure naturali, vt tradunt cõmuniter Doctores Alexan. *in l. Cum mulier. nu.* 13. ver. *Et pro confirmat. ff.* Soluto. *matrim.* Angel. *in l. Adoptio non iure facta.* ff. De *adopt.* Marſil. *in Praſ. §. fin. num.* 2. Lucas de Pennia *in l. fin. num.* 57. C. De *locat. præd. ciuil. lib.* 11. Felin. *in Cap. In cauſis. init.* De *re iud.* Curt. iun. *in l. Imperium num.* 53. *ff.* De *iuriſd. omn. iud.* Ias. *conſil.* 105. *in fine. vol.* 1. & *in l. Quominus. num.* 3. *ff.* De *flumin.* Bald. *in l.* 1. *nu.* 5. *ff.* De *conſtit.* Princip. *in* 1. *lect.* & *in l. Eam quam. num.* 33. C. De *Fideicom.* Bar *conſil.* 66. *nu.* 5. *lib.* 2. Anchatan. *in* Cap. *Quæ in Eccleſiarum. nu.* 7. *De conſtit.* Felin. *num.* 26. Imola *numer.* 2. Caſtrenſ. *in l. Reſcripta. numer.* 3. C. De *precib. Imperat. offeren.* Salicet. *in l. fin.* init. C. *Si contra ius, ad util. publ.* Iſernia *in Cap.* 1. *§. Vectigalia. nu.* 4 *init.* Quæ *ſint regal,* & alij cum Gloſ. *in l. Quoties in* 1. *gloſ. in fine.* C. De *precib. Imperat. offer.* Et deſumitur ex *l. Ille, à quo. §. Tempeſtiuum. ff.* Ad *Trebellian.* & Cap. 1. 25. *Quæſt.* 1. & Cap. *Cum inferior.* De *maior & obedien.* & Cap. Quãtò. *De translat.* Epiſcop. Ias enim naturale eſt poſitum à *Deo*, & ideo non ſubiicitur inferioribus, ſed eſt immutabile, ſicut eſt immutabilis diuina ratio, & voluntas. S. *fin.* Inſtit. *De iure natur. Gent. & ius.*

9 Et quamuis aliqui putent, quod poſſit ſummus Pontifex diſpenſare in iure natali, diuino, quia tamen, volunt, ſolũ ex graui cauſa poſſe diſpenſare, quæ de ſe ſufficiens eſt, vt caſus non cenſeatur comprehenſus ſub lege, ideò alii melius negant poſſe diſpẽſare. *D. Th. quodlib.* 4. *ar.* 3. *in corp.* & *ad* 1. Maior. *in* 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 6.

ar.

ver. Propter hoc argumentum. Durand. *diſt.* 33. *quæſt.* 1. *n.* 15. Solus. *diſt.* 18. *qu.* 1. *ar.* 5. *ad* 1. Alat. *diſt.* 38. *diſp.* 2. *ſ. Porrò quamuis.* Almain. *D. poteſt Eccleſ. cap.* 13. Driedo *lib.* 2. *de liber. Chriſt. cap.* 4. Valent. *to.* 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 8. *pun.* 6. *ver. Et quod ad priorem* Suarez *diſp.* 43. *de Eucharıſt. ſect.* 4. *ver. Tertia ſentent.* Caiet. 1. 2. *quæſ.* 97. *ar.* 4. Medina *ibid.* Ledeſma 2. *par.* 4. *quæſt.* 4. *ar.* 6. Vaſqu. 3. *par. diſp.* 223 *cap.* 3. *nu.* 21. *tom.* 3. Canus *lib.* 2. *de locis Theolog. cap.* 1. 8. *ad* 4. Salas *diſp.* 24. *de legib. ſect.* 5. *num.* 33. Sylueſter *verbo.* Papa. *quæſt.* 16. Palaus *par.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *diſp.* 6. *pun.* 3. *nu.* 4. Rurſus Suarez *lib.* 10. *de legib. cap.* 6. *num.* 7. Pontius *lib.* 8. *de matrim cap.* 3. *num.* 2. & alii ex Theologis. Concordant etiam iuriſtæ Turrecrem *in Cap. Coniunctiones.* 35. *quæſt.* 3. *nu.* 3. & *in ſum. tit. de Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 54. & 57. *num.* 1. Cardin. *in Cap. Cum ad monaſterium.* §. *vlt. num.* 6. De Monach. Couaruu. 4. *Decret. par* 2 *cap.* 6. §. 9. *num.* 4. Paris. *conſil.* 68. *num.* 20. *vol.* 4. Nauar. *conſil.* 39. *num.* 16. Tit. *De ſponſal. in* 2. *edit.* Barboſa *in Rubr. ff.* Soluto *matr. par.* 2. *num.* 104. & alii plures. Diſpenſatio namque eſt relaxatio legis. quando obligat, quando autē lex naturalis obligat, id, ad quod obligat, ita eſt honeſtum, vt oppoſitum ſit contra rationem, quæ ineſt legi naturali, atque adeo inhoneſtum, & turpe. Non poteſt autem Pont. fex diſpenſare, vt fiat aliquid turpe: præſertim quia relaxando legem non tolleret rationem naturalem, quæ ipſi ineſt. & ratione cuius id, ſuper quo diſpenſatur, redditur difforme, atque adeo turpe. Atque hæc eſt cauſa, cur ius honeſtatis ſit exemptum ab omni ſuperioritate *l. Quod ex libera.* C. De *ope. liber.* & notant Dec. *in l. Semper in contractibus. ff.* De *reg. iur.* Cagnol. *ibid.*

10 Cum ergo non poſſit Princeps venire contra ea, quæ ſunt de iure naturæ, quamuis ſit in eius libertate legitimare, vel nō legitimare, dum tamen legitimat, non eſt in eius poteſtate excludere legitimatum à percipienda legitima ob connexionem, quæ de iure naturali ineſt intereſſe legitimum, & legitimam, quæ ſit ipſi debita ex iure naturali radicato inſeparabiliter à legitimatione conceſſa. Et ideo non poteſt contra hanc connexionem quidquam diſponere, cum non habeat poteſtatem ſupra ipſam Cap. *Cū inferior.* De *maior. & obedien.* Vnde legitimationi quo ad debitum legitimæ aſſiſtit ius naturale, & in ipſam refundit ſuā obligationem, & ideo ceſſat quò ad hoc poteſtas Principis, vt tradunt Abbas *in Cap. Qua in Eccleſiarum.* De *conſtit.* & *in cap. Per tuas.* De *arbitris.* Ripa *in l. Quo minus ff.* De *Flumin.* Marſil. *in Prac. Crim.* §. *Sequens. num.* 30. Bald. *in l.* 2. *num.* 4. *ver. Sed vbi ſunt.* C. *De ſeruit. & aqua.* Crauetta *De antiq. temp par.* 1. *prin. num.* 46. Iſernia *in Cap. Naturales, num.* 1. Si *de fac. defunc.* Romanus *conſil.* 346. *num.* 11. & alij cum Gloſ. *in l. fin.* C. *Si contra ius, vel vtil. publ.*

11 Ex quibus ſequitur, quod quando Princeps legitimat cum limitatione in ordine ad ſucceſſionem, debet limitatio accipi in terminis habilibus, vt ſcilicet habeat locum quò ad ſucceſſionem legalē; nō verò quò ad ſucceſſionē naturalē, ſeu de iure naturæ debitam. Quia cum ſucceſsio legalis ſit ſub diſpoſitione legis, atque adeo Principis, poteſt circa ipsā ſtatuere, etiam in particulari eam reſtringēdo, aut, ampliando. Succeſsio vero naturalis, cum non ſit ſub diſpoſitione Principis, non continetur ſub eiuſdem diſpoſitione de ſucceſsione, cum omnis diſpoſitio accipienda ſit in terminis habilibus, vt tradunt communiter Doctores Gloſ. *in l.* 1. *verbo.* Vtilem. *ff De eo, quod cer. loco.* vbi. Bart. & Doctores cœteri. Item Gloſ. *in l.* 2. §. *Prætor ait. ff.* Qui *ſatiſd. cogan.* Iaſ. *ibid.* Iacob. de Aren. *in l.* 1. §. *Nunciatio ff.* De *oper. no nun.* Bart. *n.* 21. Cephal. *conſil.* 23. *n.* 124. Felin. *in Cap.* 1. *De iudic.* Natta *conſil.* 359. *nu.* 5. Capel. Tholoſana *deciſ.* 120. Ruin. *conſil.* *numer.* 15. *vol.* 2. Tiraquel. *de retrac. conſang.* §. 1. *gloſ.* 7. *nu.* 26. Surd. *conſil.* 280. *num.* 8 Crauetta *conſil.* 307. *num.* 1. Toſch. *littera D. concluſ.* 505. Galleſio. *De forma inſtrum. Cameral. par.* 2. *quæſt.* 1. 2. & 3. Vnde legitimatus limitatē ſuccedit ab inteſtato iure naturali quò ad legitimam, quatenus iure naturali defertur: licet nō ſuccedat iure ciuili quò ad aliam hæreditatem.

An ſi legitimatus ſine præiudicio venien- tium ab inteſtato, ſit hæres vniuerſalis grauatus reſtituere, poſsit detrahere legitimam. Quæſt. 214.

S V M M A.

1 *Legitimatus limitatè, ſi ſit hæres vniuerſalis detrahit legitimam &c.*
2 *In hæredem vniuerſalem tranſeunt omnia iura hæreditaria etiam legitima.*
3 *Ex qualitate relicti colligitur mens teſtatoris.*
Pater inſtituens legitimatum &c. remouet impedimentum, quò ad legitimam.
4 *Legitima cenſetur conceſſa legitimato limitatè, ſi non prohibeatur ab inſtituente.*
5 *Hæreditas continet legitimam vt partem debitam filiji.*
Renuncians hæreditati cenſetur renunciare legitimæ.
6 *Inſtitutio hæredis vniuerſalis habet vim ſpecialis nominationis.*
7 *Excluſus generaliter à ſucceſsione, eſt excluſus à legitima.*
8 *Clauſula abſque præiudicio venientium ab inteſtato, non excludit à legitimo.*
Legitima non eſt quota hæreditatis, ſed quota bonorum.

---

1 IVxta ea, quæ dicta ſunt *præced. quæſt.* nulla adeſt difficultas, cum cuicunque verè legitimato de iure naturali debeatur legitima. Solum locũ habet ſuppoſito, quod limitatè legitimatus in ordine ad ſucceſsionem nõ habeat ius ad legitimam, an ſcilicet illud acquirat ex eo, quod inſtituitur à patre hæres vniuerſalis. Et *affirmatiuè videtur* reſoluendum. Ita etiam Dec. *in l. Precibus. nu.* 24. C. De *impuber* Gabr. *conſil.* 24. *nu.* 15. ver. *Tertio. quia. vol.* 2. Ripa *in l. Centurio. num.* 48. *ff.* De *vulg. & pupil. ſubſtit.* Alban. *conſil.* 7. *num.* 2. Zanchin. *in l. Heredes mei. §. Cum ita num.* 4. *ff.* Ad *Trebel.* Cuch. De *legit. init. num.* 4. Natta *conſil* 216. *num.* 10. Menoch. *conſil* 210 *num.* 49. & *conſil.* 950. *num.* 7. Surdus *conſil.* 185. *num.* 23. ver. *Rationes, quoq. & num.* 25.

2 Ratio deſumitur ex ipſa vniuerſalitate inſtitutionis. Dum enim filius legitimatus inſtituitur hæres vniuerſalis, trãſferuntur in ipsũ omnia iura hæreditaria eo modo, quo poſſunt transferri à patre in filium, cum non inſtituat ipſum hæredem tanquam extraneum, ſed tanquam filium, et dum præfert cœteris, inſtitutio procedit ex illa affectione, qua ipſum diligit vt filiũ, & transfert in ipſum iura hæreditaria cum illis qualitatibus, cum quibus transferuntur in filium: & proinde cum iure ad legitimam tanquam legitimam, cum poſsit hoc ius ipſi concedere, ſi quidem voluntas teſtatoris regit teſtamentum *l. In conditionibus. ff.* De *condit. & demonſtrat.* & voluntas eſt ſecundum menſuram affectionis.

3 Præſertim quia ex qualitate relicti colligitur, quid ſenſerit teſtator. *l. Plenum. §. Equitij. ff.* De *vſu & hab.* & *l. Sed & ſi ſuſceperit. §. 1. ff.* De *iudic.* Dum ergo pater relinquit filio legitimato totam hæreditatem ipſum inſtituendo vniuerſalem hæredem, ſatis colligitur, quod voluerit ipſum eſſe hæredem eo modo, quo ſunt filii nõ obſtante legitimatione limitata in ordine ad ſucceſsionem, & proinde quod haberet legitimam liberam, prout de iure habeat filii. Dum enim filius inſtituitur à patre, remouetur impedimentum, quod poterat obſtare, ne conſequeretur legitimam. *l. Non putauit. §. In adoptione ff.* De *bonor. poſſeſ. contra tab.* & ponderat. Surd. *conſil.* 185. *num.* 20.

4 Accedit etiam. Quod, dum pater grauauit filiũ legitimatum, vt reſtitueret hæreditatem, potuit etiam grauare ad reſtituendum legitimam, quod cum non præſtiterit, cenſetur ei liberè conceſſa, & poterit detrahi in reſtitutione, vt tradunt Bald. *in l. Precibus. num.* 3. C. De *impub.* Caſtrenſ. *num.* 19. *in fine.* Alexan. *nu.* 17. Curt. iun. *num.* 74. Iaſ. *num.* 17. ver. *Quarta vtilitas.* Caſtrens. *num.* 19. in fine. Iacobin. *n.* 19. Caccialup. *num.* 88. Io. de Garron. *in Authent. Ex teſtamento. nu.* 25. C. De *ſecun. nupt.* & alii cum Gloſ. *ibid.* verbo. *Peti. poſſunt.* Imola *in l. Centurio.* ver. *Tertius effectus. ff.* De *vulg. & pupil. ſubſtit.* Ripa *n.* 26. Dec. *conſ.* 257. *circa fin.* Quando .n. poteſt aliquid adimi, & non adimitur, cenſetur con-

conceſſum. *l.* 3. & *l. Conficiuntur. ff. De iure Codicil.* & obſeruant Doctor. in *l. Cū filio. ff. De legat.* 1. pręſertim Bald. Nouel. init. Ita arguit Surd. *conſil.* 185. *num.* 22. *in fine.*

5 Rurſus cum ſit hæres vniuerſalis ſuccedit in bona, & hæreditatem pater. nam: bona autem, & hæreditas paterna continent legitimam tanquam partem debitam filiis, ita vt eam trahant ſecum. Et proinde renuncians bonis, & hæreditati paternæ, cenſetur etiam renunciare legitimæ, vt obſeruāt Ruin. *in Repet. l. Gallus* §. *Et quid ſi tantum. num.* 268. & *conſil.* 51. *nu.* 13. ver. *Poteſt etiam. lib.* 3. Menoch. *conſil.* 831. *num.* 5. Vnde ſic inſtitutus acquiret legitimā tanquam legitimā, cū acquiratur ad acquiſitionē vniuerſalis hæreditatis, & proinde eo modo, quo in ipſa continetur.

6 Et ſicut ſi pater expreſsè, & ſpecialiter reliquiſſet filio limitare legitimato in ordine ad ſucceſsionem legitimā, & deinde inſtituiſſet hæredem vniuerſalem, non teneretur reſtituere legitimam, niſi in hoc eſſet expreſsè grauatus. Ita neque etiam tenetur reſtituere, dum eſt inſtitutus vniuerſalis hæres. Siquidem inſtitutio hæredis vniuerſalis habet vim ſpecialis nominationis iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in l. Vnum ex familia.* §. *Si duo. not.* 3. *ff. De leg.* 2. Bart. *num.* 2. Cuman. *numer.* 1. Caſtrens. *ibid.* & cœteri Doctor. Rota *in Romana domus in monte Iordano*, 29. Maij. 1579. coram Brauo, & in alia *Romana domus* 15 *Iunij.* 1589. coram Blanchetto, & coram Pennia *deciſ.* 294. *num.* 5.

7 Et facit etiam, quod filius generaliter excluſus ſiue à lege, ſiue à ſtatuto, vt eſt filius illegitimus, eſt etiam excluſus à legitima, vt tradunt Alexan. *in l. Gallus.* §. *Et quid ſi tantum. ff. De liber. & poſth.* Ias. *in l. Si quando.* §. *Et generaliter. in fine.* C. De *inoffic. teſtam.* Gozadin. *conſil.* 43. *num.* 23. Natta *conſil.* 308. *num.* 3. Rolan. *conſil.* 62. *num.* 50. *vol.* 3. Cephal. *conſil.* 404. *numer.* 1. A contrario ergo ſenſu incluſus generaliter ad hæreditatem erit incluſus etiam ad legitimam tanquam legitimam. Præſertim quia potior ratio militat in incluſione, quàm in excluſione; quia in illa à fortioti arguitur volūtas paterna, quod filius habeat ſuam legitimam, dum vult habere totam hęreditatem; in hac verò ex ſola vniuerſalitate excluſionis inducitur excluſio à legitima.

8 Denique, illa clauſula *Abſque præiudicio venientium ab inteſtato*, excludit ſolum legitimatum à ſucceſsione, & hæreditate ab inteſtato. Et proinde non excludit à legitima, vt obſeruant Berengar. *in l. In quartam. in* 3. *Præfat. num.* 356. *ff. Ad leg. Falcid.* Valaſc. *in Praxi Partit. cap.* 17. *n.* 10. quia legitima non eſt quota hæreditatis, ſed quota bonorum *l. Papinianus.* §. *Quarta. ff. De inoffic. teſtamen.* & *l. Scimus.* §. *Repletionem.* & *l. Cū quæritur.* C. De *inoffic. teſtam.* & tradunt Roland. *conſil.* 39 *num.* 3. *lib.* 1. Coſta *in Cap. Si pater. ver. ſubſequenter. nu.* 24. De *teſtamen. in* 6. Didacus de Segura *in l. Cum patronus. num.* 49. *ff. De legat.* 2. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 5. Afflict. *deciſ.* 382. *num.* 2. Alexan. *in l. Ita tamen.* §. *Si patronis. ff. Ad Trebellian.* Peralta *in l.* 3. §. *Qui fideicommiſſariam. num.* 141. *ff. De hæred. inſtit.* Vaſquez plures citans. *de Succeſ. creat.* §. 20. *numer.* 21. Berengar. *in dict. l. In quartam. numer.* 14. *ff.* Ad *leg. Falcid.* vbi & cœteri Doctores. Rota coram Caualero *deciſ.* 325. *num.* 2. & coram Merlino *Deciſ.* 581. *nu.* 35. & apud Merlin. *De legit. deciſ.* 125. *num.* 4. Vnde hæc ratio corroborat etiam quæ dicta ſunt *quæſt. præced.*

Quinam teneatur recitare Officium B. Virginis, quando penſionarius cedit alicui commoditatem penſionis. Qu. 215.

SVMMA.

1 *Commoditas penſionis differt à penſione.*
Penſionarius poteſt transferre in alium commoditatem penſionis.
2 *Beneficiarius non percipiens fructus non tenetur ad Horas canonicas.*
Titularis non tenetur recitare officium, ſi authoritate Papa habeat ſolum titulum, & alius fructus.
3 *Penſionarius cedens commoditatem penſionis tenetur recitare Officium B. V.*
Obligatio recitandi officium in quo radicetur.
4 *Cedens commoditatem penſionis quid cedat.*

Ceſsionarius vtitur iure cadentis.

5 *Penſionarius dum cedit commoditatem percipit commodum penſionis.*

6 *Beneficiarius quando nō teneatur recitare officium, ſi non percipiat fructus.*

7 *Separatis omnibus fructibus à beneficio ceſſat obligatio horarum canonicarum.*

---

1 COmmoditas penſionis eſt quid diuerſum à penſione; nam penſio importat ius percipiēdi fructus ex aliquo beneficio commoditas verò penſionis importat ius vtendi dictis fructibus; & proinde eſt merè temporalis, ſicut ſuat fructus; & eſt ſub libera diſpoſitione penſionarii, ſicut ſunt ipſi fructus, de quibus poteſt ad libitum diſponere, atque adeo etiam de commoditate penſionis. Ex quò fit, qaod poſsit abſque alia licentia retento titulo transferre in alium commoditatem penſionis, vt docent Prępoſit. *in Cap. Audiuimus. 1. Quaſ. 3.* Nauar. *conſil. 62. De ſimon.* Azor. *par. 2. lib. 8. cap. 10. quaſt. 11. & cap. 11. queſt. 2. & 14.* Garzia. *par. 1. de beneſic. cap. 5. nu. 29. & par. 2. cap. 1 num. 38.* Zerola *in Praxi verbo* Alienatio. *§. 3. concluſ. 10.* Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 26. num. 9. & 17:* Naldus *in ſum. verbo.* Penſio. *num. 10.* Filliuc. *trac. 42. cap. 9. queſt. 8 num. 14.* Bonae. *quaſt. 4. de Simon §. 13. propoſ. 2. nu. 13.* Ripa. *De ſimon. par. 1. ar. 4. num. 34.* Io. Vuameſius *conſil. canon. 50 num. 3.* Lotter. *De benefic. queſ. 42. n. 24. lib. 1.* Rota corā Ludouiſ *dec. 440. n. 7.* Vnde inſurgit dubium, an conceſſa alicui commoditate penſionis teneatur penſionarius, an verò commodatarius recitare officium paruum B. Virginis.

2 Et quod non teneatur penſionetius, ſed comodatatius videtut ſuaderi ex eo. Quod ſolus commodatarius percipit cōmodum penſionis, propter quod eſt impoſitum onus recitandi: Et proinde iuxta regulam iuris, eu mſentiat commodum, debet ſentire etiam incommodum. Cap. *Qui ſentit. De reg. iur. in 6.* Secundo. Quādo beneficiarius non percipit fructus beneficii, nō tenetur ratione ſolius tituli recitare officium diuinum, vt doceut Roſa aurea *tract. 3. De queſt. impertinen. caſu 19.* Caiet. *in ſum verbo.* Hora. vbi etiam Palat. Armil. *num. 1.* Sotus *lib. 10. De iuſt. & iure. quaſt. 5. ar. 3. ver. Pari modo* Corduba *in ſum. quaſt. 186.* Nauar. *cap. 25. Manual. nu. 103.* Sandoual. *De offic.* Canon. *par. 5. cap. 5.* & alij. Quia obligatio recitandi ratione beneficii conſurgit ex fructibus tanquam ex merecde Cap. *Cum ſecundum, De prębendis*. Eſt autem eadem ratio de penſionario. Tertio. Quando alicui datur beneficium, & alteri auctoritate Papæ reſernantur omnes fructus, non tenetur Titularis recitare officium, vt tradunt Nauar. *cap. 25. Manual. numer. 104.* Cordu ba *in ſum. queſt. 186.* Sandoual. *De offic.* Can. *par. 5. cap. 5.* Sanchez *lib. 2. conſil. cap. 2. dub. 77. num. 3.* Et hoc etiam volunt Sotus *lib. 10. de Iuſt. & iure. quaſt. 5. ar. 3. ver. Pari modo.* Palat. *in ſum.* verbo. *Hora.* Ergo neque tenebitur, qui habet ſolum titulum penſionis, eum ſit eadem ratió.

3 Tenendum tamen eſt. *Titularem teneri recitare officium B. Virgin. non obſtante, quod alteri cedat totam commoditatem penſionis*. Ita loquentes de beneficiario, qui cedit fructus alteri. Nauar, *in Manuali cap 25. num. 103.* Sotus *lib. 10. de iuſt. & iure. quaſt. 5. ar. 3. ver. Pari modo* Cotduba *in ſum. quaſt. 186.* Ledeſma *2. par. 4. queſt. 16. ar. 4. dub. 5.* Palat. *in 4. diſt. 15. diſp. 9. §. Etenim qui ceſſit. fol. 144. col. 2.* Ratio eſt. Quia habet titulum penſionis coniunctū cum fructibus, quos exigere poteſt, & ipſi ſunt debiti, quod ſatis ex eo patet, quia ſi fructus uon eſſent ipſius, non poſſet eos alteri cedere. Cum ergo habeat titulum, & fructus, habet totum id, in quo radicatur obligatio recitandi iuxta Conſtit. Pij V. Titulus enim pariens fructus inducit huiuſmodi obligationem.

4 Confir. Cedens commoditatem penſionis non transfert ius in ceſsionariū exigendi fructus, nam in hoc iure conſiſtit ipſa penſio, quæ non poteſt auctoritate propria in alium transferri, ſed tantum cedit ipſos fructus tanquam ad ſe pertinentes, & de ſuo iure, ſiquidem ceſsio non egreditur ius cedentis, vt notat Socin. *conſ. 97. num. 60.* vnde ſupponit, quod penſionatius faciat fructus ſuos. Præſertim quia ceſsionarius vtitur iure cędentis

in

in ſe translato *l. Emptor.* C. De *rei vendit.* & notãt ibi Bald. *not.* 1. Itẽ Bald. *in l. Per diuerſas. C. Mandati* Iaſ. *in l. Si emancipati. n.* 13. C. De *collat.* Cũ ergo ceſſionarius nõ poſſit vti iure pẽſionarii ad exigẽdos, fructus quia hoc nõ poteſt in ipsũ trãſferri, vtetur iure ipſius, quod habet ad diſponendũ de fructibus, atque adeo ſupponet, quod fructus ſint ipſi acquiſiti, ſi igitur pẽſionarius acquirit fructus, nihil remanet, vnde eximi poſſit à recitatione Officii B. Virginis.

5 Ad 1. in oppoſitum reſp. Illam regulam facere pro firmata concluſione; nam penſionarius ſentit commodũ penſionis, quia, vt modo dicebatur, facit fructus ſuos, & poſtea tamquam ſuos cedit alteri con cedendo ipſi commoditatem penſionis. Vnde ceſſionarius non percipit commodum ex penſione, ſed ex donatione, ſeu alio contractu penſionarii, & ideo non tenetur ad onera annexa penſioni. Pẽſionarius vero percipit immediatè cõmodum ex penſione, quia in virtute iuris, quod acquirit in penſione exigit fructus; licet poſtea iis ſe priuet transferendo cõmoditatem in alium.

6 Ad 2. Beneficiarium non teneri recitare officium; quando nõ percipit fructus, ſi per ipſum non ſtet, quin percipiat: ſecus autem, ſi per ipſum ſtet, quòd nõ percipiat, vt tradũt Sotus *lib. 10. de iuſt. & iur. q. 5. ar. 3. poſt 2. concluſ.* Aragon. 2. 2. *quæſt.* 83. *ar.* 12. *dub.* 3. *poſt.* 2. *concluſ.* Palat. *in 4. diſt.* 15. *diſp.* 9. §. *Quod ſi fructibus. pag.* 144. *col.* 1. in fine Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *de boris Canon. cap.* 20. *num.* 12, *dict.* 4. Filiuc. *tract.* 23. *cap.* 5. *quæſt.* 5. *numer.* 102. Corduba *in ſum. quæſt.* 186, Graf. *par.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 50. *num.* 14. ver. Secundò am. pliatur. Azor. *par.* 1. *lib.* 19. *cap.* 4. *quæſt.* 6. Rodriquez *par.* 1. *ſum. cap.* 141. *concluſ.* 3. Sanchez *lib.* 2. *Conſil. moral. cap.* 2. *dub.* 71. *num.* 4. Garzia *de Beneſic. par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 45. Paris. *lib.* 1. *de reſignat. quæſt.* 9. *numer.* 3. Laiman. *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. & alii apud citat. Doctor. & cœteri quoque adduxi in argumento. Quia ſi per ipſum ſtat, ne percipiat, perinde ſe habet, ac ſi perciperet; & ideo vrgetur obligatione recitanti. In noſtro autem caſu, non ſolum ſtat per penſionarium, ne percipiat fructus, ſed imi…

tos alteri cedit.

7 Ad 3. reſp. I…
adducitur in argum…
beneficiarius nullo…
fructus, & ita intelli…
mo loco citati. Et…
driquez *par.* 1. *ſum. c*…
4. Vega *par.* 1. *ſum. c*…
par. 3. *de beneſic. cap.*…
2. *de relig. lib.* 4. De *bor. canon. cap.* 20. *nu.* 5. Filiuc. *tract.* 23. *cap.* 5. *quæſt.* 5. *dicto.* 2. *nu.* 163. Vnde hoc ipſum dicendũ eſſet etiã de penſionario quò ad Officium B. Virginis, ſi Papa concederet vni nudum titulum penſionis, & alteri omnes fructus; Quia tunc ſuſpenditur obligatio, quam inducit titulus, eò quod careret illo compenſatiuo, quo onus recitandi compenſari debet. Verum, caſus, de quo agitur, eſt diuerſus; quia neque interuenit auctoritas Papæ ſeparans fructus à titulo; neq. fit talis ſeparatio, quia penſionarius facit fructus ſuos, & tanquam factos ſuos cedit alteri, vt dictum eſt.

An ſi penſionarius nõ recitet Officium B. Virginis, reſtitutio cedat in præiudicium ipſius, an verò commodatarij. Quæſt. 216.

S V M M A.

1 *Fructus penſionis reſtituendi ob non recitatũ officium decreſcunt commodatario.*

2 *Fructus quando non acquirantur penſionario.*

Fructus non acquiſiti penſionario non fiunt commodatarij.

Dans alteri dat ſecundum menſuram iuris quod habet.

3 *Quod non eſt veriſimile, non poteſt præſumi.*

4 *Penſionarius omittens officium quando teneatur reſarcire fructus commodatarius.*

Qui dat cauſam damni, tenetur reſarcire.

5 *Penſionarius quomodo probet non recitaſſe Officium.*

Iuramentum habet vim probationis.

In materia difficilis probationis admittuntur probationes, quæ aliàs non admitterentur.

dito poterit irritare, quia vni volũtati annuet, & alteram coercebit. Si autem ſemel poterit irritare, poterit ſemper irritare, quia votum non erit extra poteſtatem dominatiuam.

9 Tertiò. Poteſtas dominatiua irritandi vota ſuorum ſubditorum in prælatis Regularibus eſt certa, ità vt ex vi profeſſionis acquirant hoc ius quò ad ſingulos ſubditos, & quò ad omnia vota. Quod autem votum ſtrictioris religionis non continеatur ſub hac poteſtate, eſt dubiũ, quia nullibi id ſtatuitur, & ſolum deducitur per cõſequentiam ex eo, quod à iure prohibentur impedire tranſitũ ad ſtrictiorem Religionem. Qua tamen conſequentia negata, nò poteſt probari, niſi debilibus rationibus, & quę facilè ſolui poſſunt; & potioribus rationibus oſtenditur, non poſſe deduci talem conſequentiam, vt conſtat ex dictis. Vnde ad ſummũ remanet in aliquo gradu probabilitatis, quod tale votum nõ ſubſit potentiæ dominatiuæ. Probabilia autem non poſſunt præualere contra certa, & proinde non poteſt ius certum prælatorum deturbari ex probabilibus rationibus, cum non debeat quis iure ſuo priuari abſque expreſſa lege §. *Cum igitur.* ver. *Sicut enim* Authen. *De non eligen. ſecun. nupt.* ibi *Neq. qualibet lex eſt aliquid tale dicens.* & *l. Et ſi quis Diuus. §. Diuus. ff.* De *relig.* ibi *Non rectè facere: pœnas tamen in eum ſtatutas non eſſe*, & notant Barbat. *conſil.* 11. *num.* 7. *vol.* 1, Bald. *in Authen. Ex teſtamento.* C. De *ſecun. nupt.* Præſertim quia præſumitur, quod ſummus Pontifex nõ tollat ius alienum Cap. *Super eo, De offic. deleg.* et notant Felin. *ibid, num.* 3. Gomez *ad Reg. de nõ tollen. inde quæſ. qu.* 5. ver. *Sed prædictis.* Vnde non eſt aſſerendum, quod Põtifex in dic. Cap. *Licet.* De *regular.* dũ præcipit Prælatis Regularibus, vt concedant licentiam petentibus trãſitum ad ſtrictiorẽ Religionẽ, velit etiam ipſos priuare poteſtate irritãdi votum de tali Religione, cum id non exprimat, nec veniat in conſequentiam ad tale præceptum, cum adhuc irritato voto poſſint huiuſmodi licentiam concedere.

10 Accedit pro confirmatione. Quod eſt dubiũ, an votum ſubiiciatur poteſtati dominatiuæ ex eo, quod dubiũ eſt, an vouens ſit ſubiectus, an non. In hoc autẽ dubio, poteſt Superior adhuc votũ irritare, vt docent Suarez *to. 2, de relig. lib. 4. de voto. cap. 6. n. 1. & lib. 6. cap. 6. n. 4. in fine.* Sãchez *lib. 2. de matrim. diſp. 41. n. 39. ver. Sed dicendum eſt.* vbi ver. *Imo quando,* extendit ad caſum, in quo adeſſet opinio, ſed non vehemens, quod votum eſſet emiſſum extra tẽpus ſubiectionis, &: *lib. 4. ſum. cap.* 32. *nu.* 2. Quia nimirum ſtante dubio præualet poteſtas certa irritandi, quæ non poteſt deturbari per aliquid incertũ. Præſertim quia exemptio à poteſtate dominatiua in votis eſt odioſa, & proinde ſtrictè accipienda, ità vt non ſit admittenda, niſi de ipſa conſtet, ſicut non admittitur caſus reſeruatus, niſi cõſtet de reſeruatione. Rurſus poſſeſſio facultatis irritãdi eſt certa, & prior, quàm ſit votum, quod proinde remanet in dubio in poſſeſſione ſuæ exemptionis: vnde fauendum eſt poſſeſſioni certæ, & priori irritandi. Cum ergo exemptio quoque huius voti à poteſtate dominatiua prælati ſit dubia ſtãdum eſt pro poſſeſsione certa Prælati irritandi,

11 Denique prælati Regulares habens pro ſe regulam, quod irritare poſſint vota ſuorũ ſubditorũ. Quod autẽ nõ poſsint irritare votũ ſtrictioris Religionis eſt exceptio de Regula, quę proinde, vt habeat locũ, debet concludenter probari, quod non ſubſit prædictæ facultati, *l.* 1. *ff. De except.* & notant Bart. *ibid.* Paris. *conſil.* 45 *init. lib.* 1. Corneus *conſil.* 223. *lib.* 2. Roman. *cõ.* 124. *num.* 4. Dec. *conſil.* 142. *n.* 4. Alexand. *conſil.* 79, *num.* 5. *lib.* 7. Rota *deciſ* 182. *nu.* 2. coram Ludouiſio. Exceptio autem huius voti non probatur concludenter, quia ſolum deducitur per conſequentiam ex eo, quod non poſſunt prælati impedire huiuſmodi tranſitum; quæ tamen conſequentia non tenet, cum ſint ſimul compoſsibilia & irritatio voti, & non impedire tranſitum, quia irritatio ſolum facit, vt non tranſeat ex vi obligationis voti: nõ autem, quod non tranſeat ex propria deliberatione. Hæc ſunt, quæ reddunt difficilem communem ſententiam, & fateor apud me vim magnam habere: nolo tamen aliquid contra ipſam reſoluere.

An

An Prælatus Regularis poſſit acquirere Monaſterio reuocabiliter. Quæſt. 209.

SVMMA

1 *Prælatus Regularis poteſt acquirere Monaſterio reuocabiliter.*
2 *Prælatus Regularis in quærendis poteſt præiudicare Monaſterio.*
Argumentum de toto ad partem quando valeat.
3 *Qui poteſt facere actum, poteſt etiam qualificare.*
Acceptio eſt cum qualitate impoſita rei datæ.
4 *Religioſus quicquid acquirit, Monaſterio acquirit.*
Si Prælatus acquirat reuocabiliter, id facit de mandato Monaſterij.
Quomodo poſſit reuocare acquiſitionem reuocabilem.
5 *Acquiſita reuocabiliter poſſunt à Prælato alienari ſine ſolemnitate.*
Dominium reuocabile non eſt verum dominium.
6 *Regulares poſſunt pecunia deſtinata ad aliquem vſum prointerim emere fundum fructifrum, & poſtea alienare.*

1 NOmine acquiſitionis reuocabilis intelligitur ea, per quam non acquiritur firmũ, & ſtabile dominiũ. ſed ad alicuius beneplacitũ reuocabile; vnde acquiſitio remanet qualificata, & depẽdens ab alicuius arbitrio: et proinde nõ eſt acquiſitio abſoluta, ſed ſecundum quid: Dicendum eſt autem. *Prælatum Regularem poſſe acquirere Monaſterio reuocabiliter*. Ita loquens de Epiſcopo quò ad acquiſitionem pro ſua Eccleſia Rota corã Ludouiſio. *deciſ.* 401. *num.* 12. Eſt autem eadem ratio, quò ad Prælatos Regulares, cum ipſi quoque acquirendo Monaſterio acquirant Eccleſiæ.

2 Ratio eſt. Quia prælatus Regularis poteſt acquirere, & non acquirere Monaſterio, cum poſſit in quærendis præiudicare eccleſiæ vt tradunt Franc. *in Cap.* 1. *num.* 26. *limit.* 11. & *nu.* 27. *De reb. Eccleſ. non alien.* Abbas *in Cap.* 1. *num.* 22. *De dolo.* & *in Cap. Tua. numer.* 9. *De his, quę fiunt à Prælat. ſine conſen. Capit.* Ias. *in l. Legatum. num.* 20 *ff. De leg.* 1. Menoch. *præſump.* 63. *nu.* 280. *lib.* 6. Rota coram Coccino *deciſ.* 485. *num.* 10 Si ergo poteſt non acquirere, poterit etiam acquirere reuocabiliter, quod ſit partiali modo acquirere, ſeu cum acquiſitione taliter qualificata, quæ ipſam diminuat in ratione acquiſitionis Valet enim argumentum de toto ad parrem, quando pars continetur in ipſo toto *l. Quæ de tota. ff. De rei vendicat.* vbi Doctores, et tradunt Gammar. *lib.* 1. *Dialect. legal, loco* 4. Euerar. *in Topica iur. loco* 8. Rota *deciſ.* 223. *num.* 5, *par.* 3. *Recentior.*

3 Deinde qui poteſt facere actum, poteſt etiam ipſum qualificare. *l. In actionibus. ff. De in lit. iuram.* et notaut Iaſ. *ibid. not.* 2. Alexan. *in l. Nemo poteſt. numer.* 18. *ff. De legat.* 1. Caſtrens. *ibid. in fine*, Becc *conſil.* 101. *num.* 27. Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 476. *num.* 7. Si ergo prælatus Regularis poteſt facere actum acquiſitionis ad fauorem Monaſterii, poterit etiam ipſum qualificare qualitate reuocabilitatis. Et Monaſterium non acquiret, niſi cum tali qualitate, quia acceptatio debet fieri cũ ſua qualitate, vt tradunt Angel. *in l. Apud Gallum. §. Si hęc. ver. Et iſte tex. ff. De dolo, except.* Socin. *conſil.* 91. *num.* 6. *lib.* 4. Tiraquel. *De leg. connub. circa fin. tit. numer.* 4. Rota corã Robuſterio, quæ eſt *deciſ.* 853. *num.* 1. *par.* 4. *Diuerſ.*

4 Verum obiici poteſt. Quod cum prælatus Regularis ſit Religioſus, quicquid acquirit, Religioni acquirit, vt obſeruant cõmuuiter Doctores Gloſ. *in Cap.* 1. *gloſ. penult. De teſtam.* Paleottus *deciſ.* 82. Rota coram Ludouiſio *deciſ.* 87. *num.* 12. *Et* proinde non poſſe ipſum in acquirendo apponere qualitatem reuocabilitaris, quia cum acquiſitio fiat nomine Religionis, debet acquirere abſolutè Rurſus, neo poterit reuocare acquiſitionem, cum non habeat ius ad ea, quæ tendunt in pręiudicium Religionis. Reſp. Acquirere Religioni tãquam adminiſtratorem bonorum ipſius, et ideo poſſe qualificare acquiſitionem eo modo, quo iudicauerit

expedire; nam cenſetur id facere de voluntate, & mandato Monaſterij Cap. *fin.* De *regiur. in* 6. & iuxta ea, quæ notant Dec. *conſil.* 510. *num.* 6. Abbas. *conſil.* 104. *num.* 5. *col.* 1. Rota *deciſ.* 623. *num.* 2. *in fi. par.* 4. *Recent.* Reuocatio autem acquiſitionis fit etiã tãquã ab adminiſtratore: & hoc non eſt detrahere aliquid Religioni, quod ſuum ſit, ſed vti acquiſitione ſecundum ſuam qualitatem, quam ab exordio habuit, præfigendo terminum dominio acquirentis iuxta reſeruationem factam in primordio acquiſitionis, quod præſtari poteſt ab ipſo Prælato tanquam adminiſtratore. Neque facit contra ius Monaſterij, quia, cum Monaſterium acquirat reuocabiliter, dum reuocatur acquiſitio, nihil de iure ipſius tollitur, quia non acquiſiuit irreuocabile, ſed reuocabile; vnde non fit contra ius ipſius, ſi tollitur, quod ab initio datum eſt cum facultate auferendi.

5 Ex quibus deducitur. Regulares poſſe alienare acquiſita reuocabiliter abſque ſolemnitate, vt deſumitur ex Rota *cit. deciſ.* 401. coram Ludouiſio, dum approbauit tanquam legitimum factum Epiſcopi, qui dotauit neptes ex bonis immobilibus acquiſitis reuocabiliter ex fructus Epiſcopatus. Et ratio eſt. Quia in hoc non interuenit vera alienatio; ſiquidem alienatio ſupponit verum, & proprium dominium, quod non eſt tale, quando poteſt ſtatim reuocari, vt contingit, quando acquiritur reuocabiliter *l. Non videtur. ff.* De *acquir. poſſeſ.* & notat Bald. *conſil.* 186. *num* 8. *init. lib.* 6. Deinde talis alienatio ſupponit reuocatam acquiſitionem, & ideo non verſatur circa rem eccleſiaſticam. Reuocatio autem acquiſitionis eſt legitima, quia fuit reſeruata in ipſo limine acquiſitionis: & res acquiſita tranſiuit cum hoc onere.

6 Secundò deducitur. Quod ſi Regulares habeant pecuniam implicandam pro fabrica, aut alio opere, ſed pro aliquo tempore expectandum ſit, poterunt interim ex ea emere fundum fructiferum, & ipſum, quando expendenda erit pecunia, alienare abſque ſolemnitate. Nam acquiſitio non eſt perpetua, aut abſoluta, ſed ad tempus, & reſoluenda, quando neceſſaria fuerit pecunia. Et ideo non alienatur res eccleſiaſtica, cum iam reſolutum ſit dominium acquiſitum, & conſequenter non eſt neceſſaria ſolemnitas, quam requirit alienatio rei eccleſiaſticæ.

An Epiſcopi non recitantes horas Canonicas teneantur reſtituere fructus. Quæſt. 210.

SVMMA

1 *Non recitans horas canonicas tenetur reſtituere fructus beneficij.*

2 *Quomodo hæc reſtitutio facienda.*

3 *Epiſcopus an teneatur reſtituere fructus, ſi omittat horas canonicas.*

Epiſcopatus non venit ſub generali appellatione beneficiorum.

4 *Ius ad fructus Epiſcopatus non confertur propter Officium.*

Ceſſante fine ceſſat diſpoſitio.

5 *Dictio, Alia, coarctat vniuerſalitatem verbi ad ſimilia expreſſis.*

Dictio, Alia, quando ſtrictè accipienda.

6 *Epiſcopus non recitans Officium tenetur reſtituere fructus beneficiorum.*

7 *Epiſcopi quando comprehendantur ſub generali diſpoſitione.*

Non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione ſuſpenſionis, & interdicti.

1 LEo X. *in Concil. Lateranen.*, vt habetur in ſua *Conſtit.* 7. §. 38. *tom.* 1. *Bullar.* ſtatuit, *Vt quilibet habens beneficium cum cura, vel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit legitimo impedimento ceſſante beneficiorum ſuorum fructus ſuos non faciat pro rata omiſſionis recitationis officij. & temporis. Sed eos tanquam iniuſtè perceptos in fabricam huiuſmodi beneficiorum, vel pauperum eleemoſinas erogare teneatur.* Et ſubdit, quod ſi in negligentia recitandi contumaciter permanſerit præuia legitima monitione beneficio priuetur. Et vult ſufficere, vt poſſit priuari, ſi per quindecim dies ſaltem bis non recitauerit.

2 Quam Conſtitutionem declarauit Pius V. in ſua Conſtitut. 135. §. 1. tom. 2. Bullar. vt nimirum *qui horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficij, ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie diuiderentur.* Qui verò *matutinum tantum dimidium, qui cæteras omnes horas aliam dimidiam, qui harus ſingulas ſextam partem fructuum eiuſdem diei amittat; Tametſi aliquis Choro addictus non recitans omnibus Iuris Canonicis cum alijs præſens adſit, fructuſque, & diſtributiones forte aliter aſſignatas ſola præſentia iuxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel aliàs ſibi lucriſeciſſe prætendat etiam præter fructuum, & diſtributionem amiſſionem.* & poſt pauca ſubdit. *Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacunque alia beneficia, etiam nullum omnino ſeruitium habentia, obtinentes cum prædictis pariter conueniri.* His autem ſtantibus dubitatur, an Epiſcopi comprehendantur ſub hac diſpoſitione, ita vt ipſi quoque teneantur ad fructuum reſtitutionem, ſi omittant horas Canonicas.

3 Et videtur reſoluendum. *Non comprehendi, & proinde non teneri reſtituere fructus.* Et ratio deſumitur ex verbis vtriuſque Conſtitutionis: nam tam Leo X. quàm Pius V. diſponit de obtinentibus beneficia ſiue cum cura, ſiue ſine cura. Epiſcopus autem non dicitur obtinere beneficium, ſiue cum cura, ſiue ſine cura. Quia licet Epiſcopatus ſit beneficium, quia tamen eſt dignitatum culmen, eſt ſpeciali nota dignum, nec venit ſub generali appellatione beneficiorum, vt notant Gloſ. *in Cap. Licet Eccleſiarum.* verbo. *Dignitatum.* De *prabendis in 6.* Lotter. *De re benefic. lib. 1. quæſt. 9. num. 121.* Rota *deciſ. 529. num. 2. par. 3. Recent.* Et ideo dicta Conſtitutio, cum loquatur de habentibus beneficium, non loquitur de Epiſcopis.

4 Accedit etiam, quod fructus Epiſcopatus, & ius ad ipſos non conferuntur Epiſcopo propter Officium eccleſiaſticum, ſed ad ſuſtinendum munus paſtorale; & ſupponunt aliunde teneri ad recitandas horas canonicas. Vnde ceſſat ratio, quod beneficium detur propter officium, ob quam Leo X. in ſua præfata *Conſtit. 7. §. 38.* obligat omittentes Officium ad reſtitutionem fructuum; & ideo ceſſat etiam diſpoſitio. *l. Adigere. §. Quamuis. ff.* De *iurepatron.* & *l. 1. §. 5. ff.* De *poſtul.* & *l. Cum tale. ff.* De *condit. & demonſtr.* & *Cap. Cum ceſſante,* De *appellat.* & Cap. *Magna, in fine.* De *voto.*

5 Nec obſtat, quod Pius V. in ſua *Conſtit. 135. §. 1.* expreſſis nonnullis ſubdat. *Et qualiacunque alia beneficia,* quæ verba, cum ſunt vniuerſaliſſima, videntur comprehendere etiam Epiſcopatum. Nam dictio, *alia,* obſtat, ne ſe extendant ad Epiſcopatum, quia coarctat vniuerſalitatem verbi, *Qualiacunque,* ad beneficia eiuſdem qualitatis, vt obſeruant Iaſ. *in l. Si vnus ex argentarijs. num. 10. ff.* De *pact.* Alexan. *conſil. 76. num. 26.* ver. *Confirmatur. lib. 4.* Calderin. *conſil. 111. in fine.* aliàs 2. *De arbit.* Roman. *conſil 180. nu. 9. in fine.* Felin. *in Cap. Sedes. num. 5.* ver. *Sed contra.* De *reſcrip.* Præſertim, quia ſumus in odioſis, & pænalibus, quæ ſtrictè accipienda ſunt: & proinde etiam dictio, *Alia,* in ſtricta ſignificatione accipienda eſt, vt obſeruant Roman. *conſil. 92. nu. 2.* ver. *Nec huic.* Butrius *conſil. 30 nu. 2.* Tuſch. *littera A. concluſ. 245. num. 30.*

6 Verum dubium remanet, quid dicendum, ſi Epiſcopus vltra Epiſcopatum habeat alia beneficia. Reſp. In tali caſu teneri reſtituere fructus horum beneficiorum, ſi omittat horas Canonicas, quia ſumus in caſu diſpoſitionis Leonis X. & Pij V. Nam hæc beneficia ſunt ex illis, de quibus tenentur omittentes horas Canonicas reſtituere fructus: vnde cum congruant verba, locum habet etiam diſpoſitio.

7 Nec obſtat. Quod Epiſcopi ſint ſpeciali nota digni, ſicut eſt etiam Epiſcopatus; & proinde non comprehendātur ſub diſpoſitione, niſi in ſpecie exprimantur. Quia ſunt ſpeciali nota digni ratione Epiſcopatus; non autem ratione inferiorum beneficiorum. Et ideo, quando agitur de materia, quæ eſt etiam ipſis communis, comprehenduntur ſub generali diſpoſitione iuxta ea, quæ tradunt

Gloſ. 1. *in Cap. Sciant cuncti.* & *in Cap. Cupientes.* § *Cæterum.* verbo. *Suſpenſos:* De *elect. in* 6. Craueta *conſil.* 303. *num.* 3. Corn. *conſil.* 237. *num.* 16. *lib.* 4. Rolan. *conſil.* 12. *num.* 36. *lib.* 4. Et deſumitur ex eo, quod in iure eſt ſpeciale, quod Epiſcopi non comprehendantur ſub generali diſpoſitione in materia ſuſpenſionis, & interdicti per Cap. *Quia periculoſum*. De *ſentent. excommunicat. in* 6. vbi Doctores. Vnde hæc exceptio firmat regulam in contrarium, quod ſcilicet comprehendantur. *l. Quæſitum.* §. *Denique. ff.* De *ſun. inſtruc.* & notant Gloſ. & Doctor. *in Rubr.* De *regul. iur. in* 6.

An beneficiarij non recitantes horas Canonicas teneantur reſtituere fructus penſionum. Quæſt. 211.

S V M M A

1 *Simplex penſionarius tenetur recitare officium B. Virginis.*
2 *In ſubrogatis eadem determinatio ſeruanda.*
3 *Beneficiarij officium non recitantes non tenentur reſtituere penſionem.*
Obligatio reſtituendi penſionem ceſſat ceſſante obligatione recitandi.
4 *Obligatio eſt ſtricte accipienda.*
Obligatio ex cauſa ceſſat ceſſante cauſa.
5 *Obligatio acceſſoria non extenditur plus, quàm principalis.*
6 *Conſtitutio pœnalis eſt reſtringenda.*
7 *Vbi delictum non habet locum, nec etiam habet pœna.*
Pœna non habet locum, niſi concurrant omnes qualitates, &c.
Si extendatur Conſtitutio, non extenditur pœna.
Reuocata conſtitutione non habet locum pœna quò ad eos, qui ante deliquerunt.
8 *Penſio non venit appellatione beneficij etiam latè ſumpti.*
9 *Cauſa finalis, ob quam fructus beneficij ſunt reſtituendi, non habet locum in penſionem.*

1 Simplex penſionarius ratione penſionis tenetur recitare quotidie Officium paruum B. Virginis ex diſpoſitione Pii V. in ſua *Conſtit.* 135. §. 1. *in fine tom.* 2. *Bullar.* & ſi omittat, tenetur reſtituere penſionem pro rata eo modo, quo tenetur beneficiarius reſtituere fructus beneficij, vt dictum eſt *quæſt. præced. num.* 2. Et ita notant communiter Doctores Nauar. *cap.* 13. De *orat. num.* 22. Azor. *par.* 1. *lib.* 10. *cap.* 11. *quæſt.* 12. Graſ. *par.* 1. *deciſ. lib.* 1. *cap* 9. *num.* 9. Petrus Nauar. *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 2. *num.* 199. Molfeſ. *par.* 1. *ſum. tract.* 2. *cap.* 5. *num.* ... Macignus *de Horis canon. cap.* 28. *num.* 26. Suarez *tom.* 2. *de relig. lib* 4. *cap.* 30. *nu.* 22. Filliuc. *tract.* 23. *cap.* 10. *quæſt.* .0. *num.* 327. Bonac. *diſp.* 1. *de Hor. canon. quæſt.* 5. *pun.* 2. *num.* 21. Malder. 2. 2. *tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 4. *quæſt.* 3. *in fine.* Vnde dubitatur, quid dicendum de beneficiario, qui obtinet etiam penſiones, cum non teneatur ad recitationem officii B. Virginis, ſed ſolum ad Horas canonicas.

2 Videtur enim, quod teneatur reſtituere etiam penſionem pro rata; quia licet non teneatur ad Officium B. Virginis, tenetur tamen ad Horas canonicas, quæ ſubrogatæ ſunt loco Officii B. Virginis. & ideo trahunt ſecum eamdem obligationem, quia in ſubrogato ſeruanda eſt, eadem determinatio, quæ ſeruatur in eo, in cuius locum eſt ſubrogatum *l. Si cum.* §. *Qui iniuriarum. ff* Si quis. *vſuf.* & notant Bart. *in l. Pater filium. num.* 13. *ff.* De *inoffic. teſt.* Socin. ſen. *in l. Filiç.* §. *Titia. nu.* 3 *ff.* De *condit. & demonſtrat.* Gabr. *concluſ* 2. *De reg. iur* Surd. *deciſ.* 35. *num.* 9. Rota coram Merlino. *deciſ.* 445. *num.* 1. Atque adeo obligatio, quæ eſt annexa Officio B. Virginis reſtituendi penſionem pro rata, erit annexa horis Canonicis.

3 Verum oppoſitum videtur reſoluendum; nempe, *Non teneri beneficiarium reſtituere ratam penſionis, quando omittit horas canonicas.* Ratio eſt. Quia Pius V. impoſuit obligationem reſtituendi ratam penſionis omiſſioni recitationis Officii parui B. Virginis Clericis ſimplicibus. vt conſtat ex eius *Conſtit.* 135. §. 1. *in fine tom.* 2. *Bullar.* ibi. *At quicunque penſionem fructus, aut alias res Eccleſiaſticas vt Clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum Officium paruum B. Mariæ Virginis decernimus obligatum: & penſionum, fructuum*

tuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxiū. Ex quibus patet; quod obligatio reſtituendi portionem, ſeu ratam penſionis venit in conſequentiam ad obligationem recitandi Officium B. Virginis; vnde eſt obligatio ex præſuppoſito obligationis recitandi. Et ideo cum in beneficiariis ceſſet præſuppoſitum obligationis recitandi, ceſſabit etiam diſpoſitum, nempe obligatio reſtituendi Cap. *Si Papa.* De *Priuileg, in* 6. & Clement. *Si Summus. De ſent. Excommunicat.* & tradunt Gloſ. *in l. Mancipia.* C. De *ſeru. fugit.* vbi etiam Doctor. Dec. *Conſil.* 497. *per totum.* Alexan. *conſil.* 126. *lib.* 5. Natta *conſil.* 343. *num.* 3. Beroius *conſil.* 120. *num.* 9. *lib.* 3. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 9. *num.* 161. teſtans de communi. Rota coram Merlino *deciſ.* 432. *num.* 1.

4 Accedit. Quod omnis obligatio eſt ſtricti iuris, & proinde non eſt extendenda *l. Obligationum ſubſtantia.* & *l. Arianus. ff.* De *act. & obligat.* & notant Bald. *conſil.* 55. *num.* 2. ver. *Sed ponamus lib.* 2. Fulgoſ. *conſil.* 80. *in fine.* ver. *Et ſi quid.* Calder. *conſil.* 20. *de iudic* Rota *deciſ.* 436. 3. *par.* 3. *Recent.* Vnde cū obligatio reſtituēdi penſionē ſit poſita obligatis ad Officium paruum B. Virginis per Conſtitutionem Pii V. non eſt extendenda ad eos, qui non obligantur ad dictum Officium. Præſertim quia talis obligatio eſt ex cauſa non recitandi tale Officium. Et ideo ſi cauſa locum non habet, nec etiam poteſt habere obligatio. *l. Si pupillus. ff.* De *acquir. heredit.* Et notant Doctores. *ibidem.* Ancharan. *conſil.* 330. *num.* 11. Tiraquel. alios citans *tract. Ceſſante cauſa. par.* 1. *num.* 224. Rota *deciſ.* 55. *num.* 1. *par.* 3. *Recent.*

5 Confir. Obligatio reſtituendi portionem penſionis quam Imponit Pius V. eſt conſequutiua ad obligationem, quam idem Pontifex imponit penſionariis recitandi Officium B. Virginis. Ergo cum imponat obligationem recitandi ſolis ſimplicibus penſionariis: non autem beneficiàtis, obligatio quoque reſtituendi eos tantum afficiet. Tum quia obligatio acceſſoria non habet locum, niſi quando ocum habet principalis. *l. Principalis. ff.* De *reg. iur.* & Cap. *Acceſſorium. eod. tit. in* 6. & obſeruat Rota coram Coccino *deciſ.* 418. *num.* 3.

6 Tum quia Conſtitutio Pii V. quatenus obligat ad reſtituendam penſionem, eſt pœnalis, & ideo eſt reſtringenda Cap. 1. *De fil. præsbit.* & Cap. *Odia* & Cap. *In pœnis.* De *reg. iur. in.* 6. Dec. *in l. Factum cuique.* §. *In pœnal. ff.* De *reg. iur.* per illum tex. Surd. *de alimen. tit.* 1. *quæſt.* 51. *n.* 12. Rota *deciſ.* 156. *num.* 7. coram Pennia. Vnde nec extendenda vltra caſum, pro quo eſt impoſita, nempe quando obligatus recitare Officium B. Virginis, omittit recitationem.

7 Tum quia reſtitutio penſionis eſt pœna impoſita ad fouendam diſpoſitionem imponentem obligationem recitandi Officium B. Virginis, atque adeo pro delicto violationis talis diſpoſitionis; vnde cum delictum non habeat locum quò ad eos, qui non oligantur ad dictum Officium, nec etiam pœna locum habebit iuxta ea, quæ communiter tradūt Theologi cum D. Th. 2. 2. *quæſt.* 108. *ar.* 4. Vnde pœna non plus extenditur, quàm extendatur Conſtitutio, pro cuius obſeruantia eſt poſita: imo vt locum habeat debent cōcurrere omnes qualitates requiſitæ à Conſtitutione Cap. 1. *De homicid. in* 6. & notant Io: And. *ibid.* per illum tex. Iul. Clar. *lib.* 3. §. *fin. quæſt.* 85. *num.* 9. Imo licet extendatur conſtitutio, non extenditur pœna illi annexa, vt pluribus probat Iaſ. *in l Cum quidam.* ver. *Ad iſtam regul. ff.* De *lib. & poſth.* Gomez *in* §. *Fuerat. num.* 12. Inſtit. *De act.* Et reuocata Conſtitutionem non habet locum pœna etiam quò ad eos, qui ante reuocationem deliquerunt; vt tradunt Felin. *in Cap. fin. num.* 14. De *Conſtit.* Dominic. *in Cap. fin. num.* 9. De *elect.*

8 Verum neque vigore *Conſtit.* 7. §. 38. Leonis *X.* tom. 1. Bullar. tenentur reſtituere penſiones, quia dicta Conſtitutio obligat tantum ad reſtituendos fructus beneficiorum. Et prædicta Conſtit. 135. quatenus declarat, Conſtitutionem Leonis, nō extenditur vltra beneficia, vt conſtat ex illis verbis. *Et quæcunque alia beneficia.* Penſio autem non venit appel-

latione beneficij; etiam in lata ſignificatione; præſertim in materia pœnali, vt tradunt communiter Ananias *in Cap. Nō ſatis. De ſimon.* Geminian. *in Cap. Quamuis, init. De præben. in 6.* Rebuf. *De pacific. Poſſeſ. quæſt. 114.* Gomez *ad Regul. De infirm. reſignan. quæſt. 16.* & ad *Regul. De annali, quæſt. 21.* Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. Gloſ. 5. §. 5. num. 2.* Azeuedo *ad l. 1. num. 5. tit. 4. lib. 1. nouæ Recopiat.* Garzia *de beneſic. par. 1 cap. 5. num. 3.* Pariſ. *de reſignat. lib. 1. quæſt. 10. num. 69.* Lotter. *de beneſic. quæſt 45. num. 3. lib. 1.* Rota coram Creſcent. *deciſ. 14. num. 3. De ſent. & re iudic.* alias. 59. *lib.* 2. & coram Pennia *deciſ. 403. num. 29.* & coram Durano *deciſ. 181. num. 4.* & coram Eminentiſs. Otthobono *deciſ. 27. num. 15.* & *deciſ. 46. num. 17.* & *deciſ. 656. num. 5. par. 2.* Recent. Et conſtat ex eo, quod beneficium importat ius percipiendi fructus ex aliquo fundo Eccleſiaſtico, & inducit obligationem Officij diuini. Penſio verò dicit ius ad certam portionem fructuum ſeparatam à beneficio, & non inducit obligationem Officij diuini, ſed ſolum Officij parui B. Virginis. Qua diuerſitate ſtante non poteſt penſio venire ſub appellatione beneficii, licet latiſſimè ſumpti; atque adeo nec comprehendi ſub diſpoſitione loquente de beneficiis.

9 Solum videtur poſſe obiici, quod diſpoſitio Leonis X. extendatur ad penſionem ob identitatem rationis. Verum hoc nullo pacto poteſt ſubſiſtere. Quia verba diſpoſitionis nullo modo ſunt apta comprehendere penſionem. Deinde neque adeſt identitas rationis, Ideo enim Leo X. in illa ſua *Conſtit. 7. §. 38.* imponit obligationem reſtituendi fructus beneficii, quia, vt inquit ipſe, beneficium datur propter Officium, & ideo congruum eſt, quod qui non ſoluit penſum Officii, non habeat fructus beneficii. Et hæc eſt ratio finalis, ob quam Pontifex ita diſpoſuit. Hæc autem ratio non habet locum in penſione, quia non datur propter Officium, cum de ſe non inducat talem obligationem, & ſolum pro ſimplicibus penſionariis de iure nouo imponat recitationem Officii B. Virginis.

10 Ex quibus ſoluta manet ratio allata *num. 2.* Nam horæ Canonicæ non ſubrogantur Officio B. Virgin. ſi quidem cadunt ſub obligatione præcisè ratione beneficii, cum talis obligatio adfuerit antequam adeſſet obligatio Officii B. Virg. pro penſionariis. Neque obligatio recitandi Officium B. Virginis ceſſat, quia ſubrogentur horæ canonicæ, ſed quia eſt impoſita taxatiuè vſq. ad tempus, in quo aduenerit obligatio horarum Canonicarum. Deinde admiſſa ſubrogatione, non tamen locum habet pœna reſtituendi fructus penſionis: quia quando hæc imponitur non recitantibus horas canonicas exprimuntur tantum fructus beneficii, & ideo intrat ſubrogatio abſque obligatione reſtituendi fructus penſionis, cum tanquam pœna non poſſit ad ipſos extendi *l. Factum cuique 151. §. In pœnalibus. ff* De *reg. iur.* & Cap. *Odia* De *reg. iur. in 6.* licet extendatur diſpoſitio vt dictum eſt. *num. 7.* Nec preda ſit imponenda, niſi expreſſo iure imponatur. *§. Sin autem.* Authen. *de non eligen. ſecun. nupt.*

An Capellanus teneatur reſtituere fructus Capellania, ſi non recitat Horas Canonicas. Quæſt. 212.

SVMMA

1 *Capellanus omittens Officium non tenetur reſtituere fructus Capellaniæ, quæ non eſt collatiua.*

2 *Quid ſi ſit collatiua, & fructus non excedant onus celebrationis.*

Quos fructus teneatur reſtituere beneficiarius non recitans officium.

3 *Quorum beneficiorum fructus reſtituendi à non recitantibus officium:*

Ceſſante cauſa finali pœna ceſſat etiam diſpoſitio de ipſa.

Cauſa finalis coarctat diſpoſitionem ad ſuos terminos.

4 *Beneficiarius non recitans Officium cur teneatur reſtituere fructus.*

5 *Capellania manualis ſi erigatur in titulum, non obligat ad reſtituendos fructus non recitantem officium.*

Deficiente cauſa obligationis deficit etiam obligatio.

Quos

6 Quos fructus tenentur reſtituere non recitans Officium, ſi excedant onus celebrandi.

1 DIfficultas non habet locum, ſi Capellania non ſit collatiua, quia cum nō ſit beneficium, non trahit obligationes, quas trahit beneficium. Et hoc habet locum ſiue Capellania ſit manualis, et Capellanus amouibil s, ſiue perpetua; et ſiue conferatur à laicis, ſiuè ab Eccleſiaſticis, ſiue deuoluatur iure ſucceſsionis. Tunc enim fructus Capellaniæ nō ſunt beneficiales, nec dantur propter officium: et ideo nō ſubſunt reſtitutionis obligationi non ſoluto penſo diuini offici. Vnde ſolum difficultas habet locum, quando capellania eſt collatiua, et datur in titulum.

2 Quia autem capellaniæ collatiuæ aliæ ſunt pingues aliæ verò habent ſolos fructus proportionatos oneri celebrandi. exiſtimo Si capellania habeat ſolos fructus correſpondentes oneri celebrandi, non teneri capellanum reſtituere fructus ex omiſsione diuini Officii. Deſumitur ex iis, qui habent, quod quādo beneficiarius ſuſtinet alia onera vltra recitationē diuini Officii, non teneatur reſtituere fructus correſpondentes his oneribus, ſed ſolum correſpondentes oneri diuini officij. ita Henriq. *lib.* 13. *cap.* 13. *n.* 2. Aragon. 2. 2. *quæſ.* 83 *ar.* 13. Medina *in Inſtruct. confeſ præcep.* 1. *ſ.* 11. Lopez *par.* 2. *Inſtruc. cap.* 95 Molfes. *par.* 1. *ſum tract.* 5. *cap.* 5. *numer.* 8. Vaſquez *Opuſ. de Benefic. cap.* 4 §. 1. *ar.* 1. *dub.* 7. *numer.* 38. Leſsius *lib.* 2 *de Iuſt. & iure cap.* 34. *dub.* 32. Sà *verbo*. Beneficium. *num.* 13. Tolet. *lib.* 2 *ſum. cap.* 12. *num.* 5. Rodriquez *par.* 1. *ſum. cap.* 164. *num.* 4. Beia *par.* 1. *caſu* 55. Macignus *de Hor. canon cap.* 28 *num.* 7. Nald. *verbo* Diuinum offic. *num.* 12. Laiman. *lib.* 4. *Theol mor tract.* 2. *cap.* 5. *numer.* 1. *in fine.* Bonac. *diſp.* 1. *de Hor. canon. quæſt.* 5. *pun.* 3. *num.* 2. Homobon. *par* 1. *Exam. eccleſ. trac.* 4. *cap.* 5. *quæſt.* 42. Sorus *lib.* 10 *de Iuſt. & iure. quæſt.* 5. *ar.* 6. Siluius. 2. 2. *quæſt.* 83. *ar.* 13. *concluſ.* 4. Fernandez *par.* 3. *Exam. theol. mor. cap.* 13. *§.* 8. *numer.* 2. Ledeſma *tom.* 2. *ſum. tract.* 9. *cap.* 4. *concluſ.* 11. Raphaeli à Turre 2. 2. *quæſt.* 83. *controuer.* 9. *numer.* 46. Sanchez *lib.* 2. *conſil. cap.* 2. *dub.* 83. *num.* 2. Corrad. *reſp. caſ conſc. quæſt.* 240. *in Addit.* Si enim non recitans officium tenetur reſtituere, quod correſpōdet oneri recitandi, et non quod correſpōdet cæteris oneribus, ſequitur, quod ſi fructus capellaniæ correſpondeant ſolum celebrationi; non ſint reſtituendi à non recitante officium diuinum. Imò quò ad obligationem recitandi non eſſe computandos fructus, qui correſpōdent celebrationi tradit Sanchez *lib.* 2. *conſil. moral. cap.* 2. *dub.* 68. *num.* 2.

3 Deſumitur ex *Conſtit.* 7. *Leonis* X. §. 38. *tom.* 1. *Bullar.* edicta *in Concil. Lateranenſi.* Nam diſponit, dum obligat. ad reſtitutionem fructuum non recitantes Officium, de iis beneficiis, quæ dantur propter Officium, vt conſtat ex illis verbis. *Cum propter Officium detur beneficium*, quam rationem aſsignat tanquam finalem ipſius beneficij, quæ, ſi non obtineatur, vult beneficiarum non aquirere fructus, qui propter tale onus dantur, et poſſe etiam priuari beneficio. Et proinde intelligit de iis beneficiis, quæ aut nullum aliud onus habent annexum, aut ſi habēt, adſunt etiam fructus correſpondentes oneri officii, qui non acquirūtur eò, quod non adimpleatur onus. Si ergo capellania habeat fructus correſpōdentes ſolum celebrationi, non erit ex iis beneficiis, quæ danrur propter officium, ſed propter celebrationem, atq. adeo non habebit locum diſpoſitio, quia ceſſabit cauſa finalis ipſius, nempe quod non percipiat fructus aſsignatos propter onus, qui non adimplet onus *l. Sed ſi mere. §. fin. ff.* De *donat. inter vir. & vxor.* & *l. Cum tale. ff.* De *condit. & demonſtr.* & *l.* 1. *§.* 5. *ff.* De *poſtulant.* et notant Gloſ. & Bart. *ibid.* Ancharan. *conſil.* 47 *num.* 4 Duen. *Reg.* 82 Tiraquel. *trac. Ceſſante cauſa par.* 1. Socin. ſen. *conſil.* 159. *nu.* 22. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 160. *nu.* 1. *par.* 1. *Diuerſ.* et coram Seraphin. *deciſ.* 976. *num.* 3. et coram Ludouiſ. *deciſ.* 149 *numer.* 1. et coram Pennia *deciſ.* 1063. *num.* 2. & *in Meleuitana hæreditatis.* 1. *Iulij*, 1633 §. *Sed à primo* coram Gliſilerio. Cum enim cauſa finalis coarctet diſpoſitionem ad ſuos termi-

nos. *l. Si habitatio. §. Sed ſi. ff. De vſu & habit.* facit, vt non habeat locum ipſa ceſſante, alioquin excederet terminos ſuæ cauſę finalis.

4 Confir. Ideò Beneficiarius obligatur ad reſtituendos fructus, ſi non recitet officium, quia dantur propter onus recitandi, et proinde dũ nõ implet onus non acquirit fructus, aut ſi acquiſiuit, reſoluitur ipſo iure acquiſitio ita ſtatuente lege, vt in dicta *Conſtit. 7.* Leonis X. E contra verò in capellaniis, quarum fructus non excedunt onus celebrandi, imo ſunt aſſignati à fundatoribus propter ſolum onus celebrandi; non aderit obligatio reſtituendi non recitato officio, quando enim affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio quoque eſt cauſa negationis.

5 Ex quibus deducitur, quod ſi aliqua capellania manualis, ſeu non collatiua erigeretur in beneficiũ, ſi capellanus omitteret officium, non teneretur reſtituere fructu. Conſtat enim, quod illi fructus ex fundatione ſunt aſſignati pro ſolo onere celebrationis, nam erectio in beneficium non mutat diſpoſitionem fundatoris; et ideo cũ nõ percipiantur intuitu oneris recitandi officiũ, deficit etiã obligatio reſtituendi omiſſa recitatione tanquam non impleto onere, ſub quo acquiruntur *l. Si pupillum. 2. ff. De acquir. hered.* et notant Bal. et Imola *ibid.* Ancharan. *conſil.* 330. *nu.* 11. Rota *in Romana de Zabrerijs 4. Maij.* 1580. coram Cantuccio. et in *Romana nullitatis 23. Ianuarij* 1602. coram Pamphilio, et coram Coccino. *deciſ. 65. num. 2.*

6 Secundò deducitur. Quod ſi fructus capellanię excedant onus celebrandi, tenebitur capellanus omittens celebrationẽ horarum canonicarum. Quia tunc et beneficium datur propter officium; & ceſſat cauſa, ob quam aliàs capellanus nõ tenetur illos reſtituere. Hæc tamen obligatio non erit quò ad omnes fructus, ſed ſolum quò ad illam quantitatem pro rata, quæ excedit onus celebrandi, iuxta doctrinam, quam tradunt Doctores *num. 2.* citati.

An legitimato abſque praiudicio venientium ab inteſtato debeatur legitima in bonis paternis. Quæſt. 213.

SVMMA

1 *Legitimatus eſt verè legitimus.*
2 *Legitimatio poteſt eſſe limitata quò ad ſucceſſiones.*
3 *Legitimato ſine praiudicio venientium ab inteſtato an debeatur legitima.*
4 *Qui ſentiant deberi.*
5 *Legitimato debetur legitima.*
6 *Legitima ex natura rei connectitur cum legitimatione paſſiua.*
7 *Et de iure natura legitima debetur legitimato.*
8 *Princeps non poteſt tollere, quæ ſunt de iure natura.*
9 *Pontifex non poteſt diſpenſare in iure natura.*
Ius honeſtatis eſt exemptum ab omni ſuperioritate.
10 *Princeps, licet poſſit non legitimare, non tamen legitimando poteſt tollere debitum legitima.*
Inferior non habet poteſtatem ſupra diſpoſita à ſuperiore.
Poteſtas Principis non eſt contra aſſiſtentiã iuris naturalis.
11 *Limitatio ſucceſſionis in legitimatione in quo conſiſtat.*
Omnis diſpoſitio accipienda in terminis habilibus.

1 PRocedit difficultas de eo, qui verè legitimatur, ita vt ponatur in eo ſtatu, in quo eſſet, ſi ex legitimo matrimonio eſſet natus; non autem de diſpenſato tantummodo in ordine ad aliquos effectus, qui conueniunt filiis legitimis. Qui enim ſolum diſpenſatur, manet in ſtatu ſuæ illegitimitatis, & ſolum habilitatur, vel ad ſuccedendum, ſeu in ordine ad aliquem alium effectum. Qui autẽ legitimatur, fit verè legitimus, quia abſtergitur macula natalium, & ponitur in eo ſtatu, in quo eſſet, ſi de legitimo matrimonio natus eſſet. Auctoritas enim legitimantis tribuit id, quod legitimi tribuunt natales ſupplendo defectũ legitimi matrimonii *§. Liceat igitur. & §. Si igitur*

ſigitur. Authent. *Quib. mod. natur. effic. leg.* & Authen. *Quibus modis natur. effit. ſui.* init. ver. *Natura eſt.* Et §. *Si quis ergo.* & §. *Et quoniam variæ.* & *l. Qui liberos.* §. 1. *ff.* De *ritu nupt.* & admittunt commuuiter Doctores Bald. *in l. Si is, qui pro emptore. num.* 29. *ff.* De *vſur* & alij, quos ſupra citaui. *quæſt.* 128. *num.* 4. Et præterea Alexan. *cõſil.* 2. *vol.* 1. Menoch. *præſumpt.* 35. *num.* 12. *lib.* 1. Paſchal. *De virib. patr. poteſt. cap.* 4. *num.* 102. *par.* 2. Rota coram Achille de Graſ. *deciſ.* 6. *Qui fil. ſint legit.* & coram Ludouiſ. *deciſ.* 201. *num.* 5. vbi, ita ſæpius fuiſſe à Rota iudicatum. Et loquuntur etiam de legitimato cum clauſula, abſq. præiudic. venient. ab inteſt. Hoc autem ſtante dubitatur, an ſic legitimatus limitatè quò ad ſucceſſionem habere debeat legitimam. In quo non conueniunt Doctores, ſed valdè controuerſum eſt.

2 Illud verò videtur tanquam certũ admittendum, quod legitimans poſſit limitare ſucceſſionem, vt tradũt Gozadin. *conſil.* 6. *nu* 64. Dec. *conſil.* 268. *in fine.* Paris. *conſil.* 7. *num.* 17. *lib.* 2. Socin. *conſil.* 246. *n.* 3. ver. *Secundo.* Socin. iun. *conſil.* 93. *numer.* 41. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 75. *num.* 11. ver. *Et prædicta. lib.* 3. Natta *in Cap. Quamuis,* ver. *Fallit ſecundo.* De *pactis.* Io. Andr. *ad Speculat.* Tit. *de ſucceſ. ab inteſt.* §. 1. ver. *Sed ex facto.* Caſtrenſ. *in l. Si ab eo. C. De legit. hæred.* Angel. *ibid.* Alexan. *in l. Pactum, quod dotali. C. De collat.* Corn. & Dec. *ibid.* Surd. *cõſil.* 337. *num* 52 Rolan. *conſil.* 26. *per totum vol.* 2. Rupert. Lucard. *in Repetit. l. Poſthumo. nu.* 43. ver. *Secuudò caſu* C. De *bonor. poſſeſ. contra tab.* Peregrin. *de fideicom. ar.* 23. *num* 34 Eugen. *conſil.* 52. *num.* 47. Tiraquel. alios citans. *in l. Si vnquam. verbo.* Donatione largitus. *num.* 317. Luderch. *conſil.* 170. *num.* 1. Ludouic. Morota *conſil.* 9. *num.* 17. Paſchal. *De virib. patr. poteſt. cap.* 4. *nu.* 133. *par.* 2. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 201. *num.* 7. & *deciſ.* 35. *uum.* 8. *par.* 8. Recent. Quod tamen debet intelligi de limitatione, quæ eſt ſub poteſtate legis humanæ, ſeu Principis. Quia cum non poſſit Princeps extra propriam ſpheram extendere poteſtatem, nec etiam poteſt limitare ſucceſsionem, niſi quatenus eſt intra terminos poteſtatis ipſius.

3 Quod autem legitimatus cũ clauſula. *Abſque præiudicio venientium ab inteſtato,* non poſsit habere de paterna hæreditate, niſi quod ei relinquitur à patre, & proinde non detrahat legitimam, docẽt magis cõmuniter *Doctores*, quorum plures citat, & ſequitur Paſchal. *De virib. patr. poteſt. cap.* 4. *num.* 136. & 287. & 293. quos etiam pluries Rota ſequuta eſt præſertim corã Ludou *deciſ.* 135. & *dec.* 201. & *dec.* 35. *par.* 8. Recent. Cuius opinionis præcipuũ fundamentum eſt. Quia ſic legitimatus non poteſt ſuccedere ab inteſtato, ſed ſolũ ex diſpoſitione patris. *Legitima* autem eſt quota hæreditatis, quæ defertur ab inteſtato, & idso non habet locum quò ad eos, qui non habent ius ſuccedendi ab inteſtato.

4 Verum non deſunt plures, & graues, Doctores, qui ſentiunt, quod, non obſtante dicta clauſula, debeatur legitima, aut eius ſupplementũ Ita inter alios Paris *conſil.* 7. *vol.* 2. Dec. *in l. Precibus. nu.* 24. C. De *impub. & al. ſubſt.* Ruin. *conſil.* 86. & *conſil.* 185. *vol.* 3. Cephal. *conſil.* 117. *num.* 7. *vol.* 1. Laderch. *conſil* 170. *numer.* 2. Riminal. iun. *conſil* 469. *nu.* 13. *vol.* 4. Honded. *conſil.* 83. *nu.* 60. ver. *Et quamuis vol.* 1. Ripa *in l. Centurio, num.* 48. *ff.* De *vulg. & pupil ſubſtit.* Curt. iun. *conſil.* 254. *num.* 10. *lib.* 3. Dec. *conſil.* 257. *num.* 2. Gabr. *conſil.* 24. *num.* 15. ver. *Tertiò quia.* Renat. Copin. De *legib. Andegauen. cap* 41. *numer.* 4. Surdus *conſil* 185 *num.* 25. Alban. *conſil.* 7. *nu.* 2. Marta *de ſucceſ. par* 4. *quæſt.* 21. *ar.* 17. *nu.* 28. Cuchus *tract. de legit. init. num.* 4. Gárzia *de nobilit. gloſ* 21. *nu.* 80. Rubeus *ſingul. Rotæ Roman. par.* 4. *clauſ* 760. *num.* 9. & 14. Rota coram Cæſare de Graſ. *deciſ.* 3. *num.* 1. *Qui fil. ſint legit.*

5 Et hæc opinio mihi videtur probabilior, & ſequenda; & concluditur ex iis, quæ ab vtriuſque opinionis Doctoribus admittuntur. Conueniunt enim, quod legitimato abſque limitatione in ordine ad ſucceſſionem, debeatur legitimo, vt inter alios notant Bald. *in Cap. De cauſis. num.* 62. De *Offic. deleg.* Iaſ. *conſil.* 154. *nu.* 5. ver. *Item ei debetur. lib.* 2. Tiraquel. latê *in l. Si vnquam. verbo.* Suſceperit liberos. *num.* 69. C. De *reuocan. donat.* Rota *deciſ.*

401.

401 *num*.1.*in fine par*. 3. *Recent*. Vnde ex hoc concluditur, quod in legitimatione tanquam in radice includatur ius ad legitimam: ita vt inter ipſam legitimationem, & legitimam intercedat connexio, per quam legitimatio exigat legitimam, & legitima fiat debita legitimato.

6 Et hæc connexio non eſt ex lege aliqua extrinſeca, ſeu alia cauſa extranea, ſed ex ipſa natura legitimationis, per quam, cū filius efficiatur verè legitimus, vt dictum eſt *num*. 1. Comparatur ad patrem, vt habens legitimos natales, atque adeo cum illo iure, quod pullulat ex legitimis natalibus, quod eſt ad obtinenda alimenta à patre, & participandum in bonis ipſius. Et è contra pater comparatur ad legitimatum, vt ad filium, quem debeat admittere ad cōmunionem propriorum bonorum non ſecus, ac alios filios ſpectato naturali ordine, vt ſatis conſtat, quando legitimatio eſt abſque limitatione in ordine ad ſucceſsionem.

7 Imo hæc connexio deſcendit à iure naturali, quia legitima eſt debita filijs de iure naturali *l. vnica. ff.* De *bon. damnat*. & *l. Si quis in ſuo*. C De *inoffic. teſtam*. & *l. Scripto. §. fin*. ver. *Liberos naturæ*. ff. *Si tab. teſtam. nul*. & *l. Cum ratio. ff*. De *bon. libert*. & *l. Scimus. §. Illud. C. De inoffic. teſt*. ibi *Nec per huiuſmodi tramitem interim filius de fraudetur debito naturali*. & Authen. *De hæred. & falcidia: in proem. §. fin*. ibi. *Tanquam hoc ſecundum ipſam naturam eis debitum*. & Cap. *Raynutius*, & Cap. *Raynaldus*. De *teſtamen*. & tradunt Bart. *in l. In quartam. nu*. 10. *ff*. Ad *leg. Falcid*. Ripa *nu*. 132. Bald. *in l. fin. col*. 2. C. De *fruct. & lit. expenſ*. Fabian. *in Repet. Authen. Nouiſſima. num*. 18. C. *De inoffic. teſt*. Suarez *in Repet. l. Quoniam in prioribus. in declarat. leg. Regni limit*. 2. *num*. 3. Cuch. *De legit. in Prę lud. num*. 7. Menoch. *conſil*. 250. *numer*. 91. Alexan. *conſil*. 7. *num*. 8. *lib*. 2. Cephal. *conſil*. 178. *numer*. 45. *lib*. 1. Vaſquez *de ſucceſ. creat. §*. 20. *requiſ*. 4. *numer*. 320. Graſſus. *de ſucceſſ. §. Legitima. quæſt*. 2. Merlin. *de legit. lib*. 5. *tit*. 2. *numer*. 7. ver. *Hanc igitur*. Berlichius *Practicab. concluſ*. 18. *num*. 21. ver. *Legitima autem*. Maranta *Reſponſ. cap*. 26. *nu*. 35. ver. *Filij autem. lib*. 5. Rota coram Gaualero. *deciſ*. 341. *num*. 1. & corām Merlino *deciſ*. 828. *num*. 1. & alij cum Gloſ. *in dic. Cap. Raynaldus*. verbo *Nequiuit*. Quia licet ſecundum quātitatem à iure ciuili determinata ſit, ſecundum tamen ſubſtantiā eſt debita de iure naturę. Quia ſicut lex naturalis obligat filijs perſonam patris quoad curam gerendam de ipſis; ita etiam obligat eiuſdem bona tanquam acceſſoria perſonæ iiſdem filiis pro ſubſtentatione. Legitima namque ſuccedit loco alimentorum Authen. *De trien. & ſemis*. Cap. *Prohibemus*, ver. *Vnde etiam*,

8 Princeps, autem non poteſt tollere, quæ ſunt de iure naturali, vt tradunt cōmuniter Doctores Alexan. *in l. Cum mulier, nu*. 13. ver. *Et pro confirmat. ff*. Soluto. *matrim*. Angel. *in l. Adoptio non iure facta*. ff. De *adopt*. Marſil. *in Præf. §. fin. num*. 2. Lucas de Pennia *in l. fin. num*. 57. C. De *locat. præd. ciuil. lib*. 11. Felin. *in Cap. In cauſis. init*. De *re iud*. Curt. iun. *in l. Imperium num*. 53. *ff*. De *iuriſd. omn. iud*. Ias. *conſil*. 105. *in fine. vol*. 1. & *in l. Quominus. num*. 3. *ff*. De *flumin*. Bald. *in l*. 1. *nu*. 5. *ff*. *De conſtit*. Princip. *in* 1. *lect*. & *in l Eam quam. num*. 33. C. De Fideicom. Bar *conſil*. 66. *nu*. 5. *lib*. 2. Ancharan. *in Cap. Quæ in Eccleſiarum. nu*. 7. De *conſtit*. Felin. *num*. 26. Imola *numer*. 2. Caſtrenſ. *in l. Reſcripta. numer*. 3. C. De *precib. Imperat. offeren*. Salicet. *in l. fin*. init. C. *Si contra ius, ad vtil. publ*. Iſernia *in Cap*. 1. *§. Vectigalia. nu*. 4 *init*. Quæ *ſint regal*, & alij cum Gloſ. *in l. Quoties in* 1. *gloſ. in fine*. C. De *precib. Imperat. offer*. Et deſumitur ex *l. Ille, à quo. §. Tempeſtiuum. ff*. Ad *Trebellian*. & Cap. 1. 25. *Quæſt*. 1. & Cap. *Cum inferior*. De *maior & obedien*. & Cap. *Quātò. De translat. Epiſcop*. Ias enim naturale eſt poſitum à Deo, & ideo non ſubiicitur inferioribus, ſed eſt immutabile, ſicut eſt immutabilis diuina ratio, & voluntas. S. *fin*. Inſtit. *De iure natur. Gent. & ius*.

9 Et quamuis aliqui putent, quod poſſit ſummus Pontifex diſpenſare in iure natali, diuino, quia tamen, volunt, ſolū ex graui cauſa poſſe diſpenſare, quæ de ſe ſufficiens eſt, vt caſus non cenſeatur comprehenſus ſub lege, ideò alii melius negant poſſe diſpēſare. D. Th. *quodlib*. 4. *ar*. 3. *in corp*. & *ad* 1. Maior. *in* 4. *diſt*. 27. *quæſt*. 6. *ar*.

ver. Propter hoc argumentum, Durand. *diſt.* 33. *q. eſt.* 1. *n.* 15. Sotus. *diſt.* 18. *qu.* 1. *ar.* 5. *ad* 1. Alat. *diſt.* 38. *diſp.* 2. §. *Porrò quamuis.* Almain. *D. poteſt Eccleſ. cap.* 13. Driedo *lib.* 2. *de liber. Chriſt. cap.* 4. Valent. *to.* 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 8. *pun.* 6. *ver. Et quod ad priorem* Suarez *diſp.* 43. *de Euchariſt ſect.* 4. *ver. Tertia ſentent.* Caiet. 1. 2. *quæſt.* 97. *ar.* 4. Medina *ibid.* Ledeſma 2. *par.* 4. *quæſt.* 4. *ar.* 6. Vaſqu. 3. *par. diſp.* 223 *cap.* 3. *nu.* 21. *tom.* 3. Canus *lib.* 2. *de locis Theolog. cap.* 18. *ad* 4. Salas *diſp.* 24. *de legib. ſect.* 5. *num.* 33. Syluester *verbo.* Papa. *quæſt.* 16. Palaus *par.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *diſp.* 6. *pun.* 3. *nu.* 4. Rurſus Suarez *lib.* 10. *de legib. cap.* 6. *num.* 7. Pontius *lib.* 8. *de matrim cap.* 3. *num.* 2. & alii ex Theologis. Concordant etiam iuriſtæ Turrecrem *in Cap. Coniunctiones.* 35. *quæſt.* 3. *nu.* 3. & *in ſum. tit. de Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 54. & 57. *num.* 1. Cardin. *in Cap. Cum ad monaſterium.* §. *vlt. num.* 6. De *Monach.* Couaruu. 4. *Decret. par.* 2. *cap.* 6. §. 9. *num.* 4. Paris. *conſil.* 68. *num.* 20. *vol.* 4. Nauar. *conſil.* 39. *num.* 16. Tit. *De ſponſal. in* 2. *edit.* Barboſa *in Rubr. ff.* Soluto *matr. par.* 2. *num.* 104. & alii plures. Diſpenſatio namque eſt relaxatio legis. quando obligat, quando autẽ lex naturali obligat, id, ad quod obligat, ita eſt honeſtum, vt oppoſitum ſit contra rationem, quæ ineſt legi naturali, atque adeo inhoneſtum, & turpe. Non poteſt autem Pont fex diſpenſare, vt fiat aliquid turpe: præſertim quia relaxando legem non tolleret rationem naturalem, quæ ipſi ineſt. & ratione cuius id, ſuper quo diſpenſatur, redditur difforme, atque adeo, turpe. Atque hæc eſt cauſa, cur ius honeſtatis ſit exemptum ab omni ſuperioritate. *l. Quod ex libera.* C. De *ope. liber.* & notant Dec. *in l. Semper in contractibus.* ff. De *reg. iur.* Cagnol. *ibid.*

10 Cum ergo non poſſit Princeps venire contra ea, quæ ſunt de iure naturæ, quamuis ſit in eius libertate legitimare, vel nõ legitimare, dum tamen legitimat, non eſt in eius poteſtate excludere legitimatum à percipienda legitima ob connexionem, quæ de iure naturali ineſt inter eſſe legitimum, & legitimam, quæ ſit ipſi debita ex iure naturali radicato inſeparabiliter à legitimatione conceſſa. Et ideo non poteſt contra hanc connexionem quidquam diſponere, cum non habeat poteſtatem ſupra ipſam Cap. Cũ *inferior.* De *maior. & obedient.* Vnde legitimationi quo ad debitum legitimæ aſſiſtit ius naturale, & in ipſam refundit ſuã obligationem, & ideo ceſſat quò ad hoc poteſtas Principis, vt tradunt Abbas *in Cap. Qua in Eccleſiarum.* De *conſtit.* & *in cap. Per tuas.* De *arbitris.* Ripa *in l. Quo minus ff.* De *Flumin.* Marſil. *in Prac Crim.* §. *Sequens. num.* 30. Bald. *in l.* 2. *num.* 4. *ver. Sed vbi ſunt.* C. De *ſeruit. & aqua.* Craueta De *antiq. temp. par.* 1. *prin. num.* 46. Iſernia *in Cap. Naturales, num.* 1. Si *de fac. defunc.* Romanus *conſil.* 346. *num.* 11. & alij cum Gloſ. *in l. fin.* C. Si *contra ius, vel vtil. publ.*

11 Ex quibus ſequitur, quod quando Princeps legitimat cum limitatione in ordine ad ſucceſſionem, debet limitatio accipi in terminis habilibus, vt ſcilicet habeat locum quò ad ſucceſſionem legalẽ; nõ verò quò ad ſucceſſionẽ naturalẽ, ſeu de iure naturæ debitam. Quia cum ſucceſsio legalis ſit ſub diſpoſitione legis, atque adeo Principis, poteſt circa ipsã ſtatuere, etiam in particulari eam reſtringẽdo, aut, ampliando. Succeſsio vero naturalis, cum non ſit ſub diſpoſitione Principis, non continetur ſub eiuſdem diſpoſitione de ſucceſsione, cum omnis diſpoſitio accipienda ſit in terminis habilibus, vt tradunt communiter Doctores Gloſ. *in l.* 1. *verbo*, *Vtilem. ff* De *eo, quod cer. loco.* vbi. Bart. & Doctores cæteri. Item Gloſ. *in l.* 2. §. *Prætor ait. ff.* Qui *ſatiſd. cogan.* Iaſ. *ibid.* Iacob. de Aren. *in l.* 1. §. *Nunciatio ff.* De *oper. no nun* Bart. *n.* 21. Cephal. *conſil.* 23. *n.* 124. Felin. *in Cap.* 1. De *iudic.* Natta *conſil.* 359. *nu.* 5. Capel. Tholoſana *deciſ* 120. Ruin. *conſil.* 1. *numer.* 15. *vol.* 2. Tiraquel. *de retrac. conſang.* §. 1. *gloſ.* 7. *nu.* 26. Surd. *conſil.* 280. *num.* 8 Craueta *conſil.* 307. *num.* 2. Toſch. *littera D. concluſ.* 505. Galleſin. De *forma inſtrum. Cameral. par.* 2. *quæſt.* 1. 2. & 3. Vnde legitimatus limitatẽ ſuccedit ab inteſtato iure naturali quò ad legitimam, quatenus iure naturali defertur: licet nõ ſuccedat iure ciuili quò ad aliam hæreditatem.

An ſi legitimatus ſine præiudicio venientium ab inteſtato, ſit hæres vniuerſalis grauatus reſtituere, poſſit detrahere legitimam. Quæſt. 214.

S V M M A.

1 *Legitimatus limitatè, ſi ſit hæres vniuerſalis detrahit legitimam &c.*

2 *In hæredem vniuerſalem tranſeunt omnia iura hæreditaria etiam legitima.*

3 *Ex qualitate relicti colligitur mens teſtatoris.*

Pater inſtituens legitimatum &c. remouet impedimentum, quò ad legitimam.

4 *Legitima cenſetur conceſſa legitimato limitatè, ſi non prohibeatur ob inſtituente.*

5 *Hæreditas continet legitimam vt partem debitam filij.*

Renuncians hæreditati cenſetur renunciare legitima.

6 *Inſtitutio hæredis vniuerſalis habet vim ſpecialis nominationis.*

7 *Excluſus generaliter à ſucceſsione, eſt excluſus à legitima.*

8 *Clauſula abſque præiudicio venientium ab inteſtato, non excludit à legitimo.*

Legitima non eſt quota hæreditatis, ſed quota bonorum.

1 IVxta ea, quæ dicta ſunt *præced. quæſt.* nulla adeſt difficultas, cum cuicunque verè legitimato de iure naturali debeatur legitima. Solum locũ habet ſuppoſito, quod limitatè legitimatus in ordine ad ſucceſsionem nõ habeat ius ad legitimam, an ſcilicet illud acquirat ex eo, quod inſtituitur à patre hæres vniuerſalis. Et *affirmatiuè videtur* reſoluendum. Ita etiam Dec. *in l. Precibus. nu.* 24. C. De *impuber* Gabr. *conſil.* 24. *nu.* 15. *ver. Tertio. quia. vol.* 2. Ripa *in l. Centurio. num.* 48. *ff.* De *vulg. & pupil. ſubſtit.* Alban. *conſil.* 7. *num.* 2. Zanchin. *in l. Heredes mei. §. Cum ita num.* 4. *ff.* Ad *Trebel.* Cuch. De *legit. init. num* 4. Natta *conſil.* 216. *num.* 10. Menoch. *conſil.* 210 *num.* 49. & *conſil.* 950. *num.* 7. Surdus *conſil.* 185. *num.* 23. ver. *Rationes, quoq. & num.* 25.

2 Ratio deſumitur ex ipſa vniuerſalitate inſtitutionis. Dum enim filius legitimatus inſtituitur hæres vniuerſalis, trãſferuntur in ipsũ omnia iura hæreditaria eo modo, quo poſſunt transferri à patre in filium, cum non inſtituat ipſum hæredem tanquam extraneum, ſed tanquam filium, et dum præfert cœteris, inſtitutio procedit ex illa affectione, qua ipſum diligit vt filiũ, & transfert in ipſum iura hæreditaria cum illis qualitatibus, cum quibus transferuntur in filium: & proinde cum iure ad legitimam tanquam legitimam, cum poſsit hoc ius ipſi concedere, ſi quidem voluntas teſtatoris regit teſtamentum *l. In conditionibus. ff.* De *condit. & demonſtrat.* & voluntas eſt ſecundum menſuram affectionis.

3 Præſertim quia ex qualitate relicti colligitur, quid ſenſerit teſtator. *l. Plenum. §. Equitij. ff.* De *vſu & hab.* & *l. Sed & ſi ſuſceperit. §. 1. ff.* De *iudic.* Dum ergo pater relinquit filio legitimato totam hæreditatem ipſum inſtituendo vniuerſalem hæredem, ſatis colligitur, quod voluerit ipſum eſſe hæredem eo modo, quo ſunt filii nõ obſtante legitimatione limitata in ordine ad ſucceſsionem, & proinde quod haberet legitimam liberam, prout de iure habeat filii. Dum enim filius inſtituitur à patre, remouetur impedimentum, quod poterat obſtare, ne conſequeretur legitimam. *l. Non putauit. §. In adoptione ff.* De *bonor. poſſeſ. contra tab.* & ponderat. Surd. *conſil.* 185. *num.* 20.

4 Accedit etiam. Quod, dum pater grauauit filiũ legitimatum, vt reſtitueret hæreditatem, potuit etiam grauare ad reſtituendum legitimam, quod cum non præſtiterit, cenſetur ei libere conceſſa, & poterit detrahi in reſtitutione, vt tradunt Bald. *in l. Precibus. num.* 3. C. De *impub.* Caſtrenſ. *num.* 19. *in fine.* Alexan. *nu.* 17. Curt. iun. *num.* 74. Iaſ. *num.* 17. ver. *Quarta vtilitas.* Caſtrenſ. *num.* 19. in fine. Iacobin. *n.* 19. Caccialup. *num.* 88. Io. de Garron. *in Authent. Ex teſtamento. nu.* 25. C. De *ſecun. nupt.* & alii cum Gloſ. *ibid.* verbo. *Peti. poſſunt.* Imola *in l. Centurio.* ver. *Tertius effectus. ff.* De *vulg. & pupil. ſubſtit.* Ripa *n.* 26. Dec. *conſ.* 257. *circa fin.* Quando, n. poteſt aliquid adimi, & non adimitur, cenſetur

con-

conceſſum. *l.* 3. & *l. Conficiuntur. ff. De iure Codicil.* & obſeruant Doctor. in *l. Cũ filio, ff. De legat.* 1. pręſertim Bald. Nouel. *in* it. Ita arguit Surd. *conſil.* 185. *num.* 22. *in fine.*

5 Rurſus cum ſit hæres vniuerſalis ſuccedit in bona, & hæreditatem pater. nam: bona autem, & hæreditas paterna continent legitimam tanquam partem debitam filiis, ita vt eam trahant ſecum. Et proinde renuncians bonis, & hæreditati paternæ, cenſetur etiam renunciare legitimæ, vt obſeruãt Ruin. *in Repet. l. Gallus* §. *Et quid ſi tantum. num.* 268. & *conſil.* 51. *nu.* 13. ver. *Poteſt etiam. lib.* 3. Menoch. *conſil.* 831. *num.* 5. Vnde ſic inſtitutus acquiret legitimã tanquam legitimã, cũ acquiratur ad acquiſitionẽ vniuerſalis hæreditatis, & proinde eo modo, quo in ipſa continetur.

6 Et ſicut ſi pater expreſsè, & ſpecialiter reliquiſſet filio limitate legitimato in ordine ad ſucceſsionem legitimã, & deinde inſtituiſſet hæredem vniuerſalem, non teneretur reſtituere legitimam, niſi in hoc eſſet expreſsè grauatus. Ita neque etiam tenetur reſtituere, dum eſt inſtitutus vniuerſalis hæres. Siquidem inſtitutio hæredis vniuerſalis habet vim ſpecialis nominationis iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in l. Vnum ex familia.* §. *Si duo. not.* 3. *ff. De leg.* 2. Bart. *num.* 2. Cuman. *numer.* 1. Caſtrens. *ibid.* & cœteri Doctor. Rota *in Romana domus in monte Iordano,* 29. *Maij.* 1579. coram Brauo, & in alia *Romana domus* 15 *Iunij.* 1589. coram Blanchetto, & coram Pennia *deciſ.* 294. *num.* 5.

7 Et facit etiam, quod filius generaliter excluſus ſiue à lege, ſiue à ſtatuto, vt eſt filius illegitimus, eſt etiam excluſus à legitima, vt tradunt Alexan. *in l. Gallus.* §. *Et quid ſi tantum. ff. De liber. & poſth* Ias. *in l. Si quando.* §. *Et generaliter. in fine.* C. De *inoffic. teſtam.* Gozadin. *conſil.* 43. *num.* 23. Natta *conſil.* 308. *num.* 3. Rolan. *conſil.* 62. *num.* 50. *vol.* 3. Cephal. *conſil.* 404. *numer.* 1. A contrario ergo ſenſu incluſus generaliter ad hæreditatem erit incluſus etiam ad legitimam tanquam legitimam. Præſertim quia potior ratio militat in incluſione, quàm in excluſione; quia in illa à fortiori arguitur volũtas paterna, quod filius habeat ſuam legitimam, dum vult habere totam hęreditatem; in hac verò ex ſola vniuerſalitate excluſionis inducitur excluſio à legitima.

8 Denique. Illa clauſula *Abſque præiudicio venientium ab inteſtato,* excludit ſolum legitimatum à ſucceſsione, & hæreditate ab inteſtato. Et proinde non excludit à legitima, vt obſeruant Berengar. *in l. In quartam. in* 3. *Præfat. num.* 356. *ff. Ad leg. Falcid.* Valaſc. *in Praxi Partit. cap.* 17. *n.* 10. quia legitima non eſt quota hæreditatis, ſed quota bonorum *l. Papinianus.* §. *Quarta. ff. De inoffic. teſtamen.* & *l. Scimus.* §. *Repletionem.* & *l. Cũ quæritur.* C. De *inoffic. teſtam.* & tradunt Roland. *conſil.* 39 *num.* 3. *lib.* 1. Coſta *in Cap. Si pater. ver. ſubſequenter. nu.* 24. De *teſtamen. in* 6. Didacus de Segura *in l. Cum patronus. num.* 49. *ff. De legat.* 2. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 5. Afflict. *deciſ.* 382. *num.* 2. Alexan. *in l. Ita tamen.* §. *Si patronis. ff. Ad Trebellian.* Peralta *in l.* 3. §. *Qui fideicommiſſariam. num.* 141. *ff. De hæred. inſtit.* Vaſquez plures citans. *de Succeſ. creat.* §. 20. *numer.* 21. Berengar. *in dict. l. In quartam. numer.* 14. *ff.* Ad *leg. Falcid.* vbi & cœteri Doctores. Rota coram Caualero *deciſ.* 325. *num.* 2. & coram Merlino *Deciſ.* 581. *nu.* 35. & apud Merlin. *De legit. deciſ.* 125. *num.* 4. Vnde hæc ratio corroborat etiam quæ dicta ſunt *quæſt. præced.*

Quinam teneatur recitare Officium B. Virginis, quando penſionarius cedit alicui commoditatem penſionis. Qu. 215.

SVMMA.

1 *Commoditas penſionis differt à penſione.*
Penſionarius poteſt transferre in alium commoditatem penſionis.
2 *Beneficiarius non percipiens fructus non tenetur ad Horas canonicas.*
Titularis non tenetur recitare officium, ſi authoritate Papa habeat ſolum titulum, & alius fructus.
3 *Penſionarius cedens commoditatem penſionis tenetur recitare Officium B. V.*
Obligatio recitandi officium in quo radicetur.
4 *Cedens commoditatem penſionis quid cedat.*

Ceſsionarius vtitur iure cedentis.

5 *Penſionarius dum cedit commoditatem percipit commodum penſionis.*

6 *Beneficiarius quando nō teneatur recitare officium, ſi non percipiat fructus.*

7 *Separatis omnibus fructibus à beneficio ceſſat obligatio horarum canonicarum.*

---

1 COmmoditas penſionis eſt quid diuerſum à penſione; nam penſio importat ius percipiēdi fructus ex aliquo beneficio commoditas verò penſionis importat ius vtendi dictis fructibus; & proinde eſt merè temporalis, ſicut ſuat fructus; & eſt ſub libera diſpoſitione penſionarii, ſicut ſunt ipſi fructus, de quibus poteſt ad libitum diſponere, atque adeo etiam de commoditate penſionis. Ex quò fit, qaod poſsit abſque alia licentia retento titulo transferre in alium commoditatem penſionis, vt docent Pręposit. *in Cap. Audiuimus.* 1. *Quaſ.* 3. Nauar. *conſil.* 62. *De ſimon.* Azor. *par* 2. *lib.* 8. *cap.* 10. *quaſt.* 11. & *cap.* 11. *quęſt.* 2. & 14. Garzia. *par.* 1. *de beneſic. cap.* 5. *nu.* 29. & *par.* 2. *cap.* 1. *num.* 38. Zerola *in Praxi verbo* Alienatio. *§.* 3. *concluſ.* 10. Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 9. & 17: Naldus *in ſum. verbo.* Penſio. *num.* 10. Filliuc. *trac.* 42. *cap.* 9. *quęſt.* 8 *num.* 14. Bonac. *quaſt.* 4. *de Simon §.* 13. *propoſ.* 2. *nu.* 13. Ripa. *De ſimon. par.* 1. *ar.* 4. *num.* 34. Io. Vuameſius *conſil. canon.* 50 *num.* 3. Lotter. *De beneſic. quaſ.* 42. *n.* 24. *lib.* 1. Rota corā Ludouiſ *dec.* 440. *n.* 7. Vnde inſurgit dubium, an conceſſa alicui commoditate penſionis teneatur penſionarius, an verò commodatarius recitare officium paruum B. Virginis.

2 Et quod non teneatur penſionerius, ſed comodatatius videtur ſuaderi ex eo. Quod ſolus commodatarius percipit cōmodum penſionis, propter quod eſt impoſitum onus recitandi: Et proinde iuxta regulam iuris, cu m ſentiat commodum, debet ſentite etiam incommodum. Cap. *Qui ſentit. De reg. iur.* in 6. Secundo. Quādo beneficiarius non percipit fructus beneficii, nō tenetur ratione ſolius tituli recitare officium diuinum, vt doceut Roſa aurea *tract.* 3. *De quęſt. impertinen. caſu* 19. Caiet. *in ſum verbo.* Hora, vbi etiam Palat. Armil, *num.* 1. Sotus *lib.* 10. *De iuſt. & iure. quaſt.* 5. *ar.* 3. ver. *Pari modo* Corduba *in ſum. quaſt.* 186. Nauar. *cap.* 25. *Manual. nu.* 103. Sandoual. *De offic. Canon. par.* 5. *cap.* 5. & alij. Quia obligatio recitandi ratione beneficii conſurgit ex fructibus tanquam ex mercede Cap. *Cum ſecundum*, De *prębendis*. Eſt autem eadem ratio de penſionario. Tertio. Quando alicui datur beneficium, & alteri auctoritate Papæ reſeruantur omnes fructus, non tenetur Titularis recitare officium, vt teadunt Nauar. *cap.* 25. *Manual. numer.* 104. Corduba *in ſum. quęſt.* 186. Sandoual. *De offic. Can. par.* 5. *cap.* 5. Sanchez *lib.* 2. *conſil. cap.* 2. *dub.* 77. *num.* 3. Et hoc etiam volunt Sotus *lib.* 10. *de Iuſt. & iure. quaſt.* 5. *ar.* 3. ver. *Pari modo.* Palat. *in ſum.* verbo. *Hora.* Ergo neque tenebitur, qui habet ſolum titulum penſionis, cum ſit eadem ratiò.

3 Tenendum tamen eſt. *Titularem teneri recitare officium B. Virgin. non obſtante, quod alteri cedat totam commoditatem penſionis.* Ita loquentes de beneficiario, qui cedit fructus alteri. Nauar, *in Manuali cap* 25. *num.* 103. Sotus *lib.* 10. *de iuſt. & iure. quaſt.* 5. *ar.* 3. ver. *Pari modo* Corduba *in ſum. quaſt.* 186. Ledeſma 2. *par.* 4. *quęſt.* 16. *ar.* 4. *dub.* 5. Palat. *in* 4. *diſt.* 15. *diſp.* 9. *§. Etenim qui ceſſit, fol.* 144. *col.* 2. Ratio eſt. Quia habet titulum penſionis coniunctū cum fructibus, quos exigere poteſt, & ipſi ſuut debiti, quod ſatis ex eo patet, quia ſi fructus uon eſſent ipſius, non poſſet eos alteri cedere. Cum ergo habeat titulum, & fructus, habet totum id, in quo radicatur obligatio recitandi iuxta Conſtit. Pij V, Titulus enim pariens fructus inducit huiuſmodi obligationem.

4 Confir. Cedens commoditatem penſionis non transfert ius in ceſsionariū exigendi fructus, nam in hoc iure conſiſtit ipſa penſio, quæ non poteſt auctoritate propria in alium transferri, ſed tantum cedit ipſos fructus tanquam ad ſe pertinentes, & de ſuo iure, ſiquidem ceſsio non egreditur ius cedentis, vt notat Socin. *conſ.* 97. *num.* 60. vnde ſupponit, quod penſionatius faciat fructus ſuos. Præſertim quia ceſsionarius vtitur iure cedentis

in

in ſe tranſlato *l. Emptor*. C. De *rei vendit.* & notát ibi Bald. *not.* 1. Itē Bald. *in l. Per diuerſas.* C. *Mandati* Iaſ. *in l. Si emancipati. n.* 13. C. *De collat.* Cū ergo ceſſionarius nō poſſit vti iure pēſionarii ad exigēdos, fructus quia hoc no poteſt in ipsū trāsferri, vtetur iure ipſius, quod habet ad diſponendū de fructibus, atque adeo ſupponet, quod fructus ſint ipſi acquiſiti, ſi igitur pēſionarius acquirit fructus, nihil remanet, vnde eximi poſſit à recitatione Officii B. Virginis.

5 Ad 1. in oppoſitum reſp. Illam regulam facere pro firmata concluſione, nam penſionarius ſentit commodū penſionis, quia, vt modo dicebatur, facit fructus ſuos, & poſtea tamquam ſuos cedit alteri con cedendo ipſi commoditatem penſionis. Vnde ceſſionarius non percipit commodum ex penſione, ſed ex donatione, ſeu alio contractu penſionarii, & ideo non tenetur ad oneta annexa penſioni. Pēſionarius vero percipit immediatè cōmodum ex penſione, quia in virtute iuris, quod acquirit in penſione exigit fructus; licet poſtea iis ſe priuet transferendo cōmoditatem in alium.

6 Ad 2. Beneficiarium non teneri recitare officium; quando non percipit fructus, ſi per ipſum non ſtet, quin percipiat: ſecus autem, ſi per ipſum ſtet, quòd nō percipiat, vt tradūt Sotus *lib. 10. de iuſt. & iur. q. 5. ar. 3. poſt 2. concluſ.* Aragon. 2. 2. *quæſt.* 83. *ar.* 12. *dub.* 3. *poſt.* 2. *concluſ.* Palat. *in 4. diſt.* 15. *diſp.* 9. §. *Quod ſi fructibus* pag. 144. col. 1. in fine Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib. 4. de boris Canon. cap.* 20. *num.* 12. *dict.* 4. Filiuc. *tract.* 23. *cap.* 5. *quæſt.* 5. *numer.* 102. Corduba *in ſum. quæſt.* 186. Graf. *par.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 50. *num.* 14. ver. *Secundò ampliatur*. Azor. *par.* 1. *lib.* 19. *cap.* 4. *quæſt.* 6. Rodriquez *par.* 1. *ſum. cap.* 141. *concluſ.* 3. Sanchez *lib.* 2. *Conſil. moral. cap.* 2. *dub.* 71. *num.* 4. Garzia *de Benefic. par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 45. Paris. *lib.* 1. *de reſignat. quæſt.* 9. *numer.* 3. Laiman. *lib.* 4. *Theol. moral. tract.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. & alii apud citat. Doctor. & cœteri quoque adduxi in argumento. Quia ſi per ipſum ſtat, ne percipiat, perinde ſe habet, ac ſi perciperet; & ideo vrgetur obligatione recitanti. In noſtro autem caſu, non ſolum ſtat per penſionarium, ne percipiat fructus, ſed imò percipit, & perceptos alteri cedit.

7 Ad 3. reſp. Locum habere, quod adducitur in argumento, ſuppoſito, quod beneficiarius nullos omninò percipiat fructus, & ita intelligunt Doctores ibi primo loco citati. Et ita docent etiam Rodriquez *par.* 1. *ſum. cap.* 141. *concluſ.* 3. *num.* 4. Vega *par.* 1. *ſum. cap.* 128. *caſu.* 12. Garzia *par.* 3. *de benefic. cap.* 1. *num.* 54. Suarez *tom.* 2. *de relig. lib.* 4. *De hor. canon. cap.* 20. *nu.* 5. Filiuc. *tract.* 23. *cap.* 5. *quæſt.* 5. *dicto.* 2. *nu.* 163. Vnde hoc ipſum dicendū eſſet etiā de penſionario quò ad Officium B. Virginis, ſi Papa concederet vni nudum titulum penſionis, & alteri omnes fructus; Quia tunc ſuſpenditur obligatio, quam inducit titulus, eò quod careret illo compenſatiuo, quo onus recitandi compenſari debet. Verum, caſus, de quo agitur, eſt diuerſus; quia neque interuenit auctoritas Papæ ſeparans fructus à titulo; neq. fit talis ſeparatio, quia penſionarius facit fructus ſuos, & tanquam factos ſuos cedit alteri, vt dictum eſt.

An ſi penſionarius nō recitet Officium B. Virginis, reſtitutio cedat in præiudicium ipſius, an verò commodatarij. Quæſt. 216.

SVMMA.

1 *Fructus penſionis reſtituendi ob non recitatū officium decreſcunt commodatario.*
2 *Fructus quando non acquirantur penſionario.*
Fructus non acquiſiti penſionario non fiunt commodatarij.
Dans alteri dat ſecundum menſuram iuris quod habet.
3 *Quod non eſt veriſimile, non poteſt præſumi.*
4 *Penſionarius omittens officium quando teneatur reſarcire fructus commodatarius.*
Qui dat cauſam damni, tenetur reſarcire.
5 *Penſionarius quomodo probet non recitaſſe Officium.*
Iuramentum habet vim probationis.
In materia difficilis probationis admittuntur probationes, quæ aliàs non admitterentur.

1 SVppoſito, quod penſionarius cedat alicui commoditatem penſionis, & ipſe teneatur recitare Officium B. Virginis, vt dictum eſt *quæſt. præced.* inſurgit dubium, an reſtitutio facieda de fructibus pēſionis debeat cedere in præiudicium penſionarii, an verò commodatarij, ita vt, quod reſtituendum eſt, debeat decreſcere fructibus penſionis. Dicendum eſt. *Reſtitutionem faciendam ob non recitatum officium B. V. decreſcere fructibus, qui perueniunt ad commodatarium: ità vt fructus reſtituendi nō fiant commodatarij.*

2 Ratio eſt, Quia huiuſmodi fructus non fiunt penſionarii. Ergo neque fiunt commodatarii. Quod non fiant penſionarii certum omnino eſt; nam Pius V. in ſua *Conſtit.* 135. *§.1. in fine. tom. 2. Bullar.* ſtatuit, quod penſionarius omittens recitare Officium B. Virg. non faciat fructus ſuos pro rata. Conſeq. verò prob. Penſionarius cedens alteri commoditatem penſionis non cedit, nec poteſt cedere, niſi fructus, quos ipſe ratione tituli ſucceſſiuè acquirit, cum ad hos tantum ius habeat, & poſſit de ipſis diſponere. Qui enim dat quicquā alteri, cenſetur dare ſolum ſecūdum menſuram iuris, quod habet *l. Serui electione. §. fin. ff. De leg. 1.* & *l. Quod in rerum. §. 1.* & *l. Domus. §. fin.* & *l. Apud Iulianum. §. Si Titius ff. eod.* & *l. Vxor fructui. C. De legat.* & tradunt Ias. *in dict. §. Si Titius. num. 20.* vbi etiam Bald. Imola, & cœteri Doctores. Idem Bald. *in l. 1. num. 2. C.* Qui *teſtam. fac. poſ.* Caſtrens. *ibid.* Alexan. *in l. Cum ſeruus. §. Si Titius. ff.* De leg. 1. Arct. *in l. Serui electione. §. Cum ſeruus. ff. De leg. 1.* Dec. *conſil.* 454. *num.* 11. Gomez *tom. 1. Variar. tit. 12. num. 17.* Durān. *de arte teſtan. tit. 6. caut. 1. init.* Couarcu. *pract. quæſt. cap. 2. num....* Alexan. *conſil. 47. num. 7. lib. 3.* Surd. *conſil.* 313. *num. 14.* & *deciſ.* 93. *nu.* 38. Rota coram Merlino *deciſ.* 311. *num.* 2. Vnde cūm penſionatius non faciat fructus ſuos, qui reſtituendi ſunt ex omiſſione recitationis, nō transferentur in commodatarium ex vi ceſſionis commoditatis penſionis; & proinde non pertinebunt ad ipſum, ſed decreſcent.

3 Solum obſtare videtur. Quod ſi fructus reſtituendi decreſcerent commodatario, eſſet in facultate penſionarii ipſum defraudare omnibus fructibus; nam ſi eum pœniteret ceſſionis, poſſet ſemper, aut vt plurimum non recitare officium. Verum hoc non ſequitur, quia, ſi vellet ipſum priuare fructibus, poſſet renunciare penſioni quò ad titulum; & tunc beneficiarius liberaretur ab onere ſoluendi. Vnde cum habeat hoc mediū exequutioni mandandum ſine peccato, non eſt veriſimile, quod velit eligere medium, quod inuoluat mortale peccatū, & ideo hoc non poteſt præſumi, cum hoc non ſit veriſimile, ſed eius oppoſitum iuxta ea, quæ tradunt Angel. *in l. Milites. C. De quæſt.* Bald. *in l. Siue poſſidetis. in fine. ff.* Vt *in poſſeſſ. leg.* Craueta. *Conſil.* 662. *num.* 22. *vol.* 4. Iaſ. *in l. Si extraneus. numer.* 5. De *condict. ob cau.*

4 Eſt tamen aduertendum, quod quando penſionarius transfert in alium commoditatem penſionis titulo oneroſo, tenetur reſarcire damnum quod ipſi infert non recitando officium B. Virginis; Quia enim ceſſio commoditatis penſionis eſt pro compenſando onere; tenetur ratione iuſtitiæ manutenere, quantum in ſe eſt, quod dat: & ideo non poteſt ipſe voluntariè præbere cauſam, quod non poſſit fructus percipere: tunc enim eſſet cauſa damni illius, quia nō acquireret fructus, quos tanquam alteri titulo oneroſo conceſſos tenetur acquirere *l. Nihil intereſt. ff.* Ad *leg. Cornel. De ſicar.* & *l. Videamus. §. fin. ff. Locati.* & Cap. *fin.* De iniur. & Cap. *De cætero. De homicid.* Vnde tūc tenebitur ipſe de ſuo reſtituere, relinquendo fructus reſtituendos ceſſionario pro compēſatione.

5 Occurrit autem dubium, quomodo pēſionarius conſtare faciet, quod non recitauerit officium, ad hoc vt commodatarius reddat fructus reſtituendos, ſi ipſe exegit: vel non cogat penſionarium ad reddendos fructus; regulariter enim huiuſmodi probatio erit valdè difficilis. Reſp. Quod ſtandū erit iuramento penſionarii iuramentum namque habet vim probationis *l. fin. §. Licentia. C. De iure deliberandi*, & notant Bald. *in Authen. Non licet. circa*

ca fin. C. *Si cer. pet.* Plotus *in l. Si quando.* §. 1. *nu.* 55. C. *Vnde vi.* Iaſ. *in l. Cum te tranſegiſſe. num.* 9. C. *De tranſat.* Dec. in Rubr. *De probat.* Menoch. *quæſt.* 10. *num.* 17. *De præſumpt.* Viuius commun. opin. *littera* I. *verbo.* Iuramentum. *num.* 207. Et ideo cum ſimus in materia difficilis probationis, adhiberi poterit; cum in tali materia admittantur probationes, quæ aliàs non admitterentur, vt tradunt Bald. *in l. Si quis ex argentarijs.* §. *Prætor ff.* De *eden.* vbi etiam alii Abbas *in Cap. De cætero. num.* 3. *De teſtib.* Matſil. *conſil.* 5. *num.* 10. Calcau. *conſil.* 19. *num.* 8. Corneus *conſil.* 341. *circa fin. vol.* 1. Bellon. *conſil.* 11. *num.* 12. Io. de Amicis *conſil.* 1. *num.* 7.

An Epiſcopus, qui minis conatur detemere, ne deputati à Capitulo accedant ad Romanam Curiam contra ſeipſum, incurrat aliquam cenſuram Bullæ cœnæ. Quæſt. 217.

S V M M A

1 *Epiſcopus minitans deputatis ad Romanam Curiam non incidit in cenſuras Bullæ cœnæ.*

2 *Canon.* 14. *Bullæ cœnæ quos comprehendat.*

3 *Quæ actiones prohibeantur in canone* 12. *Bullæ cœnæ.*

4 *Honor eſt omnium bonorum pretioſiſſimus.*
Quibus bonis ſpoliare prohibeat canon. 12. *Bullæ cœnæ.*

5 *Spoliare de quibus dicatur.*
Verba accipienda iuxta communem vſum loquendi.

6 *Detinentes accedentes ad Romanam Curiam excommunicantur in Bul. cœnæ.*
Si tamen iter aggreſſi ſint.
Leges non conſiderant propoſitum, ſed actum externum.

7 *Detinere quid dicat:*
Minæ relinquunt voluntarium abſolutè, & ſolum ſecundum quid cauſant inuoluntarium.

8 *Verba ſubſequentia accipiunt interpretationẽ ab antecedentibus.*

9 *Cenſura locum non habet, niſi interueniat actus perfectus.*

1 CVm Capitulum Cathedralis deputaſſet Canonicos, qui nomine ipſius Romam accederent contra Epiſcopum ob grauamina ab ipſo illata, conatus eſt Epiſcopus minis dererrere deputatos, vt renunciarent deputationi. Vnde dubitatum fuit, an inciderit in aliquam excommunicationem Bullæ cœnæ. *Et negatiuè videtur reſoluendum.* Tres enam tantum canones ſunt, de quibus videtur poſſe dubitari, an locum habeant in præſenti caſu.

2 Primus eſt *canon.* 14. *eiuſdem Bullæ* continens excommunicationem contra eos, qui impediunt curſum cauſarum. Prædictus autem Epiſcopus videtur impediſſe. Verum hæc excommunicatio non habet locum, quia procedit contra eos, qui auctoritatiuè impediunt dictum curſum, & tãquam iudices ſe interponũt vt notant Alterius *cap.* 2. *in dict.* Can. *Bul. cœnę.* Bonac. *de cenſur. Bul. cœnæ diſp.* 1. *qu.* 15. *pun.* 1. *num.* 15. Et ſatis oſtendunt verba ipſa Canonis. ibi. *Auctoritate propria.* & *Ac ſe de illarum cognitione tanquam iudices interponunt.* Quod non contingit in pręſenti caſu, cum tanquam perſona priuata procurauerit impedire, & vſus ſit medio minarum, quo vti potuiſſet quilibet carens auctoritate.

3 Secundus canon, de quo dubitari poteſt, eſt 12. *eiuſdem Bullę* in fauorem eorum, qui recurrunt ad Romanam Curiam ſuper ſuis negociis, & cauſis. Verum neq. iſte canon in præſenti locum habet, quia non prohibet quamlibet actionem contra ipſos, ſed ſolum tres, nempe occidere, percutere, bonis ſpoliare. Ità Caiet. *in ſum. excommun.* 15. Souſa *in Bul. cœnæ cap.* 13. *in notat. circa tex.* Sayr. *de cenſur. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 1. Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. Bul. cœnæ quęſt.* 13. *pun.* 1. *n.* 1. *& ſequent.* Duard. *in Bul. cœnæ lib.* 2. *can.* 12. *quæſt.* 1. *n.* 1. *ver. Circa tertiũ.* Nulla autem ex prædictis tribus actionibus interuenit; & proinde excluditur præſens excõmunicatio.

4 Solum obſtare videtur. Quod cum Epiſcopus protulerit verba iniurioſa, & calumnioſa contra prædictos deputatos, videtur eos ſpoliaſſe aliquo bono, nempè honore, qui inter bona reponitur, & eſt

omnium precioſiſſimus *l. Si in duabus.* 104.*ff. De reg. iur.* & omnium maximus, vt docent communiter cum Ariſt. *lib.* 4. *Ethic. cap.* & D.Th. 1.2. *quæſt.* 2. *ar.* 2. Verum cum ſi nus in materia pœnali, in qua facienda eſt ſtricta interpretatio, ſpoliare bonis non eſt referendum ad honorem, ſed ad bona corporalia. Ita Duard. *in in Bull. cœnæ quæſt.* 5. *in can.* 12. *nu.* 3. Souſa *diſp.* 70. *in eamdem Bul. nu.* 5. Alterius *diſp.* 23. *cap.* 1. ver. *Ex his.* Vgolin. *in hunc* 12. *Can.* ver. *Seu quoquo modo* Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. in Bul. cœnæ, quæſt.* 13. *pun.* 1. *nu.* 5. ver. *At non obſtantibus*. Nam per hunc canonem prohibentur illæ tres actiones, quatenus immediatè proueniunt ab aliqua perſona. Verba autem iniurioſa, ſeu contumelioſa non ſunt ſecũdum ſe actio ſpoliariua honoris, ſed ſunt actio contumelioſa, vel iniurioſa, licet deinde ex ipſa reſultet diminutio honoris; vnde non ſunt illa actio, quæ cadit ſub prohibitione.

5 Accedit etiam, quod verbum, *ſpoliare*, ſecundũ communem loquendi modum refertur ad illa bona, quæ à ſpoliante apprehendi poſſunt, ita vt auferantur à ſpoliato, & remaneant apud ſpoliantem. Huiuſmodi autem non eſt bonum honoris; quod non poteſt apprehendi à ſpoliante, licet poſsit auferri. Verba autẽ debent accipi ſecundum communem vſum loquendi *l. Non aliter.* §. *Titius. ff.* De *leg.* 3. & *l. Labeo. ff.* De *ſupellect. leg.* & notant Bart. *in l. Librorum* §. *Quid tamen. ff.* De *leg.* 3. per illum tex. Surd. *conſil.* 454. *nu.* 19. Mantica *De coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 1.

6 Tertius canon, de quo dubitari poteſt, eſt *nonus eiuſdem Bullæ*, in quo excommunicantur ii, qui mutilant, capiũt, detinent venientes ad Romanam curiã, aut recedentes. Vnde videtur, quod præfatus Epiſcopus inciderit in hanc excommunicationem tanquam detinuerit venienter ad Romanam curiam. Sed neque hæc excommunicatio locũ habet. Quia dicti deputati non veniebant ad Romanam curiam, ſed volebãt venire. Excommunicatio autem fertur tantum in fauorem eorum, qui actu veniunt, ita vt iter ſint aggreſsi, vt tradunt Vgolin. *in Bul. cœnæ can.* 9. §. 1. *numer.* 3. ver. *Quartò*. Duard. *quæſt.* 3. *in eumdem canon. numer.* 1. Bonac. *diſp.* 1. *de cenſur. in Bul. cœnæ. quæſt.* 10. *pun.* 1. *num.* 3. Et hoc ipſum declarant ipſa verba Canon. ibi. *Venientes, & recedentes*, qui enim tantum propoſuit venire non dicitur veniens, ſed paratus venire. Fauet enim canon actui externo veniendi, non propoſito. Quia leges non habent in conſideratione propoſitum, ſed ſolum actum externum exequutiuum propoſiti *l. Cogitationis. ff.* De pœn. & *l.* 1. §. *Inde ſola cogitatio. ff.* De *fur* & Cap. *Felicit. De pœn. in* 6. & notant communiter Doctores *in l. Quiſquis, C.* Ad *leg. Iul. maieſt.*

7 Imo neque dici poteſt, quod detinuerit volentem accedere ad curiam. Nã aliud eſt detinere, & aliud minis procurare, quod non accedat. Detinere enim aufert omnimodam facultatem, & libertatem accedendi, ita vt detentus apud detinentem cogatur menere iuxta *l. Penes. te.* 63. *ff.* De *verborum ſignificatione.* ibi. *Nã apud te eſt, quod qualitercunque à te tenetur.* Vnde ſiue phyſicè, & corporaliter accipiatur, ſiue moraliter, ſemper importat actionem impedientem abſolutè perſonã, & ſub aliqua cuſtodia retinentem, ratione cuius non poſſit dici abſolutè, & corporaliter libera iuxta *l. Qui neque* 48. *ff.* De *verbor. ſignificat.* At minæ non cõtinent actionem detentiuam perſonæ, ſed tantũ incutientem timorem, qui poteſt operari, quod perſona liberè deſiſtat ab itinere Metus enim, quem minæ incutiunt, cauſat tantum inuoluntarium ſecundum quid, & relinquit voluntarium ſimpliciter, vt docent communiter cum D.Th. 1.2. *quæſt* 6. *ar.* 6. *in corpore.* Vnde qui deſiſtit ad Romanam curiam accedere ob metum per minas incuſſum, voluntariè deſiſtit, & non tanquam detentus.

8 Accedit etiam, quod in dic. Can. verbum *Detinent*, ſubſequitur ad verbum *Capiunt.* Ita enim habet, *Interficiunt, mutilant, capiunt, detinent.* & proinde debet ab ipſo accipere interpretationem. *l. Hæres palam.* §. *Sed ſi notam. ff.* De *teſtamen.* & *l. S*

ſeruus

ſeruus plurium. §. fin. & *l. Qui filiabus. init. ff. De leg. 1.* & notant Gloſ. *in l. Ille, à quo. §. Si de teſtamento.* verbo *Verba fideicom. ff. Ad Trebel.* Bart. *in l. Seio. §. Cato. num. 3. & 5. ff. De fun. instruc.* Surd. *conſil. 165. nu. 6.* Mantica *De coniect. ult. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 1.* Rota *deciſ. 567. numer. 6. par. 4. Recent.* Vnde cum verbum ſignificet detentionem corporalem, etiam verbum, *detinent* ſignificabit detentionem corporalem, qua perſona detineatur ab extrinſeco, non autem mutationem propoſiti ex metu.

9 Et hæc, quæ dicta ſunt à fortiori habent locum, ſi minæ non fuerũt efficaces, ita vt impediuerint acceſſum ad Romanam Curiam. Quia tunc dato etiam, quod interueniſſet actus prohibitus, non habuiſſet locum excommunicatio, quia minæ tanquam vacuæ non induxiſſent effectũ prohibitum. Cenſura enim locum non habet, niſi interueniet actus perfectus, qui prohibetur, vt tradunt communiter Nauar. *in Manuali cap. 27. num. 51.* & *cap. 23. numer. 104.* Suarez *diſp. 4. de cenſur. ſect. 3. num. 4.* Palaus *diſp. 1. de cenſur. pun. 7. nu. 8.* Vgolin. *tab. 1. de cenſur. cap. 9. §. 13.* qui alios citat. Coninch. *diſp. 13. de cenſur. dub. 8. numer. 75.* Auila *de cenſur. par. 2. cap. 5. diſp. 3. dub. 5.* Reginal. *lib. 9. Praxis fori pœnit. num. 216.* Alterius *de cenſur. lib. 3. diſp. 1. cap. 1. ver. Eadem ratione.* Bonac. *diſp. 1. de cenſur. quæſt. 1. pun. 3. num. 12.* Duard. *in Bul. cœnæ. can. 7. quæſt. 10. num. 7.* Leander. *de cenſur. tract. 1. diſp. 8. quæſt. 8. ver. Dico primo.* Et deſumitur ex Cap. *Perpetuo. De elect. in 6.* Vbi excommunicatio contra eligentes indignum, non contrahitur, niſi ſequuta electione. Neque enim violatur prohibitio, niſi ponatur effectus prohibitus.

An reſignans beneficium poſſit abſque ſimonia conuenire cum reſignatario, quod ſoluat penſiones decurſas, quas ipſe defectu fructuum non potuit ſoluere, Quæſt. 218.

S V M M A

1 *Reſignans quando poſſit reſignare cum onere penſionum decurſarum.*
2 *Penſio eſt onus reale beneficij.*
Beneficium tranſit cum onere penſionis.
3 *Onus penſionum decurſarum tranſit ad ſucceſſorem.*
Diligentia contra prædeceſſore pro penſione præmittuntur ex æquitate.
4 *Expreſſio illius, quod tacitè ineſt, nihil operatur.*
5 *Conuentio de eo, quod de iure ineſt, exprimitur ad tollendam dubitationem.*
6 *Succeſſor ſoluens penſiones decurſas, non repetit.*
7 *Titularis conſentiens penſioni etiam pro ſucceſſore conſentit.*
Succeſſor quaſi contrahit cum penſionario.
Penſionarius acquirit actionem perſonalem contra ſucceſſorem.
8 *Succeſſor ratificat conſenſum de penſione, & ratificatio retrotrahitur.*
9 *Reſignans cum onere penſionis decurſæ non liberatur onere, quo aliàs non liberaretur.*
Congrua titulari manutenenda.
10 *Reſignatarius ſuſcipiens onus penſionum decurſarum poteſt agere contra penſionarium.*
11 *Moleſtia litis ſuper decurſis penſionibus pertinent ad reſignatarium.*
Præſumptio ceſſat, ſi conſtet de veritate.
Titularis non poteſt negligere iura beneficij.

1 SVpponitur, quod in impoſitione penſionis titularis non ſe obligauerit ad ſoluendum penſionem perceptis fructibus, ſiue non perceptis: & etiam de ſuo proprio, &c. proinde, quod de ſolis fructibus penſio ſoluenda ſit. Et in tali caſu reſoluendum eſt. *Reſignantem poſſe cum reſignatario conuenire, abſque ſimonia, quod reſignatarius ſoluat penſiones decurſas, quæ remanent ſoluendæ ob defectum fructuum beneficij* quia videli-

videlicet fructus percepti non fuerunt ſufficientes pro ſoluenda penſione.

2 Penſio enim eſt onus reale beneficii adhærens fructibus ipſius Cap. *Si quis Laicus* 16. *Quæſt.* 1. & Cap. *Quædam De elect.* & notant Abbas *ibid. not.* 3. Burſat. *conſil.* 361. *num.* 32. Iacob. Gallus *conſil.* 67. *num.* 1. Gigas *de Penſionib. quæſt.* 39. *nu.* 1. & *quæſt.* 40. *num.* 1. & *conſil.* 35. *num.* 9. *ver. Eſt enim*, & alii apud citat. Doctor. Rota coram Seraphino *deciſ.* 1361. *nu.* 1. & coram Ludouiſio *deciſ.* 507. *num.* 1. & *deciſ.* 176. *n.* 3. *par.* 3. Recent. & in *Canarienſi penſionis.* 15. *Ianuarij* 1592. coram Gipſio, & in *Corduben. penſionis.* 3. *April.* 1592. coram Blanchetto, & coram Ludouiſ. *deciſ.* 507. *num.* 1. & *deciſ.* 176. *num.* 3. *par.* 2. Recent. Cum enim ſit ius ad percipiendum certam portionem ex fructibus beneficii, adhæret hoc onus beneficio ſicut adhærent fructus. Vt proinde beneficium tranſeat cum hoc onere ad quemcūque percipientem fructus, vt ſentiunt Gigas *de penſionib. quæſt.* 39. *num.* 1. Roman. *conſil.* 388. *num.* 19. Rota coram Puteo *deciſ.* 189. *nu.* 2. *lib.* 2. & coram Seraphino *in Placent. penſionis deciſ.* 128. *num.* 2. *par.* 2. Diuerſ. & *in Burgenſi Canoni.* 28. *Octob.* 1591. coram Pamphilio & in *Bononienſi penſionis.* 28. *Nouemb.* 1594. coram Millino & *in Reatina penſionis* 13. *Maij* 1598. coram Orano, & *deciſ.* 407. *nu.* 2. *par.* 3. Recent. & *in Romana cenſus* coram Robuſterio, quæ eſt *deciſ.* 99. *num.* 11. *par.* 1. Diuer. & *deciſ.* 291. *num.* 2. *par.* 2. Recent.

3 Vnde onus ſoluendi penſiones decurſas tempore prædeceſſoris tanquam coherens beneficio tranſit ad ſucceſſorem ſimul cum ipſo beneficio iuxta *l. Quæro. ff* De *vſufruc.* & ea quæ tradunt Cardin. *in Clemen.* 1. *quæſt.* 11. *numer.* 5. *ver. Ad aliud verò.* De *cenſib.* Franc. *in Cap. fin.* §. *vlt. nu.* 3. De *offic. Ordinar. in* 6. Geminian. *conſil.* 3. *num.* 2. Gambar. De *auctor. leg. lib.* 6. *tit. de penſion. nu.* 25. Decian. *conſil.* 37. *nu.* 12. *lib.* 2. Gigas *de penſion. quæſt.* 39. & 43. Bellincin. *de charit ſubſid. quæſt.* 51. Alban. *conſil.* 2. *num.* 12. Nauar *conſil.* 1. *num.* 3. & *conſil.* 2. *num.* 3. *De ſolut.* Et quando præmiſſæ ſunt diligentię contra hæredes titulatis Rota in *Canorieuſi penſionis.* 15. *Ianuar.* 1592. coram Gipſio, & in *Hiſpalenſi penſionis.* 16. *Decemb.* 1577. coram Blanchetto, & In *Cæſaraugustana penſionis.* 13. *Apr.* 1592. coram Pamphilio, & in *Oſcenſi, & Barbaſtrenſi penſionis.* 9 *April.* 1609. coram Lancellotto, & coram Seraphino *deciſ.* 1351. *nu.* 1. & coram Ludouiſio *deciſ.* 507. *num.* 7. *De* fructibus enim beneficii ſumenda eſt penſio; quæ tamen diligentiæ, vult Rota vt præmittantur ex quadam æquitate, vt coram Creſcent. *deciſ.* 3 *de Solut.* & coram Puteo *deciſ.* 189. *num.* 2. *lib.* 2. & coram Comitolo *deciſ.* 84. *num.* 3. Vnde de rigore iuris poſſet immediate conueniri ſucceſſor, tanquam poſſeſſor beneficii, cui adhęret onus, & qui acceptando beneficium ſe ſubiecit oneri ſoluendi penſiones decurſas.

4 Ex quibus concluditur, quod, dum reſignans beneficium conuenit cum reſignatario, quod ſoluat penſiones decurſas, nihil aliud facit, niſi quod reſignat cū onere, quod ipſi adhæret, & ſolum exprimit, quod tacitè ineſt, quia cōuenit, quod ſuſcipiat onus, quod aliàs eſt annexum beneficio, & quod tacitè ſuſciperet acceptando beneficium. Expreſſio autem illius, quod tacitè ineſt, non operatur aliquid de nouo, nec alterat naturam reſignationis, quæ tacitè cum hoc onere fieret *l. Non reſtè. C.* De *fideiuſ.* & *l. Conditiones, quę extrinſecus. ff.* De *condit. & demonſtr.* & notant Gloſ. *ibid.* Caſirenſ. *conſil.* 359. *num.* 1. *ver. Nec valet. lib.* 1. Prob. ad Monach. *in Cap. Cui. num.* 26. *De præben; in* 6. Paris. *conſil.* 110. *num.* 4. *lib.* 1. Ancharan. *conſil.* 147. *num.* 4. Ruin. *conſil.* 169. *nu.* 15. *vol.* 3. Rota *deciſ.* 65. *numer* 1. *par.* 3. Recent. & coram Merlino *deciſ.* 825. *num.* 14.

5 Ex quo fit, quod huiuſmodi conuentio, tanquam de eo, quod de iure ineſt, ſit licita, nec inducat ſimoniam, vt obſeruant Bellam. *in Cap Significaſti. De elect.* & ibi cœteri Doctores, Dec. *conſil.* 118. Rota coram Veral. *deciſ.* 241. *lib.* 3. & coram Millino *deciſ.* 250. *num.* 2. Et ſolum expreſsè inducatur pro maiori declaratione ad tollendam omnem dubitationē iuxta ea, quæ tradunt Socin. *conſil.* 102. *num.* 11. *lib.* 3. Cephal. *conſil.* 104. *numer.* 13. Ruin. *conſil.* 169. *nu.* 15. *lib.* 1. Tob. Nonius

con-

conſil.7. num.4. Surd. *conſil.339. num.34.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.3. tit 6. num.5.* Rota *deciſ.401. num.1. in fine par.4. Recent.*

6 Quod ex eo etiam confir. poteſt. Quod ſi ſucceſſor de facto ſoluat penſiones decurſas abſque eo, quod penſionarius vſus ſit debitis diligẽtiis cõtra prædeceſſorem, non ſoluit indebitũ, nec quod ſoluit, poteſt repetere iuxta regulã *l. Si nõ ſortem ff De condit. indebit.* vt ſenſit Rota coram Coccino *deciſ.327. num.3.* Si ergo ſoluit, quod debet, cõcluditur, quod onus ſoluendi penſiones decurſos deuoluatur ad ipſum ſimul cum beneficio; & propterea quod conuentio de hoc onere ſit de eo, quod ex natura rei ineſt.

7 Accedit, quod penſionarius habet contra ſucceſſorem in beneficio illã actionem, quam acquiſiuit contra prædeceſſorem, etiam quò ad penſiones decurſas, quia, vt rectè explicat Lotter. *de re beneficiar. quæſt.39. nu.101. lib.1.* Titularis conſentiens penſioni, nedum pro ſe ipſo conſentit, ſed etiam pro ſucceſſoribus, qui ex vi talis conſenſus contrahunt obligationem eò ipſo, quod acceptant beneficium grauatum penſione, quia ratum habent prædictum conſenſum; & proinde cenſentur, quaſi contrahere cum penſionario pro ſoluenda penſione, iuxta *§. Hæres quoq.* Inſtit. *de obligat. quæ ex quaſi contrac. naſc.* & notant Lottetius *quæſt. modo cit. num.4.* & penſionarius acquirit contra ipſum actionem perſonalem, vt pluries dixit Rota et in ſpecie coram Capntaquen. *deciſ.302. num.1. par.2.* & *deciſ.176. num.1. par.2.* Recent.

8 Cum ergo ſucceſſor ratum habeat conſenſum ſui prædeceſſoris, ſuſcipit eãdem obligationem, quæ ex vi ratificationis retrahitur ad diem, in quo prædeceſſor præſtitit conſenſem iuxta *l. final. ff* Ad *Macedon.* & *l. Donationes. in fine.* C. De *donat. inter vir. & vxor.* Et proinde remanet obligatus ad ſolutionem penſionis à die impoſitionis eiuſdem, atque adeo etiam ad terminos decurſos. Vnde cum hęc obligatio ab ipſo ſuſcipiatur acceptando beneficium grauatũ, conuentio, quod reſignatio beneficii ſit cum hoc onere, eſt de eo, quod de iure ineſt, & proinde non eſt apta inducere ſimoniam.

9 Solum videtur obſtare, quod reſignans mediante hac conuentione ſe ſubleuatur ab onere ſoluendi, dũ pro ipſo ſoluit reſignatarius, vnde percipit hoc commodum, quod ſufficit, vt in lucatur ſimonia. Verum non magis liberatur ab onere ſoluendi ex hac conuentione, quàm liberaretur ea ſecluſa, quia non transfert in reſignatarium aliud onus, quàm transferretur ſecluſa hac conuentione, vt dictum eſt. Et cum reſignans nõ tenearur ad penſiones decurſas, eò quod non perceperit fructus ſufficientes, ita vt neq. remanſerit ipſi ſolutis omnibus oneribus congrua præſeruata in impoſitione penſionis, quę ſemper eſt manutenenda & ex penſionibus ſupplenda, vt voluit Rota coram Seraphino *deciſ.951. num.4.* non liberatur per hanc conuentionem aliquo onere, quod teneatur ſubire.

10 Deinde cum reſignatarius ſuſcipiat hoc onus, ſuſcipit etiam ius annexum eidem oneri, nam ſuſcipit qualificatum, prout erat in reſignante. Vnde ſicuti poterat reſignans excipere, quod fructus nõ ſufficerent pro penſionibus, & congrua ſibi præſeruata, ita etiam poterit excipere reſignatarius, nec tenebitur cum effectu ſoluere ſtante dictà conuentione. Quod ſi cum effectu ſoluit, liberatur reſignans ab onere oſtendendi, quod non perceperit fructus ſufficientes, eo modo, quo ſoluente vno ex pluribus obligatis in ſolidum liberantur cœteri à moleſtijs quas ratione debiti ſubire poſſent. Tàm enim reſignans, quàm reſignatarius ſunt obligati in ſolidum ad ſolutionem penſionis etiam quò ad terminos decurſos, quia æquè conſenſerunt in ipſam, vt rectè ponderat Lotter. *de re benefic. quæſt. 39. num.107. lib.1.*

11 Adhuc tamen difficultatem facit, quod reſignans ratione talis conuentionis ſe liberat moleſtiis, et expenſis litis, quod, cum ſit quid pretio æſtimabile, cõuentio erit de aliquo pretio ęſtimabili, atque adeo inducet ſimoniam. Reſp. Quod cum non poſſit conueniri, niſi ratione fructuum perceptorum, & non perceperit

rit tantos fructus, quanti ſufficerent pro penſionibus, et propria congrua, non poteſt in rei veritate conueniri, cum etiam pro manutenenda congrua de penſionibus detrahendum ſit, vt dictum eſt *num*. 9. et ſolum cōueniri poteſt ratione præſumptionis, quam habet contra ſe, Cum ergo rei veritas conſtet reſignanti, ceſſat apud ipſum præſumptio *l. Cum de indebito.ff.De probat*.& *l. In rebus*: C. De *iure dot*. et ſubintrat obligatio defendendi iura beneficii, et oſtendendi, quod nō poſſit tantū oneris portare, nam tanquam poſſeſſor, et adminiſtrator beneficii, non poteſt eiuſdem iura negligere. *l.Tutor qui*. §. *fin.ff*. De *adminiſ. tut.* et *l*·1.*ff*·De *tut.& rat.diſtrab* et *l*.Si *tibi*.C. De *teſtam. tut*. et notant Batt. *in l*. *Ita tamen*.§, *Si geſſiſſe.ff*. De *adminiſtr.tut*. Plot. *in l*, *Si quando num*.216.& 248.C.*Vnde vi*. Socin.ſen.*conſil*.2. *numer*.4.*lib*. 1.Cephal. *conſil*·429.*numer*.25 *lib*·3.Caualcan.*De tut. & curat.num*. 311. *in fine*. Quia ipſe eſt immediatus defenſor beneficii, vt notant Lamber. *de iurepatr. lib*. 2. *quaſt*.2. *princip. num*.2.Rota coram Millino *deciſ*. 250. *num*. 1. Et ideo per hoc, quod ſubit moleſtias, etiam litis expenſas, non ſubit, niſi quod ratione reſignationis ſibi factæ ſecluſa quacunque conuentione debet ſubire: nec releuat aliquā moleſtia reſignantem, à qua ex ſola reſignatione in conſcientia non releuetur; et proinde nō interuenit quicquam, quod inducat ſimoniam.

An apponi poſſit aliqua pœna cenſuario, ſi non obſeruet conditiones appoſitas in fundatione cenſus. Quaſt.219.

S V M M A

1 *Quæ pacta prohibeantur in fundatione cenſus.*
Dictio, Aliqua, *eſt vniuerſalis.*
2 *De iure communi in fundatione cenſus poteſt apponi pœna.*
Contractus legem accipiunt à voluntate contrahentium.
3 *Quæ pœnæ prohibeantur in fundatione cēſu, ex Conſtit. Pÿ V.*
Narratiua præmij oſtendit cauſam finalem.
4 *Cauſa finalis regulat totam diſpoſitionem.*
5 *Qualitas, quæ ineſt vni parti diſpoſitioni, ineſt etiam alteri, quando partes inuicem cōtinuantur, & eodem verbo reguntur.*
6 *Vniuerſalitas dictionis*, Aliqua, *coarctatur à ſubiecta materia.*
Clauſula, Omnia alia, *non extenditur ad diuerſa ab expreſſis.*

1 MOuetur dubium quō ad obſeruantiam Conſtitut. Pii V. *De cenſibus*, & conditiones, quæ ſecundum ipſam apponi poſſunt, in qua ſtatuitur §.4. *Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceßantis, vel ad cambium, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria, ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſeu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliundè acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita ſint, & nulla*. Videtur autem irritate appoſitionem cuiuſcunque pœpæ, nam dictio, *Aliquam*, generalis eſt, & complectitur omnem pœnam, vt obſeruant communiter Gloſ.*fin.in Cap. Si propter*. De *reſcrip. in* 6.et *in Clemen*. 1. *De foro compet*.Socin.*conſil*.3. *numer*. 10.*lib*.3. Bec. *conſil*.32.*num*.5.Cephal. *conſil*. 347, *nu*.4. Surd. *deciſ*.283.*nu*.7.Craueta *conſil*. 294. *num*.4.Rota coram Cæſare de Graſ. *deciſ*. 191.*num*.7.Vnde dubitatur, an irritentur omnes omnino pœnæ, an verò ſolum, quę tendunt ad vtilitatem ementis cenſum.

2 Et quidem ſi loquamur de iure cōmuni, nihil prohibet, imponi pœnam cenſuario non obſeruanti conuentiones contractus cenſualis. Contractus enim legem accipiunt à voluntate contrahentium *l*.1. §.*Si conueniat. ff.Depoſiti* & *l*. 1.C. De *oper. lib*. et l.*Contractus. ff. De reg. iur.* & Cap.*Contractus*.*De reg. iur. in* 6.& notant communiter Doctores Socin. *conſil*. 167. ver. *Poſtremo lib*. 2. Caſtrens. *conſil*: 165. *in fine*.*lib*.2.Menoch.*conſil*. 477. *nu*. 5.Rota *deciſ*.415.*numer*.4.*par*.1. *Recent*. & *deciſ*.669. *num*.4. ead. pat. Vnde poſſunt con-

contrahentes conuenire, quod non ſeruans pacta contractus teneatur aliqua pœna.

3 In terminis autem Conſtitutionis Pij V. Illæ ſolum pœnæ reprobantur, quæ imponuntur in commodum ementis cenſum, Ita Cencius *de cenſib. par. 2. cap. 1. qu. 3. ar. 5. num. 23. & ſequent.* Duard. *in Bul. Pij V, De cenſib. §. 4. queſt. 31. numer. 2.* Vnde non erunt prohibitæ pœnæ, quæ tertiæ perſonę ſint applicandæ. Et hoc deducitur ex Proemio *eiuſdem Conſtit.* Cuius narratiua exprimit cauſam finalem *l. fin. ff. De hered. inſtit.* & tradunt Bart. *ibid. num. 3.* Bald. *in l. Noſtram. num. 1.* ver. *Tu dic. C. De teſtamen.* Roman. *conſil. 180. num. 6.* Alex. *conſil. 7. num. 5. lib. 2.* Rota *deciſ. 557. num. 3. par. 3. Recent.* quæ eſt remouere pacta à contractibus cenſualibus cōtrarij Pontificijs ſanctionibus Prædeceſſorum, & quæ cedunt in contemptum diuinarum legum inducta ex auaritia.

4 Vnde ſecundum hanc cauſam finalem regulatur tota diſpoſitio iuxta ea, quæ tradunt Abbas *conſil. 3.* ver. *Ad vigeſimam tertiam queſt. lib. 2.* Bald. *conſil. 312. n. 2.* ver. *Tertiò aut cauſa* Ancharan. *conſil. 254. num. 4.* Roman. *conſil. 503. numer. 7.* Bald. *conſil. 312. nu. 2. lib. 4.* Craueta *conſil. 227. num. 6.* Socin. *conſil 89. numer. 9. lib.* Rota coram Ludouiſ. *deciſ. 544. numer. 5.* & intra terminos ipſius includitur. Vnde cum pœna, quæ non cedit in commodū ementis cenſum, ſed eſt tertiæ perſonæ applicanda, non ſit contraria Prædeceſſorum Pontificum ſanctionibus, nec in contemptum diuinarum legum, nec fouent auaritiam, non cadet ſub prohibitione.

5 Accedit etiam, quod pacta, quæ irritat, antequam ſubdat partem illam diſpoſitionis, *Aut in aliquam pœnam cadere*, ſunt talis qualitatis, vt ſint impoſita ob lucrum, & commodum ementis cenſum, vt conſtat ex tex. *num. 1.* allato. Vnde etiam pactum inducens pœnam debet accipi de pœna eodem modo qualificata, quæ cedat in lucrum, & commodum eiuſdem. Nam licet plura pacta in illo tex. prohibeantur, & irritentur, omnia tamen ſub eadem continuatione orationis continentur, & ab eodem verbo reguntur; & proinde qualitas, quæ ineſt prioribus pactis, ineſt etiam poſteriori iuxta ea, quæ tradūt Bart. *in l. Seię. §. Caio. ff. De fun. inſtruct.* per illum tex. & *in l. Si ita ſtipulatus §. Chriſogon. ff.* De *verbor. obligat.* & *in l.* Si *legatarius. §. fin. ff.* De *leg. 3.* per illum tex. Socin. *conſil. 27. num. 13. & 18. lib. 4.* Bald. *conſil. 17. lib. 2.* Curt. iun. *conſil. 70. num. 1.* Neuizan. *conſil. 72. numer. 14.* Ancharan. *conſil. 371. num. 2.* Menoch. *conſil. 106. num. 29.* Crauet. *conſil. 208. num. 6.* Theſaur. *deciſ. 200. numer. 10.* Rota coram Cæſar. de Graſ. *deciſ. 89. numer. 4. & deciſ. 168. num. 7. in fine par. 3.* Recent. Vnde ſolum pactum pœnale remanebit irritum, quod apponitur in commodum ementis cenſum, non autem, quando pœna tertiæ perſonæ applicatur, cum tunc non contrarietur cauſæ finali diſpoſitionis.

6 Nec obſtat vniuerſalitas Dictionis *aliquam*, quia accipitur ſecundum ſubiectam materiam, vt notāt Geminian. *conſil. 29.* Tuſch. *littera D concluſ. 243. num. 6.* & proinde non importat aliam vniuerſalitatem, niſi illam, quam admittit pœna cedens in commodum ementis cenſus. Et facit, quod dictio, *Omnia alia*, non extenditur ad alia diuerſa ab expreſſis, vt notant Syluan. *conſil. 40. num. 33.* Cephal. *conſil. 24. num. 76.* Caſſodor. *deciſ. 7. nu. 7. De appellat.* Rota coram Achille de Graſ. *deciſ. 1. de clauſ.* & *deciſ. 107. num. 4. par. 1. Diuer.*

An ſi cenſus ſoluatur per plures annos iuxta valorem monetæ tempore contractus, poſſit poſtea exigi augmentum monetæ. Quæſt. 220.

S V M M A

1 *Cenſus conſtitutus in certa moneta ſoluendus, eſt iuxta valorem tempore ſolutionis.*
2 *Moneta certa debita ſoluenda eſt iuxta valorem tempore ſolutionis.*
3 *Quid, ſi tempore contractus ſit expreſſus valor certæ monetæ,*
Valor monetæ expreſſus, quando ſit demonſtratiuè.

4 Obſer-

4 *Obſeruantia declarat, quinam valor monetę attendendus in ſolutione.*
5 *Obſeruantia interpretiua habet locum in dubijs, non in claris.*
6 *Præſcriptio requirit bonam fidem.*
Partes præſumuntur ſcire conuentiones contractuum expreſſas in inſtrumento.

---

1 DIfficultas habet locum, quando cenſus eſt conſtitutus in aliqua certa moneta, quæ in valore ſucceſſu temporis augeatur, & ſolutio continuetur per plures annos ſecũdũ valorem eiuſdem monetæ tempore contractus. Et in tali caſu reſoluendũ eſt, *Quod poſſit exigi augmentum monetę ſi cenſus cōſtitutus in tali moneta ſoluendus ſit*, vt ſi conſtitutus ſit in tot ſcutis aureis in auro, erit enim ſoluendus in eiſdem ſcutis, vel in moneta attendendo valorem tempore ſolutionis.

2 Ratio eſt, Quia, quando cenſus cōſtitutus eſt in certa moneta ſoluendus, vt ſi conſtitueretur in ſcutis aureis in auro, debet atrendi valor illius monetæ tēpore ſolutionis vt deſumitur ex Cap. *Olim.* & Cap. *Cum Canonicis.* De *cenſib.* vbi Gloſ. *in figurat. caſ. in fine.* Item Gloſ. *in Cap. Quis ignorat.* verbo. *Tempore noſtro.* 32. *Quæſt.* 4. Bart. *in l. Paulus. numer.* 6. *ff.* De *ſolut.* Bald. *conſil.* 213. *nu.* 1. *lib.* 5. Corn, *conſil.* 179. ver. *Tamen concluſ. lib.* 1. Aret. teſtans de cōmuni *conſil.* 11. *num.* 3. Curt. iun. *conſil.* 14. *num.* 5. ver. *Non igitur.* Grat. *conſil.* 12. *num.* 44. *lib.* 1. Boer. *deciſ.* 326 *nu.* 13. Socin, iun. *conſil.* 44. *num.* 5. Beneintend. *deciſ.* 39. Purpurat. *conſil.* 523. *num.* 33. Caualcan. *deciſ.* 16. *num.* 42. *par.* 1. Couaruu. *decollat. veter. num.* 15. *cap.* 7. *§. vn. concluſ.* 8. *num.* 5. Rota *in Romana Zeccarum.* 20. *Iulij* 1597. coram Lancellotto, & *deciſ.* 597. *par.* 1. Recent. & *deciſ.* 140. *par.* 2. in quibus aliæ deciſ. allegantur, & coram Ludouiſ. *deciſ.* 42 *num.* 6. & coram Pennia *deciſ.* 592. *nu.* 15. & *deciſ.* 49. *num.* 1. *par.* 3. Recent. & coram Durano *deciſ.* 1. *nu.* 3. & in *Cremonenſi penſionis.* 21. *Iunij* 1592. coram Millino. Dum enim conuenitur, quod cenſus ſoluatur in tali ſpecifica moneta, eadē manet in ſpecie in obligatione, & ideo ipſa venit ſoluenda, aut eiuſdem valor, quem habet tempore ſolutionis.

3 Et hoc locũ habet, etiam ſi in inſtrumento cenſus expreſſus ſit valor illius certæ monetæ, in qua conſtitutus eſt cenſus, vt ſi diceretur. Ad rationem Iuliorum duodecim pro ſingulo ſcuto bonæ monetæ; & poſtea ſcuti valor aſcenderet ad Iulios quindecim, ſicuti modo aſcendit. Quia talis expreſsio valoris non ſtat taxatiuè, ſed demonſtratiuè pro declaratione, de quo ſcuto aureo intelligatur, dũ in illo imponitur cenſus, vt obſeruant Socin. *conſil.* 298 *lib.* 2. Grat. *conſil.* 14. *num.* 13. *lib.* 1. Boer. *deciſ.* 327. *num.* 3. Rota coram Pennia *deciſ.* 592. *nu.* 3. Nam talis expreſſio non eſt accipienda tanquam deſtructiua conuentionis, quæ in eadem oratione exprimitur, dum enim conuenitur, quod cenſus ſit in tali moneta ſpecifica, ipſa venit ſub obligatione, & conſequenter valor, quem ſucceſſiuè eſt habitura. Si autem illa verba, Ad valorem &c. eſſent taxatiua deſtrueretur conuentio de tali moneta ſpecifica, quia non ſolueretur cenſus in ipſa, dum non ſolueretur, nec ipſa, nec ejus valor, ſed quid minus.

4 Nonnulla tamen præmiſſæ reſolutioni obſtare videntur. Et primo, quod cenſus ſolutus ſit per plures annos non obſtāte augmento monetæ ad rationem quatruor librarum, aut duodecim iuliorum pro ſcuto; vt proinde obſeruantia declarauerit valorem attendendũ in ſolutione eſſe illum, quem habebat moneta tempore contractus, vt tradunt Angel. *in l. Si certis annis. nu.* 11, C. De *pact.* Corn. *conſil.* 192. *numer.* 3. *lib.* 1. Socin. *conſil.* 145. *numer.* 3. *lib.* 1. Albert. Brun. *de augm. monet. cap.* 2. *Propoſit.* 2. *num.* 17. ver. *Et ſi conſtaret.* Franciſ. Curt. *de monet. quæſt. vlt.*

5 Verum reſpond. Quod tunc obſeruantia interpretatiua locum habet, quando ſumus in dubiis: non autem quando ſumus in in claris. *l. Ille, aut ille ff.* De *leg.* 3. & *l.* 3. *in fine.* C. De *liber. præter.* Caſtrens. *in l. Hæredes palam. §. Si quid. ff. ff.* De *teſtam.* & obſeruant Surd. *conſil.* 426. *num.* 3. Rota coram Seraphino *deciſ.* 1108. *num.* 7. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 184. *nu.* 5.

num 5. & coram Merlino *deciſ*. 792. *nu*. 13. & *deciſ*. 196. *numer*. 7. & *deciſ*. 275. *num*. 6. in Recent. Quod autem cenſus conſtitutus in tali ſpecifica moneta, vt in ſcutis aureis in auro, & proinde ipſa deducta ſit in obligationem, eſt clariſſimum, ſi hoc in inſtrumento expreſſum ſit, vt ſupponitur.

6 Secundo opponi poteſt præſcriptio, ſi per tot annos cenſus ſolutus ſit ad valorem monetæ tempore contractus, qui ſufficiant pro præſcriptione. Reſp. In hoc caſu non habere locum præſcriptionem, quia ad ipsā requiritur bona fides, ita vt cum mala fide nunquam poſſit incipere Cap. *Dudum*. De *decim*. & Cap. *fin*. *De preſcript*. & tradunt Gloſ. *in Cap*. 1. verbo. *Niſi* De *praſcript*. in 6. Aret. *in* §. *Furtiuus*. *init*. Inſtit. *De vſucap*. Rubeus *conſil*. 13. *num*. 14. Couaruu. alios citans *in Reg*. *Poſſeſſor*. *par*. 2. §. 8. *num*. 14. ver. *Sit igitur*. Surd. *conſil*. 276. *nu*. 18. Honded. *conſil*. 82. *num*. 39. *lib*. 1. Rota coram Pennia *deciſ*. 9. *num*. 6. & coram Merlino *deciſ*. 585. *nu*. 15. Mala autem fides ſoluentium cenſum ex eo deducitur, quia nō præſumūtur ignorare, quod in inſtrumento continetur, & proinde non ignoraſſe cenſum fuiſſe conſtitutum in tali moneta in ſpecie, & proinde ipſam eſſe in obligatione, cum id clariſsimè expreſſum ſit, iuxta ea, quæ obſeruat Rota coram Mantica *deciſ*. 300. *num*. 4. & coram Merlino *deciſ*. 585. *nu*. 13. et coram Veral. *deciſ*. 24. *numer*. 1. *par*. 2. & coram Caualcro *deciſ*. 91. *num*. 16.

An ſubſiſtat contractus cenſus, ſi apponantur pacta prohibita in Bulla Pij V. Quæſt. 221.

S V M M A

1 *Pacta contra ſubſtantiam reddunt cenſum nullum.*

2 *Quid, ſi non deſtruant, ſed ſolum ſint prohibita.*

3 *Cenſus ſubſiſtit, & reijciuntur pacta prohibita.*

4 *Contractus ſubſiſtit reiectis pactis accidentalibus, &c.*

In contractibus vtile per inutile non vitiatur.

5 *Pacta contra leges non valent.*

Perinde ſe habent, ac ſi non eſſent appoſita.

6 *Pius V. annullat pacta &c. non autem contractum cenſus.*

Contractum ſtare potiſ. ſine pactis accidentarijs.

7 *Proteſtatio ſeruandi Bullam Pij V. in cenſibus, facit, quod contraria habeantur pro non appoſitis.*

8 *Qui contractus cenſuales Pius V. declaret fœneratitios.*

9 *Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, ſi adaptari poſſit.*

Sicut ad illa ſolum, quibus poteſt conuenire.

10 *Pacta, quæ non mutant ſubſtantiam cenſus, non pertinent ad eius formam.*

1 IN Bulla Pii V. de cenſibus quædam prohibentur tanquam contraria ſubſtantiæ huiuſmodi contractus, & quædam non tanquam contraria, ſed tanquam iniuſta, aut fœneraticia, vt eſt pactum, quod cenſuarius nō poſſit alienare rē cenſui ſubiectam: quod ſi ſit in mora, aliquid amplius ſoluat, &c. Quod ſpectat ad prima pacta, certum eſt, quod ſicut deſtruunt ſubſtantiam cenſus, ita etiam faciunt, quod contractus non ſubſiſtat, vt obſeruauit Rota in *Bononien*. *cenſus*. 26. *Iunij* 1600. coram Pamphilio, & in *Romana Turris Bubalacula*. 7. *Nouemb*. 1575. coram Seraphino, & *deciſ*. 324. *num*. 1. *par*. 4. Diuer. Vnde remanet difficultas quò ad pacta quę non deſtruunt ſubſtantiam contractus.

2 Quod autem adhuc vitietur contractus, ſenſit Megal. 2. 2. *ſuar*. *Inſtit*. *lib*. 2. *cap*. 7. *quæſt*. 2. *num*. 81. Eius fundamentū deſumitur ex §. *Pacta etiam eiuſdem Conſtit*. Pii V. de cenſib. vbi poſt prohibita, ac irritata pacta, ſubdit. *Contractuſq. ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus*. Ex quibus deſumitur, quod omnis contractus cenſualis, cui eſt appoſitum aliquod ex pactis prohibitis, tanquam ſub alia forma celebratus ſit fœneratitius, et proinde nullus.

3 Verum reſoluendum eſt, *Subſiſtere contractum cenſus nō obſtante pacto prohibito, reiecto huiuſmodi pacto*. Ita Cencius

*de cenſib. par.2.cap.1.quaſt.3.ar'4. num.*33. Duard. *in Bull.Pij* V, *de cenſib.* §.4.*quaſ*.4. *num*.2.Felician, *De cenſib.lib*.1.*cap*.10. *nu*. 28. Gutierez *pract.queſt*. 176.*lib*.2. Rota *deciſ*316.*num*.3.*par*.4. Diuer. & *deciſ*.582. *num*.1.*par*. 3. Recent. et in dic. *Bononienſi cenſus* 26. *Iunij*. 1600. coram Pamphil. et dic.*deciſ*.324.*num*.2.*par*.4. Diuer. & *deciſ*. 331.*num*.1. coram Millino.

4 Ratio eſt.Quia quando pacta non ſunt circa ſuſtantiam contractus, ſed circa accidentia,ſubſiſtit contractus, et reiiciuntur pacta *l*. *Cũ precaria*.1.*ff*. *De precario*. ibi.*Nulla vis eſt huius conuentionis*, & obſeruant Gutierez *pract. queſt*.176.*n* 3. *lib*.2. Rota *deciſ*316.*num*.4 *par*.4.Diuer. et *deciſ*.582.*num*. 6. *in fine*. et coram Coccino *deciſ* 335. *num*.1.Huiuſmodi enim pacta, quæ non concernunt ſubſtantiam contractus, ſunt ſeparabilia à contractu ipſo ſaluo manente, vnde ſubintrat regula *l*.1. §. *Sed ſi mihi*. *ff*. *De verbor. obligat*. quod in contractibus, quod eſt vtile, non vitiatur per inutile.

5 Præterea pacta, quæ ſunt contra leges, non habent vim aliquam *l*. *Pacta, quæ contra. ff. De pact*.et proinde non poſ. ſũt inducere aliquem effectum;vnde nec etiã irritare contractũ, qui aliàs ſecundũ propriam ſubſtantiam valet, quia perinde ſe habent, ac ſi non eſſent appoſita. *l. Non putauit*. §. *Non quæuis*. *ff. De bonor. poſſ.con.tab.*

6 Et hoc etiam deducitur ex ipſa Conſtit. Pii V. *De cenſib*. Nam in ipſa Pontifex recenſitis pactis, quæ prohibet, ea annullat, et irritat; non autem procedit vlterius ad annullandum cõtractum. vt conſtat ex §. *Conuentiones*. ibi. *Pacta continentia moroſum cenſus debitorem &c. ex toto irrita ſint,& nulla*.et Rurſus. *Sicuti etiam annullamus pacta continentia ſolutiones onerum &c*. Vt autem contractus eſſet nullus, deberet in ſpecie annullari, quia cum pacta ſint accidentalia, et ſeparabilia, à cõtractu, ex eorũdem annullatione nõ ſequitur annullatio cõtractus, cũ poſſit ſtare ſine talibus pactis. *l. Neque natales*.C. De probat. et notant Ciu. *in l. Ea lege*. C. *De condict. ob. cau.* Anchar. *in Repet.* Cap. *Canonũ ſtatuta oppoſit*. 1. De Conſt

7 Et hoc à fortiori habet locum, ſi poſita ſit clauſula reprobatiua eorum, quæ ſunt contra dict.Conſtit. Pij V. & reductiua cõtractus ad eiuſdem terminos. Nam operatur,quod omnia ipſi contraria reiiciantur, & habeantur pro non appoſitis *l.Non aliter. ff. De leg*. 2. et *l. Qui hæredi*. §. *fin. ff. De condit. & demonſtrat*. et *l. Non aliter. ff.* De adopt. & obſeruant Bart. *in l. Non ſolum*. §.*Morte*.*num*.24.*ff*. *De oper. no. nun*. Alexan. *ibid. numer*.3. Craueta *conſil*. 145.*num*.14.Abbas *in Cap.Cum M.Ferrarienſis. num*. 15. *De conſtit*. Rota coram Puteo *deciſ*.22. *num*.3. *lib*. 2. Et in terminis contractus cenſualis Gabr. *conſil*. 47. *num*.7. *lib*. 2. Rota coram Orano *in Forolinienſi cenſus* 13. *Nouembr*. 1589. et *deciſ*. 285. *num*.2. et *deciſ*. 317. *numer*. 11. *par*.4. Diuerſ.

8 Ad fundamentum in oppoſitum reſp. Quod Põtifex declarat freneratitios illos contractus cenſuales, in quibus non ſeruatur forma ab ipſo præſcripta, vt ſatis dilucidè exprimunt illa verba.*Cõtractuſq. ſub alia forma poſthac celebrandos fœneratitios iudicamus*. Vbi eſt aduertendum, quod non dicit ſub prohibitis pactis, Vnde cum declaret fœneratitios contractus, in quibus non ſeruatur forma ab ipſo præſcripta, intelligit de forma, quæ conſtituit ſubſtantiam contractus; et illa diſpoſitio refertur ad conditiones,quæ pro forma aſſignantur;nõ autem ad pacta accidentalia. Quia cum hæc non mutent ſubſtantiam contractus, non poſſunt reddere freneratitium contractum,qui aliàs eſt legitimus. Conſonat Rota ponderando hoc ipſum *deciſ*.589. *num*.2. & *ſeq. par*.3. *Recent.*

9 Nec obſtat, quòd dicta clauſula ponatur in fine diſpoſitionis, & proinde debeat referri ad omnia præcedentia *l*. 1. *in fine*. C. De liber. *præter*. & Cap. *Inquiſitionis*.De *accuſat*.& notant Bertazzol,*conſil*.52.*num*.39.*lib*.1.Menoch. *de Arbitr. caſu* 64. *num*.22.*lib*. 2. Quia hoc ſolum habet locum, quando omnibus præcedentibus adaptari poteſt, alioquin refertur ſolum ad illa, quibus conuenire poteſt Cap. *Cũ ſingula. intit. De præben*. *in* 6. et per hunc tex. notant Alexan. *conſil*. 48. *numer*. 19. *lib.*

lib.1. Bart. *in dic.l.1, in fine.* C. De liber. *præter.* per illum tex. Corn. *conſil.69.vol.1.* Dicta autem clauſula non congruit omnibus præcedentibus, quia procedit de forma contractus: & ideo referri poteſt ſolum ad ea, quæ dant formam contractui.

10 Conſtat autem, quod plura pacta in præcedentibus, non pertinent ad formam contractus, quia ſupponunt ipſum completum, vt quod moroſus debitor teneatur ad intereſſe lucri ceſſantis, aut ad expenſas, ſiue ſalaria, quod amittat fundam cenſus, aut aliquam eius partem, quod cadat in aliquam pœnã, quod cenſus augeatur, & nouus creetur ſuper eodem fundo. Quod ſolutiones onerum, quę aliàs de iure non ſpectant, pertineāt ad cenſuarium; quod res ſubiecta cenſui non poſſit alienari. Hæc enim, vt per ſe conſtat, ſupponunt contractum cenſus, & sũt ipſi acceſſoria, & ideo non poſſunt pertinere ad formam ipſius, præſertim cum non varient eius ſubſtantiam iuxta ea, quæ tradunt Abbas *conſil.72. nu.2. lib.1.* Caſtrens. *conſil.312. init. lib.1.* Natta *conſil. 123 num.9* Redoan. *De reb. Eccleſ. non alien. reg.33. cauſa 30. quæſt. 34.* Felician. *de Cenſib. lib.1. cap.16. num.22.*

An in Cathedrali Amalphitana poſſit celebrari ſolemnis miſſa di S. Andrea, quando eius feſtium incidit in Dominica prima Aduentus. Quæſt. 222.

S V M M A

1 *Tranſlato officio Titularis celebrabatur miſſa iuxta Rubricam antiquam.*
2 *Quibus diebus modo non poſſit celebrari.*
3 *In prima Dominica Aduentus poteſt in Cathedrali Amalphitana celebrari miſſa de S. Andrea.*
Correctio iuris ſtrictè accipienda.
4 *Feſtiuitas quando ſit ſpeciali nota digna*
Speciali nota digna indigent ſpeciali expreſſione.
5 *Dictio, vel, ſtat diſiunctiuè, ſeu alternatiuè.*
Diſpoſitio alternatiua habet locum vna tantũ parte concurrente.
Exceptio eſt tantum de eo, quod continetur in Regula.
6 *Rubrica noua non corruit ex dictis.*

1 CVm ſit Titularis illius Eccleſiæ iuxta Rubricam antiquã Tit. *De tranſlatione Feſtorum,* poterat celebrari ſolemnis miſſa de eiuſdem feſto, cum in ea cõcedatur huiuſmodi celebratio abſolutè, quando Officium eſt transferendum ibi. *In Eccleſijs autem, vbi titulus eſt Eccleſia, vel concurſus Populi ad celebrandum feſtum, quod transferri debet, poſſunt cantari duæ miſſæ, vna de die, alia de feſto, aut ſaltem commemoratio fieri de feſto.*

2 Quia tamen hæc Rubrica in Miſſali nouo correcta eſt ex per parte exceptionē non nullorum dierum, in quibus non cõceditur miſſa de feſto. ibi, ſub *eod. Tit.* Excepta *Dominica prima Aductus, Feria quarta cinerum Dominica prima quadrageſima Dominica Palmarum cum tota hebdomada maiori, Dominica Reſurrectionis, & Dominica Pentecoſtes cum duobus ſequentibus diebus, die Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Aſcenſionis, & feſto corporis Chriſti.* Ideo dubitatur an ſtante hac correctione poſſit adhuc cantari.

3 Et *non obſtante hac correctione celebrari poſſe, videtur reſoluendum.* Ratio eſt. Quia correctio iuris debet, quantum fieri poteſt, ſtrictè accipi, ita vt corrigat, quã minus fieri poteſt, Cap. *Cum dilectus.* De *conſuetudine* & notant communiter Doctores Craueta *conſil.259. num.2.* Paris. *cõſil. vlt. num.6. lib.3.* Gozadin. *conſil.19. nu. 10. lib.6.* Menoch. *præſump. 28. numer. 10. lib.6.* Vnde cum correctio poſſit habere locum quò ad feſtiuitates illorum, in quibus vna tantum qualitas, ſeu prærogatiua reperitur, nempè Titularis, aut concurſus populi, quas qualitates ſub diſiunctione cõſiderat Rubrica, ibi. *Vbi Titularis eſt Eccleſię, vel concurſus Populi,* nõ debet extendi ad feſtiuitatem S. Andreæ Apoſtoli in Cathedrali Amalphitana; cũ in tali feſtiuitate vniantur plures prærogatiuæ nempe Titularis, Patroni Prouin-

cię, magni concurſus populorum ex omnibus locis vicinis etiam extra Prouinciam, & corporis eiuſdem Apoſtoli, quòd cultu ſpecialiſſimo colitur.

4 Et hinc fit, Quod concurrentibus tot prærogatiuis, feſtiuitas redditur ſpeciali nota digna Cap. *fin.* De *præben.* & iuxta ea, quæ notant Paris. *conſil.* 12. *num.* 63. *lib.* 1. Craueta *conſil.* 895. *nu.* 2. Afflict. *deciſ.* 265. *num.* 22. Et conſequenter non includitur ſub generali diſpoſitione Rubricæ præfatæ tanquam exigens ſpecialẽ expreſsionem *l. Item apud Labeonem. §. Hoc edictum. ff.* De iniur. & Cap. *Quamuis.* De *præben. in* 6. & obſeruant Alexan. *conſil.* 104. *in fine lib.* 1. Ancharan. *conſil.* 215. *num.* 4. Craueta *conſil.* 880. *num.* 19. Barbatia *conſil.* 23. *lib.* 1. Paris. *conſil.* 23. *n.* 260. *lib.* 1. Dec. *in Cap. Præterea. num.* 6. *in fine.* De *offic. deleg.* Cozadin. *conſil.* 101. *n.* 16. Afflict. *deciſ.* 111. *num* 9. Menoch. *De adipiſcen. remed.* 4. *num.* 834.

5 Præterea cum Rubrica ponat dictionem, *Vel,* inter prærogatiuam Titularis, & Cõcurſum populi, cum ita habeat, *Vbi titulus eſt Eccleſiæ, vel concurſus populi* loquitur diſiunctiuè, & alternatiuè iuxta ea, quæ notant Bald. *in l. Filiæ.* C. *Famil. erſcis.* Menoch. *conſil.* 512. *num.* 3. & *Præſumpt.* 90. *num.* 4. *lib.* 3. Rota coram Merlino *deciſ.* 390. *numer.* 18. ſecundum quos ſtat alternatiuè. Diſiunctiuè verò ſecundum Gloſ. *in l. Ad protegendum.* C. *De in lit. dan. tut.* Bart. *in l. Si is, qui ducenta. §. Vtrum. num.* 2. *ff.* De *reb. dub.* Socin. *num.* 4. Dec. *in Rubr.* De *except.* Gomez *in §. Sed iſta. num.* 38. Inſtit. De *act.* Vtroque modo ſe habeat in dicta Rubrica, habet locum diſpoſitio altera tantũ qualitate, ſeu prærogatiua concurrente *l. Si hæredi plures. ff.* De *condit. inſtit.* & Cap. *In alternatiuis. De regul. iur.* in 6. & notant Bart. *in l. Si is, qui. §. Cum ita. ff.* De *reb. dub.* Lambertin. *de iurepatron. lib.* 1. *quæſt.* 3. *princip.* 1. *par.* alios citans Menoch. *Præſump* 90. *num.* 4. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 611. *numer.* 3. *par.* 3. *Recent.* & coram Merlino *deciſ.* 390. *num.* 19. Et ideo diſponit ſolum de feſtiuitatibus, in quibus concurrit vna tantum prærogatiua Titularis: aut prærogatiua concurſus populi. Et quod in ipſa diſponitur, locum non habet in feſtiuitatibus, in quibus coniũctim concurrunt plures prærogatiuæ.

6 Ex quo fit, quod cum correctio ſit per modũ exceptionis à regula, quæ traditur in Rubrica, debet eſſe tantum quò ad id, quod continetur in Regula *l. Nam quod liquidè. §. fin. ff. De pænu leg.* & *l. Proculus. ff.* De *vſufructu.* Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 544. *num.* 26. & regula ſit de feſto, quod habet aut prærogatiuam Titularis, aut concurſum populi, correctio quoque erit quò ad feſtum vnius tantum prærogatiuæ, non autem quò ad illud, in quo coniunctim plures concurrunt. Neq. ex dictis corruit Rubrica, aut euertitur Ritus eccleſiaſticus, vt alicui forte videri poſſet. Quia ſtat vniuerſaliter in ſuo vigore quò ad omnes titulares, in quibus non concurrunt prærogatiuæ, quæ reddãt Titulares, & eorum feſtiuitates ſpeciali nota dignas. Neque in præſent caſu conſideratur præcisè concurſus; ſed concurſus qualificatus ex tota prouincia confluentis populi ex motiuo venerandi corpus Apoſtoli. Neque fit quod in quolibet die poſſet cantari miſſa votiua Titularis etiam ſpeciali nota digni, ſed ſolum in diebus, in quibus poterat cantari ſecundum antiquam Rubricam, cum hoc deducatur ex eo, quod non ſit correcta quò ad hunc Titularem. Quæ, dum locum habebat, certè nõ euertebatur ritus eccleſiaſticus, ſed fouebatur. Vnde non poterit cantari in Paraſceue, quia abſolutè prohibetur celebratio miſſæ. Nec in die Paſchatis, & aliis huiuſmod feſtis ſolemnioribus, quia qualitas ſolemnitatis non admittit conſortium alterius miſſæ. Sed ſolum in iis feſtis, in quibus Rubricæ admittunt extraneã miſſam à die, vt quando admittitur miſſa de Requiem præſente defuncto. Neq. inferri poteſt de miſſa ad Officiũ, ſicut non poterat inferri ſtante Rubrica antiqua, ſiquidẽ Rubricæ nũquam admittunt officiũ aliud ab aſſignato pro die, ſicut admittunt miſſas votiuas. Et in caſu allato de feſto S. Andreæ Apoſtoli in Cathedrali Amalphitana id cõceſſum fuit à Sanctiſs. D.N. ad inſtantiam Archiepiſcopi. In praxi tamen cen-

ſeo impetrandum conſenſum Apoſtolicum, ſine quo nihil videtur innouandum.

An Epiſcopi prohibere poſſint ſuperfluum ornatum mulieribus. Quæſt. 223.

S V M M A

1 *Superfluus ornatus quinam, & quotuplex ſit.*
2 *Epiſcopus poteſt prohibere ſuperfluum ornatũ mulierum.*
3 *Epiſcopi ex officio tenentur tollere, quæ impediunt ſalutem ſuarum ouium.*
4 *Prælati negligentes corrigere tenentur de negligentia;*
5 *Superfluus ornatus obſtat aſſequutioni ſalutis.*
6 *Fœmina vtentes ſuperfluo ornatu an peccẽt mortaliter.*
7 *Epiſcopi ſequi poſſunt opinionem, quod fœmina peccẽt mortaliter vtentes ſuperfluo ornatu.*
8 *Superfluus ornatus ex ſola leuitate aliquãdo trahit ſecum peccatum mortale.*
9 *Epiſcopus an teneatur prohibere ſuperfluum ornatum.*
10 *Epiſcopus tenetur impedire conſuetudinem denudandi pectora.*
11 *Quid ſi conſuetudo ſit iam introducta. Stante conſuetudine nudandi pectora, an mulieres peccent mortaliter.*

1 Appellatione ſuperflui ornatus venit ille, qui non ſiſtit intra terminos honeſtatis, ſed ordinatur ad laſciuiam ex ſe ipſo, quatenus aptus eſt prouocare ad libidinem, quamuis ex intentione vtentis ad hunc finem non ordinetur. Hæc autem ſuperfluitas dupliciter contingere poteſt, vel in paruitate materiæ, vel in materia notabili: poteſt ſuperfluitas habere locum in vno tantũ ornatu ex minoribus, & tunc erit in paruitate materiæ: vel etiam in toto ornatu ita tamen, vt leuiter excedat terminos honeſtatis, & adhuc erit in parua materia. Vel poteſt eſſe in aliquo notabili ornatu, aut in toto notabiliter; & tunc erit in materia graui.

2 Dicendum autem eſt. *Epiſcopum prohibere poſſe ſub mortali ſuperfluum ornatum mulierum in materia graui.* Deſumitur ex iis, quæ tradunt Io. Andr. *in Cap. Ea quæ fiunt. De reg. iur. in 6.* Alber. *in l. Factũ à Iudice. ff. De reg. iur.* Bald. *in Proem. Decret.* ver. *Violentos.* Bobadil. *lib. 2. Polit. cap. 18. nu. 148.* Crabrera *de Metu. cap. 28. num. 187. lib. 2.* Caiet. *in ſum.* verbo. *Ornatus. cap 3. §. 1.* Armilla *num. 1.* Sylueſter. *Quæſt* 10. Nauar. *Cap. 23. Monial. num. 18.* Leſsius *lib. 4. De iuſt. & iure. cap. 4. dub. 14. num. 112.* Bonac. *quæſt. 4. de matrim. pun. 9. uumer. 26.* Albert. *De Albert.* De *ornatu mulierum. diſp. 1. cap. 7. §. 12. num.* 157. Et conſentient ij omnes, qui putant, mulieres in hoc peccare mortaliter.

3 Ratio eſt. Quia Epiſcopi ſunt paſtores ſuorum ſubditorum, atque ad ipſos ſpectat eos dirigere ad ſalutem æternam. Ex quo fit, quod teneantur non ſolum ex charitate, ſed etiam ex officio tollere ea, quæ obſtant aſſequutionis ſalutis: & proinde teneantur obuiare peccatis corrigendo, & illa media adhibẽdo, quibus impediri poſſunt, vt ſunt leges prohibitiuæ, vt docent communiter cum D. Th. 2. 2. *quæſt. 33. ar. 3. ad 1.* Vbi etiam Malder. & cœteri interpretes. Turrian, *diſp. 87. dub. 1.* Valent. *diſp. 3. quæſt. 19. pun. 3.* ver. *Hinc primo.* Suarez *diſp. 8. de Charit. ſect. 4. num. 4.* Coninch. *item de Charit. diſp. 28. dub. 5.* Zech. *de Repub. Eccleſiaſ.* Tit. *De ſtatu Prælat. num. 9.* Felin. *in cap. 1. nu. 2. De tregua, & pace.* Abbas, *in Cap. 2. eod. tit.* Alexan. *conſil. 75. num. 2. vol. 3.* & alii cum Gloſ. *in Cap. Clericos.* De *immunit. Eccleſ. in 6.* & *in Cap. Irrefragabili.* verbo. *Ne ſanguis eorum.* De *offic. iud. Ordin.*

4 Deſumitur autem ex Cap. *Error: Diſt. 83.* Vbi Innocent. Papa declarat Prælatos, qui negligunt extirpere delicta, cum poſſint, in iiſdem communicare. Et ex dic. Cap. *Irrefragabili.* De *offic. ordin.* vbi Concil. Generale iniungit Prælatis, vt corrigunt exceſſus, & reforment mores, ne ſanguis ſubditorum de ſuis manibus requiratur. Et communiter Sancti Patres agnoſcunt hanc obligationem in ſuperioribus, ex præcipuè in Epiſcopis. Vnde D. Auguſt. *lib. 1. De Ciuit. Dei. Cap. 9.* ait

Ad hoc enim ſpeculatores hoc eſt Populorum *præpoſiti, conſtituti ſunt in Eccleſijs, vt nō parcant obiurgando peccata.*

5 Conſtat autem, quod ſuperfluus ornatus eſt vnum ex illis, quę obſtant ſaluti æternæ conſequendæ, quatenus præberet ſolet occaſionem ſcandali, cum ex ſe, quamuis deſit praua intentio in muliere, poſſit excitare prauas concupiſcentias, & inſtillare venenum libidinis. Vnde D. Hieron. *Epiſt. ad Euſtochiū* habet. *Si vir, vel mulier ſe ornauerit, & vultus hominum ad ſe prouocauerit, & ſi nullum inde ſequatur damnum, iudicium tamen patietur æternum, quia venenum attulit ſi ſuiſſet, qui biberet.* Et Chryſoſt. *ſerm. Quod Regulares fœminę viris cohabitent. in tom. 5.* vbi plura congerens, hæc inter cœtera habet, *Etenim cum adulterum feceris perfectum eum, quem tuo iſto habitu cœpiſti, quomodo non potes eſſe adultera, cum opere tuo adulterium committitur.* Et infra. *Tu autem miſera, & calamitoſa miſcuiſti calicē hūc pernicioſum, & profeciſti, et dediſti pharmacum, & poſtquam bibit, & perditus eſt, defenſam te putas, quia non ipſa biberis, ſed alteri præbueris venenoſa?* Et Tertullian. *De cultu fœm. cap. 2* Quid *alteri periculo ſumus? quid alteri concupiſcentiā importamus? Neſcio an impune abeat, qui alicui fuerit cauſa perditionis. P.rit enim ille ſimul in tua forma, ſi concupierit, & facta es gladius illi.* Et Clemens Roman. *lib. 1 Conſtit. Apoſt. cap.* 8. Ne *comas te, vt alienis viris placeas, neque meretriculę capillum calamiſtratum, aut veſtitū, aut calceos adgeſtando imiteris, vt eos qui iſtis irretiūtur, ad ſe pelliciat. Hac enim tametſi non faciat ad peccandum, ſed tantummodo ad cultum, tamen ne hac quidem ratione, & via futuras pœnas effugias, qua alium coegiſti, vt ad te appetendum alliceretur; neque cauiſti, vt neque ipſa peccato ſuccumberes, neque alij ſcandalo.* Et ſimilia habent cœteri Patres. Vnde cum ſuperfluus ornatus ſit fomentum peccatorum, meritò prohiberi poterit ab Epiſcopis, vt tollant hoc impedimentū ad aſſequendam vitam æternam.

6 Obiici poteſt. Quod fœminæ vtendo ſuperfluo ornatu non peccent mortaliter, vt tradunt Caiet. 2.2. *quæſt.* 169. *ar.* 2. *Ad* 5. *dub.* & *in ſum. verbo.* Ornatus *exterior. cap.* 7. Armilla *verbo* Ornatus *num.* 1. & 3. Nauar. *cap.* 23. *Manual. num.* 19. Sà *verbo.* Ornatus *num.* 1. Leſſius *lib.* 2. *De iuſt. & iure. cap.* 4. *dub.* 14. *num.* 113. Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 6. *num.* 17. Bonac. *quæſt.* 4. *de matrim. punt.* 9. *numer.* 17. Palaus *par.* 1. *oper. moral. tract.* 6. *diſp.* 6. *pun.* 7. *numer.* 1. Quia nimirum ruina proximi prouenit ex eius mala voluntate, non verò ex ſuperfluitate ornatus, qui nec de ſe, nec ex intentione vtentis ordinatur ad excitandam concupiſcentiam. Cum autem ſuperfluus ornatus non contineat peccatum mortale, non poterit ab Epiſcopo prohiberi.

7 Verum cum opinio, quod mortaliter peccent, ſit magis communis, quā tradunt Alens. *par.* 2. *ſum. qu.* 151. *mem.* 3. D. Antonin. 2. *par. tit.* 4. *cap.* 5. §. 7. ver. *Si autem.* Tabiena *verbo,* Ornatus, *numer.* 3. Angelus. *num.* 10. Syluester *quæſt.* 3. Roſel, *concluſ.* 3. *num.* 3. Supplementum Piſanel. *ver. Vtrum mulieres.* Summa Baptiſ. *eod. verbo. Ornatus concluſ* 3. Maior *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 15. *propoſ.* 8. Azor. *par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 30. *init.* Gordon. *tom.* 1. *Theol. moral. lib.* 6. *quæſ.* 16. *cap.* 5. § 2. *quæſt.* 3. Suarez *diſp.* 10. *de Charit. ſect.* 3 *num* 10. Granad. 2. 2. *controuerſ.* 3. *tract.* 13. *diſp.* 5. *num.* 31. Albertus de Alber. *De ornat. mulier. diſp.* 1 *cap.* 7. 9. 4. & *ſeq.* qui alios citat. poteſt Epiſcopus ſequi hanc opinionem, & talem ornatum prohibere præſertim cum hæc opinio tendat ad excludendum ſcandalum.

8 Quicquid tamen ſit, an ſuperfluus ornatus contineat peccatum mortale, ſufficit, ſi aliquando trahat ſecum peccatū mortale, quod aliquando habet locum, etiam quando ſuperfluus conatus prouenit ex ſola leuitate, vt docet D. Th. 2.2. *quæſt.* 169. *ar.* 2. ibi. *Si autem ex quadam leuitate, vel etiam ex quadā vanitate propter iactantiam quamdam, non ſemper eſt peccatum mortale, ſed quando veniale.* Imo etiam ſi nunquam eſſet peccatum mortale, ſufficeret, quod inde oriretur occaſio peccandi, quia etiā indifferentia prohiberi poſſunt, quando præbent impedimentum fini ſalutis æternæ; imo etiā quando ſolum obſtant fini politico Reipub.

pub.

pub. vt in materia de legib.

9 An autem teneatur Epiſcopus prohibere huiuſmodi ſuperfluum ordatum, conſiderandum eſt, quodnam damnum inde ſequatur. Quia ſi ſit talis, vt rarò inde ſequatur peccatum, quantũ morali æſtimatione perpendi poteſt, licet poſſit, non tenebitur prohibere; tunc enim iudicari poteſt, quod huiuſmodi rara peccata per accidens ſequantur ex mera praua diſpoſitione peccantium. At ſi ſecundum prudens iudicium cenſeatur, quod frequenter inde ſequantur peccata, tenebitur prohibere, vt ſatisfaciat muneri proprio iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt. *nu.* 3. & 4. & conſentient etiam Doctores eod. *numer.* 3. citati ſubintrat enim obligatio proprii muneris. Quod locum habet. etiã ſi conſuetudo eſſet pro tali ornatu, quia non eſſet vera conſuetudo, ſed mera corruptela ex illarum genere, quæ per Prælatos extirpandæ ſunt iuxta Cap. *Abolende. De ſepult.* & notans ibi Abbas *nu.* 3. & cœteri Doctores.

10 Ex quibus deducitur, Quod teneantur Epiſcopi impedire, ne mulieres introducant conſuetudinem nudandi pectora, quia introducendo de nouo talem conſuetudinem dant ſcandalum, & peccant mortaliter, vt tradunt Caiet. 2. 2. *quæſt.* 169. *ar.* 2. §. *Ad obiectionem autem de ornatu.* D. Antonin. 2 *par. ſum. tit.* 4. *cap.* 5. §. 3. *ver. Quantum ad primum.* Roſella *verbo.* Ornatus. *numer.* 13. Angelus *numer.* 3. Laiman *lib.* 2. *Theol. moral. tract.* 7. *cap.* 13. *num.* 11. Leſſius *lib.* 4. *de iuſt. & iure. cap.* 4. *dub.* 14. *num.* 112. Filliuc. *tract.* 30. *cap.* 10. *num.* 221. Bonac. *quæſt.* 4. *de matrim. pun.* 9. *num.* 23. Baldel. *diſp.* 5. *Theol. moral num.* 16. *tom.* 1. Tenentur namque Epiſcopi inuigiliare ouibus ſuis; & proinde impedire ne introducantur illæ conſuetudines, quæ auertere poſſunt ab aſſequenda ſalute.

11 Maior difficultas eſt, an teneantur conſuetudinem iam introductam nudandi pectora eſtirpare. Nam quidam volunt, quod adhuc mulieres nõ obſtante conſuetudine mortaliter peccent, vt ex modo cita. *D.* Antonin. Angel. Roſel. Alii verò excuſant à mortali ſtante conſuetudine, vt Caiet. Laiman. Leſſius. Bonac. Filliuc. Baldel. *num. preced.* citati. In qua tamen difficultate certum eſt, quod poſſunt hanc conſuetudinem extirpare iuxta ea, quæ dicta ſunt in ſuperioribus; & rectè conſulerent ſaluti animarum, ſi extirparent. *An* autem teneantur, probabilius puto teneri. Quia etiam admiſſo, quod mulieres ſtante conſuetudine non peccẽt, adhuc tamen negari non poteſt, quin conſuetudo offendat honeſtos oculos, & alliciat laſciuos ad intuendum, & conſequenter excitet concupiſcentiam, & non paucis ſit occaſio peccati, quod ſufficit, vt Epiſcopus tanquam bonus paſtor debeat occurrere malo imminenti ouibus ſuis. Bonus enim paſtor tenetur arcere lupum etiam ſi certus eſſet, quod vnicam tantũ ouem eſſet rapturus.

An illegitimus diſpenſatus ad ordines ſacros ſit etiam diſpenſatus ad ſimplex beneficium. Quæſt. 224.

S V M M A

1 *Illegitimus diſpenſatus ad ordines ſacros an ſit diſpenſatus ad beneficium ſimplex.*
2 *Negatiua opinio fundata in ſtylo Dataria.*
3 *Stylus Dataria continet mentem Papa.*
4 *Opinio probabilis poteſt habere locum ſolum, ſi mens Papa ſit dubia.*
5 *Opinio contra ſtylum non eſt probabilis.*
Stylus tanquam lex ſeruandus.
6 *Diſpenſatio eſt ſtrictè interpretanda.*
Diſpenſatio ad effectum expreſſum non eſt ad non expreſſum.
7 *Tot diſpenſationes neceſſaria, quot inhabilitates, & impedimenta.*
8 *Ordinato debetur beneficium, non autem diſpenſato, vt ordinetur.*
9 *Diſpenſatio extenditur ad connexa.*
Si tamen ſint neceſſariò, & inſeparabiliter connexa.

1 Qvod illegitimus eo ipſo, quod diſpenſatur ad ordines ſacros, cenſeatur etiam diſpenſatus ad beneficium ſimplex, tradunt Burrius *in Cap. Poſtulaſti. De reſcrip.* Imola. *num.* 4. Felin. *num.* 12. & *in*

Cap.

Cap. fin. n. 5, *De ſimon.* Ancharan. *in Cap. fin. not.* 1. *De fil. præsbit. in* 6. Milis. *in Repertorio. verbo.* Diſpenſatione. *num.* 23. ver. *Diſpenſatus ad ordines.* Sà *verbo.* Diſpenſatio. *num.* 14 Sayr. *De cenſur. lib.* 8. *cap.* 21. *nu.* 22. Borgas. *De irregular. par.* 2. Tit. *de interpr. diſpenſ.* 1. *num.* 7. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 1. *numer* 27. Pro hac opinione adducunt tex. Cap. *Accepimus.* De *ætat. & qualit.* vbi Epiſcopus cogitar promoto ad ſacros Ordines abſque titulo conſerre beneficium. Quia ſcilicet non poreſt promoueri quis ad ordines ſacros abſque beneficio. Deinde, quia ordines ſacri, & beneficum ſunt quaſi inſeparabiliter cōnexa, cum nemo poſſit promoueri abſque beneficii titulo ex Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de Reformat.* Et ſi promouendus habeat patrimonium, aut penſionem, ſolum quaſi diſpenſatiuè promoueri poteſt, ratione neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ.

2 Verum omninò tenendum eſt. *Quod non cenſeatur diſpenſatus ad vllum beneficiū.* Ita Rebuf. *in Praxi benefic.* Tit. *de diſpenſat. ſup. defec. natal. nu.* 48. Dominic. *in Cap.* 1. *De fil.* Præsbit. *in* 6. Franc. *ibid.* Abbas *in* Cap. *Litteras. num.* 6. De *fil. præsbit.* Nauar. *conſil.* 3. *queſt.* 5. De *fil. præsbit.* Azor. *par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *quæſt.* 5. Suarez. *diſp.* 41. *de cenſur. ſect.* 3. *nnmer.* 3. *in fine.* Pontius *de matrim. lib.* 8 *cap.* 21. *n.* 5. ver. *Similiter ſpurius* Barboſa *de poteſt. Epiſ alleg.* 54. *n.* 6. Corrad. *in Praxi beneficiar. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 15. & *in Praxi diſpenſ. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 15. Garzia *de benefic. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 70.

3 Ratio deſumitur primo ex ſtylo Datariæ, iuxta quem diſpenſatio ad ordidines ſacros non extenditur ad beneficia etiam ſimplicia, ſed neceſſaria eſt ſpecialis diſpenſatio pro obtinendis beneficiis. Cum autem ſtylus Datariæ, contineat mentem Pontificis, & ipſam declaret, vt tradunt Dec. *in Cap. Super litteris. nu.* 32. ver. *Quę autem.* De *reſcript.* Lappus *allegat.* 86 *numer.* 6. Mandos. *ad Regul. Cancel. in Proem. quæſt.* 2. *num.* 3. Caſſodor. *deciſ.* 12. *nu.* 14. *De prębend.* Beltram. *ad deciſ. Ludouiſ.* 150. *num.* 10. Rota coram Coccino *deciſ.* 150. *num.* 10. & coram Merlino. *deciſ.* 701. *num.* 3. Extendere diſpenſationem vltra ſtylum, imo contra, erit extendere contra voluntatem Papæ, & proinde talis extenſio tanquam deſtituta voluntate Papæ erit nulla.

4 Nec dici poteſt, quod cum adſit opinio oppoſita probabilis, quam ſequuntur inſignes Doctores, ex interpretatiua volunrate Papæ cenſeatur valere extenſio, cum in ſuis conceſſionibus cenſeatur ſe accommodare opinionibus probabilibus. Nam hoc ſolum admitti poſſet; quādo mens Papæ eſſet dubia. Verum cum ſit expreſſa in ſtylo Datariæ, vt dictam eſt, extenſio contra ſtylum, tanquam cōtra voluntatem non poteſt habere aſſiſtentiam voluntatis interpretatiuæ eiuſdem Papæ.

5 Deinde oppoſita opinio non poteſt dici probabilis, quia fundatur in motiuis valdè leuibus, vt conſtabit ex reſponſione, & eſt contra ſtylum, qui facit certam oppoſitam, & habet vim legis, & p oinde venit omninò ſeruandus, vt tradunt Mandos. *ad Reg.* 8. *Cancel. quæſt.* 4. *nu.* 13. Afflict. *deciſ* 253, *num.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1311. *num.* 51. Paris. *lib.* 1. *de reſignat. queſt.* 2. *numer.* 8. Viuius *deciſ.* 297. *num.* 1. Carauita *Ritu* 72. *num.* 9. Theſaur. *deciſ.* 1. *nu.* 9. Rota coram Puteo *deciſ.* 240. *num.* 8. *lib.* 1 & *deciſ.* 2. De *appel.* in Nou. & *deciſ* 55. *num.* 3, *de conceſ. prębend.* in Antiq. & *deciſ.* 196. *num.* 2. *par.* 1. Recent. & *deciſ.* 212. *num.* 2. ead. par. Nec Doctores ſequentes dictam opinionem illi aliquā probabilitatem tribuunt tanquam ignorantes ſtylum Datariæ, neque enim eſt veriſimile, quod notitiam habuerint, cum non faciant mentionem de ipſo; & quia ſi habuiſſent, non eſt veriſimile, quod fuiſſent opinati contra ipſum.

6 Et hic ſtylus fundamentum habet in iure cōmuni. Quia diſpenſatio tanquā vulneratiua legis eſt ſtrictè interpretanda Cap, 1, §. *Ille verò.* De *fil. prębiter. in* 6. & Cap. 1. *De præbend. eod. lib.* & *l. Ex facto. nit. ff.* De *vulg. & pupil. ſubſtit.* & tradūt communiter Doctores Felin. *in Cap. Poſtulaſti. num* 8. De *reſcrip.* Franc. *in dic. cap.* 1. *nu.* 4. *De fil. præsbit. in* 6. Surd. *deciſ.* 168. *nnm.* 21. Curt. iun. *conſil.* 211. *num* 4. *lib.* 3. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 1. *numer.* 3. & Cano.

Canoniſtę *in Cap. De multa. De pręben.* Rota *deciſ.* 240. *n.* 1. *par.* 1. *Diuerſ.* & *deciſ.* 454. *n.* 1. ead. par. & corā Pennia *dec.* 619. *n.* 2. & coram Caputaquen. *deciſ.* 8. *n.* 6. *par.* 1. & *dec.* 466. *n.* 2. *par.* 1. Recent. Et proinde non poteſt extendi vltra verborum ſignificationem, & conſequenter diſpenſatio ad ordines non erit diſpenſatio ad beneficium, cum diſpenſatio ad vnum effectum expreſſum nō ſit diſpenſatio ad alium non expreſſum, vt obſeruant Io. Andr. *in Cap. fin. De fil. presbit. in* 6. Natta *conſil.* 600. *num.* 33. Rota coram Pennia *diſt. deciſ.* 619. *num.* 3.

7 Deinde quamuis illegitimitas ſit vna, & eadem, inducit tamen plures inhabilitates, & impedimenta; nam reddit inhabilem ad ordinem, ad beneficia, ad dignitates, quæ ſunt plures inhabilitates, cum ſint ſeparabiles, & vna poſſit ſtare ſine alia. Quando autem inhabilitates, & impedimenta ſunt plura, requiruntur etiā plures diſpenſationes, vt tradunt Franc. *in Cap. Non poteſt. §. fin. num.* 5. *De prębend. in* 6. Menoch. *De Arbitrar. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 203. *num.* 13. Surd. *conſil.* 244. *num.* 4. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancel. gloſ.* 13. *num.* 97. vbi plures alios citat. Caſſador. *deciſ.* 9. *num.* 4. *De pręben.* Nauar. *conſil.* 17. *de Reſcript.* Beltramin. *ad deciſ. Ludouiſ.* 87. *nu.* 16. Geminian. *conſil.* 33. *num.* 8. Rota coram Puteo *deciſ.* 109. *in fine. lib.* 1. Et coram Ludouiſ. *deciſ.* 87. *num.* 6. & in *Zerulenſi penſionis.* 2. *Iunij.* 1597. coram Pēnia. Et deſumitur ex Cap. *Tuarum. De aeſt. & vſu pal.* & Cap. *Paſtoralis. De priuileg.*

8 Ad Cap. *Accepimus. De ętat. & qualit.* adductum pro oppoſita opinione, Reſp. ibi diſponi circa Clericos ordinatos, non autem circa habilitates ad ordinationem. Cum enim clerici ordinati debeant habere, vnde viuant, ne cum dedecore ſtatus cogantur mendicare, aut alio indecenti modo ſibi ſubſtentationem quærere, tenentur Epiſcopi prouidere ordinatis de ſubſtentatione, quod ſit per collationem beneficii, cum beneficia ſint inſtituta pro ſubſtentatione clericorum. Vnde ſolum fit, quod ordinato debeatur beneficium, niſi habeat alium titulum, vnde accipiat ſubſtentationem. Non autem ſequitur, quod habilitatus ad ordines ſit etiam habilitatus ad beneficium. Quia hæc habilitatio non infert, quod habilitatus admitti debeat ad ordines: ſed ſolum, quod poſſit admitti, ſi cœtera concurrant. Et ideo diſpenſatio ſolū operatur, quod non obſtet impedimentum: non autem, quod nō obſtent cœtera impedimenta, ſi adſint: & ideo illegitimus non poterit ordinari, ſi careat ſufficienti litteratura. Si ergo diſpenſatio ſuper natalibus non habilitas abſolutè ad Ordines, ſed ſolum quò ad ipſos tollit impedimentum natalium, multò minùs habilitabit ad beneficium, ſed erit neceſſaria alia diſpenſatio.

9 Ad 2. Diſpenſationem extendi quidam ad ea, quæ ſunt inſeparabiliter connexa: vt tradunt communiter, Gloſ. *in Cap. Nō poteſt,* verb. Retinere. *De praben. in* 6. & in Cap. *Quia in tantum. verbo.* Plures. *De praben.* Abbas *ibid. numer.* 4. Felin. *in Cap. At ſi clerici. §. De adulterijs. numer.* 17. De *iudic.* Archidiacon. *in Cap. Si quis in clero. in fine.* 7. *Queſt.* 1. Ripa *in Cap. Ad aures. numer.* 43. *De reſcriptis.* Iaſ. *in l. Beneficium. numer.* 45. *ff. De conſtit. Princip.* Hoſtienſ. *in Cap. Cum in cunctis. De elect.* Corrad. *in Praxi diſpenſat. cap.* 5. *num.* 18. *lib.* 1. Attamen hoc ſolum habet locum, quando connexio eſt neceſſaria, & inſeparabilis, ita vt nō extendatur ad ea, quæ aliquo modo ſeparari poſſunt, vt tradunt Burr. *in Cap. At ſi Clerici. §. De adulter. nu.* 14. *De iudic.* Felin. *in Cap. Poſtulaſti num.* 10. *De reſcrip.* Lappus *allegat.* 57. *num.* 7. Milis *in Repert. littera* D. *verbo.* Diſpenſatio. *nu.* 9. *ver. Diſpenſatus, vt poſſit* Gambara *De auctoritate leg. lib.* 10. *num.* 242. & alii. Conſtat autem, quod de iure beneficium non eſt inſeparabiliter connexum cum ordine ſacro. Quia poteſt quis ordinari ad titulum patrimonii, ad titulum penſionis. Et quamuis hoc videatur concedi quaſi diſpenſatiuè, quia tamen eſt diſpenſatio inducta à lege, & paſſim in vſu, ſufficit, vt beneficium non ſit de iure connexum inſeparabiliter cum ordine ſacro.

An

An ſint iteranda pro declarando incorrigibili, quæ præmitti debent, ſi Regularis per annum probatus retineatur vt correctus. Quæſt. 225.

SVMMA

1 *Quid requiratur, vt poſſit Religioſus declarari incorrigibilis;*

2 *Non requiritur iteratio ſententiarum, ſi poſt oſtenſam emendaitonem ſit declarandus incorrigibilis.*

Sententia tranſiens in rem iudicatam tribuit ius parti.

3 *Si religioſus probatus ſe oſtendat emendatum, Religio non amittit ius ex ſententijs acquiſitum.*

Error non nocet, nec mutat rei veritatem.

4 *Res iudicata habetur pro veritate.*

5 *Religioſus, qui retinetur vt correctus, eſt de nouo probandus, vt poſſit ejci.*

Adprobatum non poteſt amplius retractari.

6 *Ex eadem cauſa non prodeunt contrarij effectus.*

7 *Declaratio incorrigibilitatis debet eſſe ex probatione, quæ illam oſtendat.*

Nihil eſt in effectu, quod non ſit in influentia cauſæ.

1 VT poſſint Regulares declarari incorrigibiles, de iure antiquo Cap, *Cum non ab homine.* 10. De *iudic.* & Cap. *Vt famæ* 35. De *ſenten. excom.* innouato per *Decretum* S. *Congreg.* iuſſu Vrbani VIII. requiritur, quod pręceſſerint ſaltem tria delicta grauia per tres ſententias punita, & rurſus per dictũ Dęcretum, quod per annum in carcere cum ieiuniis &c. probentur, an verè in ſua incorrigibilitate perſiſtant: ita vt non poſſint eijci, ſi verè ſe emendauerint. Modo autem dubitatur, an ſi contingat, aliquem poſt annum probationis in carcere ſe oſtendere emendatum, & propterea vt talem retineri à Religione, ſi rurſus ſe oſtendat incorrigibilem, & non fuiſſe verè emendatum, poſſit eiici, an verò neceſſarium ſir, vt iterentur, quæ de iure præcedere debent, vt quis declaretur incorrigibilis.

2 Difficultas autem tangit duo, nẽpe delicta cum ſententiis: & probationem per annum in carcere. Et quod ſpectat ad primum. Videtur reſoluendum, *Non eſſe neceſſarium, quod iterentur delicta, & ſententię, ſed ſufficiant, quæ pręceſſerunt.* Ratio eſt. Quia ſententiæ, quæ præceſſerunt, tranſierunt in rem iudicatã, cum in virtute ipſarum deuentum ſit ad ad probationem incorrigibilitatis, Et proinde fuit acquiſitũ ius Religioni ad præmittendũ experimentum incorrigibilitatis; ſi quidem res iudicata facit ius inter partes Cap. *Cum inter.* De *re iudic.* & tradunt communiter Doctores Alexan. *conſil.* 39. *num.* 23. *vol.* 6. Beroins *conſil.* 156. *nu.* 2. *vol.* 3. Surdus *conſil.* 61. *nu.* 3. Rota *decis.* 607. *num.* 5. *par.* 4. *Recent.* Et ideo Religio retinet ſemper ius acquiſitum ex illis tribus ſententiis ad declarationem incorrigibilitatis.

3 Nec dici poteſt. Quod amittat huiuſmodi ius, dum probatum retinet tanquam emendatum. Quia cum rurſus ſe oſtendat incorrigibilem, declarat, quod non fuerit verè emendatus; ſed quod Religio decepta ſit, dum putauit emẽdatem. Atque adeo, ſi debuiſſet amitti ius acquiſitum ex tribus ſententiis, non fuiſſet verè amiſſũ. Quia error non nocet, nec mutat rei veritatẽ *l. De ætate.* §. 1. *Qui iuſto.* ff. De *interrog. act.* & notant Dinus *conſil.* 30. *in fine.* Alex. *conſil.* 156. *init lib* 6. O'd'ad. *conſ.* 216. *n.* 1. Rota *deciſ.* 524. *n.* 7. *par.* 3. *Recent.*

4 Deinde. Res iudicata habetur pro veritate *l. Ingenuum.* ff. De *ſtatu hom.* & *l.* 1. ff. De *re iud.* & *l. Res iudicata.* ff. De *reg. iur.* & Cap. 1. *De re iud.* & notant communiter Doctores Innocent. *in Cap. Super litteris.* De *reſcrip.* Bald. *in Cap. In pręſentia.* De *probat.* Curt. iun. *conſil.* 117. *numer.* 12. Gabr. *conſil.* 49. *num.* 1. *vol.* 1. Surd. *conſil.* 61. *num.* 2. Rota *deciſ.* 574. *nu.* 3. *par.* 3. *Recent.* & coram Coccino *deciſ.* 263 *num.* 4. Vnde remanet immutabilis, & continuò fouet ius Religionis procedendi vlterius in ordine ad declarationem incorrigibilitatis.

5 Quod ſpectar ad ſecundum, nempe ad annum probationis in carcere, & ieiuniis reſoluendum eſt. *Quod ſit iterandus, vt deueniri poſſit ad declarationem incorrigibilitatis;*

litati;

tatis, Ratio eſt. Quia probatio prima fuit acceptata cum ſuo effectu nempè tanquā talis fuit approbata: vnde non poteſt amplius retractari, & accipi cum contrario effectu, ſeu tanquam certificans incorrigibilitatem. § *Semel*, Inſtit. *Qui*, *&* *à quib. manum*.

6 Accedit etiam. Quod ex eodem principio non poſſunt oriri concluſiones contrariç: nec ex eadem cauſa contrarii effectus *l. Eum qui ades*, ff. *De vſucap.* & *l. Legata inutiliter ff* De legat. 1. & *l. Qui hominem.* § *fin. ff.* De ſolut. & *l. Quod Labeo. ff.* De *compenſat*. Cum ergo ex probatione prçmiſſa ortus ſit effectus emendationis, ſi quidem probatus in virtute ipſius fuit exiſtimatus emendatus, non poteſt ex eadem probatione oriri effectus incorrigibilitatis, & ideo in virtute ipſius non poteſt deueniri ad declarationem incorrigibilitatis.

7 Rurſus annus probationis in carcere cum ieiuniis præſcribitur ad experiēdum, an valeat frangere peruicatiam Religioſi, ita vt reſcipiſcat, & ad meliorem frugem reuertatur. Et ideo attendi debet ſecundum ſuam influentiam, quam habet, & effectum, quem parit. Si ergo huiuſmodi probatio non oſtendit incorrigibilitatem, ſed emendationem, declaratio incorrigibilitatis non erit in virtute præmiſsæ probationis, quia hęc influit ad emendationem, & proinde incorrigibilitas non erit effectus probationis, quia nō poteſt eſſe aliquid in cauſato, quod nō ſit in influentia cauſæ, vt notant Bald. *in l.* 1. *ff.* De *Senat.* Molina *lib.* 3. *de primogenit. cap.* 17. *num.* 1. Menoch. *conſil* 442. *n.* 15. Vnde declaratio incorrigibilitatis eſſet ſine præmiſſa probatione, & ſine forma præſcripta, & proinde nulla.

An valeat matrimonium inter abductam conſentiente matre aeris mutādi cauſa ob valetudinem, & filium abducentis. Quæſt. 226.

S V M M A.

1 *Matrimonium abducta non filio abducentis ſub ſpecie mutandi aerem non eſt nullum.*

Raptus requirit vim.

3 *Dolus abducentis non inducit raptum, de quo Concil. Trident.*

4 *Doloſa abductio quando æquiparetur raptui.*

5 *Doloſa abductio quando puniatur pœna raptus.*

6 *Doloſa abductio non ponitur ſub diſpoſitione de raptu, vt eſt impedimentum dirimens.*

7 *Diſpoſitum de vno eſt etiam diſpoſitum de alio in æquiparatis.*

8 *Raptus & doloſa abductio quando æquiparentur, & in quo.*

9 *Diſpoſitum de vno quando ſit diſpoſitum de alio ex æquiparatis.*

10 *Aequiparatio debet eſſe à lege, vt diſpoſitum de vno ſit diſpoſitum de alio.*

Debet eſſe æquiparatio vniuerſalis in omnibus.

Raptus, & doloſa abductio in aliquo tantum æquiparantur.

11 *Impedimentum raptus eſt ſolum inter raptorem, & raptam.*

1 SEia cogitans, quod valdè conduceret familiæ ſuæ, ſi Marcella nuberet proprio filio ob opulentam dotem, quam ſecum deferebat, & ſciens, quod mater Marcellæ non eſſet conſenſura huic matrimonio, eò quod eius filius eſset valdè inferior quò ad facultates, cum habitarent in diuerſis ciuitatibus ſub titulo parentele Seia adiuit matrem Marcellæ, & apud ipſam per plures dies commorata eſt, & interim ei perſuaſit, vt ſineret ſecum adducere Marcellam in eum finem, vt ſalubriori vtens aere conualeſceret. Conſenſit mater Marcellę, quam ſecum adduxit Seia domum reuertens. Dumq; ibi Marcella moraretur blandiciis pellecta, oſtenſione amoris

iuue-

iuuenis Fabritii filii Seiæ capta conſenſit in matrimonium, quod celebratum fuit obtenta diſpenſatione ſuper gradu parentelæ dirimente. Dubitatur modo, an huiuſmodi matrimonium ſit validum, an verò nullum ratione impedimenti raptus.

2 Non *eſſe autem nullum, quaſi interueniat impedimentum raptus*, reſoluendum eſt. Nulla enim apparet vis, quæ omninò eſt neceſſaria ad raptũ, cũ puella, & mater, ſub cuius cura erat, conſenſerint, vt in hac materia docent communiter Doctores Sanchez *lib.7. de matrim. diſp. 12. n.* 3. Iul. Clarus *lib 5. ſentent. §. Raptus.* Molina *de iuſt. & iure. diſp.* 105. *tom.4.* Specul. Coniug. *in Append ad ar.* 25. Leſſius *lib.4. de iuſt. & iure. cap.3. dub.9. num.* 66. ver. *Raptus.* Filiuc. *tract.* 30. *num.* 110. Bonac. *quęſt.4. De pertinent. ad vſum matrim. pun.* 18. *num.* 5. Pontius *lib.7. de matrim. cap.* 69. *num.* 1. Coninch. *diſp.* 31. *de matrim. dub.4. init.* Amicus *diſp.* 13. *de matrim. numer.* 2. Et adſunt expreſſi tex. *§. Item lex.* Inſtit. De *publ. iudic.* & *l. Qui naufragium.* §. *Non ſolum autem. ff.* De *incend.* ibi, *Rapi autem ſine vi non poteſt.*

3 Nec obſtat, quod puella Marcella abducta ſit in eum finem, vt contraheret matrimonium cum Fabricio filio abducentis: & propterea interuenerit dolus, qui facit, vt abductio ęquiparetur raptui *l. Vn. §. Oportet.* C. De *rap. Virgin.* ibi, *Niſi odioſis artibus circumuenerit.* Quia hoc nõ inducit violentiam, & proinde nec etiam raptum propriè, quod ſit impedimentũ dirimens ex diſpoſit. Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.6. de matrim.* vt obſeruant Sanchez *lib.7. de matrim. diſp.* 13. *num.* 12. Zipeus *in Analit. iur. lib.4.* Tit. *de Sponſal. numer.* 24. Auerſa *de matrim. quæſ.* 12. *ſect.3. ver. Raptus in hoc.* Dicaſtil. *de Sacram. tract.* 10. *de matrim. diſp.7. dub.* 58. *num.* 667. Chelliſon. 3. *par. in quæſt. append. de impedim. matrim. inter.* 61. *&* 62. *ſupplem. impedim.* 25. ver. *Dixi. Eſſe abductionem.* Præpoſit. 3. *par. quęſt.7. de matrim. dub.* 18. *nu.* 143. Molfes. *par.1. ſum. tract.4. cap.* 11. *num.* 21. Amicus *diſp.* 13. *de matrim. num.* 37. Quia in dic. l. Vn. fit ſpecialis extenſio pœnarum ad alium caſum, quæ non habet locum pro impedimento dirimente, cũ talis extenſio non fiat à Concil. Trident. & diſpoſitio legis tanquam pœnalis annullãs matrimonium, non debeat extendi vltra raptum propriè dictum. Et ideò non ſumus in materia, in qua dolus ęquiparare faciat abductionem raptui quo ad pœnam impedimenti dirimentis.

4 Imò ſi admittatur æquiparatio, neque in præſenti caſu locum habet, quia tunc ſolum ſubintrat, quando dolus æquiualet violentiæ, vt obſeruant Gutierez *de matrim. cap.* 86. *nu.* 15. *in fine.* Bonac. *quæſt. 4. de pertinent ad vſum matrim. pun.* 18. *nu.* 5. *iuſiue.* Quæ æquipollentia nõ habet locum in præſenti caſu, cum nihil falſum actum ſit, ſed puella pro recuperanda ſalute amicabiliter, & ex charitate, quę inter conſanguineos intercedere ſolet ad ſalubriorem aerem adducta ſit. Nec adfuerit finis auferendæ libertatis pro matrimonio, ſed potius ſtabiliendę quatenus ex præſentia matris potuiſſet lędi.

5 Rurſus dic. *l. Vnica.* extendit ſolum pœnas raptoris ad dolo malo abducentẽ, & inducentem ad diſceſſum contrarium honeſtati mulieris, & qui proinde contineat turpitudinem, vt ſatis oſtendunt illa verba. *Niſi enim illã ſollicitauerit, niſi odioſis artibus circumuenerit non facit eam velle in tantum dedecus ſe ſe prodere.* Vbi notanda ſunt verba illa. *In tantum dedecus ſe ſe prodere*, quæ non poſſunt applicari præſenti caſui, cum nullum dedecus puella ſubierit ex acceſſu ad domum propinquæ, vt frueretur ſalubritate aeris.

6 Denique aliud eſt punire aliam ſpeciẽ delicti, qualis eſt doloſa abductio, iiſdem pœnis, quibus punitur raptus; & aliud ponere talem ſpeciẽ delicti ſub diſpoſitione de raptu quò ad impedimentũ dirimens matrimonium. Primum facit dicta *l. Vnica. C. De rap. virgin.* non autem ſecundum, quia nihil diſponit de impedimento dirimente matrimonium; licet matrimonium prohibeat; nec ex primò hoc ſecundum infertur. Imo cum lex ciuilis non poſſit diſponere circa impedimenta dirimentia matrimonium, non poteſt hoc ſtatuere quò ad doloſam abductionem.

7 Nec

7 Nec obiici poteſt, Quod ius ciuile æquiparet raptui doloſam abductionem, & proinde diſpoſitio Concilii Trident. quod raptus inducat impedimentum dirimens extendatur ad ipſam ſtante hac æquiparatione, iuxta regulam, quod diſpoſitum in vno ex æquiparatis ſit etiam diſpoſitum in alio iuxta *l.1.ff.* De *leg.1.*& notant Gloſ. *in l.Si quis ſeruo* C. De *furt.*& Gloſ. can. *in Cap. Si poſtquam §.fin.* De *elec. in* 6. Bart. *in l.1.ff.* De *legat.* vbi & alii Doctor Abbas. *conſil.75. num.6.* ver. *Præterea lib.1.* Paris. *conſil.32.num.42 lib.2.* Alexan. *conſil.17.num.3.lib.3.* Beroius *conſil.27.nu.3.lib.1.*

8 Nam reſpond. Quod neque ius ciuile æquiparat raptui doloſam abductionem; ſed ſolum pœnas raptus extendit, vt dictum eſt, ad hanc aliam ſpeciem delicti, quod non inducit æquiparationem: alioquin delicta omnia, quibus eſt impoſita eadem pœna, ver. gr. mortis, aut exilii, aut confiſcationis bonorum eſſent æquiparata, quod tamen eſt falſum. Hæc autem extẽſio fit ex præſumptione, quod ſit idem delictum raptus. Præſumit enim lex animũ deliberatum rapiendi, & quod pro faciliore exequutione ſubornetur mulier ad ſequendum raptorem, vt indicant illa verba. *Si enim ipſi raptores metu, vel atrocitate pœnæ ab huiuſmodi facinore ſe temperauerint, nulli mulieri, ſiue volenti, ſiue nolenti peccandi locus relinquetur: quia hoc ipſum velle mulierum ab inſidijs nequiſſimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur.* Ex quibus conſtat, quod ſi ſit æquiparatio, tunc ſolum habet locum, quando doloſa abductio eſt coniuncta cum animo deliberato rapiendi, tanquam medium exequutioni mandãdi talem animum, quod non contingit in caſu præſenti, vt conſtat ex præmiſſa narratione facti.

9 Præterea, tunc diſpoſitum in vno ex æquiparatis cenſetur etiam diſpoſitũ in alio, quando æquiparatio, & diſpoſitio reperitur in eodem iure, ſiue ciuili, ſiue canonico. Secus autem, ſi reperiatur vna in vno iure, & alia in alio, vt contingit in caſu preſenti. Nam raptus, & doloſa abductio æquiparantur in iure ciuili: quod autem raptus ſit impedimentũ dirimens, diſponitur in iure Eccleſiaſtico. Et ratio eſt. Quia in tantum diſpoſitum de vno comprehendit etiam aliud ex æquiparatis, in quantum ſe habent per modum vnius in ordine ad diſpoſitionem; quod non contingit, quando in alio iure ſunt æquiparata. Cum enim ius æquiparet, & det vnitatem, ſe habent tantum per modum vnius in illo iure, à quo æquiparantur: vnde æquiparata in iure ciuile non ſe habent per modum vnius in ordine ad diſpoſitionem canonicam, quia à iure canonico non acceperunt vnitatem.

10 Verum admiſſa quoque æquiparatione, neque adhuc vrget obiectio. Quia tunc ſolum diſpoſitum de vno eſt etiam diſpoſitum de alio ex æquiparatis, quando æquiparatio eſt facta à lege, vt notat Honded. *conſil.81.num.47. lib.1.* & eſt æquiparatio vniuerſalis in omnibus per modum regulæ: non autem, quando æquiparatio eſt ſolum in aliquo particulari, vt tradunt Alexan. *in l. Gallus. §. Et quid ſi tantum ſuper* Gloſ. verbo *Emancipatus ff. liber. & poſth.* Lanfranch. *in Repet. l. Si vero. §.* De *viro. ff.* Soluto *matrim.* Aretin. *in §. Ius ciuile num.20.* ver. *Tertiò fallit.* Inſtit. *De iur. natur. &c.* Dec. *in Cap. Tranſlato. nu.9.* De *conſtit.* Craueta *de antiquo temp. par.4.§.1.numer.135.* vbi alios citat. Paris. *conſil.49.n.83. vol.3.* Gizzarel. *deciſ.1.n.23.* Farinac. cum aliis. *par.1. Fragmen.* verbo Extenſio *num.205.* Euerar. *in Topica iuris Loro à ſimili. ante 1. Fallent.* Rota coram Seraphino. *deciſ.288.num.1.* Quando quando in aliquo tantum particulari ſit æquiparatio, non ſe habent per modum vnius, quia in eo, in quo non æquiparantur, ſunt diuerſa, & ſe habent per modum plurium. Raptus autẽ, & doloſa abductio in illa *l.Vn.C.* De *rapt. Virgin.* non æquiparantur vniuerſaliter, & in omnibus, & abſolutè, ſed ſolum in caſu particulari, nempè in diſpoſitione illius legis: & ex ſuppoſitione, quod doloſa abductio ſit ex animo rapiendi, vt dictum eſt. Et ideo diſpoſitum de raptu, quod ſit impedimentũ dirimens matrimonium, non cenſetur diſpoſitum de doloſa abductione.

11 Denique addendum eſt. Quod

circa prædictum matrimonium non poteſt habere locum impedimẽtum raptus. Nam ſolum locum habet inter raptorem, & raptam iuxta diſpoſitionem Concil. Trident. *ſeſſ.24. cap. 6. de matrim.* vt conſtat ex diſertiſſimis verbis ipſius,& obſeruant Sanchez *lib. 2. de matrim.diſp.*13.*n.* 6. Gutierez *de matrimon. cap.*86. *num.* 10. Zipeus *in Analit. iur.lib.*4. *tit. De ſponſalib. num.*25. Boſſius *de contrac. matrim.cap.*13. §.5.*num.*12. Bonac.*de matrim quæſt.* 4. *De pertinen.ad vſum. matrim.pun.*18. *num.*12. Amic.*diſp.*13. *de matrimon. nu.*23. Auerſa *quæſt.* 12. *de matrim ſect.*3.ver. *Solus autem.* Nulla autem vmbra raptus tribui poteſt ſponſo; cum totum id,quod comminiſcitur tamquam ſpecies raptus ſoli matri ſponſi attribui poſſit. In qua tamen locum non habent diſpoſitiones legum, quæ loquuntur, quando vir rapit mulierem, aut dolosè abducit : & ad ſummum per aliquos Doctores extẽduntur ad caſũ, in quo mulier raperet virum : & proinde ſemper requiritur diuerſitas ſexus. Non autem, quando mulier rapit mulierem, aut vir virum.

An qui in litteris Apoſtolicis mutauit verbum Honeſta,*in*,Iuſta,*inciderit in Excommunicationem Bullæ Cænæ. Quæſt.*227.

S V M M A.

1 *Falſificantes litteras Apoſtolicas excommunicantur in Bulla cœnæ.*
2 *Mutatio, quæ non tangit ſenſum litterarum Apoſtolicarum non ſubeſt excommunicationi.*
3 *Crimen falſi quando committatur.*
4 *Mutatio verborum retento ſenſu non eſt falſificatio.*
5 *Paucarum litterarum raſura nõ inducit ſuſpicionem falſi.*
6 *Mutatio puncti, aut virgulæ in litteris Apoſtolicis quando ſubſit excommunicationi.*

1 IN Bulla cœnæ fertur excommunicatio can. 6. contra falſificãtes litteras Apoſtolicas etiam in forma Breuis continentes ſiue gratiam, ſiue iuſtitiam. Vnde oritur dubiũ, an qui mutauit in litteris Apoſtolicis verbum,*Honeſta*, in *Iuſta*, tanquam falſarius inciderit in hanc excommunicationem. Et videtur affirmatiuè reſoluendum, iuxta ea, quæ tradunt Hoſtiens.*lib.*5.*ſum.* Tit. *De crimin.falſ.* §. *Qualiter committatur.* ver. *Sed hodie.* Abbas *in Cap. Ex litteris. De fide inſtrum.* Sylueſter *verbo.* Excõmunicatio 7. *num.*8. ver. *Corrigentes.* Caiet. *in ſum. verbo*, Excommunicatio *cap.*26.*in fine.* Cum enim vnum verbum ponatur pro alio, fit immutatio veritatis, in quo conſiſtit falſitas, Authen. *De inſtrumen.* §. *Et ſi. init.*

2 Reſoluendum tamen eſt. *Quod non inciderit in excommunicationem.* Deſumitur ex doctrina, quam tradunt D. Antonin.3 *par.Tit.*25.*cap.*16. Aſtens. *par.*2.*ſum. lib.*7.*tit.*2.*caſu* 24.*quæſt.* 11. Angel. *verbo.* Excommunicatio 5. *caſu* 3.*nu.*3. Goffred. *ſum. tit. De fide inſtrum. nu.*7. Richar. *in* 4. *diſt.*18.*ar.*12.*quæſ.*4. Gerſon. *par.*2. *Alphab.* 32. *cap. Quiam.* Tabien. *verbo.* Excommunicatio 5. *caſu* 5. §. *Quartò.* Viuald. *in Candelabro.in Explicat.Bul.cœnæ.num.*54. Sayr. *lib.*3. *de cenſur. cap.*10. *nu.*11. Nauar. *in Manual. cap.*27. *num.*62. ver. *Sexta.* Alter. *de cenſur. vbi de Bulla cœnæ, cap.* 2. *in hanc excommunicat.* Vgolin. *ibid.* §.2. Filliuc.*tract.*16.*cap.* 5. *num.* 190. Graf. *par.* 1. *deciſ.lib.*4. *cap.*18. *num.* 78. Suarez *diſp.* 21. *de cenſur. ſect.*2.*nu.*46. Reginal. *lib.*9. *Praxis fori pœnit.cap.*37.*nu.*288. Bonac. *diſp.* 1. *De cenſur. in par. quæſt.*7. *pun.*2. *num.* 4. Duard. *in Bullam cœnæ.lib.*2.*can.*6.*quæſt.*7. *nu.*7. Gambarup. *in Bul.cœnæ. cap.* 6. quatenus docent, quod quando immutatio eſt leuis, nec tangit ſenſum, non habet locum prædicta excommunicatio.

3 Ratio eſt. Quia tunc committitur crimen falſi, ſeu falſificatur ſcriptura, quando immutatur veritas in ordine ad decipiendum. *l.*1. *init.* & *l. Quid ſit falſum. ff.* Ad *leg.* Cornel *de Fal.* & *l. Nec exemplum.* C. Ad *leg.* Cornel. *de* Fal. & Nouel.75. *init.* & notant Baldl. *in dict. leg. Nec exemplũ ante num.*1. ver. *Vel dic.* Angel. *num.*1. Alber. & Salicet. *ibid.* Hoſtiens. *in ſum.* Tit. De *crimine. fal.* §.1. Zabarel. *in Cap. fin. nu.* 1. ver. *Circa hoc.* De *crim. fal.* Bart. *conſil.* 119. *num.*9

n. 1. Caſtrens. *conſil.* 171, *lib.* 1. & communiter. Conſtat autem, quod prædicta mutatio, nec ordinatur ad decipiendum; nec eſt habilis, vt ordinetur; quia nulla deceptio oriri poteſt ex eo, quod alioquid apprehendatur iuſtum loco honeſti.

4 Præterea illa mutatio verborum, in qua retinetur idem ſenſus, non eſt falſificatiua; ſiquidem in falſificatione debet immutari veritas, ita vt pereat veritas, & ſuccedat oppoſitum, quod fieri nõ poteſt, niſi mutetur ſenſus, quo non mutato, ſicut idem, quod prius ſignificatur, ita remanet veritas immutata. Vnde etiam in formis ſacramentorum, quando mutatio verborum non inducit mutationem ſenſus, non mutatur ipſarum practica veritas, ſed adhuc ſignificant, quod debent ſignificare, ita vt conficiatur ſacramentum, vt docent communiter Theologi, quod nõ conficeretur, ſi eſſet immutata ueritas ipſarum, nam ſicut non haberent eamdem veritatem, ita nec etiam haberent eamdem ſignificationem ſacramentalem; & proinde nec eamdem efficaciã. Verba autẽ, *Honeſta*, & *Iuſta*, ita adinuicẽ comparantur, vt vnum non immutet alterius ſenſum. Nam quod eſt honeſtum, eſt etiam iuſtum, & è cõtra; quia vtrumque importat conformitatem in ſubiecta materia ad regulas rectæ rationis.

5 Et hoc totum confir. ex eo Cap. *fin. De crim. falſi*, vbi ſtatuitur, quod paucarum litterarum raſura non debet litteras reddere ſuſpectas falſitatis. Quod intelligitur quando ex contextu conſtat, quod non ſit alterata veritas; alioquin ſi conſtaret de alteratione, conſtaret etiam de falſitate. Igitur in præſenti quoque caſu cum ſolum ſit mutatum vnum verbum in aliud, quod quò ad ſubſtantiam idem ſignificat, falſificatio locum nõ habebit, quia non alteratur veritas, ſed eadẽ manet ſecundum ſubſtantiam. Et ex his ſolutum manet fundamentum oppoſitæ ſententiæ, cum non fiat immutatio veritatis, vt conſtat ex dictis.

6 Ex quibus deducitur, quomodo fuerit accipienda clauſula, quæ olim ponebatur in Bulla cœnæ nempè *Excommunicamus &c. qui mutant punctũ, aut litteram &c.* Neque enim debuit accipi de omni puncto, & littera, ſed de illis ſolum, quorum mutatio inferebat variationem ſenſus. Poteſt enim vnicum punctum, virgula, aut littera mutare ſenſum etiam ſubſtantialiter, & inducere falſitatem. E contra verò, quando non immutat ſenſum, non inducit falſitatem, cum neque raſura paucarum litterarum inducat ſuſpicionem falſi, vt conſtat ex cit. Cap. *fin. De crim. fal.* Imò cum ſit materia leuis, non poteſt prohiberi ſub excommunicatione, quæ ſolum pro graui peccato imponi poteſt.

An falſificans aut totas, aut ſecundum ſubſtantiam litteras Apoſtolicas, ſed non vtens, ſubiaceat excommunicationi. Quæſt. 228.

S V M M A

1 *Falſificans litteras Apoſtolicas, licet ijs non vtatur, incidit in excommunicationem.*
Verba accipiuntur cum effectu.
2 *Falſificans litteras Apoſtolicas, ſine animo vtendi non incidit in excommunicationem.*
3 *Quo falſificatio litterarum Apoſtolicarum probibeatur,*
Cauſa finalis regulat mentem diſponentis.
4 *Falſificatio litterarũ Apoſtolicarum eſt probibita, vt continet crimen falſi.*
5 *Cenſuræ imponuntur actibus externis, vt dependent ab internis.*

1 SI litteras Apoſtolicas falſificet, cum animo vtẽdi, quamuis poſtea non vtatur, ſubiacere Bullæ cœnæ excommunicationi, videtur certũ, iuxta ea, quæ notant Bonacina *de Cenſur. in partic. diſp.* 1. *quæſt.* 7. *punc.* 3. *nu.* 11 Graſ. *par.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 93. Vgolin. *in Bullã cœnæ.* §. 1. ver. *Tertiò. afficit.* Duard. *in Bul. cœnæ. lib.* 2. *can.* 6. *quæſt.* 10. *num.* 2. Huiuſmodi enim excommunicatio non fertur contra vtentes falſificatis litteris, ſed contra falſificantes. Falſificatio autem, vt locum habeat, non requirit vſum litterarum, ſed eſt quid ipſum ante-

tėcedens. Cum ergo ante vſum cõſumetur delictum falſificationis . habebit quoque locum excommunicatio. Adeſt enim totum id, quod requiritur, vt verba canonis accipiantur, cum effectu iuxta *l. Nomen filiorum. §. Habere. ff.* De *verbor. ſignificat.* & Cap. *Relatum. De cler. non reſiden.* & Cap. *Cum in cunctis. §. Clerici. De elect.* Nam habetur totum quod requiritur, vt litteræ dicantur falſificatæ.

2 Si verò falſificans non habuit animum vtendi, quamuis Bonac. *disp. 1. de cenſur. in part. quęſt. 7. pun. 3. num* 13. exiſtimet, adhuc contrahere prædictam excommunicationem· Tenendum tamen eſt. *Quod non contrahat.* iuxta ea, quæ tradunt Alter. *de cenſur circa can. 6. Bulla cœnę. cap. 4. dub. 2.* Duard. *in Bul. cœn lib 2. can. 6. quaſt. 10. num. 2.* ver. *Quod verum.* Reginal. *lib. 9 Praxi fir. pœnit. cap. 17. num. 288. in fine.*

3 Ratio eſt. Quia falſificatio, de qua diſponit canon. Bullæ cœnæ non eſt quæcunque falſificatio mortuo modo ſe habens, ſed cum ordine ad vſum, & operationem. Quod deſumitur, ex fine, ob quẽ talis excommunicatio impoſita eſt, qui nihil aliud eſt, quam vitare inconuenientia, quæ ox falſificatione litterarum Apolicarum oriuntur; & conſeruare iiſdem auctoritatem inuiolabilem. Cum autem cauſa finalis regulet mentem diſponentis & diſpoſitio tantum ſe extendet quantũ exigit finis *l. Non omnis. init. ff. Si cert. pet.* & *l. Et ſi non ſint. §. Perueniamus ff. De auro, & arg. leg.* & *l. Oratio. ff. De ſponſal.* & notant Abbas. *conſil.* 3. ver. *Ad vigeſimam tertiam quęſt. lib. 2.* Bald. *conſil.* 312. *nu.* 2. ver. *Tertiò vt cauſa. lib. 4.* Roman. *conſil.* 502. *num.* 7. Bart. *conſil.* 51. *num.* 5. ver. *Item hoc.* Ancharan. *conſil.* 255. *num.* 4. fit, quod Pontifex prohibuerit eam tantum falſificationem, quę fit cum ordine ad vſum, cum hæc ſola contrarietur fini intento, non autem illa, quæ fit cum excluſione vſus.

4 Accedit etiam, quod, vt dictum eſt, *quaſt. præced. num.* 3. ad crimen falſi requiritur immutatio veritatis in ordine ad decipiendum; ſub dicta autem excommunicatione prohibetur falſificatio litterarum Apoſtolicarum tanquam continens crimen falſi; & proinde cum ordine ad decipiendum. Quando autem immutans litteras Apoſtolicas intendit ijs non vti, excluditur ordo ad decipiendum; & proinde non eſt propriè falſificatio, ſed ſola pura immutatio. Vnde corruit obiectio Bonacinæ. quod ſit propriè falſificatio.

5 Obiici poteſt. Quod animus non vtendi litteris immutatis eſt quid internum, & proinde non cadit ſub cenſura Eccleſiæ. Et conſequenter excommunicatio cadet ſupra ſolam externam mutationem litteratum. Reſp. Cenſuras imponi quidem actibus externis, ſed vt dependentibus ab internis; quia cenſuræ puniũt actus externos vt morales, atque adeo cũ depẽdentes ab internis à quibus recipiũt moralitatem. Et ideo immutatio litterarũ Apoſtolicarum ſuppoſito animo vtendi habet ſpecialem moralitatem, quam aliàs non haberet, nempè crimen falſi, quod conſiſtit in immutatione veritatis cum ordine ad decipiendem; & ratione huius moralitatis cadit ſub excõmunicatione. Si autem excludatur animus vtendi, excluditur etiam ab actu externo hæc ſpecialis moralitas, atque adeo id, propter qood punirur excommunicatione,

An Nuncij Sede vacante conferre poſſint beneficia, quæ aliàs poterant conferre. Quaſt. 229.

S V M M A.

1 *Nuntij ex ſpeciali indulto conferunt minora beneficia.*
2 *Etiam Sede vacante.*
Nuntij facultas eſt ordinaria.
Nuncius ad nudum miniſterium remanet talis Sede vacante.
3 *Sede vacante non ceſſat facultas Nuncij.*
4 *Ceſſante præſuppoſito ceſſat conceſſio·*
Conceſſio ex præſuppoſito eſt ſub conditione.
9 *Sufficit. ſi condicio ſemel verificetur.*
6 *Facultas Nuncij conferendi beneficia non eſt ex præſuppoſito reſeruationis.*
Papa eſt Dominus beneficiorum.
7 *Facultas Nuncij conferendi beneficia &c. extenditur ad menſes Ordinarij.*

1 EX ſpeciali indulto poſſunt Nũcij Apoſtolicæ Sedis conferre beneficia reſeruata ſimplicia, quæ nō excedant valorem viginti quattuor aureorum de Camera, vt inter alios notant Garzia *de Benefic. par. 5. cap. 3. §. 1. num. 83.* Rota *deciſ. 44. num. 22. par. 8. Recent.* Vnde dubitatur, an etiam Sede vacante conferre poſſint eadem beneficia. Et ratio dubitandi oritur ex eo, quod Sede vacante ceſſat reſeruatio, & ideo non videntur Nuncij poſſe tunc temporis cōferre huiuſmodi beneficia, cum non amplius ſpectēt quò ad collationem ratio ne reſeruationis ad Apoſtolicam Sedem.

2 Tenendum eſt. *Poſſe Nuncios Sede vacante conferre ea beneficia, quę antea ex ſpeciali indulto poterant conferre.* Ratio ex eo deſumitur. Quia facultas Nuncij eſt ordinaria quò ad omnia, quæ ipſi tanquam Nuncio conceduntur; & ideo non expirat morte Pontificis Cap. 2. De *De offic. deleg. in 6.* & notant Speculator. *De offic. Ordinar. §. 1. ver. penul.* Bald. *ad Speculat.* Tit. *De legat.* ver. *Legatus eſt Ordinarius.* Cardin. *in Clemen. penul. De præben.* Gambar. *De offic. Leg. lib. 8. init.* Rota *deciſ. 48. num. 7. tom 2. par. 4. Recent.* Et conſtat ex Praxi, cum Nuncii exerceant iuriſdictionem ſuam etiam tempore ſedis vacantis. imò Nuncius, etiam ſi ſit miſſus tantum ad nudum miniſterium, remanet Nuncius Apoſtolicę Sedis, vt notāt Gloſ. *in Cap. 2.* verbo. *Declaramus.* De *obligat.* Rota *deciſ. 322. num. 14. eod. tom. 2. par. 4. Recent.*

3 *Nec* obſtat. Quod Sede vacante ceſſet reſeruatio, & proinde poſſit Ordinarius manus apponere ad beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis; quia licet ceſſet reſeruatio, non tamen ceſſat facultas Nuncii conferendi dicta beneficia, cũ ſit abſolutè conceſſa, & non conditionatè durante reſeruatione. Vnde ad ſummum fit, quod Ordinarius concurrere poſſit ſimul cum Nuncio ad conferendum: non autem, quod excludatur Nuncius.

4 Adhuc tamen vrgeri poteſt. Quod hæc facultas eſt conceſſa Nunciis ex præſuppoſito reſeruationis; nam eſt conceſſa ex præſuppoſito; quod collatio ſpectet ad Papam; ſpectat autem ratione reſeruationis. Ceſſabit ergo ceſſante reſeruatione, quia ceſſante præſuppoſito ceſſat conceſſio. Cap. *Si Papa. De priuileg. in 6.* & Clemen. *Si Summus. De ſentent. excommunicat.* & notant Gloſ. *in l. Mancipia.* C. *De ſeru. fugit.* vbi etiā cœteri Doctores. Alex. *conſil. 126. lib. 5.* Dec. *conſil. 63. num. 6.* Rota coram Merlino *deciſ. 432. num. 2.* Quia ſcilicet, quod ex præſuppoſito cōceditur, ſub conditione talis pręſuppoſiti conceditur iuxta ea, quæ tradunt Dec. *conſil. 644. num. 15.* Menoch. *conſil. 175. num. 12.* Decian. *reſponſ. 1. nu. 16.*

5 Hęc tamen inſtantia non vrget. Nam etiam admiſſo, quod conceſſio facultatis conferendi beneficia ſit ex præſuppoſito reſerciationis, ſufficit, quod verificaretur præſuppoſitum; quando facta eſt conceſſio; quia cum præſuppoſitum ſe habeat per modum conditionis; vt dicebatur, ſufficit, ſemel verificari, *l. Si quis hæredem. C. De inſtit. & ſubſtit.* & *l. Hæredibus init. ff.* Ad *Trebel.* & *l. Gallus. §. Quæramus. ff.* De *lib. & poſth.* & notant communiter Doctores. Bald. *in l. Cum preci bus num. 6. C. De impub. ſubſtit.* Paris. *conſil. 32. numer. 1. lib. 2.* Roland. *De lucro dot. quæſt. 51. num...* Ruin. *conſil. 89. numer. 8. lib. 4.* Rota coram Ludouiſ. *deciſ. 5. nu. 10.* vbi etiam alia deciſ. allegatur.

6 Deinde non eſt verum, quod facultas conferendi beneficia Nunciis conceſſa ſit ex præſuppoſito reſeruationis, ſed eſt abſoluta, quia Papa concedit illam facultatem, quam ipſe habet. Habet autem facultatem abſolutam, quia reſeruatio nō operatur, quod facultas conferendi trahatur ad Papam, ſed ſolum ligat manus inferiorum auferendo facultatem conferendi, ità vt non poſſint concurrere cum Papa. Et ideò Papa poteſt tanquam Dominus omnium beneficiorum conferre quæcunque beneficia ſiue reſeruata, ſiue non reſeruata, Cap. *Propoſuit. §. Licet. De conceſ. præbend.* & Cap. 2. *De prębend. In 6.* & notant communiter Doctores Paris. *conſil. 30. num. 7. lib 4.* Dec. *conſil. 137. num. 2.* Rota coram Merlino *deciſ. 830. num. 3.*

7 Ex quibus deducitur: Quod facultas

ras Nunciorũ cõferendi beneficia ſimplicia non excedentia valorem 24. ducatorum de Camera comprehendat etiam beneficia vacantia in menſibus Ordinarij, vt reſoluunt Getmon. *De indult. Cardin.* §. *Ac irritum. nu.* 42. Garzia *de Benefic. par.* 5. *cap.* 3. *numer.* 132. Rota coram Creſcen. *deciſ.* 8. *de Priuileg.* Si quidem auctoritate Papæ habent facultatem conferendi. Vnde dato, quod hæc facultas turbida eſſet, non poteſt in dubiũ reuocari quò ad beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis, etiam Sede vacante.

An Nuncius poſsit conferre beneficia, ſi appellentur Canonicatus, Abbatia &c. Quæſt. 230.

SVMMA.

1 *Nuncius poteſt conferre beneficia habentia nomen dignitatis, ſi alia ſint ſimplicia,*
2 *Beneficia quando ſint ſimplicia, licet habeant aliam denominationem.*
3 *Beneficium, ſi non requirit reſidentiam, eſt ſimplex, licet habeat aliquam iurisdictionem.*
4 *Beneficium eſt latè interpretandum, ſicut etiã priuilegium.*
Sub conceſſione veniunt, quæ ſunt apta comprehendi ſub verbis.
5 *Non curandum de nomine, ſed attendenda ſubſtantia.*
In omni re ſubſtantia potiſſimum attenditur.
6 *Sine ſubſtantialibus nulla res ſubſiſtit.*
Vnio beneficiorum eſt ex arduis.
Vnio extinguit beneficium.
Facultas conferendi beneficia conceſſa Nuncijs ample accipienda.

1 CVm facultas conferendi beneficia, quam habent Nuncii, ſit coarctata ad beneficia ſimplicia, quæ non excedunt valorem viginti quattuor ducatorum de Camera, vt dictum eſt, *quæſt. præced. init.* Dubitatur, an poſſint conferre beneficia, quæ nõ dicuntur ſimplicia, ſed conueniunt in denominatione cum beneficiis, quæ non ſunt ſimplicia, vt ſi appellentur Canonicatus. Abbatiæ, aut alio ſimili nomine. Reſoluendum eſt autem, *Poſſe conferre, ſi ſolum habent nomen eorum beneficiorum, quę non ſunt ſimplicia.*

2 Ratio eſt. Quia, quamuis denominentur Canonicatus, Abbatia, &c. dummodo tamen non habeant ſubſtantialia, quibus conſtituuntur beneficia, quæ non ſunt ſimplicia, vt ſi non requirant reſidentiam, non ſint Collegialia, nullam habeant adminiſtrationem, adhuc non obſtante denominatione ſunt beneficia ſimplicia iuxta doctrinam Gloſ. *in Cap. Præſenti. verbo.* Reſeruati. *De offic. Ordinar. in* 6. Rebuſ. *in Praxi.* Tit. *Seculare beneficium. num.* 1. Marſil, Colum. *de Eccleſ. red. dit. orig. par.* 2. *cap.* 14. *num.* 7. & in ſimili Rota *deciſ.* 326. *par.* 2. *Diuerſ.* Et ideo eorumdem collatio continebitur ſub facultate Nunciorum.

3 Imò etiam ſi beneficium habeat aliquam iurisdictionem, dummodo tamen non requirat rrſidentiam, eſt beneficium ſimplex, vt obſeruant Gonzalez *ad Reg. Cancel. Gloſ.* 6. *num.* 63. Garzia *de Benefic. par.* 5. *cap.* 3. *num.* 95. Loquens de quibuſdam Archipræsbiteratibus rutalibus, qui habent pro munere reuiſionem computorum quo ad Oeconomos Eccleſiarum, & facultatẽ compellendi ad ſoluendum. Et ità quò ad hos Archipræsbiteratus ad inſtantiam Cardinalis Pacheci Epiſcopi Burgens. declarauit S. Concilij Congregat. quam declarationem per extenſum refert Garzia *num.* 96. loci modo citati. Et aliam quoque declarationem refert Gonzalez modo citat. *num ſequenti.* tenoris ſequentis. *Simplex beneficium eſt Archipræsbiteratus, licet habeat aliquam iuriſdictionem, dummodo reſidentia in eo nõ ſit neceſſaria.* Et ità etiam ſenſit Rota corã Pennia *deciſ.* 351. *per totam.*

4 Quod à fortiori locum habet, quia dicta facultas cõtinet priuilegium, & beneficium Papæ: & proinde venit latè interpretanda. *l. Beneficium. ff. De conſtit. Princip.* & Cap. Olim. De *verbor. ſignificat.* & notant. *ibid.* Gloſ. & cœteri Canoniſtæ, & Cap. *Quia circa.* De *priuileg.* vbi etiam Doctores, & Iuriſtæ, *in l. fin. ff.* De *conſtit. Princip.* Et ideo extendi debet ad benefi-

cia

cia omnia ſimplicia, quamuis habeant denominationem Dignitatis. Præſertim quia verba conceſſionis, cum ſint generaliter de beneficiis ſimplicibus non excedentibus valorẽ ducatorũ viginti quattuor de Camera, ſunt apta comprehendere, quæ habent denominationem dignitatis, & ideo ſub dicta conceſſione continentur. *l. 4. §. Toties. ff. De dam. infec.* vbi Doctores præſertim Alexan. *in §. Præter ait.* Rota *deciſ. 791. num. 1. par. 3. Recent.*

5 Nec obſtat, quod beneficium habeat nomen dignitatis, quia non eſt curandum de nomine, vt obſeruat Gonzal. *ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 5. num. 17.* ſed attendenda ſubſtantia beneficii, an habeat cõditionem ſimplicis, an verò alterius rationis, quia in omni re ſubſtantia eſt potiſsimum attendenda, vt dixit Rota *in Compoſtellana Canonicatus, 1574.* coram de Rubeis, & coram Pennia *deciſ. 61. nu. 10.* Nomen namque non conſtituit rem, ſicut conſtituit ſubſtantia, ſine qua nulla res ſubſiſtere poteſt iuxta *l. 2. ff. De vſufr. ear. rer. quæ vſu cenſum*, & notant Bald. *in l. Etiam. C. De exequut. rei iud.* Dec. *in l. Edicta. numer. 30. C. De eden.* Neuizan. *conſil. 64. numer. 20.* Menoch. *conſil. 37. num. 6.*

6 Nec obſtat, quod Epiſcopus licet poſsit vnire beneficia ſimplicia ſeminario, non tamen poſsit vnire, quæ antea fuerunt qualificata, & modo ſunt ſimplicia, vt ſæpius reſpõdit S. tàm Concil. quàm Epiſcoporum, & Regul. Congregatio. Vnde neq. ex eo, quod Nuncius conferre poſſit ſimplicia, fiet, quod poſsit conferre, quæ antea erant qualificata. Nam non licet inferre ab vnione ad collationem, cum ex diuerſis nõ fiat illatio. Vnio enim reponitur inter ardua Cap. *Sicut vnire. De exceſſib. Prælat.* & ideo quando conceditur facultas vniendi, ſtrictè accipienda eſt. Deinde vnio extinguit beneficium, & facit ceſſare titulum, vt notãt Oldrad. *conſil. 527. num. 15.* Gomez *ad Regul. de trien. quæſt. 8. num. 2.* Gonzalez *ad Regul. de menſib. gloſ. 5. § 7. num. 5. & 33.* Rota *deciſ. 11. nu. 1. De reb. Eccleſ. non alien.* & coram Coccino *deciſ. 328. num. 1. & deciſ. 199. num. 1. & deciſ. 710. numer. 21. par. 2. Recent.* et ideo licet ſit fauorabilis, quatenus beneficium vnitur ſeminario, eſt tamen odioſa, quatenus priuat Collatores, & eorumdem ſucceſſores facultate conferendi, & reſtringit materiam collationis: & ideo facultas vniendi debet ſtrictè accipi tãquam præiudicialis Summo Pontifici, & inferioribus Collatoribus. Facultas verò conferendi beneficia tanquam fauor conceſſus Nuncio amplè accipienda eſt, contra ipſum Pontificẽ concedentem iuxta doctrinam, quam tradũt Iaſ. *in l. fin. num. 19. ff. De Conſtit. Princip.* Alexan. *conſil. 215. nu. 4. lib. 7.* Ancharan. *conſil. 161. init.* Oldrad. *conſil. 50. in fine ver. Non obſtat.*

An Canonicus excommunicatus poſſit optare. Quæſt. 231.

S V M M A

1 *Excommunicatus eſt incapax beneficiorum.*
2 *Excommunicatus non poteſt permutare beneficia.*
3 *Canonicus excommunicatus poteſt optare.*
4 *In optione non mutantur tituli beneficiorum, ſed ſolum prabendæ.*
5 *Prabenda Canonicatuum ſunt temporales.*
6 *Licet non ſeparabiles ab omni titulo.*
In optione acquiritur ſolum quid temporale.
7 *Quid requireretur ad optionem, ſi prabenda eſſent inſeparabiles à titulis.*

1 CVm excommunicatus ſit incapax beneficii, ita vt collatio ipſi facta ſit irrita. Cap. *Paſtoralis. §. Verum. De appellat.* & Cap. *Poſtulaſtis. De cler. excommunicat. miniſtran.* & notant communiter Doctor. Abbas. *ibid. num. 1.* Socin. *num. 5.* Rebuf. *in Repet. dic. Cap. num. 43.* Innocen. *in Cap. Si verum. De ſenten. exco.* Anchar. *in Cap. 1. §. Si quis. ver. In beneficialibus. De except. in 6.* Butr. *in Cap. Poſt electionem. De conceſſ. præben.* Felin. *in Cap. Cum dilectus. n. 1. De accuſat.* Quo ſtante dubitatur, an Canonicus ex-

com-

communicatus poſsit optare, quando adeſt conſuetudo iuxta Cap. *Cum in tua*. De *conſuet. in* 6.

2 Non poſſe autem Canonicum excommunicatum optare, tradunt Suarez *diſp.* 13. *de cenſur. ſect.* 1. *numer.* 19. Filliuc. *tract.* 12. *cap.* 5. *numer.* 21. *tom.* 3. Quia inquiunt optatio eſt quædam permutatio beneficiorum, quæ cum importet acquiſitionem beneficii, non habet locum in excommunicato tanquam incapaci, vt notant Gloſ. *in Clement.* 1. *verbo.* Obtinenda. De *pœn.* Ancharan. *ibid. numer.* 10. ver. *Quęrit.* Cardin. ver. *Ipſius.* Couaruu. *in Cap. Alma mater. par.* 1. §. 7. *num.* 2. ver. *Quintò.* De *ſent. excommun.* Verum nituntur falſo fundamento, nec percepetunt, quid ſit optare: neque enim eſt permutare beneficia, cum non permutetur tituli, ſed permutare prębendas, retẽtis iiſdem titulis, vt mox dicetur.

3 Itaque reſoluendum eſt. *Poſſe Canonicum excommunicatum optare.* Ita Rebuf. *in Repet. Cap. Poſtulaſtis. num.* 132. De *cler. excom. miniſtr.* Vgolin. *De cenſur. tab.* 2. *cap.* 13. §. 2. *nu.* 15. Sayr. *lib.* 2. *De cenſur. cap.* 6. *num.* 13. Alter. *de cenſur. lib.* 2. *diſp.* 6. *cap.* 5. *tom.* 1. Bonac. *diſp.* 2. *de excommunicat. quæſt.* 2. *pun.* 8. §. 1. *num.* 9.

4 Ratio deſumitur ex eo, quod in optione non mutantur tituli beneficiorum, atque adeò nec etiam beneficia, ſed tantum præbendæ, quatenus important temporalitatem, & ſunt ſeparabiles à titulis, vt colligitur ex Cap. *fin.* De *conſuet. in* 6. ibi. *In qua conſuetudo habetur quod antiquiores Canonici gradatim meliores, ſi voluerint, poſſint, cum vacant, per ſe, vel per alios optare prębendas.* Et tradunt Zabarel. *conſil.* 126. *num.* 4. Caſſodor. *deciſ.* 17. *num.* 2. De *præben.* Mohedan. *deciſ.* 1. De *conſuet.* Rota coram Pennia *deciſ.* 597. *nu.* 2. & in *Oſcenſi Canonicatus apud* Marcheſan. *de Commiſ. par.* 1. *pag.* 623. *num.* 1. Cum ergo interueniat tãtum commutatio temporalitatum, non obſtabit excõmunicatio, quin poſsit exequutioni mãdari, quia non reddit inhabilem ad acqeirenda temporalia.

5 De temporalitate autem præbendarum ſatis conſtat ad effectum optandi, quia acquiruntur ab optante abſque noua prouiſione, quod fieri non poſſet, ſi traherent ſecum titulum, tunc enim eſſet neceſſaria noua prauiſio pro acquirendo titulo iuxta ea, quæ notant Rota coram Mohedano, *deciſ.* 2. *De conſuet.* & coram Puteo, *deciſ.* 196. *lib.* 2. & coram Martino Andrea *deciſ.* 99. *num.* 2.

6 Nec obſtat, quod licet præbendæ ſint ſeparabiles ab hoc, vel illo titulo, ſint tamen ſemper annexæ alicui titulo canonicali, atque adeò ſpirituali, & proinde ratione huius annexionis dicantur ſpirituales iuxta ea, quæ tradunt Lotter. *de Benefic. lib.* 2. *quæſt.* 25. *nu.* 5. Rota, *in Mediolanēſi Canonicatus* 4. *Iulij.* 1636. coram Chiſilerio, & *deciſ.* 138. *num.* 10. *par.* 8. Recent. Quia cum in optione fiat ſeparatio præbendæ à titulo, cui adhærebat, amittit ſpiritualitatem, quam ratione huius adhæſionis habebat, & acquirit ſpiritualitatem ex nouo titulo, cui incipit adhærere, Vnde cum optans non acquirat titulũ de nouo, ſed tantum fiat translatio præbendæ temporalis de vno ad alium titulum, nihil prorſus ſpirituale acquirit, ſed ſolum titulo ſpirituali, quem antea habebat, incipit ſpiritualizare præbendam temporalem, quam acquirit, & quæ ex ſeparatione à præcedenti titulo deſinit eſſe ſpiritualis. Et ideo in optione fit tantum acquiſitio alicuius temporalis iuxta ea, quæ notant Cardin. *conſil.* 126. *num.* 4. Lotter. *de Benefic. lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 27. Rota coram Caſſodor. *deciſ.* 57. *num.* 2. *& ſeq. de Prębend.*

7 Ex quibus deducitur. Quod ſi præbendæ eſſent annexæ inſeparabiliter ſingulis canonicatibus, ita vt hæc præbenda eſſet incorporata huic titulo, haberet locum prima opinio, ita vt non poſſet Canonicus excommunicatus optare, Quia tunc fieret mutatio titulorum; & in tantũ eſſet permiſſa optio, in quantum interueniret auctoritas ſuperioris, ad quem pertinet prouiſio iuxta ea, quę tradunt Hoſtiens. *in Cap. Quæſitum. num.* 3. De *rer. permut.* Cardin. *conſil.* 126. *nu.* 4. ver. *Et ſecundum hęc.* Lotter. *de Benefic. quęſt.* 19. *num.* 24. *lib.* 1. Excommunicatus autẽ non poteſt acquirere nouum titulum beneficia.

lem.

lem. Verum vbi locum habet conſuetudo optandi, præbendæ ſunt ſeparabiles à titulis.

An detrahens, alicui, excuſetur, ſi proteſtetur, ſe non intendere lædere famam. Quæſt. 232.

S V M M A

1 *Detrahens, & proteſtans, quod non intendit lædere famam, non excuſatur.*
Proteſtatio contraria facto non prodeſt.
2 *Factum contrarium declarat animum cõtrarium proteſtationi.*
3 *Proteſtatio remouens animum à facto iuuat.*
Proteſtatio quando remoueat animum à facto.
4 *Proferens verba iniurioſa non excuſatur contraria proteſtatione.*
5 *Facta magis attenduntur, quàm verba.*
Iniurians, & proteſtans, ſe velle ſaluum honorem, infert nouam iniuriam.

1 ABſolutè reſoluendum eſt. *Proteſtationem, qua detractor proteſtatur, ſe non intendere præiudicium afferre famæ, non excuſare.* Et proinde non ſolum grauiter peccare, ſi materia ſit grauis, & ſubeſſe pœnæ, ſed etiam teneri ad reſtitutionem famæ. Ratio deſumitur ex natura proteſtationis, quæ ſi ſit contraria facto, prodeſſe nõ poteſt. *l. In bello. §. Facti 2. ff. De capt. & poſtlim. reuer.* & *l. Si quis extraneus. ff. De acquir. hæred.* & Cap. *Gratum.* De *offic. deleg.* & Cap. *Cum M. Ferrarien.* De *conſtit.* & Cap. *Sollicitudinem.* De *appellat.* & Cap. *Olim cauſam.* De *cenſib.* & notant communiter. Glo. *ibid. verbo. Proteſtatus.* Felin. *in dict. Cap. Cum M. Ferrar.* Alber. *in l. Si quis extraneus. ff. De acquir. hæred.* Bald. *conſil.* 489. *lib.* 3. Cephal. *conſil.* 222. *lib.* 2. Oldrad. *conſil.* 107. *numer.* 10. Surd. *conſil.* 371. *num.* 67.

2 Dum enim eſt contraria facto, ſicut non remouet factum, ita nec etiam remouet animũ deliberatum, à quo prouenit factum, ſed ipſa ſicut, & animus à quo procedunt vincuntur, & inefficaces redduntur: & proindè tanquam proteſtatio inefficax non habetur in cõſideratione. Factum namque declarat, adeſſe animum cõtrarium proteſtationi. *l. Si tamen. §. Ei qui. ff. De ædilit. edic.* & Cap. *Dilecti filij* 1. De *appellat.* & notant Abbas *conſil.* 116. *num.* 3. *lib.* 2. Roman. *conſil.* 291. *num.* 4. Ias. *conſil.* 153. ver. *Confirman. prædicta. lib.* 2. Neuizan. *conſil.* 76. *nu.* 53.

3 Nec dici poteſt, quod proteſtatio remoueat animum à facto, quia ſcilicet operatur, quod verba nõ proferantur in detractionem, & proinde quod loquens non intendat detrahere: & ideò iuuet detrahentem, vt notant Rub. *in Repet. l. Non ſolum. §. Morte. numer.* 349. ff. *De noui oper. non.* Ripa *in Cap. Cum M. Ferrar. &ſi. numer* 70. & 83. De *conſtit.* Burſat. *conſil.* 214. *num.* 16. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 318. *num.* 6. *par.* 5. *Recentior.* Nam hoc ſolum locum habet, quando proteſtatio eſt contraria facto non ſecundum ſe, ſed ratione alicuius, quod ſit ab ipſo ſeparabile, quia tũc licet animus conſentiat in factum, non conſentit tamen in id, quod aliàs eſſet annexum facto, & cui proteſtatio contrariatur. In præſenti tamen ipſum factum ſecundum ſe, & non per alioquid ſeparabile, eſt contrarium proteſtationi. Detractio namq. eſt inſeparabilis à verbis detractorijs, atque adeo etiam læſio famæ alienæ. Vnde impoſſibile eſt, quod proferens verba detractoria non velit detractionem, ſicut vult proferre eadem verba.

4 Confit. ex alia communi concluſione. Si quis proferat in aliquem verba iniurioſa, quamuis vtatur proteſtatione, *Saluo honore*, aut alia huiuſmodi, non excuſatur, ſed cenſetur iniuria afficere perinde, ac ſi nulla vteretur proteſtatione. Ità Bart. *in l. Si quis extraneis. init. ff. De acquir. hæredit.* Alexan. *in l. Turpia. ff. De leg.* 1. Iaſ. *ibid num.* 7. & *in l. Vt vim. nu.* 37. *ff. De iuſt. & iure.* Dec. *ibid. nu.* 36. Rubeus *in l. Non ſolum. §. Morte. numer.* 313. *ff. De noui oper. nunc.* Felin. *in Cap. Dilecti. n.* 10. *De excep.* Ripa *in Cap. Cum M. Ferrarienſis. num.* 80. *De conſtit.* Abbas. *in Cap. Cum te. num.* 35. *De ſent. & re iud.* Guido Papa. *deciſ.* 465. *in fine.* Couaruu. *Cap.* 11. *Variar. reſol.*

reſol. numer. 1. *lib.* 1. Socin. iun. *conſil.* 120. *num.* 20. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 41. *numer.* 32. Damhouder. *in Praxi. crimin. cap.* 136. *nu.* 7. Graſ. *lib.* 6. *Miſcel. iur. ciuil. cap.* 24. *num.* 3. Clarus *lib.* 5. *ſentent.* §. *Iniuria. num.* 13. Gail. *Obſeruat. pract.* 101. *num.* 1. *lib.* 2. Farinac. *lib.* 3. *Praxis crimin. quæſt.* 105. *inſpect.* 7. *n.* 311. vbi alios citat. Scrader. *de feud. par.* 9. *cap.* 4. *num.* 109. Iraneus *De proteſt. conſiderat.* 58 *num.* 6. Nam proteſtatio nõ aufert verbis qualitatem iniuriæ; & ideo cũ proferuntur in aliquem ſecundum qualitatem ipſum afficiunt. Hoc ipſum autem contingit in verbis detractoriis, quæ per proteſtationem non denudantur qualitate detractionis, & offenſiua bonæ opinionis.

5 Imò cum factum contineat iniuriari, quam inferens proteſtatur, ſe nollæ inferre, dum proteſtatur, ſe velle ſaluum honorem. Et facta magis attendantur, quàm verba *l. Paulus, ff. Rem. rat. habe.* & notãt Bald. *ibid.* Coſta *De ſcient. & ignor. diſt.* 81. *numer.* 2. per hanc proteſtationem infert nouam iniuriam, quia cenſetur, etiam illudere, iniuria affecto, dum cum effectu eum iniuria afficit, & proteſtatur, ſe nolle afficere; nõ ſecus, ac ſi quis proteſtaretur, ſe nolle Titium vulnerare, quem tamen ictu vulneratiuo percuteret.

An quando pro defenſione licet obijcere alicui, quod mentiatur, liceat addere, quod mentiatur vt fur, vt latro, &c. Quæſt. 333.

S V M M A

1 *Cauſa defenſionis poteſt alicui obijci, quod mentiatur.*

2 *Liceatne addere* Mentiris vt latro *&c.*

Verba tendentia ad eumdem effectum non inferunt diuerſam iniuriam.

3 *Verbum qualificatiuè adiectum non infert nouam iniuriam.*

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

Quod venit in conſequentiam, nõ attenditur.

4 *Si initium actus eſt licitum, omnes quoque ſequellæ licitæ.*

5 *Verbum* Mentiris *quatenus licitum.*

Defenſio eſt licita, ſed cum moderamine inculpata tutela.

Verbum Mentiris, *propulſat omnem iniuriam verbalem.*

6 *Propulſatio iniuria alia iniuria non eſt licita defenſio.*

7 *Verba*, Vt latro, *addita verbo*, Mentiris, *tendunt ad diuerſum effectum &c.*

8 *Quando verbum qualificatiuum addat nouam iniuriam.*

9 *Quid requiratur, vt accesſorium ſequatur naturam principalis*

10 *Quando non attendatur, quod venit in conſequentiam.*

Vt fur *&c. non venit in conſequentiam ad verbum Mentiris.*

11 *Quando ſequella ſint licita, ſi initium actus ſit licitum.*

---

1 Conueniãt communiter, quod cauſa defenſionis poſſit alicui in continenti obijci, quod mentiatur, vt ſi contumelia affectus, ſtatim reſpondeat, mentiris, ità Bar. *in l. Quæ omnia. §. 1. ff. De procurat.* Caſtrens. *ibid.* Ias. *in l. Si quis extraneus, init. num.* 2. ver. *Secundo limita ff De acquir. hæred.* Pennia *in l.* 3. ver. *Hæc faciunt. C. De caſtrens. pecul.* Panormit. *in Cap. Cum te. De re iud.* Alciat. *reſpon.* 248. *num.* 3. Dec. *conſil.* 487. *num.* 3. Bald. *conſil.* 45. *nu.* 10. Socin. iun. *conſil.* 123. *num.* 21. *lib.* 2. Gail. *obſeruat.* 101. *num.* 3. *lib.* 2. Capic. *deciſ.* 58. *num.* 2. Menoch. *conſil.* 41. *n.* 10. Pacian. *De probat. cap.* 59. *lib.* 1. Schrader. *de Feud par.* 9. *cap.* 4. *num* 115. Myſ. in ger. *obſeruat.* 17. *num.* 3. *Centur.* 5. Fachin. *lib.* 9. *controuer. iur. cap.* 12. *par.* 3. Bocer. *Claſ.* 3 *diſp.* 4. *th.* 30. *lit.* C. Nam in hoc caſu ordinatur ad repellendam iniuriam, non autem ad inferendam; & ideò continet meram defenſionem neceſſariam, non autem offenſam; & eſt quædam declaratio, quod inferens iniuriam vtatur medio illicito mendacij ad offendendum. Quod ſi ex hoc inferens iniuriam aliquod detrimentum patitur, ſibi imputare debet, quod prior alium offenderit non ſecus, ac qui vulneratur, dum alium aggreditur.

2 An autem liceat dicere Mentiris tanquam latro, aut aliquid ſimile addere, affirmat Harprechtus *in §. Iniuria autem. num.*

*num.*81.Inſtit *De iniur.* & pluribus id probat. Primò, quia quando verba tendunt ad eumdem effectum, nō inferunt diuerſas iniurias, vt tradunt Bart. *in l. Itē apud* *§. Ait Prætor. numer. 2. ff.* De iniur. Couaruu. *cap. 10. num. 8. lib. 2. Variar. reſol.* Schrader. alios citans, *de feud. par. 9. cap. 4. num.* 116. Huiuſmodi autem additio tanquam fur &c. tendit ad eumdem effectum, nempè ad exagerandum mendacium tanquam ſi eſſet mendacium furis.

3 Secundò addit, quod verba illa, *Fur, Latro,* &c. adduntur verbo *mentiris* qualificatiuè. Verbum autem qualificatiuè additum non inducit nouam iniuriā, vt obſeruat Angel. *de Maleſic.* verbo. *Verba iniurioſa. num.* 6. Tertiò. Hæc verba *Fur, Latro,* &c. ſunt acceſſoria ad verbū Mentiris: & ideo ſequuntur naturam ſui principalis Cap. *Acceſſorium.* De *reg. iur.* in 6. & *l. Nihil dolo. §. 1.* & *l. Cum principalis. ff.* De *reg. iur.* Quartò. Verba. Fur, Latro, &c. veniunt, in conſequentiam ad verbum Mētiris. Non attenditur autem, quod venit in conſequentiam, ſed principale. *l. Nauis aduerſa. ff.* Ad *leg. Rhod. de iact.* & *l. 1. §. Vnde quæritur. ff. De exercit. act.* & *l. 1. init. ff. De auctor. & conſen. tut.* & l. *Si is, qui. §. Quod ſi ſeruus. ff.* De *acquir. rer. domin.*

4 Quintò. Quando initium actus eſt licitum, omnes etiam ſequellæ ipſius licitæ ſunt, vt tradunt Bart. *in l. Quod ait lex. §. Quod autem ff.* Ad *leg. Iuliam de adult.* Angel. *in l. Gracbus. C.* Ad *leg. Iul. de adult.* Salicet, *ibid.* Bald. *in l.* Si *quis non dicam. C.* De *Epiſcop. & Cler.* Marſil. *in Pract. crimin. §. Quoniam num.* 91. Verba autem Fur, *Latro* &c. ſunt quędam ſequela ad verbum, *Mentiris.*

5 Hæc tamen opinio non poteſt ſuſtineri. Et ideo tenendum eſt. *Quod quando ob defenſionem cōceditur dicere* Tu *mentiris, non liceat addere tanquam fur, latro &c.* Ratio deſumitur ex eo, quod non eſt licitum dicere alicui. Tu mentiris, niſi ob neceſſariam defenſionem, ita vt quātum excedit terminos defenſionis, tantum accedat ad iniuriam: & ideo in tantum eſt permiſſum, in quantum ſiſtit intra terminos defenſionis. Defenſio autē, vt ſit licita, debęt eſſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, ita vt tendat ad propulſandam iniuriam, non ad inferendam, nec ad vindictam. Cap. *Significaſti 2. De homicid.* ibi. *Id debet fieri cum moderamine inculpatę tutelæ: non ad ſumendam vindictam, ſed ad iniuriam propulſandam,* & *l. Vt vim vi. ff.* De *iuſt. & iure.* & *l. Sed & ſi. ff.* Ad *leg. Aquil.* Conſtat autem, quod verba illa *Fur, Latro,* adiecta verbo *Mentiris,* nō ſunt neceſſaria pro defenſione, quia verbum, *Mentiris,* ſufficienter propulſat totā iniuriam, quæ verbis infertur, vt tradunt Iacob. de Caſtillo *lib. 4. de duel. cap. 1. nu. 2. & ſequen. tom. 12. tract.* Alciat. *eod. tom. tract. Conſil. de ſingul. certam. nu.* 18. Socin. iun. *conſil. 1. de duel. eod. tom.* vt dixi *in deciſ. moral.* 441 *num.* 6. Et ideò totum, quod additur tendit ad inferendam iniuriam, & ad vindictam.

6 Confir. Totum, quod additur verbo *Mentiris*, eſt de ſe aptum ad inferendum iniuriam. Ergo cum non ſit neceſſarium ad propulſandum, vt modo dictum eſt, inferet iniuriam, & egredietur terminos defenſionis. Non eſt autem licita defenſio propulſare iniuriam alia iniuria, vt eſt certa, & communis ſententia, quam tradunt Archidiacon. *in Cap. Neganda. 3. Quæſt.* 11. Dominic. *ibid.* Ancharan. *conſil.* 325. Panorm. *in Cap. Dilecti. numer.* 12. De *excep.* Socin. *conſil.* 118. *num.* 5. *lib.* 1. Claud. de Seiſel. *in l. Vt vim. nu.* 100. *ff.* De *iuſt. & iure.* Gail. *obſeruat.* 100. *nu.* 9. *lib.* 2. Speculator. *Tit. de accuſat.* §. 1, *num.* 11. vc. *Quid ſi te vocem.* Aufer. *ad Capel. Tholoſ. deciſ.* 127. Myſinger. *obſeruat.* 17. *nu.* 3. *Centur.* 5. Farinac. *in Praxi. quæſt.* 105. *nu.* 306. Obrechtus, *de defenſ. neceſſar. cap.* 2. *num.* 7. vbi alios citat Harpprecht. *§. Iniuria autem. num.* 87. Inſtit. De *iniur.* alios afferens. Sotus *lib. 5. de iuſt. & iure. quæſt. 9. ar. 3. dub. vlt.* Sayr. *lib.* 12. *Clau. reg. cap.* 4. *numer.* 14. Trullench. *in Decal. lib. 8. cap. 8. dub. 2. num.* 9. Quia ſcilicet iniuriæ illatio non eſt propulſatio iniuriæ: & ideò non eſt defenſio permiſſa, ſed vindicta.

7 Neque obſtant, quæ pro oppoſita opinione allata ſent. neque doctrinæ ibi aſſumptæ rectè applicantur. Vnde ad primum dicitur. Quod illa verba, *Fur, Latro,* &c. addita verbo, *Mentiris*, non tendunt

ad

ad eundem effectum, ſed ad diuerſum. Verbum enim *Mentiris*, tendit ad defenſionem, & propulſationem iniuriæ. Verba autem ſuperaddita, cum non ſint neceſſaria pro defenſione, vt conſtat ex dictis, tendunt ad ſuum proprium effectum: & ideo, cum ſint iniurioſa, ad inferendam iniuriam. Defenſio enim, quatenus excedit terminos inculpatæ tutelæ, vindicta eſt, & iniuria, vt cõſtat ex dictis ſupra *n.5.*

8 Ad 2. Verbum qualificatiuè adiectum non inducere nouam iniuriam, ſi qualificatio, quam importat, ſit intra eãdem ſpeciem, quia tantum auget, vel minuit intra eamdem ſpeciem. Secus autẽ ſi ſit diuerſæ ſpeciei, quia tunc tanquam circumſtãtia addit nouam ſpeciem iniuriæ, quam ſecum trahit iuxta *§. Pręterea* Inſtit. *De inut. ſtipulat.* & *l. Si vir. ff.* De leg. 3. & Cap. *Cum Martha. §. Quæſiuiſti.* De *celebrat. miſſar.* & iuxta ea, quæ notant Alexan. *in l. 1. § .Si quis. ff.* De *verbor. obligat.* Iaſ. *in l. Ius autem ciuile ff.* De *iuſt. & iure.* Surd. *conſil.* 366. *num.* 23. Menoch. *De recuper. poſſeſ remed.* 6. *num.* 8. Vnde verbum, *Mentiris, vt fur*, duo obiicit, & quod ſit mendax, & quod ſi. fur.

9 Ad 3. Verba illa, *vt fur, vt latro*: non eſſe propriè acceſſoria, quia ex natura ſua nullo pacto coniunguntur cum verbo, *Mentiris*, ſed ſolum à proferente. Acceſſorium autem ſequitur naturam ſui principalis, quando ei vnitur ex natura ſua. Rurſus vt acceſſorium ſequatur naturam principalis, requiritur, quod non ſit diuerſa ratio in acceſſorio, ac in principali, vt obſeruant Alex. *conſil.* 4. *num.* 5. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 38. *in fine.* Paccian. *de Probat. lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 69. Craueta *conſil.* 506. *num.* 3. Militat autẽ diuerſa ratio in verbo, Mentiris, & in verbo, Vt fur, quia illud eſt intra terminos defenſionis neceſſariæ: hoc verò extra ipſos, & continet iniuriam, non defenſionem.

10 Ad 4. Attendi principale, non quod venit in conſequentiam, quando conſequentia eſt naturalis, aut neceſſaria, non autem, quando eſt voluntaria, quia tunc attenditur voluntas, quæ facit talem conſequentiam. Deinde verba, *vt fur, vt latro* non veniunt in conſequentiam ad verbum *Mentiris*. Quia mentiri, & eſſe furem ſunt vitia diuerſa, quæ ſeorſim ſolent reperiri: & ideo vnum non venit in conſequentiam ad aliud. Quod verum eſt, etiam ſi accipiatur iuxta explicationem eiuſdem Harpprech. Quod ſcilicet ſignificet, Mentiris ſic vt ſolent fures. Nã in hoc non ſolum continetur iniuria mẽdacis, ſed etiam mendacis habitualis. Eſſe autem mendacem habitualem nõ venit in conſequentiam ad id, quod in aliquo ſpeciali caſu quis mentiatur. Cum ergo ad propulſandam iniuriam ſufficiat obiicere, quod inferẽs in illo ſpeciali actu mentiatur, dum ſugillatur tanquam habitualis mendax, exceduntur limites defenſionis, & fit tranſitus ad illationẽ iniuriæ, quod non venit in conſequentiam ad defenſionem.

11 Ad 5. Illam regulam, quod quando initium actus eſt licitum, omnes etiã eius ſequellæ licitæ ſunt, habere locum ſolum, quò ad ſequellas neceſſarias: non autem quò ad ſequellas merè volũtarias. Quando enim ſequella eſt neceſſaria, ſequitur ex natura antecedentis: vnde cum non poſſit ex licito ſequi illicitum, fit, quod licitum ſit, quod inde ſequitur. Quando verò ſequella eſt voluntaria, tũc conſequens non commenſuratur antecedenti, ſed retinet propriam naturam, & ideò ſecundum ipſam eſt iudicandum. Alioquin omnia illicita poſſent connecti voluntariè cum licitò, & dici, quod tanquam ſequellæ eſſent licita. Quando autem dicitur, *Mentiris vt fur* eſt annexio, & ſequella voluntaria, quia voluntariè additur, vt fur, & ideò licet liceat obiicere. *Mentiris*, non tamen licet addere, *Vt fur.*

An reus coram iudice poſſit proferre iniurias contra teſtes, aut accuſatorem. &c. Quaſt. 234.

S V M M A

1 *Proferens iniurias in iudicio contra partem non excuſatur.*
2 *Vindicta priuata eſt probibita,*
Defenſio conſiſtit in oſtendenda innocentia.
3 *Pendente cauſa reus non reaccuſat.*
4 *Pars affecta iniurijs in iudicio poteſt inſtare pro punitione.*
Et iudex tenetur punire.
5 *Iudex iniuria afficitur, dum reus in iudicio profert iniurias contra partes.*
Iudex procedit contra offendentes ſuam dignitatem.
Nec dicitur iudicare in propria cauſa.

1 AN poſſit reus obiicere teſtibus vera crimina ad eneruadam eorumdem fidem, eſt alia quæſtio, & pendet ex eo, an hoc ſiſtat intra terminos defenſionis. Ideo modo ſolũ quæritur, an reus, quando ſtat coram teſtibus aut accuſatore in præſentia iudicis poſſit contra ipſos proferre iniurioſa verba; aut conuicia. Et *negatiuè reſoluendum eſt.* Ità deſumitur ex Couaruu. *Cap.* 11. *Variar. reſol. num.*6.ver.*Ego quidem,lib.*1. Menoch.*conſil.*41. *num.* 29. quatenus volunt, quod proferens in iudicio conuitia contra aduerſarium, non mereatur excuſationem, quamuis hoc pacto detegat crimina, quę detegi, interſit Reipublicæ, quia hæc facit malo animo, non autem vt proſit Reipublicæ.

2 Ratio eſt. Quia poteſt quidem reus ſe defendere, non autem ſumere vindictã de accuſatore, aut teſtibus. Vindicta enim priuata eſt prohibita Cap. *Significaſti* 2. De *homicid.* & *l.*Extat.*ff* Quod *metus cauſa.* & tot. Tit. C. *Ne quis in ſua cauſa iudicet.* Quando ergo reus in iudicio profert iniurias, aut conuitia in accuſatorem, aut teſtes, non ſe defendit, ſed offendit, quia crimen illi obiectum non eliditur reo obiiciendo aliud crimen, ſed ſe defendit oſtendendo propriam innocentiam *l. Is qui reus.ff.* De *publ. iudic.* Vnde cum nõ ſe purget ab eo, de quo accuſatus eſt, infert iniuriam, & ideo punibilis eſt.

3 Confir. Non poteſt prætendere, quod proferendo iniurias, aut conuitia in accuſatorem, eum reaccuſet Tum quia non ſeruat modum, quo reaccuſare deberet: ſed cum per modum iniuriæ proferat, ſatis oſtendit, ſe ex odio, & malo animo proferre. Tum quia pendente cauſa non poteſt reaccuſare Cap. *Neganda.* 3. *Quaſt.* 11. & *l.Neganda.* C. Qui *accuſ. non poſſit.* Et idem etiam dicendum eſt de teſtibus, quia ipſi quoque intrant ad causã, & coadiuuant accuſatorem tamquam illius acceſſorii.

4 Ex quibus deducitur, quod parte læſa per huiuſmodi iniurias inſtante, tenebitur iudex iniuriantem punire iuxta *§.In ſumma autem,* Inſtit. *De iniur.* Tenetur enim Iudex vnicuique patenti adminiſtrare iuſtitiam; & ideo cum conſtet de læſione partis, & ipſa pro iuſtitia inſtet ſubintrat obligatio in iudice ad puniendum iniuriantem, & ſatisfaciendum parti læſæ.

5 Secundò infertur. Quod cum huiuſmodi iniuriæ coram iudice contra partem prolatæ redundeot etiam in offensã eiuſdem iudicis, quatenus iniurias proferens parui pendit præſentiam ipſius, & exuit reuerentiam illi debitum, poterit iudex ipſum punire etiam ex hoc capite. Quamuis enim non poſsit quis ſibi ius dicera in propria cauſa; in hoc tamen caſu non iudicat in propria cauſa, ſed in cauſa dignitatis, per quam Reſpublica in ipſo repræſentatur, & quæ remanet læſa iuxta Cap. 1. *De pœn. in* 6. vbi Glo. *verbo Punire.* & *l.Vn.ff.* Si *quis ius dicen. non obtem.* & *l.Illud.ff.* De *appellat.* & notant Doctores Angel. & Caſtrens. *ibid.* Franc. *in Cap.* No-*uit.num.*6. De *appellat.* Innocent. *in Cap. Ex parte. num.* 1. De *verbor.ſignificat.* Alexan. *conſil.* 13. *num.* 10. *vol.*6. Menoch. *lib.*2. *De arrbilr. caſu.*263. *numer.*7. Paris. *conſil.* 147. *numer.*7. *lib.*4. Gail. *obſeruat.*39. *per totam,lib.*1.

An expenſæ factæ à Patre pro filio degẽte in Romana Curia, computandæ ſint in diuiſione hæreditatis. Quæſt. 235.

S V M M A

1 *Expenſæ pro filio pro alimentis congruentibus ſtatui non computantur in diuiſione hæreditatis.*
2 *Tex. unde id deducitur.*
3 *Expenſæ pro filio ſubſtentando in Curia præſumuntur donatæ, & cur.*
4 *Expenſæ pro filio ob emendum officium &c. præſumuntur donatæ.*
Coniunctio ſanguinis facit præſumi donationem.
5 *Expenſæ in emendo officio pro filio &c. ſunt etiam in commodum familiæ.*
Præſumuntur donatæ ex cauſa.
6 *Pater, ſi aliud non declaret, præſumitur donaſſe expenſas pro filio.*
7 *Deſcriptio in libris rationem an excludat donationem expenſarum pro filio.*
Expenſæ factæ ab adminiſtratore non præſumuntur donatæ.

1 HViuſmodi expenſæ poſſunt eſſe duplicis generis: nam poſſunt eſſe pro alimentis congruis conditioni filii, vt ſi eſſet Prælatus, & congrua alimenta pro hoc ſtatu miniſtrarentur. Vel poſſunt eſſe pro emendo filio aliquo officio vitalitio, quod proinde ſit ipſius perſonale. Quod ſpectat ad expenſas primi generis, quamuis longè maiores ſint, quàm ſi filius domi recepiſſet alimenta, *Non eſſe computandas in diuiſione hæreditatis, niſi pater declarauerit, velle computari, reſoluendum videtur.*

2 Ità ſtatuitur in ſimili caſu, nempè quando filius vacans ſtudiis in aliqua vniuerſitate recipit alimenta à patre in *l. Quæ pater. ff.* Famil. *erciſcun.* ibi. *Quæ pater filio emancipato ſtudiorum cauſa peregrè agenti, ſubminiſtrauit, ſi non credendi animo pater miſiſſe fuerit comprobatus, ſed pietate debita ductus in ratione portionis, quę ex defuncti bonis ad eumdem filium pertinuit, computari, æquitas non patitur.* Et ità etiã notant Doctores in *hunc tex.* Bart. & alij Caualcan. *De vſufr. mulier. relict. cap. 2. num.* 192. Gomez *ad leg. 29. Tauri. num.* 16. Thoming. *deciſ.* 32. *in fine* Merlinus *de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 22. numer.* 3. Velaſquez *de priuileg. pauper. par. 2. quæſt. 59. num.* 15.

3 Ratio porrò deſumitur ex eo, quod huiuſmodi expenſæ fiunt pro alimentis, quæ, quamuis ampliora ſint, quàm ſi filius domi aleretur, ſunt tamen iuxta conditionem perſonæ, & ſtatum, in quo reperitur, & proinde ſunt ei debita à patre, cuius cõſenſus manet in illo ſtatu, in quo eſt. Vnde tanquã exhibita ab eo, ad quẽ ſpectat ea ſubminiſtrare, non poſſunt repeti, cum non poſſint repeti, ſed præſumantur donata, quando ſunt exhibita à perſonis ſanguine coniunctis & intuitu pietatis, & affectionis *l. N. ſennius.* ff. De *negoc. geſt.* & *l. Alimenta.* & *l. Si paterno,* & *l. Quod in vxorem.* C. De *negoc. geſt.* Et notant Donel. *lib. 15. com. cap.* 16. Oſuald *ibid. littera* F. Menoch. *pręſumpt. 33. num. 7. lib.* 2. Maſcard. *de Probat. concluſ.* 70. & 76. *vtrobique num.* 1. Leotardus *de vſur. quæſt. 91. num.* 3.

4 Quod ſpectat ad expenſas pro emẽdo aliquo officio, quo mediante poſſit filius ad maiora ſe promouere, pręſumendum eſt fuiſſe donatas à Patre, niſi declaret animum ſuum in contrarium; & ideo non eſſe computandas in diuiſione hæreditatis, Ratio deſumitur ex maxima ſanguinis coniunctione, qualis eſt inter Patrem, & filium, quæ facit præſumi donationem, vt tradunt Bart. *in l. Cum quid. nu. 11. ver. Idem ſi erat. ff* Si *certi pet.* Socin. iun. *conſil.* 134. *numer. 70. lib.* 3. Surd. *conſil.* 112. *num.* 46. *in fine.* & *conſil. 173. num.* 36. Menoch. *præſumpt. 34. num. 28. lib.* 3. Mantica *De tacit. & ambig. lib. 3. tit. 19. nu.* 1. & 7. Peregr. *conſil. 94. num. 14. lib.* 1. Rota *deciſ. 305. nu. 5. par. 2. Recent.* & *deciſ.* 322. *nu. 11. par.* 4. & coram Merlino *deciſ. 602. num.* 20. Et hanc ſolam preſumptionem ſufficere pro conuincenda donatione, tradunt Socin. *conſil. 48. numer.* 40. Manentus alios referens *conſil. 82. num. 1. lib.* 1.

5 Verum neque deſunt aliæ conniecturæ, & præſũptiones. Huiuſmodi enim

expen-

expenſæ nõ ſolum ſunt propter commodum filii, ſed etiam propter commodum Patris, & totius familiæ, quia confert ad decorem Patris, & familiæ, quod filius in Curia Principis adminiſtret aliquod huiuſmodi officium, præſertim cum poſſit illi inſeruire pro gradu ad aliqua maiora conſequenda. Vnde inſurgit præſumptio, quod ſit donatio ex cauſa iuxta *l. Hoc iure. ff. De donat.* ibi *Ob honorem aliquem promittas.* Et notant Gloſ. *ibid.* verbo *Tenetur.* Craueta *conſil.* 136. *numer.* 2. Gabr. *conſil.* 57. *num.* 8. *lib.* 2. Rota coram Merlino *deciſ.* 692. *num.* 88. Vnde cum huiuſmodi expenſæ non tam ſint factæ in vtilitatem filii, quàm in commodum totius familiæ, non videntur imputandæ in portionem hæreditatis, ſed donatas filio, vt mediante tali officio familiæ decus ſubſiſteret, cum id non debeat præſtare implicando propriam portionem hæreditatis paternæ.

6 Similiter donatio præſumitur ex eo, quod pater non declarauerit, ſe velle, has expenſas computari pro portione hæreditatis filii. Potuiſſet enim hoc nullo negocio præſtare; vnde cum nihil declarauerit, conſurgit vehemens præſũptio, quod donauerit iuxta ea, quæ tradunt Surdus *conſil.* 534. *num.* 27. Alciat. Reg. 1. *præſump.* 42. *num.* 6. ver. *Sed tu*, Mantica *de Tacit. lib.* 13. *tit.* 16. *nu.* 4. Oſaſch. *deciſ.* Pedemon. 132. *num.* 19.

7 An autem ſufficiat, quod pater deſcripſerit expenſas in libris rationum, vt cenſeatur, ſe declaraſſe, quod eſſent repetendæ, & computandæ in portione hæreditatis, affirmatiuè reſpondent Gomez *ad leg.* Tauri 29. *num.* 16. ver. *Secundo limita.* Pichard. *in §. Quadam actiones*, *ar.* 3. *nu.* 58. Inſtit. *De act.* Surd. *de alimen. tit.* 6. *quæſ.* 8. *num.* 73. Garzia *de expenſ. & meliorat. cap.* 4. *num.* 4. Donel *lib.* 15. *com. cap.* 16. Fontanel. *De pact. nupt. clauſ.* 6. *gloſ.* 2. *par.* 5. *num.* 12. Irancus, *de Protect. conſiderat.* 23. *num.* 4. & afferunt tex. *l. Neſennius* 36. *ff. De negoc geſt.* Verum hæc doctrina ità abſolutè accepta non eſt vera, ſed tunc ſolum, quando conſtat, expenſas deſcriptas eſſe in libro rationum ad effectum, vt reperantur, vt ſi eſſent deſcriptæ ſub partitis creditorum; nam ſi ad alium effectum deſcriptæ ſint, vt ſi eſſent deſcriptæ, vt conſtaret de exitu, quomodo congrueret cum introitu, aut ex aliquo alio capite, non eſſet declaratio animi ſufficiens, quod eſſent repetendæ, vt in ſimili ponderat Rota *deciſ.* 692. *num.* 42. coram Merlino. Neq. obſtat tex. *l. Neſennius.* Quia loquitur in caſu, in quo præſtita alimẽta fuerint ab adminiſtratore alimentato: tunc enim, ſi expenſas retulerit in libros rationũ adminiſtrationis, cõſtat, quod ſubminiſtrauerit de bonis adminiſtratis, & non de ſuo; talis enim deſcriptio declarat, quod expenſæ factæ ſint de bonis adminiſtratis, quia deſcribuntur tanquam ſpectent ad adminiſtrationem; & proinde ad effectum, vt computentur in reddenda ratione adminiſtrationis.

An poſſit quis obtinere plura beneficia ſufficientia, ſi ſint iuriſpatronatus. Quæſt. 236.

S V M M A

1 *Plura beneficia ſunt incompatibilia.*
2 *Etiam ſi ſint iuriſpatronatus.*
3 *Beneficia iuriſpatronatus regulantur ſicut cætera.*
4 *Verba diſpoſitionis comprehendunt, quæ apta ſunt comprehendere.*
5 *Dictio*, Cuiuſcunque, *facit comprehendi, quæ aliàs non comprehenderentur.*
6 *Verbum*, Conferre, *quomodo accipiatur.* *Verba ſubſequentia declarant antecedentia.*
7 *Patronus poteſt præſentare habentem beneficium ſufficiens.*
8 *Beneficia iuriſpatronatus quando poſſint conferri habenti beneficium ſufficiens.*
9 *Concilium Tridens. quomodo prohibeat conferri eidem plura beneficia.*

1 EX diſpoſitione Cõcilii Tridentini. *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reformat.* non poteſt quis obtinere plura beneficia; & ſolum permittit conferri aliud ſimplex, ſi primum non ſit ſufficiens pro honeſta ſubſtentatione. Modo autem dubi-

dubitatur, an hæc diſpoſitio locum habeat quò ad beneficia iurispatronatus. Quod autem non habeat locum, ſed poſſint præſentati inſtitui ad quæcunque beneficia iurispatronatus, tradunt Lambert. *De iurepatr. par.1.lib.2. quæſt.7.ar.5. num.15.* Maſſob. *in Praxi habendi concurſ. requiſ.7. dub.18.* Et videtur hæc opinio habere fundamentum in verbis eiusdem Concil. dum nō prohibet inſtitutionem, ſed collationem. ibi *Statuit, vt impoſterū vnum tantum beneficium eccleſiaſticum ſingulis conferatur.* Beneficia autem iurispatronatus non conferuntur; ſed præſentati inſtituuntur.

2 Tenendum tamen eſt. *Hanc diſpoſitionem habere locū etiam quò ad beneficia iurispatronatus.* Ità etiam Garzia *de benefic. par.11. cap.5. nu.280.* Et ratio eſt; Quia beneficia iurispatronatus regulantur ſecundum regulas communes beneficiorum, quia cum verè ſint beneficia, ſubſunt eiſdem regulis, quibus ſubſunt alia, niſi quatenus de ipſis aliquid ſpeciale diſponatur aut à iure, aut in fundatione. Cum autem adſit regula, quod beneficia ſingula ſingulis diſtribuantur, vt conſtat ex Concil. Trident; nec oppoſitum à iure quò ad beneficia iurispatronatus, aut in fundatione diſponatur, ſuberunt eidem regulæ.

3 Præterea ſuffragantur etiam verba eiuſdem Concil. in illo *cap.17. de reformat. ſeſſ. 24.* vbi declarans extenſionem ſuæ diſpoſitionis, habet. *Hęcque non modo ad Cathedrales Eccleſias, ſed etiam ad alia omnia beneficia, tàm ſecularia, quàm regularia quæcunque, etiam commendata pertineant, cuiuſcumque tituli, ac qualitatis exiſtant.* Quę verba ob ſuam vniuerſalitatem apta ſunt comprehendere etiam beneficia iurispatronatus, vt proinde comprehendant *l.4. §. Toties. ff. De dam. infec.* & notant *ibi* Alexan. *in §. Prętor. ait.* & alij Doctores. Rota *deciſ.791. n.1. par.4. Recen.*

4 Deinde notanda ſunt illa verba, *Cuiuſcunq. qualitatis exiſtant.* Dictio enim *Cuiuſcunque*, extendit diſpoſitionem ad omnem qualitatem beneficiorum, atque adeo comprehēndit etiam qualitatem iurispatronatus. Eſt enim hæc dictio adeo vniuerſalis, vt faciat comprehendi, quæ aliàs non comprehenderentur, vt notant Honded. *conſil.70. numer.16. lib.2.* Abbas *conſil.3. dub.3. lib.2.* Rota coram Seraphino *deciſ. 325. num. 7.* & coram Ludouiſ. *deciſ.267. num.5.* & coram Durano, *deciſ. 233. num.12.* & *in Sabinenſi Caſtri Montis rotundi 8. Fabruar. 1627.* coram Coccino. Cum ergo beneficia iurispatronatus ſint beneficia certę qualitatis comprehendentur ſub dictis verbis cuiuſcunque qualitatis.

5 Neque obſtat ratio in contrarium adducta, quia quando Concilium dicit, *Vnum tantum beneficium eccleſiaſticum ſingulis conferatur*, non ſumit verbum, *Conferatur*, prout diſtinguitur ab Inſtituere, & dicit ſpecialem modum concedendi ſed ſumit genericè, prout comprehendit omnem modum conceſſionis, cum ſubſequentia verba tanquam vniuerſaliſſima, & apta comprehendere omnem ſpeciem beneficiorum, in hac vniuerſali ſignificatione accipiendum eſſe, declarent. *l. Sed Iulianus. §. Interdū.* & *§. Proinde. ff.* Ad *Macedon.* & notant Craueta *conſil. 226. nu. 6.* Surd. *conſil.266. num.4.* Rota *deciſ.39. num. 3. in fine. par.4. Recent.* & coram Ludouiſ, *deciſ.531. num.6.*

6 Ex his deducitur, cōtra Pauinum. *De poteſt. Capit. Sede vacan. quęſt. 5. par.2. num.3.* Quod patronus poterit præſentare habentem aliud beneficium ſufficiens, ſed obtenta pacifica poſſeſsione ſecundi vacabit primum, vt declarauit S. Concil. Congregat. *ad cap.17. de reformat. ſeſſ.24.* Concil. Trident. ad illa verba, *Singulis conferatur*, Sic autem habet declaratio. *Id intelligitur cum effectu, vt vnum poſſit retinere, quia Ordinarius poteſt inſtituere præſentatum, vel conferre aliud beneficium incompatibile, vel ratione residentiæ, vel ratione ſufficientię, dummodo habita poſſeſſione pacifica ſecundi beneficij dimittatur primū.* Ex qua declaratione obſeruandū eſt primò, quod habēs beneficiū ſufficiēs poteſt ad aliud præſentari. Secundò, quod etiā in beneficiis iurispatronatus locum habet diſpoſitio, quod non poſſit quis plura ſufficientia ſimul habere, ſiue omnia ſint iuris patronatus, ſiue vnum tantum iuriſpatro-

patronatus. Tertiò, quod incompatibilitas oritur etiam ratione ſufficientis; & ideo habet locum, ſiue beneficia ſint iuriſpatronatus, ſiue non.

7 Secundo deducitur. Quod beneficia iuriſpatronatus poterunt conferri habentibus aliud beneficium ſufficiens abſque illius vacatione, ſi ita in fundatione diſponatur, vt obſeruat etiam Garzia, *de benefic. par.* 11 *cap* 5. *num.* 280. Quia fundator beneficiorum de conſenſu Ordinarii poteſt in limine fundatione apponere conditiones contrarias iuri comuni Cap. *Cum dilectus*. De *conſuetudine*, & notant Gloſ. *ibid.* verbo. *Conſtitutum*. Calderin. *conſil. vlt. De iurepatron.* Abbas. *in* Cap. *Significatum, not.* 1. De *præben.* Felin. *in* Cap. *Cum acceſſiſſent.* ver. *Primo dummodo. De conſtit.* Rochus *De iurepatron. verbo.* Pro eo, quod. *queſt.* 12. & 13. Lambertin. *De iurepatr. queſt.* 9. *princip. par.* 1. *lib.* 1. *num.* 4. Gratian. *Diſcept. forenſ. cap.* 522. *nu.* 37. *tom.* 3. Rota *in Hiſpalenſi Theſaurarię* 14. *Nouemb.* 1616. coram Pirouano. Vnde poterit etiam hanc conditionem apponere.

8 Tertiò deducitur. Concilium Trident. dic. *Cap.* 17. *de reformat ſeſſ.* 24. Prohibere conferri eidem plura beneficia nō abſolutè, ſed ad effectum retinendi. Vnde habenti ſufficiens beneficiū poterit aliud ſufficiens conferri, ità tamen vt habita pacifica poſſeſſione ſecundi dimittatur primum.

9 Et ita declarauit S. Congregat. Cōcil. apud Garziam *par.* 11. *de benefic. cap.* 5. *num.* 283. ver. *Alia etiam*, quę talis eſt. *Habenti beneficium ſufficiens poteſt conferri aliud. Sed habita poſſeſſione ſecundi beneficij ſufficientis vacat primum ſufficiens.* Et ità tradunt idem Garzia *ibid.* Vallens. *de benefic. lib.* 3. *tit.* 7. *numer.* 9. Et ita pluries tenuit Rota, vt *in Calaguritana beneficij de Subicana.* 30. *Octobris.* 1577. corā Brauo, & in *alia Calaguritana de Triuinno.* 1. *Iunij* 1582. coram Orano, & in *Aſſiſienſi beneficij.* 9. *Martij.* 1587. coram eod. Orano, & in *Cęſarauguſtana Capellanię.* 16. *Martij.* 1587. coram Seraphino, & alibi paſſim.

An habens duo beneficia ſingula inſufficientia teneatur alterum dimittere, ſi vnum fiat ſufficiens. Queſt. 237.

S V M M A

1 *Habens duo beneficia inſufficientia an alterū teneatur dimittere, ſi vnum fiat ſufficiens.*
2 *Non tenetur dimittere, ſi ex eius induſtria fiat ſufficiens.*
Melioramenta cedunt melioranti.
3 *Non dimittendum beneficium inſufficiens, ſi alterum fiat ſufficiens.*
Habenti inſufficiens beneficium poteſt conferri ſufficiens.
Diſpoſitio non conuenit, vbi verba non conueniunt.
4 *Factum legitimè non retractatur, etiam ſi veniat ad caſum, à quo non poſſet aliàs incipere.*
5 *Quam pluralitatem beneficiorum prohibeat Trident.*
6 *Diſpoſitio habet locum, vbi habet ratio finalis.*
Ratio finalis prohibendi pluralitatem beneficiorum.
7 *Habens inſufficiens beneficium ratione penſionis poteſt obtinere aliud.*
Et retinere vacante penſione.

1 Quod habens duo beneficia ſingula de per. ſe inſufficientia pro congrua ſubſtentatione, teneatur vnum dimittere vigore Concilii Trident, *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de Reformat.* ſi alterum fiat ſufficiens, tradunt Garzia *de Benefic. par.* 11. *cap.* 5. *nu.* 319. Vallens. *de Benefic lib.* 3. *tit.* 7. *numer.* 12. Quia hæc videtur mens Concil. Quod vnus habeat vnicum tantum beneficiū, quando eſt ſufficiens; nam abſolutè remouet pluralitatem beneficiorū; quam ſolum admittit ratione inſufficientiæ.

2 Verum conſiderandum eſt, quomodo alterum ex beneficiis ſit factum ſufficiens. Quia ſi eſt factum ſufficiens ex induſtria, & meliorationibus eiuſdem beneficiarii, tunc abſque vlla difficultate poteſt retinere vtrumque; quia incrementum beneficii ſpectat ad beneficiarium non ratione tituli eiuſdem beneficii, ſed

ratione induſtriæ, & expenſatum, quia meliora menta ſunt ipſius meliorantis, *l. 2. C. De pręd. & omn. reb. nauicul. lib.* 11. & tradunt Bart. *ibid.* Ias. *in l. Creditor.* 1. *nu.* 6. *ff. Si cert. pet.* Socin. ſen. *conſil.* 224. *numer.* 2. *lib.* 2. Theſaur. iun. *quęſt.* 71. *num.* 4. *lib.* 1. Giurba. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 15. *gloſ.* 13. *par.* 1, *num.* 3. Amat. *reſolut.* 3. *num.* 78. Affict. *deciſ.* 87. *num.* 6. Vrſil. *ibid. numer.* 3. Garzia *de Expenſ. et melior. cap.* 18. *n.* 55. & *cap.* 23. *num.* 36. Mareſcot. *Variar. reſolut. cap.* 112. *num.* 51. alios citans Rota coram Puteo *deciſ.* 275. *lib.* 3. & coram Merlino *deciſ.* 363. *num.* 5. & *deciſ.* 435. *nu.* 15. *par.* 1. Recent. Vnde quamuis hæc melioramẽta non detrahantur poſtea à beneficio, iis tamen beneficiarius non fruitur iure, & titulo beneficii, ſed iure, & titulo propriæ induſtriæ, & expenſarum. Et ideo eodem pacto res ſe habet, ac ſi beneficium non fuiſſet factum ſufficiens.

3 Si verò beneficium ſit alio modo factũ ſufficiens, neq. adhuc teneri dimittere alterum inſufficiens, exiſtimo probabilius attendendo diſpoſitionem Concil. Trident. Nam manifeſtè concedit, quod habenti beneficiũ inſufficiens poſſit aliud conferri: & conſequenter concedit eidem plura beneficia inſufficientia. Quod autẽ poſtea aliquod ex ipſis fiat ſufficiens, non pertinet ad collationem, ſed per accidẽs ſe habet. Concilium autem ſolum diſponit de collatione, vt conſtat ex illis verbis, *Vnum tantum beneficium eccleſiaſticũ ſingulis conferatur:* non autem prohibet, quod retineantur plura beneficia, ſi ad eũ ſtatum deueniant, in quo non poſſent conferri. Vnde cum verba diſpoſitionis non conueniant præſenti caſui, nec etiam locum habebit diſpoſitio *l. Si ſeruus §. Non dixit. ff.* De *damn. infec.* & *l. Conſtitutum ff. De teſtamen. milit.* & notant Alexan. *cõſil.* 17. *num.* 8. *lib.* 2. Roman *conſil.* 442. *n.* 2. Imola *conſil.* 9. *init.* Dec. *conſil.* 9. *n.* 24. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 328. *num.* 2. *par.* 3. Recent.

4 Confir. Duo iſtã beneficia potuerunt eidem tãquam ſingula inſufficientia pro ſubſtẽtatione legitimè ab initio cõferri, vt de facto collata fuerunt. Ergo licet poſtea vnum fiat ſufficiens, non fit, quod vtriuſque collatio, & poſſeſſio in virtute collationis nõ maneat legitima: ſubintrat enim regula iuris Cap. *Factum. De regul. iur. in* 6. & *l. In ambiguis. §. Non eſt nouum. ff. De reg. iur.* Quod ſcilicet factum lęgitimè retractari non debet, etiam ſi caſus eueniat, à quo non potuiſſet inchoari. Quod cõſtat in matrimonio, ſi enim ſuperueniat impedimentum, quod aliàs eſſet dirimẽs, non per hoc tamen diſſoluitur matrimonium.

5 Ex quibus ſoluta manet etiam ratio in oppoſitum allata. Concil. enim ſolum remouet pluralitatem beneficiorũ in ordine ad collationem, dum decernit, quod ſingulis vnicum tantum conferatur, & intelligit, quando beneficia ſunt de ſe ſufficientia pro honeſta ſubſtentatione, cum concedat conferri aliud beneficium habenti inſufficiens. De eo autem, quod ſubſequitur legitimã collationem plurium beneficiorũ, nihil diſponit; quia ſolum intendit reordinare collarionem beneficiorum, & præſcribere collatoribus modum ſeruandum in diſtributione beneficiorum, et declarant illa verba. *Sancta Synodus debitam regendis Eccleſijs diſciplinam reſtituere cupiens.* Et ideò quando ſecundum regulam præſcriptam diſtributa ſunt beneficia, nihil remanet corrigendum, cum ad id non ſe extendat diſpoſitio Concilii.

6 Adhuc tamen obiici poteſt, quod ratio finalis diſpoſitionis habet locum, etiam in retentione, quando alterum ex beneficiis fit ſufficiens; & ideò debet habere locum etiam diſpoſitio. *l. Illud. ff.* Ad *leg. Aquil.* & *l. Illud. C. De ſacroſanct. Eccleſ.* Reſp. Non habere locum eamdem rationem finalem; ratio enim finalis eſt ponere ordinem in diſtributione beneficiorum, vt declarant illa verba. *Quæ benè conſtituta ſunt, varijs artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinens non erubeſcat, Sancta Synodus debitam regendis Eccleſijs diſciplinam reſtituere cupiens &c.* Ex quibus cõſtat, quod vult obuiam ire abuſui, qui irrepſerat in collatione beneficiorum. Vndè poſtea ponit ſuam diſpoſitione, quod ſingulis vnicum tantum beneficium conferatur. Cum ergo ratio finalis ſit reordinatio collationis, non extendi-

tenditur vltra ipſam, quia non poteſt in alia materia ſubſiſtere.

7 Ex his deducitur. Quod ſi quis haberet beneficium ideò inſufficiens, quia eſſet grauatum penſione, & obtinuiſſet aliud beneficium tãquam non ſufficienter prouiſus pro honeſta ſubſtentatione, ſicut poſſe obtinere rradunt Gonzalez, *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 5. nu. 19.* Azor. *par. 1. lib. 8. cap. 10. quæſt. 8.* Garzia *de Benefic. par. 1 1. cap. 5. num. 310.* Maſſobrius *in Praxi baben. concur. requiſ. 7. dub. 17.* Et contingat vacare penſionem, ita vt primum beneficium fiat ſufficiens, poterit adhuc retinere ſecundum, cum vtrumque fuerit legitimè collatum, & ſecundum diſpoſitionem Concil. Trident. Et cum Concil. diſponat de collatione beneficiorum, non attenditur vacatio penſionis, quę ſuperuenit.

An ſi habenti inſufficiens beneficium conferatur de per ſe ſufficiens, vacet primum. Quæſt. 138.

S V M M A

1 *Collato ſufficienti an vacet inſufficiens beneficium.*
2 *Habenti inſufficiens poteſt conferri aliud ſufficiens beneficium,*
3 *Verba conceſſionis comprehendunt omnia, quæ apta ſunt comprehendere.*
4 *Quod non eſt expreſſum, non debet cenſeri intentum.*
Vbi diſpoſitio non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere.
5 *Exceptio eſt de eo, quod continetur ſub regula.*
6 *Beneficium ſecundum ſe ſufficiens poteſt conferri habenti ſufficiens.*
7 *Habenti ſufficiens beneficium, ſi conferatur inſufficiens cur vacet primum.*
8 *Quid, ſi inſufficiens ſit purè ſimplex.*

1 SI contingat, quod habenti inſufficiens beneficium conferatur aliud beneficium, quod ſe ſolo ſit ſufficiens pro honeſta ſubſtentatione, vt poſſe conferri, cõcedit Concil. Triden. *ſeſſ. 24. cap. 17. de reformat.* vacate primũ beneficium habita poſſeſsione ſecundi, tradunt Garzia *par. 11. de benefic. cap. 5. num. 303.* Vallens. *de benefic. lib. 3. tit. 7. num. 12.* Quia intentio Concilii eſt, quod quis non habeat plura beneficia. quando vnum eſt ſufficiens: & ideò, dum acquiritur ſufficiens, vacabit primum, quod erat inſufficiens.

2 Verum attendendo verba diſpoſitionis Concilii, videtur oppoſitum reſoluendum, nam Concil. dict. *Cap. 17. de reformat. ſeſſ. 24.* ita habet. *Quod quidem, ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſtè ſubſtẽtandam nõ ſufficiat, liceat ulbilomiuus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri.* Ex quibus conſtat Concilium cõcedere, quod habẽti inſufficiens aliud ſufficiens poſſit conferri, dummodo non ſit incompatibile ratione reſidentiæ.

3 Reſp. citati Doctores, quod Concilium intelligit, non de beneficio, quod de per ſe ſit ſufficiens, ſed quod ſit ſufficiens ſimul cum priori. Cœterum negari non poteſt, quin hic ſenſus contineat aliquam interpretationem. Et quod, ſi verba accipiantur de beneficio ſecundum ſe ſufficienti, nõ ſit ſenſus magis planus, & magis ſecundum ſonũ verborum, quæ qualitatem ſufficientiæ abſolutè tribuunt beneficio, quod de nouo concedit conferri: vnde hic ſenſus non ſolum poteſt habere locum, ſed etiam eſt magis accomodatus verbis, & proinde poſſunt accipi de beneficio ſecũdum ſe ſufficienti. Verba autem cõceſſionis cõprehendunt ea omnia, quæ apta ſunt comprehendere. *l. 4. §. Titius. ff.* De *dam. infec.* & notant Alexan. *ibid. in §. Prætor. ait.* & alii Doctores Rota *deciſ. 791. num. 1. par. 3. Recent.*

4 Deinde cum aliud ſit, beneficium eſſe ſecundum ſe ſufficiens, & aliud eſſe ſufficiens ſimul cum alio, quod non eſt eſſe abſolutè ſufficiens, ſed tantam ex coniunctione cum altero. Si Concilium intellexiſſet de ſufficienti ex coniunctione cum altero, id explicaſſet, & non fuiſſet vſus verbis, quæ ſignificent beneficiũ abſolutè ſufficiens. Vnde cum nõ explicauerit, & potuerit de facili expli-

caro

tate cenſendum eſt, quod neque intellexerit *l. Si ſeruus*. S. *Non dixit. ff.* De acquir. *hered.* & *l.* 2. S. 1. *ff.* De iudic. et Cap. *Inter.* S. 2. De *translat. Epiſcop.* Neque voluerit diſtinguere ſufficientiam, qua beneficium ſecundum ſe eſt ſufficiens, et qua eſt ſufficiens ex coniunctione cum altero, cum non diſtinxerit. *l. Non diſtinguimus. ff.* De *recep. arbitr.* & *l.* 1. §. *Generaliter. ff.* De *leg. praſtan.* & *l. vn.* C. Qui *pro ſua iurisdic.* et Cap. *Solita.* De *maio. & obedien.* et Cap. *Quia circa.* De priuil. et Clemen. *fin.* De *excep.*

5 Rurſus Concilium prohibet conferri eidem plura beneficia: deinde per modum exceptionis concedit alterum beneficium ſufficiens habenti vnicum inſufficiens. Cum autem exceptio debeat eſſe de eo, quod continetur ſub regula *l. Nam quod liquidè. ff.* De *pœn. leg.* & *l. fin.* C. Quando *ex fac. tut.* et notant Bal. *conſil.* 401. *num.* 2. ver. *Secundò quaritur, lib.* 5. Caſtrens. *conſil.* 70. *n.* 3. *lib.* 1. Geminian. *conſil.* 65. *n.* 8. fit, quod concedat conferri aliud beneficiũ de iis, de quibus in regula prohibuerat, atque adeò etiam de iis, quæ ſecundum ſe ſufficientia ſunt.

6 *Præſertim* quia beneficium ſecundum ſe ſufficiens poteſt cõferri etiam habenti aliud ſufficiens ad effectum, vt vacet primum adepta poſſeſſione ſecundi, vt dictum eſt, *quæſt.* 236. *num.* 8. ex declaratione S. Congregat. ibid. allata, quia hoc non eſt contrarium diſpoſitioni Concilii de collatione vnius tantum beneficii, cũ procedat de collatione ad effectũ retinendi. Ergo habenti inſufficiens ad effectũ retinendi poterit conferri aliud ſufficiens ſecundum ſe, tum quia Concilium loquitur de collatione ad effectum retinendi. Tum quia inſufficientia primi relinquit beneficiarium capacem alterius beneficii ſiue ſecundum ſe inſufficientis, ſiue ſufficientis, quia non attenditur, niſi plurificatio titulorum: & ſi ſemel duplex titulus poteſt admitti, poterit etiam admitti quicquid venit in conſequentiam ad titulum. Nam Concil. dict. Cap. 17. *de reſor. ſeſſ.* 24. precipuè conſiderat coadunationem titulorũ in eadem perſona, vt conſtat ex proemio, ibi. *Cum eccleſiaſticus ordo peruertatur, quando vnus plurium officia occupat Clericorum.*

7 Ex his deducitur, cur ſi habenti beneficiũ ſufficiens cõferatur inſuffiiens, vacet ſufficiens, vt docet Garzia *par.* 11. *de beneſi. ciis. cap.* 5. *n.* 301. Quia ſcilicet, dum habet beneficium ſufficiens, non eſt capax alterius beneficii iuxta diſpoſitionem Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reformat.* & ideò dum acceptat inſufficiens, cenſetur ſe reddere capacem illius renunciando priori beneficio, ſeu acceptando ſecundum cũ ordine ad dimittendum primũ. Quod non contingit, quando habens beneficiũ inſufficiens acceptat ſufficiens, quia eſt capax alterius beneficii.

8 An autem id habeat locũ ſi ſecundum beneficium ſit ſimplex. Videtur locum non habere, quando beneficium eſt purè ſimplex, ità vt inducat ſolum obligationem horarum canonicarum. Quia Concil. Trident. *ſeſſ.* 7. *cap.* 4. *de Reformat.* ſicut etiã Cap. *De multa* De *prębend.* quod *ibid.* à Concil. innouatur loquuntur tantum de beneficiis, quæ habent annexa diſtincta munera, & proinde diſponunt, quod adepta poſſeſſione ſecundi ipſo facto vacet primum, non autem de beneficiis merè ſimplicibus, quæ nullum requitunt ſeruitium. Et ità etiam videtur intellexiſſe S. Concilii Cõgregat. apud Garziam *par.* 11. *de beneficiis. cap.* 5. *num.* 84. dum in vna Salamantina dimidiæ portionis declarauit. *Congregatio cenſuit in reſidentiam requirentibus, aut aliàs quomodocunque incompatibilibus, etiam si Canonicatus ſint, vel portiones induci vacationẽ primi ipſo iure per adeptionẽ ſecundi pacificè poſſeſſi per Decretum Concil. Trident. ſeſſ.* 7. *cap.* 4. *&c.* Obſtat tamen diſpoſitio eiuſdem Concil. *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reformat.* vbi prohibentur conferri eidem plura beneficia ſufficientia; & ideò habenti ſufficiens non poteſt conferri inſufficiens, niſi ad effectum dimittendi ſufficiens; & ideo acceptando inſufficiens conſentit dimiſſio‑ni ſufficientis.

An

An habenti penſionem conferri poſſit beneficium. Quaſt. 239.

S V M M A.

1 *Penſio ſuccedit loco beneficij.*
2 *Penſio non reddit incapacem beneficiorum.*
3 *Inconuenientia ex pluralitate benefitiorum non habent locum in penſionibus.*
Diſpenſatio non extenditur vltra rationem finalem.
4 *Habens plures penſiones eſt capax beneficiorum.*
5 *Penſio, & beneficium ſub eodem tecto an ſe compatiantur.*
Clauſula, Etiam ſub eodem tecto, *effectus.*
6 *Penſio ſubrogata loco beneficij eſt incompatibilis cum alio beneficio ſub eodem tecto.*
Idem ſeruandũ in ſubrogato, quod in eo, cui ſubrogatur
Subrogatum comprehenditur ſub diſpoſitione, ſub qua eſt id, cui ſubrogatur.
7 *Senſus* Cap. *Ad audientiam 2. De reſcriptis.*
8 *Acceptans beneficium non cenſetur renunciare penſioni, quam habet.*
Subrogatum aſſumit qualitates illius, cui ſubrogatur.
Penſio ſubrogata beneficio an incompatibilis cũ alio beneficio non ſub eodem tecto.
9 *Subrogatum induit naturam illius, cui ſubrogatur.*

1 Titulus quæſtionis accipi debet de collatione beneficii de iure abſque vlla diſpenſatione. Difficultatem autem facit Concil. Trident. *ſeſs. 24. cap. 17. de reform.* vbi ſtatuit, quod vnicum tantum beneficium eccleſiaſticũ ſingulis conferatur. Cum ergo penſio ſuccedat loco beneficii, ſi quidem datur Cleric's propter ſubſtentationem Cap. *Ad audientiam. 2. De reſcrip.* videtur, quod habenti penſionem, quæ ſufficiat pro ſubſtentatione, non poſſit conferri beneficiũ.

2 Tenendum tamen eſt. *Quod penſio non reddat incapacem beneficiorum, etiam ſi pinguis ſit, & excedat expenſus ſubſtẽtationis.* Ità Duen. *Reg. 71. limit.* 5. Hoieda *de incompatibilit. benefic. par. 2. cap. 7.* Azor. *par. 2. lib. 8. cap. 10. quæſt.* 8. Gonzalez *ad* Reg. 8. Gancel. *gloſ. 5.* S 5. *num.* 14. Garzia *de Beneſ c. par. 11. cap. 5. num.* 214. Vallens. *de Beneſic. lib. 3. tit. 7. numer. 15.* Et ita etiam declarauit S. Concil. Congregat. ad inſtantiam Archiepiſcopi Hiſpalenſ. qui cũ quæſiſſet à S. Congregat. *An quod dicitur in beneficijs, habeat locum in penſionibus, ſcilicet, quod Ordinarius non poſſit conferre beneficiũ habẽti iam in penſionibus eccleſiaſticis ſufficientem ſubſtentationem.* Reſpondit. *Minimè habere locum in penſionibus.* Ità apud Garziam *par. 11. de beneſic. cap. 5. num.* 310.

3 Et ratio deſumitur ex eadem diſpoſitione Concil. Trident, eod. *cap. 17. de reformat. ſeſs. 24.* Conſiderat enim Concilium incouenientia, quæ oriuntur ex eo, quod vnus habeat plura beneficia, nempè quod peruertatur ordo eccleſiaſticus, quando vnus plurium officia occupat Clericoru m, aut quando in pluribus Eccleſiis conſcribitur: & quæ benè conſtituta ſunt, eludantur. Hæc autem inconuenientia non habent locum, quando vnus habet plures penſiones, aut penſionem ſimul cum vnico baneficio. Vnde cum Concil. direxerit ſuã diſpoſitionẽ ad tollẽda hæc inconuenientia, non extendit ad penſiones, quia non plus extenditur, quã extẽdatur ratio finalis. *l. Cum pater. §. Dulciſſimis. ff.* De *leg. 2* & *l. Adigere §. Quamuis. ff.* De *iurepatr.* & notãt Bart. Imola, & cœteri Doctores in dict. *l. Cum pater.* Abbas. *in Cap. Quia in inſulis.* De *regular.* & *in Cap. Suggeſtũ* De *appellat.* Dec. *ibid. not.* 1. Butrius *in Cap. Poſt tranſlationem. num.* 24. De *renun.* Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa par. 1. nu. 144.* Euerar. *in Topica Iur. Loco. A ratione leg. ſtrict.*

4 Et hoc locum habet, non ſolum, quando collatarius habet vnicam penſionem, ſed etiam ſi haberet plures, vt notant citati Doctores. Quia ſi diſpoſitio Cõcilii non ſe extendit ad penſiones, ſicut eſt compatibilis vnica penſio cũ beneficio, ita etiam erunt compatibiles plures, cum aliunde nulla adſit prohibitio.

5 Maior difficultas eſt, an ſub eodem tecto penſio ſit incompatibilis cum beneficio. Partem negantem tradunt. Hieronim. Paulus *in Pract. Cancellar. §. Seu Prouinciali ver. Et inter cætera.* Gigas de

pen-

*penſion. quęſt.*32. Mandos *de ſignat. Grat.* Tit. *Diſpenſat. ad beneſic. ſub eod. tec.* ver. *An autem penſio.* Hoieda *de compatib. beneſic. par.*1, *cap.*20. *num.*18. & 22. E contra vero . quod penſio ſit incompatibilis ſub eodem tecto cum beneficio, tenent Rebuf. *in Praxi* Tit. *de diſpenſat. rat. ętat.* Garzia *de beneſic. par.*11. *cap.*5. *num.*317. Corradus *in Praxi beneſic. lib.*2. *cap.* 6. *nu.* 55. & ſubdunt quod ita videtur habere ſtylus Curię ex clauſula apponi ſolita in penſionibus pro Palatinis. Verum ex hac clauſula ſolum colligitur. quod in impetratione beneficii, aut alterius penſionis non ſit exprimenda penſio, quæ iam obtinetur etiam ſi ſit ſub eodem tecto, cum ponatur ad hũc effectum, & ad vitandam ſubreptionẽ ex illius taciturnitate, quæ aliàs deberet explicari, quia reddit difficiliorem conceſſionem beneficii, aut alterius penſionis, non autem ad effectum diſpenſandi ſuper incompatibilitate. Et eodem modo accipiendæ ſunt aliæ huiuſmodi clauſulæ, vt cum impetrans beneficium narrat ſe habere penſionem ſuper fructibus beneficii exiſtentis in eadem Eccleſia; quia ſcilicet conceſſio beneficii adhuc difficilior eſt, ſi penſio ſit ſuper fructibus beneficii in eadem Eccleſia.

6 Itaq. tunc ſolum penſio videtur incompatibilis cum beneficio ſub eodem tecto, quando eſt ſubrogata loco beneficii, vt cum quis reſignat beneficium reſeruata ſibi pẽſione. In hoc enim caſu, cũ penſio ſit ſubrogata loco beneficii, idem in ipſa ſeruandum eſt, quod ſeruatur in beneficio *l. Si cum. §. Qui iniuriarium. ff.* Si *quis caut.* & notant Gabr. *Concluſ.* 5. De *reg. iur.* Surd. *deciſ.*35. *num.* 9. Bart. *im Repet. l. Pater filium. num.* 13. *ff.* De *inoffic. teſtamen.* Socin. ſen. *in l. Filię. §. Titia. num.* 3. *ff.* De *cond t. & demonſtrat.* Rota coram Martino *deciſ.*445. *num.* 1. Et proinde penſio tanquam ſubrogata loco beneficii cõprehenditur ſub diſpoſitione loquente de beneficiis, & induit incompatibilitatem ſub eodem tecto. §. *Si igitur defunctus.* ver. *Vnde conſequens.* Authent. *De hęred. ab inteſ. uenien.* & notant Bald. *in l. Per diuerſas. num.*21, C. *Mandati.* Natta *conſil.* 346. *nu*, 3. Decian. *conſil.*52. *numer.* 53, *in fine lib.* 1. Rota *cit. deciſ.*

7 Et in hoc caſu loquitur etiam Cap. *Ad audientiam* 2. De *reſcrip.* nam diſponit de iis, qui propter annuas penſiones renũciant beneficio litterarum Apoſtolicarũ, quarum vigore fuiſſent prouidendi de iiſdem beneficiis. Tales autem penſiones cenſentur ſubrogatæ loco beneficiorum, quia dantur ex eo, quod penſionarii renunciant litteris Apoſtolicis, atque adeò beneficiis obtinendis virtute earumdem.

8 Quò ad penſiones autem, quæ nõ ſunt ſubrogatæ loco beneficii opponi poteſt, quod dum quis acceptat beneficium ſub eodem tecto, cenſeatur renũciare penſioni iuxta Clemen. *Gratiæ. De reſcrip.* Reſp. Nequaquam cenſeri renunciare, quia non adeſt fundamentum ita iudicandi, niſi ſupponatur incompatibilitas; vnde non poteſt incompatibilitas deduci ex eo, quod vt ſubſiſtat, debet ipſam ſupponere. Neque iuuat Clemen. allata, quia nihil diſponit circa pẽſiones, ſed tantum circa beneficia de iure incompatibilia, vt apertè oſtendunt illa verba. *Quod ſimul de iure cũ dignitate, vel beneficio virtute dictę gratię tibi debito retinere nõ poſſet.*

9 Ex dictis deducitur, quod quamuis penſio, & beneficium non ſunt ſub eodem tecto, ſi tamen penſio ſit ſubrogata beneficio, erit incompatibilis ratione pluralitatis cum beneficiis, cum quibus eſt incompatibile beneficium, cuius loco ſubrogatur. Nam tunc induit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur. *l. In duobus. §.* 1. *ff. De iureiur.* & *l. Filia ſua. §.* Titia. *ff.* De *condit. & demonſtrat.* & *l. Si donatę.* §. 1. *ff* De *donat. inter vir. & vxor.* & notant Rota coram Ludouiſ. *deciſ.*115. *num.* 3. & coram Pennia *deciſ.*1416. *num.*4. Et aſſumit qualitatem eiuſdem, vt per tex. *l. Si eum.* §. *Qui iniuriarum ff. Si quis caut.* obſeruat Rota coram Ludouiſ. *deciſ.*463. *num.* 3. Et proinde induit incompatibilitatem beneficii, quam aliàs habet ratione pluralitatis. Quia tamen penſio non ſubrogatur in totum beneficio, ſed ſolum quatenus prębet ſubſtentationem beneficiorio, ideo non aſſumit omnes qualitates illius, ſed illas ſolum, quas habet, vt ſubſtentatiuum beneficii.

neficiarii, Et ideo non habet penſio aliā incompatibilitatem, niſi quæ prouenit ratione ſufficientiæ.

An poſt Concil. Trident. valeat Conſuetudo conferendi, & retinendi plura beneficia ſimplicia. Quæſt. 240.

S V M M A.

1 *Conſuetudo retinendi plura beneficia ſimplicia.*
2 *Ante Concil. Trident. an valeret.*
3 *Quid poſt dictum Conciliū. & num. ſeq.*
5 *Antiquitus Eccleſiaſtici non poſſidebant immobilia, & quomodo viuerent.*
6 *Quomodo Eccleſiaſtici ſucceſſu temporis acquiſiuerint immobilia*
7 *Dominium bonorum eccleſiaſticorum pœnes quem ſit.*
8 *Diuiſio patrimonij Eccleſiæ quando facta.*
9 *Inſtitutio beneficiorum eccleſiaſticorum eſt de iure eccleſiaſtico.*
Maiora à Papa minora ab Epiſcopis inſtituuntur.
10 *Valet conſuetudo retinendi plura beneficia ſimplicia.*
Conſuetudo praualet iuri Canonico.
Plura beneficia ſolo iure canonico prohibentur.
Hæc prohibitio ceßaret, ſi ceſſaret inſtitutio beneficiorum.
11 *Negatiua prohibitionis naturalis, &c. quomodo conſtet.*
12 *Conſuetudo retinendi plura beneficia eſt rationabilis.*
Maiora merita &c. exigunt plus participare de beneficijs.
13 *Perſona principalior debet plus participare de bonis communitatis.*
14 *Conſuetudo participandi plura beneficia an generalis.*
Conſuetudo quando fiat abuſus.
15 *Accipere plura ſtipendia an contra ius naturæ.*
16 *Beneficium datur propter officium.*
Diminutio cultus ſequens ad rationabilem diſtributionem beneficiorum non attenditur.
17 *Plura beneficia quando fiat ſecundū iuſtitiā.*
Beneficium liberaliter confertur.
18 *Pluralitas beneficiorum an aliquando ſit in fraudem ultimarum voluntatem.*
Quod fundator non expreſſit, cenſetur noluiſſe.
19 *Pluralitas beneficiorum an fomentum auaritiæ &c.*
20 *Retinens plura beneficia quando ſit in ſtatu pietatis.*

1 EXtare conſuetudinem etiam poſt Concilium Tridentinum in Hiſpania conferendi, & retinendi plura beneficia ſimplicia, etiam ſi vnus ſufficiat ad congruam ſubſtentationem, teſtatur Garzia *de Benefic., par. 11. cap 5. num. 333.* & modo etiam extat in aliquibus Diœceſibus in Italia, & forte etiam in omnibus, & paſſim in Romana Curia plura eidem conferuntur. Vnde dubitatur, anhuiuſmodi conſuetudo ſubſiſtat, ita vt poſſint ab eodem plura beneficia ſimplicia retineri.

2 Quod autem ante Concil. Trident. valeret huiuſmodi conſuetudo, tradunt Innocent. *in Cap. fin. num. 1.* De *Cler. non reſident.* & *in Cap. Cum iamdudum. num. 2. & 4.* De *præben.* Lappus *allegat. 35. aliàs 36. nu. 1.* vbi Mandos. *in Addit. 1.* Cardin. *in Clemen. Gratiæ. numer. 12. De reſcript.* Ferret. *conſil. 255. num. 3.* Rebuf. *in Praxi* Tit. *De diſpenſat. rat. ætat. verbo.* In Cathedralibus ver. *Quod eſt verum.* Capra *Reg. 90. nu. 96.* Nauar. *in Manuali, cap. 25. num. 129.* & *De orat. miſcel. 60. num. 12.* & *de reddit. Eccleſ. quæſt. 1. mon. 76. numer. 2.* & *de incompatibilit. benefic. num. 25.* Speculat. *Tit.* De *diſpenſat. §.* Dicendum. *num. 6.* Florian. *in Cap. Cum iamdudum.* De *præben.* Abbas. *in Cap. Dudumque. nu. 36.* De *elect.* Gumier. *in Pragmat. ſanct.* Tit. *De collat. §. 1.* verbo *Pluralitate* Selua *de benefic. par. 3. quæſt. 39. num. 2. 10.* Quintinus *in Cap. De multa. numer. 145. & 167.* De *præben.* Syluester *verbo.* Beneficium *4. numer. 4.* & alii cum Gloſ. *in Cap. Gratiam.* De *reſcrip. in 6.*

3 Modo autem difficultas eſt, an poſt Concil. Trident. valeat hæc conſuetudo, cum *ſeſſ. 24. cap. 17. de reformat.* diſponat, quod vnicum tantum beneficium ſingulis conferatur. Quod autem non valeat conſuetudo, tradunt ij, qui negant abſoluiè, valere hanc conſuetudinem etiā ante Concil. quos citas Garzia *par. 11.*

de

*de benefic.cap.5.n.*268. & ſpecialiter Gloſ. *in Cap.*Dudum.2. verbo.*Intitulatum*,& verboRetinere. De. *elect.*. Abbas.*numer.*36.Et ex iis,qui ſcripſerunt poſt Concil. Zarola *in Praxi par.* 2. verbo. *Incompatibilia.§.*2. Salon. 2.2. *quæſt*.63.*ar*.2. *concluſ*.3. Rodriquez *tom.*1.*ſum.cap.*31. *numer.*2. Vega *par.*1.*ſum.cap.*36.*caſu* 25.*& ſequen.*Zech. *De benefic.cap.*5.*num.*4. Azor.*par.*1.*lib.*5. *cap.*19.ver.*Conſuetudo,quaquis.*& *par.*2.*lib.* 3.*cap.*7.*quæſt.*4. & alibi. Paris. *de reſignat. lib.*3.*quæſt.*1.*num.* 138. Villadiego, *de Legato.quæſt.*14. *nu.*94. Reginal. *lib* 30. *Praxis fori pœnit.tract.*3.*cap.*19.*Diaz in Pract. cap.*49.vbi etiam Salzedo Leſſius *lib.* 2. *de iuſt.& iure.cap.*34.*dub.* 27. *&* 28. Boſſius *tom.*2.*Moral.tit.*7.*§.*1.*nu.*2. quatenus oppoſitum dicit eſſe contra ius naturale, & rectam rationem.

4 Alii tamen tenent, quod valeat conſuetudo. Ità Sotus *lib.*3.*de Iuſt.& iure.quæſt.*6.*ar.*3.*concluſ.*4. Aragon. 2.2. *qu.* 63.*ar.*2.*concluſ.*3. Ledeſ.*par.*2.*ſum. tract.*7. *cap.*1.*concluſ.*11. Valent.*tom.*3. *ſum. diſp.* 5. *quæſt.*7.*pun.*2.ver.*Quartò quæritur.*Garzia *par.*11.*de benefic.cap.*5.*num.* 523. ſubdens decretum Concil. Trident.*ſeſſ.*24,*cap.*17. *De reformat.* nō eſſe vſu receptum. Et pluribus firmat, quod pluralitas beneficiorum habeat locum abſque diſpenſatione Papæ.

5 Pro dilucidatione huius materiæ eſt præmittendū,quod antiquitus, quando Eccleſiaſtici non poſſidebant bona immobilia exibebantur miniſtris Eccleſiæ oblationes, decinæ, primitiæ &c. tanquam de iure debitæ; quia cum laborarēt in officio Paſtorali pro vtilitate populorum, ius habebant petendi ab ipſis ſubſtentationem,vt ex *Cap.*9.*Epiſt.*1.*ad Corinth.* pōderat Epiphan.*hæreſi* 80.*lib.*3.*tom.* 2. vbi inter alia habet loquens de Eccleſiaſticis. *Nulla ad manibus laborandum neceſſitate damnati, coactiq. ſunt: ſed cum iuſtiſſimos alios labores, & eccleſiaſticas occupationes habeant pro eo, atque æquum eſt, ali identidem debent.*

6 Secundò præmittendum eſt. Quod ſucceſſu tēporis Eccleſiaſtici acquiſierūt bona immobilia,vel ad fundationē & dotationē Patræciarum, Monaſteriorum, Epiſcopatuum. Eccleſiarum; vel ex pijs largitionibus fidelium liberaliter exhibitis intuitu laborum, quos in procuranda ſalute populorum ſubſtinebant. Vnde titulus acquiſitionis ſemper fuit talis, vt omnia acquiſita cederent in plenum, & liberum dominium eccleſiaſticorum, tum quia plenè,& indepēdenter à qualibet conditione, & modo donabantur. Tum quia acquirebantur titulo oneroſo, nempe ratione oneris, quod ſubſtinent miniſtri Eccleſiæ in beneficium, & vtilitatem populorum. Quod quò ad dotationes clarè deſumitur ex *Nouel.*3. Iuſtiniani Imperatoris; ex qua conſtat de neceſſitate dotis pro Eccleſiæ miniſtris.

7 Tertiò præmittendum eſt. *Dominium* horum bonorū, quod fideles à ſe abdicabant, translatum fuiſſe in Eccleſiam, & proinde Eccleſiam proprio iure illa poſſediſſe. Nomine autem Eccleſiæ non intelligitur cœrus fidelium, quia ſic comprehendit etiam laicos, vnde non magis eſſent bona Eccleſiaſticorum, quàm laicorum. Neq. totus cœrus eccleſiaſticorum; quia naſceretur confuſio; ſed intelliguntur ij, qui tanquam Præſides, & Capita adminiſtrant Eccleſias, quorum primus, & ſupremus eſt *Summus Pontifex*, deinde Epiſcopi, cum ſubordinatione tamen ad Summum Pontificem. Vnde ipſe habet dominium ſupremum patrimonij Eccleſiæ: Epiſcopi verò tāquam Paſtores ſubordinari habeat ſubordinatum dominiū in ordine ad adminiſtrationem ſecundū leges ſibi præſcriptas. Hinc *can. Apoſtol.* 41. ſtatuitur. *Iubemus Epiſcopum rerum Eccleſiæ poteſtatem habere, Si enim pretioſa hominum animæ eis ſunt credendæ, multo magis eis ſunt committendæ pecuniæ, vt in eius ſit facultate omnia adminiſtrare.* & Concil. Aurelian. 1. *can.* 15. De his, *quæ Parochijs in terris, vineis, mancipijs, atque pecunijs quicunque fideles obtulerunt, antiquorum Canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia in Epiſcopi poteſtate conſiſtant.* Dominium namq. horum bonorum eſt ex natura ſua inſtitutum, vt ſit apud homines, quia propter homines creata ſunt à Deo, & iiſdem ſubiecta iuxta illud Pſal. 8. *Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius oues, & boues*

tes &c. Vnde dominium bonorum eccleſiaſticorum debet eſſe apud eum, qui tenet principatum Eccleſiæ, & qui ſubiicit ſibi perſonas omnes Eccleſiaſticas, & cũ ſubordinatione ad ipſum penes Epiſcopos tanquam eos, qui principantur in ſua dioeceſi.

8 Quartò præmittendum eſt. Hoc patrimonium Eccleſię fuiſſe in ſingulis dioeceſibus diuiſum, & ex ipſo inſtituta fuiſſe beneficia Eccleſiaſtica, vt habetur ex Canon. Syluestri Papæ ibi. *Commonet vobis omnibus mihi conſortibus Monimentum hoc, vt de redditibus Eccleſia quattuor partes fiant, quarũ vna cedat Pontifici ad ſui ſubſtentationem, altera presbiteris, & Diaconis, & omni Clero. Tertia templorum, & Eccleſiarum reparationi. Quarta pauperibus, & peregrinis.* Et clarius quò ad attributionem bonorum immobilium Agathen. Concil. Can. 22. *Ciuitalẽſes, ſeu Dioeceſani Presbiteri, vel Clerici ſalua iure Eccleſię, rem Eccleſia, ſicut permiſerunt Epiſcopi, teneant: vendere autem, aut donare penitus non præſument.* Et hoc pacto facta eſt prima inſtitutio, & diuiſio beneficiorum. Progreſſu verò temporis alia beneficia inſtituta ſunt, & quotidie inſtituũtur: non ſolum quò ad titulum, ſed etiam quò ad bona temporalia connexa titulo.

9 Ex his ergo conſtat. Inſtitutionem beneficiorum eſſe de iure Eccleſiaſtico, ſicut etiam eorũdem diuiſionem, vt notant Abbas *in Cap. Conſtitutus. numer.* 14. De *relig. domib.* Duen. *regul.* 72. *init.* Burſat. *conſil.* 116. *num.* 34. Ceual. *quæſt.* 260. *nu.* 2. & fuiſſe introductam hanc diuiſionem, vt commodius ſubminiſtraretur ſubſtentatio miniſtris Eccleſiæ, quæ prius de cõmuni maſſa ſubminiſtrabatur, vt deſumitur ex *Epiſt.* 27. *D.* Cypr. *ibi. Quę nunc ratio in Clero tenetur, vt qui in Eccleſia Domini ordinatione Clericali promouentur, in nullo ab adminiſtratione diuina auocentur, ſed in honore ſportulantium fratrum tanquam decimas de fructibus accipientes ab altari, & ſacrificijs, non recedant.* Et deſumitur etiam ex Cap. 1. *Diſt.* 22. vbi ſolus Pontifex poteſt inſtituere maiora beneficia, nempe Cathedrales, & alias dignitates. Inferiora autem beneficia inſtituuntur etiam per Epiſcopos iuxta Cap. *Epiſcopi Diſt.* 80. ità vt deficiente auctoritate Epiſcopi nequeat inſtitui beneficium, vt notant Glos. *in Clemen.* 2. verbo. *Tu dic contra. De decim.* Dec. *conſil.* 210. *num.* 4. Felin, *conſil.* 45. *n.* 3. Guido Papa *deciſ.* 187. *numer.* 1. Rebuf, *in Praxi.* Tit. *Quare inſtituta ſint benefic. n.* 10. Rota alia cumulans *in Monopolitana hebdomada* 1. *Iulij* 1613, coram Manzanedo.

10 His præmiſſis reſoluendum eſt. *Valere conſuetudinem conferendi eidem plura beneficia ſimplicia, & ea retinendi.* Ratio eſt. Quod non conferantur alicui plura beneficia ſimplicia, eſt de mero iure eccleſiaſtico. Ergo conſuetudo conferendi plura eidem poteſt prçualere, ſi ſit rationabilis, ſicuti eſt, ſi non in omni caſu, ſaltem in pluribus, Conſeq. eſt certa ex Cap. *fin.* De *conſuetudine*, vbi admittitur conſuetudo rationab lis contra ius Canonicum. Quod autem ex ſolo iure Canonico prohibeatur pluralitas beneficiorum in eodem, ex eo conſtat, quod inſtitutio, & diuiſio beneficiorum eſt de mero iure eccleſiaſtico, vt conſtat ex dictis, præſertim quò ad temporalitatem bonorum iiſdem annexorum, vndè etiã, quod non coadunentur plura in eodem, erit de mero iure eccleſiaſtico, cum ſit quid conſequens inſtitutionem, & diuiſionem beneficiorum: & non habeat locum, niſi præſuppoſita beneficiorum inſtitutione: Quæ proinde ſtatim ceſſaret, ſi ceſſaret inſtitutio beneficiorum. Cap. *Si Papa. De Priuileg. in* 6. & Clemen. *Si Summus. De ſentent. excommunicationis.* Et iuxta ea, quæ notant Glòs. *in l. Mancipia. C. De ſeru. fugit.* Decian. *conſil.* 161. *num.* 1. Menoch. *De recuper poſſeſ. remed.* 9. *num.* 161. Quod autem corruit corruente eo, quod eſt de iure mero eccleſiaſtico, non poteſt eſſe de iure naturali, aut diuino, ſed ſolum de mero iure eccleſiaſtico.

11 Deinde cum conſtet de iure eccleſiaſtico prohibente pluralitatem beneficiorum: & nihil conſtet de iure naturali aut diuino, ſatis dicitur probata negatiua, quod non adſit tale ius, iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in l.* 2. *num.* 6. *C. De error. aduocat.* Salicet *ibid. nu.* 3. vęr. *Vt tamen*, Ca-

ſtren. *num.4.* Menoch. *conſil.322.num.44.* Herculan. *de probat.negat. num.45.& 54.* Rota coram Merlino, *deciſ.832. numer.1.* Vnde remanet ſolum ius eccleſiaſticum prohibitiuum, contra quod præualere poteſt conſuetudo rationabilis, vt dictū eſt.

12 Quod autē hæc conſuetudo rationabilis ſit, ex eo deducitur, quod omnes Clerici non ſunt æqualis meriti, ſed vnus antecellit alium. Nec omnes æqualiter inſeruiunt Eccleſiæ, ſed vnus plus alteros vnde ſi qui eſt minimi meriti, & minimi, ſeruitii poteſt habere vnicum beneficium ſufficiens pro honeſta ſubſtentatione, qui eſt maioris meriti, & ſeruitij, poterit habere plura; quia recta ratio, dictat, quod plus ſit tribuendum plus merenti, & meliori modo inſeruienti. Vnde D. Cyprian. epiſt. 62. iuſſit, quoſdam ob eorumdem præclara merita æquari præsbiteris in diſtributione ſportularum ibi. *Cæterum Præsbiterij honorem deſignaſſe nos, illis iā ſciatis, vt & ſportulis eiſdem cum præsbiteris honorentur, & diuiſiones menſurę ęquatis quantitatibus partiantur.* Et Clemen. Roman. *lib.2. Conſtit. Apoſt cap.32.* hoc ipſum tradidit: ibi. *Presbiteris verò, vt qui laborant in verbo doctrinæ duplex ſeponatur pars in gratiam Apoſtolorum Domini, cuius locum ſubſtinent tanquam Conſiliarij Epiſcoporum, & Eccleſia corona ſunt eum ij Senatus conſeſſus Eccleſię. Si lector ſit capiat partem vnam in honorem Prophetarum. Eodem modo Cantor, & Oſtiarius.*

13 Rurſus. Quantò aliqua perſona eſt principalior in communitate, tantò plus ei tribuitur de bonis communitatis iuxta exigentiam iuſtitiæ diſtributiuæ, vt communiter docent cū D. Th. *2.2. quæſt. 61. ar.2. in corpore.* Ergo cum vnicuique Clerico poſſit conferri vnicum beneficiū ſufficiens pro honeſta ſubſtentatione; cōſuetudo cōferendi plura Clericis, qui principaliores ſunt in Eccleſia, & magis ipſi proficaci vel ratione ſeruitii, vel ratione conſpicuitatis, aut meritorum, erit ſecundū regulas iuſtitiæ diſtributiuæ, atq. adeò rationabilis. Vnde etiam iuxta Cap. *De multa* De *Præbend.* perſonæ ſublimes, & litteratę poſsūt honerari pluribus beneficiis

14 Nec dici poteſt. Quod ex his non inſeratur, generalem conſuetudinem cōferendi plura beneficia ſubſiſtere, ſed ſolum aliquando eſſe licitum concurrente rationabili cauſa. Quia ad ſaluandum, quod ſubſiſtat ſemper, & vniuerſaliter, ſufficit, ſi ſubſiſtat sēper, & vniuerſaliter, quamdiū eſt rationabilis. Nā quando ex accidenti ratione ſubiectæ materiæ deſinit eſſe rationabilis, vt quando abſque motiuo honeſto alicui conferrentur plura beneficia, deſinit eſſe conſuetudo, & fit abuſus, & corruptela Cap. *fin.* De *conſuet.* et Cap. *Quia in omnibus.* De *vſur.* & notant Glos. *ibid,* verbo. *Multi.* Abbas. *conſil.22. num.2. ver. Non obſtat generalis. lib. 2.* Beroius *conſil.767. num.10. ver. Non obſtat, quod. lib.1.* Alexan. de Neuo *conſ. 102. num.15.* Couaruu. *cap.1. Variar. reſol. num. 8. lib.3.* Cacheran. *conſil.51. num 6.* Clarus. *§. Vſura. num.7.* Rota. *deciſ.193. num.1. par. 1. Diuerſor.* & coram Merlino. *deciſ. 409. numer.23.* & in Romana Societatis. *2. Iunij.* 1570. coram Lancellotto. Sufficit enim ad ſaluandam conſuetudinem, quod deroget legi vniuerſali de non conferendis eidem pluribus beneficiis, quando eſt ratio nabilis.

15 Nonnulla autem obiici poſſunt contra præmiſſa. Et primò. Quod ſit contra ius naturæ, quod vnus accipiat pluriū ſtipendia. Beneficia autem ſunt ſtipēdia. Reſp. Eſſe contra ius naturę, quod vnus accipiat plurium ſtipendia, ſi ijſdem pluribus ſint debita, quia tunc violatur iuſtitia, nam auferetur alteri, quod ſuum eſt. Secus autem, ſi non ſint debita. Nam eſt in poteſtate exhibentis dare vni plus, quā alteri, dummodo nemini deneget debitū exemplo Patrisfamiliæ Euangelici, qui, æquales fecit cum primis vltimò conductos ad laborandum in vinea. Imò eſt ſecundum ius naturæ, quod multiplicentur ſtipendia miniſtris magis præcipuis iuxta ea, quæ dicta ſunt *num.12.*

16 Secundò Beneficium datur propter Officium. *Cap. fin. De reſcrip. in 6.* Dū autem dantur eidem plura beneficia priuatur Eccleſia pluribus officijs, & minuitur cultus diuinus, quia loco plurium habetur vnica tantum recitatio horarum canonicarum. Reſp. dari propter officium,

ex inſtitutione eccleſiaſtica, ſicut ex ipſa eſt erectio beneficiorum, & ideo contra ipſam poteſt præualere conſuetudo. Diminutio autem hæc cultus diuini, cum non ſit de cultu neceſſariò, nihil refert. Quia cum veniat in conſequentiam ad rationabilem diſtributionem beneficiorũ, non attenditur. *l. 1. ff. De auctor. tut.* & *l. Verum ff. De furt.* & *l.* Si *quis nec cauſam. ff. S: cert. pet.*

17 Tertiò. Plura beneficia haberi ab aliquo, ſi vnum ſit ſufficiens, eſt prohibitum iure diuino naturali. Et eſt de iure diuino, vt patrimonia Eccleſiæ iuſtè diſtribuantur. Reſp. Nequaquam id eſſe prohibitum iure diuino naturali, vt conſtat ex dictis: hoc enim eſſet probandum. Deinde non eſt contra iuſtitiam, imò ſecundum ipſam, quod vni dentur plura beneficia ratione meritorum, ſeruitii, &c. vt conſtat ex ſupradictis. Neque ex eo, quod vni plura beneficia conferantur, & alijs nullum fit alicui iniuria, quia licet debeant diſtribui beneficia habita ratione vtilitatis Eccleſiæ, nemo tamen in particulari habet ius ad ipſa beneficia ſimplicia, quicquid ſit de cœteris, quæ per electionem cõferantur. Nã collator ex beneuola, & liberali voluntate pro arbitrio ea confert, cui voluerit, vt nòtant Abbas, *in Cap.* Relatum. *num.* 4. De *preben.* Caſſodor. *deciſ* 3. *num.* 6. ver. *Et quamuis. De penſion.* & alij cum Gloſ. *in dict. Cap. Relatum.* verbo. *Liberaliter.*

18 Quartò. Pluralitas beneficiorum aliquando eſt in fraudem vltimarum voluntatum, & fundationum. Quia fundatores voluerunt, plures, eſſe Clericos. Reſp. Quod quando fundatores voluerũt multiplicari Clericos, id expreſſerunt, diſponentes, quod obtinentẽs tale beneficium, non poſſent aliud habere. Et hæc regulariter ſeruatur, niſi forte contingat caſus, in quo diſpenſandum ſit, ſicut contingit etiam in aliis diſpoſitionibus vltimarum voluntatum. Quod ſi fundator nihil de hoc diſponit, cenſendus eſt noluiſſe ad id obligare, cum facilè potuerit mentem ſuam declarare. *l. Si ſeruum.* S. *Non dixit. ff.* De *acquir hered.* & *l. Diſſentientis.* C. De *repud.* & Cap. *Illa. Ne ſede vacante.*

19 Denique obijcitur, quod pluralitas beneficiorum eſt fomentum ambitionis, ſollicitudinis temporalium, luxus, incontinentiæ, litium, diſſipationis bonorum Eccleſiæ, ſcandalorum, & aliorum huiuſmodi. Verum hæc non tangunt pluralitatem beneficiorum, ſed abuſum, qui poteſt habere locum etiam in habente vnicum tãtum beneficium, præſertim, quando eſt adeò pingue, vt æquiualeat pluribus ſufficientibus. Et ideò prõpter hunc abuſum non eſt improbanda pluralitas, quando eſt rationabilis. Et ſi contingant abuſus, tolli poterunt per Superiores deuenienda etiam ad priuationem eorumdem beneficiorum.

20 Ex dictis deducitur, quomodo accipiendum ſit, quod tradit D. Thom. *quodlib.* 9. *ar.* 15. Quod ſcilicet ſit in peccato mortali, qui habet plura beneficia, non propter aliquam Eccleſiæ neceſſitatem, ſed vt fiat ditior, vel vt lautius viuat, vel vt ad Epiſcopatum faciliùs perueniat. Hoc enim accipiendum eſt, quando retentio horum beneficiorum eſt aliàs irrationabilis: & quando non adeſt cauſa ex parte ipſius, cuius intuitu debeat plus cœteris in beneficiis honorari, aut quando retentioni plurium beneficiorum apponit prauum finem. Nam ſi aliàs ſit in Eccleſia magis principalis, quàm cœteri, & magis ipſi proficuus, debetur ei lautior victus, vnde etiam antiquitus perſonis dignioribus duplicabantur ſportulæ, vt dictum eſt ſupra, Et proinde poteſt retinere plura beneficia, vt magis lautè viuat.

An tempus conceſſum pro electione Prælati currat à morte ipſius, an verò à ſepultura. Quaſt. 241.

SVMMA

1 *Eccleſia vacantis intra tres menſes prouidẽda.*
2 *Tres menſes an computandi à die obitus, an à die ſepulturæ.*
Nouus Prælatus non poteſt eligi, niſi ſepulto defuncto.
3 *Tempus incipit ab actu quando attenditur ſecundum ipſum.*
4 *Trimeſtre, vltra quod non debet vacare Eccleſia, an computandum à momento obitus.*
Tempus regulariter computatur de momento ad momentum.
5 *Tempus præfixum actui currit de momento.*
6 *Electores debent eligere intra trimeſtre à morte.*

1 Mortuo Prælato Eccleſiæ, tres menſes conceduntur, intra quos noui Prælati fiat electio, quibus elapſis ius eligendi deuoluitur ad ſuperiorem, vt ſtatuitur in Cap. *Ne pro defectu*. De elect. Vnde inſurgit difficultas, quomodo computandi ſint tres iſti menſes, an ſcilicet à die mortis, an verò à die ſepulturæ, ſeu an à momento mortis, an verò à momento ſepulturæ. Hoc autem præcipuè locum habet, quando Prælatus moritur apud ſuam eccleſiam; nam ſi abſens moriatur, inſurgit alia difficultas, an tempus currat à momento vacationis, an verò à die ſcientiæ.

2 Quod autem computandum ſit non ab obitu, ſed à ſepultura, tradunt Bellamera, *in Cap. Ne pro defectu. numer. 13. ver. Fortificatur primum dictum*, & alii, quos citat Lotter. *de re beneficiar. quaſt. 17. num. 89. lib. 3*, quibus etiam ipſe videtur adhærere. Et hæc opinio habet fundamentum in eo, quod non poteſt deueniri ad electionẽ noui Prælati, niſi ſequuta defuncti ſepultura Cap. *Nullus. Diſt. 79.* Cum ergo trimeſtre concedatur pro electione, debet incipere à tempore, à quo poteſt de iure incipere electio.

3 Tenendum tamen eſt, *Quod hoc trimeſtre computandum ſit non à ſepultura, ſed ab obitu Prælati.* Hoc videntur ſupponere communiter Doctores, & deſumitur ex verbis tex. Cap. *Ne pro defectu*. De elect. ibi. *Statuimus, vt vltra tres menſes Cathedralis, vel Regulares Eccleſia Prælato non vacet.* Ex quibus conſtat, quod Pontifex diſponit de actu vacationis, quam non vult extendi vltra tres mẽſes; quando autem tempus attenditur ſecundum actum incipit ab ipſo actu, vt tradunt Gloſ. *in Cap. Anteriorum. init. 11. Quæ ſt. 6.* & in *Clemen. Cauſam.* verbo. *Ab interpoſitione*. De elect. Imola *ibid.* Cardin. Alexand. *in Cap. Ex parte. not. 1.* De *ſponſal.* Bald. *in l. Cum anterioribus. ver. Sed dubitatur.* C. De *temp. appellat.* Alioquin violaretur diſpoſitio iuris; quia computato trimeſtri à ſepultura, & non ab obitu, Eccleſia vacaret prælato vltra tres menſes, nempe toto illo tempore, quod intercedit inter obitum, & ſepulturam.

4 An autem hoc trimeſtre computandum ſit à die, vel à momento mortis. Reſp. Eſſe computandum à momento. Quia tempus regulariter computatur de momento ad momentum, niſi aliter ſit diſpoſitum, vt notant Gloſ. *in l. 3. §. Minore. ff* De *minorib* & Doctores, *ibid.* Io. Andr. *in Cap. Super eo.* De *appellat.* vbi etiam alij Doctores Afflict. *deciſ. 73. num. 7.* Quia ſcilicet cum ſe habeat tamquam menſura, debet habere certos, & definitos terminos, quod fieri non poteſt, niſi computetur de momento ad momentum.

5 Tum quia ſtatuitur tempus reſpiciens actum, & ſimul cum eo incipiens, nempè à vacatione eccleſiæ, quę incipit ſtatim poſt mortem, dum Pontifex vult, quod eccleſia non vacet vltra tres menſes. Quando autem tempus pręfigitur ab actu, currit de momento ad momentum. *l. Si ita fuerit. ver. Sed ità ſcriptum. ff.* De *manumiſ. teſtamen.* & *l. Vſucapionibus. ff.* De *vſucap.* & notant Gloſ. *in Cap. Concertationi.* verbo. *Sciuerit.* De *appellat. in 6.* Dominicus *in Cap. Felicis. §. fin.* De *pœn. in 6.* Angel. *conſil. 104. ver. Hoc confirmatur.* Barboſa *in Cap. Quod ad conſultationem.* De *ſent.* & re

& re iud. Gratian. *Diſcep forenſ. cap.* 413. *num.* 21. Guido Papa, *deciſ.* 486. *num.* 35. Si enim ſpatium trium menſium non ſumeretur à momento mortis, Eccleſia vacaret vltra tres menſes contra id, quod præcipit tex.

6 Neq. obſtat ratio adducta in oppoſitum. Quia non diſponitur, quod electores habeant tres menſes ad eligendum, ſed quod eccleſia viduata non vacet vltra tree menſes. Quod eſt quid longè diuerſum. Nam ex hoc fit, quod pro electione concedatur totum illud tempus, in quo poteſt celebrari intra trimeſtre vacationis, quod quia eſt trium menſium detracto tempore, quod intercedit inter mortem, & ſepulturam, ideo dicitur, concedi tres menſes pro electione, quia ſunt tres menſe's moraliter,

In quibus Eccleſijs electio Prælati non poſſit differri vltra tres menſes. Qu. 242.

S V M M A

1 *Electio Prælati non poteſt differri vltra trimeſtre.*
2 *Quæ Eccleſiæ Regulares comprehendantur ſub diſpoſitione electionis intra trimeſtre.*
3 *Diſpoſitio de electione intra trimeſtre quas eccleſias comprehendat.*
Ratio finalis electionis Prælati intra trimeſtre.
4 *Ratio expreſſa legis, aut ſi ſit vnica, comprehendit, in quibus locum habet.*
5 *Ratio legis eſt ipſa lex. & quomodo.*
Lex habet eamdem vniuerſalitatem, quam habet ratio.
Magis attendenda ratio, quam lex.
6 *Si præmium ſit vniuerſale, diſpoſitio quoque erit vniuerſalis, etiamſi ſubijciantur verba particularia.*
7 *Stante generalitate rationis, ſi lex exprimat quid particulare, ſtat demonſtratiuè.*

1 IN tex. Cap. *Ne pro defectu.* De *electio.* ſtatuitur, quod electio Prælati fiat intra tres menſes, ità vt nō vacet eccleſia vltra tres dictos menſes: & Paſqualig. Quæſt. Select. in diſpoſitione non exprimitur niſi eccleſia Cathedralis, & Regularis: ibi. *Statuimus, vt vltra tres menſes Cathedralis, vel Regularis Eccleſia Prælato non vacet.* Vnde inſurgit difficultas, an aliæ eccleſiæ, quæ non ſunt Gathedrales, aut Regulares comprehendantur ſub hac diſpoſitione.

2 Quod ſpectat ad eccleſias Regulares, non comprehendi omnes collegiatas, quæ habent Clericos, vel Conuerſos viuētes ſine proprio, ſed quæ habent Regulā approbatam per quam emittuntur tria vota ſubſtantialia Religionis, tradūt Abbas. *in dic. Cap. Ne pro defectu. num.* 4. ver. *Dubium verò.* De *elect.* Bellam. cum aliis *num.* 6. quos citat, & ſequitur Lotter. *de re benefic. quæſt.* 17. *n.* 90. *lib.* 3. Quod quidem verum eſt, ſi accipiatur diſpoſitio quatenus procedit de eccleſia Regulari, quia ſecluſa vera Regula approbata eccleſia non eſt verè Regularis, quamuis habeat aliquam ſimilitudinem regularitatis.

3 Verum adhuc inquirendum eſt, an hæc diſpoſitio coarctetur ad Eccleſias Cathedrales, & verè Regulares, quæ ſolæ exprimūtur in textu: an verò ſe extendat ad aliquas aliàs eccleſias. Et reſoluendū eſt. *Quod ſe extendat ad omnes alias Eccleſias, quę habent Prȩlatum habentem iuriſdictionem in foro externo.* Hoc deſumitur ex ratione finali diſpoſitionis expreſſa in ipſo tex. Quæ eſt, *Ne pro defectu paſtoris gregem dominicum lupus rapax inuadat, aut in facultatibus Eccleſia viduata graue diſpendium patiatur. Volentes in hoc etiam occurrere periculis animarum, & eccleſiarū indemnitati prouidere &c.* Hæc autem ratio finalis locum habet in omni, quæcunque illa ſit, quę habet Prælatum cum iuriſdictione. Quia remanet viduata, & proinde grex eſt ſine paſtore: et poteſt pati diſpendum iu facultatibus, inſtant pericula animabus.

4 Quando aut ratio eſt expreſſa in lege, aut eſt vnica, comprehendit lex omnes caſu, in quibus eſt eadem ratio ad quos extenditur comprehenſiuè, quamuis non contineatur ſub verbis legis. *l. Illud. ff.* Ad *leg. Aquiliam.* & *l. Titio. iu fine ff.* De *furt.* & *l. Scire etiam. §. Aliud. ff.* De *excuſat.*

cuſat tut. & *l. Cùm mulier. ff.* Soluto *matrimonio.* & Cap. *Si poſtquam. §.* Si *verò.* De *elect: in* 6. Et tradunt Gloſ. *in Cap.* 1. *verbo.* Italia. De *tempor. ordinat. in* 6. Abbas. *in Cap. fin. nu.* 10. De *reſcrip.* Bald. *in l. Regula. §. fin. ff.* De *iur. & fac. ignor.* per illum tex. Bart. *ibid.* Cardin, *in Clemen.* 1. De *elect.* Io. de Imola, *in Cap.* Pro *humani.* De *homicid. in* 6. Dominic. & Franc. *ibid.* Roman. *conſil.* 16. *nu.* 4. Cotta, *in Memorabil.* ver. *Ratio generalis.* Corſet. *ſingul.* 23. Rolan. *conſil.* 27. *num.* 7. *vol.* 1. Menoch. *conſil.* 11. *n.* 10. Calderin. *conſil.* 1. *inic.* Vt *lite penden.* Crauetta, *conſil.* 493. *num.* 3. Riminal. iun. *conſil.* 67. *numer.* 17. Surd. *deciſ.* 276. *numer.* 8. Curt. ſen. *conſil.* 9. *num.* 22. Aldobrand. *conſ.* 101. *nu.* 5. *lib.* 1. Villagut. *de extenſ. leg. pœn. reſpec. meræ pœnæ, num.* 22. Euerar. *in Topica, loco à rat. leg. amp. ad extenſ. leg.* Couaruu. *Cap. Alma mater. par.* 2. §. 4. *numer.* 7. ver. *Secundo.* Molina. *lib.* 1. De *primogen. cap.* 5. *num.* 19. Gutierez *Canon. quæſt. cap.* 10. *num.* 3. *lib.* 1. Syluester, *verbo.* Lex. *quæſt.* 18. Sanchez, *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 42. *numer.* 4. Lambertin. De *iurepatr. lib.* 2. *par.* 1. *quæſ.* 10. *ar.* 4. *in fine.* Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 6. *num.* 16. Rota coram Puteo. *deciſ.* 55. *nu.* 3. *lib.* 3. & *deciſ.* 350. *num.* 6. *par.* 4. Recent. & coram Pennia, *deciſ.* 654. *num.* 4. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 293. *num.* 13. & coram Merlino. *deciſ.* 471. *num.* 10. Ratio enim finalis mouet mentem legiſlatoris, quã cum in diſponendo ſequatur, tantum extenditur; quantum extenditur ratio ipſa, atque adeò ad omnes caſus, in quibus reperitur eadem ratio.

5 Prætereà ratio legis eſt ipſa lex, quia lex non conſiſtit in ſolis verbis, & eorumdem ſignificatione, ſed in ipſa ratione informante verba, ſeu in verbis ratione informatis, vt notant Bald. *in l. Si quis ſeruo. num.* 7. C. De *furt.* Abbas *in Cap. Ratio nulla. num.* 1. De *prabend.* Ancharan. *in Cap. Canonum ſtatuta.* De *conſtit.* Dec. *in Cap. Secundò requiris, num.* 1. De *appellat.* Imola *conſil.* 183. *num.* 20. Paris. *conſil.* 16. *nu.* 27. *lib.* 3. Tiraquel. *in l. Si vnquam verbo.* Libertis. *num.* 38. C. De *reuocan. donat.* Villagut. *de extenſ. leg. in genere prælud.* 20. *n.* 9. alios referens. Vnde lex habet eamdem vniuerſalitatem, quam habet ipſa ratio, cum vnumquodque commenſuretur ſuo formali conſtitutiuo, & tanta ſit vis diſpoſitionis, quanta eſt vis rationis, quæ ipſi dat vigorem. Et proinde diſpoſitio dic. Cap. *Ne pro defectu.* locum habebit quò ad omnes illas eccleſias, in quibus locum habet ratio diſpoſitionis. Magis enim attendi debet ratio tamquam prædominius, quàm ipſa lex, vt notant Gloſ. *in l. Quaratione. §. Licet. ff.* De *acquir. rer. domin.* Angel. *conſil.* 221. *num.* 3. ver. *Nam licitum eſt.* Tiraquel. alios referens, *in l. Si vnquam. verbo.* Libertis. *num.* 45. *C. De reuocan. donat.* Rota coram Merlino. *deciſ.* 471. *num.* 12.

6 Denique Prœmium dicti tex. *Ne pro defectu.* De *elect.* eſt vniuerſale loquens de quacunque eccleſia, quæ habet Paſtorem; vt conſtat ex verbis relatis, *num.* 3. Ergo diſpoſitio quoq. eſt vniuerſalis complectens omnes eccleſias, quæ viduantur ſuo paſtore. Siquidem quando prœmiũ eſt generale diſpoſitio quoque eſt generalis, quamuis ſubiiciantur verba particularia. *l. Regula. ff.* De *iur. & fac. ignoran.* ibi. *Nam initium. Conſtitutionis generale eſt.* Et ita notant Lappus *allegat.* 101. *nu.* 24. Burſat. *conſil.* 76. *num.* 9. Vicent. de Franch. *deciſ.* 18. *num.* 3. Gutierez *pract. quæſt.* 17. *numer.* 90. *lib.* 3. Tiraquel. plures referens *tract. Ceſſante cauſa. par.* 1. *nu.* 139. & *limit.* 1. *numer.* 60. & Interpretes in dict. l. Regula.

7 Neque obſtat, quod in dicto tex. *Ne pro defectu,* exprimatur ſolum eccleſia Cathedralis, & Regularis. Quia talis expreſſio ſtante generalitate rationis, & prœmii cenſetur facta demonſtratiuè, ſeu exemplificatiuè; non autem taxatiuè iuxta ea, quæ tradunt Bald. *in l.* De *quibus. ver. Item nota, quod non dicitur. ff.* De *legib.* Iaſ. *in l. A Titio. ff.* De *verbor. obligat.* circa fin. Alexan. *conſil.* 75. *lib.* 5. Cotta *in Memorabilib.* verbo *Rationis identitas.* Tiraquel. *tract. Ceſſan. cauſa. par.* 1. *num.* 152. Villagut. *De extenſ. leg. non correct. num.* 1. vbi plures allegat. Rebuf. *tract. Nominat. quæſt.* 5. *num.* 25. Coſta *in Cap.* Si *pater. ver. Si abſque liberis. nu.* 26. De *teſtam.* Euerat. *in Topica loco. A ratione leg. ampla. num.* 38. ver. *Decimotertiò.* Abbas, *in Clemen.* 1.

uet. 1. De *reſcrip.* Imola, *ibid.* ver. *Ex hac Gloſ.* Zabarel. ver. *Quartò quæro.* & alii cũ Gloſa *in dict. Clemen.* 1. verbo. *Præſidentes,* & cum Gloſ. ciuili in *l. Vnicam.* verbo. *Spõſam.* C. De *raptu virgin.*

Quomodo ſit accipienda communicatio priuilegiorum conceſſa Clericis Regularibus à Clemente VII. Quæſt. 243.

SVMMA

1 *Qualis communicatio priuilegiorum Clementis VII. pro Cler. Reg.*
2 *Similis communicatio pro Minimis.*
3 *Diſcrimen inter vtramq.*
Quomodo non contineat falſitatem.
4 *Priuilegia expedienda ſub nomine Clement. VII. virtute communicat.*
5 *Quis dies exprimendus in litteris pro his priuilegijs,*
Supplicatio aliquando vna die ſignatur, & alia datatur.
6 *Papa non intendit concedere gratiam, niſi ſub die data.*
7 *Subſcriptio eſt neceſſaria, vt ſcriptura fidem faciat.*
Quæ ſubſcripta neceſſaria in litteris pro priuilegijs &c.
Conceſſo principali conceduntur neceſſaria.
8 *Sigillum cur neceſſarium.*
9 *Quodnam ſigillum apponendum in litteris, &c.*
Sigillum debet eſſe proprium.
10 *Litteræ &c. per conſuetos miniſtros, expedienda, cum hoc ſit omiſſum.*
11 *Litteræ &c. expedienda ad libitum priuilegiatorum.*
12 *Non poſſunt impediri, aut ijs contradici.*
Clauſula, Amatis impedimentis, *quid dicat.*
13 *Clauſula. De plenitudine poteſtatis facit, vt nihil poſſit opponi.*
14 *Pro expediendis his litteris an neceſſaria licentia Pontificis.*
Gratia facta non expirat morte Pontificis.
15 *Licentia Pontificis pro his litteris cur. neceſſaria.*
Fines mandati non excedendi.
16 *Difficultas pro exequutione dicti Priuilegij.*

1 Clemens VII. in ſua *Conſtit.* 11. §. 5. *tom.* 1. *Bullarij,* communicauit Cleric. Regul. priuilegia gratias, indulta &c. Congregationis Canonicorum Regularium Lateranenſium ſub hoc tenore. *Et vt omnibus, & ſingulis priuilegijs exemptionibus, immunitatibus, indulgentijs, fructibus, libertatibus auctoritatibus, indultis, fauoribus, conceſſionibus, & gratijs ſpiritualibus, & temporalibus, quibus potiuntur, & gaudent, aut in futurũ potientur, & gaudebunt Canonici Regulares Lateranenſis* Congregationis, *perſonæ, & loca eorum, vos perſonę, & loca veſtra vti potiri, & gaudere poſſitis. Quorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, ita vt litteræ Apoſtolicæ ſuper eiſdem priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus conceſſionibus, & gratijs eiſdem conceſſis, vel pro tempore concedendis, mutatis dumtaxat nominibus, cognominibus, & inuocationibus, & diebus ad libitum veſtrum expediri poſſint, perinde, ac ſi illa omnia, ſingula non ſolum per clauſulas generales, ſed per eorum tenorem de verbo ad verbum expreſſionem, & inſertionem fuiſſent vobis per has noſtras litteras ſub hac ipſa die expreſiè, & ſpecialiter cõceſſa tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia, & ex Apoſtolicę plenitudine poteſtatis vobis, ac ſocijs, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum concedimus pariter, & indulgemus; & ad pręmiſſa, omnia, & ſingula, quibuſcunque impedimentis, & contradictionibus remotis liberam, plenamque auctoritatem, & facultatem elargimur.*

2 Circa hanc communicationem, quatenus concernit formationem litterarum Apoſtolicarum inſurgit difficultas; quomodo ſit ad praxim deducenda. Hoc autem priuilegium poteſt recipere aliquã declarationẽ ab alio ſimili priuilegio conceſſo à Iulio II. Ordini Minimorum relato à Confecto *in Collect. priuileg. Conſtit.* 4. *Iulij* II. & à Peirino De *priuileg. Conſtit.* 1. eiuſdem Pontificis, tenoris ſequentis. *Nec non ſuper omnibus, ac ſingulis Maris magni, & alijs quibuſcunque Bullis quattuor Mendicantium Ordinibus, & eorum cuilibet quomodocunque conceſſis vnum vel plura tranſumpta coniunctim, aut diuiſim facere queant perinde, ac ſi illa mutatis in eis nominibus quorumcunque Romanorum Ponti-*

ficium Prędeceſſorum, & ipſorum Mendicantium in noſtrum,& fratrum Ordinis Minimorum huiuſmodi nomina, cæteriſque ſingulis ad hunc effectum de neceſſitate mutandis,conceſſa forent. Ac quod tranſumptum, ſeu tranſumpta huiuſmodi taliter facta, ac manu alicuius Notarij publici ſubſcripta, ac ſigillo alicuius Prælati eccleſiaſtici ſigillata Ordini Minimorum huiuſmodi, ac illius perſonis, & fratribus pro tẽpore exiſtentibus adeò vbique locorũ ſuffragentur, ac ſi ſingula prædicta Bulla pręfatis quattuor Mendicantium Ordinibus per quoſcunque prædeceſſores prędictos quomodolibet conceſſa, quas hic pro expreſſis, & inſertis haberi volumus, Fratribus ipſis Minimis eorũ Ordini præfato etiam ſub Minimorum nomine ſpecialiter, & expreſsè indultę fuiſſent, ac pro eis principaliter emanaſſent.

3 Ex quibus conſtat diſcrimen inter hoc, & præcedens priuilegium, quod illud concedit facultatem formandi litteras Apoſtolicas mutato die, nomine &c. hoc verò concedit facultatem formandi trãſumpta, quibus fides adhibentur, tanquam ſi eſſent litteræ Põtificiæ, & habeant eumdem valorem cum originalibus, vt notant etiam Peirin. *De priuileg. ad Conſtit. Pyrrhi.§, 11. num. 51.* Neque in formandis huiuſmodi tranſumptis interuenit falſitas ratione mutationis nominum diei, &c. Quia omiſſis, quæ habet Bordon. *Conſil. Regular, reſol. 52. num. 97. tom. 2.* Non interuenit mutatio veritatis,quæ neceſſaria eſt ad inducendam falſitatem. Nam huiuſmodi tranſumpta nõ habent vim tanquam tranſumpta. neq; ordinantur ad oſtendendum priuilegium conceſſum ijs, pro quibus eſt formatum autographum,ſed habent vim tanquam priuilegia illius Pontificis, qui conceſſit, vt ea formarentur ſub nomine proprio, & proinde conceſſit etiam eadem priuilegia, & quod fieret prædicta mutatio. Vnde cũ ſint ſecundum mentem, & diſpoſitionem Pontificis ea concedentis, & contineant,quod ipſe conceſſit, ſunt cõformia veritati, & excludunt omnem falſitatem.

4 Circa autem prius priuilegium dubitatur primò, quomodo facienda ſit mutatio nominum. Quod autem facienda ſit mutatio nominis Religionis, & loci, ſi aliàs ad priuilegium ſpectet, cui ſuffragari debeat, certum omninò eſt. Quia Religioſis communicatur priuilegium, & ideò in fauorem ipſius formari debent litteræ Apoſtolicæ. Vnde dubitatur, an mutandum ſit nomen Pontificis præſertim quò ad ſucceſſores, & priuilegia concedẽda, de quibus etiam procedit communicatio. Et quidem mutandum eſſe nomen Pontificis in nomen illius, qui conceſſit talem communicationem, non videtur in dubium reuocandum. Nam ita exprimitur in priuilegio Iulij II. conceſſo Minimis, de quo, *num. 2. ibi. Mutatis in eis nominibus quorumcunque Romanorũ Pontificum prædeceſſorum, & ipſorum Mendicantium in noſtrum, & Fratrum Ordinis Minimorum.* Imò hoc etiam deſumitur ex tenore priuilegij Clementis VII. ibi. *Perinde ac ſi fuiſſent vobis per has noſtras litteras ſub hac ipſa die expreſsè, & ſpecialiter conceſſa.* Si enim litteræ debent continere priuilegia tanquam cõceſſa ſub die, in qua facta eſt communicatio, neceſſe eſt, quod exprimatur nomen Pontificis, qui potuit illo tempore concedere. Deinde cum re vera priuilegia huiuſmodi non concedantur à prædeceſſoribus, neque à ſucceſſoribus illius, ſed ab ipſo communicante, debent litteræ expediri nomine eiuſdem Pontificis, aliàs ſi nomine alterius expedirentur, continerent falſitatem.

5 Secundò dubitatur, an in his litteris ſit neceſſariò exprimendus dies communicationis, an verò poſſit alius poſterior apponi, Et quidem videtur poſſe apponi poſterior, quia licet Papa velit, quod priuilegia valeant tanquam cõceſſa, *ſub hac ipſa die*, attamẽ quia in Dataria nõ rarò vna die fit cõceſſio, & ſignatur ſupplicatio, alia verò datatur dicta ſupplicatio, ſeu apponitur dies ab eo poſterior, in quo fuit ſignata, vt obſeruãt Rota coram Merlino, *decis. 281. num. 8.* Pyrrhus Corradus *in praxi Benefic. lib. 3. cap. 8. nu. 46.* ideo videtur poſſe apponi alia dies.

6 Tenendum tamen eſt. *Quod littera Apoſtolica horum priuilegiorum formanda*

da

dę ſint ſub ipſo die, ſub qua ipſe conceſſit formari. Nam expreſse declarat, quod priuilegia debeant valere. *Perinde ac ſi ſub hac ipſa die expreſſè, & ſpecilialiter cõceſſa*. Conceſſio autem non cenſetur facta, niſi ſub die datæ litterarum etiam ſi antea fuiſſet ſignata ſupplicatio, quia ſignatura trahitur ad tempus Datæ, cum Papa pro illo tempore intendat facere concesſionem, vt obſeruant Caſtrens. *in l. 6. num. 2. in fine*, C. Quando *libel. Principi dat.* Mandos. *conſil. 16. numer. 6. ver. Si verò* Gabr. *conſil. 193. nu 5. lib. 2.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 191. numer. 1* Rota *deciſ. 514. num. 18. par. 3. Diuer.* & coram Puteo *deciſ. 94. numer. 2 lib. 2.* & coram Merlino *deciſ. 281. num 7.*

7 Tertiò dubitatur de ſubſcriptione. Eſt enim neceſſaria ſubſcriptio, vt litteræ Pontificiæ authenticæ ſint, quia ſubſcriptio eſt neceſſaria vt fidem faciat rei geſtæ. *l. Si ità ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. De verbor. obligat.* & *l. Si non ſubſcripſiſti. C. De administrat. tut.* itaut non ſufficiat ſigillum ſine ſubſcriptione, vt cum aliis notant Franc. Marca. *quæſt. 997. num. 7. par. 1.* Thoming. *conſil. 12. numer. 48. vol. 1.* Surd. cum aliis *deciſ. 135. num. 2.* Vnde inſurgit dubium, quę ſubſcriptio ſit apponenda. Quod autem ſit apponenda ſubſcriptio, quæ apponebatur ſub die, ſub qua formantur litteræ Pontificiæ videtur extra difficultatem; ſi quidem cum ſubſcriptio fiat nomine Pontificis, debet apparare ea, quæ vſurpabantur ea die, ſub qua Pontifex vult, priuilegium haberi pro conceſſo aliàs ſubſcriprio non cõcordaret cum tempore Datæ literarum Pontificiarum. Neque in hoc continetur falſitas, quia Pontifex concedit mutationem nominum, & cognominum, atque adeò cœterorum, quę ſunt neceſſaria, vt priuilegium appareat ab ipſo conceſſum ſicut exprimitur in priuilegio Iulij II. pro Minimis, de quo *num. 2.* Cum enim priuilegium ſit ab ipſo conceſſum; & litteræ ſub nomine ipſius formandæ ſint, trahit ſecũ coetera tanquam acceſſoria, que neceſſaria ſunt, pro earumdem formatione Cap. *Sollicitudinem*. De *appellat.* & Cap. *Acceſſorium*. De *regul. iur. in 6.* Et cenſetur Pontifex tacitè per illam ſuam conceſſionem mandaſſe miniſtris vt ſubſcriberẽt, & cœtera omnia pręſtarent pro eſſormatione litterarum. Vnde dum exequutioni mandantur, non ſolum adimpletur mens Põtificis, ſed etiam, quod miniſtri tacitè in mandatis habebant.

8 Quartò dubitatur circa ſigillum. Eſt enim ſigillum neceſſarium ad declarandum conſenſum, & approbandum, quod in eiſdem litteris continet. *l. Sicut. §. Non videtur. ff.* Quib. *mod. pign.* & *l. Fideiuſſor. §. Pater Seij. ff De pignorib.* & *l. Si ità ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff.* De *verbor. obligat.* & Cap 1. *De procurbt.* Et obſeruãt Doctores *in dict. l. Si ità ſtipulatus.* Specular. *lib 2. Tit. de probat. §. Videndum, tertiò, num. 18.* Borel. *conſil. 40. num. 41.* Nicolaus Reuenas. *conſil. 27. num 50. lib. 3.* Menoch. *De arbitrar, quęſt. 113. num. 9. lib. 2.* Nicolaus Euerar. iun. *conſil. 10. num. 85.* Myſinger. *reſp. 1. num. 52.* Viuius *deciſ. 54. num. 1. lib. 1.* Tuſch. *littera S. concluſ. 239. num. 1.*

9 Hoc dubium eodem modo reſoluendum eſt, ac præcedens, vt ſcilicet litterę Apoſtolicæ ſigillãdæ ſint ſigillo Põtificis concedentis nomine ſuo expediri. Quia dum concedit litteras Apoſtolicas ſub nomine proprio, concedit etiam ſub proprio ſigillo, cum neceſſorium ſit ſigillum pro approbatione, vt dictum eſt, *num. pręced.* Præſertim, quia requiritur ſigillum proprium Pontificis, cuius ſunt litteræ: nec ſufficit alienum iuxtà ea, quę tradunt Gloſ. *in Cap. Inter dilectos. §. Dilectæ. De fide inſtrumen.* Bald. *ibid. num. 15. ver. Sed oppono.* Aret. *in §. Poſſunt. num. 1.* Inſtit. *De teſtamen.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1308. num. 21.* Franciſ. de Barris. *De ſucceſſ. lib. 1. tit. 1. num. 37.*

19 Quintò dubitarur, à quibuſnam huiuſmodi litteræ Apoſtolicæ formandæ ſint. Neque enim Pontifex indulgens Priuilegium hoc explicat, cum ſolum dicat, *Ad præmiſſa omnia, & ſingula quibuſcunque impedimentis, & contradictionibus amotis liberam, plenamque auctoritatem, & facultatatem elargimur.* Vnde videtur reſoluendum, quod per eos expediendæ ſint, per quos aliàs expediuntur: & ad quos de iure id ſpectat. Quia cum

ſit

ſit omiſſum, quibus detur auctoritas, & facultas expediendi dictas litteras, ſubintrat diſpoſitio iuris, quod per conſuetos miniſtros ſint expediendæ *l. Si verò. §. De viro. ff.* Soluto *matrimonio*, & *l. Commodiſſimè. ff.* De *liber. & poſth.* & *l. Si extraneus. ff.* De *condit. ob cau.* & Cap. *Cum venerabilis.* De *relig. domib.* & iuxta ea, quæ obſeruat Rota, *deciſ. 171. num. 2. par. 1. Recen.* & *deciſ. 703. num. 2. par. 2.*

11 Quod etiam colligitur ex tenore priuilegii, ibi. *Mutatis dumtaxat nominibus, cognominibus, & inuocationibus, & diebus ad libitum veſtrum expediri poſſint.* Si enim non à priuilegiatis, ſed ad libitum ipſorum expediri poſſunt, ſequitur, quod inſtantibus priuilegiatis debeant expediri. Priuilegiati autem non poſſunt inſtare, niſi apud eos, ad quos ſpectat expeditio. Quod etiam neceſſariam eſt pro authenticatione dictarum litterarum, vt ſcilicet poſſit conſtare, quod legitimè ſint expeditæ, & vt auferatur ſuſpicio falſitatis.

12 Neque miniſtri Pontificii poterũt impedire, aut retardare expeditionem harum litterarum, aut contradicere, cũ id expreſsè prohibeat Pontifex illa clauſula, *Quibuſcunque impedimentis, & contradictionibus amotis*, quæ habet vim talem, vt claudat os cuicunque contradicenti, aut impedimentum obiicienti, vt de ſimili clauſula notant Bart. *in l. fin. circa finem, C.* De *Canon. frumen. Vrb. Rom.* Ruin *conſil. 21. num. 15. in fine. lib. 1.* Rota coram Puteo *deciſ. 50. num. 5. lib. 1. in antiq* & coram Veral. *deciſ. 134. num. 4. par. 3.* & coram Merlino, *deciſ. 524. num. 2.*

13 Præſertim quia ad- ſt etiam clauſula. *De plenitudine poteſtatis*, quæ declarat mentem Pontificis, vt velit ſuam cõceſſionem omninò ſortiri effectum cum in hunc finem adhibeat pleno modo totum ſuam omnimodam poteſtatem. Et proinde operatur, quod nihil opponi poſſit iuxta ea, quæ obſeruant Mandos. *ad* Reg. 16. *Cancel. quæſt. 7. num. 6.* Angel. *conſil. 368 n. 2. ver. Quartò idem.* Dominus Bald. *in l. 2. num. 39. C.* De *ſeruit. & aqua.* Moneta *de commut. vlt. volun. cap. 7. num. 124.* Sanchez *lib. 2. de marim. diſp. 15. nu. 3.*

14 Sextò dubitatur. An pro expediendis modo his litteris ſit neceſſaria licentia Pontificis regnantis. Et quidem nõ eſſe neceſſariam pro expeditione litterarum, conſtat ex tenore priuilegii: quia Pontifex priuilegians cõcedit ad libitum priuilegiatorum poſſe expediri, & concludit. *Et ad præmiſſa omnia, & ſingula quibuſcunque impedimentis amotis, liberã, plenamque auctoritatẽ, & facultatem elargimur.* Vnde cum pro exequutione ſit à Põtifice conceſſa libera, et plena facultas, non requiritur alia facultas, quia agitur de gratia iam facta, nempe de poteſtate communicata pro his litteris expediẽdis. Quia eſt gratia, quæ facit Religioſos priuilegiatos, & tribuit ius vt poſſint inſtare pro expeditione harũ litterarum. Et hoc facit, quod gratia ſit iam facta, & non expiret morte concedentis Cap. *Si cui nulla.* De *præben. in 6.* Et notant Gloſ. *ibid. not. 1.* & verbo. *Moriatur.* Archidiacon. *in fine. ver. Secus faciendo.* Ancharan. *in Cap. Si ſuper gratia. num. 1.* De *offic. deleg in 6.* Dec. *in Cap. Relatum. num. 21. De offic. deleg. in noua edic.* & *in Rubr.* De *conſt. num. 41. in 1. Lectura.* Ripa. *ibid. nu. 50.* Riminal. *num. 129* Beroius *in Cap Quoniam.* Abbas. *num. 10. De offic. deleg.* Gaeta, *in Cap. Ad limina. 30. Quæſt. 1.* Bald. *in l. fin. num. 3. ver. Sed pone. ff* De *conſtit Princip. in 1. Lectura.* Rebuf. *in Concord.* Rubr. De *mandat. Apoſt. §. 1,* verbo. *Sui Pontificatus. ver. Licet quidã Doctores.* Hieronim, Paul. *in Pract. Cancellar.* Tit. *Declaratoria ſuper proponente. ver. Præſtantiſſimè Doctor.* Et alii, quos citat, & ſequitur Sanchez. *lib. 8. de martim. diſp. 28. num. 64.*

15 Verum quamuis in prædicto priuilegio ſit conceſſa plena facultas pro expeditione dictorum litterarum, atque miniſtri habeant ſufficientem aucto itatem, requiritur tamen licentia regnantis Pontificis pro exercitio huiuſmodi facultatis. Cum enim ſit exercenda iuriſdictio Pontificia nomina Pontificis defuncti ex illius commiſſione facta pro tempore futuro, non poteſt exerceri, niſi annuente regnante Pontificio, cum ipſius miniſtri tanquam addicti eiuſdem miniſterio, nõ poſſint extendere vltra terminos commiſ-

ſionis

ſionis ſuum miniſterium; habent enim tacitam commiſſionem, vt non expediat quicquam, quod Pontificiæ iuriſdictioni innitatur, niſi ex eiuſdem commiſſione, & ideò fines mandati ſeruandi ſunt, *l. Diligenter. ff. Mandati*, & Cap. *Cum olim. De offic. deleg.* Præſertim, quia aliàs committi poſſent plures fraudes & expediri plures litteræ Apoſtolicæ, quæ non eſſent expediendæ contra regulam, quod fraudibus non ſit aperienda via, *l. In fundo*, ver. *Conſtituimus. ff. De rei vendicat.* & *l. Qui ſub prætextu. C. De ſacroſanc. Eccleſ.* & Cap. *Puro. De diuort.* & Clement. 1. *§. fin. De conceſſ. præbend.*

16 Itaque eſſet ſupplicandum Summo Pontifici regnanti, vt pro exequutione priuilegii concederet litteras Apoſtolicas expediri. Crederem tamen, quod hoc ſummus Pontifex non concederet, quia eſſent formanda ſigilla alterius Pontificis, quod eſſet aperire viam fraudibus, nec ſineret, quod coram ſe in expediendis litteris Apoſtolicis exerceretur iuriſdictio nomine prædeceſſorum. Sed ſi vellet manutenere priuilegium, committeret, vt nomine proprio litteræ expedirentur. Ex quibus conſtat, quod prædictum priuilegium quò ad vſum eſt implicatum pluribus difficultatibus: vnde magis expeditum eſt priuilegium Iulii II. conceſſum Minimis, de quo ſupra num. 2. Et meliùs erit, eo vti ab iis, quorum priuilegiorum communicatio pertingit ad ipſum includendum.

An impetrans beneficium cum animo liberè poſtea reſignandi incidat in pœnas Conſtit. Pauli IV. Quæſt. 244.

S V M M A.

1 *Procurantis beneficia cum animo reſignandi in fauorem tertii pœna.*
2 *Error Maehadi.*
3 *Conſtitutio Pauli IV. non afficit impetrantes cum animo liberè dimittendi.*
4 *Diſpoſitio non comprehendit, quibus verba non quadrant.*
5 *Conſtitutio Pauli IV. non comprehendit impetrantes cum animo permutandi.*
Diſpoſitio pœnalis non admittit extenſionem.
6 *Simplex dimiſſio beneficii comprehenditur ſub iuramento exigito in Curia.*
7 *Quid ſi beneficium aliàs ſimplex requirat reſidentiam.*
8 *Animus conditionalis reſignandi &c. non comprehenditur ſub Conſtitutione Pauli IV. aut iuramento.*
Conditio facit, quod actus non adſit.
Conditionatum non attenditur.
9 *Animus retinendi beneficium ſub conditione impoſſibili contrariatur iuramento. & Conſtitutioni Pauli IV.*
Conditio impoſſibilis remouet intentionem.
10 *Pœna Conſtitut. Pauli IV. locum habent, ſi non impetretur beneficium.*
Excommunicatio requirit actum perfectum.
11 *Peccetne procurans beneficium cum animo dimittendi.*
12 *Conſtitutio Pauli IV. non habet locum extra Romanam Curiam.*
Ex præmio deſumitur mens.
13 *Animus dimittendi beneficium ſuperueniens impetrationi non contrariatur &c.*
14 *Nec etiam animus reſignandi poſt longum tempus.*
Animus faciendi actum in diem incertum eſt conditionalis.
15 *Impetrans beneficium, vt retineat, donec pinguius obtineat non obſtat Conſtit. Pauli IV. &c.*
Dictio, Donec, eſt limitatiua.
16 *Dictio, Donec, reſoluitur in conditionem.*

1 PAulus IV. vt tolleret abuſus, qui in impetratione beneficiorum irrepſerant, edidit Conſtitutionem ſuam, 12. *in ordine tom. 1 Bullar.* in qua

qua inter alia ſtatuit, quod abſque vlla declaratione ſubſint ipſo facto ſententiæ excommunicationis. *Qui pro ſeipſis principaliter animo, & intentione ex poſtmodũ in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum cum ſimili penſione, aut commodo, aut etiam ſine eo reſignandi obtinere* (beneficia) *procurauerint.*

2 Ex quibus conſtat, lapſum fuiſſe Machadum, *to.2.lib.3.par.3.trac.2.docum.8.nu.11.ver. Qua peccado.* dum reuocat in dubium exiſtentiam prædictæ Bullæ Pauli. Si enim ad Bullarium recurriſſet, vt facilè fuit, eam repetiſset, quod certè præſtare debuit, antequam dubitaret, quia reuocãdo in dubium, reuocat in dubium etiam fidelitatem Filliuccij, à quo fatetur afferri. Nec etiam dubitari poteſt, an ſit vſu recepta, cum id conſtet ex praxi; nam coadiuuatur eiuſdem obſeruantia iuramento, quod exigitur ab impetrantibus hic in Curia, quod non impetrent animo reſignandi &c.

3 Vnde difficultas eſt, an afficiat eos, qui impetrant beneficia animo reſignandi, non quidem in fauorem alicuius, ſed abſolutè, & liberè abſque penſione &c. Gonzalez, *ad Regul. Cancel. gloſ. 15. num. 90.* videtur tenere, quod comprehendat etiam ſimplicem, & liberam dimiſſionem, dum iuxta dictam Bul. non admittit doctrinam Nauar. mox citandi, quod non prohibeatur animus ſimpliciter dimittendi. Tenendum eſt. *Dictam Conſtitutionem non afficere, niſi eos, qui impetrant beneficia animo reſignandi in alterius fauorem, non autem, qui impetrant animo dimittendi ſimpliciter*, facit doctrina Nauar. *De orat. cap. 21. num. 12.* & *Miſcellan. 40. aliàs 44. n. 2.* & ita tradunt Garzia *de benefic. par. 11. cap. 3. num. 91. circa fin.* Bonac. *diſp. 2. de cenſur. in part. quaſt. 3. pun. 28. num. 4.*

4 Ratio eſt. Qui lex non loquitur ſimpliciter, & abſolutè de reſignatione, ſed de reſignatione in fauorem alterius, ibi. *Animo, & intentione ex poſtmodum in fauorem aliorum quantumuis idoneorum, & benemeritorum reſignandi* &c, Cum ergò loquatur de reſignatione in fauorẽ aliorum, non comprehendet liberam dimiſſionem. Neque enim diſpoſitio ea comprehendit, quibus verba diſpoſitionis nõ quadrant, *l. 4. §. Toties. ff. De dam. infec.* & *l. Quod conſtitutum, ff.* De milit. *teſtam*, & notant Felin. *in Cap. Nonnulli. n. 34. ver. vbi verba.* De *reſcrip.* Roman. *conſil. 442. num. 2.* Socin. *conſil. 55. num. 4. lib. 1.* Bald. *conſil. 486. circa init.* ver. *Secundò prob.* Alex. *conſil. 17. numer. 8. lib. 2.* Dec. *conſil. 594. num. 2.* Rota *deciſ. 434. num. 5. in fine par. 3. Recent.*

5 Similiter dic. Conſtitutio non comprehendit impetrantes beneficia animo permutandi, vt obſeruant etiam Garzia *de benefic. par. 11. cap. 3. num. 191.* Gonzalez, *ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 15. n. 90.* Bonac. *diſp. 2. de cenſur. in part. quaſt. 3. pun. 28. num. 4.* Quia ſimiliter diſponit ſolum de habentibus animum reſignandi in fauorem alterius: non autem de habentibus animum permutandi, & ideo cum non quadrent verba, nec etiam locum habebit diſpoſitio. Præſertim cum ſit pœnalis, quæ ſtrictè accipienda eſt, nec admittit extenſionẽ. *l. penul. ff.* De pœn. & Cap. *Odia De reg. iur. in 6.* & notant communiter Doctores Bald. *in l. Cum proponas. circa fin.* C. De hæred. *inſtit.* Cagnol. *in l. Factũ. §. In pœnalib. ff.* De regul. iur. Craueta *conſil. 205. num. 31.* Roland. *conſil. 27. n. 19. vol. 1.* Bec. *conſil. 102. num. 31.* Natta *conſil. 339. num. 6.* Felin. *in Cap. Cauſam, quæ. num. 27. ver. Et reſcriptum.* De *reſcript.* Paris alios allegans. *conſil. 89. num. 38. lib. 2.* Afflict. *deciſ. vlt. num. 17.* Surd. *conſil. 386. num. 28. lib. 3.* Rota *deciſ. 489. num. 5. par. 4. Recent.*

6 Verum, quamuis ſimplex dimiſſio; aut permutatio non comprehendantur ſub dic. Conſtit. Pauli IV. comprehendũtur tamen ſub iuramento, quod hic in Curia exigitur tempore examinis in beneficiis reſidentiæ Iurant enim impetrãtes, quod non accipiant beneficium animo dimittendi, de quo meminit Paris. *de reſignat. lib. 9. quaſt. 10. in fine.* Gonzalez mox citand. Garzia, *de benefic. par. 8. cap. 2. num. 35.* Quod autem dictum iuramentum complectatur etiam ſimplicem & liberam dimiſſionem, tradunt Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 11. num. 90.* Garzia,

de benefic. par. 11. *cap.* 3. *num.* 191. Et rectè: Quia iuramentum eſt abſolutè de non habendo animo dimittendi; & ideò debet talis animus excludi; qui quidem non excluditur, ſi adſit animus de ſimplici dimiſſione, aut de permutatione, nam etiã in permutatione dimittitur beneficium. Et hoc factum eſt ad euitanda inconuenientia, quæ oriuntur ex impetratione beneficiorum cũ animo dimittendi, quia fieri poteſt, quod impetrentur, vt excludantur alii, ne impetrent, vt dimittatur in talibus circũſtantiis, vt conferendũ ſit certę determinatę perſonę, et alia huiuſmodi.

7 Et hoc locum habebit in beneficio aliàs ſimplici, ſi tamen ex lege fundationis reſidentiam requirat. Nam ſi conferatur iuramentum, eumdem effectum præſtabit, quem præſtat quò ad alia beneficia. Et hæc obſeruantia ſubſequuta declarabit, quod diſpoſitio de exigendo tali iuramento locum habeat etiam in hoc caſu. *l. Si de interpret. ff.* De l gib. & notant Rota *deciſ.* 150. *num.* 27. *par.* 5. *Recent.* & *deciſ.* 14. *n.* 4. *par.* 7. *earumd.* *Recent.*

8 An autem dicta Conſtitutio Pauli IV. & prædictum iuramentum complectatur etiam intentionem, & animum conditionalem reſignandi in fauorem alterius, aut liberè dimittendi, ſeu permutandi. Negatiuè reſoluendum eſt. Ità etiã Garzia *par.* 11. *de benefic. cap.* 3. *num.* 191. Hoc enim ſequitur ex natura condicionis, quæ ſuſpendit actum, & facit, quod non adſit, niſi ipſa exiſtat, *l. Cedere diem ff. De verbor. ſignificat.* & *l. Hæc venditio init. ff.* De *contrahen. empt.* & *l. Neceſſariò. S. Quod ſi pendente. ff. De peric & com. rei ven.* Et notant Cephal. cum aliis. *conſil.* 56. *nu.* 12. *vol.* 1. Alex. *in l. Pecuniam. ff.* Si *cer. pet.* Socin. & alii *ibid.* Peregrin. *de fideicom. ar.* 43. *num.* 16. Surd. *deciſ* 202. *num.* 5. Rota coram *Durano*, *deciſ.* 146. *num.* 47. Quod enim ſub conditio eſt, conditione non purificata non attenditur; ſed perinde ſe habet, ac ſi non exiſteret, vt obſeruant Caſtrenſ. *in l. Ex litteris*, C. Quãdo, *dies leg. ced.* Dec. *Reſpon.* 21. *n.* 8. *lib.* Surd. *dec.* 210. *n.* 5. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 29. *n.* 3. Rota *in Aſculana nullitatis laudi* 5. *Iulij* 1589. corã Litta, & *deciſ.* 378. *n.* 2. *par.* 3. Rec.

9 Maior difficultas eſt, Si intentio retinendi ſit ſub conditione impoſſibili, aliàs dimittendi, niſi eueniat hæc conditio, vt ſi intendat retinere, ſi Papa diſpēſet ſuper reſidentia, aut alia ſimili, alioquin dimittendi. Reſp. In hoc caſu habere locum tum Conſtitutionem Pauli IV. tum etiam prædictum iuramentum. Vnde ſi intendat reſignare in fauorem alterius, ſubintrat Conſtitutio Pauli IV. Si verò abſolutè dimittere, aut permutare ſubintrat iuramentum. Quia cum conditio ſit impoſſibilis, remouet intentionem, quæ ſtat ſub ipſa, *l. Non ſolum. ff. De obligat. & act.* & *l. Impoſſibilis. ff. De verbor. obligat.* Et remanet ſola intentio dimittendi, quæ eſt abſoluta, dum eſt reiecta condicio. Et ideò ſub diſpoſitione legis, & iuramenti.

10 An autem pœnæ Conſtitutionis Pauli IV. contra impetrantes beneficia animo reſignãdi in fauorem alteriùs, quę ſunt excõmunicatio ipſo facto incurrẽda, amiſſio omniũ beneficiorũ, inhabilitas ad beneficia in futurum obtinenda, locum habeant, ſi quis cum hac intentione procuret impetrare, ſed non obtineat Negatiuè reſoluit Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. in par. quæſt.* 3. *pun.* 28. *num.* 7. Quia quando aliquis actus prohibetur ſub cenſura, intelligitur de actu perfecto, & conſumato iuxta ea, quæ tradunt Gloſ. *in cap. In audientia*, & *in cap. Si verò. De ſentent. excom.* Hoſtienſ. *in ſum.* Tit. *De ſentent. excom. nu.* 9. ver. *Imprimis.* Cardin. *in Clemen.* 1. *quæſ.* 3. De *pœnit.* Nauar. *in cap. Si quis non dicam. De pœnit. Diſt.* 1. Verum quia Conſtitutio Pauli IV. non diſponit de impetratio beneficiorum, ita vt impetratione accipienda ſit cum effectu, ſed de procurantibus impetrare, vt conſtat ex illis verbis *Obtinere procurauerit*, vt violetur Conſtitutio, & locum habeant pœnæ, ſufficit, ſi interueniat actus cõpletus procurandi cum animo reſignandi in fauorem alterius; quia hic eſt ille actus, qui cadit directè ſub prohibitione, & continet totam materiam prohibitam: tanquã eam, quæ obſtat rectæ diſtributioni beneficiorum; nam Pontifex, ſi ſciret prædictum animum, non conferret beneficium; & proinde dum procuratur tali

animo, doloſo modo procuratur.

11 Ex dictis deducitur, quid dicendũ de doctrina; quam tradunt Rodriquez *tom.* 1. *ſum. cap.* 30. *num.* 6. *concluſ.* 6. Vega *par.* 1. *ſum. cap.* 36. *caſu* 23. Nauar. *Cap.* 25. *Manual. nu.* 118. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 45. *nu.* 12. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iur. cap.* 34. *dub.* 26. *num.* 136. Vaſquez *opuſc. de Benefic. cap.* 3. §. 5. *dub.* 1. *in fine.* Palaus *par.* 2. *oper. moral. tract.* 13. *diſp.* 4. *pun.* 7. *nu.* 11. Nempè procurantem beneficium cum animo dimittendi non peccate ſaltem mortaliter, dummodò habeat animum inſeruiendi interim, dum retinet; Nam & ſi forte hoc procedere poſſit, quantum eſt ex natura rei, de qua tamen eſt diffir cultas, & neque licere ex natura rei, docent Hoſtienſ. *in Cap. Relatum num.* 2. De *Cler. non reſident.* Butr. *ibid. num.* 8. Abbas *in fine.* Angel. *verbo.* Clericus. 7. *numer.* 6. Sylueſter *verbo.* Beneficiũ 3. *in fine.* Gabr. *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 8. *ar.* 3. *dub.* 1. & alii. Et negari nõ poteſt, quin contineat aliquid inordinatum in diſtributione beneficiorum: cum perturbetur, ordo, qui aliàs ſeruaretur in ipſa diſtributione. Attamen ſtante dicta Conſtit. Pauli IV. & prædicto iuramẽto, certũ eſt, interuenire graue peccatũ, quia interuenit periuriũ, et quãdo adeſt animus reſignãdi in fauorẽ tertij, violatur Cõſtitutio, quæ ſub excõmunicatione latæ ſententiæ, & aliis pœnis id prohibet.

12 Au autem, quæ dicta ſunt, locum habeant extra Romanam Curiam, conſtat non habere locum quò ad iuramentum, quia extra ipſam non exigitur. Sed neque conſtitutionem Pauli IV. locum habere, obſeruat Garzia, *par.* 11. *de benefic. cap.* 3. *num.* 191. *in fine.* Et colligitur ex tenore eiuſdem conſtit. præſertim ex Prœmio, in quò Pontifex recenſet abuſus cõtingentes in impetratione beneficiorum in Romana curia, & declarat, ſe velle eos extirpare, & ideo de cœtere &c. Cum autem ex prœmio habeatur cauſa finalis, & mens diſponentis. *l.* 1. *ff. Ad Macedon,* & *l. fin. ff.* De *hered. inſtit.* & notant *ibi.* Bar. & cœteri Doctores. Craueta, *conſil.* 301. *nu.* 2. Deciſ. *Pedemon.* 31. *num.* 10. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 531. *num.* 5. & coram Merlino, *deciſ.* 558. *num.* 3, & *deciſ.* 348. *num.* 1. *par.* 4. Recent. Vnde cum conſtet Pontificem fuiſſe contemplatum prouiſiones, & impetrationes beneficiorum, quæ fiunt in Romana curia, non autem, quæ fiunt per Ordinarios, prædicta conſtitutio non ſe extendet extra Romanam curiam.

13 Secundò deducitur ex dictis. Nõ violare conſtitutionem Pauli IV. neque iuramentum eum, qui obtento iam beneficio concipit animum reſignandi, aut dimittendi. Quia iuramentum pro ſui obſeruantia ſolum exigit, quod non impetretur beneficium cum animo dimittendi, & conſtitutio, quod non impetretur cum animo reſignandi in fauorem alterius; pro quo ſufficit, quod in actu impetrationis, non adſit huiuſmodi animus. Et ideò effectuata impetratione, ſi ſuperueniat, etiã ſtatim, huiuſmodi animus, nec quæ cõſtitutio, neq iuramentũ violabitur.

14 An autem iuramentum, & conſtitutio prædicta procedat non ſolum de habentibus animum reſignandi, aut dimittendi ſtatim, ſed etiam de habentibus talem animum, ſed poſt longum tempus effectuandum, negatiuè reſoluit Garzia *par.* 11. *de benefic. cap.* 3. *num.* 191. Et rectè. Quia, dum ſolum habet animũ reſignandi, aut dimittendi poſt longum tempus, habet interim animum abſolutum retinendi, quod eſt illud, quod requitũt prædicta cõſtitutio, & iuramentũ. Et cũ animus reſignandi poſt longum tempus, aut dimittendi ſit conceptus in diem incertum. eſt condicionalis, quia dies incertus reſoluitur in condicionem iuxta ea, quæ in ſimili reſoluunt Angel. *in l. Seius Saturninus. numer.* 2. *ff.* Ad *Trebel.* Alexan. item *num.* 2. Riminal. *iun. conſil.* 334. *n.* 19. Mantica *De coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 20. Theſaur. *quæſt. forenſ* 68. *num.* 7. *lib.* 1. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 346. *n.* 6. vbi etiam Addit. *num.* 8. Animus autem conditionatus dimittendi, aut reſignandi ſupponit abſolutum retinendi, cui tanquam fundamento innititur.

15 Tertiò deducitur, non violare conſtitutionem prædictam, aut iuramentum eos, qui impetrant beneficia cum animo retinendi non abſolutè, ſed donec pinguius obtinere potuerint. Ita obſer-

ſeruant Sanchez *lib.7. de matrim. diſp. 45. num. 12.* Bonac. *diſp. 2. de cenſur. in part. quæſt 3. pun. 28. num. 4.* Nam dictio, *Donec* ſupponit in impetrante animũ retinendi quamuis limitet ad tempus incertũ iuxta ea, quæ obſeruaut Grat. *conſil. 81. num. 26. lib. 2.* Socin. iun. *conſil. 76. nu. 113. lib. 1.* Ripa *ſingul. obſeruat. 372. nu. 2.* Dec. *conſil. 621. n. 7.* Animus autem iſte licet limitatus ad tempus excludit animum de præſenti reſignandi, aut dimittendi.

16 Deinde dictio, *Donec*, reſoluitur in conditionem, *l. Legatum. ff.* De *an. leg.* & *l. Generaliter. §. Duas filias. ff.* De *vſufr. leg.* & *l. Pater Seuerinum. §. fin. ff. De condit. & demonſtr.* & notant Bar. *ibid. ver. Secundò principaliter.* Dec. *in l. Si quis heredem. num. 7.* C. *De inſtit.* Ruin. *conſil. 43. num. 4. vol. 2.* Socin. iun. *conſil. 58. numer. 8. vol. 3.* Boer. *deciſ. 44. num. 3.* Rota *deciſ. 190. num. 6. par. 3. Recent.* Conditionalis enim animus reſignandi, aut dimittendi ſupponit animum abſolutum de præſenti acquirẽdi, & detinendi quod ſufficit pro obſeruantia prędictæ conſtitutionis, & iuramenti.

Quid faciendum, ſi dubium ſit, an beneficium vacauerit poſt mediam noctem menſis reſeruati, aut Ordinarij. Quæſt 245.

S V M M A.

1 *Menſes in ordine ad reſeruationem beneficiorum quomodo computentur.*
2 *In dubio, an beneficium vacauerit poſt mediã noctem, quid faciendum.*
3 *An Gallorum cantus attendendus.*
4 *Iudicandum in fauorem illius, ad quem ſpectat menſis, qui finitur.*
5 *Collator beneficij poſſidet ius conferẽdi, quouſque conſtet elapſum eſſe menſem.*
6 *Poſſidens eſt manutenendus, quouſque conſtet de non iure poſſidendi.*
7 *Reſeruatio eſt certa, quouſque durat menſis reſeruatus.*
Probatio dubia non releuat.
8 *Ordinarius modo non habet intentionem fundatum conferendi omnia beneficia.*
Habens pro ſe præſumptionem iuris transfert onus probandi in alium.
Præſumptio iuris eſt liquidiſsima probatio.
9 *Poſſeſsio transfert onus probandi in alium.*
Non probans ſuccumbit tanquam iure deſtitutus.

1 MEnſes in ordine ad reſeruationem beneficiorum computantur à pũto mediæ noctis primi diei vſque ad punctum mediæ noctis vltimæ diei, & eodem etiam pacto computantur menſes non reſeruat iuxta, *l. More Romano. ff. De fer.* vbi Doctores, & notãt Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloſ. 11. num. 1.* Nauar. *de Orat. cap. 3. nu. 34.* Francolin. *De hor. canon. cap. 87. & ſequen.* Gonzalez *ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 11. num. 9.* Garzia *De beneficijs par. 5. cap. 1. num. 523.* Pax Iordan. *lib 10. tit. 12. num. 43 tom. 2. Lucubrat.* Rota plura cumulans *deciſ. 244. nu. 2. par. 2. Recent.* & in *Piſtorienſi alternatiua, 16. Octobr. 1558.* coram Quiroga. ſiquidem eodem modo computari debent, quo computantur dies, cum menſes non ſint aliud, quam certus numerus dierum.

2 Quia ergò non rarò contingit, quod dubium ſit, an vacatio beneficii per obitum contigerit in menſe reſeruato, an in ſubſequenti, aut è contra, eò, quod circa mediam noctem mors contigerit, quia ſcilicet non adſunt horologia, vt in oppidis, & villis, ideò dubitatur, quid in tali caſu ſeruandũ ſit, an beneficium habendum pro reſeruato, an pro libero. Quod autem in tali caſu attendẽdum ſit ad ea, quæ poſſunt indicare tempus, & præſertim ad Gallorum cantum, tradiderunt illuſtres ſcriptores Gonzalez *ad Reg. 8. Cãcel. gloſ. 12. num. 16.* Ioſeph. Ludouiſ. *deciſ. 166. num. 7.* Garzia *par. 5. de benefic. cap. 1. num. 526,* Et quod mirum eſt, Rota Gallorum cantui innixa in hac materia pronunciauit in *Auerſana Parochialis. 12. Martij. 1562.* coram Oradino, & *deciſ. 67. aliàs 71. lib. in Manuſcrip.* coram Veral. vt refert Garzia modo citat.

3 Non eſſe autem attendendum Gallorum cantum tanquam coniecturam nullius ponderis, obſeruant Polidor. Ripa *de Noctur. temp. cap. 161. num. 3.* Pax Iordan. *lib. 10. variar. Lucubr. tit. 12. num. 50.*

in fine, & 51. Quia ad nullam horam certã gallorũ cantus eſt determinatus. Quãuis enim circa ſolis ortum, ſeu initio aurora continuò cãtare ſoleant; hoc tamen præſtant etiam in nocte non vna vice, ſed pluries; & nulla hora determinata, ſed modo vna, modo altera. Nam aliquando cantant poſt initium noctis, aliquando longè ante mediam noctẽ, aliquando etiã bis, & ter in eadem nocte ante mediam noctem, & in diuerſis horis; & vno incipiente cantare proſequuntur cœteri circumuini, itaut, niſi aliud conſtaret de oppoſito, crederetur dies vicinus, quod infinities experientia didici, & quilibet poterit obſeruaret, vnde ſtante huiuſmodi incertitudine; nullum prorſus motiuum de media nocte ſumi poteſt ex gallorum cantu.

4 Itaque in tali caſu iudicandũ eſt in fauorem illius, ad quem ſpectat menſis præcedens, ſiuè ſit Summus Pontifex ſiuè Ordinarius; ità vt præcedens menſis non cenſeatur elapſus, niſi conſtet elapſam eſſe vltimã mediam noctem iuxta ea, quæ in hac materia tradunt Gonzal. *ad* Reg. 8. *Cancel. gloſ.* 11. *num.* 30. Felin. *in Cap. Olim. num.* 10. De *reſcrip.* Fax Iordan. *Variar. Lucubrat. lib.* 10. *tit.* 12. *num.* 54. & 56. Caſſodor. *Deciſ.* 3. *De reſtit. ſpoliat.* & *dec.* 2. *de except.* Rota coram Puteo, *deciſ.* 206. *lib.* 3.

5 Ratio deſumitur ex eo, quod is, ad quem ſpectat menſis, qui elabitur, eſt in poſſeſſione ratione illius menſis ad conferenda beneficia vacantia in ipſo: ita vt poſſideat ius conferendi, quouſque durat menſis. Vnde quando non conſtat, quod menſis ſit elapſus, locum habet regula, quod in dubio ſit melior condicio poſſidentis *§. Retinendæ*, ver. *Commodum.* Inſtit. *De interdic.* & *l. 1s, qui deſtinauit. ff. De rei vendicat.* & Cap. *Pro poſſeſſore. De reg. iur. in* 6. Eſſet enim contra iuſtitiam deturbare aliquem de poſſeſſione, antequam cõſtet, quod tempus poſſidendi finitum ſit.

6 Ex quo fit, quod, quando quis poſſidet, manuteneri debeat in ſua poſſeſſione, quoàduſque conſtet de non iure poſſidendi. Cap. *Peruenit. De inſtit.* & *l. Arianus. ff. De actionib.* & Cap. *fin. De iureiur.* & notant Doctores, *in l. De die. ff. Qui ſatisd. cog.* Alexan. *conſil.* 161. *num.* 6. *vol.* 2. Franc. *deciſ.* 167. *num.* 13. Tiraquel. De *iure primogen. quæſt* 17. *num.* 20. Alciat. *reg. vlt. præſump.* 43. per totam. Conſtat autem, quod poſſideat ius conferendi is, ad quem pertinet menſis: & quod talis poſſeſſio pertineat ad ipſum vſq. ad mediã noctẽ vltimæ diei mẽſi; & ideò priuari non poteſt poſſeſſione, niſi conſtet, mediam noctem iam elapſam fuiſſe.

7 Et cum certum ſit, menſem labentem eſſe reſeruatum, certa remanet reſeruatio, quandiu durat menſis, tanquã eidem affixa: ita vt non poſſit excludi, niſi per ſuperuenientem menſem. Et ideò, niſi conſtet, quod ſuperuenerit, non elidirur reſeruatio, etiam ſi afferantur aliquæ cõniecturæ dubiæ, quia tanquam incertæ nõ poſſunt præualere contra ius certum conferendi, & reſeruationẽ certam. Probatio enim dubia non releuat. *l. Neque natale. C. De probat.* & *l. Si fuerit. ff. De reb. dub.* & Cap. *In præſentia* De *probat.* & notant Bart. *in l. Inter ſtipulantem.* §. 1. *ff.* De *verbor. obligat.* vbi etiam cœteri Doctores. Imola, *conſil.* 96. *per totum.* Crauetta. *conſil.* 218. *num.* 5. Hippolit. *conſil.* 10. *num.* 8. Surd. *deciſ.* 288. *num.* 45. Maſcard. De *probat. concluſ.* 1363. *numer.* 6. Rota coram Seraphino, *deciſ.* 1103. *num.* 2. & *deciſ.* 149. *num.* 2. *par.* 1. Recent.

8 Nec obſtat, quod Ordinarius habeat fundatam ſuam intentionem conferendi omnia beneficia ſuę Diœceſis. Cap. *Ex frequentibus. De inſtit.* & proinde habeat pro ſe præſumptionem iuris, quæ eſt liquidiſſima probatio, vt obſeruant Maſcard. *De probat. concluſ.* 1227. *num.* 11. Menoch. *De præſump. quæſt.* 36. *nu.* 3. *lib.* 1. Alciat. De *præſump. reg.* 3. *num.* 3. Valaſc. *de iure* Emphith. *quæſt.* 7. *num.* 33. Rota, *deciſ.* 4. *num.* 21. *par.* 2. *Diuer.* Quia hoc erat verum, antequam fieret diuiſio menſium inter Ordinarios, & Apoſtolicos. Facta autem hac diuiſione, non habet Ordinarius fundatam intentionem conferendi beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis, ſed ſolum in mẽſibus propriis; & ideò pro ipſis ſolum habet pro ſe præſumptionem

nem iuris, quæ transferat onus probandi in alium quod ad ipſum non ſpectet prouiſio. Imò quando agitur de menſe reſeruato, Papa habet fundatam intentionem conferendi beneficia vacantia in ipſo; et habet præſũptionem iuris pro ſe, & ideò iuxta doctrinam modo allatam transfert onus probandi in Ordinarium, quod expirauerit menſis reſeruatus.

9 Imò cum Papa ſit in poſſeſſione ſui menſis, transfertur onus probandi in Ordinarium, quod expirauerit *l. Circa. ff. De probat.* & notant Ripa *in Cap. Sæpe. nu. 2. De reſtit. ſpoliat.* Ruin *conſil.* 143. *nu.* 23. *lib.* 5. Menoch. *Remed* 4. *de adipiſcen. poſſeſ. num.* 794. Quod ſi non probat, ſuccumbit tanquam iure deſtitutus iuxta ea, quæ tradunt Felin. *in Cap. Olim. num.* 10. *De reſcript.* Caſſodor. *deciſ.* 2. *De except.* Rota *deciſ.* 3. & 4. *De ſenten. & re iudic. in nouis.* & coram Puteo, *deciſ.* 206. *lib.* 3.

An ſit valida erectio noui Conuentus Monachorum facta ante Conſtit. Innocent. X. cum ſola licentia Ordinarij. Quæſt. 246.

S V M M A

1 *Sine licentia Apoſtolica non poſſunt modo fundari Monaſteria.*
2 *Pro fundandis Monaſterijs de iure requiritur Apoſtolica licentia.*
3 *Monaſteria non poſſunt erigi ſine licentia Ordinarij.*
4 *Licentia Ordinarij. & Apoſtolica requiruntur copulatiuè pro fundandis Monaſterijs?*
5 *Monachi poſſunt fundare Monaſteria ſine licentia Apoſtolica.*
6 *In interpretandis legibus non recedendum à verborum ſignificatione.*
7 *Ius diſtinguit inter Mendicantes, & non Mendicantes.*
Monachi non veniunt appellatione Mendicantium.
8 *Diſpoſitio circa materiam qualificatam non habet locum, niſi extante qualitate.*
9 *Ratio finalis, ob quam prohibentur Mendicantibus fundare Monaſteria ſine licentia Apoſtolica, non habet locum in alijs.*

Paſqualig. Quæſt. Selectæ.

Lex non extenditur vltra rationem finalem.
10 *Forma Canonum quatenus requirit licentiam Apoſtolicam pro erectione Monaſteriorum à quibus ſeruanda.*
Clauſula non refertur ad ea, ad quæ non permittit referri diuerſitas rationis.

1 DIxiante Cõſtitutionem Innocentii X. quæ incipit, *Inſtaurãda regularis.* Idib. *Octob.* 1642. & eſt 28. *tom.* 4. *Bullar. noui.* vbi. §. 5. prohibet omnibus erectionem nouorum Monaſteriorum abſque Apoſtolicæ Sedis licentia. ibi, *Conſtit. felicis record Bonifacij VIII, qua incipit.* Cum ex eo; *nec non Clemen. VIII. incipit.* Quoniam ad inſtitutam, *aliorumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſuper erectione nouorum Conuentuum editas earumdem tenorẽ innouantes, illiſque addentes hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis Regularium Ordinum Mendicantium, vel non mendicantium. Congregationis, Societatis, & cuiuſuis alterius Inſtituti etiam Societatis Ieſu in aliqua Ciuitate, Caſtro, Villa ſeu loca ad habitandum Domos, vel loca quæcunque de nouo recipere ſeu Monaſteria, Conuentus, Collegia recipere, vel fundare præſumat abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, plenam, & expreſſam faciente de prohibitione huiuſmodi mẽtionem in ſcriptis, & gratis concedenda præuia examinatione Congregationis negocijs Epiſcoporum, ac Regularium prępoſitæ. Si ſecus egerint eo ipſo incurrant pœnas priuationis, & inhabilitatis, vt ſupra inflictas. Et nihilominus receptiones, fundationes. & erectiones ſint ipſo iure nulla, & inualida, & Domus, ac loca ipſa, & perſonę in eis degentes omnimodæ iuriſdictioni, viſitationi, correctioni Ordinarij loci plenè in omnibus ſubiaceant. Intendimus autem in præmiſsis etiam vltra Italiã, & Inſulas adiacentes, prout expedire viderimus, prouidere.* Ex quibus conſtat, neceſſariam eſſe facultatem Apoſtolicam, vt modo poſſint de nouo fundari Monaſteria.

2 An autem ante dictam Conſtit. valida fuerit fundatio Conuentus Monachorum abſque Apoſtolica licentia, con-

ſentiente tamen Ordinario, videtur negatiuè reſoluendum. Quia de iure requiritur licentia Sedis Apoſtolicę pro fundandis, Monaſteriis, vt ſtatuitur in Cap. *Vnico. §. Confirmatos.De relig.domib. in 6.* & Cap. *1. De exceſſib. Prælat. in 6.* & Clemen. *Cupientes. De pœn.* & notant Campanil. *in Diuer. iur. Rubr. 12. cap. 13. num. 80. in fine,* cum Sorbo, & Rodriquez. Zerola, *in Praxi, par. 1. verba* Monachi. *§. 1. & 2.* Nouar. *in pract. concluſ. noui. iur. Pontif. concluſ. 1. aliàs 10. num. 4.* Riccius, *deciſ. 168. num. 4. par. 4.* Barboſa, *de Poteſt. Epiſ. allegat. 26. num. 4.* Tamburin. *De iure Abbat. diſp. 35. quæſt. 1. num. 3. tom. 3.* Ventriglia, *in Pract. annot. 18. num. 7.* Rota *deciſ. 362. numer. 1. tom. 2. par. 4. Recent.*

3 Et quamuis Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 3. de Regular. in fine,* videatur requirere ſolam licentiam Ordinarii, dum diſponit, quod, Monaſteria non erigantur ſine licentia Epiſcopi, in cuius diœceſi ſita sũt, & ita ſentiunt etiã plures Doctores Nouat. *in ſum Bul. Tit. De ædifican. monaſt.* Alter. Nouar. *in Prac. noui iur. Pontific. concluſ. 1. aliàs. 10. nu. 8.* Ceſpedes, *de exempt. Regul. cap. 1. dub. 2. num. 4.* Lezana, *in ſum. verbo.* Monaſteria, *num. 2.* Donat. *in Praxi rer. regul. par. 2. tit. 1. de ædifican. Monaſt. quæſt. 14.* Bordon, *conſil. Regul. reſol. 36. n. 17.* Rota *deciſ. 745. per totam. par. 2. Recent.* & *in Barcbinon. fundationis. 20. Nouembr.* 1627. coram Panzirolo.

4 Attamen requiri copulatiuè licentiam Apoſtolicam, & Ordinarii, ex eo, deducitur, quod diſpoſitio Concil. Trident. eſt compatibilis cum diſpoſitione ſacrorũ Canonũ, et ideo nõ eſt inducẽda correctio aut derogatio, ſed vtraq. licentia erit neceſſaria, vt obſeruant *Zarola in Praxi. par. 1. §. Mon acbi. num. 2.* Tamburin. *De iure Abbatis. diſp. 33. quæſt. 1. num. 6.* Barboſa alios allegans, *de poteſt. Epiſcopi. alleg. 26. num. 64.* & ſæpius firmauit Rota, vt *in Cracouienſi fundationis Monaſterij. 19. April.* 1649. coram Celſo, & in *Ceſaraugustana fundationis Conuentus. 18. Maij.* 1657. coram Beuilacqua, & *in eadem 12. Nouem.* 1657 coram Meltio, & *in eadem. 4. Februar.* 1658. coram Cerro. Quod totum manifeſtum fit ex *Conſtit. 27.* Vrbani VIII, *to. 4. Bullar.* vbi. §. 2. diſponit, quod nulla Moneſteria erigantur, *Niſi de expreſſa Ordinariorum licentia, ac ſeruata in omnibus, & per omnia ſacrorum Canonum, & Concilij Trident. &c. forma.*

5 His tamen non obſtantibus tenendum eſt, *Erectionem dicti Conuentus fuiſſe validam: nec fuiſſe neceſſariam licentiam Apoſtolicam.* Ratio eſt. Quia in omnibus textib. alegatis, *num. 2.* diſponitur tantum de Mendicantibus, & prohibitio dirigitur in ipſos, non autem de monachis. Cap. *vnico. §. Confirmatos autem.* De *relig. domib.* ibi. *Quibus ad congruam ſuſtentationem redditus, aut poſſeſſiones habere profeſſio, ſiue Regula quemlibet interdicũt; ſed per quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mendicitas.* & Cap. 1. *De exceſſib. Prælati.* ibi. *Cum ex eo, quod Prædicatores Minores, et Religioſi alij Mendicãtes &c.* & Clemen. *Cupientes. De pœnis.* ibi. *Tranſgreſſores Conſtitutionis, quæ Religioſis Mendicantibus.* Ex quibus cõſtat, quod omnes tex. prohibentes fundari monaſteria ſine licentia Apoſtolica reſtrictiuè procedunt, quò ad ſolos Mendicantes, & ad ipſos tãtum dirigunt prohibitionem.

6 Cum ergo in interpretandis legibus non ſit recedendum à verborum ſignificatione, *l. 1. §. Si is, qui nauem. ff. De exercit. act.* & *l. Proſpexit. ff.* Qui, *& à quibus.* & tradunt communiter Doctores præſertim Tiraquel. alios referens, *in l.* Si *vnquam. verbo.* Libertis. *num. 45. C. De reuocan. donat.* Azor. *par. 1. lib. 5. cap. 10. quæſt. 9.* Rodriquez *Quæſt. Regul. 1. ar. 6. ver. Tertia regula.* Suarez. *lib. 6. De legib. cap. 1. num. 7.* Salas, *diſp. 21. de legib. ſect. 3. num. 4.* Non poteſt dicta diſpoſitio extendi vltra mendicantes, & conſequenter, nec ad Monachos, qui contradiſtinguuntur à mendicantibus, nec veniunt appellatione mendicantium.

7 Præſertim quia ius diſtinguit inter mendicantes, & non mendicantes, vt in Clement. *1. De Regular.* vbi diſponitur, quod mendicantes tranſeuntes etiam de licentia Sedis Apoſtolicæ ad non mendicantes, non poſſint habere vocem in Capitulo. Et proinde Monachos præſertim in odioſis non venire appellatione men-

mendicantium obſeruant Suarez, *diſp.* 23. *de cenſur. ſect.* 5. *numer.* 19. Donat. *in Praxi. rer. regul par.* 2. Tit. *De ędifican. Monaſter. quaſt.* 13. *num.* 7. cum Nauar. *in Manuali. cap.* 27. *num.* 144. quando ergo ius diſponit de Religioſis cum qualitate reſtrictiua ad mendicantes, non comprehendet cœteros, qui ab ipſis à iure contradiſtinguuntur. Si enim voluiſſet omnes comprehendere, fruſtra addidiſſet qualitatem reſtrictiuam mendicantium.

8 Accedit etiam, quod diſpoſitio, quæ verſatur circa aliquam materiam qualificatam, non habet locum, niſi inueniat in materia qualitatem expreſſam à diſponente, vt obſeruant Craueta, *conſil.* 435. *num.* 31. Riminal. iun. *conſil.* 550. *num.* 2. Beroius, *conſil.* 24. *num.* 1. *vol.* 1. Signorol. *conſil.* 92. ver. *Præterea ad hoc.* Rota *deciſ.* 100. *n.* 1. *par.* 1. *Diuer.* & *deciſ.* 234. *num.* 13. *par.* 1. Recent. & *deciſ.* 206. *num.* 7. *par.* 3. Recent. & *deciſ.* 8. *num.* 11. *par.* 7. & coram Puteo, *deciſ.* 22. *num.* 6. *lib.* 3. & coram Seraphino, *deciſ.* 1058. *nu.* 9. & coram Coccino, *deciſ.* 117. *nu.* 1. & coram Martino Andrea, *deciſ.* 86. *num.* 11. & coram Merlino *deciſ.* 894. *numer.* 2. Cum ergo diſpoſitio horum tex. verſetur circa Religioſos mendicantes, atque adeò ita qualificatos, non habebit locum circa alios Religioſos, in quibus nõ reperit eamdem qualitatem.

9 Neque dici poteſt, quod ratione identitatis rationis diſpoſitio Canonum extendatur ad Religioſos nõ mendicantes, quia ratio finalis talis diſpoſitionis nõ habet locum quò ad alios Religioſos. Eſt enim expreſſa in lege nempè in Cap. *vn. De exceſſib. Prælat. in* 6. Et eſt obuiare ſcandalis, & inconuenientibus, quæ infurgebant ex erectione, & mutatione Monaſteriorum mendicantium, ita vt coarctet tex. hanc cauſam ad mendicantes ibi. *Cum ex eo, quod Prædicatores, Minores, et Religioſi alij mendicantes in Ciuitatibus, Caſtris, Villis, aut alijs locis ad habitandũ domos, vel loca de nouo ſuſcipiunt, ſeu olim ſuſcepta dimittunt, ſe ibid. ad alia transferentes, diuerſa ſcandala quandoque proueniunt, & frequentes Clamores ad Sedem Apoſtolicam perferantur. Nos ſuper hoc prouidere volentes &c.* Ex quibus conſtat, quod Pontifex ſuam conſtitutionem edidit ob cauſam finalem, quam in ſolis mendicantibus contemplatus eſt, Et ideò diſpoſitio quoque tanquam affixa rationi finali nõ egredietur mendicantes, nec locũ habebit in cœteris *l. Adigere* §. *Quãuis ff. De iurepatr.* & *l. Si maritus.* §. *Præſcriptione ff.* Ad *leg. Iul. De adult.* & *l. In omni. ff. De adopt.* & Cap. *Et ſi Chriſtus, De iure iur.* & latè tradunt Tiraquel, *tract. Ceſſante cau. par.* 1. *num.* 11. Euerard. *in Topi. ca iur. loco* 85.

10 Solum obſtare videtur *Conſtitutio* 27. Vrbani VI *t. tom* 4. *Bullar. noui.* de qua ſupra *num.* 4. in qua §. 2. diſponit de omnibus Religioſis tam mendicantibus, quàm non mendicantibus, quibus omnibus prohibet erigere noua Monaſteria, niſi de expreſſa Ordinariorum licentia, ac ſeruata in omnibus, & per omnia ſacrorum Canonum forma. Verum hoc nihil officit, quia ibi Pontifex non diſponit de nouo quo ad Ordinarij licentiam, & S. Canonum formam, ſed præcipit ſeruari, quod diſpoſitum eſt: & proinde relinquit in ſuis terminis formam ſacrorum Canonum ſeruandam. Forma autem ſacrorũ Canonum ſeruanda, quatenus requirit licentiam Sedis Apoſtolicæ, non eſt vniuerſalis, ſed coarctata ad Religioſos mendicantes, vt conſtat ex dictis, & ideò præcipit ſeruari quò ad hoc ab ijs, à quibus ex diſpoſitione eorumdem ſacrorum Canonum eſt ſeruanda. Vnde clauſula illa, *ſeruata in omnibus Sacrorum Canonum forma*, refertur ad eos Religioſos ex nominatis, quibus rectè congruit ex diſpoſitione eorumdem Canonum iuxta doctrinã, quam tradunt Iaſ. *in l.* 1. *limit.* 1. *numer.* 8. C. De *lib præter* Ruin. *conſil.* 72. *num.* 13. *lib.* 5. Gabr. *concl.* 9. *de clauſ. num.* 16. Rota corã Merlino, *deciſ.* 237. *n.* 10. Præſertim quia non conſtat, quod Pontifex velit ampliare diſpoſitionem ſacrorum Canonum prohibentium erigi Monaſteria abſque Apoſtolicæ Sedis licentia, & ideò ſi dicta clauſula ad omnes perſonas expreſſas referretur, relatio eſſet vltra terminos diſpoſitionis iuris communis, & eſſet ad eos, ad quos diuerſitas rationis non permitti referri, quod non eſt ſecundum ius. *l. Hæres meus.*

meus.§.Vxori.ff. De *leg.* 3. & Clemen.1.§. *Ad hoc. De praben.* Neque ſecundum mentem Doctorum, vt notant Bar *in l.3 .§.Filius.ff.* De *liber. & poſth.* Aret. *conſil.* 116.*n.* 3. Rota, *in Firmana bonorum* 18. *Martij.* 1598. coram Lãcellotto.*& in Bononienſi. de Berois.* 17. *Iunij.* 1585. coram Cantuccio, & *in* Romana *domorum,* 5. *Apr.* 1593. coram Pennia.

An erectio Monaſterij, de qua in praced. ſubſtineri poſſit etiam ratione priuilegiorum. Quaſt. 247.

S V M M A

1 *Priuilegia erigendi Monaſteria cum ſola licentia Ordinarij.*
2 *Clauſula,* ſeruata ſacror. Canon. forma, *non infert neceſſitatem licentia Apoſtolica pro fundandis Monaſterijs.*
3 *Monachi virtute priuilegiorum poterant fundare Monaſteria ſine Apoſtolica licentia.*
Priuilegia per communicationem fiunt propria communicatarij.
4 *Communicatio facit. vt priuilegia perinde ſe habeant, ac ſi eſſent principaliter conceſſa,*
5 *Communicatio priuilegiorum ſe extendit ad conceſſa, & quando etiam ad concedenda.*
6 *Priuilegia conceſſa vni loco Religionis fiunt cõmunia totius Religionis.*
7 *Priuilegia conceſſa certis locis, aut perſonis cõmunicantur Cleric. Regul.*

1 CVm de iure communi prohibeatur mendicantibus fundare nouos conuentus abſq. Sedis Apoſtolicæ licentia, emanauerunt plura Priuilegia concedentia, poſſe fundari cum ſola Epiſcopi licentia. Magis autem Recentia ſunt priuilegium conceſsũ à Paulo V. Carmelitis diſcalceatis, *anno* 1605.in ſua Cõſtit.10.quæ incipit *Ad Ecclesia.*& *anno,* 1618. priuilegium ab eodẽ Pontifice cõceſſum Monachis Fulienſib. *in Bulla,*quæ incipit, *Miniſterio.* Et nouiſſimè priuilegium conceſſum ab Vrbano VIII. Fratribus Minoribus diſcalceatis de Obſeruantia Prouinciç S. Io. Baptiſtæ in Hiſpania ſub *die* 15 *Iunij.* 1639. *in Conſtit.* quç incipit. *Cum ea, quæ propter.* apud Petrin. *de Priuileg.* Regul. *tom* 3. *in vlt. addit.* Conſtit.26. *inter nouiſſ. Conſtit.* Vrbani VIII. vbi §. 3. habetur. *Et inſuper Modernis eidem Michaeli, & pro tempore exiſtentibus miniſtro.* Prouinciali, Cuſtodi, De*finitoribus, Guardianis, & fratribus dicta Prouinciç, vt quaſcunque domos, ſiue Heremitoria, ſeu loca, ſi quç ſibi à pijs Chriſti fidelibus in Hiſpania partibus conceduntur, recipere, & in illis Cõuentus ſui ordinis erigere, & fundare, ſeruata tamen aliàs ſacrorum Canonum, & Decretorum S.Concil.Tridentini forma de ſola Ordinarij licentia, ac nullo quarumuis aliarum perſonarum cuiuſuis Ordinis, Congregationis, aut Inſtituti Regularium deſuper requiſito conſenſu, et in domos ſui Ordinis, ac Prouinciç Præfatç cum Eccleſia, & erigere, & fabricare facere &c. licentiam, & facultatem perpetuò concedimus.* Et §.13. derogat ſpecialiter Conſtitutioni Bonifacii VIII. Cap. *Cum ex eo.* De *exceſſib. Prælat. in* 6. in qua prohibentur Mendicantes erigere Monaſteria ſine licentia Sedis Apoſtolicæ.

2 Circa hoc autem priuilegium eſt obiter aduertendum, quod facit etiam pro dictis in *quaſt. praced.* Quod clauſula, *Seruata ſacrorum Canonum forma,* non infert, quod debeat obtineri conſenſus Pontificis pro erigendis Monaſteriis, cum in hoc priuilegio adſit huiuſmodi clauſula, & tamen per ipsũ concedatur, quod ſine tali licentia, ſed concedente tamen Ordinario loci, fundari poſſint. Vnde neque in Conſtitutione Vrbaui VIII. de qua, *quaſt. praced. num.* 10. inferet neceſſariò, quod ſit obtinenda licentia Apoſtolica, ſed ſolum quò ad eos, quibus talem neceſſitatem imponunt ſacri Canone.

3 His præmiſſis reſoluendom eſt. *Erectionem Conuentus factam ante Conſtitutionem Innocentij X. ſine licentia Apoſtolicç Sedis poſſe ſubſtineri etiam virtute priuilegiorum.* Hoc concluditur ex eo, quod adſunt reuera priuilegia concedentia erectionem Monaſteriorum abſque licentia Apoſtolica; & hæc priuilegia ante Conſtitut. Innocentii X. erant in ſuo robore, quia nõ fuerunt reuocata per Conſtitu-

ſtitutiones diſponentes de fundatione conuentuum, quia de hoc nihil diſponūt, ſed ſolum addunt aliàs ſolemnitates ſeruandas, & præſertim priuilegium Vrbani VIII. quod poſt omnes dictas Conſtitutiones emanauit. Cum ergò priuilegia fiant per communicationem propria participantium, ità vt ſint ipſorum independenter à primis conceſſionarijs, vt obſeruant communiter Doctores Abbas, *in Cap. Cum acceſſiſſent*. De *conſtit.* Syluester *verbo*. Priuilegium. *quæſt.* 11. *in fine*. Mandos. *de Priuileg. ad inſtar. quæſt.* 2. *num.* 9. Rodriquez, *quæſt. regul.* 58. *ar.* 4. *to.* 2. Corduba *in Addit. ad Compend. priuileg. Mendicant.* verbo. *Communicatio*. in fine. Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 16. *num.* 16. fit, quod eodem modo potuerint ſine licentia Apoſtolica Monachi fundare conuentum, ac poſſunt, qui primò hoc priuilegium obtinuerunt.

4 Et propterea communicationem priuilegiorum operari, vt priuilegia perinde ſe habeant, ac ſi in ſpecie fuiſſent conceſſa, tradunt communiter Doctores, Io. Crot. *in l.* 1. *num.* 13. *ver. Vltima concluſ. ff. De leg.* 1. Iacob. de Nigro. *num.* 5. Bertrand. *conſil.* 149. *num.* 2. *lib.* 1. Burſat. *conſil.* 383. *num.* 2. Oldrad. *conſil.* 300. ver. *Præſertim in facto* Paris. *conſil.* 22. *num.* 5. *lib.* 4. Natta *conſil.* 432. *num.* 9. *lib.* 1. Rota, *deciſ.* 8. *num.* 5. *par.* 2. & coram Creſcent. *deciſ.* 9. *num.* 5. *par.* 2. *Diuer.* & *in Bononien. Exemptionis.* 25. *Maij.* 1618. coram Veroſpio. Quæ eſt apud Tamburin. *De iure Abbatis deciſ.* 31. *num.* 8. & *in Ianuenſi priuilegiorum.* 24. *Iunij.* 1647. coram Chiſilerio, & *in in eadem* 28. *Iunij* 1649. coram Eminen. Corrado, & *in Cracouienſi Quartæ funeral.* 25. *Maij* 1646. coram Peutingero. & *in Romana iurium funeraliũ* 4. *Iulij* 1653. coram Vallisoletano. Vnde prædicti Monachi tanquam in ſpecie priuilegiati ad non petendam licentiam Apoſtolicam pro erectione Conuentuum potuerunt abſque ipſa fundare cum ſola licentia Ordinarij.

5 Huic tamen reſolutioni obſtare videtur, quod Monachi, de quibus agitur, non fruantur prædictis priuilegiis tanquã conceſſis poſt communicationem priuilegiorum ab iiſdem obtentam. Nam cõmunicatio ſe extendit ſolum ad priuilegia conceſſa tempore communicationis, vt tradunt Ripa *in l.* 1. *ver. Secundò declara. ff. De leg.* 1. Mandos. *De priuileg. ad inſtar. gloſ.* 14. *num.* 6. Suarez, *lib.* 8. *De legib. cap.* 15. *num.* 3. Cœterum licet communicatio priuilegiorum non ſe extendat vltra iam conceſſa, Si tamen Pontifex declaret, ſe intendere communicare etiam concedenda, cõmunicatio eſt etiã quò ad concedenda in futurum, vt expreſsit Imperator in *l. Omnia. C. De Epiſcop. & Cler.* ibi. *Omnibus priuilegijs, quę eadem S. Eccleſia, vel nunc adipiſcitur, vel poſtea merebitur.* Communicatio autem priuilegiorũ conceſſa prædict. Monachis comprehendit etiam in futurum concedenda.

6 Secundò obſtare poteſt, quod priuilegium conceſſum ab Vrbano VIII. Fratribus Minoribus Diſcalceatis de obſeruantia eſt tantum pro ſpeciali prouincia S. Io. Baptiſtæ in Hiſpania: & proinde tanquã particulare, & pro certo loco non venit ſub communicatione priuilegiorũ Religionum. Occurrendum tamen eſt. Quod per conceſſionem factam ab Alexandro VI. Congregationi Monachorum S. Iuſtinæ, *ſub die* 1. *April.* 1501. *in Conſtit.* 110. *n.* 21. Bullar. Caſin Priuilegia conceſſa vni Monaſterio fiunt cõmunia toti Religioni, quod etiam iiſdem conceſſit Leo X. vt in *Conſtit.* 129. *num.* 22. & alij Summi Pontifices. Vnde cum dicti Fratres Minores participent per communicationem hoc priuilegium, dictum Priuilegiũ de fundatione monaſteriorum ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, erit commune toti Religioni, & tanquam tale veniet ſub cõmunicatione priuilegiorum Religionis.

7 Accedit etiam, quod nonnullæ Religiones habent communicationem priuilegiorum, non ſolum quæ concedũtur cœteris Religionibus in communi, ſed etiam eorum, quæ conceſſa ſunt, & concedentur in futurum quibuslibet perſonis, locis, &c. vt in ſpecie communicauit nobis Cler. Regular. Gregor. XIV. in ſuis litteris in forma Breuis *ſub die* 5. *Apr.* 1591. vbi inter alia hæc habentur. *Eiſdẽ Congregationi, & Clericis, vt vltra priuilegia,*

gia, et alia ſibi conceſſa prædicta omnibus, & ſingulis alijs priuilegijs, exemptionibus, facultatibus, indultis, indulgentijs, & peccatum remiſſionibus, & relaxationibus, cæteriſque gratijs, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibuſuis Religionibus, Congregationibus, & Ordinibus, quocumque nomine nuncupentur, etiam mendicantium: ac tàm virorum, quàm mulierum, eorumque monaſterijs, Domibus, & alijs pijs locis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos dictamque Sedem hactenus quomodolibet conceſſis, & impoſterum concedendis, ac quibus illorum vtriuſque ſexus perſonæ de iure, vel conſuetudine, aut ex priuilegio, vel aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum in his, quæ eorum regularibus Inſtitutis non aduerſentur dumtaxat, non ſolum adeorum inſtar, ſed æquè principaliter, ac pariformiter in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi eiſdem Congregationi, & Clericis ſpecialiter, & expreſsè conceſſa forent, vti potiri & gaudere liberè, & licitè valeant, perpetuò concedimus, & indulgemus, illaq; eis communicamus, & concedimus, & ad eos extendimus. Vbi notanda ſunt illa verba. *Eorumque Monaſterijs, Domibus, & alijs Pijs locis per quoſcunque Romanos Pōtifices prædeceſſores noſtros, ac Nos dictāque Sedem hactenus quomodolibet conceſſis etiā impoſterum concedendis, ac quibus illorum triuſque ſexus perſonæ de iure, vel conſuetudine, aut ex priuilegio, vel aliàs quomodolibet vtuntur.* Quæ ſatis oſtendunt enixam Pontificis voluntatem comprehendendi omnia priuilegia, emanata, & emananda in fauorem cuiuſcumque, dum oſtendit ſe velle illa comprehendere ſecundum totam ſuam amplitudinem, quam poſſunt habere præſertim, quia ſubnectit aliquas clauſulas, quibus mentem ſuam declarat, quod velit comprehendere etiam ea, quæ non veniunt ſub generali communicatione iuxta ea, quæ tradunt Mādos. *De priuileg. ad inſtar. quæſt.4. num.7. vet. Quæ omnia.* Rota *deciſ. 30. per totam. tom.2. par.4.* Recent. & *deciſ.63. numer.4. par. 5.* Recent. & in puncto huius communicationis in *Ianuenſi priuilegiorum* *28. Iunij.* 1649. *ver. Quia non procedit.* coram Eminentiſſ. Corrado.

An pro fundando nouo Monaſterio ſufficiat tacita licentia Ordinarij. Qu. 248.

S V M M A

1 *Pro fundandis Monaſterijs an ſufficiat tacita licentia Ordinarij.*
2 *Poſt Conſtitutionem Vrbani VIII. non ſufficit.*
Caſus legis facit ceſſare dubium.
3 *Dictio, Niſi, concedit in caſu excepto à prohibitione.*
Dictio, Niſi, *eſt taxatiua.*
4 *Tacita licentia Ordinarij pro fundandis Monaſterijs modo non habet locum.*

---

1 QVod ſufficiat tacita licentiæ Ordinarij, tradunt Silua, *de Beneficijs par.1. quæſt.6. n.21.* Azor. *par.2. lib.9. cap.3. quæſ. 2.* Riccius, *deciſ.* 168. *num.2. par.4.* Merol. *tom.3. Theol. moral. diſp.7. num.*146. Nouar. *in nouo iure Pontificio concluſ.1. aliàs 10. n. 2. tit. De ædifican. Monaſter.* Donatus, *in Praxi ter, Regul. par.2. tit.1. De monaſter. ædific. quæſt. 11. num.2.* Barboſa, *de poteſt. Epiſ. allegat. 26. num.2.* Rota, *in Barchinonenſi fundationis. 20. Nouemb.* 1627. coram Eminentiſſ. Panzirolo. Fundamentum eſt Quia taciturnitas illius, qui poſſet, & deberet contradicere, operatur ſufficientem conſenſum.

2 Sed miror, quod ex præfatis Doctoribus, qui ſcripſerunt poſt Conſtitutiones Pontificias circa erectionem conuentuū, ità opinati ſint, cum hæc opinio nullo modo ſubſiſtere poſſit. Itaque tenendum eſt. *Requiri expreſſam licentiam Ordinarij.* Ità ſtatuitur ab Vrbano VIII. *in ſua Conſtit. 27. §.2, tom.4. Bullarij.* quæ edita fuit *anno* 1624. *ſub die* 28. *Auguſti.* ibi. *Niſi de expreſſa Ordinariorum licentia.* Si ergo Pōtifex requirit expreſſam licentiam, non ſufficit tacitā. Sumus enim in caſu, de quo lex diſponit: & ideò ceſſat omne dubium

dubium iuxtà ea, quæ notant Gloſ. *in. l. Ancillas*. C. De *furt*. Craueta, *conſil.* 373. *n.* 7. Corn. *conſil.* 136. *num.* 3. Bec. *conſil.* 112. *in fine. vol.* 1. Zaſius, *conſil.* 10. *numer.* 97. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 58. *num.* 3.

3 Quod etiam declarat dictio, *Niſi*, quæ cum ſequatur prohibitionem, concedit in caſu ſequenti expreſſo, & exceptuato à prohibitione. *l.* Si *ſeritatis. ff.* De *ſer.* & notant Batt. *in l. Actione.* C. De *tranſact.* Ias. Caſtrens. Dec. Alexan. & alij *ibid.* Paris. *conſil.* 30. *num.* 35. *li.* 2 Decian. *conſil.* 31. *num.* 20. *lib.* [ii]. Menoch. *conſil.* 501. *n.* 57. Vnde à dicta prohibitione remanet tantum exceptus caſus expreſsæ licètiæ Ordinarii; non autem caſus tacitæ licentiæ. Præſertim, quia hæc dictio, *Niſi*, eſt taxatiua, vt in *l. Conſulta*, C. De *teſtamentis*, & notant Couaruu. *Cap.* 4. *De ſponſalib. par.* 2. *§.* 1. *num.* 8. & ideò taxat ſolum caſum expreſſæ licentiæ Ordinarii.

4 Deniq. Cum non poſſit Ordinarius concedere licentiam erigendi nouos cõuentus, niſi certa forma ſeruata, quæ præſcribitur in Conſtitutionibus Clementis VIII. Gregorij XV. & Vrbano VIII. de hac materia, non poterit ſufficere licentia tacita. Quia pro ſeruanda forma in ijsdẽ Cõſtitutionibus præſcripta requiritur cognitio cauſæ, ità vt conuocari debeant cœteri Regulares, & ſumi in formatio, an Conuentus erigendus poterit congruè manuteneri, & eiuſdem Religioſi cõmodè ſubſtentari, & abſq. detrimento præexiſtentiũ in loco. Et proindè neceſsariũ eſt, quod Ordinarius cognita cauſa pronunciet, quid ex ipſa reſultet eo, quod Religioſi volentes fundadare expectent iudicium Epiſcopi, & eiuſdem approbationem; vnde nullo modo poterunt fundare innixi ſoli eiuſdem taciturnitati.

An ſi Ordinario conſtet, quod Regulares introducẽdi poſſint commode ſubſtentari ſine aliorum detrimento, debeat cæteros Regulares audire. Quæſt. 249.

S V M M A.

1 *Ordinarius poteſt introducere nouam Religionem conſentientibus cæteris, aut ſi ipſi conſtet, poſſe ſubſtentari ſine aliorum detrimento.*
2 *Debet ſemper audire alios Religioſos etiam ſi ipſi conſtet &c.*
Quia debet conſtare cauſa cognita.
3 *Lex noua accipienda ſecundum antiquam.*
4 *Lex præcedens ſeruanda ſimul cum noua, quando illi non derogatur.*
5 *Diſpoſitio Gregor. XV. recipit declarationem à diſpoſitione Clemen. VIII.*
6 *Diſiunctiua eſt inter conſenſum Regularium, & inter id, quod conſtet Ordinario nouos Religioſos ſubſtentari poſſe &c.*
Diſiunctiua, Vel, *ponitur inter diuerſa, ſed quæ ſint aliquo modo vnum.*
7 *Pro fundando nouo Monaſterio, vbi non ſunt alij Religioſi incolarum conſenſus adhibendus.*

1 SVb diſiunctione decernit Pontifex Gregorius XV. in *ſua Conſtitutione*, Cum aliàs, *ſub die* 17. *Auguſti*, 1622. quæ eſt, 31. *tom.* 4. *Bullar.* quod Ordinarij non poſſint concedere licentiam erigendi noua Monaſteria, niſi *Priores, ſeu Procuratores aliorum Monaſteriorum, Conuentuum, ſeu Domorum aliorũ Religioſorum, vel Congregationum, aut Societatum, ſeu Inſtitutionum huiuſmodi, nõ ſolum in prædictis, ſed etiã in alijs per quattuor millia paſſuum circumuicinis locis ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni conſenſerint. Vel aliàs locorum Ordinarijs conſtiterit*, Religioſos *Monaſterij, Conuentus, ſeu Domus regularis ſic erigendi, ſeu erigendæ abſque detrimento* Religioſorum *in Monaſterijs, ſeu* Domibus *antea in Ciuitatibus, ſeu locis huiuſmodi erectis, degentium ibi in numero duodecim commodè, & congruè manuteneri & ali poſſe*, Inſurgit autem dubium,

dubium, an ſtante hac diſiunctione poſſit Ordinarius, ſi illi conſtet, nouos Religioſos poſſe ſine aliorum detrimēto ſubſtentari, concedere licentiā erigendi monaſterium non auditis cœteris Religioſis, an verò adhuc teneatur audire.

2 Reſoluendum autem. *Ordinarium pro concedenda licentia erigendi noua Monaſteria debere ſemper audire cæteros Religioſos, etiam ſi aliàs ſciret, poſſe nouos ſubſtentari abſque aliorum detrimento*. Ratio eſt. Quia non debet Ordinario quomodocunque conſtare, quod noui Religioſi poſſint quomodocunque ſubſtentari abſque aliorum detrimento, ſed cauſa cognita. Quod licet non explicetur in dicta Conſtit. Gregorii XV. explicatur tamen in Conſtit. Clement. VIII. *Quoniam ad inſtitutum*, *ſub die* 23. *Iulij* 1603. §. 1. & eſt Conſtitutio 99. *eiuſdem Pontificis tom*. 3. *Bullar*. ibi. *Niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem* Ciuitatibus, *& locis exiſtentium Conueutuum* Prioribus, *ſeu* Procuratoribus, *& alijs intereſſe habentibus*, *& cauſa ſeruatis ſeruandis cognita conſtiterit in eiſdem Ciuitatibus & locis nouos huiuſmodi erigendos conuentus ſine aliarum detrimento commodè ſubſtentari poſſe*. Ex quibus cōſtat, quod vult cauſa cognita, & auditis Religioſis conſtare debere; neque enim cauſa cognita conſtare poſſet, niſi cœteri Religioſi audirentur.

3 Vnde cum lex poſterior noua accipienda ſit ſecundum legem antiquam. *l. Non eſt nouum*. & *l. Sed & poſteriores. ff. De legib*. & *l. Sciendum. ff.* Qui *ſatisd. cogan*. Et obſeruant Gloſ. & Bar. *ibid*. Menoch. *conſil*. 150. *numer*. 44. Vincent. de Franch. *deciſ*. 435. *num*. 24. Hartiman. Piſtor. *quæſt*. 38 *num*. 29. Bertazol. *conſil* 93. *num*. 7. Cacheran. *deciſ. Pedemont*. 137. *num*. 17. diſpoſitio Gregorii XV. debet accipere declarationem à diſpoſitione Clementis VIII. vt ſcilicet conſtare debeat Ordinario, quod noui Religioſi poſſint ſubſtentari abſque detrimento aliorum, cauſa cognita, & auditis cœteris Religioſis.

4 Rurſus, cum conſtet, quod Conſtitutio Gregorii XV. non deroget expreſsè Cōſtitutioni Clementis VIII. quòad modum præſcriptum pro acquirenda notitia, an poſſint noui Religioſi commodè ſubſtentari abſque aliorū detrimento, nec etiam tacitè, cum nihil ponat, quod ſit incompoſſibile cum modo præſcripto in conſtitutione Clementis, erit ſeruandus modus præſcriptus à Conſtitutione Clementis, *l. Præcipimus, in fine*. C. De *appellat*. & *l. penult*. C. Per *quas perſon. nob. acquir*. & notant Bald. *ibid. in fine*. Dec. *conſil*. 3. *n*. 7. Rota *in Ianuenſi Priuileg*. 24. *Ianuar*. 1648 coram Roias, & in *Crauocienſis fundationis Monaſterij* 19. *April*. 1649. & 20. *Iunij*. 1650. coram Celſo.

5 Præſertim quia Vrbanus VIII. in *ſua Conſtit*. Romanus Pontifex *ſub die* 28. *Auguſti* 1624. quæ eſt. 27. *tom*. 4. *Bullar*. cōfirmat tam conſtitutionem Gregor. XV. quàm Clement. VIII. de erectione conuentuum, & ideò circa modum cognoſcendi, an noui Religioſi ſine aliorū detrimēto poſſint commodè ſubſtentari, ſeruanda eſt diſpoſitio Clement. VIII. ita vt diſpoſitio Gregor. XV. ab ipſa recipiat declarationem iuxta ea, quæ notāt Gloſ. *in l. Sciendum. in it. ff* Qui *ſatisd. cog*. Iaſ. *n*. 4. ver. *Tertiò. limita*. & cœteri Doctores *ibid*. Socin. iun. *conſil*. 131. *numer*. 36. *lib*. 1. Imola *in l.* Si *verò*. §. De *viro. ff*. Soluto *matrim*. Ruin. *conſil*. 29. *num*. 5. *lib*. 3.

6 Ex quibus deducitur. Quod diſiunctiua, quam adhibet Pontifex Gregor. XV. & de qua dictam eſt ſupra *num*. 1. non cadit inter conuocationem, atq. auditionem aliorum Regularium ex vna parte, & ex alia inter notitiam, quam habeat Ordinarius, quod noui Religioſi poſſint ſine aliorum detrimento ſubſtentari; ſed inter hanc notitiam, & conſenſum aliorum Religioſorum; ita vt aut ſit neceſſarius huiuſmodi conſenſus; aut ſi negetur, conſtet Ordinario, quod noui Religioſi poſſint ſine aliorum incōmodo ſubſtentari, & proinde irrationabiliter denegetur. Dictio enim diſiunctiua, *Vel*, ponitur, quidem inter diuerſa, ſed quę tamen aliquo modo idem importent, vt obſeruant Grat. *conſil*. 43. *numer*. 17. *vol*. 1. Roman. *conſil*. 83. *num*. 2. Mandos. *ad Reg*. 1. *Cancellar. quæſt*. 10. *numer*. 18. Rota *deciſ*. 229. *num*. 25. *par*. 7. *Recent*. Quod ſolum conuenit cōſęnſui aliorum Regularium,

& no-

& notitiæ, quod introducēdi poſsint commodè ſubſtentari; quæ licet ſint diuerſa rendunt tamen ad eumdem finem, & habent cauſare eumdem effectum; & ideò ſunt aliquo modo idem.

7 Et quæ dicta ſunt, confirmantur ex eadem Conſtitutione Gregor. XV. in qua ſtatuit, quod vbi non ſunt Religioſi alii, antequam Ordinarius concedat licentiam, fundandi Monaſterium diligenter inquirat, & audiat loci incolas, & illorum conſenſum exquirat, an valeant eos ſubſtentare. Ex quo conſtat, quod vult ſemper adhiberi cauſæ cognitionem, vt poſsit legitimè conſtare, an ſubſtentari poſſint. Vnde quando ei conceditur dare licentiam fundandi Monaſterium, intelligitur ſi aliàs ei conſtiterit præmiſſa cauſæ cognitione, & cœteris Regularibus auditis, poſſe commodè ſubſtentari.

An Ordinarius poſſit concedere licentiam fundandi Monaſterium, in quo duodecim Religioſi ſubſtentari non poſſint. Quæſt. 250.

SVMMA

1 *Diſpoſitio Gregor. & Vrbani circa numerum Religioſorum pro ſingulis Conuentibus.*
2 *Diſpoſitio Innocentij X.*
3 *Ordinarij non poſſunt concedere licentiam fundandi Monaſteria, in quibus non poſſint ſubſtentari duodecim Religioſi.*
Lex eſt omninò ſeruanda.
4 *Clauſula Decreti irritatis annullat contraria.*
5 *Præſeruat legem contra contrarium vſum.*
6 *Conſtitutio Vrbani nō concedit fundari Monaſteria, ſi duodecim Religioſi non poſsint ſubſtentari, ſed ſi fundentur in pœnam ſubijcit Ordinario.*
7 *Conſtitutio Innocentij X. non diſponit de Monaſterijs fundandis.*
8 *Excipi poteſt contra licentiam fundandi, ſi duodecim Religioſi ali non poſsint.*
Exceptio de ſe eſt perpetua.

1 DIfficultatē facit diuerſitas diſpoſitionum, quæ reperitur in Pontificiis Conſtitutionibus; nam Gregor. XV. in ſua Conſtit. *Cũ aliàs* Paſqualig. Quæſt. Select. ſub *die 17. Auguſti* 1622. quæ eſt 31. *huius Pontificis tom. 3. Bullar.* expreſſe prohibet, erigi conuentum, Niſi in eo ſaltem duodecim Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi inhabitare, ac ex redditibus, ac conſuetis eleemoſinis ſubſtentari valeant. In Decretis vero, *d. celebrat. miſſar. editis iuſſu Vrbani VIII. ſub die 21. Iunij* 1625. vt in Bullar. ſub tit: *Conſtit.* 45. §. 14. innouatur diſpoſitio prædic. Gregor. XV. Et additur. *Alioquin Monaſteria, & loca huiuſmodi poſthac recipienda, in quibus duodecim Religioſi. vt ſupra. ſubſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur*, Quibus videtur tacitè concedi licentia erigendi monaſteria, quamuis duodecim Religioſi in iis ſubſtentari non valeant.

2 Rurſus etiam Innocent. X. in ſua Conſtit. *Vt in paruis*, edita ſub *die Februar.* 1654. quæſt. 32. *huius Pontificis*, videtur admittere Conuentus, in quibus ſex tantum Religioſi ſubſtententur, non ſolum de conuentibus, in quibus erat præfixus ſufficiens numerus Religioſorum, & de præſenti ob diuerſas cauſas nō poteſt ſubſtentari talis numerus, ſed etiam de conuentibus ſuppreſsis, & reſtitutis, & ſolum decernit, quod ſubſint viſitationi correctioni, & omnimodæ iuriſdictioni Ordinarii loci, quando in eis non ſubſtentabūtur ſaltem Religioſi ſex. Non derogat tamē, ſed præſeruat Decreta Vrbani VIII. quò ad conuentus erectos poſt diem 21. Iunii. 1625.

3 Cœterum tenendum omninò eſt. *Quod non poſſit Ordinarius concedere licentiam erigendi Conuentus, in quibus duodecim Religioſi ſubſtentari non poſſint.* Et proinde, quando arbitrabitur, an de nouo introducendi ſubſtentari poſsint abſque aliorum detrimento, arbitrari debebit habita ratione prædicti numeri. Ratio eſt. Quia lex prohibens fundari Monaſteria, in quibus duodecim Religioſi nō poſſint ſubſtentari, eſt clara, & manifeſta in prædic. Conſtit. Gregor. XV. neque ipſi per ſubſequentes Conſtitutiones, de quibus modo dictum eſt, derogatur; imò con-

qua inter alia ſtatuit, quod abſque vlla declaratione ſubſint ipſo facto ſententiæ excommunicationis. *Qui pro ſeipſis principaliter animo, & intentione ex poſtmodū in fauorem aliorum, etiam quantumuis idoneorum, & benemeritorum cum ſimili penſione, aut commodo, aut etiam ſine eo reſignandi obtinere* (beneficia) *procurauerint*.

2 Ex quibus conſtat, lapſum fuiſſe Machadum, *to.2.lib.3.par.3.trac.2.docum.8.nu.11.ver. Qua peccado.* dum reuocat in dubium exiſtentiam prædictæ Bullæ Pauli. Si enim ad Bullarium recurriſſet, vt facilè fuit, eam repetiſset, quod certè præſtare debuit, antequam dubitaret, quia reuocādo in dubium, reuocat in dubium etiam fidelitatem Filliuccij, à quo fatetur afferri. Nec etiam dubitari poteſt, an ſit vſu recepta, cum id conſtet ex praxi; nam coadiuuatur eiuſdem obſeruantia iuramento, quod exigitur ab impetrantibus hic in Curia, quod non impetrent animo reſignandi &c.

3 Vnde difficultas eſt, an afficiat eos, qui impetrant beneficia animo reſignandi, non quidem in fauorem alicuius, ſed abſolutè, & liberè abſque penſione &c. Gonzalez, *ad Regul. Cancel. gloſ. 15. num.90.* videtur tenere, quod comprehendat etiam ſimplicem, & liberam dimiſſionem, dum iuxta dictam Bul. non admittit doctrinam Nauar. mox citandi, quod non prohibeatur animus ſimpliciter dimittendi. Tenendum eſt. *Dictam Conſtitutionem non afficere, niſi eos, qui impetrant beneficia animo reſignandi in alterius fauorem, non autem, qui impetrant animo dimittendi ſimpliciter*, facit doctrina Nauat. *De orat. cap.21. num.12.* & *Miſcellan. 40. aliàs 44. n.2.* & ita tradunt Garzia *de benefic. par.11. cap.3. num.91. circa fin.* Bonac. *diſp.2. de cenſur. in part. quæſt. 3. pun.28. num.4.*

4 Ratio eſt. Qui lex non loquitur ſimpliciter, & abſolutè de reſignatione, ſed de reſignatione in fauorem alterius, ibi. *Animo, & intentione ex poſtmodum in fauorem aliorum quantumuis idoneorum, & benemeritorum reſignandi* &c, Cum ergò loquatur de reſignatione in fauorē aliorum, non comprehendet liberám dimiſſionem. Neque enim diſpoſitio ea comprehendit, quibus verba diſpoſitionis nō quadrant, *l.4. §. Toties ff. De dam. infec.* & *l. Quod conſtitutum, ff.* De milit. teſtam, & notant Felin. *in Cap. Nonnulli. n. 34. ver. vbi verba.* De reſcrip. Roman. *conſil. 442. num.2.* Socin. *conſil. 55. num. 4. lib. 1.* Bald. *conſil. 486. circa init.* ver. *Secundò prob.* Alex. *conſil. 17. numer. 8. lib.2.* Dec. *conſil. 594. num.2.* Rota *deciſ. 434. num. 5. in fine par. 3. Recent.*

5 Similiter dic. Conſtitutio non comprehendit impetrantes beneficia animo permutandi, vt obſeruant etiam Garzia *de benefic. par.11. cap.3. num.191.* Gonzalez, *ad Reg.8. Cancel. gloſ.15. n.90.* Bonac. *diſp.2. de cenſur. in part. quæſt. 3. pun. 28. num.4.* Quia ſimiliter diſponit ſolum de habentibus animum reſignandi in fauorem alterius: non autem de habentibus animum permutandi, & ideo cum non quadrent verba, nec etiam locum habebit diſpoſitio. Præſertim cum ſit pœnalis; quæ ſtrictè accipienda eſt, nec admittit extenſionē. *l. penul. ff.* De pœn. & Cap. *Odia De reg. iur. in 6.* & notant communiter Doctores Bald. *in l. Cum proponas. circa fin.* C. De hæred. inſtit. Cagnol. *in l. Factū. §. In pœnalib. ff.* De regul. iur. Craueta *conſil. 205. num.31.* Roland. *conſil.27. n.19. vol.1.* Bec. *conſil. 102. num.31.* Natta *conſil. 339. num.6.* Felin. *in Cap. Cauſam, quæ. num.27.* ver. *Et reſcriptum.* De reſcript. Paris alios allegans. *conſil. 89. num. 38. lib.2.* Afflict. *deciſ. vlt. num.17.* Surd. *conſil.386. num.28. lib.3.* Rota *deciſ.489. num. 5. par.4. Recent.*

6 Verum, quamuis ſimplex dimiſſio; aut permutatio non comprehendantur ſub *dic. Conſtit.* Pauli IV. comprehendūtur tamen ſub iuramento, quod hic in Curia exigitur tempore examinis in beneficiis reſidentiæ Iurant enim impetrātes, quod non accipiant beneficium animo dimittendi, de quo meminit Paris, *de reſignat. lib.9. quæſt.10. in fine.* Gonzalez mox citand. Garzia, *de benefic. par.8. cap.2. num.35.* Quod autem dictum iuramentum complectatur etiam ſimplicem, & liberam dimiſſionem, tradunt Gonzalez *ad Reg.8. Cancel. gloſ.11. num.90.* Garzia,

de be-

de beneſic. par. 11, *cap.* 3. *num.* 191. Et rectè. Quia iuramentum eſt abſolutè de non habendo animo dimittendi; & ideò debet talis animus excludi; qui quidem non excluditur, ſi adſit animus de ſimplici dimiſſione, aut de permutatione, nam etiā in permutatione dimittitur beneficium. Et hoc factum eſt ad euitanda inconuenien tia, quæ oriuntur ex impetratione beneficiorum cū animo dimit endi, quia fieri poteſt, quod impetrentur, vt excludantur alii, ne impetrent, vt dimittatur in talibus circūſtantiis, vt conferendūſit certę determinatę perſonę, et alia huiuſmodi.

7 Et hoc locum habebit in beneficio aliàs ſimplici, ſi tamen ex lege fundationis reſidentiam requirat. Nam ſi conſeratur iuramentum, eumdem effectum præſtabit, quem præſtat quò ad alia beneficia. Et hæc obſeruantia ſubſequuta declarabit, quod diſpoſitio de exigendo tali iuramento locum habeat etiam in hoc caſu. *l. Si de interpret. ff.* De l gib. & notant Rota *deciſ.* 150. *num.* 27. *par.* 5. *Recent.* & *deciſ.* 14. *n.* 4 *par.* 7. *earumd.* *Recent.*

8 An autem dicta Conſtitutio Pauli IV. & prædictum iuramentum complectatur etiam intentionem, & animum conditionalem reſignandi in fauorem alterius, aut liberè dimittendi, ſeu permutandi. Negatiuè reſoluendum eſt. Ità etiā Garzia *par.* 11. *de beneſic. cap.* 3. *num.* 191. Hoc enim ſequitur ex natura condicionis, quæ ſuſpendit actum, & facit, quod non adſit, niſi ipſa exiſtat, *l. Cedere diem. ff. De verbor. ſignificat.* & *l. Hac venditio init. ff.* De contrahen. empt. & *l. Neceſſariò. S. Quodſi pendente. ff.* De peric & com. rei ven. Et notant Cephal. cum aliis. *conſil.* 56. *nu.* 12. *vol.* 1. Alex. *in l. Pecuniam. ff.* Si cer. pet. Socin. & alii *ibid.* Peregrin. *de fideicom. ar.* 43. *num.* 16. Surd. *deciſ.* 202. *num.* 5. Rota coram *Durano*, *deciſ.* 146. *num.* 47. Quod enim ſub conditio eſt, conditione non purificata non attenditur; ſed perinde ſe habet, ac ſi non exiſteret, vt obſeruant Caſtrenſ. *in l. Ex litteris.* C. Quādo, *dies leg. ced.* Dec. *Reſpon.* 21. *n.* 8. *lib.* Surd. *dec.* 210. *n.* 5. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 29. *n.* 3. Rota *in Aſculana nullitatis laudi* 5. *Iulij* 1589. corā Litta, *& deciſ.* 378. *n.* 2. *par.* 3. Rec.

9 Maior difficultas eſt, Si intentio retinendi ſit ſub conditione impoſſibili, aliàs dimittendi, niſi eueniat hæc conditio, vt ſi intendat retinere, ſi Papa diſpēſet ſuper reſidentia, aut alia ſimili, alioquin dimittendi. Reſp. In hoc caſu habere locum tum Conſtitutionem Pauli IV. tum etiam prædictum iuramentum. Vnde ſi intendat reſignare in fauorem alterius, ſubintrat Conſtitutio Pauli IV. Si verò abſolutè dimittere, aut permutare, ſubintrar iuramentum. Quia cum conditio ſit impoſſibilis, remouet intentionem, quæ ſtat ſub ipſa, *l. Non ſolum. ff. De obligat. & act.* & *l. Impoſſibilis. ff. De verbor. obligat.* Et remanet ſola intentio dimittendi, quæ eſt abſoluta, dum eſt reiecta condicio. Et ideò ſub diſpoſitione legis, & iuramenti.

10 An autem pœnæ Conſtitutionis Pauli IV. contra impetrantes beneficia animo reſignādi in fauorem alteriùs, quę ſunt excōmunicatio ipſo facto incurrēda, amiſſio omniū beneficiorū, inhabilitas ad beneficia in futurum obtinenda, locum habeant, ſi quis cum hac intentione procuret impetrare, ſed non obtineat Negatiuè reſoluit Bonac. *diſp.* 2. *de cenſur. in par. quæſt.* 3. *pun.* 28. *num.* 7. Quia quando aliquis actus prohibetur ſub cenſura, intelligitur de actu perfecto, & conſumato iuxta ea, quæ tradunt Gloſſ. *in cap. In audientia*, & *in cap. Si verò. De ſentent. excom.* Hoſtienſ. *in ſum.* Tit. *De ſentent. excom. nu.* 9. ver. *Imprimis.* Cardin. *in Clemen.* 1. *quæſ.* 3. De pœnit. Nauar. *in cap. Si quis non dicam. De pœnit. Diſt.* 1. Verum quia Conſtitutio Pauli IV. non diſponit de impetratio beneficiorum, ita vt impetratione accipienda ſit cum effectu, ſed de procurantibus impetrare, vt conſtat ex illis verbis *Obtinere procurauerit*, vt violetur Conſtitutio, & locum habeant pœnæ, ſufficit, ſi interueniat actus cōpletus procurandi cum animo reſignandi in fauorem alterius; quia hic eſt ille actus, qui cadit directè ſub prohibitione, & continet totam materiam prohibitam: tanquā eam, quæ obſtat rectæ diſtributioni beneficiorum; nam Pontifex, ſi ſciret prædictum animum, non conferret beneficium; & proinde dum procuratur tali

animo, doloſo modo procuratur.

11 Ex dictis deducitur, quid dicendũ de doctrina; quam tradunt Rodriquez *tom. 1. ſum. cap. 30. num. 6. concluſ. 6.* Vega *par. 1. ſum. cap. 36. caſu 33.* Nauar. *Cap. 25. Manual. nu. 118* Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 45. nu. 12.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. & iur. cap. 34. dub. 26. num. 136.* Vaſquez *opuſc. de Benefic. cap. 3. §. 3. dub. 1. in fine* Palaus *par. 2. oper. moral. tract. 13. diſp. 4. pun. 7. nu. 11.* Nempè procurantem beneficium cum animo dimittendi, non peccare ſaltem mortaliter, dummodò habeat animum inſeruiendi interim, dum retinet; Nam & ſi fortè hoc procedere poſſit, quantum eſt ex natura rei, de qua tamen eſt diffircultas, & neque licere ex natura rei, docent Hoſtienſ. *in Cap. Relatum num. 2. De Cler. non reſident.* Butr. *ibid. num. 8.* Abbas *in fine.* Angel. *verbo.* Clericus. 7. *numer. 6,* Syluester *verbo.* Beneficiũ 3. *in fine.* Gabr. *in 4. diſt. 15. quæſt. 8. ar. 3. dub. 1.* & alii. Et negari nõ poteſt, quin contineat aliquid inordinatum in diſtributione beneficiorum: cum perturbetur, ordo, qui aliàs ſeruaretur in ipſa diſtributione. Attamen ſtante dicta Conſtit. Pauli IV. & prædicto iuramẽto, certũ eſt, interuenire graue peccatũ, quia interuenit periuriũ, et quãdo adeſt animus reſignãdi in fauorẽ tertij, violatur Cõſtitutio, quæ ſub excõmunicatione latæ ſententiæ, & aliis pœnis id prohibet.

12 Au autem, quæ dicta ſunt, locum habeant extra Romanam Curiam, conſtat non habere locum quò ad iuramentum, quia extra ipſam non exigitur. Sed neque conſtitutionem Pauli IV. locum habere, obſeruat Garzia, *par. 11. de benefic. cap. 3, num. 191. in fine.* Et colligitur ex tenore eiuſdem conſtit. præſertim ex Prœmio, in quò Pontifex recenſet abuſus cõtingentes in impetratione beneficiorum in Romana curia, & declarat, ſe velle eos extirpare, & ideo de cœtere &c. Cum autem ex prœmio habeatur cauſa finalis, & mens diſponentis. *l. 1. ff. Ad Macedon. & l. fin. ff.* De *hered. inſtit.* & notant *ibi* Bar. & cœteri Doctores. Craueta, *conſil. 301. nu. 2.* Deciſ. Pedemon. 31. *num.* 10. Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 531. *num.* 5. & coram Merlino, *deciſ.* 558. *num.* 3, & *deciſ.* 348. *num.* 1. *par. 4.* Recent. Vnde cum conſtet Pontificem fuiſſe contemplatum prouiſiones, & impetrationes beneficiorum, quæ fiunt in Romana curia, non autem, quæ fiunt per Ordinarios, prędicta conſtitutio non ſe extendet extra Romanam curiam.

13 Secundò deducitur ex dictis. Nõ violare conſtitutionem Pauli IV. neque iuramentum eum, qui obtento iam beneficio concipit animum reſignandi, aut dimittendi. Quia iuramentum pro ſui obſeruantia ſolum exigit, quod non impetretur beneficium cum animo dimittendi, & conſtitutio, quod nou impetretur cum animo reſignandi in fauorem alterius: pro quo ſufficit, quod in actu impetrationis, non adſit huiuſmodi animus. Et ideò effectuata impetratione, ſi ſuperueniat, etiã ſtatim, huiuſmodi animus, ne que cõſtitutio, neq iuramentũ violabitur.

14 An autem iuramentum, & conſtitutio prædicta procedat non ſolum de habentibus animum reſignandi, aut dimittendi ſtatim, ſed etiam de habentibus talem animum, ſed poſt longum tempus effectuandum, negatiuè reſoluit Garzia *par. 11. de benefic. cap. 3. num. 191.* Et rectè. Quia, dum ſolum habet animũ reſignandi, aut dimittendi poſt longum tempus, habet interim animum abſolutum retinendi, quod eſt illud, quod requirũt prædicta cõſtitutio, & iuramẽtũ. Et cũ animus reſignandi poſt longum tempus, aut dimittendi ſit conceptus in diem incertum. eſt condicionalis, quia dies incertus reſoluitur in condicionem iuxta ea, quæ in ſimili reſoluunt Angel. *in l. Seius Saturninus. numer. 2. ff.* Ad *Trebel.* Alexan. item *num. 2.* Riminal. *iun. conſil.* 334. *n.* 19. Mantica *De coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit.* 18. *num.* 20. Theſaur. *queſt. forenſ.* 68. *num. 7. lib. 1.* Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 346. *n. 6.* vbi etiam Addit. *num.* 8. Animus autem conditionatus dimittendi, aut reſignandi ſupponit abſolutum retinendi, cui tanquam fundamento innititur.

15 Terriò deducitur, non violare conſtitutionem prædictam, aut iuramentum eos, qui impetrant beneficia cum animo retinendi non abſolutè, ſed donec pinguius obtinere potuerint. Ita obſer-

ſeruant Sanchez *lib.7. de matrim. diſp. 45. num. 12.* Bonac. *diſp. 2. de cenſur. in part. quæſt 3. pun.28. num.4.* Nam dictio, *Donec* ſupponit in impetrante animũ retinendi quamuis limitet ad tempus incertũ iuxta ea, quæ obſeruaut Grat. *conſil. 81. num. 26. lib.2.* Socin. iun. *conſil. 76. nu. 13. lib. 1.* Ripa *ſingul. obſeruat. 372. nu.2.* Dec. *conſil. 621. n.7.* Animus autem iſte licet limitatus ad tempus excludit animum de præſenti reſignandi, aut dimittendi.

16 Deinde dictio, *Donec*, reſoluitur in conditionem, *l. Legatum. ff.* De *an. leg.* & *l. Generaliter. §. Duas filias. ff.* De *vſufr. leg.* & *l. Pater Seuerinum. §. fin. ff. De condit. & demonſtr.* & notant Bar. *ibid. ver. Secundò principaliter. Dec. in l. Si quis hæredem. num.7.* C. De *inſtit.* Ruin. *conſil. 43. num.4. vol.2.* Socin. iun. *conſil. 58. numer. 8. vol.3.* Boer. *deciſ. 44. num.3.* Rota *deciſ. 190. num. 6. par. 3. Recent.* Conditionalis enim animus reſignandi, aut dimittendi ſupponit animum abſolutum de præſenti acquirẽdi, & detinendi quod ſufficit pro obſeruantia prędictæ conſtitutionis, & iuramenti.

Quid faciendum, ſi dubium ſit, an beneficium vacauerit poſt mediam noctem menſis reſeruati, aut Ordinarij. Quæſt 245.

S V M M A.

1 *Menſes in ordine ad reſeruationem beneficiorum quomodo computentur.*
2 *In dubio, an beneficium vacauerit poſt mediã noctem, quid faciendum,*
3 *An Gallorum cantus attendendus.*
4 *Iudicandum in fauorem illius, ad quem ſpectat menſis, qui finitur.*
5 *Collator beneficij poſſidet ius conferẽdi, quouſque conſtet elapſum eſſe menſem.*
6 *Poſſidens eſt manutenendus, quouſque conſtet de non iure poſſidendi.*
7 *Reſeruatio eſt certa, quouſque durat menſis reſeruatus.*
Probatio dubia non releuat.
8 *Ordinarius modo non habet intentionem fundatum conferendi omnia beneficia.*
Habens pro ſe præſumptionem iuris transfert onus probandi in alium.
Præſumptio iuris eſt liquidiſſima probatio,
9 *Poſſeſſio transfert onus probandi in alium.*
Non probans ſuccumbit tanquam iure destitutus.

1 MEnſes in ordine ad reſeruationem beneficiorum computantur à pũto mediæ noctis primi diei vſque ad punctum mediæ noctis vltimæ diei, & eodem etiam pacto computantur menſes non reſeruat iuxta, *l. More Romano. ff. De fer.* vbi Doctores, & notãt Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloſ. 11. num. 1.* Nauar. *de Orat. cap.3. nu.34.* Francolin. *De hor. canon. cap.87. & ſequen.* Gonzalez *ad Reg.8. Cancel. gloſ. 11. num.9.* Garzia *De beneficijs par.5. cap.1. num.523.* Pax Iordan. *lib 10. tit. 12. num.43 tom.2. Lucubrat.* Rota plura cumulans *deciſ. 244. nu. 2. par.2. Recent.* & in *Piſtorienſi alternatiua, 16. Octobr. 1558.* coram Quiroga ſiquidem eodem modo computari debent, quo computantur dies, cum menſes non ſint aliud, quam certus numerus dierum.

2 Quia ergò non rarò contingit, quod dubium ſit, an vacatio beneficii per obitum contigerit in menſe reſeruato, an in ſubſequenti, aut è contra, eò, quod circa mediam noctem mors contigerit, quia ſcilicet non adſunt horologia, vt in oppidis, & villis, ideò dubitatur, quid in tali caſu ſeruandũ ſit, an beneficium habendum pro reſeruato, an pro libero. Quod autem in tali caſu attendẽdum ſit ad ea, quæ poſſunt indicare tempus, & præſertim ad Gallorum cantum, tradiderunt illuſtres ſcriptores Gonzalez *ad Reg. 8. Cãcel. gloſ. 12. num. 16.* Ioſeph. Ludouiſ. *deciſ. 166. num.7.* Garzia *par. 5. de benefic. cap. 1. num. 526.* Et quod mirum eſt, Rota Gallorum cantui innixa in hac materia pro nunciauit in *Auerſana Parochialis. 12. Martij. 1562.* coram Oradino, & *deciſ. 67. aliàs 71. lib. in Manuſcrip.* coram Veral. vt refert Garzia modo citat.

3 Non eſſe autem attendendum Gallorum cantum tanquam conniecturam nullius ponderis, obſeruant Polidor. Ripa *de Noctur. temp. cap. 161. num. 3.* Pax Iordan. *lib.10. variar. Lucubr. tit. 12. num. 50.*

in fine, *&* 51. Quia ad nullam horam certā gallorū cantus eſt determinatus. Quāuis enim circa ſolis ortum, ſeu initio aurora continuò cātare ſoleant; hoc tamen præſtant etiam in nocte non vna vice, ſed pluries; & nulla hora determinata, ſed modo vna, modo altera. Nam aliquando cantant poſt initium noctis, aliquando longè ante mediam noctē, aliquando etiā bis, & ter in eadem nocte ante mediam noctem, & in diuerſis horis; & vno incipiente cantare proſequuntur cœteri circumuini, itaut, niſi aliud conſtaret de oppoſito, crederetur dies vicinus, quod infinities experientia didici, & quilibet poterit obſeruaret, vnde ſtante huiuſmodi incertitudine; nullum prorſus motiuum de media nocte ſumi poteſt ex gallorum cantu.

4 Itaque in tali caſu iudicandū eſt in fauorem illius, ad quem ſpectat menſis præcedens, ſiuè ſit Summus Pontifex ſiuè Ordinarius; ità vt præcedens menſis non cenſeatur elapſus, niſi conſtet elapſam eſſe vltimā mediam noctem iuxta ea, quæ in hac materia tradunt Gonzal. *ad* Reg. 8. *Cancel. gloſ.* 11. *num.* 30. Felin. *in Cap. Olim. num.* 10. De *reſcrip.* Fax Iordan. *Variar. Lucubrat. lib.* 10. *tit.* 12. *num.* 54. *&* 56. Caſſodor. *Deciſ.* 3. *De reſtit. ſpoliat.* & *dec.* 2. *de except.* Rota coram Puteo, *deciſ.* 206. *lib.* 3.

5 Ratio deſumitur ex eo, quod is, ad quem ſpectat menſis, qui elabitur, eſt in poſſeſſione ratione illius menſis ad conferenda beneficia vacantia in ipſo: ita vt poſſideat ius conferendi, quouſque durat menſis. Vnde quando non conſtat, quod menſis ſit elapſus, locum habet regula, quod in dubio ſit melior condicio poſſidentis §. *Retinenda*, ver. *Commodum*. Inſtit. *De interdic.* & *l. Is, qui deſtinauit. ff. De rei vendicat.* & Cap. *Pro poſſeſſore. De reg. iur. in* 6. Eſſet enim contra iuſtitiam deturbare aliquem de poſſeſſione, antequam cōſtet, quod tempus poſſidendi finitum ſit.

6 Ex quo fit, quod, quando quis poſſidet, manuteneri debeat in ſua poſſeſſione, quòaduſque conſtet de non iure poſſidendi. Cap. *pr nul.* De *inſtit.* & *l. Arianus. ff.* De *actionib.* & Cap. *fin.* De *iureiur.* & notant Doctores, *in l.* De *dic. ff.* Qui *ſatisd. cog.* Alexan. *conſil.* 161. *num.* 6. *vol.* 2. Franc. *deciſ.* 167. *num.* 13. Tiraquel. De *iure primogen. quæſt* 17. *num.* 20. Alciat. *reg. vlt. præſump.* 43. per totam. Conſtat autem, quod poſſideat ius conferendi is, ad quem pertinet menſis: & quod talis poſſeſſio pertineat ad ipſum vſq. ad mediā noctē vltimæ diei mēſi; & ideò priuari non poteſt poſſeſſione, niſi conſtet, mediam noctem iam elapſam fuiſſe.

7 Et cum certum ſit, menſem labentem eſſe reſeruatum, certa remanet reſeruatio, quandiu durat menſis, tanquā eidem affixa: ita vt non poſſit excludi, niſi per ſuperuenientem menſem. Et ideò, niſi conſtet, quod ſuperuenerit, non elidirur reſeruatio, etiam ſi afferantur aliquæ cōniecturæ dubiæ, quia tanquam incertæ nō poſſunt præualere contra ius certum conferendi, & reſeruationē certam. Probatio enim dubia non releuat: *l. Neque natale.* C. *De probat.* & *l. Si fuerit. ff.* De *reb. dub.* & Cap. *In præſentia* De *probat.* & notant Bart. *in l. Inter ſtipulantem.* §. 1. *ff.* De *verbor. obligat.* vbi etiam cœteri *Doctores.* Imola, *conſil.* 96. *per totum.* Craueta. *conſil.* 218. *num.* 5. Hippolit. *conſil.* 10. *num.* 8. Surd. *deciſ.* 288. *num.* 45. Maſcard. De *probat. concluſ.* 1363. *numer.* 6. Rota coram Seraphino, *deciſ.* 1103. *num.* 2. & *deciſ.* 149. *num.* 2. *par.* 1. Recent.

8 Nec obſtat, quod Ordinarius habeat fundatam ſuam intentionem conferendi omnia beneficia ſuę Diœceſis. Cap. *Ex frequentibus.* De *inſtit.* & proinde habeat pro ſe præſumptionem iuris, quæ eſt liquidiſſima probatio, vt obſeruant Maſcard. *De probat. concluſ.* 1227. *num.* 11. Menoch. De *præſump. quæſt.* 36. *nu.* 3. *lib.* 1. Alciat. De *præſump. reg.* 3, *num.* 3. Valaſc. *de iure* Emphith. *quæſt.* 7. *num.* 33. Rota, *deciſ.* 4. *num.* 21. *par.* 2. *Diuer.* Quia hoc erat verum, antequam fieret diuiſio menſium inter Ordinarios, & Apoſtolicos. Facta autem hac diuiſione, non habet Ordinarius fundatam intentionem conferendi beneficia vacantia in menſibus Apoſtolicis, ſed ſolum in mēſibus propriis; & ideò pro ipſis ſolum habet pro ſe præſumptio-

nem iuris, quæ transferat onus probandi in alium quod ad ipſum non ſpectet proviſio. Imò quando agitur de menſe reſeruato, Papa habet fundatam intentionem conferendi beneficia vacantia in ipſo; et habet præſūptionem iuris pro ſe, & ideò iuxta doctrinam modo allatam transfert onus probandi in Ordinarium, quod expirauerit menſis reſeruatus.

9 Imò cum Papa ſit in poſſeſſione ſui menſis, transfertur onus probandi in Ordinarium, quod expirauerit *l. Circa. ff. De probat.* & notant Ripa *in Cap. Sæpe. nu. 2. De reſtit. ſpoliat.* Ruin *conſil. 143. nu. 23. lib. 5.* Menoch. *Remed 4. de adipiſcen. poſſeſ. num. 794.* Quod ſi non probat, ſuccumbit tanquam iure deſtitutus iuxta ea, quæ tradunt Felin. *in Cap. Olim. num. 10. De reſcript.* Caſſodor. *deciſ. 2. De except.* Rota *deciſ. 3. & 4. De ſenten. & re iudic. in nouis.* & coram Puteo, *deciſ. 206. lib. 3.*

An ſit valida erectio noui Conuentus Monachorum facta ante Conſtit. Innocent. X. cum ſola licentia Ordinarij. Quæſt. 246.

SVMMA

1 *Sine licentia Apoſtolica non poſſunt modo fundari Monaſteria.*
2 *Pro fundandis Monaſterijs de iure requiritur Apoſtolica licentia.*
3 *Monaſteria non poſſunt erigi ſine licentia Ordinarij.*
4 *Licentia Ordinarij, & Apoſtolica requiruntur copulatiuè pro fundandis Monaſterijs?*
5 *Monachi poſſunt fundare Monaſteria ſine licentia Apoſtolica.*
6 *In interpretandis legibus non recedendum à verborum ſignificatione.*
7 *Ius diſtinguit inter Mendicantes, & non Mendicantes.*
Monachi non veniunt appellatione Mendicantium.
8 *Diſpoſitio circa materiam qualificatam non habet locum, niſi extante qualitate.*
9 *Ratio finalis, ob quam prohibentur Mendicantibus fundare Monaſteria ſine licentia Apoſtolica, non habet locum in alijs.*
Lex non extenditur vltra rationem finalem.
10 *Forma Canonum quatenus requirit licentiam Apoſtolicam pro erectione Monaſteriorum à quibus ſeruanda.*
Clauſula non refertur ad ea, ad quæ non permittit referri diuerſitas rationis.

1 Dixi ante Cōſtitutionem Innocentii X. quæ incipit, *Inſtaurādæ regularis.* Idib. *Octob.* 1642. & eſt 28. *tom. 4. Bullar. noui.* vbi. *§. 5.* prohibet omnibus erectionem nouorum Monaſteriorum abſque Apoſtolicæ Sedis licentia. ibi. *Conſtit. felicis record. Bonifacij VIII. quæ incipit.* Cum ex eo; *nec non Clemen. VIII. incipit.* Quoniam ad inſtitutam, *aliorumque Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum ſuper erectione nouorum Conuentuum editas earumdem tenorē innouantes, illiſque addentes hoc perpetuo prohibemus edicto, ne deinceps aliquis Regularium Ordinum Mendicantium, vel non mendicantium, Congregationis, Societatis, & cuiuſuis alterius Inſtituti etiam Societatis Ieſu in aliqua Ciuitate, Caſtro, Villa, ſeu loco ad habitandum Domos, vel loca quæcunque de nouo recipere ſeu Monaſteria, Conuentus, Collegia recipere, vel fundare præſumat abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, plenam, & expreſſam faciente de prohibitione huiuſmodi mētionem in ſcriptis, & gratis concedenda præuia examinatione Congregationis negotijs Epiſcoporum, ac Regularium præpoſitæ. Si ſecus egerint eo ipſo incurrant pœnas priuationis, & inhabilitatis, vt ſupra inflictas. Et nihilominus receptiones, fundationes, & erectiones ſint ipſo iure nulla, & inualidæ, & Domus, ac loca ipſa, & perſonę in eis degentes omnimodæ iuriſdictioni, viſitationi, correctioni Ordinarij loci plenè in omnibus ſubiaceant. Intendimus autem in præmiſſis etiam vltra Italiã, & Inſulas adiacentes, prout expedire viderimus, prouidere.* Ex quibus conſtat, neceſſariam eſſe facultatem Apoſtolicam, vt modo poſſint de nouo fundari Monaſteria.

2 An autem ante dictam Conſtit. valida fuerit fundatio Conuentus Monachorum abſque Apoſtolica licentia, conſen-

ſentiente tamen Ordinario, videtur negatiuè reſoluendum. Quia de iure requiritur licentia Sedis Apoſtolicę pro fundandis, Monaſteriis, vt ſtatuitur in Cap. *Vnico. §. Confirmatos.De relig.domib. in 6.* & Cap. 1. *De exceſſib. Prælat. in* 6. & Clemen. *Cupientes.De pæn.* & notant Campanil. *in Diuer. iur. Rubr.* 12*.cap.* 13*.num.*80*.in fine*, cum Sorbo, & Rodriquez.Zerola, *in Praxi,par.*1*.verba* Monachi. *§.*1*.&* 2.Nouar. *in pract. concluſ. noui. iur. Pontif. concluſ.* 1. *aliàs* 10. *num.*4. Riccius, *deciſ.*168*.num.*4. *par.*4. Barboſa, *de Poteſt. Epiſ. allegat.* 26. *num.*4. Tamburin. *De iure Abbat. diſp.*35. *quæſt.*1*.num.*3*,tom.*3. Ventriglia, *in Pract. annot.* 18*.num.*7. Rota *deciſ.*362. *numer.*1. *tom.*2*.par.*4*.Recent.*

3 Et quamuis Concil. Trident. *ſeſſ.*25. *cap.*3. *de Regular.in fine*, videatur requirere ſolam licentiam Ordinarii, dum diſponit, quod, Monaſteria non erigantur ſine licentia Epiſcopi,in cuius diœceſi ſita ſũt, & ita ſentiunt etiã plures Doctores No. uar,*in ſum Bul.Tit.De adifican.monaſt.* Alter. Nouar. *in Prac. noui iur. Pontific. concluſ.* 1*.alidi.*10*. nu.*8. Ceſpedes,*de exempt. Regul.cap.*1*.dub.*2*,num.*4. Lezana, *in ſum. verbo.*Monaſteria,*num.*2.Donat. *in Praxi rer.regul. par.* 2. *tit.*1*. de ædifican.Monaſt. quæſt.*14. Bordon,*conſil.Regul. reſol.*36*. n.* 17. Rota *deciſ.*745*.per totam.par.*2*.Recent.* & *in Barchinon. fundationis.*20*, Nouembr.* 1627.coram Panzirolo.

4 Attamen requiri copulatiuè licentiam Apoſtolicam,& Ordinarii, ex eo,deducitur, quod diſpoſitio Concil. Trident. eſt comparibilis cum diſpoſitione ſacrorũ Canonũ, et ideo nõ eſt inducẽda correctio aut derogatio, ſed vtraq. licentia erit neceſſaria,vt obſeruant Zarola *in Praxi.par.* 1. §. *Mon acbi. num.* 2. Tamburin. *De iure Abbatis. diſp.*33*. quæſt.* 1*. num.*6. Barboſa alios allegans, *de poteſt. Epiſcopi.alleg.* 26. *num.*64. & ſæpius firmauit Rota,vt *in Cracouienſi fundationis Monaſterij.* 19*. April.* 1649. coram Celſo, & in *Cæſaraugustana fundationis Conuentus.* 18*. Maij.*1657. coram Beuilacqua , & *in eadem* 12*. Nouem.* 1657 coram Meltio,& *in eadem.*4*.Februar.* 1658. coram Cerro. Quod totum manifeſtum fit ex *Conſtit.*27. Vrbani VIII, *to.*4.

Bullar. vbi.§.2. diſponit, quod nulla Monaſteria erigantur, *Niſi de expreſſa Ordinariorum licentia, ac ſeruata in omnibus, & per omnia ſacrorum Canonum,& Concilij Trident. &c. forma.*

5 His tamen non obſtantibus tenendum eſt, *Erectionem dicti Conuentus fuiſſe validam: nec fuiſſe neceſſariam licentiam Apoſtolicam.* Ratio eſt. Quia in omnibus textib.allegatis,*num.*2.diſponitur tantum de Mendicantibus, & prohibitio dirigitur in ipſos, non autem de monachis. Cap. *vnico*, §. *Confirmatos autem. De relig. domib.* ibi. *Quibus ad congruam ſubſtentationem redditus, aut poſſeſſiones habere profeſſio,ſiue Regula quemlibet interdicũt;ſed per quæſtum publicum tribuere victum ſolet incerta mendicitas.*& Cap.1.*De exceſſib. Prælati.*ibi.*Cum ex eo,quod Prędicatores Minores,et Religioſi alij Mendicãtes &c.* & Clemen.*Cupientes. De pænis.*ibi. *Tranſgreſſores Conſtitutionis,qua Religioſis Mendicantibus.* Ex quibus cõſtat, quod omnes tex. prohibentes fundari monaſteria ſine licentia Apoſtolica reſtrictiuè procedunt, quò ad ſolos Mendicantes, & ad ipſos tãtum dirigunt prohibitionem.

6 Cum ergo in interpretandis legibus non ſit recedendum à verborum ſignificatione,*l.* 1. *§.Si is, qui nauem.ff. De exercit.act.*& *l. Proſpexit.ff.* Qui,*& à quibus.* & tradunt communiter Doctores præſertim Tiraquel.alios referens, *in l.* Si *vnquam. verbo.* Libertis.*num.*45. C. *De reuocan. donat.* Azor. *par.*1*.lib.*5*. cap.*10. *quæſt.*9. Rodriquez *Quæſt.Regul.*1*.ar* 6.ver. *Tertia regula*, Suarez.*lib.*6*.De legib. cap.*1*. num.*7. Salas,*diſp.*2 1*.de legib ſect.*3*. num.*4. Non poteſt dicta diſpoſitio extendi vltra mendicantes, & conſequenter, nec ad Monachos, qui contradiſtinguuntur à mendicantibus, nec veniunt appellatione mendicantium.

7 Præſertim quia ius diſtinguit inter mendicantes,& non mendicantes, vt in Clement. 1. *De Regular.* vbi diſponitur, quod mendicantes tranſeuntes etiam de licentia Sedis Apoſtolicæ ad non mendicantes, non poſſint habere vocem in Capitulo. Et proinde Monachos præſertim in odioſis non venire appellatione

men-

mendicantium obſeruant Suarez, *diſp. 23. de cenſur. ſect. 5. numer. 19.* Donat. *in Praxi. rer. regul par. 2.* Tit. *De ędifican. Monaſter. quaſt. 13. num. 7.* cum Nauar. *in Manuali. cap. 27. num. 144.* quando ergo ius diſpo. nit de Religioſis cum qualitate reſtrictiua ad mendicantes, non comprehendet cœteros, qui ab ipſis à iure contradiſtinguuntur. Si enim voluiſſet omnes comprehendere, fruſtra addidiſſet qualitatem reſtrictiuam mendicantium.

8 Accedit etiam, quod diſpoſitio, quæ verſatur circa aliquam materiam qualificatam, non habet locum, niſi inueniat in materia qualitatem expreſſam à diſponente, vt obſeruant Craueta, *conſil. 435. num. 31.* Riminal. iun. *conſil. 550. num. 2.* Beroius, *conſil. 24. num. 1. vol. 1.* Signorol. *conſil. 92. ver. Preterea ad hoc.* Rota *deciſ. 100. n. 1. par. 1. Diuer.* & *deciſ. 234. num. 13. par. 1.* Recent. & *deciſ. 206. num. 7. par. 3.* Recent. & *deciſ. 8. num. 11. par. 7.* & coram Puteo. *deciſ. 22. num. 6. lib. 3.* & coram Seraphino. *deciſ. 1058. nu. 9.* & coram Coccino. *deciſ. 117. nu. 1.* & coram Martino Andrea, *deciſ. 86. num. 11.* & coram Merlino *deciſ. 894. numer. 2.* Cum ergo diſpoſitio horum tex. verſetur circa Religioſos mendicantes, atque adeò ita qualificatos, non habebit locum circa alios Religioſos, in quibus nō reperit eamdem qualitatem.

9 Neque dici poteſt, quod ratione identitatis rationis diſpoſitio Canonum extendatur ad Religioſos nō mendicantes, quia ratio finalis talis diſpoſitionis nō habet locum quò ad alios Religioſos. Eſt enim expreſſa in lege nempè in Cap. *vn. De exceſſib. Prælat. in 6.* Et eſt obuiare ſcandalis, & inconuenientibus, quæ inſurgebant ex erectione, & mutatione Monaſteriorum mendicantium, ita vt coarctet tex. hanc cauſam ad mendicantes ibi. *Cum ex eo, quod Prædicatores, Minores, et Religioſi alij mendicantes in Ciuitatibus. Caſtris, Villis, aut alijs locis ad habitandū domos, vel loca de nouo ſuſcipiunt, ſeu olim ſuſcepta dimittunt, ſe ibid. ad alia transferentes, diuerſa ſcandala quandoque prouenīant, & frequentes. Clamores ad Sedem Apoſtolicam perferantur. Nos ſuper hoc prouidere volentes &c.* Ex quibus conſtat, quod Pontifex ſuam conſtitutionem edidit ob cauſam finalem, quam in ſolis mendicantibus contemplatus eſt. Et ideò diſpoſitio quoque tanquam affixa rationi finali nō egredietur mendicantes, nec locū habebit in cœteris *l. Adigere. §. Quāuis. ff. De iurepatr.* & *l. Si maritus. §. Preſcriptione. ff.* Ad *leg. Iul. De adult.* & *l. In omni. ff. De adopt.* & Cap. *Et ſi Chriſtus. De iure iur.* & latè tradunt Tiraquel. *tract. Ceſſante cau. par. 1. num. 11.* Euerard. *in Topica iur. loco 85.*

10 Solum obſtare videtur *Conſtitutio* 27. Vrbani VIII. *tom. 4. Bullar. noui.* de qua ſupra *num. 4.* in qua *§. 2.* diſponit de omnibus Religioſis tam mendicantibus, quàm non mendicantibus, quibus omnibus prohibet erigere noua Monaſteria, niſi de expreſſa Ordinariorum licentia, ac ſeruata in omnibus, & per omnia ſacrorum Canonum forma. Verum hoc nihil officit, quia ibi Pontifex non diſponit de nouo quo ad Ordinarij licentiam, & S. Canonum formam, ſed præcipit ſeruari, quod diſpoſitum eſt: & proinde relinquit in ſuis terminis formam ſacrorum Canonum ſeruandam. Forma autem ſacrorū Canonum ſeruanda, quatenus requirit licentiam Sedis Apoſtolicæ, non eſt vniuerſalis, ſed coarctata ad Religioſos mendicantes, vt conſtat ex dictis, & ideò præcipit ſeruari quò ad hoc ab ijs, à quibus ex diſpoſitione eorumdem ſacrorum Canonum eſt ſeruanda. Vnde clauſula illa, *ſeruata in omnibus Sacrorum Canonum forma*, refertur ad eos Religioſos ex nominatis, quibus rectè congruit ex diſpoſitione eorumdem Canonum iuxta doctrinā, quam tradunt Iaſ. *in l. 1. limit. 1. numer. 8. C. De lib. preter.* Ruin. *conſil. 72. num. 13. lib. 5.* Gabr. *concl. 9. de clauſ. num. 16.* Rota corā Merlino, *deciſ. 237. n. 10.* Præſertim quia non conſtat, quod Pontifex velit ampliare diſpoſitionem ſacrorum Canonum prohibentium erigi Monaſteria abſque Apoſtolicæ Sedis licentia, & ideò ſi dicta clauſula ad omnes perſonas expreſſas referretur, relatio eſſet vltra terminos diſpoſitionis iuris communis, & eſſet ad eos, ad quos diuerſitas rationis non permitti referri, quod non eſt ſecundum ius. *l. Heredi meus*

meuc.§.Vxori ff. De *leg.* 3. & Clemen. 1. §. *Ad hoc. De preben.* Neque ſecundum men. tem Doctorum, vt notant Bar *in l.3* .§.Fi. *lius ff.* De *liber. & poſth.* Aret. *conſil.* 116.*n.* 3. Rota, *in Firmana bonorum* 18. *Martij.* 1598. coram Lãcellotto, *& in Bononienſi. de Berois*, 17. *Iunij* 1585. coram Cantuccio, & *in* Romana *domorum*, 5. *Apr.* 1593. coram Pennia.

An erectio Monaſterij, de qua in præced. ſubſtineri poſſit etiam ratione priuilegiorum. Quæſt. 247.

S V M M A

1 *Priuilegia erigendi Monaſteria cum ſola licentia Ordinarij.*
2 *Clauſula,* ſeruata ſacror. Canon. forma, *non infert neceſſitatem licentia Apoſtolica pro fundandis Monaſterijs.*
3 *Monachi virtute priuilegiorum poterant fundare Monaſteria ſine Apoſtolica licentia.*
Priuilegia per communicationem fiunt propria communicatarij.
4 *Communicatio facit. vt priuilegia perinde ſe habeant, ac ſi eſſent principaliter concesſa,*
5 *Communicatio priuilegiorum ſe extendit ad concesſa, & quando etiam ad concedenda.*
6 *Priuilegia concesſa vni loco Religionis fiunt cõmunia totius Religionis.*
7 *Priuilegia concesſa certis locis, aut perſonis cõmunicantur Cleric. Regul.*

1 CVm de iure communi prohibeatur mendicantibus fundare nouos conuentus abſq. Sedis Apoſtolicæ licentia, emanauerunt plura Priuilegia concedentia, poſſe fundati cum ſola Epiſcopi licentia. Magis autem Recentia ſunt priuilegium conceſſũ à Paulo V, Carmelitis diſcalceatis, *anno* 1605. in ſua Cõſtit. 10. quæ incipit *Ad Eccleſia.* & *anno*, 1618. priuilegium ab eodẽ Pontifice cõceſſum Monachis Fulienſib. *in Bulla*, quæ incipit, *Miniſterio.* Et nouiſſimè priuilegium conceſſum ab Vrbano VIII. Fratribus Minoribus diſcalceatis de Obſeruantia Prouinciç S. Io. Baptiſtæ in Hiſpania ſub *die* 15 *Iunij*. 1639. *in Caſtit.* quę incipit. *Cum ea, quæ propter.* apud Petrin. *de* Priuileg. Regul. *tom* 3. *in vlt. addit.* Conſtit. 26. *inter nouiſſiſ.* Couſtic. Vrbani VIII. vbi §. 3. habetur. *Et inſuper Modernis eidem Michaeli, & pro tempore exiſtentibus miniſtro.* Prouinciali, *Cuſtodi, Definitoribus, Guardianis, & fratribus dictæ Prouinciç, vt quaſcunque domos, ſiue Heremitoria, ſeu loca, ſi quę ſibi à pijs Chriſti fidelibus in Hiſpaniæ partibus conceduntur, recipere, & in illis Cõuentus ſui ordinis erigere, & fundare, ſeruata tamen alias ſacrorum* Canonum, *&* Decretorum S. *Concil.* Tridentini *forma de ſola Ordinarij licentia, ac nullo quarumuis aliarum perſonarum cuiuſuis Ordinis*, Congregationis, *aut Inſtituti Regularium deſuper requiſito conſenſu, et in domos ſui Ordinis, ac Prouinciç Præfatę cum Eccleſia, & erigere, & fabricare facere &c. licentiam, & facultatem perpetuò concedimus.* Et §. 13. derogat ſpecialiter Conſtitutioni Bonifacii VIII. Cap. *Cum ex eo.* De *exceſſib. Prælat. in* 6. in qua prohibentur Mendicantes erigere Monaſteria ſine licentia Sedis Apoſtolicæ.

2 Circa hoc autem priuilegium eſt obiter aduertendum, quod facit etiam pro dictis in *quæſt. præced.* Quod clauſula, *Seruata ſacrorum Canonum forma*, non infert, quod debeat obtineri conſenſus Pontificis pro erigendis Monaſteriis, cum in hoc priuilegio adſit huiuſmodi clauſula, & tamen per ipsũ concedatur, quod ſine tali licentia, ſed concedente tamen Ordinario loci, fundari poſſint. Vnde neque in Conſtitutione Vrbaui VIII. de qua, *quæſt. præced. num.* 10. inferet neceſſariò, quod ſit obtinenda licentia Apoſtolica, ſed ſolum quò ad eos, quibus talem neceſſitatem imponunt ſacri Canone.

3 His præmiſſis reſoluendom eſt. *Erectionem Conuentus factam ante Conſtitutionem Innocentij X. ſine licentia Apoſtolicę Sedis poſſe ſubſtineri etiam virtute priuilegiorum.* Hoc concluditur ex eo, quod adſunt reuera priuilegia concedentia erectionem Monaſteriorum abſque licentia Apoſtolica; & hæc priuilegia ante Conſtitut. Innocentii X. erant in ſuo robore, quia nõ fuerunt reuocata per Conſtitu-

ſtitutiones diſponentes de fundatione conuentuum, quia de hoc nihil diſponũt, ſed ſolum addunt aliàs ſolemnitates ſeruandas, & præſertim priuilegium Vrbani VIII. quod poſt omnes dictas Conſtitutiones emanauit. Cum ergò priuilegia, fiant per communicationem propria participantium, ità vt ſint ipſorum independenter à primis conceſſionarijs, vt obſeruant communiter Doctores Abbas, *in Cap. Cum acceſſiſſent.* De *conſtit.* Syluester *verbo.* Priuilegium. *quæſt.* 11. *in fine.* Mandos. *de Priuileg. ad inſtar. quæſt.* 2. *num.* 9. Rodriquez, *quæſt. regul.* 58. *ar.* 4. *to.* 2. Corduba *in Addit. ad Compend. priuileg. Mendicant.* verbo, *Communicatio*, in fine. Suarez *lib.* 8. *de legib. cap.* 16. *num.* 16. fit, quod eodem modo potuerint ſine licentia Apoſtolica Monachi fundare conuentum, ac poſſunt, qui primò hoc priuilegium obtinuerunt.

4 Et propterea communicationem priuilegiorum operari, vt priuilegia perinde ſe habeant, ac ſi in ſpecie fuiſſent conceſſa, tradunt communiter Doctores, Io. Crot. *in l.* 1. *num.* 13. ver. *Vltima concluſ. ff.* De *leg.* 1. Iacob. de Nigro. *num.* 5. Bertrand. *conſil.* 149. *num.* 2. *lib.* 1. Burſat. *conſil.* 383. *num.* 2. Oldrad. *conſil.* 300. ver. *Præſertim in facto* Paris. *conſil.* 22. *num.* 5. *lib.* 4. Natta *conſil.* 432. *num.* 9. *lib.* 1. Rota, *deciſ.* 8. *num.* 5. *par.* 2. & coram Creſcent. *deciſ.* 9. *num.* 5. *par.* 2. *Diuer.* & *in Bononien. Exemptionis.* 25. *Maij.* 1618. coram Veroſpio. Quæ eſt apud Tamburin. *De iure Abbatis deciſ.* 31. *num.* 8. & *in Ianuenſi priuilegiorum.* 24. *Iunij.* 1647. coram Chiſilerio, & *in in eadem* 28. *Iunij* 1649. coram Eminen. Corrado, & *in Cracouienſi Quartæ funeral.* 25. *Maij* 1646. coram Peutingero. & *in Romana iurium funeraliũ* 4. *Iulij* 1653. coram Valli ſoletano. Vnde prædicti Monachi tanquam in ſpecie priuilegiati ad non petendam licentiam Apoſtolicam pro erectione Conuentuum potuerunt abſque ipſa fundare cum ſola licentia Ordinarij.

5 Huic tamen reſolutioni obſtare videtur, quod Monachi, de quibus agitur, non fruantur prædictis priuilegiis tanquã conceſſis poſt communicationem priuilegiorum ab iiſdem obtentam. Nam cõmunicatio ſe extendit ſolum ad priuilegia conceſſa tempore communicationis, vt tradunt Ripa *in l.* 1. *ver. Secundò declara. ff.* De *leg.* 1. Mandos. *De priuileg. ad inſtar. gloſ.* 14. *num.* 6. Suarez, *lib.* 8. *De legib. cap.* 15. *num.* 3. Cœterum licet communicatio priuilegiorum non ſe extendat vltra iam conceſſa, Si tamen Pontifex declaret, ſe intendere communicare etiam concedenda, cõmunicatio eſt etiã quò ad concendenda in futuram, vt expreſsit Imperator in *l. Omnia.* C. *De Epiſcop. & Cler.* ibi. *Omnibus priuilegijs, quę eadem S. Eccleſia, vel nunc adipiſcitur, vel poſtea merebitur.* Communicatio autem priuilegiorũ conceſſa prædict. Monachis comprehendit etiam in futurum concedenda.

6 Secundò obſtare poteſt, quod priuilegium conceſſum ab Vrbano VIII. Frattribus Minoribus Diſcalceatis de obſeruantia eſt tantum pro ſpeciali prouincia S. Io. Baptiſtæ in Hiſpania: & proinde tanquã particulare, & pro certo loco non venit ſub communicatione priuilegiorũ Religionum. Occurrendum tamen eſt. Quod per conceſſionem factam ab Alexandro VI. Congregationi Monachorum S. Iuſtinæ, *ſub die* 1. *April.* 1501. *in Conſtit.* 110. *n.* 21. Bullar. Caſin Priuilegia conceſſa vni Monaſterio fiunt cõmunia toti Religioni, quod etiam iiſdem conceſſit Leo X. vt in *Conſtit.* 129. *num.* 22. & alij Summi Pontifices. Vnde cum dicti Fratres Minores participent per communicationem hoc priuilegium, dictum Priuilegiũ de fundatione monaſteriorum ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, erit commune toti Religioni, & tanquam tale veniet ſub cõmunicatione priuilegiorum Religionis.

7 Accedit etiam, quod nonnullæ Religiones habent communicationem priuilegiorum, non ſolum quæ concedũtur cœteris Religionibus in communi, ſed etiam eorum, quæ conceſſa ſunt, & concedentur in futurum quibuslibet perſonis, locis, &c. vt in ſpecie communicauit nobis Cler. Regular. Gregor. XIV. in ſuis litteris in forma Breuis. *ſub die* 5. *Apr.* 1591. vbi inter alia hæc habentur. *Eiſdẽ Congregationi, & Clericis, vt vltra priuilegia,*

gia, et alia ſibi conceſſa prædicta omnibus, & ſingulis alijs priuilegijs, exemptionibus, facultatibus, indultis, indulgentijs, & peccatum remiſſionibus, & relaxationibus, cæteriſque gratijs, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, quibuſuis Religionibus, Congregationibus, & Ordinibus, quocumque nomine nuncupentur, etiam mendicantium: ac tàm virorum, quàm mulierum, eorumque monaſterijs, Domibus, & alijs pijs locis per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos dictamque Sedem hactenus quomodolibet conceſſis, & impoſterum concedendis, ac quibus illorum vtriuſque ſexus perſonæ de iure, vel conſuetudine, aut ex priuilegio, vel aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum in his, quæ eorum regularibus Inſtitutis non aduerſentur dumtaxat, non ſolum ad eorum inſtar, ſed æquè principaliter, ac pariformiter in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi eiſdem Congregationi, & Clericis ſpecialiter, & expreſsè conceſſa forent, vti potiri. & gaudere liberè, & licitè valeant, perpetuò concedimus, & indulgemus, illaq. eis communicamus, & concedimus, & ad eos extendimus. Vbi notanda ſunt illa verba. *Eorumque Monaſterijs, Domibus, & alijs Pijs locis per quoſcunque Romanos Pōtifices prædeceſſores noſtros, ac Nos dictāque Sedem hactenus quomodolibet conceſſis etiā impoſterum concedendis, ac quibus illorum triuſque ſexus perſonæ de iure, vel conſuetudine, aut ex priuilegio, vel aliàs quomodolibet vtuntur.* Quæ ſatis oſtendunt enixam Pontificis voluntatem comprehendendi omnia priuilegia, emanata, & emananda in fauorem cuiuſcumque, dum oſtendit ſe velle illa comprehendere ſecundum totam ſuam amplitudinem, quam poſſunt habere præſertim, quia ſubnectit aliquas clauſulas, quibus mentem ſuam declarat, quod velit comprehendere etiam ea, quæ non veniunt ſub generali communicatione iuxta ea, quæ tradunt Mādos. *De priuileg. ad inſtar. quæſt. 4. num. 7.* ver. *Quæ omnia.* Rota *deciſ. 30. per totam. tom. 2. par. 4.* Recent. & *deciſ. 63. numer. 4. par. 5.* Recent. & in puncto huius communicationis in *Ianuenſi priuilegiorum 28. Iunij 1649.* ver. *Quia non procedit.* coram Eminentiſſ. Corrado.

An pro fundando nouo Monaſterio ſufficiat tacita licentia Ordinarij. Qu. 248.

S V M M A

1 *Pro fundandis Monaſterijs an ſufficiat tacita licentia Ordinarij.*

2 *Poſt Conſtitutionem Vrbani VIII, non ſufficit.*

Caſus legis facit ceſſare dubium.

3 *Dictio,* Niſi, *concedit in caſu excepto à prohibitione.*

Dictio, Niſi, *eſt taxatiua.*

4 *Tacita licentia Ordinarij pro fundandis Monaſterijs modo non habet locum.*

---

1 QVod ſufficiat tacita licentiæ Ordinarij, tradunt Silua, *de Beneficijs par. 1. quæſt. 6. n. 21.* Azor. *par. 2. lib. 9. cap. 3. quæſ. 2.* Riccius, *deciſ. 168. num. 2. par. 4.* Merol. *tom. 3. Theol. moral. diſp. 7. num. 146.* Nouar. *in nouo iure Pontificio concluſ. 1. aliàs 10. n. 2. tit.* De *ædifican. Monaſter.* Donatus, *in Praxi ter, Regul. par. 2. tit. 1.* De *monaſter. ædific. quæſt. 11. num. 2.* Barboſa, *de poteſt. Epiſ. allegat. 26. num. 2.* Rota, *in Barchinonenſi fundationis. 20. Nouemb. 1627.* coram Eminentiſſ. Panzirolo. Fundamentum eſt Quia taciturnitas illius, qui poſſet, & deberet contradicere, operatur ſufficientem conſenſum.

2 Sed miror, quod ex præfatis Doctoribus, qui ſcripſerunt poſt Couſtitutiones Pontificias circa erectionem conuentuū, ità opinati ſint, cum hæc opinio nullo modo ſubſiſtere poſſit. Itaque tenendum eſt. *Requiri expreſſam licentiam Ordinarij.* Ità ſtatuitur ab Vrbano VIII. *in ſua Conſtit. 27. §. 2. tom. 4. Bullarij.* quæ edita fuit *anno 1624. ſub die 28. Auguſti.* ibi. *Niſi de expreſſa Ordinariorum licentia.* Si ergo Pōtifex requirit expreſſam licentiam, non ſufficit tacità. Sūmus enim in caſu, de quo lex diſponit: & ideò ceſſat omne

dubium

dubium iuxtà ea, quæ notant Gloſ. *in l. Ancillas*, C. De *furt.* Craueta, *conſil.* 373. *n.* 7. Corn. *conſil.* 136. *num.* 3. Bec. *conſil.* 112. *in fine. vol.* 1. Zaſſius, *conſil.* 10. *numer.* 97. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 58. *num.* 3.

3 Quod etiam declarat dictio, *Niſi*, quæ cum ſequatur prohibitionem, concedit in caſu ſequenti expreſſo, & exceptuato à prohibitione. *l.* Si *ſeritatis. ff.* De *ſer.* & notant Bart. *in l. Actione.* C. De *tranſact.* Ias. Caſtrens. Dec. Alexan. & alij *ibid.* Paris. *conſil.* 30. *num.* 35. *li.* 2 Decian. *conſil.* 31. *num.* 20. *lib.* 11. Menoch. *conſil.* 501. *n.* 57. Vnde à dicta prohibitione remanet tantum exceptus caſus expreſſæ licẽtiæ Ordinarii; non autem caſus tacitæ licentiæ. Præſertim, quia hæc dictio, *Niſi*, eſt taxatiua, vt in *l. Conſulta.* C. De *teſtamentis*, & notant Couaruu. *Cap.* 4. *De ſponſalib. par.* 2. §. 1. *num.* 8. & ideò taxat ſolum caſum expreſſæ licentiæ Ordinarii.

4 Deniq. Cum non poſſit Ordinarius concedere licentiam erigendi nouos cõuentus, niſi certa forma ſeruata, quæ præſcribitur in Conſtitutionibus Clementis VIII. Gregorij XV. & Vrbano VIII. de hac materia, non poterit ſufficere licentia tacita. Quia pro ſeruanda forma in iiſdẽ Cõſtitutionibus præſcripta requiritur cognitio cauſæ, ità vt conuocari debeant cœteri Regulares, & ſumi informatio, an Conuentus erigendus poterit congruè manuteneri, & eiuſdem Religioſi cõmodè ſubſtentari, & abſq. detrimento præexiſtentiũ in loco. Et proindè neceſſariũ eſt, quod Ordinarius cognita cauſa pronunciet, quid ex ipſa reſultet eo, quod Religioſi volentes fundadare expectent iudicium Epiſcopi, & eiuſdem approbationem; vnde nullo modo poterunt fundare innixi ſoli eiuſdem taciturnitati.

An ſi Ordinario conſtet, quod Regulares introducẽdi poſſint commodè ſubſtentari ſine aliorum detrimento, debeat cæteros Regulares audire. Quæſt. 249.

SVMMA.

1 *Ordinarius poteſt introducere nouam Religionẽm conſentientibus cæteris, aut ſi ipſi conſtet, poſſe ſubſtentari ſine aliorum detrimento.*

2 *Debet ſemper audire alios Religioſos etiam ſi ipſi conſtet &c.*

Quia debet conſtare cauſa cognita.

3 *Lex noua accipienda ſecundum antiquam.*

4 *Lex præcedens ſeruanda ſimul cum noua, quando illi non derogatur.*

5 *Diſpoſitio Gregor. XV. recipit declarationem à diſpoſitione Clemen. VIII.*

6 *Diſiunctiua eſt inter conſenſum Regularium, & inter id, quod conſtet Ordinario nouos Religioſos ſubſtentari poſſe &c.*

Diſiunctiua, Vel, ponitur inter diuerſa, ſed quæ ſint aliquo modo vnum.

7 *Pro fundando nouo Monaſterio, vbi non ſunt alij Religioſi incolarum conſenſus adhibendus.*

1 SVb diſiunctione decernit Pontifex Gregorius XV. in *ſua Conſtitutione.* Cum aliàs, *ſub die* 17. *Auguſti.* 1622. quæ eſt. 31. *tom.* 4. *Bullar,* quod Ordinarij non poſſint concedere licentiam erigendi noua Monaſteria, niſi *Priores, ſeu Procuratores aliorum Monaſteriorum, Conuentuum, ſeu Domorum aliorũ Religioſorum, vel Congregationum, aut Societatum, ſeu Inſtitutionum huiuſmodi, nõ ſolum in prædictis, ſed etiã in alijs per quattuor millia paſſuum circumuicinis locis ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni conſenſerint. Vel aliàs locorum Ordinarijs conſtiterit,* Religioſos *Monaſterij, Conuentus, ſeu Domus regularis ſic erigendi, ſeu erigendæ abſque detrimento* Religioſorum in *Monaſterijs, ſeu* Domibus *antea in Ciuitatibus, ſeu locis huiuſmodi erectis degentium ibi in numen duodecim commodè, & congruè manuteneri & ali poſſe.* Inſurgit autem dubium,

& not'tiæ, quod introdu: ēdi poſsint cum modè ſubſtentari; quæ licet ſint diuerſa tendunt tamen ad eumdem finem, & habent cauſare eumdem effectum; & ideò ſunt aliquo modo idem.

7 Et quæ dicta ſunt, confirmantur ex eadem Conſtitutione Gregor. XV. in qua ſtatuit, quod vbi non ſunt Religioſi alii, antequam Ordinarius concedat licentiam, fundandi Monaſterium diligenter inquirat, & audiat loci incolas, & illorum conſenſum exquirat, an valeant eos ſubſtentare. Ex quo conſtat, quod vult ſemper adhiberi cauſæ cognitionem, vt poſsit legitimè conſtare, an ſubſtentari poſſint. Vnde quando ei conceditur dare licentiam fundandi Monaſterium, intelligitur ſi aliàs ei conſtiterit præmiſſa cauſæ cognitione, & cœteris Regularibus auditis, poſſe commodè ſubſtentari.

An Ordinarius poſſit concedere licentiam fundandi Monaſterium, in quo duodecim Religioſi ſubſtentari non poſſint. Quæſt. 250.

S V M M A

1 *Diſpoſitio Gregor., & Vrbani circa numerum Religioſorum pro ſingulis Conuentibus.*
2 *Diſpoſitio Innocentij X.*
3 *Ordinarij non poſſunt concedere licentiam fundandi Monaſteria, in quibus non poſſunt ſubſtentari duodecim Religioſi.*
Lex eſt omninò ſeruanda.
4 *Clauſula Decreti irritans annullat contraria.*
5 *Præſeruat legem contra contrarium vſum.*
6 *Conſtitutio Vrbani nō concedit fundari Monaſteria, ſi duodecim Religioſi non poſſint ſubſtentari, ſed ſi fundentur in pœnam ſubijcit Ordinario.*
7 *Conſtitutio Innocentij X. non diſponit de Monaſterij fundandis.*
8 *Excipi poteſt contra licentiam fundandi, ſi duodecim Religioſi ali non poſſint.*
Exceptio de ſe eſt perpetua.

1 Difficultatē facit diuerſitas diſpoſitionum, quæ reperitur in Pontificiis Conſtitutionibus; nam Gregor. XV. in ſua Conſtit. *Cūaliàs* ſub die 17. *Auguſti* 1622. quæ eſt 31. *huius Pontificis tom. 3. Bullar.* expreſſe prohibet, erigi conuentum, Niſi in eo ſaltem duodecim Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi inhabitare, ac ex redditibus, ac conſuetis eleemoſinis ſubſtentari valeant. In Decretis vero, *de celebrat. miſſar. editis iuſſu Vrbani VIII. ſub die 21. Iunij 1625.* vt in Bullar. ſub tit: *Conſtit.* 45. §. 14. innouatur diſpoſitio prædic. Gregor. XV. Et additur. *Alioquin Monaſteria, & loca huiuſmodi poſtbac recipienda, in quibus duodecim Religioſi, vt ſupra, ſubſtentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint Ordinarij loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ iuriſdictioni ſubiecta eſſe intelligantur*, Quibus videtur tacitè concedi licentia erigendi monaſteria, quamuis duodecim Religioſi in iis ſubſtentari non valeant.

2 Rurſus etiam Innocent. X. in ſua Conſtit. *Vt in paruis*, edita ſub *die Februar.* 1654. quæ eſt 32. *huius Pontificis*. videtur admittere Conuentus, in quibus ſex tantum Religioſi ſubſtententur, non ſolum de conuentibus, in quibus erat præfixus ſufficiens numerus Religioſorum, & de præſenti ob diuerſas cauſas nō poteſt ſubſtentari talis numerus, ſed etiam de conuentibus ſuppreſsis, & reſtitutis, & ſolum decernit, quod ſubſint viſitationi correctioni, & omnimodæ iuriſdictioni Ordinarii loci, quando in eis non ſubſtentabūtur ſaltem Religioſi ſex. Non derogat tamē, ſed præſeruat Decreta Vrbani VIII. quò ad conuentus erectos poſt diem 21. Iunii. 1625.

3 Cœterum tenendum omninò eſt, *Quod non poſſit Ordinarius concedere licentiam erigendi Conuentus, in quibus duodecim Religioſi ſubſtentari non poſſint.* Et proinde, quando arbitrabitur, an de nouo introducendi ſubſtentari poſsint abſque aliorum detrimento, arbitrari debebit habita ratione prædicti numeri. Ratio eſt. Quia lex prohibens fundari Monaſteria, in quibus duodecim Religioſi nō poſſint ſubſtentari, eſt clara, & manifeſta in prædic. Conſtit. Gregor. XV. neque ipſi per ſubſequentes Conſtitutiones, de quibus modo dictum eſt, derogatur; imò confirma-

firmatur, vt conſtabit ex dicendis. Vnde cum habeamus legem prohibitiuam, eſt omninò ſeruanda *l. De quibus. ff. De legib.* & Cap. 1. *De conſtit.* & notant Abbas ; *ibid. nu.* 4. Gomez. *§. Fuerat. num.* 28. Inſtit. *De act.*

4 Secundū verò Conſtitutionē Gregor. XV. erat nulla, quia habet clauſulam decreti irritantis, quæ anuullat omnia in contrarium facta, & facit irritas quaſcumque fundationes, in quibus duodecim Religioſi ſuſtentari non poſsint. Cap. *Si eo tempore. De elect. in* 6. & Cap. 1. *De conceſſ. prebend. in* 6. & notant Felin. *in Cap. Certum, numer.* 29. *De reſcrip.* Crot. *conſil.* 220. *vol.* 2. Burſat. *conſil.* 82. *num.* 21. *vol.* 1, Dec. *conſil.* 275. *num.* 9. Anton. Gabr. *cōmun. opin. lib.* 6. *tit*, *De clauſ. concluſ.* 3. *nu.* 56. Menoch. *conſil.* 83. *n.* 7. Couaru. *Pract. quæſt. cap.* 9. *numer.* 7, Gomez *ad Reg. de trien. quæſt.* 49. ver. *Nam Decretum* Gonzalez, *ad Reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 67. *n.* 12. Caſſiodor. *deciſ.* 1. *n.* 2. *De reſtit. ſpoliat.* Et ideo preſeruatur eiuſdem vigor. & venit ſemper ſeruanda: nec fundationes contra illius formam veniunt attendendæ.

5 Accedit etiam, quod huiuſmodi Decretum irritans impedit contrarium vſum, et contra ipſum præſeruat vigorem legis, vt obſeruant Franch. *in Cap. Cum de beneficio. De preben. in* 6. Antou. Gabr. *tit. De clauſ. concluſ.* 3. *num.* 56. Geminian. *in Cap. Statutum. num.* 12. *De priuileg. in* 6. Caſſodor. *deciſ.* 11. *num.* 4. *De regul.* Rota corā Coccino. *deciſ.* 51. *num.* 2. et coram Merlino *deciſ.* 643. *num.* 3. & *deciſ.* 142. *num.* 4. *par.* 2. Recent. Vnde quamuis in Decretis Vrbani VIII. de quibus ſupra *nu.* 1. videatur permitti contrarium, ſicut etiam in Conſtit. Innocent. X. de qua *num.* 3. ex vi tamen dicti Decreti irritantis manuteneretur nullitas fundationis, & vigor legis ità vt fundationes cōtra dictam formam non poſſint allegari contra prohibitionem.

6 Neq. obſtant Decreta Vrbani VIII. de quibus ſupra *num.* 1. quia in ipſis, vt ibi dictum eſt, innouatur Cōſtitutio Gregor. XV. Quod non poſsint erigi Monaſteria, in quibus non poſsint ſuſtentari duodecim Religioſi. Quod verò ſubdit quod monaſteria impoſterum erigenda, in quibus non poſsint ſuſtentari duodecim Religioſi, aut actu nō inhabitauerint ſubſint omnimodę iuriſdictionis Ordinarii, nō concedit Epiſcopis, quod poſsint dare talem licentiam erigendi, ſed corrigit Conſtitutionem Gregor. XV. quò ad nullitatem erectionis, dum permittit remanere cōuentus erectos ſub illa forma ſubiectionis ad Ordinarium.

7 Conſtitutio vero Innocentii X. nihil diſponit de fundatione monaſteriorū, ſed ſolum de monaſteriis iam fundatis; ſiue non ſuppreſsis, ſiue ſuppreſsit, ſed poſtea reſtitutis, & hæc concedit conſeruari, dummodo ſex Religioſi ad minus in ipſis inhabiteat. Quod ſi deficiat iſte numerus, vult, eſſe ſubiecta omnimodæ iuriſdictioni Ordinariorum, tanqnam delegatorum Sedis Apoſtolicæ. Imò declarat, quod non intendit præiudicium afferre Decretis Vrbani VIII. circa hanc materiam: & proinde monaſteria poſt huiuſmodi Decreta fundata ſubeſſe Ordinariorum iuriſdictioni, ſi in ipſis non manuteneantur duodecim Religioſi. Ex quibus conſtat, quod ex dicta Conſtitutione nulla omninò pērmiſsio colligi poteſt fūdandi monaſteria, in quibus duodecim Religioſi ſuſtentari non poſsint.

8 Ex quibus deducitur. Quod ſi concedatur licentia erigendi monaſterium in loco, in quo reuera duodecim Religioſi nequeant ſuſtentari, cum huiuſmodi licentia ſit nulla tanquam contra formā præſcriptam conceſſa, & ob Decretum irritans Conſtitutionis Gregor. XV. Hæc exceptio poterit opponi quandocumque libuerit, etiam poſt longum tempus. Quia exceptiones natura ſua ſunt perpetuæ *l. Pure. §. fin. ff. De doli mali except.* & *l. Si pactum. C. De except.* & *l. Licet. eod. tit.* vbi Gloſ. & Doct. & Cap. Si *autem. De reſcrip.* & notant ibi Abbas, & Felin. Balb. *De preſcript. par.* 4. *princip. quæſt.* 27. & alii cum Gloſ. *in l.* 3. *verbo*, Perſequutione. C. *De preſcrip.* 30. *annor.*

An

An quando fundanda ſunt noua Monaſteria, conuocandi, & audiendi ſint etiam Parochi. Quæſt. 251.

S V M M A.

1 *Quinam conuocandi pro fundatione Monaſteriorum.*
2 *Parochi non ſunt audiendi, quando ſunt introducendi noui Religioſi, etiam vbi non ſūt alii Religioſi.*
3 *Conſtitutio Clementis V*III. *recipit interpretationem à Conſtitutione Gregor. XV.*
Lex prior declaratur per poſteriorem.
4 *Clauſula*, Et alijs intereſſe habentibus, *quos comprehendat.*
Dictio, Alius, *repetit eaſdem qualitates.*
5 *Dictio Aliis relata ad perſonas importat perſonas eiuſdem qualitatis,*

1 Difficultatem facit Conſtitutio Clement. VIII. quæ incipit. *Quoniam ad inſtitutū*, ſub *die* 23. *Iulij anno* 1603. quæ eſt. 99. *eiuſdem Pontificis tom.* 3. *Bullar.* in qua præſcribitur forma ſeruanda ab Ordinario, quando introducendi ſunt noui Religioſi, vbi inter alia habetur, quod nō poſſint Ordinarii introducere nouos Religioſos. *Niſi vocatis. & auditis aliorum in eiſdem ciuitatibus, & locis exiſtentium conuentuum Prioribus, ſeu* Procuratoribus, *& alijs intereſſe habentibus.* Ex quibus videtur reſoluendum, quod conuocandi, & audiendi ſint etiam Parochi, quia audiendi ſunt etiam alii, qui habent intereſſe. Parochi autem habent intereſſe.

2 Reſoluendum tamen eſt. *Parochos, nec eſſe conuocandos, nec audiendos, quando introducendi ſunt noui Religioſi in aliquo loco.* Hæc reſolutio deſumitur ex Conſt. Greg. XV. *Cum aliàs.* ſub *die* 17. *Auguſti* 1622. Quę eſt 31. *huius Pontificis. tom.* 3. *Bullar.* in qua Pontifex diſponit. *Si verò noui Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas huiuſmodi inſtituenda erunt, nulliq. alij Regulares inibi repeciātur, Ordinarij locorum nihilominus diligenter inquirat, an locorum incolę, & habitatores, quorum, & conſenſum requirant, ac adhibeant, huiuſmodi duodecim Religioſos in Cōuentibus, vt præmittitur, inſtituendis commodè alere, & manutenere valeant.* Ex quibus conſtat, quod quando non adſunt alij Religioſi, ſolum incolarum conſenſus eſt exquirendus; non autem Parochorum loci. Si autem vigore Conſtitutionis Clementis VIII. eſſent conuocandi, & audiendi Parochi ſimul cum Religioſis, a fortiori eſſent audiendi, quando non adſunt Religioſi, qui conuocentur: & tamen neque tunc ſunt audiendi.

3 Vnde Conſtitutio Clement. VIII. recipit interpretationem à Conſtitutione Gregorii XV. Quod illa verba, *Et alijs intereſſe habentibus* non ſignificent Parochos iuxta *l. Non eſt nouum.* & *l. Sed & poſteriores. ff. De legib.* & notant Gloſ. *ibid. init.* & in *l. Sciēdum init. ff. Qui ſatiſd. cogan.* Bart. *ibid.* Cacheran, *deciſ. Pedemon.* 107. *num.* 17. alios citans Bertazol. *Conſil.* 92. *num.* 7. Si enim ſignificarent Parochos, Gregor. XV. cum inhæreat prædictæ Cōſtit. Clementis, & eam innouet, hoc ipsū expreſſiſſet, quando in locis, in quibus fūdandi ſunt conuentus, non adſunt alii Religioſi, & diſpoſuiſſet, quod vocentur Parochi illius loci, & audiantur.

4 Neque obſtat prædicta clauſula Conſtit. Clemen. VIII. *Et alijs intereſſe habentibus*, quia hæc clauſula comprehēdit eos Religioſos, qui nō comprehendū. rur ſub illis verbis, *Conuentuum Prioribus, ſeu* Procuratoribus, vel quia eorum habitationes non appellantur conuentus, vel quia ſuperiores non dicuntur Priores, vel ex aliquo alio capite. Dictio enim *Alijs* repetit eaſdem qualitates, & ſimilitudinē præcedentis diſpoſitionis. *l. Quidam Relegatus. ff.* De reb dub. & *l. Si fugitiui. C. De ſeru. fugit.* vbi Gloſ. verbo. *Qualibet alia pœna*, et Cap. *Sedes. De reſcrips.* Et notant rurſus Gloſ. *in l. Barbarius.* verbo. *Alio iure. ff. De offic. Præſid.* et Gloſ. canonica in Cap. *Cum non ab homine.* verbo. *Alio crimine. ff.* De iudic. Bald in *l. fin. num.* 1. C. *De his, qui à non domin. manumit.* Aret. *conſil.* 116. n. 3. Alexan. *conſil.* 70. *init* vet. *Nec ad hoc lib.* 1. Paris *conſil.* 158. *n.* 18. *vol.* 4. Ruin. *conſil.* 130.

130. *num.1. vol.3.* Socin.iun. *conſil.160. nu. 13. vol.2.* Natta *conſil.* 298. *numer.5. vol.1.* Grat.*conſil.11,num.9.lib.1.* Afflict. *deciſ.144. num.1.* Surd. *deciſ.* 265. *num.24.* Curt. iun. *conſil.38, num.1.* Rota coram Veral. *deciſ.* 295. *num.3. par.2.* et coram Durano, *deciſ.* 246. *num.7.* et coram Ludouiſ. *deciſ* 544. *num.9.* Vnde vigore dictæ dictionis, *Aliis*, oportet, quod Pontifex intelligat de cœteris Religioſis, qui in præcedentibus verbis non fuerunt ſatis expreſſi, cum in iis debeat prædicta dictio repetere eamdem qualitatem.

5 Præſertim quia quando huiuſmodi dictio refertur ad perſonas, importat perſonas eiuſdem qualitatis iuxta ea, quæ notant Roman. *conſil.483, num.5.* Barbat, *conſil.53. nu.26. vol.2.* Alexan. *conſil.* 204. *num.4. lib.2.* Tuſch. *littera D. concluſ.* 245. *num.5.* Rota *deciſ.* 327. *num.7.* & *deciſ.*603. *num.8. par.1. Recent.* Vnde cum Pontifex antea expreſſerit Religioſos, dictio, *Et aliis* debet repetere perſonas eiuſdem qualitatis, & ideò debet accipi de cœteris Religioſis; qui non comprehenderentur ſub præcedentibus verbis diſpoſitionis.

An poſt Conſtitutionem Clemen. VIII. de erigendis Monaſterijs fuerit neceſſaria licentia Apoſtolica pro ijs fundandis, Quæſt. 252.

S V M M A

1 *Diſpoſitio* Clement. *Gregorij, & Vrbani circa erectionem Conuentuum.*
2 *Poſt Conſtitutionem Clement. non fuit neceſſaria licentia Apoſtolica pro fundatione Conuentuum ante Conſtit. Innocent.*
3 *Exceptio à Regula prohibitiua eſt conceſſiua.*
4 *Dictio niſi excipit, & dicit oppoſitum illius, quod eſt in Regula.*
5 *Ordinarii non erant exequutores licentia Pontificia in erectione Conuentuum.*
Quod non eſt expreſſum in ſe, non eſt aſſerendum.
6 *Exceptio eſt neceſſariò de eo, quod eſt in Regula.*
7 *Dictio*, Niſi, *excludit quicquid non exprimitur in exceptione.*
8 *Pontifices proſpexerunt fundationi Conuentuum, & negocium reliquunt Ordinariis*
9 *Licentia Pontificia erigendi conuentus concedebatur Ordinariis cum certa forma.*

1 POſt Concil. Trident. Non fuiſſe neceſſariam licentiam Apoſtolicam pro fundandis Religioſorum monaſteriis ſtante eiuſdem diſpoſitione *ſeſſ.25. cap.3. De Regul.* ſentiũt quam plures Doctores, quorum aliquos adduxi ſupra *quæſt.246.n.3.* Modo autem neceſſariam eſſe ob diſpoſitionem Innocent. X. *ead. quæſt. num.1.* notatum eſt. Dubitatur, autem, an fuerit neceſſaria poſt Conſtitutionem Clementis VIII. *Quoniam ad inſtitutam* ſub *die 23. Iulij.*1603. quæ eſt.99. *tom.3. Bullar.* in qua prohibetur Ordinariis concedere licentiam erigendi noua monaſteria, niſi ſeruata forma in eadem Conſtit. præſcripta. Cui Conſtitutioni inhæret etiam *Gregor.* XV. in ſua Conſtit. *Cum aliàs*, quam confirmãs, et innouans, addit nonnulla pro forma ſeruada, quando Ordinarii concedunt facultatem erigendi noua monaſteria. Quod ſimiliter præſtat Vrbanus VIII. in ſua Conſtit. *Romanus Põtifex* ſub *die 28. Auguſti* 1624. et eſt 27. *tom.4. Bullar.* in qua etiam reuocat omnes licentias, et facultates Apoſtolicas circa fundanda monaſteria, et præcipit ſeruari diſpoſita in prædictis Cõſtit. Clemen. et Gregor.

2 Dubitatur autem modo, an ſtantibus prædictis Conſtitutionibus potuerint fundari noua monaſteria cum ſola licentia Ordinarii abſque alia licentia Apoſtolica, ſeruata tamen forma in iiſdem Conſtitut. præſcripta. *Et affirmatiuè videtur reſoluendum*. Siquidem prædictæ Conſtit. duo præſtant. Vnum prohibendo, & alterum concedendo. Prohibent enim Epiſcopis, ne concedant facultatem erigendi noua monaſteria, et declarant, non poſſe concedere. Concedunt verò, quod poſſint concedere ſeruata forma, quæ in iiſdẽ Conſtit. præſcribitur. Ponitur enim regula generalis in his Conſtitutionibus prohibitiua, et declaratiua, quod non poſſint Ordinarii concedere hanc licẽtiam.

Deinde

Deinde per dictionem, *Niſi*, ponitur exceptio à Regula pro caſu, in quo ſeruetur forma ibid. præſcripta.

3 Ex quo fit, quod cum prædicta dictio, *Niſi*, ſubſequatur Regulam negatiuam, ponat exceptionem affirmatiuam, & conceſſiuam illius, quod in Regula negatur iuxta ea, quæ tradunt Dinus. *in Cap. Peccatum. numer.* 1. *De reg. iur. in* 6. Bart. *in l. Si enim.* §. *Qui iniuriarum. num.* 3. *ff.* Si *quis cau.* Ias. *num.* 3. Salicet. *in l. Actione.* C. *De tranſact.* per illum tex. Dec. *ibid. num.* 5. Alciat, *lib.* 5. *Paradox. cap.* 4. Corn. *conſil.* 3. *num.* 2. *vol.* 4. Grat, *conſil.* 126. *n.* 19. *vol.* 2. Paris. *conſil.* 96. *n.* 109. *vol.* 2. Menoch. *conſil.* 156. *num* 9. Rota coram Seraphino, *deciſ.* 343. *num.* 3. *& deciſ.* 96. *nu.* 1. *par.* 1. Recent. & *deciſ.* 197. *num.* 2. *ead. par.* 1. Vnde cum Regula auferat Ordinariis facultatem concedendi licentiam fundandi monaſteria, exceptio concedet, & faciet, quod ſola auctoritate ipſorum fundari poſſint, quia iam lex, & proinde Pontifex committit ipſis hoc negocium in caſu, in quo ſeruetur forma ab ipſo præſcripta.

4 Quod ampliùs confir. Regula enim non continet, quod Epiſcopi non poſſint dare licentiam fundandi noua Monaſteria præcedente licentia, quia certum eſt in tali caſu poſſe dare, ſed quod de ſe non poſſint concedere. Vnde caſus exceptio per dictionem, *Niſi*, aduerſatur præcedenti Regulæ, & importat oppoſitum illius, quod eſt in Regula, vt aduertunt Dec. *in l Si quis in aliquo. num.* 2. C. *De eden.* Iaſ, *in l.* 3. *num.* 11. *ff. De offic. eius.* Beroius *in Cap. Quod autem. num.* 36. De *iurepatr.* Gomez *in cap.* 1. *num.* 88. De *conſtit. in* 6. Cepol. *conſil. ciuil.* 1. *num.* 14. Grat. *conſil.* 138. *num.* 9. *vol.* 1. Dec. *conſil.* 386. *num.* 2 Rebuf. *in Concordat.* Tit. *de collat.* § *Statuimus.* 1. verbo *Niſi.* Rota *deciſ.* 391. *num.* 14. *par.* 1. Recent. & *deciſ.* 313. *nu.* 13. *par.* 3. Recent. Si ergo Regula negat, Ordinarios poſſe de ſe dare licentiam fundandi Monaſteria, exceptio per dictionem, *Niſi*, importabit oppoſitum, atque adeo, quod de ſe poſſint in caſu excepto dare licentiam.

5 Poſſet tamen aliquis occurrere, quod per dictam exceptionem non conceditur Ordinariis facultas concedendi licentias erigendi monaſteria, ſed quod præſcribitur forma ſeruanda, quando præcedente licentia Apoſtolica ipſi quoque concedunt fundationem. Verum hoc dici non poteſt. Quia tunc Ordinarii eſſent conſtituti exequutores licentiæ Apoſtolicæ, et dictæ Conſtitutiones præſcriberent formam ſeruandam in exequutione. Hoc autem dici non poteſt. Tum quia Pontifices non reſeruant ſibi facultatem huiuſmodi, nec declarant, quod præſcribant formam exequutionis ſuarum licentiarum; vnde hoc non eſt aſſerendum, cũ non ſit expreſſum *l. Vn.* §. *Sin autem.* C *De caducis tollen.* & *l. Si ſeruum.* §. *Non dixit, ff. De acquir. hared.* & Cap. *Ad audientiam, De decim.* & notant Menoch. *conſil.* 140. *num.* 4. Titaquel. *in l. Si vnquam verbo. Libertis. nu.* 3. C. *De reuocan. donat.* Surd. *deciſ.* 322 *num.* 22.

6 Tum quia Regula loquitur expreſsè de poteſtate cõcedendi licentiam fundandi Monaſteria; vnde exceptio, quoq. per dictionẽ, *Niſi*, debet eſſe de eadẽ poteſtate, cum exceptio ſit neceſſariò de eoquod eſt in Regula *l. Nam quod liquide.* § *fin. ff. De pen. leg.* & *l. fin.* C. Quando *ex fact. tut.* & notant Bald. *conſil.* 401. *num.* 2. *lib.* 5. Caſtren *conſil.* 70. *num.* 3, *lib* 1. Surd. *deciſ.* 124. *numer.* 13. Et proinde per dicta m exceptionem conceſſiuam tribuetur Ordinariis facultas concedẽdi fundationem Monaſteriorum.

7 Deniq. dictio, *Niſi*, excludit quicquid in exceptione non eſt expreſſum, quia tanquam exceptatiua trahit ſecum, ſolum id, quod exprimit, vt deſumitur ex Cap. *Si duo. De procurat. in* 6. et notant Craueta *conſil.* 153. *num.* 1, vbi alios citat. Garzia *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *n.* 70. Vnde excludet etiã liceat iam Apoſtolicam tãquam neceſſariam pro fundatione, cum ſub exceptione non exprimatur, ſicut debuiſſet exprimi, ſi requireretur.

8 Ratio verò fundamentalis eſt. Quia Pontifices in prædictis Conſtitutionibus proſpiciunt fundationi monaſteriorum, vt ſcilicet deinceps fiant abſque detrimẽto Regularis diſciplinæ, & cum manuten-

tione ſplendoris, & decoris Religionis. Et proinde præſcribunt iilam formam ſeruandam in conceſſione licentiæ ſundandi, qua ſeruata illa tantum Monaſteria erigantur, in quibus ſeruabitur regularis diſciplina, & ſplendor, & decor Religionis. Dum autem ſufficienter proſpexerũt huiuſmodi fundationibus præſcribẽdo modum, & formam ſeruandam, non eſt amplius neceſſarium, quod Pontifices recognoſcant has fundationes, neque quò ad hunc effectum reſeruant ſibi conceſſionẽ licentiæ. Imò eò ipſo, quod præſcribunt Ordinariis modum, & formam, cum qua licentiam concedere debeant, dant etiam facultatem concedendi licentiam: non illam, quam iam habent ex ſe tanquam Ordinarii, ſed abſolutam, itaut transferãt in ipſos totum negocium harum fũdationum. Quando enim alicui traditur modus, & forma, cum qua ſit exercendus aliquis actus, traditur etiam facultas abſoluta exercendi actum. *l. 2. ff. De iuriſdic, omn. iud.* vbi communiter Doctores. Hæc autem conceſſio tradit Ordinariis illam facultatem, quàm aliàs non habent, & proinde facultatem concedendi fũdationes independenter ab alia licentia Apoſtolica.

9 Videtur tamen obſtare clauſula, *Ac ſeruata in omnibus, & per omnia Sacror. Canonum, & Concil. Trident. &c. forma*, quæ habetur in prædicta Conſtit. Vrbani VIII. Dũ autẽ in omnibus, & per omnia ſacror. Canonum forma ſeruanda eſt, erit impetranda licentia Apoſtolica. Sed hoc non deducitur ex prædicta clauſula. Quia cum Pontifex det facultatem Ordinariis concedendi fundationes Conuentuum ſeruata forma præſcripta, per hanc conceſſionem excludit neceſſitatem licentię Apoſtolicæ, quàm aliàs requirerent S. Canones, quia ſuppletur dicta licentia, & tacitè continetur in eo, quod Ordinarius in concedenda tali licentia exequitur formàm ſibi præſcriptũ à Pontifice, atque adeò ſecundum eiuſdem mentem, & conceſſionem ſibi factũ operatur; & proinde cenſetur interuenire conſenſus eiusdem Pontificis, quia virtute legis habet voluntatem ſuam alligatã licentiæ, quæ conceditur cum tali forma, & influentem in eamdem cõceſſionem, quatenus Ordinarius exequitur, quod per ſummos Pontifices conceſſum eſt; & cum ea forma, quæ iniuncta eſt pro exequutione. Vnde illa clauſula. *Ac ſeruata in omnibus, & per omnia Sacror. Canonum forma* refertur ad reliqua, quæ in ipſis diſponuntur excepta licentia Apoſtolica, cum hæc in ſpeciali non requiratur, ſed ſit jam generaliter conceſſa à lege cum præſcriptione formæ ſeruandæ.

An quando Ordinarij concedant licentiam exercendi in feſtis opera ſeruilia, poſſint aliquid exigere à Conceſſionarijs. Quæſt. 253.

S V M M A

1 Ordinarij diſpenſare poſſunt, ſed gratis, vt in feſtis exerceantur opera ſeruilia.
2 An poſſint iniungere aliquam eleemoſinam.
3 Gratis non datur, quod datur ſub aliquo onere.
4 Pactum quid ſit.
Quomodo tranſeat in contractum.
5 Mutuans non poteſt mutuari ſub onere eleemoſinæ.
6 Quid decernat Vrbanus circa licentiam laborandi in diebus feſtis.
7 Cap. Licet. De fer quatenus correctum.
Dictio, Ita quod, *importat conditionem.*
8 Ordinarius dans licentiam ſolum tribuentibus aliquod munus, violat Conſtit. *Vrban.*
9 An gratis concedenda licentia aperiendi apothecas in feſtis.
Diſpoſitum de vno ex æquiparatis, eſt etiam diſpoſitum de alio.

1 POſſe Ordinarios diſpenſare, vt in feſtis exerceantur opera ſeruilia, dummodo tamen concurrat cauſa rationabilis, obſeruantia ipſa declarat. Solum difficultas eſt, an pro hac diſpenſatione poſſint aliquid exigere. Et modo quidem certum eſt, non poſſe aliquid exigere, cum ità ſtatutum ſit ab Vrbano VIII. in ſua *Conſ.* 164. §. 3. ibi

Quæ

Quæ quidem licentiæ non aliter, quàm ad formam prædictorum Canonum, vt præmittitur, concedendæ, nonniſi gratis, liberè, & ſine vllo prorſus pretio, aut pacto directè, vel indirectè, concedantur ſub pœnis etiam grauioribus noſtro, ſucceſſorumque noſtrorũ arbitrio, infligendis. Ex quibus conſtat, quod nihil prorſus exigendum ſit à conceſſionatiis, quando conceduntur huiuſmodi licentiæ.

2 Solum dubitari poteſt, an poſſit Ordinarius pro huiuſmodi licentiis iniungere aliquam eleemoſinã. Videtur enim affirmatiuè reſoluendum etiam ex ipſa Conſtitutione Vrbani nam vult concedi huiuſmodi licentias ad formam ſacrorum Canonum. Sacri autem Canones dũ concedunt licentiam, iniungũt eleemoſinam, vt in Cap. *Licet.* De *fer.* Vnde S.Congregatio ante dict. Conſtit. Vrbani ſæpius reſpondit, poſſe iniungi aliquam eleemoſinam pro locis piis, dummodo nõ applicetur Cathedrali, vel menſæ Epiſcopali, ità in *Lucerenſi* 5.*Ianuar.* 1580. & in *Caſertana* 28.*Nouembr.* 1594. & in *Treuicenſi* 25.*Septemb.* 1612. & in *Gaetana* 5.*Februar.* 1602.

3 Tenendum tamen eſt, *Quod pro dictis licentijs neque iniungi poſſit aliqua eleemoſina.* Ratio eſt. Quia hæ licentiæ concedendę ſunt gratis ſine vllo prorſus pretio, aut pacto, vt ſtatuitur in præfata Conſtit. Vrbani. Si autem imponeretur aliqua eleemoſina, licentia non concederetur gratis, quia non conceditur gratis, quod conceditur ſub aliquo onere, cum onus aliquo pacto compenſet, quod conceditur. Vnde eſt illud Apoſt. ad Roman. 4. *Ei autem, qui operatur merces nõ imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.* Et ideò ſolũ dicitur gratis dari quod ex mera liberalitate datur abſque eo, quod aliquid prorſus exigatur.

4 Confir. Licentiæ huiuſmodi ex præfata Conſtit. Vrbani debent concedi abſque vllo pacto. Non concederentur autẽ abſque pacto, ſi iniungeretur eleemoſina nam concedens exigeret à conceſſionario, quod erogaret eleemoſinam, & conceſſionarius conſentiret in hanc erogationem, et cum hoc onere acceptaret licentiam, in quo cõſiſtit ratio pacti, quod nihil aliud eſt, quàm duorum conſenſus in idem placitum, *l.* 1 *ff. De pact.* vbi Gloſ. & Doctor. Vnde etiam conſurgeret quidam contractus, nempe do, vt facias iuxta ea, quæ notant Gloſ. *in l.* 1 *ff* De *act.* & *obligat.* Bald. *in Rubr. C. De pact.* Alexan. *in l.* 5. *init. ff. De verbo obligat.* Vbi autem eſt contractus non ſolum interuenit pactus, ſed omninò excluditur gratuita cõceſſio.

5 Atque ob eamdem cauſam qui mutuum dat, non poteſt mutuatario imponere obligationem, quod det aliquam eleemoſinam, quia cum onus dandi eleemoſinam ſit pretio æſtimabile, aliquid pretio æſtimabile exigeretur pro mutuo, et proinde non mutuaretur gratis, quod eſt reprobatum. Cap. *Pleriq.* §. *Et ecce.* 14. *Quæſt.* 3. & Cap. *Illo* De *pignor.* & Cap. *Conſuluit.* et Cap. *fin.* De *vſur.* Ergo nec gratis concederetur licentia, ſi concederetur ſub onere dandi eleemoſinam.

6 Neque oppoſitum deducitur ex Conſtit. Vrbani VIII. de qua *nu.* 1. Quia ibi Pontifex circa hanc materiam duo decernit. Et quod licentiæ exercendi opera ſeruilia in feſtis concedantur ſecũdum formam Sacrorum Canonum, et quod gratis concedantur ſine vllo prorſus pretio, aut pacto. Vnde non inferri poteſt quod poſſit imponi onus eleemoſinæ, quia ſi hoc ſequeretur, eſſet de neceſſitate hoc onus imponendum, quia hæc impoſitio eſſet ſecundum formam ſacrorum Canonum. Vnde concedi ſecundum formam ſacrorum Canonum, eſt concedi ex cauſa neceſſitatis, et ſecluſis ſolemnioribus feſtis &c.

7 Nec obſtat, quod in Cap. *Licet.* De *fer.* concedatur licentia Piſcandi in diebus feſtis certis anni temporibus, ſub cõditione, quod aliqua portio Piſcaturæ detur pro eleemoſina, ſicut ſignificat dictio illa *Ita quod,* quæ importat conditionem ſeu modum, vt notant Socin. *conſil.* 49. *n.* 2. *vol.* 1. Galganet. *de condit. & demonſtrat. par.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 10. Giurba *conſil.* 81. *num.* 8. Quia cum Vrban. in præfata Conſtit. præcipiat, concedi gratis, & ſine vllo prorſus pretio, aut pacto, remanet

cor-

correctum ius, quò ad illam partem.

8 Ex quibus deducitur. Quod ſi Ordinarius ijs tantum concederet licentiam laborandi in diebus feſtis, qui de piſcatura aliquid ipſi afferrent, aut de fructibus collectis, aut aliquo alio munere obſequerentur. Aut ſi conceſſa ſemel licentia, non amplius iiſdem concederet, quia non attuliſſent aliquod donum, violaret dictam Conſtit. Vrbani, & ſubiiceretur pœnis, de quibus *ibid.* Pontifex decernit. Hoc enim pacto indirectè obligarentur populi ab aliquid erogandum pro obtinenda licentia, quod eſt expreſsè prohibitum in dic. Conſtir. quatenus prohibetur etiam pactum, & obligatio indirecta.

9 An autem ſub præfata diſpoſitione Vrbani contineatur etiam licentia aperiendi aphothecas in diebus feſtis, & vendendi, loquendo de illis apothecis, quæ clauduntur, & earum rerum venditione, quarum neceſſitas pro victu eam non excuſat. Affirmatiuè reſoluendum eſt, quia hoc quò ad contrarietatem dedicationi diei ad Dei cultum, & prohibitionẽ æquiparatur operibus ſeruilibus, & ſpecialiter prohibetur à Pio V. in ſua Conſtit. *Cum primum.* §. 7. quæ eſt 5. *huius Pôtificis tom.* 2. *Bullar.* ibi. *Ab omni illicito, & ſeruili opere obſtineant, mercatus non fiant, prophanę negociationes, ac iudiciorum ſtrepitus conquieſcant.* Quod autem diſponitur de vno ex æquiparatis, diſponitur etiã de alio *l.* 1. *ff De leg.* 1. & notant communiter Doctores Gloſ. *in Cap. Si poſtquam* §. *fin.* De *elect. iu* 6. Beroius *conſil.* 27. *n.* 3. *lib.* 1. Curt. iun. *conſil.* 124. *num.* 7. Alexan. *conſil.* 17. *num.* 3. *lib.* 3. Decian. *conſil.* 45. *n.* 35. *lib.* 1. Euetar. *in Topica loco. A Simili, num.* 7. Militat enim eadem ratio, ob quã vult Pontifex, quod licentiæ gratis concedantur, cum omnia illa inconuenientia, quæ locum habent, ſi pro licentia laborandi aliquid exigatur, locum habeant etiam in licentia aperiendi Apothecas, & vendendi: & ideò locum habere debet eadem iuris diſpoſitio *l. His ſolis.* §. *Satis etia m cautè.* C De *reuocan. donat.* & alia vulgata iura, & communiter Doctores.

An optio locum habeat in præbendis Canonicatuum vacantium in menſibus reſeruatis. Quaſt. 254.

S V M M A

1 *Optio in præbendalibus admittitur de æquitate canonica.*
2 *Non habet locum in menſibus reſeruatis.*
3 *Duplex ſeparabilitas præbendæ à titulo*
Optio locum habet in abſolutè ſeparabilibus à titulo, etiam in menſibus reſeruatis.
4 *Quid, ſi præbendalia ſint tantũ ſeparabilia ab hoc, vel illo titulo.*
5 *Præbendalia ſunt quid annexum titulo ſpirituali ſaltem in genere.*
Cenſentur eodem iure, ac ſpiritualia.
6 *Mutua connexio ex natura rei inter præbẽdalia, & titulum.*
7 *Regula reſeruationis reperit præbendalia vnita titulo, & qua vnione.*
8 *Quæ non poſſunt ſtare ſeorſim, ſunt neceſſariò connexa.*
Quid requiratur, vt bona eximantur à reſeruatione, quando afficit titulum,
9 *Si tot ſint portiones præbendalium, quot tituli, arguitur impoſſibilitas, & quæ.*
10 *Si præbendalia non poſſunt eſſe ſine titulo ſpirituali, eodem iure cenſentur cum ſpiritualibus.*
Non eximitur à reſeruatione, quod non poteſt ſtare ſine titulo.
11 *Optio præbendalium non ſeparat à titulo, ſed trahuntur ad mutationem tituli.*

1 DE æquitate Canonica admittitur conſuetudo optandi pinguiores præbendas Canonicatuum. vt conſtat ex praxi plurium Eccleſiarum, & Cap. *Cum in tua.* De *conſuet. in* 6. et notant Gloſ. *ibid.* Archidiacon. *n.* 1. Franc. *num.* 6. Probus *ad Monach. num.* 34. Io. Andr. *Geminian.* et alii *ibid.* Franciſ. Marc. *deciſ. Delphin.* 125. *numer.* 2. *par.* 1. Azor. *par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 36. *quaſt.* 13. Moneta, *de opt. canon, cap.* 2. *num.* 1. Rota *deciſ.* 6. *in fine.* De *conſuetud. in Nouis,* & coram Merlino *deciſ.* 100. *num.* 1. Hoc enim æquũ videtur, vt qui præcedunt antianitate fruantur melioribus præbendis tanquam

ij, qui

ij, qui diutius inſeruierunt Eccleſiæ, & præcæteris benemeriti ſunt, Quo ſtante inſurgit dubium, an optio locum habeat in menſibus reſeruatis, ſeu quando vacat Canonicatus in menſe reſeruato.

2 Et quia adeſt *Regula* 9. *Cancellariæ* per quam declaratur, quod conſuetudo optandi non habet locum aduerſus reſeruationem, & derogatur eidem conſuetudini etiam immemorabili, & notant etiam Gonzalez *in eamdem Regul.gloſ.*40. Rota coram Puteo *deciſ.*319.*num.*4.*lib.*1. Ideò certum manet, quod non poſſit optio locum habere, quando præbenda eſt inſeparabiliter annexa Canonicatui, quia tũc ſimul cũ Canonicatu cadit ſub reſeruatione. Et ideò tunc ſolum remanet locus dubitationi, quando præbenda eſt ſeparabilis à canonicatu.

3 Quia autem hæc ſeparabilitas poteſt contingere dupliciter, vel abſolutè, & ſimpliciter, ità vt prębenda ſtare poſſit tãquam corpus ſeparatum abſque eo, quod ſit annexa alicui Canonicatui. Vel ſolum ſecundum quid, quia ſcilicet poſſit ſeparari ab hoc, vel illo canonicatu, non autem ab omni canonicatu, ſed ſemper debeat alicui adhærere; ideò difficultas habet locum ſtante hac poſteriori ſeparabilitate. Nam ſtante prima ſeparabilitate, certum eſt, non cadere ſub reſeruatione, atque adeò optionem locũ habere, quia tunc agitur de merè temporali, quod neque eſt annexum ſpirituali, & proinde reſeruatio canonicatus non ſe extendit ad ipſum. Et hoc eſt, quod tradunt Gonzalez *ad Regul.*8.*Cancellar.gloſ.*34.*num.*35. Cardin. *conſil.*126.*num.*3. Moneta *de opt. Canon. cap.*3.*num.*47. ver. *Si verò.* Garzia *de benefic.par.*5.*cap.* 1.*numer.*157. Palaus *par.*2. *oper.moral tract.*13 *diſp.*2.*pun.*22. S. 6.*num.*7. *in fine.* Rota coram Veral, *deciſ.* 281. *&* 282. *par.*2. & in *Vercellenſi optionis* 4. *Maij.*1615. coram Remboldo, & in alia *Vercellenſi Optionis* 28. *Iunij.* 1610. coram Caualero. & in *Salernitana præbendæ* 10. *Decemb.* 1617. coram Vbaldo, & *deciſ.*381. *num.*2.*par.*3. Recent.

4 Si autem præbenda ſit tantum ſeparabilis poſteriori modo, adhuc non cadere ſub reſeruatione conſuluerunt celebres Aduocati Romanæ Curiæ, & Hieronimus Zãchus Canonicus Bergomenſis, in *ſpeciali allegationes de hac materia*, id pluribus probat fundamentum huius opinionis eſt, Quia reſeruatio afficit tantum titulũ præbendæ, non autem bona temporalia præbendæ, quia hæc ſunt quid merè temporale, & ſeparabile à titulo vacante; quod ſatis ex eo conſtat, quod ex trãmenſes reſeruatos retento eodem titulo fit mutatio bonorum temporalium præbendæ. Hæc autem ſeparabilitas ſufficit, vt temporalia bona non cadant ſub reſeruatione.

5 Verum tenendum eſt, *Non habere locum optionem in menſibus reſeruatis, quò ad bona temporalia prębendalia, quando ſolum ſunt ſeparabilia ab hoc, vel illo Canonicatu, ſed non ab omni.* Ità G nzalez *ad Reg. Cancel. gloſ.*34.*num.*1. Moneta *de opt. canon. quæſt.*3.*num.*12. *par.*3. Garzia *de benefic.par.*5.*cap* 1. *num.*450. Lotter. *de benefic.quæ.*3.38.*num* 10.*lib* 2. Rota coram Mohedano *deciſ.*27. *De pręben.* & coram Puteo, *deciſ.*4.*lib.*2. & coram Lodouiſ. *deciſ.*478.*num.*2. & in *Mediolanenſi Canonicat.* 4. *Iunij* 1636. coram Ghiſilerio, *&* *deciſ.*138.*num.*4.*par.*8. Recent.

6 Ratio fundamentalis deſumitur ex eo, quod bona præbendalia, quæcunque ſint, quamuis in ſe ſpiritualia nõ ſint, ſunt tamen quid annexum titulo ſpirituali, ita vt quamuis poſſint ſeparari ab hoc, vel illo canonicatu, dum tamen non poſſunt ſeparari ab omni, remaneant adhuc in genere annexa titulo ſpirituali, & proinde induant naturam ſpiritualis, & eodem iure cenſeantur iuxta Cap. *Quantò. De iudic.* & obſeruant Gloſ. *ibid.* verbo *Connexa.* Ancharan. *num.*2. ver. *Quærit.* Imola *nu.*1. ver. *Nota quod* Barbatia, *n.*9. & Anguian. *lib.*2. *de legib. controuer.*13. *numer.*21. & communiter. Quod præſertim verum eſt, quia huiuſmodi bona ex inſtitutione exigunt, ſemper eſſe vnita alicui titulo ſpirituali, & aliquis titulus ſpiritualis eadem bona exigit, vnde conſurgit mutua connexio fundata in naturali exigentia tituli, & bonorum præbendalium, quæ conſurgit ex canonica inſtitutione. Et hoc ſufficit, vt reſeruatio ſe extẽdat ad bona præ-

ben-

bendalia tanquam annexa ſpirituali, & eodem iure cenſenda.

7 Confir. Quando vocat Canonicatus Regula reſeruatoria reperit bona præbendalia vnita titulo canonicali: & non quocunque modo, & veluti per accidens ſicuti ſunt vnita alia bona, & membra, quæ non exigunt titulum canonicalem. Sed vnione nata ex intrinſeca exigentia tituli, cum non poſsit eſſe titulus canonicalis, niſi habeat præbendam ſaltem in expectatione Cap. *Relatum. De præbendis*. Siquidem cam importet ius percipiendi fructus, dicit eſſentialem ordinem ad bona fructifera, quæ requiruntur, tanquam complementum canonicatus, & materia, circa quam verſetur ius beneficii. Cum ergò reſeruatio reperiat iſta bona præbēdalia vnita titulo tanquam complementum ipſius, & eſſentialiter exigitum, afficir nedum titulum, ſed etiam bona ipſa, tanquam conſtantia vnum quid cum titulo: ità vt connexio, quam habent bona præbendalia cum aliquo titulo canonicali ſit determinata ad hunc indiuiduum titulum. Et proinde reſeruatio reperit huiuſmodi bona præbendalia ſuo modo ſpiritualizata non ſolum in genere per exigentiam annexionis cum aliquo titulo ſpirituali, ſed per actualem connexionem cum titulo ſpirituali ſingulari.

8 Confir. 2. Quando aliqua ita ſe habent ex natura, aut inſtitutione ſua, vt vnum ſine altero ſtare non poſsit, habent connexionem ad inuicem, & inſeparabilitatem iuxta ea, quæ notant Aret. *in Cap. Translato. num.* 3. *De Conſtit.* Niconit. *in Repet. Rubr. numer.* 58. *De noui oper. nunc.* Menoch. *de arbitr. caſu* 95. *num.* 8. Ita autem ſe habent bona præbendalia & titulus canonicalis. Nam, quamuis hæc bona ſint ſeparabilia ab hoc titulo, & è contra, non ſunt tamen ſeparabilia ab omni titulo, ſed ſemper retinent ordinem eſſentialis cōnexionis cum aliquo titulo, quod ſufficit, vt ex natura, & inſtitutione ſua ſint adnexa ſpirituali, & ſpirituale ſit adnexum & trahat ſecum hæc bona, quod ſufficit, vt quando reſeruatur titulus, cadat etiam ſub reſeruatione eadem bona, quia, vt eximerentur, opus eſſet, quod ab omni titulo ſeparari poſſent, & ſe haberēt tanquam membrum extraneum, quod non pertineret ad complementum tituli iuxta ea, quæ tradunt Abbas *in Cap. Maioribus. num.* 4. ver. *Quandoq.* & in Cap. *Dilecto, num.* 6. *De præbend.* Caſſodor. *deciſ.* 17. *num.* 9. *De præben.* Rota coram Veral. *deciſ.* 356. *num.* 1. *par.* 2. & in *Mediolanenſi Canonicatus.* 4. *Iulij.* 1636. coram Ghiſilerio. & *deciſ.* 138. *num.* 4. *par.* 8. Recent.

9 Accedit etiam. Quod cum ex inſtitutione canonicatuū tot ſint præbēdæ, ſeu portiones bonorum præbendalium, quod ſunt tituli canonicales, ſatis oſtenditur, quod inſtitutio canonica aſsignauit has portiones bonorum præbendalium, vt eſſet ſemper debitæ alicui titulo, ſeu vt eſſent ſubſtentaculum tituli, ne ius, quod dat ad percipiendos fructus, eſſet fruſtratorium, ſeu vt habens titulum, haberet etiam, vnde fructus perciperet. Ex quo infertur neceſſaria cōnexio inter bona præbendalia, & titulum, & ſpiritualitas ex connexione cum ſpirituali, vt notant Abbas *in Cap. Maioribus. num.* 4. *De præbend.* Rota *in Hipparegienſi præbēdæ.* 23. *Ianuar.* 1608. coram Manzanedo, & in *Cordaben. Coadiutoriæ* 27. *Nouemb.* 1609. coram Dunozetto, & in *Mediolanenſi Canonicatus.* 4. *Iulij.* 1636. coram Ghiſilerio, & *deciſ.* 138. *num.* 6. *par.* 8. Recent.

10 Neque obſtant adducta in contrariam quia ſatis conſtat, quod ad excludendam reſeruationem bonorū præbendalium, non ſufficit, quod ſeparentur ab hoc, vel illo titulo, quia cum hoc adhuc ſtat, quod ab intrinſeco exigāt vnionem cum aliquo titulo, ità vt, licet poſsint eſſe ſine hoc, non tamen poſsint eſſe ſine alio, quod ſufficit, vt cenſeri debeant eodem iure cum ſpirituali. Vt autem eximerentur à reſeruatione, opus eſſet, quod poſſent de per ſe ſtare abſque exigentia alicuius tituli canonicalis iuxta ea, quæ tradunt Aeneas de Falconib *de reſeruat. effec.* 39. *in fine.* Rota *deciſ.* 9. *num.* 3. ver. *Nec obſtat. De conſuet. in Antiquit.* & corā Caualero *deciſ.* 116. *num.* 2. & coram Pennia. *deciſ.* 677. *num.* 6.

11 Ex quibus deducitur, quod licet extra

extra menſes reſeruatos optentur bona præbendalia canonicatus, non tamen per hoc ſeparantur à titulo ſpirituali ſed ſolum fit mutatio tjtuli ſpiritualis, ita vt luco vnius ſuccedat alter. Sunt etiam valdè diuerſa ſeparari à titulo, et cōmutari titulum, vt enim ſequeretur ſeparatio, oporteret, quod præbendalia bona remanerēt abſque vllo titulo, quod tamen in optione prædicta non contingit, nec fieri poteſt. Vt autem cōmutetur titulus, ſufficit, ſi loco vnius ſuccedat alter. Ex quo tamen fit, quod bona præbendalia ſemper innitantur alicui ſpirituali titulo.

An Pontifex poſsit diſpenſare in primo affinitatis gradu in linea recta ex copula illicita. Quæſt. 255.

S V M M A.

1 *Doctores, qui ſentiunt, non poſſe Papam diſpenſare in primo gradu affinitatis linea recta.*
2 *Papa poteſt diſpenſare in primo gradu affinitatis linea recta.*
3 *Praxis poteſtatis.*
4 *Papa poteſt diſpenſare in primo gradu affinitatis ex copula illicita.*
Pœnitentiaria frequenter diſpenſat.
Affinitas ex copula illicita non eſt affinitas legalis.
Eſt facilius diſpenſabilis.
5 *Affinitas non oritur ex matrimonio, ſed ex copula.*
6 *Copula præſertim cum ſuſceptione liberorum eſt cauſa ſufficiens diſpenſandi in primo gradu affinitatis linea recta*
7 *Lex quando admittat diſpenſationem.*

1 AN Pontifex diſpenſare poſsit in primo affinitatis gradu in linea recta ex copula illicita, dupliciter accipi poteſt, nēpè quò ad validitatem: et quò ad decentiā, et honeſtatem ita vt licitè procedat. Et quamuis plures doceant primum gradum affinitatis præſertim in linea recta eſſe impedimentum dirimens de iure naturæ, & proinde non poſſe Pontificem in ipſo diſpenſare, quos citat Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 66. num. 6.* & vltra ipſos Laiman *lib. 5. Theol. moral. tract. 10. par. 4. cap. 6. num. 5.* Zechius *de Sacramen. cap. 18. de matrim. propoſ. 2. in fine.* Chamerota *de ſacramen. tract. 12. cap. 5. dub. 1.* Coninch. *diſp. 32. de ſacram. dub. 4. num. 53.* Eſtius. *in 4. diſt. 41. §. 3.* Bizozer. *de ſacram. par. 8. cap. 3. de impedim. affin. numer. 6.* Syluius *in ſupplemen. ad 3. par. quæſt. 55. ar. 6. concluſ. 3.* Zanard. *par. 1. Director. cap. 25. de matrim. §. 6.* Tanner. *tom. 4. ſum. diſp. 8 quæſt. 4. dub. 7. num. 122.* et alii.

2 Attamen magis communiter tenent, primum affinitatis gradum eſſe tātum impedimētum de iure eccleſiaſtico, et proinde poſſe Pontificem ſuper ipſo diſpenſare. Ità D. Th. 2.2. *quæſt. 154. ar. 9. ad 3.* Alenſ. *par. 2. ſum. quæſt. 169. memb. 2.* & *par. 3. quæſt. 27. mem. 8. ar. 3. §. 2.* Abulenſ. *quæſt. 149. 151. & 152. in cap. 8. lib. 1.* Reg. Supplementum Gabr. *in 4. diſt. 41. quæſt. vn. ar. 3. dub. 3.* Albert. Pighius *controuer. 13. in fine.* Caiet. 2.2. *quæſt. 154. ar. 9. circa ſolut. 3.* Ancona *in ſum. Eccleſ. quæſt. 33. ar. 5. & 6.* Ruard. Tapper. *ar. 20.* Armilla *verbo.* Diſpenſare. *nu. 9.* Loazes *de matrim. Reg. Angl. dub. 2. ad 2. ſuadam. par. neg. num. 1.* Ouand. *in 4. diſt. 41. quæſt. vn. propoſ. vn.* Vega *tom. 2. ſum. cap. 34. caſu* 126. Petrus Ledeſma *de matrim. quæſt. 55. ar. 6. circa 1. Stat affinit. difficul. 2. concluſ. 1. & 2.* Henriquez *lib. 12. ſum. cap. 1. num. 2.* & *cap. 9. num. 5.* Veracrux *par. 2. Speculi. ar. 25. concluſ. 3.* ver. Ex *omnibus iſtis.* Ledeſma *2. par. 4. quæſt. 56. ar. 3. dub. 3. concluſ. 1.* Llamas *3. par. Meth. cap. 8. §. 19. init.* Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 66. num. 9.* Rubeus *de ſacramen. diſp. 40. & 41.* Villalob. *par. 1. ſum. tract. 14. difficul. 17. nu. 11.* Mærat. *tom. 3. ſum. diſp. 9. de matrim. ſect. 13. num. 4.* Bonac. *de ſacramen. quæſt. 3. de matrim. pun. 12. num. 7.* Ochagauia *de ſacram. quæſt. 60. de impedimen. Matrim. num. 5.* Io. à Cruce *par. 2. Direct. conſcien. ar. 5. de ſacramen. matrim. dub. 9. concluſ. 1.* Guttierez *de matrim. cap. 99. numer. 9* Pontius *lib. 7. de matrim. cap. 34. num. 5.* Præpoſit. *3. par. quæſt. 7. de impedimen. matrim. diſp. 11. nu. 69.* Rebel. *de obligat. iuſt. par. 2. lib. 3. quæſt. 15. nu. 10.* Gaſpar. Hurtad *de ſacram. diſp. 20. de matr. difficul. 4. n. 13*

Auerſa

Auerſa *de matrim. quæſt.* 17. *ſect.* 2. ver. *Dicendum tamen*. Amicus *diſp.* 17. *de matrim. ſect.* 2. *num.* 14. Caſpens. *par.* 2. *Curſ. Theol. tract* 26. *diſp.* 9. *ſect.* 12, *num.* 76. Corneius, 3. *par. tract.* 6. *de impedimen. matrimon. diſp.* 7. *dub.* 33. Caſtro Palaus *par.* 5. *oper. moral. diſp.* 4. *pun.* 8. *numer.* 12. Lopez à Texeda *tom.* 2. *controuer. moral. lib.* 4. *tract.* 2. *controuer.* 20. *num.* 15. Caramuel. *lib.* 2. *Theol. moral. num.* 592. Perez *diſp.* 31. *de matrim. ſect.* 9. *num.* 5. Dicaſtil. *de matrim. diſp.* 7. *dub.* 37. *num.* 338. Candidus *diſquiſit.* 2. *ar.* 12. *dub.* 4. *dicto* 10. Leander *de ſacram. diſp.* 20. *de matrim. quæſt.* 19. ver. *Sed omnium*. Et probabile putant Molſes. *par.* 1. *ſum. tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 109. Filliuc. *tract.* 10, *par.* 2, *cap.* 6. *numer.* 109. Fernandez *par.* 3. *Examin. theol. moral. cap.* 16. §. 2. *ſect.* 2. *nu.* 7. Loquuntur autem hi Doctores de primo gradu affinitatis ex copula licita.

3 Hoc autem conſtat ex Concil. Aurelian. 3. *can.* 7. vbi præcipit matrimonia venientium ad fidem contracta in primo affinitatis gradu in linea recta non diſſolui, quod non præcepiſſet, ſi de iure naturæ fuiſſent nulla. Et conſtat etiam ex obſeruantia, nam pluries Summi Pontifices in hoc gradu diſpenſauerunt, quorum nonnulla exempla refert Caramuel. *num. preceden.* citat. & plura alia reperiuntur apud Hiſtoricos. Vnde cum ſimus in materia, quæ concernit mores, non poteſt dici, quod Summi Pontifices in hoc errauerint, & quod diſpenſatio fuerit nulla.

4 Ex quibus fit, quod à fortiori poſſit Pontifex validè diſpenſare in primo gradu affinitatis lineæ rectæ ex copula fornicaria. Quia aut ex hac copula non conſurgit affinitas de iure naturali, vt volũt Nauar. *conſil.* 7. *de ſponſal. lib.* 4. aliàs *conſil.* 11. *de conſanguin.* Henriquez *lib.* 12. *ſum, cap.* 1. *num.* 2. Victor. *in ſum. vbi de matrim. num.* 296. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 65. *num.* 9. Vnde neque agnoſcitur à iure ciuili pro affinitate, niſi ea, quæ ſupponit nuptias *l. Non facilè.* §. *Sciendum eſt.* & §. *Affines ff. De gradib. & affinib.* Vel ſi conſurgit, eſt faciliùs diſpenſabilis, & paſſim diſpenſari ſolet ſuper ipſa à S. Pœnitentiaria, vt inter alios obſeruant idem Sãchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 66. *numer.* 3. Laiman. *lib.* 5. *theol. moral. tract.* 10. *par.* 4. *cap.* 6. *n.* 6. Caſtropalaus *par.* 5. *oper. moral. tract.* 28. *diſp.* 4. *de ſponſalib. pun.* 8. *num.* 10. Quia ſcilicet non eſt affinitas legalis, nec in foro externo exhibet ſpeciem affinitatis.

5 Et hoc verum eſt, etiam ſi inter eos, qui fuerunt principium affinitatis interceſſerit matrimonium, dummodo tamen copula præceſſerit matrimonium, & poſt matrimonium non ſit ſequuta alia copula licita. Affinitas enim non conſurgit ex matrimonio ſine copula, ſed ex copula, vt declarauit Pius V. *in ſua Conſtit. Ad Romanum*, quæ eſt. 14. *tom.* 2. *Bullar.* & S. Concil. Congregat. *ad Cap.* 3. *de reformat. matrim. ſeſſ.* 24. cuius declaratio eſt tenoris ſequentis. *Ex matrimonio per verba de præſenti non ſequuta copula nõ oritur affinitas, ſed publica honeſtas vſq. ad quartũ. Per Pium V.* Vnde copula quæ præceſſit matrimonium in ordine ad affinitatem remanet in illo ſtatu, atque adeo etiam affinitas, in quo eſſet, non ſequuta matrimonio.

6 Quod ſpectat ad ſecundum punctum, an licitè, & honeſtè poſſit ſummus Pontifex diſpenſare, pendet ex cauſa diſpenſationis. Et quidem ſi præceſſit copula, præſertim cum ſuſceptione liberorum, adeſt ſufficiens cauſa ad reddendam licitam, & honeſtandam diſpenſationem, vt tradunt Nauar. *conſil.* 6. *De conſanguin. in* 1. *edit. conſ. verò* 12. *in* 2. Couaru. *decret. par.* 2. *cap.* 6. §. 10. *num.* 13. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 19. *num.* 4. vbi alios citat, & *num.* 10. Caſtropalaus *par.* 5. *oper. moral. tract.* 28. *diſp.* 4. *de ſponſal. pun. vlt.* §. 2. *num.* 2. ver. *Prima eſt.* Coninch. *diſp.* 33. *de matrimon. dub.* 5. *numer.* 55. Auerſa *quæſt.* 19. *de matrim. ſect.* 4. ver. *Septimò.* Molſes. *par.* 1, *ſum. tract.* 4. *cap.* 12. *num.* 50. Gaſpar. Hurtad. *de ſacram. diſp.* 26. *de matrim. difficul.* 3. *num.* 11. Campanil. *in Diuer. iur. Rubr.* 6. *cap.* 5. *nu.* 41. Reginal. *lib.* 31. *Praxis fori pœnit. cap.* 26. *num.* 196.

7 Ratio verò ſufficientiæ ex eo deducitur, quod tunc lex eſt capax diſpenſationis, quando in aliquo caſu, aut impedit, quod melius eſt, aut inducit aliquod malum, vt docet D. Th. 1. 2. *quæſt.* 97. *ar.* 4. *in corpore.* Conſtat autem, quod ſtante

copu-

copula, præſertim cum ſuſceptione liberorum ſeruare legem impedimenti matrimonialis, impediret, quod melius eſt, nempè recuperationem honoris fœminæ, legitimationem prolis &c. Et etiam induceret malum, nempè periculum incontinentiæ, iacturam honoris, malam famam &c. Vnde ex vtroque capiter lex admittit diſpenſationem, quæ ex his cauſis non ſolum fit licita, & honeſtatur, ſed etiam fit aliquo modo debita, cum caſus ſit extra ſcopum legis, nec in ipſo poſſit lex obtinere ſuum finem, ſed ſortiatur finem contrarium.

An Epiſcopus poſsit declarare excommunicatum, qui eripuit reum è manibus ſatellitum Curiæ laicalis, ſed captum iuſſu ipſius. Quæſt. 256.

S V M M A.

1 *Eripiens reum ſatellitibus Curiæ laicalis captum iuſſu Epiſcopi, an poſſit declarari excommunicatus.*

2 *Ignorantia, ſi non ſit culpabilis, excuſat ab excommunicatione.*

3 *Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium.*

4 *Ceſſante fine non poteſt habere locum excommunicatio.*

Excommunicatio eſt pœna medicinalis.

5 *Offerens ſatisfactionem non poteſt declarari excommunicatus.*

---

1 IVſſerat Epiſcopus capturam rei exequendam per ſatellites curiæ laicalis, dum autē ducerent captum, quidam vim intulit ſatellitibus, & dedit reo commoditatem fugiendi, putās captū fuiſſe iuſſu laici iudicis, ex eo, quod captus fuiſſet per ſatellites curiæ laicalis, & non per ſatellites curiæ Epiſcopalis, quos proprios habet Epiſcopus. Vnde dubitatur, an poſſit Epiſcopus declarare ipſum incidiſſe in excommunicationem ob violentiā illatam curiæ eccleſiaſticæ. *Et negatiuè reſoluendum eſt.*

2 Primò quidem quia eripiens reum è manibus ſatellitum nō incidit reuera in excommunicationem; ſiquidem neſciebat, quod nomine curiæ eccleſiaſticæ caperetur; imò præſumebat, quod caperetur nomine curiȩ laicalis, cum per eiuſdē ſatellites caperetur. Et proinde quamuis malè egerit, non tamen fecit opus, cui ſciret adnexam eſſe excōmunicationem; nec fuit contumax contra Eccleſiā. Ignorantia autem, ſi non ſit culpabilis, ſicuti excludit contumaciam, ita etiam præſeruat ab excommunicatione, vt tradunt communiter Doctores, Ità Hoſtiens. *in cap. A nobis.* 1. *De ſentent. excommunicat.* Butr. *num.* 8. Abbas *num.* 9. Felin. *numer.* 5. Io. Andr. *in cap.* 2. *num.* 1. *De conſtit. in* 6. Dominic. *num.* 25. Imola *in cap.* 2. *numer.* 9. ver. *Poteſt reſponderi.* De *Conſtit.* Tabiena *verbo.* Excommunicatio 7. *num.* 2. Angel. *ibid. caſu vlt. num.* 3. Syluеſter *verbo.* Excommunicatio 2. *numer.* 3. & *verbo.* Ignorantia. *quæſt.* 8. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *ar.* 2. *in fine concluſ.* 4. Ouand. *diſt.* 18. *quæſt. vn. propoſ.* 74. Petrus Sotus *lect.* 3. *de excommun.* §. *Secundum ſit.* Lopez *par.* 2. *Inſtruc. cap.* 13. *De excommun.* §. *Igitur pro euidentia* Bartholom. Ledeſma *dub.* 5. *de excommunicat.* Martin. Ledeſma 2. *par.* 4. *quæſt.* 28. *ar.* 6. *in fine.* Petrus Ledeſma *de matrim. quæſt.* 55. *ar.* 6. *dub.* 5. *ad* 4. Zechius De *caſib. reſeruat. caſu* 1. Nauar. *cap.* 23. *Manual. num.* 47. ver. *Addo* Caſtro *lib.* 1. De De *lege pœn. cap.* 14. §. *Sicut dictum eſt.* Henriquez *lib.* 13. *ſum. cap.* 23. *num.* 2. Vega *tom.* 1. *ſum. cap.* 85. *caſu* 73. Rodriquez *tom.* 1. *ſum cap.* 77. *num.* 3. Graſ. *par.* 2. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 21. Iulius Clar. *lib.* 5. *recep. ſent.* §. *fin. quæſt.* 85. ver. *ſecundus eſt caſus.* Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 32. *numer.* 9. Suarez *diſp.* 4. *de cenſur. ſect.* 8. *numer.* 20. Vaſquez *dub.* 16. *de excommunicat. num.* 6. Azor. *par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *qu.* 3. & *lib.* 7. *cap.* 7. *quæſt.* 4. Auila *de cenſur. par.* 1. *cap.* 5. *dub.* 7. *in* 3. *ſenten.* Coninch. *diſp.* 13. *de excommun. dub.* 10. *num.* 91. Filiuc. *tract.* 11. *cap.* 8. *quæſ.* 10. *num.* 253. Candid. *diſquiſit.* 22. *ar.* 31. *dub.* 6. Turrian. *lib.* 1. *de cēſur. diſp.* 5. *dub.* 2. Baunius *tract.* 1. *de cenſur. quæſt.* 18. *dicto vlt.* Sayr. *lib.* 1. *de cenſur. cap.* 18. *numer.* 15. Cœleſtin. *in Compend. Theol. moral. tract.* 3. *cap.* 5. *nu.* 2. Bonac. *diſp.* 2. de *cenſur. quæſt.* 2.

*pun.*1.*nu.*7 Leander *tract.*1. *de cenſur. diſp.* 9. *quæſt.*6. ver. *Sed probabilius.* Diana *par.* 4. *tract.* 5. *reſol.*85. Gaſpar Hurtad. *de cenſur in communi. difficul.* 22. Reginal. *lib.* 9. *Praxis fori pœnit. num.*169. Villalob. *par.*1. *ſum. tract.*2. *difficul.*15. *n.*4. Tanner. *tom.*4. *ſum. diſp.*6. *quæſt.*10. *dub.*6. *nu.*4. Corneius 3. *par. diſp. vlt. de cenſur. in communi dub.* 2. *quæſt.* 2. Ex deſumitur ex Cap. *Vt animarum*, De conſtit. in 6. ibi. *Vt animarum periculis obuietur, ſententijs per ſtatuta quorumcunque Ordinariorum prolatis ligari nolumus ignorantes, dum tamen eorum ignorantia craſſa non fuerit, aut ſupina.* Ignorabat autem prædictus, quod reus caperetur iuſſu curiæ Eccleſiaſticæ, & proinde, quod actio, quam exercuit fuerit ſubiecta excommunicationi.

2 Et hoc à fortiori tenendum eſt, quia cum Epiſcopus haberet ſuos ſatellites, quibus vtitur ad capiendos reos: & mandatum factum ſatellitibus curiæ laicalis eſſet ſecretum, conſurgit præſumptio, quod captura fieret mandato curiæ ſæcularis, cum miniſtri operentur nomine ſui principalis. Vnde cum delinquens habeat pro ſe præſumptionem, transfertur onus probandi in aduerſarium, quod ſciret mandatum iudicis eccleſiaſtici *l. fin. ff.* Quod *met. cau.* & *l. Ab ea. ff.* De probat. & notant Bart. *in l. In illa. in fine. ff. De verbor. obligat.* Dec. *conſil.*397. *nu.*4. Cephal. *conſil.*304. *num.*217. Marſil. *ſingul.*451. *n.* 1. Dum enim habet preſumptionem pro ſe, ſubtrahitur à delicto, & ideò nō poteſt eidem ſubiici, niſi probetur, quod commiſerit.

4 Secundò. Quia, dum is, qui eripuit reum è manibus ſatellitum, fateretur, ſenō fuiſſe erepturum, ſi ſciuiſſet, quod captus fuiſſet mandato curia Eccleſiaſticæ, exuit omnem cōtumaciam contra Eccleſiam, & ſe illi obſequentem prębere, vnde ceſſat finis excommunicationis, & proinde nō poteſt excommunicatio habere locum, imò eſſet abſoluendus, ſi eam contraxiſſet. Excommunicatio namque eſt medicina, quæ ordinatur ad ſanandam contumaciam, & corrigendum delinquentem, Cap. *Multi.* 2. *Quæſt.* 1. & Cap. Notandum. 24 *Quæſt.*3. & Cap. 1. *De except. in* 6. & Cap. 1. *De ſentent. excommunicat. in* 6. ibi. *Cum medicinalis ſit excommunicatio, non mortalis.* Et notant cōmuniter Doctores Alens *par.*4. *quæſt.*22. *mem.*1. *ar.*2. D. Bonauen. *in* 4. *diſt.*18. *par. vlt. quæſt.*2. Richar. *ar.*3. *quæſt.*2. Gabr. *quæſt.*2. *not.*3. Couaru. *in Cap. Alma mater. par.*1. *init. numer.*9. & communiter cum D. Th. *in ſupplemen.* 3. *par. quæſt.*21. *ar.*3.

5 Et proinde, quando quis verè incidit in excommunicationem, & citatus, & comparet, & ſatisfactionem offert, non poſſe denunciari excommunicatum, tradunt Suarez *diſp.*3. *de cenſuri ſect.*10. *num.* 17. Corneius 5. *par. diſp.*7. *de cenſur. in genere dub. vn.* ver. *Et ſi roges.* & *diſp.* 7. *de excommunicat. dub. vn. quæſt.* 4. Leander de cenſur. *tract.*1. *diſp.*7. *quæſt.*10. Quia cum ceſſet finis excommunicationis, qui eſt correctio delinquentis, non poteſt per denunciationem manusteneri contra offerentem ſatisfactionem. Hoc autem à fortiori locum habet quò ad eum, qui ſe purgat à delicto, ob quod eſſet denunciandus excommunicatus.

*An Parochus excommunicatus vitandus poſsit dare licentiam aſsiſtendi matrimonio. Quæſt.*257.

S V M M A

1 *Parochus excommunicatus an poſſit dare licentiam aſsiſtendi matrimonio, & n. ſequen.*
3 *Parochus aſsiſtens matrimonio authorizat actum.*
Exercet iuriſdictionem parochialem.
4 *Committens alicui aſsiſtere matrimonio committit iuriſdictionem.*
Actus ſuperioritatis eſt actus iuriſdictionis.
5 *Excommunicatus non toleratus eſt ſuſpenſus ab officio.*
6 *Excommunicato non eſt adhibenda fides.*
Excommunicatus excluditur à communibus actibus.
7 *Excommunicatus non toleratus non poteſt conſtituere procuratorem,*
Conſtitutio eſt nulla.

---

1 Con-

Controuerrunt Doctores, an Parochus excommunicatus vitandus poſſit dare licentiam aſſiſtendi matrimonio. Et quamuis magis communiter ſentiant, quod poſſit hanc licentiam dare, vt Henriquez *lib.12. ſum. cap.12. num.5.* & *lib.13. cap.7. num.7.* Sanchez *lib.3. de matrim. diſp.21. num.7.* Rebel. *de obligat. iuſt. quæſt.8. nu.8.* Poſſeuin. *de offic.* Curati. *cap.10. quæſt.13.* Pontius *lib.5. de matrim. cap.17. num.14.* Hurtad. *diſp.5. de matrim. difficul.8. num.27.* Sà *verbo* Matrimonium *nu.1.* Palaus *par.4. oper. moral. diſp.2. de ſponſal. pun.13. §.10. nu.8.* Gutierez *de matrim. cap.62. num.24.* Ceual. *com. opin. quæſt.604. num.120.* Trullench. *lib.7. de ſacram. cap.6. dub.2. nu.13.* Diana *par.3. tract.4. reſol.233. in fine.* Machad. *lib.4. par.2. tract.2. docum.16. nu.4.* Bannius *par.1. theol. moral quæſt.6. de matrim. clandeſt. dub.9.* Baſſeus *in Florib. Theol. verbo*, matrimonium 5. *num.5.* Leander *de cenſur. tract.2. diſp.11. quæſt.8.* Fundamentum huius ſententiæ eſt. Quia aſsiſtere Matrimonio non eſt actus iuriſdictionis, ſed ad ſummum actus dominij: vnde dans licentiam nō communicat iuriſdictionem, ſed ad ſummum dominiū. Excommunicatus autem non toleratus non priuatur dominio, & ideò poteſt in alium transferre.

2 Attamen in facti contingentia oppoſitam opinionem conſului: nempe *Non poſſe Parochum excommunicatum concedere licentiam aſſiſtendi matrimonio*, quā tradunt Nauar. *conſil.14. nu.6. de clandeſt. deſponſat.* Ledeſm. *de matrim. quæſt.45. ar.5. dub.4.* Laiman. *lib.5. Theol. moral. tract.10. par.2. cap.4. nu.5.* Coninch. *3. par. diſp.27. de ſacram. dub.2. num.15.* Alter. *de cenſur. tom.1. lib.1. diſp.6. cap.6.* ver. *Sed dubi.* Suarez *de pœnit. diſp.27. ſect.1. num.5.* & *de cenſur. diſp.14. ſect.2. num.7.* Dicaſtil. *De ſacramen. tract.10. diſp.3. dub.10. n.75.* Quæ opinio in praxi ſequenda eſt, cum oppoſita poſſit reddere dubiam validitatem matrimonii, & parere lites quò ad ſucceſſionem bonorum.

3 Et meliori etiam nititur fundamēto. Quia Parochus nō aſſiſtit matrimonio tanquam teſtis, ſed tanquam Parochus exercens munus parochiale cum ſuis ſubditis. Et proinde aſſiſtit, tanquā ſuperior auctorizans actum ſubditorum. Hoc autem eſt exercere in ſubditos iuriſdictionem illam, quam habet tanquam Parochus; quæ ita eſt propria offieii ipſius vt nulli alteri conuenire poſſit, niſi ex delegatione, aut ratione ſuperioritatis, quæ ſibi ſubordinet auctoritatem Parochi. Dū ergo Parochus alteri committit hanc aſſiſtentiam, committit illam iuriſdictionē, quam habet tanquam Parochus ſupra ſuos ſubditos, quam tamen non poteſt committere, cum ſit ipſa priuatus Cap. *Audiuimus.24. Quæſt.1.* & Cap.1. *De offic. Vicar. in 6.* & Cap. *Si is, cui De offic. deleg. in 6.*

4 Nec dici poteſt. Quod committat exercitium dominij non autem iuriſdictiōnem. Quia committit id, quod ſibi conuenit tanquam Parocho ratione ſuperioritatis, quam habet ſupra ſuos ſubditos: & proinde committit iuriſdictionē quæ eſt annexa officio parochiali. Committit etiā poteſtatem auctorizandi actūs auctorizare autem eſt actus ſuperioritatis parochialis, atque adeo iuriſdictionis facultas enim faciendi, quæ concernunt munus ſuperioris, importat iuriſdictionē iuxta ea, quæ notant Gloſ. *in l.1. ff. De iuriſd. om. iud.* Bar. *ibid.* Abbas *in Cap. Quod Sedem.* De *offic. Ordinar.* Molina *de iuſt. & iure. tract.5. diſp.2. num.4.*

5 Confir. Excommunicatus non toleratus eſt ſuſpenſus ab officio, quia cum non poſsit communicare cum cœteris, remanet ſuſpenſus ab officio, quod trahit ſecum talem communicationem, vt docent communiter Doctores Nauar. *cap.27. Manual. n.17.* Sotus *in 4. diſt.22. quæſt.1. ar.4.* Suarez *diſp.14. de cenſur. ſect.1.* Henriquez *lib.13. ſum. cap.7. nu.6.* Filliuc. *tract.12. cap.6. quæſt.1.* Corneius *3. par. diſp.10. de excommunicat. §.5. dub.1.* & alii cum D. Th. *3. par. quæſt.64. ar.6. ad 3.* & in *Supplemen. quæſt.22. ar.3.* Ergo eſt priuatus exercitio eorum, quæ pertinent ad Officium Parochi. Aſsiſtere autem matrimonio, ſicut & dare licentiam aſsiſtendi eſt actus officij Parochialis.

6 Confir.2. Excommunicatis non

eſt adhibenda fides, vt decernit Stephanus Papa *in cap. Nullis. 3. Quaſt. 4. ibi. Nec à quoquam credantur, qua ab eis dicuntur, vel conſcribuntur*. Ergò non poſſunt auctorizare aliquem actum, quia iam priuantur facultate auctorizatiua, cum nec ſua dicta, nec ſua ſcripta auctorizare poſſit. Vnde nec poſſunt alteri tribuere facultatem, vt nomine proprio auctorizent. Præſertim quia excommunicatus à communibus actibus excluditur. Cap. *Pia*. De excep. Non ſolum iudicialibus, ſed etiam extraiudicialibus, Cap. *Licet De ſentent. excommunicationis in 6*. Ergo repelletur etiã ab aſſiſtendo, & auctorizando matrimonio, atque adeo non poterat alteri communicare hanc facultatem.

7 Deniq. Aſsiſtens matrimonio virtute licentiæ Parochi, non aſsiſtit nomine proprio, quia non habet de ſe facultatem auctorizandi matrimonium; ſed nomine eiuſdem Parochi; atque adeo procuratorio nomine. Non poteſt autem excommunicatus non toleratus conſtituere procuratorem, ita vt auctoritate ipſius exerceat munus ſibi commiſſum, vt ſtatuitur in Cap *fin* De *procurat*. Sed talis inſtitutio eſt nulla, vt obſeruant *ibid*. Panormit. Innocent. & alii Canoniſtæ. Suarez *diſp. 16. de cenſur. ſect. 3. n. 4*. Sayr. *lib. 2. de cenſur. cap. 7. num. 3*. Vgolin. *tab. 1. de cenſur. cap. 15. num. 5*. Filliuc. *tract. 12. cap. 7. num. 176*. Alter. *lib. 2. de cenſur. diſp. 3. cap. 1. ver. Neque tantum*. Bonac. *diſp. 2. de cenſur. quaſt. 2. pun. 7. num. 5*. Et ideò Parochus excommunicatus nulliter dabit licentiam aſsiſtendi matrimonio. Neque oppoſita ſententia nititur ſufficienti fundamento; quia non ſolum conceſsio huius licentię eſt communicatio iurisdictionis parochialis, vt conſtat ex dictis; ſed etiam ex aliis quoq. titulis modo deductis repugnat conceſſio talis licentiæ.

An admitti poſſit reſignatio Canonicatus *Pœnitentiariæ ad fauorem non habentis annos, quadraginta abſq. diſpenſatione ſuper Concil. Trident. Quaſt. 258.*

S V M M A.

1 *Eligendus ad* Canonicatum *pœnitentiaria debet eſſe annorum quadraginta.*

2 *Papa poteſt abſque diſpenſatione* Concil. *admittere reſignationem* Canonicatus *pœnitentiaria ad fauorem non habentis quadraginta annos.*

Trident. quomodo requirat quadraginta annos in Canonico *pœnitentiario.*

Dictio, Seu, *alternat diſpoſitionem.*

3 *Extendit diſpoſitionem ad aliud diſiunctorum.*

Relinquit facultatem eligendi alteram partem.

4 *Dictio,* Aliás, *diminuit, & inducit alium modum.*

5 *Diſpoſitio Trident. circa pœnitentiarium afficit ſolos Epiſcopos.*

Lex non ſe extendit ad alias perſonas ultra expreſſas.

1 DIfficultatẽ facit diſpoſitio Cõcil. Trid. *ſeſſ. 24. cap. 8. de reformat.* vbi ita diſponit. *Pœnitentiarius aliquis ab Epiſcopo inſtituatur, qui Magiſter ſit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, & annorũ quadraginta, ſeu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur*. Vnde cum Conciliũ requirat ætatem quadraginta annorum, non videtur poſſe inſtitui aliquis minoris ætatis abſque eo, quod diſpenſetur ſuper diſpoſitione Concilii.

2 Tenendum eſt. *Quod poſſit Pontifex admittere reſignationem Pęnitentiaria ad fauorem carentis ætate quadraginta annorũ abſque eo, quod diſpenſet ſuper diſpoſitione Concilij*. Ratio eſt. Quia diſpoſitio Concil. ita requirit ætatem quadraginta annorũ, vt tamen permittat eligi Pœnitentiarium minoris ætatis. Nam vtitur dictione diſiunctiua, *ſeu*, ibi *Seu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur*. Dictio enim, *ſeu* iuxta propriam ſignificationem habet vim

vim alternandi diſpoſitionem, & diuerſificandi ſecundum à primo, *l. Si quis ità legauerit. ff. De auro, & argen. leg.* & *l. Filia. C. De collat.* & notant Bald. *ibid. in 1. oppoſit.* Bar. *in l. Si qui. §. Vtrum. num. 1. ff. De reb. dub.* Socin. *ibid.* Alexan. *conſil. 79. num. 5. vol. 5.* Geminian. *conſil. 18. num. 11.* Roman. *conſil. 179. numer. 8.* Natta *conſil. 650. num. 6.* Rota *deciſ. 255. num. 4. par. 5. Recent.* Vnde relinquit facultatem aſſumendi carentem dicta ætatæ, dummodo ſit magis aptus: & ideò abſque diſpẽſatione ſuper Concil. poteſt admitti dicta reſignatio concurrente aptitudine &c.

3 Et hoc eſt, quod docet Bal. *conſil. 331. num. 6. lib. 3.* quem ſequitur Tuſch. *Littera* D. *concluſ. 372. num. 2.* quod hæc dictio extendit diſpoſitionem de vno diſiunctorũ ad aliud, ità vt exequutori relinquat facultatem eligendi alteram partem iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. Generaliter. C. De ſacroſanc. Eccleſ.* Roman. *conſil 65. in fine.* Alexan. *in l. Seruus. nu. 2. ff. De verbor. ſignificat.* Socin. ſen. *conſil. 63. num. 11. lib. 1.* Menoch. *conſil. 341. numer. 2.* Et ideo, vt eligatur carens ætate quadraginta annorum, non requiritur diſpenſatio ſuper Concil. Trident.

4 Quod etiam concluditur ex dictione, *Aliàs*, ibi, *Seu aliàs, qui aptior &c.* Hæc enim dictio diminuit requiſitum ætatis prçſcriptæ, vt notat Rota coram Seraphino *deciſ. 968. num. 5.* Et tanquam aduerbium qualitatis inducit aliũ modũ, cum quo fieri poſſit electio pœnitentiarij iuxta ea, quç tradunt Cened. *ſingul. 62. num. 5.* Rota coram Veral. *deciſ. 210. num. 1.* & *deciſ. 310. nu. 6. par. 5.* Recent. Et proinde facit ſenſum, quod ſi non adſit præſcripta ætas, ſit tamen aliàs idoneus ratione morum, prudentiæ, doctrinæ pro loci qualitate.

5 Denique Concil. diſponit de electione Pœnitentiarii facienda per Epiſcopũ. ibi. *Ab Epiſcopo conſtituatur;* & ideo præſcribit, qualitates, quibus eligandus debet eſſe præditus, ne liberam habeat facultatem eligendi quemcunque voluerit: non autem de electione facienda à ſummo Pontifice. Et ideò ſufficit, quod eligat perſonam idoneam pro tali munere, quamuis non habeat qualitates requiſitas à Concilio. Neque in hoc interuenit diſpenſatio tacita ſuper Concilio, quia nõ diſponit vniuerſaliter ſuper electione Pœnitentiarii, ſed ſuper ea, quæ eſt facienda per Epiſcopos. Vnde cum lex diſponens de aliqua materia pro certo perſonarum genere non ſe extendet ad aliàs perſonas, cum iis verba legis non conueniant Cap. *Indemnitatibus. §. Sed cũ eas.* De *elect. in 6.* & *l. 4. §. Toties. ff. De dam. infec.* & *l. Ita autem. init. ff.* De *adminiſt. tut.* & notant Bart. *ibid.* Marſil. *conſil. 29. n. 10.* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancel. gloſ. 5. n. 24.* Tiraquel *in l. Si vnquam. verbo.* Libertis. *num. 2. C. De reuocan. donat.* Rota *deciſ. 697. n. 7. par. 1. Recent.* Concil. nõ ſe extẽdet ad diſponendũ in ordine ad electionẽ Pœnitentiarii per Summũ Põtificem faciendam, cum loquatur de ſolis Epiſcopis; & ideò non opus erit diſpenſatione, ſi eligat non habentem ætatem præſcriptã à Concilio. Vnde Clemens VIII. elegit Quærengum annorũ vigintiquinque in Coadiutorem Pœnitentiarii Cathedralis Eccleſiç Patauinæ.

An Cõcilia prouincialia, & Nationalia poſsint aliquid determinare circa res fides. Quaſt. 259.

S V M M A

1 Concilia prouincialia, & nationalia non poſſunt decernere circa res fidei.
Soli Pontifici tributa poteſtas decernendi circa res fidei.
2 Solus Pontifex eſt iudex in rebus fidei.
Pontifex quomodo poſſit paſci
3 In rebus dubÿ; recurrendum ad Pontificem.
4 Fides innitur teſtimonio Dei, & requirit infallibilitatem propoſitionis.
5 Concilia Prouincialia, & nationalia poſſunt examinare res fidei.
6 Concilia Africa, Arauſicanum &c. ſolum examinauerunt errores hæreticorum.

1 RESolucadum eſt tanquam certum Concilia ſiue Prouincialia ſiue Nationalia non poſſe decernere aliquid circa res fidei; Sed ſolum poſſe examinare, & ſuam ſententiã proponere ſummo Pontifici. Hæc reſolutio deſumitur ex Cap. *Quoties* 24. *Quæſt.* 1. vbi etiam Gloſ. & ex Cap. *Maiores*, *De baptiſ.* Hæc enim poteſtas tradita eſt ſoli Petro, atque adeò ſolis ſucceſſoribus ipſius; nã ſoli Petro dixit Chriſtus Lucæ 22. *Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Vnde D.Bernard. Epiſt. 190. ponderans hęc verba, ait *Hæc quippè huius prærogatiua Sedis. Cui enim alteri aliquãdo dictum. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.*

2 Et ex hoc loco, Summum Pontificem ſolum eſſe iudicem in rebus fidei, colligunt Lucius 1. *Epiſt. ad Epiſcop. Hiſpan. & Galliæ* Felix. 1. *Epiſt. ad Benignum.* Leo IX. *Epiſt. ad Petrum Antiochenũ.* Agatho *Epiſt. ad Conſtantinopol. Imperatorẽ*, approbata in VI. Synodo *act.* 4. Idem etiam colligitur ex illo Io. 21. *Paſce oues meas.* Paſcere enim eſt curam gerere de ouibus, & eas cibare ſana doctrina, nedum quò ad mores, ſed etiam quò ad fidem. Et quia Summus Pontifex eſt ſummus Paſtor, cœteri verò ipſi ſubordinantur, ideò in paſcendis ouibus non debent vti alia doctrina, niſi illa, quæ procedit, & approbatur ab Apoſtolica Sede.

3 Hinc Gregor. Papa *ad Epiſcop. Galliæ. Epiſt.* 52. *lib.* 4. *Si quam verò contentionem, quod longè faciat diuina potentia, de fidei cauſa euenire contigerit, aut negocium emerſerit, cuius vehemens ſit fortaſſe dubietas, & pro ſui magnitudine iudicio ſedis Apoſtolicę indigeat, examinata diligentius veritate, relatione ad noſtram ſtudeat perducere notitiam, quatenus à nobis valeat congrua ſine dubio ſententia determinari.* Ex quibus conſtat ſpectare determinationem rerum fidei ad Summũ Pontificem.

4 Ratio verò eſt. Quia non poteſt proponi aliquid de fide credendum, niſi mittatur teſtimonio diuino, à quo ſolo habent res, vt ſint credendæ captiuando intellectũ in obſequium fidei. Teſtimoniũ autem diuinum habetur ſolum in verbo reuelato, quod eſt aut ſcriptum, aut traditum. Vnde quæcunque proponuntur credenda, debent in hoc verbo contineri; vt autem fides ſit certa, & infallibilis, debet hæc quoque continentia eſſe certa, & infallibilis; & conſequenter quando proponitur tanquam contentum, debet propoſitio eſſe certa, & infallibilis, ità vt proponens nõ poſſit errare, dum proponit aliquid tanquam contentum in verbo reuelato. Solus autem Põtifex habet, quod non poſſit in hac propoſitione errare.

5 Atque hinc conſtat etiam altera pars reſolutionis, quod ſcilicet Concilia, Prouincialia, aut Nationalia poſſint examinare res fidei, & ſuum examen, ſeu iudicium proponere Romano Pontifici, vt habet Gregor. Papa *num.* 3. allatus. Quia hæc examinatio non decernit aliquid circa res fidei, ſed tantum diſcutit doctrinali modo, an id, de quo agitur, cõtineatur, vel non cõtineatur in verbo reuelato; & proinde ſiſtit tantum in præparatorijs pro decernendis rebus fidei.

6 Obijci poteſt cõtra ſupradicta, quod Cõcilia Africæ tempore hæreſis Pelagianæ determinauerunt circa materiam fidei, nempè gratiæ. Sicut etiam Concil. Arauſican. 1. & 11. & condiderunt Canones in hac materia, Verum reſp. quod in hac materia tantum examinauerunt Hæreticorum doctrinam, & ſuum iudicium propoſuerunt Summis Pontificibus, vt illud approbarent, vel reprobarent, & proferrent ſuper ipſo ſuam infallibilem ſententiam, vt conſtat ex *Epiſt.* Cartaginen. & Milleuitani Cõcilij *ad Innocentium* 1. Et proinde nihil determinauerunt, quod proponerent credendum: ſed ſolum quod proponerent Pontifici approbandum, vel reprobendum.

An

An locum habeat quædam diſpoſitio de miſſa quotidiana. Quæſt. 260.

S V M M A

1 *Onus miſſæ quotidianæ corruit, ſi corruat diſpoſitio, cui eſt annexa.*
Diſpoſitiones ità accipiendæ, vt non ſe inuicem deſtruant.
3 *Poſterior diſpoſitio non tollit primam, niſi exprimatur.*
4 *Diſpoſitio dependens à futuro euentu eſt conditionalis.*
Deficiente conditione euaneſcit diſpoſitio.
5 *Corruente diſpoſitione corruunt annexa, et acceſſoria.*
6 *Onus expreſſum in vna diſpoſitione, non habet locum in alia, ſi non exprimatur.*
Teſtator cenſetur noluiſſe, quod non expreſſit.
Difformis diſpoſitio infert voluntatem diuerſam.
7 *Onus, & conditio adiecta vni perſonæ non cenſetur repetita in alia.*
8 *Præſertim ſi adſit diuerſa ratio.*

1 Nicolaus diſpoſuit in ſuo teſtamento, quod ſi Petrus emere vellet certam domum, quæ erat corpus hæreditatis, teneretur eius hæres illam vẽdere dimidio minus, quàm valeret: & conceſſit ſpacium biennii, intra quod poſſet Petrus emere. Quod ſi intra biennium non emeret, reliquit eamdem domum Franciſco tanquam vſufructuario, cum onere tamen faciendi celebrare miſſam quotidianam. Cum autem Petrus emerit intra biennium iuxta facultatem ſibi factam à teſtatore inſurgit dubium, an ipſi cenſendum ſit impoſitum onus miſſæ quotidianæ, cum iuſſerit teſtator, quod dimidio minus, quàm valeret, ei venderetur.

2 Et *negatiuè reſoluendum eſt, etiam ſi medietas pretij relaxata eſſet ſufficiens pro ſubſtinendo onere miſſæ quotidianæ*. In hoc enim caſu interuenit duplex diſpoſitio, vna ad fauorem Petri, & altera ad fauorẽ Franciſci circa eamdem domum. Hæ autem diſpoſitiones debent ità accipi, ne ſibi contradicant Cap. *Inter dilectos. De fide inſtrument.* & iuxta ea, quæ notant Bart. *in l. fin. §. Idem quæſiuit. ff.* De *condic. indeb.* Dec. *in l. Vbi repugnantia. num. 4. ff.* De *reg. iur.* Simon de Prætis *de interpret. vlt. volun. lib. 1. interpret. 1. dub. 4. ſolut. 7. numer. 3.* vbi latè, Craueta *conſil. 70. numer. 15.* & in *Reſpon. pro Genero. num. 301.* Riminal. *conſil. 94. num. 63.* Suid. *conſil. 169 num. 26.*

3 Ex quo fit, quod prædictæ diſpoſitiones habeant ordinem ad inuicem, ità vt poſterior tunc ſolum habeat locum, quando prior nõ haberet effectum, quod ſatis conſtat ex coarctatione conceſſionis emendi ad biennium, intra quod ſolum vult teſtator, hæredem poſſe cogi ad vendendum. Vnde poſterior diſpoſitio de vſufructu non habebit locum, niſi in euẽtum, quod Petrus intra biennium non emat. Neque enim ſecunda diſpoſitio tollit primam, niſi id exprimatur, vt notant Bart. *conſil. 70. vol. 1.* Dec. *conſil 358. nu. 4.* Cagnol. *in l. Vbi repugnantia. num 7. ff.* De *regul. iur.* Craueta *in Reſpon. pro Genero. num. 297.*

4 Cum igitur poſterior diſpoſitio de vſufructu domus non habeat locum, niſi in euentum, quod prior de venditione non ſortiatur effectum, atque adeo ſit dependens à futuro euentu, quod Petrus emat, vel non emat domum, remanet cõditionalis, dependens à conditione, quod Petrus intra biennium nõ emat iuxta ea, quæ tradunt *Doctores in l. Centurio. ff.* De *vulg. & pupil ſubſt.* & *in l. Gallus. §. Quidã. ff.* De *liber. & poſth.* vbi Socin. ſen. *num. 9.* & *conſil. 90. in fine lib. 1.* Craueta *conſil. 22. n.*

6 Et ideò cum Petrus emerit domum, euanuit diſpoſitio de vſufructu eiuſdem domus ad fauorem Franciſci defectu cõditionis, quod Petrus non emiſſet domũ, & habetur pro non facta. *l. Si quis ita ha. res. ff.* De *condit. inſtit.* & *l. 1. ff.* De *condit. & demonſtrat.* & notant Angel. *conſil. 373. num 2. in fine.* Paris. *conſil 8 num. 25. vol. 3.* Mantica *de Coniectur. vlt. volunt. lib. 11 tit. 16. num. 2.*

5 Corruente autem poſteriori diſpoſitione, corruit etiam onus miſſæ quotidianæ tanquam acceſſorium eidem diſpoſitioni, cum fuerit annexum domui in vſufructus conceſſi. *l. Aurelius, §. Lecituitu* vſufructus conceſſi. *l. Aurelius, §. Legatũ.* & *l fin §. fin. ff.* De *liber. leg.* & *l. Lecta. ff. Si*

ff.Si cert.pet. vbi etiam *Doctores* Iſernia. *Cap.1.De alien. feud. pat.* Paris de Puteo, *de reintegr.feud. cap.255.num.3.* Surd. *de alimen*t. *tit.3. quæſt.31.num.11.*

6 Nec dici poteſt, quod etiam prior diſpoſitio habeat annexum onus miſſæ quotidianæ contemplatione medietatis pretii, quæ in venditione relaxatur. Quia cum teſtator inſtituat diuerſas diſpoſitiones, & in vna exprimat onus miſſæ quotidianæ, & non in alia, cenſetur noluiſſe apponere tale onus, quia ſi voluiſſet expreſiſſet, vt tradunt Riminal. iun. *conſil.117. num.71.* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.6,tit.15.num.6.* Rota coram Ludouiſio *deciſ.433. num.18.* & coram Merlino *deciſ.825.num.20.* Præſertim quia poſterior diſpoſitio eſt difformis à priori, ex quo ſufficienter deducitur voluntas diuerſa teſtatoris, vt tradunt Menoch. *conſil. 215. num.69.* Paris. *conſil.50.num.19.lib.4.* Surd, *conſil.154. num.7.* Rota *deciſ.413.num. 6. & 16. par. 3. Recen.* & coram Merlino *deciſ.800.num.11.*

7 Accedit etiam. Quod onus, ſeu cōditio adiecta vni perſonæ, non cenſetur in alia repetita, præſertim ſtante diuerſitate diſpoſitionis, quando non eſt ratio, ex qua deducatur repetitio, vt obſeruāt Gloſ. *in l. In repetendis.ff. De legat. 3.* & *in l.Titia.S.Idem reſpondit.1. ff De verbor.obligat.* Iaſ. *num.5.* ver. *Limità,* Capra *conſil.35.nu.19.* Bart. *in l Sei.§.Caio oppoſit.1.ff.De ſun. inſtruc.* Bald, *conſil.58.* ver. *Super primo lib.2.* Caſtrenſ. *conſil. 16.in fine. lib. 2.* Corn. *conſil.129.in fine lib.2.* Alex. *conſil. 66.nu.6.lib.3.* Socin. ſen. *conſil.22.numer.2.lib.3.* Riminal. ſen. *conſil.224.nu.68.lib.2.* Corneus *conſil.129. in fine lib.2.* Paris. *conſil. 38.num. 28. lib.2.* Beroius *conſil. 120. num. 73.* ver. *In contractibus. lib. 2.* Alciat. *reſp. 96. num.25.* ver. *Tertiò.* Menoch. *conſil.117. num.73.* Vnde onus poſitum in ſecunda diſpoſitione, non ſe extendet ad primam, cum nulla id ratio ſuadeat.

8 Imò adſit diuerſa ratio, ſi quidem in diſpoſitione, in qua exprimit onus miſſæ quotidianæ, cōcedit vſumfructum domûs, in alia verò ſolum remittit medietatem prætii, quod ſufficit, vt onus annexum vſufructui nō habeat locum in diſpoſitione de vēditione domus iuxta ea, quæ notaut Alexan. *conſil.42.num.8. lib.6.* Roman. *conſil.140.numer.10.* ver. *Omninò,* Dec. *conſil.294.* ver. *Ad hoc reſpondetur.* Bald. *in l.Cum multæ.C. De donat. ante nupt.* Paris. *conſil.38.n.30.lib.2.* Ruin. *conſil.105.nu.3. lib.1.* Comens. *conſil.169.* ver. *Non obſtat.*

An Nuncius poſſit diſpenſare ſuper impedimento tertij gradus affinitatis, & conſanguinitatis. Quæſt. 261.

S V M M A

1 *Nuncius potens diſpenſare in quarto gradu mixto an poſsitetiam in tertio ſimplici.*
2 *Concurrente quinto gradu cum quarto non eſt neceſſaria diſpenſatio.*
Concurrente gradu remoto, & proximiori, attenditur ſolus remotus.
3 *Verba ità accipienda. vt non ſint ſuperflua.*
4 *Adiectiua referuntur ad ſubſtantiua præcedentia.*
Qualitas ſubſequens qualificat omnia præcedentia.
5 *Poteſtas diſpenſandi eſt latè interpratanda.*

1 Locū habet difficultas de Nuncio, qui habet in ſuis facultatibus, vt diſpenſare poſſit in ordine ad contrahendum matrimonium *In tertio, & quarto gradu ſimplici, & mixto.* Dubitatur enim, an hæc verba dent facultatem diſpenſandi in gradu tertio ſimplici, abſque eo, quod concurrat quartus gradus, in ordine ad communem ſtipitem. *Et affirmatiuè videtur reſoluendum.*

2 Ratio eſt, Quia facultas diſpenſandi ſe extendit ad tertium gradum, ſicut verba ſonant, & ideo ſubiicitur tanquam diſpenſabilis eidem facultati. Ergo poteſt Nuncius diſpenſare ſuper ipſo ſeorſim à quarto; alioquin ſi non poſſet diſpenſare, niſi ſimul cōcurrente quarto, facultas diſpenſandi eſſet tātum ſuper quatto; quod ſatis ex eo conſtat, quia ſi in contrahentibus concurrat quartus, & quintus gradus non indigent diſpenſatione iuxta Cap. *fin. De conſanguinio, & affinit.* quia atten-

attenditur tãtum gradus magis remotus & iuxta declarationem Pij V. *in ſua Conſtit.* 13. *tom.* 2. *Bullar.* quod ſit exprimendus tantum remotior gradus, vt valeat diſpenſatio, obtentis tamen poſtea litteris declaratoriis ſuper non obſtantia proximioris gradus. Vnde cum ſit conceſſa facultas diſpenſandi ſuper tertio gradu, prout verba ſonant, debet accipi de tertio ſeorſim à quarto.

3 Præterea ſi Pontifex noluiſſet concedere facultatem diſpenſandi in tertio ſeorſim à quarto, ſed ſolum in tertio, & quarto coniunctim, illa verba, *In tertio*, eſſent ſuperflua, quia abunde ſe explicaſſet dicendo, *In quarto ſimplici, & mixto*, quia hæc verba comprehenderent tamſolum quartam, quàm quartum coniunctim cum tertio, cum quartus mixtus inuoluat etiam tertium. Verba autem ità ſunt accipienda, vt non ſint ſuperflua, ſed aliquid operentur. Cap. *Si Papa*. De *priuileg. in* 6. & *l. Si ſtipulatus. inst. ff.* De *vſur.* & notant Bald. *in Rubr. num.* 9. *C.* De *contrahen. empt.* Alexan. *conſil.* 217. *numer.* 4. *lib.* 1. Rota coram Puteo *deciſ.* 191. *num.* 7. *lib.* 1. & *deciſ.* 345. *num.* 3. *par.* 3. *Recent.*

4 Rurſus hoc etiam ſatis declarant adiectiua numeri ſingularis, *ſimplici, et mixto*, quæ referri debet ad vtrumq. ſubſtantiuum, nempe tertium, & quartum gradum iuxta doctrinam Bald. *in l.* 1. *C.* De *legit. hæred.* Bart. *in l. Cum filio ff.* De *legat.* 1. Imola, & Alexan. *ibid.* & rurſus Alexan. *in l. Metum. §. Licet. ff.* Quod *met. cau.* Quia qualitas ſubſequẽs qualificat omnia præcedentia *l. Quæſitum. §.* 1. *ff.* De *leg.* 3. & *l. Talis. ff.* De *leg.* 1. & *l. Seia. §. Caio ff.* De *fun. inſtruc.* & notant Gloſ. *in dict. l. Quæſitum.* Bart. *in dict. §. Caio.* Cephal. *conſil.* 138. *nu.* 50. *lib.* 1. Et proinde qualitas ſimplicis, & & mixti afficit vtrumque gradum nempè tertium, & quartum, ità vt vterque ſiue ſimplex ſit, ſiue mixtus cadat ſub facultate diſpenſandi.

5 Quæ omnia magis corroborantur ex eo, quod poteſtas, diſpenſandi tanquã beneficium Principis eſt latè interpretanda, atque adeo quantum patitur verborum ſignificatio, vt communiter docent. Ità Gloſ. *in Cap. Hi, qui.* verbo. *In poteſtate in fine.* 15. *Quæſt.* 8. & in Cap. *Dudum.* verbó. *Beneficia*. De *præbend. in* 6. Bar. *in l.* 2. *numer.* 2. *ff.* De *verbor. obligat.* Bald. *ibid.* Imola. *num.* 2 Socin. *num.* 14. Alciat. *nu.* 48. Angel. *numer.* 2. Caſtrenſ. *num.* 4. Alexan. *num.* 6. Roman. *num.* 62. Io. Andr. *in Cap. fin. numer.* 3. De *ſimon*, Abbas. *ibid.* Felin. *num.* 7. Butrius *num.* 5.

An Nũcius potens diſpẽſare in tertio, & quarto gradu ſimplici, & mixto, poſſit etiam diſpenſare concurrente ſecundo, & quarto. Quæſt. 262.

SVMMA

1 *Potens diſpenſare in quarto mixto non poteſt in quarto, & ſecundo.*
Gradus proximior eſt exprimendus cum remotiori, & cur.
Non continetur ſub facultate diſpenſandi, niſi exprimatur, & cur.
2 *Verba facultatis diſpenſandi reſtringuntur ad expreſſa.*
3 *Conceſſiones, & priuilegia non extenduntur vltra verborum ſignificationem.*
4 *Quartus gradus non trahit ſecundum ratione mixtionis, niſi exprimatur.*
Sub ſimplici continetur mixtum in materia fauorabili.
Si tamen de vtroque ſimplici fiat mentio.

1 Ratio dubitandi oritur ex eo, quod poteſt diſpenſare in quarto tàm ſimplici, quàm mixto; vnde videtur poſſe diſpenſare etiam in quarto mixto cum ſecundo. *Et negatiuè reſoluendum eſt*. Licet enim remotior gradus trahat ad ſe proximiorem, eſt tamen exprimendus pro obtinenda diſpenſatione iuxta *Conſtit.* Pij V. quæ eſt, 13. *tom.* 2. *Bullar.* & notat etiam Pyrrhus Corradus *in Praxi diſpenſat. Apoſtolicar. lib.* 7. *cap.* 7. *numer.* 65. Præſertim quia concurrente proximiori cum remotiori gradu augetur taxa litterarum Apoſtolicarũ, & ſoluitur maior compoſitio. Et ideò tanquam in ſpecie exprimendus in ſupplicatione pro diſpenſatione, non venit ſub

ſub facultate diſpenſandi, niſi de eo fiat ſpecialis mentio, quamuis non ſit pro ipſo neceſſataria diſpenſatio, ſed tanrum litteræ declaratorię ſuper non obſtantia. Ex eo enim, quod eſt exprimendus, eſt ſpeciali nota dignus, & ideo non venit ſub facultate diſpenſandi, niſi in ſpecie exprimatur *l. Eos. C.* De *aqueduct.* & notãt Craueta. *conſil.* 880. *nu.* 19. Alexan. *conſil.* 104 *in fine. lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 111. *nu.* 9.

2 Vnde cum verba exprimentia facultatem diſpenſandi, non ſe extendant ad ſecundum gradum, ſiquidem verba illa, *Simplici, & mixto*, referuntur tantum ad gradus expreſſos; nempè tertium, & quartum, & proinde ad ipſos reſtringuntur, *l. Si de certa. C.* De *tranſact.* & notant Gloſ. *in Cap. Dilecto. verbo.* Vim vi. De *ſent. excommunicat. in* 6. Alexan. *in l.* 3. *nu.* 34. C. De *acquir. poſſeſ.* Geminian. *conſil.* 29. *num.* 3. *in fine.* Rota *deciſ.* 768. *uum.* 3. *par.* 3. *Recent.* conceſſio facultatis diſpenſandi nullo modo ſe extendet ad ipſum.

3 Militat enim etiam in hoc vniuerſalis ratio, quod conceſſiones, & priuilegia non ſunt extendenda vltra verborum ſignificationẽ *l.* 1. *ff.* De *iure immun.* & *l. Vacatio, ff.* De *munerib. & bonor*, & Cap. Porrò & Cap. *Ex parte*, & Cap. *Petiſtis.* De *priuileg.* & notãt Innocen. *in Cap. Dilecto.* De *offic. Archidiaconi* Felin. *in Cap. Auditis. n.* 10. De *præſcript.* & *conſil.* 1 *num.* 162. Dec. *in Cap. Tranſlato. circa fine* De *Conſtit. in* 2. *lect.* Burgos de Paz *con ſil.* 29. *numer.* 57. Rota *deciſ.* 8. *num.* 7. *par.* 8. *Recent.* Et ideo cum verba nullo modo ſignificent ſecundum gradum, non poteſt conceſſio ad ipſum extendi.

4 Nec dici poteſt. Quod quartus gradus trahat etiam ſecundum, quando ſecũ concurrit ratione mixtionis. Quia verba conceſſionis loquuntur de quarto non quomodocunque mixto, ſed mixto cum tertio, quia accipienda ſunt de mixtione illorum graduum, qui exprimuntur. Nec item, quod ſub ſimplici contineatur etiã mixtum in materia fauorabili, qualis eſt præſens *l. Si ità. init. ff.* De *liber. & poſth.* Bart. *in l. Gradus. §. Et quid ſi tantum. eod. Tit.* Nam hoc ſolum locum habet, quando in diſpoſitione ſit mentio de vtroque ſimplici, ex quo componitur mixtum, vt obſeruant Surd. cum alijs. *Deciſ.* 329. *num.* 24. Rota *in Romana Domus. ſine retractus.* 26. *Februar.* 1590. coram Pennia. Vnde cum nulla fiat mentio in facultate conceſſa de ſecundo gradu, non continebitur ſub quarto gradu mixtum, ex quarto, & ſecundo.

An iudex laicus poſſit à Clerico capere informationem contra laicum offenſorem dicti Clerici. Quæſt. 263.

S V M M A

1 *Iudex laicus poteſt capere informationem à Clerico conueniente laicum.*
Conceſſa iuriſdictione conceduntur omnia neceſſaria &c.
Clericus poteſt conuenire laicum coram iudice laico.
2 *Laicus poteſt reconuenire Clericum coram iudice eccleſiaſtico.*
3 *Clericus quando accedit ad tribunal laicale debet iurare coram iudice eccleſiaſtico.*
4 *Iudex laicus procedit contra ſacrilegia licet habeant annexam excommunicationem.*

---

1 SVpponit quæſtio, quod Clericus offenſus conuenerit laicum offenſorem corã iudice laico. Tunc enim iudex laicus poteſt legitimè procedere cõtra laicum offenſorem. Reſoluendum autem eſt, *Iudicem laicum in tali caſu abſque violatione immunitatis Eccleſiaſticę poſſe capere informationem à Clerico contra dictum laicum.* Ratio eſt, Quia cum poſſit Clericus conuenire laicum coram iudice laico tanquam ſequens forum rei, poteſt etiam iudex proſequi cauſam; & proinde poteſt ea omnia exercere, ſine quibus cauſam proſequi non poſſet iuxta *l. Cui iuriſdictio. ff.* De *iuriſdic. om. iud* vbi ſtatuitur, quod data iuriſdictione ea omnia conceſſa cenſentur, ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt, vnde poterit Iudex laicus capere etiã à clerico informatione neceſſariã contra reũ laicũ, alioquin non poſſet ſuam iuriſdictionem exercere. Et hoc erit iuxta diſpoſitionem Cap. Si

Cle-

Clericus. & Cap. *Cum ſit generale. De foro compet.* vbi Gloſ. & Doctor.

2 Confir. Ideò Laicus poteſt reconuenire clericum coram iudice laico incivilibus, vt deſumitur ex Cap. 1. *Cauſa.* 3. *Quæſt.* 8. & Cap. 2. *De mutuis petit.* & tradunt Gloſ. *in Cap.* 2. *De foro compet.* Afflict. *deciſ.* 173. Boer. *deciſ.* 14. Surd. *conſil.* 396. Grat. *par.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *numer.* 124. Del Bene *de immunit. par.* 1. *cap.* 7. *dub.* 11. *ſect.* 3. *nu.* 1. Quia ſcilicet cauſa reconuentionis eſt annexa cum cauſa conuentionis, & non eſt circa perſonam Clerici, ſicut eſt cauſa criminalis. Hæc autem ratio à fortiori locũ habet quò ad informationem capiendam à Clerico in cauſa cõuentionis; ſi quidem informatio non eſt annexa cauſæ conueutionis, ſed ipſi inuiſcerata, ſine qua non poteſt cauſa expediri: vnde præbet ſufficiens fundamentũ, vt poſſit iudex laicus huiuſmodi informationem capere.

3 Eſt tamen aduertendum, quod Clericus in tali caſu non debet exhibere iuramentum coram iudice laico capiente informationem, ſed in tribunali eccleſiaſtico, vt declarauit S. Congregat. Epiſcopor. & Regul. *in cauſa Ciuitatis Caſtellanæ.* 14. *Aprilis.* 1615. & in *Motulenſ.* 24. *Ianuar.* 1653. vt ex his declarationibus obſeruat Hieronim. Roman. *in ſuis Floſcul.* verbo, *Clericus. numer.* 23. & Thomas del Bene *de immunit. par.* 1. *cap.* 7. *dub.* 11. *ſect.* 4. *num.* 2.

4 Obiici tamen poteſt, quod delictũ commiſſum eſt contra Clericum: & proinde eſt ſacrilegium, & habet annexam excommunicationem; & conſequenter ſpectare videtur ad forum eccleſiaſticum. Reſp. Hoc non obſtare, quin poſſit Iudex laicus partes ſuas exequi, vt in Cap. *Cum ſit generale.* De *foro compet.* & in Cap. *Felicis. De pœnis. in* 6. ibi. *Per hoc quoque ſecularibus poteſtatibus non adimimus facultatẽ viendi legibus contra tales, quas aduerſus ſacrilegos Catholici Principes ediderunt.* Ex quibus conſtat, quod non obſtante ſacrilegio, & excommunicatione poſſunt laici iudices procedere contra ſuos ſubditos. Ibi enim agitur de offendentibus S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, qui committant ſacrilegium, & incidunt in excommunicationem.

An faciens disdictam cenſus contra eccleſiaſticos coram iudice laico, incidat in aliquam cenſuram. Quæſt. 264.

S V M M A

2 *Bona fides quando locum habeat.*
Bona fides excuſat in cenſuris.
3 *Excommunicatio ordinatur, vt medicina ad frangendam contumaciam.*
4 *Disdicta cenſus contra Eccleſiaſticos quando facienda coram iudice laico.*
Adeundus iudex, cui ſubijcitur res, de qua agitur.
5 *Dominus feudi cognoſcit contra Clericum.*
6 *Disdicta cenſus non trahit ad iudicem*
Actus auctorizandus à ſuperiore.
7 *Disdicta cenſus obligat disdicentem.*
Inchoatio, & fundamentum actionis pertinet ad forum rei.
8 *Canon.* 15. *Bullæ cœnæ quos excommunicet.*
9 *Canon.* 16. *Bullæ cœnæ quos recurrẽtes ad tribunalia ſæcularia excommunicet.*

1 Contendebant nonnulli, quod Fauſtinus incidiſſet in excõmunicationem Canonis 15. Bullæ cœnæ tanquam traxiſſet perſonas eccleſiaſticas ad forum, & iudicem ſæculare, eo quod volens extinguere cenſum, quem Monialibus ſoluebat, disdictam præmiſerat corã iudice laico. Vnde Epiſcopus cœpit comminari cenſuras. Reſoluendum tamen eſt. *Non incidiſſe in dictum Canonem, ſed potuiſſe de iure præmittere disdictam coram iudice laico.*

2 Et quod non inciderit in aliquam cenſuram, ex eo conſtat, quod proceſſit cum bona fide, quia prius conſuluit Doctos viros, qui cum auctoritate ſcribentiũ conſuluerunt, poſſe præmitti disdictam coram iudice laico. Bona autem fides, ſicut excludit contumaciam, ita etiam impedit, ne locum habeat excommunicatio, vt docent communiter D. Th. *in Supplemen.* 3. *par. quæſt.* 21. *ar.* 3. Alenſ. 4. *par. quæſt.*

*quæſt.*2.*memb.*1.*ar.*3. *D.*Bonauent. *in* 4. *diſt.*18. *par.vlt.quæſt.*2.Richar.*ar.*3.*quæſt.* 2.Bachon.*quæſt.*1. *ar.*1.Durand.*quæſt.*3.*n.* 7. Gabr. *quæſt.*2,*ar.* 1.*corol.* 1. Sotus *diſt.* 22.*quæſt.* 1.*ar.*2. *concluſ.*2. Ledeſma 2.*par.* 4.*quæſt.* 23.*ar.*3.Henriquez *lib.*13.*ſum.cap.* 17.*num.*3. Nauar.*cap.*27.*Manual.num.*9. Couaruu. *in cap. Alma mater. par.* 1. *§.*9. *num.*4. Sayr. *lib.* 1. *de cenſur. cap.*9.*nu.*29.

3 Ex eo quoque purgatur contumacia, quia ſtatim ac Epiſcopus cœpit comminati cenſuras, receſſum fuit ab actis. Vnde non habet locum inobedientia, & proinde non poterit deueniri ad declaratoriam excommunicationis, quę tanquā medicina ordinatur ad frangendam contumaciam, & reducendos deuiantes ad rectam ſemitam Cap. *Multi.*2. *quæſt.*1. & Cap. *Notandum.*24. *Quæſt.*3.& Cap.1. *De except. in* 6. & Cap.1.*de ſentent.excommunicat. in* 6.

4 Verum neque ſumus in caſu excōmunicationis *Canon.*15. Bullæ cœnæ. Nā ibi prohibetur ſub pœna excommunicationis trahere perſonas eccleſiaſticas ad forum ſæculare, & iudicem laicum, quod intelligitur, quando aliàs cauſa de iure nō ſpectat ad ipſum, quod ſatis ſignificant verba illa Canonis, *Præter iuris canonici diſpoſitionem.* Verum disdicta cenſus facienda eſt contra Eccleſiaſticos coram iudice laico, vt tradūt Cencius *de cenſib. qu.*103. *n.*24. & *quæſt.*111.*n.*6.*&* 27.&*par.*3.*cap.*1. *quæſt.*3.*ar.*9. Felic.*tom.*2.*de cenſib. lib.*4.*cap vn.nu.*5. *in fine.* Et conſonat etiā loquendo tàm de oblatione, quà de depoſito Io. Baptiſ. Lupus *in l* 2.*commen.*2.§.4.*nu.*113. *C. De pact. inter empt. & vendit.* Neque enim agitur de iudicanda perſona eccleſiaſtica, neque de ſubiiciendis eiuſdem bonis iudici laico, ſed de liberanda re cenſuata ab onere cenſus, quæ cum ſit ſubiecta iudici laico, pertinet ad ipſum diſponere de liberatione, cum res, de qua agitur, & poſſeſſor ſubiiciatur ſoro laicali iuxta Cap. *fin.* De *foro compet.* Pro quo facit, quod tradit Bald. *in l. Acceptam. quæſ.* 13.*num.*24. *C. De vſur.* Alexan.*conſil.* 163. *num.*4.*lib.*5.

5 Ob quam rationem etiam in cauſa feudali Dominus feudi laicus cognoſcit contra Clericum, quia res, de qua agitur ad ipsū pertinet. Cap. Ex *tranſiſſa.* De *foro compet.* & Cap. *Cæterū.De iudic.*& tradunt cōmuniter Clar.*lib.*4.§.*Feudum quæſt.*90. *n.*8.*Sayr.lib.*12.*Clau.reg.cap.*8.*n.*9.Reginal. *lib.*9.*Praxis fori pœnit. n.* 151.Fili.*tract.*10. *cap.*16. *quæſt.* 6.*num.*262. Bonac. alios citans *diſp.* 1. *de cenſur. in partic. quæſt.* 16. *ſect.*1.*pun.*6.*nu.*6. Leander *de cenſur. diſp.* 15.*quæſt.*11.Roſental.*De ſeud. cap.*12. *concluſ.*1. *num.*25. Schrader. *de Feud.par.*10. *ſect.*1. *num.*202.

6 Accedit etiam, quod cum disdicta non ſit actio intentata contra perſonas eccleſiaſticas, ſed tantum denunciatio redemptionis cenſus, non trahit perſonas eccleſiaſticas ad iudicē laicū, neq. interponit contra ipſas eiuſdem poteſtatē; ſed tantū interpellat auctoritatē ipſius pro auctorizanda denunciatione. Cū autem auctorizatio ſit actus iuriſdictionis, pertinet ad ſuperiorem illius, cuius actus eſt auctorizandus, vt obſeruat Speculat. *Tit. De iuriſdict.om.iud.ver.Porrò.*

7 Denique disdicta non ſolum tendit ad denunciandā redemptionem cenſus, ſed etiam ad obligandum disdicentem ad reſtituendum pretium, & extinguendum cenſum, ſi intra annum exigatur extinctio iuxta Conſtit. *De cenſib.* Pii V. *Cum onus Apoſtolica. §.*6. Vbi diſponitur, quod facta denunciatione, ſi non redimatur cenſus, poſſit à denunciante etiā inuito intra annum exigi reſtitutio prætij. Et ideò tendit disdicta ad conſtituendum disdicentem veluti reum, ite vt poſſit conueniri in ordine ad reſtituendum pretium. Ex quo fit, quod facienda ſit coram iudice denunciantis, vt in virtute eiuſdem coram ipſo conueniri poſſit. Inchoatio enim, & fundamentum iuridicū actionis pertinet ad iudicē rei *l. Iuris ordinē.C. De iuriſdic.om.iud.*& Cap. *Cū ſit.* De *foro compet.*

8 Et licet disdicta non eſſet facienda coram iudice laico, adhuc tamen non eſſemus in caſu excommunicationis *canon.*15. Bullæ cœnæ. Quia ibi tantum excommunicantur, qui auctoritatiuè, & tanquam ex officio trahunt ad tribunal ſęculare perſonas eccleſiaſticas, vt obſer-

uant

uant Alter. *de cenſur. lib.5. diſp.16. cap. 1. ver. Tradunt.& ver. Hinc ſequitur* Sayr. *De cenſur.lib. 3. cap.19. num.6.* Reginald. *lib. 9.Praxis fori pœnitent. num.256.* Duard. *in Bull. cœna lib.2. can.15. quæſt. 10.num.2.* Vgolin. *de cenſur.in Bul. cœna can.15. §.1. num.11.ver.Nono.* Bonac. *De cenſur. in partic. diſp.1. quæſt. 16. ſect.1. pun.4.num. 10. & 11.* Leander. *de cenſur. tract. 3. diſp. 15. qu. 1.* Quod ſatis indicant verba Canonis. *Qui ex prætenſo eorum officio, vel ad inſtantiam partis;* quæ ſignificant trahere auctoritatiuo modo, dum trahitur ratione officii,& ad inſtantiam partis, quia pars non inſtat apud priuatas perſonas. ſed apud exercentes iuriſdictionem. Sicut etiam illa alia verba, *Ad ſuum tribunal.* Dictio etiam ſuum ſtat poſſeſsiuè, & ſignificat, quod trahentes perſonas eccleſiaſticas habeant Tribunal, ad quod illas trahant. Vnde non habet locum hęc excõmunicatio, niſi quò ad perſonas publicas, quæ auctoritatiuè trahunt ad ſuum Tribunal.

9 Ex quibus etiam excluditur excõmunicatio ſecundæ partis *Canon.16.* eiuſdem Bullæ; nam fertur in eos ſolum, qui recurrunt ad ſæcularia tribunalia, vt impediant,& eludant iudicium fori eccleſiaſtici contra ſe ipſos, vt ſatis oſtendunt verba ipſa Canonis ibi. *Ac etiam eos, qui poſt ipſorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcunque ſententias, & decreta, aut alias fori eccleſiaſtici iudicij eludentes ad* Cancellarias *&c.* Et notant in hac materia Doctores Vgolin. *de cenſur.in Bul. cœna can.16.§.2, ver. Ac etiam,* Alter. *de cenſur. lib. 5. diſp.17. cap. 2. ver. Quarè,* Reginal. *lib.9. Praxis fori pœnit. num.369.* Filliuc. *tract 16. quæſt.11. num. 283.* Bonac. *de cenſur. in partic. diſp.1. quæſt.17. pun.1. n. 22. & ſequen.* Neque enim materia prohibita ſub hac excommunicatione interuenit, dum à laico fit disdicta cõtra eccleſiaſticos coram iudice laico, cum non eludatur, nec impediatur in aliquo forũ eccleſiaſticum. Paſqualig. Quæſt. Select.

An ſit ſeruanda conſuetudo antiqua alternatiuæ in electione Prouincialis apud Religionem. N. Quæſt.265.

SVMMA

1 *Conſuetudo alternatiua in electione prouincialis.*
2 *An ſeruanda.*
Suſpicio falſi in ciuilibus habetur pro falſo.
3 *Suſpicio falſi reddit ſubreptitiam confirmationem Pontificiam.*
4 *Confirmatio non præiudicat conſuetudini in contrarium, quando non eſt narrata.*
5 *Conſuetudo, ſupernenient poteſt derogare Conſtitutioni.*
Conſuetudo quando ſit immemorabilis.
6 *Lex non derogat conſuetudini immemorabili.*
7 *Lex non derogat conſuetudini particulari.*
Conſuetudo non tollitur, niſi exprimatur.

1 Apud Religiouem N. extat antiquiſſima conſuetudo, quod in quadã Prouincia, in qua duæ nationes vniũtur, Prouincialis eligatur alternatiuè vna vice ex vna, & alia vice ex alia natione. Contra hanc autem cõſuetudinem fuit excitata difficultas eo, quod in Cõſtitutionibus Religionis præſcribatur, quod in electione Prouincialis non habeatur ratio Nationum, & proinde excludatur dicta alternatiua. Et huiuſmodi Conſtitutiones fuerunt confirmatæ à Summo Pontifice.

2 Verum hoc non obſtante. Reſoluendum eſt. *Seruandam eſſe hanc conſuetudinem.* Et primò quidem, quia non conſtat, quomodo dicta clauſula, quod in electione Prouincialis nõ habeatur ratio nationum, inſerta ſit in Conſtitutionibus, Et proinde adeſt ſuſpicio, quod dolosè, & à priuata perſona inſerta fuerit, & conſequenter contineat falſum; ſuſpicio enim falſi in ciuilibus ſufficit, vt habeatur pro falſo, vt tradunt Caſtrenſ. *in l. Iubemus. nu. 2.C.De probat.* Ancharan. *conſil 133. nu.8.* Rota *deciſ.45. num.1.& deciſ.123. num. 2. poſt 2. volum. conſil.* Farinac. & coram Merlino *deciſ.419. num.12.*

3 Ex quo etiam fit, quod dicta Con-

ſtitutiones non iuuentur confirmatione Pontificia, quia ſuſpicio falſi illam reddit ſubreptitiam iuxta ea,quæ tradūt Butrius *in cap.Super litteris.nu.*20.De *reſcrip.*Felin. *in cap.Ex parte.num.*15.*eod.Tit.*Craueta *conſil.*1.*num.*139.Geminian.*conſil.*33.*n.*5. *&* 13.Rota coram Seraphino *deciſ.*447. *num.*8.& coram Veral. *deciſ.*125.*num.*2.& *deciſ.*273.*num.*2.*par.*1.& coram Caualero *deciſ.*47.*num.*1.

4 Ex alio etiam capite confirmatio Pontificis dictarum Conſtitutionum eſt ſubreptitia,quia ſcilicet Papæ nō fuit narrata inueterata conſuetudo dictæ alternatiuæ; quæ ſi fuiſſet expreſſa,aut dictum articulum non confirmaſſet; aut ſaltem difficilius Cap. *Si motu proprio. De præben. in* 6.vbi Canoniſtæ, & Cap. *Poſtulaſti.* & Cap.*Super litteris.*De *reſcrip.*& notāt. *ibid.* Felin.*num.*8.Io.Andr.*in cap.*2.*num.*2.*De fil.* *Preſbiteror. in* 6.Caſſodor. *deciſ.*12.*nu.* 14.De *præben.* Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.*21.*num.*11.*&* 17. Rota *deciſ.*91.*nu.* 2. *par.*3.*Diuer.& deciſ.*418.*num.*2.*par.*1. Recent. & coram Seraphino *deciſ.*734.*nu.*7. & coram Coccino *deciſ.*328.*num.*1.& coram Mantica *deciſ.*214.*num.*2.& coram Pennia *deciſ.*705.*num.*3.& coram Merlino *deciſ.*703.*num.*61.& coram Eminentiſſ.Otthobono *deciſ.*239.*num.*5.

5 Deinde etiam admiſſo dicto articulo Conſtitutionum, tanquam ſi haberet vigorem, neq. adhuc præiudicat dictæ conſuetudini. Siquidem vel Conſtitutiones,& dictus articulus præceſſerunt conſuetudinem prędictā,vel ſubſequutæ ſunt. Si præceſſerunt,potuit conſuetudo ſuperueniens ipſi derogare *§. Naturalia.* Inſtit. *De iure natur.Gent.& ciuili.*& *l.De quibus. ff.*De *legib.* & *l. Venditor.* §. *Si conſtat.ff. Commun.præd.*& Cap.*fin.De cōſuet.* Et obſeruant Doctores Abbas *ibid. num.*8.Felin. *ſect.*3.*nu.*9.& cœteri. Si autem ſubſequutæ ſunt, cū vſque ad præſens tempus durauerit conſuetudo,& facta ſit centenaria, & vltra, atque adeo immemorabilis iuxta ea,quæ tradunt Dec. *in Cap.*1.*num.* 47. De *appellat.*Iaſ.*in l.Cum aliquis num.*7.ver. *Sed circa.* C. De *iure deliber.*Alexand.*n.* 5. ver. *Tamen communiter* Curtius *De iurepatronat. verbo.* Ipſe, vel is.*quæſt.* 36. ver. *Circa aliud punctum*. Rota coram Puteo *deciſ.*206.*numer.*4.& coram Pennia *deciſ.* 1286.*num.*5.& *deciſ.*583.*num.*1.*par.*4.Diuerſ.

6 Vnde ſi antea non derogauerunt Conſtitutiones huic conſuetudini, cum contra ipſas permanſerit in ſuo vigore, multò minus poſſunt modo derogare cū ſit facta immemorabilis,quamuis de nouo acceſſerit cōfirmatio Apoſtolica, quia tantum confirmat, non aut derogat conſuetudinibus immemorabilibus, quibus nunquam cenſetur derogatum, niſi in ſpecie derogetur, vt notant Gloſſ *in cap.* 2.De *pręſcrip. in* 6.Ruin.*conſil.*13.*num.*30. *lib.*2. Afflict.*deciſ.*254.*num.*5. ver.*Et ſic illa* Felin.*in* Rubr.De *pręſcrip.num.*18.*in fine* Ripa *in l.Nemo poteſt. numer.*110 *ff.* De *leg.* 1. Couaruu. *Variar.* *Reſol.cap.* 13. *num.*5. *lib.*3. Gabr.*concluſ.*1. *num.*30. *De pręſcrip.* Gonzalez *ad* Reg.8.*Cancellar.gloſ.*33. *nu.* 2. Gratian.*Diſcept forenſ.cap.* 578.*nu.* 10. Rota *deciſ.*614.*num.*1. *par.*2.*Recent.* & *deciſ.*286.*nu.*1.*par.*4. Recen.& coram Eminentiſſ.Otthobono *deciſ.*53.*num.*13.

7 Præterea agitur de conſuetudine Prouinciæ particularis; vnde ſubintrat diſpoſitio Cap.1.*De conſtit in* 6. Quod per leges vniuerſales Conſtitutionum non derogetur cōſuetudinibus particularibus, vt notant ibi Canoniſtæ.Calderin.*conſil.*3. *numer.*1.*De conſuet.*Rota *deciſ.*286.*num.*1. *par.*4.*Recent.* Non ſolum quia Pontifex, vt dicitur in tex. poteſt probabiliter eas ignorare: ſed quia poteſt talis ratio concurrere,quod conſuetudo ſit neceſſaria pro vtilitate publica,qualis eſt cōſuetudo, de qua agitur, cum ſit introducta pro cōſeruāda pace inter diuerſas nationes Prouinciæ.Et pręſertim quia conſuetudo non cenſetur ſublata, niſi exprimatur. *l. Viros.* C.De *diuer. offic lib.*12.& notant Menoch. *præſump.*18.*num.*14.*lib.*2. teſtans de communi Rota *deciſ.*425. *num.*3. *par.* 5. *Recent.*

An

An Generalis poſſit concedere Viſitatori Ordinario, quod viſitet, ſtante deputatione Viſitatoris extraordinarij. Quæſt. 266.

S V M M A.

1 *Stante viſitatore extraordinario non poteſt Generalis concedere Ordinario vt viſitet.*
2 *Extraordinarius viſitator apud Regulare facit ceſſare ordinarium.*
3 *Iuriſdictio quando non cenſeatur conceſſa cumulatiuè, ſed priuatiuè*
4 *Iuriſdictio conceſſa vt exercenda in petētes eſt conceſſa priuatiuè.*
5 *Viſitator extraordinarius habet totam iuriſdictionem Ordinarij*
Subrogatus in alterius locum vtitur iuriſdictione ipſius.

1 DEputauerat Generalis Viſitatorem extraordinarium ad inſtantiam Regularium certæ Prouinciæ, qui iuſtis de cauſis petierant deputari. Viſitator autem Ordinarius inſtabat apud Generalem, vt ſibi quoque concederet viſitare eamdem prouinciam ſeorſim ab extraordinario. Vnde inſurrexit dubium, an ſtante viſitatione extraordinarii Viſitatoris poſſet id ei concedere. Et reſoluendum eſt. *Non poſſe Generalem dare licentiam Viſitatori ordinario, vt viſitet, dum ad inſtantiam partis, deputauit Extraordinarium.*

2 Ratio eſt. Quia apud Regulares, quando deputatur ſpecialis, & extraordinarius Viſitator, facit ceſſare generalem, & ordinarium, ſi deputetur ad aliorum petitionem, vt tradunt Iacob. de Arena *in l. Quod in rerum. §. Si quis poteſt. ff. De leg. 1*, Felin, *in cap. Paſtoralis. num. 4. De offic. Ordinar*, Abbas. *num. 6. ver. Sed in Regularibus*, Bald. *in l. 1. num. 2. ff. De offic. Conſul. & in Authen. Habita. num. 58. Ne fil. pro patrib.* Angel. *in l. Teſtamen. ver. Si fauore. C. De teſtamen.* Corn. *conſil. 76. numer. 8. lib. 1. & conſil. 30. numer. 4. lib. 2.* Ruin. *conſil. 7. num. 6.* Riminal. iun. *conſil. 715. numer. 10.* Menoch. *Præſumpt. 18. num. 17. lib. 2.* Aret, *in l. Quod in rerum. §. Si quis poſt ff. De leg. 1.* Caſtrens. *in l. Si quis cum §. Iulianus. nu. 2. ff. De procur.* Alexan. *in l. Gallus. §. Ille caſus. num. 10. ff. De lib. & poſth.* Craueta *de Antiquo tempore. par. 4. princip. numer. 124. & conſil. 411. num. 34.* ver. *Septimo.* Afflict. *deciſ. 41. nu. 1.* Surd. *conſil. 56. nu. 8.* Trentacin. *Variar. reſolut. lib. 1: tit.* De *iuris. numer. 5.* Rota *deciſ. 37. numer. 1. par. 1. Recent.* & cotam Ludouiſ. *deciſ. 4. num. 17.* Dum enim viſitandi petunt ſpecialem, & extraordinarium Viſitatorem, tacitè recuſant ordinarium. Et ideo ſi ſuperior cōcedit, tacitè conſentit petentium tacitæ recuſationi; atq. adeo non poteſt amplius concedere ordinario, vt viſitet, cum non poſſit venire contra factum ſuum; nec quod ſemel placuit, poſſit ei amplius diſplicere iuxta regulam iuris Cap. *Quod ſemel. De reg. iur. in 6.*

3 Nec obſtat regula, quod iuriſdictio cenſeatur conceſſa non priuatiuè, ſed cumulatiuè ad iuriſdictionem ordinariā; quia patitur hanc exceptionem, quod nō valeat, quando iuriſdictio conceditur fauore illorum, in quos eſt exercenda; nam tunc cenſetur conceſſa priuatiuè ad iuriſdictionem ordinariam, vt tradunt Bald. *in l. vn. num. 7. C. De caduc. tollen.* Felin. *in cap Paſtoralis. nu. 2.* ver. *Limita quinto.* De *offic. Ordinar.* Craueta *conſil. 411. numer. 34.* ver. *Septimo*, Aret. *conſil. 102 num. 1.* Corn. *conſil. 3. num. 5.* ver. *Secundò reſpondet. lib. 2.* Angel *conſil. 175. circa fin.* ver. *Fallit. quarto.* Riminal. iun *conſil. 715. numer. 9.* Afflict. *deciſ. 41. num. 2.* Menoch. *præſump. 18. n. 17. lib. 2.*

4 Ratio verò eſt. Quia, quando iuriſdictio conceditur fauore eorum, in quos eſt exercenda, intereſt ipſorum, ne in ipſos ordinarius exerceat iuriſdictionem: et proinde inſtant, vt alteri iuriſdictio concedatur. Vnde dum ſuperior annuit petitioni concedendo alteri iuriſdictionem exercendam in petentes, cenſetur rationē habere illius, quod ipſorum intereſt, atque adeo concedere iuriſdictionem priuatiuè od ordinariam. Ex quo etiam confirmatur reſolutio poſita, quia cum ius viſitandi ſit conceſſum alteri fauore Regularum Prouinciæ, et ad ipſorum inſtantiam,

cenſetur conceſſo iuxta menſuram illius, quod ipſorum intereſt, & conſequenter priuatiuè ad Viſitatorem ordinarium.

5 Ex dictis deducitur. Prædictum Viſitatorem ſpecialem habere etiã totã illam iurisdictionem, quam habet Ordinarius, nõ tamen maiorem. Nam eſt ſubrogatus in locum Viſitatoris Ordinarij, & ideo illi conueniunt omnia iura, & prærogatiuæ, quæ conueniũt Ordinario iuxta ea, quæ tradunt Panormit. *in Cap. Abbate. num.* 16. *De verbor. Significat.* Boerius *num.* 2. Innocent. *ibid. in fine.* Geminian. *conſil.* 125. *nu.* 12. Oldrad. *conſil.* 267 *num.* 1. Ripa *conſil.* 3. *num.* 16. *De elect.* Rota *in Terraconẽſi Sacriſtia* 19. *Martij*. 1601 coram Iuſto, & *deciſ.* 547. *num.* 5. coram Merlino. Vnde fruetur etiam iiſdem prærogatiuis quò ad præcedentiam, & alias præeminentias.

An Iudæi delinquentes in materia graſcia puniendi ſint à Clerico Cameræ Præfecto graſcia. Quæſt. 267.

S V M M A

1 *Iudæi in Vrbe ſubijciuntur iurisdictioni Vicarij Vrbis.*
2 *Materia ſubiecta alicuius iurisdictionis trahit ad ipſum omnes cauſas, & perſonas.*
3 *Iurisdictio ſpecialis derogat generali.*
Species derogat generi.
4 *Iudæi in omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus iudicantur à Vicario Vrbis.*
5 *Gubernator Vrbis cumulatiuè in criminalibus procedit contra Iudæos.*
Poſſe dicit arbitrium.
Iurisdictio conceſſa odio alicuius eſt cumulatiua.
6 *Iudæi in quibus modo ſubdantur Auditori Cameræ.*
7 *In quibus ſubdantur Cameralibus.*
Cauſa camerales pertinent ad Cameram priuatiuè.
8 *Quando detur præuentio inter Vicariũ, & Senatorem quò ad Iudæos.*
9 *Iudæi in quibus ſubdantur Conſuli artis lanæ.*

1 PAulus III. ſubiecit Iudæos Vrbis iurisdictioni Vicarij eiuſdẽ almæ Vrbis vniuerſaliter quò ad omnes cauſas, & Conſtitutionem eiuſdem Pauli innouauit, & confirmauit Iulius III. in ſua *Conſtit*, 2. §. 1. *tom.* 1. *Bullar.* vnde inſurgit difficultas, an Clericus Cameræ Præfectus graſciç poſſit eos iudicare in hac materia delinquentes, ſicut iudicat cœteros in eadem materia delinquẽtes. Et quidem de iure communi iudicãdi eſſet à graſciæ Præfecto, cum habeat iurisdictionem ſuper ijs, quç talem materiam concernunt.

2 Nam quãdo alicui conceditur aliqua ſpecialis iurisdictio ſuper ſpeciali materia, materia trahit omnes cauſas, quæ circa ipſam excitantur, & omnes perſonas ad eamdem iurisdictionem, vt ſtatuitur *in l. fin. C. De iurisdic. om. iud.* ibi *Periniquum & temerarium eſſe perſpicimus, eos, qui profeſſiones aliquas, ſeu negociationes exercere noſcuntur, iudicam. ad quos earumdem profeſſionum, ſeu negociationum cura pertinet iurisdictionem, ſeu negociationum cura pertinet iurisdictionem, & perceptionem declinare conari.* Vbi Doctores omnes. Quamuis enim perſonæ huiuſmodi ſubijciantur iurisdictioni alterius, qui cognoſcit vniuerſitatem cauſarũ earumdem; attamen ex inſtitutione ſpecialis tribunalis circa ſpecialem materiam ob publicam vtilitatem introducti trahuntur ad ipsum, quando agitur de ipſa.

3 Ratio verò eſt. Quia in tali caſu iuriſdictio ſpecialis derogat generali, cũ generi per ſpeciem derogetur. *l. In toto iure. ff. De reg. iur.* & Cap. 1. *De reg. iur. in* 6. & notan cõmuniter Doctores. Quam regulam habere locum in iurisdictionalibus fauore publico, notant. Bal. *in l. vnic. §. Vbi autem. ff. De caduc. tollen.* Afflict. *deciſ.* 41. *num.* 2. Menoch. *præſump.* 28. *num.* 30. *lib.* 2. Et ideo, quando inſtituuntur huiuſmodi tribunalia circa ſpeciales materias, derogatur vniuerſalibus Tribunalibus quò ad iurisdictionem.

4 De iure tamen ſpeciali iudicandi ſunt à Vicario Almæ Vrbis, ex diſpoſitione Pauli III. quam cõfirmauit Iulius III. in ſua *Conſtit*, 2. §. 2. *to.* 1. *Bullar.* per quàm ſubij-

ſubiicit Iudæos iuriſdictioni Vicarij Vrbis in omnibus cauſis tàm ciuilibus, quàm criminalibus actiuè, & paſſiuè inter ipſos, & inter alios paſſiuè tantum; & inhibet cœteris iudicibus vrbis, ne ſe in cauſis Hebræorum intromittant, ibi §. 2. *Mandantes nunc, & pro tempore exiſtentibus Almæ Vrbis Gubernatori, Auditori Cameræ Senatori, Cameræ Apoſtolicæ Præſidentibus, & Clericis, omnibuſque alijs Vrbis Iudicibus, tàm Ordinarijs, quàm delegatis quacunque iurisdictione, & auctoritate fungentibus & functuris, ne in cauſis Hebræorum, tàm Vniuerſitatis, quàm particularium ciuilibus, & criminalibus, ac mixtis, ſe de cœterò intromittant. Imò illas ad eumdem Vicarium noſtrum iuxta formam di. ctarum facultatum, ac priuilegiorum remittant. Inhibitioneſque ac ſignificationes per alios, quàm à dicto Vicario à præfatis Hebræis obtentas, & in poſterum obtinendas per præſentes annullamus, ac pro nullis haberi volumus, & mandamus.* Ex quibus conſtat, quod hæc iurisdictio eſt conceſſa Vicario quò ad alios priuatiuè: ſiquidem inhibitio priuat iurisdictione circa inhibita, & facit, quod nulla ſint, quæ contra ipſam fiunt iuxta ea, quę notant Aret. *conſil.* 75. init. Lancellott. *de Attent. par. 2. cap. 20. num. 7.*

5 Nec obſtat, quod poſtea per Paulum V. in *Sua Conſtitut. 71. §. 7. tom. 3. Bullar.* conceſſerit Gubernatori Vrbis procedere in cauſis criminalibus Iudæorum, quia non per hoc eſt ſublata iurisdictio quò ad eaſdem cauſas Vicario Vrbis, ſed conceſſa Gubernatori cumulatiuè cum Vicario. Tum quia ſolum dat facultatem, vt etiam ipſe poſsit procedere, vt conſtat ex verbis diſpoſitionis. ibi *Gubernator Vrbis poſſit contra Hebræos in criminalibus cauſis procedere, etiam quod agatur inter ipſos Hebręos tantum.* Poſſe autem procedere non imponit neceſsitatem procedendi, ſed tantum relinquit arbitrio *l. Nepos Proculo. ff.* De *verbor. ſignifi. cat.* vbi Doctores Bart. *in l. Alio hærede. num. 9. ff.* De *alim. & cib. leg.* Menoch. cum aliis. *De arbitr. quæſt. 8. num. 47. lib. 1.* Verbum enim poſſe importat meram facultatem, vt notát Gloſ. *in l. Sępè audiui. ff. De offic. Præſid.* Gloſ. Canon. *in Cap. 1. verbo* Poteſt *De Regul. iur. in 6.* Rota *deciſ.* 329. *num. 3. par. 2. Recent.* & proinde non aufert iurisdictionem à Vicario. Tum quia hæc iuriſdictio eſt conceſſa Gubernatori in odium perſonarum Iudęorum, vt ſcilicet adſint plures iudices ad effectum, vt ſi vnus negligat, alter ſuppleat. Quando autem iurisdictio, cōceditur alicui odio certarum perſonarum, conceditur cumulatiuè, vt tradunt Angel. *in l. Si teſtamenta. ver. Si verò. C. De teſtamen.* Aret. *in l. Quod in rerum. §. Si quis poſt. ff. De legat. 1.* Iaſ. *nu.* 10. Surdus *conſil.* 56. *nu.* 30. Menoch. *præſump.* 18. *num.* 121. *lib.* 3.

6 Eſt tamen aduertendum ex præfata *Conſtitut. 71. §. 7. numer. 4.* Pauli V. *tom. 3. Bul.* Quod Iudæi ſubdantur Auditori Cameræ priuatiuè quò ad alios, quādo agitur de obligatione Camerali præterquàm in dependentibus à cauſis, & actis aliorum Tribunalium iuxta ſuas facultates. Vnde Vicarius Vrbis non poterit in his cauſis ſe intromittere. Imò addit Pōtifex, quod Auditor Cameræ poſsit in cauſis criminalibus procedere, ſicut cōſueuerat antea procedere. Vnde cum Pontifex det facultatem, iurisdictio erit cumulatiuè conceſſa quò ad criminalia iuxta ſuperius dicta.

7 Rurſus idem Pontifex *ead. Conſtit. & §. num. verò* 2. diſponit. Quod in cauſis Cameralibus, & quomodocunque ad Cameram, & Camerarios, atque Præſides pertinentibus; poſsint Camerarii, & Pręſides contra eos procedere etiam ratione pignorum, & ratione Hebræorum bancheriorum. Et *num. ſeq.* ſubdit, quod in cauſis furtiuorum pignorum quò ad Hebræos banchetios ſit locus præuentioni inter Camerarium, & Gubernatorem. Quamuis autem iurisdictio quò ad cauſas Camerales conce datur per verbum *poſſint*, eſt tamen conceſſa priuatiuè quò ad alios iudices. Quia cauſæ cameralès pertinent ad Camerarios priuatiuè quò ad alios ex *Conſtit. 65. §. 39. & 40.* Clement. VIII. *tom. 3. Bullar.* & ideo eò ipſo, quod aliqua cauſa declaratur cameralis, eſt priuatiuè quò ad alios ſub iurisdictione Cameratiorum. Vnde verbum poſ-

ſint ratione ſubiectæ materiæ importat neceſſitatem vt notant Aret. *in l. Gallus. nu.3.ff. De liber. & poſth.* Corſet. *in Singul.* verbo. *Poſſit.* Rota *deciſ.* 48. *num.* 6. *par.* 2. *Recent.*

8 Similiter etiam in mixtura Chriſtianorum,& Iudæorũ quò ad delicta ex eadem *Conſtit.* 71. §. 7. *num.* 5. Pauli V. datur præuentio inter Vicarium Vrbis, & Senatorem, non quidem ad quærelam, ſed ex officio. Vnde quamuis in hoc non ſit limitata iuriſdictio Vicarii, eſt tamen conſtitutus alius iudex, qui poſſit cum ipſo concurrere, & proinde indirectè ſub trahuntur plures cauſæ eiuſdem cognitioni, licet relinquantur ſub iuriſdictione.

9 Denique iuriſdictio Vicarii quò ad Hebræos fuit etiam limitata à Sixto V. in ſua *Conſtit.* 14. §. 12. *tom.* 2. *Bullar.* nã conceſſit, Conſulibus artis lanæ, quod cognoſcerent cauſas vertentes inter exercentes artem lanæ, & Iudæos quò ad debita, & credita. Quæ iuriſdictio fuit ipſis cõceſſa priuatiuè quò ad alios, etiam quò ad Vicarium, vt conſtat ex illis verbis, *Coram quibus ſolis, qui dictam artem lanę exercuerint, etiam pro creditis eorum ab Hebrais conſequendis, non autem coram Vrbis prædictę Vicario, aut eius Vicegerente nunc, & pro tempore exiſtente, vel quoquam alio cõueniri, & ipſos Hæbraos conuenire debeant perpetuò conſtituimus, ac deputamus.*

An Archidiaconus Cathedralis N. teneatur ad continuam reſidentiam. Quæſt. 168.

S V M M A

1 *Munus Archidiaconi N.*
2 *Archidiaconus, licet non addictus choro &c. tenetur reſidere*
3 *Archidiaconus &c. quatenus teneatur reſidere.*
Reſidentia alia materialis alia formalis.
4 *Reſidentia perſonalis ordinatur ad ſerui tium & miniſterium.*
5 *Ex onere iniuncto colligitur neceſſitas reſidentiæ.*
6 *Speciales functiones certo tempore exercendæ non inquirunt, niſi temporanea reſidentiã: Temporanea reſidentia non inducit incompatibilitatem beneficij.*
7 *Ratio eſt forma, & anima legis.*
Reſidentia formalis materialem informat &c.
8 *Ratio amplias, & reſtringit legem.*
Reſidentia formalis menſurat materialem.

1 De hoc Archidiacono in ſpecie quæritur, quia concurrunt in ipſo ſpeciales circumſtantiæ, quæ non concurrũt in aliis. Nã imprimis non eſt addictus choro, ſed tantum habet ibi Sedem honorariam, quando voluntariè accedit, non tamen percipit aliquas diſtributiones. Non habet vocem in Capitulo, cum non ſit Canonicus. Non exercet aliquam iuriſdictionem, licet ſit prima dignitas. Vnde totum ſeruitiũ, quod ratione ſui muneris tenetur exhibere, cõſiſtit in eo, quod aſsiſtat Epiſcopo, quando Pontificaliter celebrat, & quod in defectum Epiſcopi celebret ipſe tanquam prima Dignitas. Quibus ſtantibus dubitatur, an teneatur ad continuam reſidentiam, an verò ſufficiat, quod reſideat, quãdo munus ſuum debet impendere.

2 Quod autem dictus Archidiaconus non ſit exemptus à reſidentia colligitur ex quadam declaratione S. Concil. Trid. Congregat. *ad Cap.* 3. *de reformat. ſect.* 22. huius tenoris. *Obtinens in Cathedralibus, & Collegiatis Dignitatem, licet vocem in Capitulo non habeat, nec diſtributiones quotidianas cum cæteris participet, reſidere tamen tenetur.* Quam refert Garzias *de benefic. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 481. Officium enim annexum titulo non poteſt impleri ſine reſidentia: & ideo exigitur à titulo, ſicut exigitur adimpleri officium.

3 Pro reſolutione autem difficultatis tenendum eſt. *Quod dictus Archidiaconus non teneatur continuo reſidere, ſed ſufficere, quod reſideat, quando munus ſuum impendere debet.* Pro quo aduertendum eſt. Quod reſidentia eſt duplex iuxta, ea quæ tradunt Gloſ. *in cap. Conquerente. verbo.* Deſeruiat *De cler. non reſident.* Cardin. *in Clemen. vn. init. num.* 22. *De fore competen.*

Cuiacius

Cuiacius *in princip. Tit. De cler. non reſid. ver. Quod præterea.* Lotter. *de benefic. lib.3. quæſt.27. num.4.* Alia materialis, & alia formalis. Materialis eſt ipſa materialis præſentia quò ad habitationem in loco, in quo reſidendum eſt. Formalis verò ſeruitium, ſeu exequutio muneris, pro quo quis ratione tituli deputatus eſt. Ita autẽ materialis reſidentia, & formalis compatantur ad inuicem, vt materialis de ſe nihil conferat fini, propter quem requiritur reſidentia ſed tãtum ſit materia, ſeu ſubiectum neceſſarium, cui innititur reſidentia formalis, quatenus ſine ipſa formalis non ſubſiſteret. Formalis verò de ſe influit in finem, ad quem ordinatur reſidentia, & operatur eiuſdem acquiſitionem. Quo præmiſſo,

4 Prob. reſolutio Reſidentia materialis de ſe nõ exigitur ratione tituli beneficii, ſed tantum ratione officii, & ſeruitii, quod exigitur à titulo. Vnde cũ reſidẽtia propriè non importet modum præſentiæ perſonæ, ſed præſentiam ordinatam ad miniſterium, & ſeruitium, vt conſtat ex toto Tit. De *Cler. non reſident.* & notant Gloſ. *in Cap. Cũquerente.* verbo *Deſeruiat.* De *cler. non reſident.* Cardin. *in Clement. vn. init. num.22. De foro compet.* Cuiac. *in princip. Tit. De cler. non reſiden. ver. Quod pręterea.* Et ideo reſidendi neceſſitas eſt inducta ratione officii, ſeu miniſterii, vt notant Alexan. de Næuo *in Cap. Peruenit 2. num.11. De appellat.* Lotter. *de re benefic. lib.2. quęſt.35. num.10.* Ergo reſidentia materialis, ſeu perſonalis præſentia, non requiritur, niſi ſecundum menſuram formalis, ſeu exigentiam muneris, ſiue miniſterii pręſtandi. Quia cum formalis per ſe exigatur, & materialis, niſi quatenus neceſſaria ad ſubſtentandam formalem; quia quatenus excederet formalem, eſſet otioſa, & fruſtratoria, nec exigita ratione tituli, quia non illam exigit, niſi quatenus neceſſariam pro formali.

5 Confir. Reſidentiæ neceſſitas impoſita in fundatione colligitur ex onere, & ſeruitio iniuncto, vt notant Azor. *par. 1. lib. 10. cap. 24. quæſt. 7. in fine.* Lara *de anniuerſar. lib. 2. cap. 8. num. 43.* Rota coram Durano *deciſ. 12. num. 6.* & *deciſ. 82. n. 6. par. 8* Recen. Quatenus ſcilicet onus, & ſeruitium iniunctum in limine fundationis impleri non poteſt abſque materialis, ſeu perſonali præſentia. Ergo neceſſitas reſidentię materialis non eſt maior, quàm ſit exigentia oneris, & ſeruitii iniũcti, cum titulus non obliget ad ipſam, niſi ſecundum menſuram eiuſdem exigentiæ. Ergo ſi onus, & exercitium non eſt continuum, neque etiam ad continuam materialem reſidentiam obligabit titulus.

6 Confir. 2. Quando titularis habet exercere ſolum quaſdam ſpeciales functiones pro certis temporibus, vt aſsiſtere Epiſcopo, non inducitur talis beneficii incompatibilitas cum alio, quia ſcilicet non requirit continuam, ſed tempoporalem reſidentiam, vt tradunt Hoſtiens *in cap fin. num. 4. ver. Vnde ſi eſſent. De cler. non reſident.* Abbas *numer. 4. ver. In ſecunda qualitate.* Io. Andr. *num. 6. ver. In ſecundo.* Butrius *num. 6. ver. In ſecundo caſu.* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancel. gloſ. 15. num. 21.* Rota *deciſ. 483. num. 3. par. 1. Diuerſ.* & *deciſ. 179. num. 5. par. 2.* Recent. & *deciſ. 140. n. 7. par. 4.* & *deci. 182. n. 13. par. 8.* Ergo beneficium, cui ſunt annexæ ſolum quædam functiones prò certis temporibus, non requirit aliã reſidentiam; quàm neceſſariam pro iiſdem functionibus, aliàs non eſſet compatibile cum beneficio requirente continuam reſidentiam.

7 Deniq. Reſidentia formalis, ſeu exequutio oneris, & ſeruitii iniuncti cõparatur ad reſidentiam materialem, ſicuti ratio comparatur ad legem. Quia ſicuti ratio eſt anima, & forma legis; imò lex ipſa, & vigor ipſius. *l. Cum ratio. ff. De bon. damnat.* & notant Roland. *conſil. 14. nu. 24. vol. 3.* Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa. par. 1. nu. 138.* & communiter; itã etiam reſidentia formalis, ſeu exercitium oneris iniuncti animat reſidẽtiam materialem, & eam informat, vt ſit vera, & propria reſidẽtia, & viuo, hoc eſt operatiuo modo ſe habeat.

8 Cum ergo ratio ampliet, & reſtringat legem eam trahendo ad proprios terminos Cap. *Cum dilecta. De confir. vtili, vel inut.* & Cap. *fin.* De *reg. iur. in 6.* &

l. Si

l.Si is, qui animo, ff. De *acquir. poſſeſſ.* & *l. Cum pater. §.Dulciſſimis.ff.* De *leg.2.* & *l. A Titio.ff.* De *verbor.obligat.* & *l.Regula.§.penult.ff.* De *iur.* & *fac. ignor.* & norant Bart. *ibid.* Iaſ. *in l Id,quod. numer.7. ff.* De *leg.1.* Cephal.*conſil.*490. *num* 17. Bec. *conſil.* 41. *num.*7. Caſlodor. *decis. vn. num.*3. De *mut. petit.* Paris. *conſil.*32.*num.*23. *vol.*3. Abbas *in cap. Qua in inſulis. nu.*3. ver. *Nam quęlibet.* De *Regul.* Reſidentia quoque formalis, ſeu exercitiũ oneris iniuncti regulabit, & ampliando, & reſtringendo ad ſuos terminos reducet reſidentiam materialem, quæ non erit obligatoria, niſi quatenus inſeruit formali, ſicuti lex quoque non obligat, niſi ſecundam terminos ſuæ rationis.

Quid dicendum de diſpenſatione, in qua circa cauſam aliquid amplius exprimitur, quàm ſit expreſſum in ſupplicatione. Quaſt.269.

S V M M A

1 *Diſpenſatio non conceditur ex alia cauſa, quàm expreſſa.*
2 *Si cauſa vt magis grauis exprimitur, quàm ſit expreſſa in ſupplicatione, non obſtat validitati diſpenſationis.*
Papa mouitur ad diſpenſandum ab expreſſis in ſupplicatione.
Diſpenſatio quò ad ſubſtantiam perficitur voluntate.
3 *Et reſcripto.*
Voluntas mente retenta nihil operatur.
4 *Litteræ* Pontificiæ *expediuntur reductis ſupplicationibus ad certas formulas.*
Cauſa eadẽ diſpenſationis continet varios modos einſdem cauſa.
Lex continet omnes caſus ſub eadem communi diſpoſitione.
5 *Regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationis &c. quomodo accipienda.*
6 *Supplicatio ſe habet tanquam matrix, ex qua extrahuntur litteræ.*
Littera explicanda iuxta ſupplicationem.
7 *Si cauſa in diſpenſatione exprimatur tanquã grauior, non debent ſcrupulizare.*
Miniſtri in expediendis litteris non reſtringunt gratiam.

1 CVm conceſsio correſpondeat ſupplicationi etiã quo ad cauſam, ob quam conceditur diſpenſatio, nunquam, niſi forte ex errore, variabitur cauſa ſubſtantialiter, ita vt diſpenſatio ex alia cauſa conceditur ab ea, quæ fuit expreſſa. Contingere tamen poteſt, quod cauſa eadem exprimatur tanquam grauior ratione circumſtãtiarum, quàm ſit expreſſa in ſupplicatione, quod dedit occaſionem dubitandi circa matrimonialem diſpenſationem ex cauſa familiaris conuerſationis, & ſuſpicionis copulæ, nam ſuſpicio copulæ maior exprimebatur, quàm fuiſſet expreſsa in ſupplicatione: an videlicet eſſet valida; quia videbatur conceſſa ex cauſa, quæ erat apta ad faciliùs mouendum Pontificem ad diſpenſandum.

2 Tenendum tamen eſt. *Hoc non obſtare validitati diſpenſationis.* Ratio verò eſt. Quia diſpenſatio dependet ex volũtate Pontificis, qui non mouetur ad diſpenſandum ex eo, quod exprimitur in litteris conceſsionis, cum neque eas videat, ſed ex eo, quod exprimitur in ſupplicatione, cuius notitiam habet, & conſiderat cauſas diſpenſandi, vt exprimũtur in ſupplicatione, & ex ipſis format gratioſam voluntatem concedendi, quod petitur. Quod clarè ex eo conſtat, quia gratia diſpenſationis perficitur quò ad ſubſtantiam ante expeditionem litterarum; nam perficitur voluntate, & reſcripto. Voluntate quidem, vt deſumitur ex Clemen. *Dudum.* §. *Nos etenim. De ſepulturis.* ibi. *Vniuerſa priuilegia, gratias, indulgentias verbo, ſeu ſcripto ſub quacunque forma &c.* & notant Gloſ *ibid.* ver. *Verbo.* Vnde gratiam Papæ ſtare in eius lingua, quamplures tradiderunt, vt notant Gonzalez *ad* Reg.8.*Cancellar. gloſ.*12.*nu.*4.

3 Quia tamen voluntas mente retenta nihil operatur *l.Si repetendi.* C. De *condict. ob cau.* Ideò, niſi exprimatur exterius communiter non cenſetur conceſſa, gratia; & quia regulariter per reſcriptum exprimitur, ideo dicitur gratia perfici reſcripto. vt notant Caſſodor. *decis.*4.*nu.*2. De *cau.poſſeſſ.* & *propriet.* Rota *decis.* 518. *num.*3. *par.*1. *Diuerſ.* Vnde cum gratia

ſit per-

ſit perfecta ante expeditionem litterarũ, nullum motiuum habet Pontifex ad concedendam diſpenſationem ex iis, quæ exprimuntur in litteris, ſed totum à ſupplicatione, ita vt valida ſit diſpenſatio, ſi in ipſa veritas exprimatur, nec aliquid taceatur, quod difficiliorem redderet diſpenſationem.

4 Ea autem eſt ratio, quia omnes ſupplicatione rediguntur ad certas formulas, cum quibus litteræ expediuntur, vt notant Hieronim. Paulus *in Pract. Cancel.* Tit. *Declarat. ſuper proponen.* ver. *Vbi Papa concedit gratiam.* Gomez *ad Regul. de non iudican. quæſt.* 9. ver. *Sed prędictis.* Alias opus eſſet tot formulas inuenire, quot ſunt diſpenſationes, ſi vnicuique ſupplicationi deberent ad amuſſim correſpondere. Vnde ad hoc euitandum iuxta ſingulas cauſas diuerſas ſubſtantialiter Dataria inuenit proportionatas formulas pro expeditione litterarum, quę explicantes in communi illas cauſas comprehendunt ſub ſe omnes caſus particulares, qui ſub illa cauſa continentur, quamuis inter ſe differant accidentaliter, ſeu ſecundum magis, & minus. Et hoc pacto in omnibus caſibus in quibus ſubſtantia cauſæ habet locum, adeſt eadem diſpenſabilitas ex eodem motiuo. & comprehendũtur ſub eadem cauſa explicata in formula per incluſionem, vt in ſimili de legibus deſumitur *ex l. Iura. ff. De legib.* & *l. fin.* C. De *indic. viduit. tollen.* & *l.* Libertũ C. De *nupt.* & *l. His ſolis.* ver. De *cœteris.* C. De *reuocan. donat.* & notant communiter Doctores Bec. alios referens *conſil.* 62. *numer.* 17. Alexan. *conſil.* 65. *numer.* 3. *lib.* 5. Tiraquel. *in l. Si vnquàm verbo.* Libertis *numer.* 45. *C. De reuocan. donat.* Surdus *deciſ.* 276. *numer.* 8. Et ideo talis cauſa eſt ſufficiens, vt trahat voluntatem Pontificis, quando intendit diſpenſare ad hunc vel illum caſum contentum ſub eadem cauſa.

5 Neque prædictis obſtat Regula 27. *Cancellariæ.* De non iudicando iuxta ta formam ſupplicationis, ſed iuxta litteras expeditas. Quia iudicatur adhuc ſecũdum formam litterarum cum in ipſis cõtineatur cauſa ſubſtantialis diſpenſationis, licet aliquo modo accidentaliter alterata. Quæ quidem alteratio nihil præiudicat, quia neque fuit in conſideratione Papæ, cum neque viderit litteras expeditas; è contra viderit, et ſubſcripſerit ſupplicationem iam examinatam, et reuiſam per Officiales Datariæ; et proinde magis ipſa attendenda ſit & iuxta ipſam accipiendę litteræ, tamquam iuxta matricem, ex qua extractę ſunt, vt obſeruant Rebuſ. *in Praxi.* Tit. *de reformat. & correc. Bul. num.* 2, Rota coram Vetal. *deciſ.* 75. *n.* 6. *par.* 1. et coram Caualero *deciſ.* 255. *n.* 8. Et dicta regula procedit, quando litteræ non ſunt expeditæ, quia tunc ſupplicatio regulat tanquam matrix eaſdem litteras vt obſeruat Rota *in Aretina Comendæ* 10. *Ianuar.* 1597. coram Seraphino, et coram Caualero *deciſ.* 255. *num.* 10.

6 Atque hinc elicitur alia confirmatio ſupradictorum. Nam ſupplicatio tanquam reuiſa, et examinata per Officiales Datariæ, et poſtea per Papam ſubſcripta ſe habet tanquam matrix litterarum, in qua continetur gratia diſpenſationis ſecundum terminos conceſsionis, et mentem concedentis; et ideo litterę ſicut ex ipſa extrahuntur, ita ſi ratione formulatũ videantur in aliquo diſcepare, accipiendæ, et interpretandæ ſunt iuxta expreſſa in ſupplicatione, vt plùries obſeruauit Rota coram Seraphino *deciſ.* 764. *num.* 4. et coram Caualero *ead. deciſ.* 255. *num.* 10. et *in Aretina commendæ* 19. *Iunij.* 1582. coram Orano; *& in Toletana annatar.* 19. *Iunij.* 1589. coram eod.

7 Ex quibus deducitur. Coniuges, pro quibus fuit diſpenſatũ ad contrahendum matrimonium non obſtante aliquo gradu prohibito, non debere ſcrupulis locum dare, ſi in litteris diſpenſationis exprimatur cauſa, ex qua Papa diſpenſauit, tanquã maior, quàm reuera ſit, vt ſi ſuſpicio copulæ exprimeretur grauior, quam reuera ſit. Nam ſi expreſſerũt cauſam, vt reuera expreſſa fuit, abiicere poſsũt omnẽ ſcrupulum, ſiquidem ſupplicatio formatur ſecundum terminos cauſæ expreſſæ, et Pontifex intendit diſpenſare ex cauſa, prout ſibi expreſſa in ſupplicatione. Neq. Officiales in expediendis litteris reſtringunt

gunt diſpēſationem ad cauſam eamdem, ſed grauiorem iuxta ea, quæ tradūt Butr. *conſil.* 49. *num.*4. Paris. *conſil.*112. *num.*8. *lib.*4. Rota *in Meleuitana penſionis.* 27. *Iunij.*1597. coram Litta, & coram Caualeto *ead. deciſ.*255, *num.* 9.

An qui ſuſcipit ptimam tonſuram ſolum vt ſe ſubtrahat iurisdictione laica, et abſque animo aſcendendi vlterius, teneatur erga Principem de aliquo damno. Quaſt. 270.

S V M M A

1 *Suſcipiens tonſuram abſq. animo progrediendi, peccat grauiter.*
2 *Princeps habet ius imponēdi tributa &c. ſuper bonis laicorum.*
3 *Bona ſuſcipientis clericatum ſubtrahuntur iurisdictioni principis laici.*
4 *Suſcipiens clericatum, vt ſe ſubtrahat iurisdictioni laica non infert damnum laicis.*
5 *Subditi non tenentur conſeruare propria bona ſub iurisdictione laica.*
Eccleſiaſtici non eſſent planè exempti, niſi eſſent exempta bona ipſorum.
6 *Dignitas perſona facit immunia bona clericorum.*
Immunitas deſcendit à iure diuino.
7 *Aſſumens clericatum, vt ſe ſubtrahat laica iurisdictioni quomodo lædat Principem.*
8 *Concil. Tridentin. probabens tonſurari &c. non tollit ius ſe ſubtrahendi à Principe ſæculari.*
9 *Epiſcopus tonſurans, qui non habent ſincerum animum ſeruiendi Deo, peccat grauiter.*

1 IN *quaſt.* Canon. 48. *numer.* 2. & *ſequen.* latè deduxi ſuſcipientem primam tonſuram ex eo fine tantum, vt ſe ſubtrahat laicæ iurisdictioni, & non vt aſcendat ad alios ordines peccare mortaliter non ſolum ob diſpoſitionem Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*4. *de reformat.* ſed etiam ex natura rei. Quia non habent ius ſe ſubtrahendi à iurisdictione laica per fraudem, ſed ſolum, vt ſint in numero miniſtrorum Eccleſiæ, & proinde non ſiſtant in prima tonſura, ſed aſcendant ad alios ordines, Hoc autem ſtante propoſitum fuit mihi dubium, an teneatur reſarcire damnum, quod ex hoc prouenit Principi.

2 Ratio dubitandi ex eo deſumitur, Quia Princeps habet ius imponendi vectigalia, tributa, et alia onera ſuper bonis laicorum iuxta exigentiam publicæ neceſſitatis, quæ ſi iuſta ſunt, tenentur ſoluere in cōſciētia iuxta illud Chriſti Matt. 12. *Reddite ergo quę ſunt Cæſaris Cæſari.* nam tenētur ſubditi tanquam mēbra cōmunitatis ſubuenire publicis neceſſitatibus, & ſi non ſoluant, tenentur ad reſtitutionem iuxta ſententiam magis receptā, vt proſequitur Couaruuias *in Reg. Peccatum par.* 2, §. 5, *numer.* 5. *De regul. iur. in* 6. Hoc autem iure priuatur Princeps, quando quis ſuſcipit primam tonſuram, vt ſe ſubtrahat iurisdictioni *ipſius*.

3 Quando enim quis ſuſcipit ſtatum Clericalem, ſicut ipſe, quò ad perſonam ſubtrahitur iurisdictioni laicæ, ita etiam eiuſdem bona tanquam ea, quæ ſequuntur perſonam; & proinde non poſſunt à Principe laico grauari tributis, aut aliis oneribus. Cap. *Quamquam. De cenſibus in in* 6. & Clement. *Pręſenti. De cenſibus*, & tradunt communiter Doctores. Abbas *in cap.* 1. *num.*6, ver. *Facit text.* De *cenſib.* & *in cap. Non minus, numer.* 21, De *immunit. Eccleſ.* Dec. *conſil.* 496. *nu.*2. Guttierez *de gabel. quaſt.* 87. *num.* 2. Bertachin. item *de Gabel. par.*7, *num.*9. Molina *de iuſt. & iure tom.*3. *tract.*2. *diſp.* 631. Salon. 2.2. *quaſt.* 78, *ar.*5. *controuer.*2. *num.* 2. Suarez *contra* Reg. *Angl. lib.* 4. *cap.* 24. & 25. Duard. *in Bul. cœnę. lib.*2. *can.* 18. *quaſt.* 5, *numer.*4. Azor. *par.*3. *lib.* 5. *cap.* 19. *quęſt.*7. Molfeſ. *par.*1. *ſum. tract.* 12. *cap* 22. *num.*66. Bellet. *diſquiſit.* Cler. *par.*1. *tit.*5. §. 5. *num.* 5. Riccius *deciſ.* 269, *num.* 2. *par.* 2. & alii apud citatos Doct. quam immunitatem tanquam de iure diuino agnoſcit Cōcilium Tridentinum *ſeſſ* 25. *cap.* 20. *de reformat.* ibi. *Immunitas hęc Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus inſtituta eſt.*

4 Tenendum tamen eſt. *Aſſumentem primam tonſuram ex fine ſubtrahendi ſe iurisdictioni laica, & abſque animo aſcendēdi ad alios ordines, nullum damnum inferre*

Prin-

Principi laico, & proinde non teneri ad aliquid ipſi reſarciendum. contra Lotterium *de Benefic. lib.3. quaſt. 36. num. 61.* Ratio eſt. Quia, licet Princeps habeat ius imponendi onera ſuper bonis ſuorum ſubditorum, hoc tamen ius coarctatur ad bona, quatenus manent bona ſubditorum; non autem habet ius, quod illa bona nõ fiant bona perſonæ Eccleſiaſticæ, ſed manuteneantur ſub ipſius dominio. Vnde non tenentur ſubditi ea conſeruare ſub dominio Principis laici. Et ideò, ſi ſubtrahendo proprias perſonas à iuriſdictione ipſius ſubtrahunt etiam bona tanquam cohærentia perſonæ, non lædunt aliquod ius Principis laici, ſed vtuntur proprio iure, & proinde nulli fit iniuria.

5 Quod autem non teneantur ſubditi conſeruare propria bona ſub dominio Principis laici, ex eo conuincitur, quod non tenentur proprias perſonas conſeruare ſubditas, cum poſſint ſedicare Deo, etiam mutare domicilium, & fieri ſubditæ alterius Principis, vt frequentiſſimè in praxi cõtingit. Hoc enim ſequitur ex eo, quod homo naſcitur liber, & proinde poteſt eligere, quem ſtatum vitæ voluerit, & habitare, vbi voluerit. Dum autem habet ius ad vitam eccleſiaſticam ſuſcipiendã, habet etiam ius eximendi propria bona à iuriſdictione laica ea ſecum trahendo tanquam ſibi adhærentia, alioquin perſona non eſſet plenè libera, & exempta, niſi etiam exempta eſſent illius bona, vt ponderant communiter Canoniſtę *in cap. Eccleſia S. Mariæ, & in cap. Quę in Eccleſiarum. De conſtit.* Bald. *in l 2. C. De Epiſcop. & Cler.* Suarez alios referens *lib.4. cõtra Reg. Angl. cap. 25. num. 4.* Rota coram Merlino *deciſ. 902. num. 24.*

6 Hæc enim immunitas extenditur ad bona perſonę aſſumentis ſtatum clericalem, quia per hanc aſſumptionem non priuatur proprijs bonis, ſed retinet idem dominium. Et aliàs dignitas perſonæ, quæ ipſam facit immunem à iuriſdictione laica, redundat etiam in bona tanquam acceſſoria, quæ ſequũtur naturam ſui principalis. Vnde in Cap. *Non minus. De immunitat. Eccleſiar. in 6.* infertur. Nõ decete Eccleſiam Dei minus libetam eſſe, quàm fuerit tempote Pharaonis. Et in Cap. *Quamquam De cenſib.* habetur hanc immunitatem deſcendere à iure diuino. ibi. *Eccleſiæ, Eccleſiaſticæque perſonæ, & res ipſarum, non ſolum iure humano, quinimo & diuino à ſecularium perſonarum exactionibus ſint immunes.*

7 Nec obſtat. Quod aſſumens primã tonſuram fraudolenter procedat, dum ſolum intendit ſe ſubtrahere laicæ iuriſdictioni. Nam, quamuis finis ſit fraudolentus, medium tamen de ſe eſt licitum, vnde ſolum peccat ratione finis; non autem ratione medii, quod de ſui natura habet ſubtrahere perſonam, & bona ipſius iuriſdictioni laicæ abſque eo, quod inferat ipſi aliquam iniuriam. Ex quo fit, quod non lædat Principem ſecundum iuſtitiã commutatiuam, ſed ſolum ſecundum legalem recuſando ipſius dominationem, & abiiciendo ſubiectionem, medio quidẽ licito, ſed fine illicito. Et quamuis, quando finis exiſtit illicitus, medium quoque fiat illicitum, non tamen fit illicitum ſecundum ſe, ſed ſolum quò ad vſum pro aſſequutione finis: atque adeo ſolum fit illicita relatio, & ordinatio ad finem. Et ideò ſuſceptio Clericatus, quamuis peccaminoſa, adhuc legitimè ſubtrahit perſonã, & eiuſdem bona à laica iuriſdictione.

8 Obiici tamen poteſt. Concil. Trid. *ſeſſ. 23. cap. 4. De reformat.* prohibet ſuſcipi primam tonſuram ab ijs, qui non habẽt animum aſcendeudi vlterius, ſed ſolum intendunt vitare forũ ſæculare. Ergo non habent ius ſuſcipiendi primam tonſuram ſtante tali animo, & conſequenter nec ſe ſubtrahendi à iuriſdictione laica. Reſp. Concilium non dirigere ſuã prohibitionem ad ordinandos, ſed ad Epiſcopos, quibus prohibet ne ordinent, eos de quibus probabiliter indicãt non habere animũ, niſi declinãdi forum laicale, vt cõſtat ex illis verbis. *De quibus probabilis coniectura non ſit, eos non ſæcularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitę genus elegiſſe.* Vnde non priuat aliquo iure laicos in ordine ad ſuſcipiendum Clericatum, ſed ſolũ præſcribit qualitates, quas Epiſcopus exigere debeat in ordinandis, nec irritat actũ

in

in contrarium, qui proinde efficax eſt, vt inducat exemptionem à iuriſdictione laica.

9 Ex quibus deducitur, Epiſcopos peccare mortaliter, quando admittũt ad primam tonſuram eos, de quibus non habent probabile argumentum, quod eligant ſtatum eccleſiaſticum, vt Deo inſeruiant, vt notant etiam Lotter. *de Benefic. lib. 3. quæſt. 36. num. 59.* Nam ad ipſos ſpectat examinare qualitates initiandorum, & non admittere eos, qui fraudolenter volunt aſſumere clericatum, abſque ſincero animo ſeruiendi Deo in illo ſtatu. Et proinde prohibitio Concilii ad ipſos dirigitur tanquam ad eos, qui ſpeciali vinculo tenentur cauere, ne ſtatui clericali ſe intrudant, qui ſolum intendũt ſe ſubtrahere à foro ſæculari.

An Epiſcopus poſsit punire Clericum vt Concubinarium iuxta formam Concilij Trident. ſi fœminam non retineat domi. Quæſt. 271.

S V M M A.

1 *Pro concubina quas conditiones requirat ius ciuile.*
2 *Clericus puniri poteſt vt concubinarius, licet extra domum retineat mulierem.*
3 *Concubinæ appellatione quænam veniat.*
Communis modus loquendi præfertur etiam in materia ſtricta.
4 *Diſpoſitio Concil. Tridentini de concubinarijs quomodo accipienda.*
Ad concubinatum de iure ciuili quid requiratur.
Ius ciuile non improbat concubinatum, niſi inter quos non poteſt eſſe matrimonium.
5 *Quando in legibus recedatur à verborum ſignificatione.*
Verba ſumenda, vt accommodata menti legislatoris.
6 *Lex pœnalis quatenus ſtrictè accipienda.*
Lex proſpicit ijs, quæ frequenter accidunt, aliàs inepta eſſet.

1. IN fauorem Clerici, quod non poſſit puniri vt concubinarius, allegabatur, quod non eſſet verè concubinarius, quia fœmina, qua carnaliter vtebatur, non erat concubina propriè, quia non concurrebant in ipſa conditiones, quæ conſtituunt concubinã. Siquidem extra domum eam retinebãt, nec accedebat ad ipſam ex affectu creandi liberos, quæ conditiones requiruntur ad conſtituendam concubinam, vt deſumitur ex *l. Penul. ff. De concubin.* & *ex §. Si quis autem.* Authen. *Quib. mod. nat. effic. ſui. Collat. 7.* et notant Gloſ. *in dict. l. penul.* Ita vt non ſit concubina ex eo ſolũ, quod retineatur extra domum, vt obſeruant Bart. *in dic. l. penul. nu. 1. ver. Non eſt ergo.* Præpoſit. *in Rubr. De ſponſal. n. 5. ver. Indiuiduum* Craueta *conſil. 368. nu. 1.* Vnde cum ſimus in pœnalibus, quæ iuxta vulgata iura ſtrictè ſunt accipienda, Decretum Concil. non habebit locum niſi in vero, & proprio concubinatu.

2 Tenendum tamen omninò eſt, *Puniri poſſe tãquam concubinarium iuxta formam Decreti Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. De reformat.* iuxta ea, quæ tradũt Caccialup. *in l. Si qua illuſtris. num. 4. C. Ad Senatus conſul. Orfic.* Cagnol. ibid. *numer. 5.* Iaſ. *conſil. 51. lib. 3.* Craueta. *conſil. 166. num. 2.* Plaza *lib. 1. Epitome delict. cap. 4 r. num. 4. in fine.* Menoch. *conſil. 6. numer. 4.* Decian. *tract. criminal. par. 2. cap. 21. nu. 2.* Diaz *in Praxi. cap. 69. ver. Concubinarium* Lotter. *de benefic. quæſt. 33. num. 150. lib. 3.* Rota *in Metenſi iuris corrigendi 19. April. 1627.* coram Coccino.

3 Ratio verò eſt. Quia, licet ius accipiat concubinam in illa ſtricta ſignificatione, ita vt debeant concurrere prædictæ conditiones: attamen ſecundũ communem modum loquendi nomine concubinæ intelligitur ea, quam ſolus quis cognoſcit carnaliter, ſiue domi cũ habeat, ſiue extra domum ex quocuuque affectu ad illam accedat, vt conſtat ex communi vſu loquendi non ſolum imperitorum, ſed etiam Doctorum virorũ. Communis autem vſus loquendi etiam in materia ſtricta, & pœnali præfertur propriæ ſignificationi *l. Labeo. ff. De ſuppellec. leg.* & notant

tant

tant Bar. *in l. Omnes Populi. quęſt.* 6. ver. *iuxta pręmiſſa. ff.* De *iuſt. & iure.* Bald. *in l. Non dubium.* C. De *legib.* Caſtrenſ. & alij interpretes *ibid.* Petrus Ancharan. *in Repet. Cap. Canonum ſtatuta. quęſt.* 4. *princip.* De *Conſtit.* Matheſilanus *ſingul.* 96. Euerard. *in Topica loco ab opinione vulgi.* & alij *in dict. l. Labeo, & in l. Non dubium,* C. De *legib.* Et proinde Decretum Concilij debet accipi de concubinario ſecundum communem vſum loquendi, qui non obſeruat illas conditiones, vt aduertunt etiam Doctores *num. præced.* allegati.

4 Accedit etiam. Quod ſi concubinatus acciperetur ſecundum ſignificationem iuris ciuilis, & non ſecundum communem vſum loquendi, diſpoſitio Concilii Triden. redderetur eluſoria, quia poſſent Clerici abſq; eo quod ſubeſſent pœnis Concil. habere extra domum concubinas. Imò non eſſent capaces concubinatus, quia vt notant Bald. *conſil.* 267. *n.* 1. *lib.* 1. Lotter. *de Benefic. quæſt.* 33. *num.* 129. *lib.* 3. ad concubinatum requiritur, quod tam vir quam mulier ſint liberi ab omni impedimento quo matrimonium impediri poſſit, quod non habet locum in Clericis, qui ratione ſacri Ordinis impediuntur. Alioquin non concubinatus iuris ciuilis, ſiquidem ius ciuile non improbat concubinatum inter eos inter quos poteſt eſſe matrimonium, vt conſtat ex *l.* 1. *& 4. ff.* De *concubin.* E contra verò reprobat inter eos, in quibus ratione impedimenti nō poteſt eſſe matrimoniū *l. Vn.* C. De *concub.* & notant Ruin. *conſil.* 109. *numer.* 9. *lib.* 3. Portius Imola *conſil.* 21. *num.* 21.

5 Cum ergo diſpoſitio Concil. Trident. de concubinariis Clericis fiat fruſtratoria, ſi concubinatus accipiatur ſecūdum terminos iuris ciuilis, ſubintrat diſpoſitio *l. Non aliter. ff. De legat.* 3. ibi. *Non aliter à ſignificatione verborum eius recedi, quàm cum manifeſtum eſt, aliud ipſum ſenſiſſe.* Eſt namque manifeſtum, Conciliū voluiſſe Clericos concubinarios puniri, & proinde intellexiſſe de illo concubinatu, qui poteſt & ſolet eſſe apud Clericos, & ſecundum communem vſum loquendi acceptio. Præſertim, quia cum verba deſeruiant intentioni, verba legis ſumi debent, vt accomodata menti legislatoris *l. Scire etiam.* § *Aliud ff.* De *excuſat. tut.* ibi. *Sed & ſi maximè verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult.*

6 Ex quibus ſoluta manet ratio dubitandi *num.* 1. propoſita. Cum autem dicitur, quod lex pœnalis ſtrictè accipienda ſit, intelligitur, quod ſtrictè ſit accipienda intra ſuos terminos: non autem, quod ſit accipienda in aliqua ſignificatione, & ſenſu, qui licèt ſit ſtrictior, non tamen prouideat materiæ, de qua agitur, eò quod non comprehendat caſus, qui ſolent frequenter accidere, quibus tamen proſpicere intendit, vt deſumitur ex *l. Nā ad ea, & l. Neque lege. ff.* De *legib.* aliàs inepta eſſet, vt obſeruat Rota coram Merlino *deciſ.* 126. *nu.* 9. Conſtat enim, quod ſi concubinatus ſumeretur ſecundum acceptionem iuris ciuilis, diſpoſitio Concilij Trident. non prouideret caſibus, qui in Clericis frequenter accidunt.

An valeat electio Examinatorū cuiuſdam Religionis facta à Generali abſque approbatione Definitorum, Qu. 272.

S V M M A

1 *Quando requiritur approbatio Definitorum electio Examinatorum abſque ipſa non eſt valida.*
2 *Verbum relatiuum adiectum verbo futuri temporis importat conditionem.*
3 *Qualitas fundamentalis debet adeſſe tempore, quo inducitur ſucceſſio in officio.*
Deficiente fundamento deficit quod in ipſo fūdatur.
4 *Approbatio Examinatorum per Definitores debet eſſe Collegialis.*

1 Difficultatem faciunt Conſtitutiones huius Religionis, nā diſponunt, quod Generalis deficiente ex quocunque caſu aliquo ex

Examinatoribus, *Paſſa proporre vn'altro.* (eſſaminatore) *quale approuata dalli Definitori generali ſucceda in luogo del depoſito, ò defonta*. Reſoluendum autem eſt. *Non eſſe validam electionem factam à Generali deficiente approbatione Definitorum Generalium, tanquam contra formam præſcriptam à Conſtitutionibus.*

2 Ratio eſt. Quia verba illa *Quale approuato dalli Definitori*, reſoluuntur in cōditionem, & idem ſignificant ac ſi diceretur, *Quale ſe ſarà approuato*. Nam verbum relatiuum adiectum verbo futuri teporis importat conditionem, *l. Stychum, qui meum. ff. De legat. 1.* & notant Cagnol. *in l. In omnibus obligationibus. numer. 26. ff. De regul. iur.* Surd. *conſil.* 308. *numer.* 50. Deficiente autem conditione electio eſt nulla *l. Cedere diem. ff. De verbor. ſignificat.* & *l. Hæc venditio. ff.* De *contraben. empt.* & *l. Neceſſario. §. Quod ſi pendente. ff. De petit. & com. rei vend.* & notant Cephal. *conſil.* 56. *num.* 12. *vol.* 1. Rota *deciſ.* 207. *numer.* 6. *par.* 4. *Recent.*

3 Accedit. Quod approbatio Definitorum eſt qualitas fundameralis pro ſucceſſione in illo Officio, dum diſponitur. *Quale approuato dalli Definitori ſucceda &c.* Vnde cum ſucceſſio in officio inducatur ratione qualitatis approbationis, debet hæc qualitas adeſſe tempore, quo inducitur ſucceſſio in officio, vt valeat. *l. 2. § Proximum. ff.* De *ſucceſ. & leg.* & *l. Tutelas. init. ff.* De *cap. dimin.* & *l Vſufruc. ff.* Quib. *mod. amittat. vſuſfr.* & notant Alex. *in l. Si rem meam. in fine. ff* De *verbor. obligat.* Bald. *in l. Humanitatis num.* 28. vér. *Quandoque.* C. De *impub. & al. ſubſtit.* Menoch. *conſil.* 166. *num.* 54. Dum enim deficit fundamentum, non poteſt locum habere, quod in ipſo fundatur *l. Nam origi. ff.* Quod *vi aut clam.*

4 Hinc autem oritur aliud dubium, an pro conualidanda electione Examinatoris, ſufficiat quod Generalis habeat ſeorſim à Definitoribus approbationem an verò requiratur, quod ab ipſis Collegialiter approbetur. Reſp. Requiri approbationem Collegialem, prout ſignificant illa verba, *Quale approuato dalli Definitori,* quæ important approbationem communem. Non eſſe autem approbatlo communis, & Collegialis, niſi Definitores Congregati approbarent, etiam ſi ſinguli, et ſeorſim approbarēt iuxta ea, quæ tradunt Bart. *in l. Omnes Populi. ff.* De *iuſt. & iure.* Bertrand. *conſil.* 42. *num.* 7. *lib.* 7.

An quando iudex laicus procedit contra Clericum ex priuilegio, teneatur inſerere proceſſui tenorem priuilegij. Quæſt. 273.

SVMMA

1 *Iudex laicus procedens contra Clericum ex priuilegio debet ipſum regiſtrare in actis.*
2 *Et inſerere tenorem ipſius.*
Stāte priuilegia laicus procedit contra Clericū vt delegatus Sedis Apoſtolicæ.
3 *Delegatus debet docere de ſua iuriſdictione inſerendo tenorem &c.*
Mandatum non præſumitur.
4 *Iudici eccleſiaſtico debet conſtare de iuriſdictione iudicis laici in cauſis clericorum.*
5 *Iudex laicus tenetur tradere copiam priuilegij eccleſiaſtico, dum procedit contra Clericos.*
6 *Iudex eccleſiaſticus non poteſt degradare ad ſtantiam laici, niſi ei conſtat, &c.*

1 QVando iudex laicus ex priuilegio procedit contra Clericos, debere regiſtrare in actis priuilegium tradit cum communi de Graſſis *de Effectibus Clericat. effec.* 1. *num.* 34. Quia cum non habeat ex propria iuriſdictione facultatem procedendi contra Clericos, debet conſtare, quo iure procedit; præſertim, quia agitur non ſolum de præiudicio ſtatus eccleſiaſtici, ſed etiam de intereſſe iudicis eccleſiaſtici, ad quem ſpectat priuatiuè quò ad laicos cognoſcere cauſas clericorum. Et hoc certum eſt, & ſolum dubitatur, an teneat regiſtrare in actis tenorem ipſum Priuilegij.

2 Et *affirmatiuè reſoluendum eſt.* Quia quando iudex laicus procedit cōtra Clericum ex priuilegio, procedit tanquam de dele-

legatus Sedis Apoſtolicæ, ſic obſeruant Felin. *in cap. 2. num. 3. De maior. & obedien.* Cardin. *in cap. Perpendimus. num. 8. oppoſit.* 16. Decian. *tract. Criminal. par. 1. lib. 4. cap. 9. num* 66. Aufer. *in Repet. cap. 1. quæſt. 4. num. 6. de offic.* Ordin. Carolus de Graſſis *de Effect. Cler. effec. 1. num.* 32. & alii cõmuniter, quorum nonnullos citat dict. Carol. de Graſ. Ac proinde procedit virtute iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, quia iuriſdictio delegara eſt iuriſdictio ipſa delegantis *l. 1. §. Qui mandatam ff.* De iuriſdic. *om. iud.*

3 Conſtat autem, quando delegatus debet docere de ſua iuriſdictione inferendo litterarũ, ſeu mandati tenorẽ in actis *l. Vnic. C. De mand. Princip.* & Extrauag. iniũcta De *elect.* & Cap. *Cũ in iure peritas. §. Eos autem.* De *offic. de leg.* et tradũt Gloſ. *ibid.* Felin. *nu. 5.* Innocent. & cœteri Canoniſtæ *ibid.* Dec. *in dict. l. vnic. num.* 7 C. De *mand. Princip.* Alexan. *conſil.* 20. *n.* 11. Craueta *conſil.* 266. *num.* 5. Guido Papa *quæſt.* 322. Gail. *Pract. obſeruat cap* 48. *nu.* 17. *lib.* 1, Vantius *de nullitat.* Tit. De *nullit. ſept. ex defec. iuriſc. ordin. nu.* 16. & 28. Menoch. *præſum.* 15. *num.* 2. *lib.* 2. Caſtrenſis *conſil.* 31. ver. *Eſt etiam alius defectus lib.* 2. Cum enim agatur de mandata iuriſdictione, quæ eſt quid facti non præſumitur, iuxta vulgatam Regulam. Quod mandatum nõ præſumitur, vt obſeruant communiter Doctores *in l. Sciendum. ff. De verbor. obligat.*

4 Et hoc ſpecialiter militat in hoc caſu, quia ad iudicem eccleſiaſticum pertinet inhibere iudici laico, ne ſe immiſceat in cauſis Clericorum, quando de iure nõ poteſt. Et ideo debet ipſi conſtare de priuilegio non ſolum in genere, ſed etiam in ſpecie vt poſſit expendere, quæ neceſſario expendenda ſunt pro fundanda iuriſdictione delegata, an nimirum priuilegiũ adhuc duret; an caſus comprehendatur intra terminos priuilegii; an interueniat abuſus, an ſeruetur forma in priuilegio præſcripta &c. iuxta id, quod tradit Gloſ. *in cap. Laicis.* ver. *Ita tamen.* 16. *Quæſt.* 7.

5 Ex quo fit, quod Iudex laicus teneatur tradere copiam priuilegii iudici eccleſiaſtico, vt in materia delegationis Paſqualig. Quæſt. Select. tradunt Gloſ. *in cap. Porro. priuileg. gloſ.* 3. Craueta *conſil.* 319. *circa finem.* Felin. *in cap. Cum in iure peritus. num.* 6. De *Offic. de leg.* Caſtrens. *conſil.* 31. ver. *Eſt etiam alius lib.* 2. Menoch. *præſum.* 18. *numer.* 8. *lib.* 2. Quia debet poſſe examinare priuilegiũ, & videre quomodo vſus correſpondeat tenori, quod abſque exemplari eiuſdem priuilegii præſtare non poteſt.

6 Ex quibus deducitur. Iudicem eccleſiaſticum grauiter peccare, vt notat et iam Lotter. *De benefic. quæſt.* 33. *num.* 26. *lib.* 3. Si ad inſtantiam iudicis deueniret ad degradationem Clerici abſq. eo, quod ſibi conſtaret, quo iure contra ipſum, formatus eſſet proceſſus. Nam ſi ei non cõſtet, quo vigore priuilegii, et virtute delegata proceſſerit, non poteſt, quodcunq. ſit delictum, deuenire ad degradationem accedẽte etiam confeſſione rei, quia acta omnia, nulla ſunt nec præbent aliquod fundamentum iudici eccleſiaſtico deueniendi ad aliquem actum, vt ſtatuitur in Cap. *At ſi Clerici.* De *iudic.*

An renunciatis duobus æqualiter idoneis ab examinatoribus poſſit præferri neſciens cantum firmum ſcienti ſi per ſtatutum ſynodale hic ſit præferendus. Quæſt. 474.

S V M M A.

1 *Statutum quod præferatur in concurſu ſtante æqualitate ſcienti cantum firmum.*
2 *Poteſt Epiſcopus non præferre.*
Epiſcopus in Concurſu tenetur eligere digniorem.
3 *Si eligat minus dignum electio non eſt nulla ſed irritanda.*
4 *Electio dignioris in concurſu relinquitur conſcientia Epiſcopi.*
5 *Iudicium de digniori Trident. remittit Epiſcopo.*
Examinatores renunciant quinam ſint idonei, & Epiſcopus eligit magis idoneum.
6 *Stante idoneitatis æqualitate poteſt Epiſcopus eligere neſcientem cantum firmum.*
Cantus firmus non confert curæ animarum.
Quæ idoneitas conſideranda in concurſu.
7 *Epiſcopus habet poteſtatem legiſlatiuam.*

Interuenientes ſynodo ſunt tantum conſiliarij
Epiſcopus diſpenſat in lege Synodali.
Diſpenſatio relaxat obligationem legis.
Epiſcopus ex æqualiter approbatis poteſt eligere quem voluerit.
8 *Statutum quod in concurſu præferatur cantū firmum quodnam ius tribuat.*
9 *Quomodo Epiſcopus teneatur in concurſu eligere magis idoneum.*

---

1 IN quadam diœceſi extat ſtatutum ſynodale, quod ſcientia cātus firmi ſit qualitas idoneitatis pro concurſu ad curata, beneficia, ita vt ſit præferendus habens peritiam dicti cātus non habenti. quo ſtante inſurgit dubium, an ſi per Examinatores duo renūcientur æquè idonei, quorum vnus tantum polleat cantu firmo, ſit neceſſario is eligendus. an vero poſſit Epiſcopus alterum eligere. Et videtur, quod debeat eligere pollentem cantu firmo. Quia vigore ſtatuti Diœceſani, eſt præferendus: & proinde à iure municipali habet ius vt præferatur.

2 Reſoluendum tamen eſt. *Epiſcopū præferre poſſe eum, qui non pollet cantu firmo pollenti eumdem cantum.* Hoc autem intelligitur ſuppoſito, quod habeat motiua ſufficientia, vt rationabiliter præferat. Tenetur enim Epiſcopus ex renunciatis pro idoneis ab examinatoribus eligere digniorem, vt decernit Concil. Tridenti *ſeſſ.24. cap.18. de reformat.* & obſeruant communiter Doctores Garzia *de benefic. par.9. cap.2. numer.225.* Azeuedo *conſil.9. nu.30.* Maſſob. *in Praxi concurſ. requiſit. 5. dub. 1.* Rota *in Dertuſenſi* 18. *Decemb.* 1581. & *in Telenſi Paroch.* 18. *Apr.* 1603. coram Sacrato, quæ eſt *decis.* 628. *num.2. par.4. Diuer.* & in *Ripara Parochialis.* 1. *Iunij* 1609 coram Ortembergo. Nā ſe habet in hoc Epiſcopus tanquam adminiſtrator, & proinde fideliter ſe gerere debet eligendo illum, quem putat fore vtiliorem Eccleſiæ.

3 Nō per hoc tamē fit, quod ſi eligatur minus dignus, electio ſit nulla, vt nōnulli ex citatis Doctoribus videntur ſentire, ſed ſolum, quod poſſit opponi de irrationabili iudicio, vt decreuit Pius V. *in ſua conſtit.34. §.7. tom.2. Bullar.* ibi. *Volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ſi Epiſcopus minus habilem, poſthabitis magis idoneis elegerit, poſſint ij, qui reiecti fuerint à mala electione huiuſmodi ad Metropolitanum, vel ſi ipſe eligens Metropolitanus, aut exemptus fuerit ad viciniorem Ordinarium vti noſtrum, & ſedis Apoſtolicæ delegatum, aut alius ad ipſam ſedem Apoſtolicam appellare, ac prælectum ad nouum examen corā ipſo appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocare: et conſtito de præeligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, Parochialis magis idoneo per eumdem iudicem appellationis auctoritate noſtra (quatenus collatio ad* Epiſcopum *à quo appellatum fuit ſpectaret) conferatur, aliàs eidem magis idoneo per iudicem appellationis conferenda remittatur ad eum quem collatio, prouiſio, vel inſtitutio ſpectabit.* Et ſubdit Pontifex quod appellatio habeat tantum effectum deuolutiuum, non ſuſpenſiuum: et proinde interim electio Epiſcopi habeat exequutionem. Ex quibus conſtat, quod electio minus idonei non eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda, vt obſeruant etiam Gonzalez *ad Regul. de menſib. gloſ.4. num.*139. Bellam. *decis.* 163. Rota corā Seraphino *decis.* 73. *nu.* 1. Lotter. *de Beneficijs quæſt.* 31. *nu.* 115. *lib.* 2. & coram Ludouiſ. *decis.* 11. *num.*6. & *decis.* 520. *num.* 4. *par.* 1. Diuer. & *decis.* 154. *num.* 14. *par.* 5. Recent. & in *Micienſi Parochialis.* 19. *Martij* 1628. coram Durano.

4 Quo ſtante potuiſſe Epiſcopum præferre non pollentem pollenti cantum firmum non obſtante ſtatuto, de quo *n.* 1. ex eo deducitur, quod electio dignioris relinquitur conſcientiæ Epiſcopi, omniū approbatorum qualitatibus perpetuis eligat, quem digniorem, & vtiliorem Eccleſiæ putauerit, vt tradunt Abbas *in in cap. Cum autem. numer.6. De iurepatron.* Alexan. *conſil* 33. *num.2. lib.* 1. Lotter. *de benefic. quæſt* 31. *num.*101. *lib.* 2. Gonzalez *ad Regulam de menſib. gloſ.4. num.*100. Rota *in Bonauentura Parochialis.* 13. *Maij.* 1590. coram Orano, & *decis.*537. *num.*14. *par.* 1. Recent. Poteſt Epiſcopus prudenter conſiderare aliquas qualitates, quæ reddant non pollentē cantu firmo præferendū pollenti, quæ idoneitas ex cātu fir-

mo

mo intelligitur cœteris paribus. Non erũt autem cœtera paria, ſi non pollens habeat aliquam qualitatem, quæ conferat curæ animarum, qua careat alter, quia cantus firmus, licet conferat ad ſeruitium Eccleſiæ non confert tamen ad curam animarum.

5 Vnde etiam Concil. Trident. dict. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* remittit electionem iudicio Epiſcopi, dum decernit. *Ex hiſque Epiſcopus eum eligit quem cæteris magis idoneum iudicauerit.* Imò quod totum iudicium prælectionis ſit penes Epiſcopum, ita vt quod examinatores ſolum renunciare debeant, quinam ſint idonei, & Epiſcopus iudicare, quinam ſit magis idoneus, dixit Rota *in Barochinonenſi Parochialis 29. Nouemb.* 1613. *&* 16. *Ianuar.* 1615. coram Buratto. Ex quibus conſtat quod poteſt epiſcopus præferre pollenti cantum firmum non pollentem, quia poteſt in ipſo arbitrari adeſſe aliquã maiorem idoneitatem, quæ non ſit in alio.

6 Imo etiam ſtante æqualitate idoneitatis, & quod vnus polleat ſupra aliũ cantum firmum, ratione cuius ex ſtatuto Diœceſano veniat præferendus, poterit alter eligi. Quia idoneitas ex cantu firmo non eſt ex illis qualitatibus, quæ conſiderandæ ſunt, cum non conferat ad curam animarum, ſed tantum ſit introducta per ſtatutum diœceſanum, vt Eccleſia habeat peritos in hoc cantu: conſideratur enim ſolum de iure illa idoneitas, quæ confert ad curam animarum, vt notant Couaruu. *in Reg. Peccatum, par.* 2. §. 7. *num.* 4. ver. *Sed dignior.* Beltramin. *ad Deciſ.* 11. *Ludouiſ.* ver. *Et quod ex ſola* Lotter. *De benefic. quæſt.* 31. *num* 113. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 537. *numer.* 14. *par.* 1. *Recent.* & communiter cum D. Th. 2. 2. *quæſt.* 63. *ar.* 2. *in corpore, &* *ad* 3.

7 Vnde poterit Epiſcopus ſuper ſtatuto, cuius vigore venit præferendus peritus cantus firmi, diſpenſare, quia licèt ſit Diœceſanum, quia tamen ſolus Epiſcopus in Synodo, habet poteſtatem legislatiuam conuenientem ſuam eccleſiam, iuxta Cap. *Cum dilectus. De conſuetudine.* & Cap. *Quod ſuper his De maiorit. & obe-dien.* & Clemen. *Ne Romani. De elect.* & cœteri de Clero conuenientes habent ſolum votum conſultiuum tanquam conſiliarij, ideo ſolus poteſt in Diœceſano ſtatuto tanquam in propria lege diſpenſare, vt tradunt Nauar. *cap.* 25. *Manual. numer.* 74. Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *quæſt.* 3. Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 15. *num.* 8. Salas *de legib. diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 93. Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſp.* 17. *num.* 33. Bonac. *diſp.* 1. *de legib. quæſt.* 2. *pun.* 15. *num.* 5. Pontius *lib.* 8. *de matrim. cap.* 5. *num.* 3. Palaus *par.* 1. *oper. moral. tract.* 3. *diſp.* 6. *num.* 3. & communiter cum D. Th. 1. 2. *quæſt.* 97. *ar.* 4. Et cum diſpenſatio relaxet obligationem legis Cap. *Tanta.* 1. *quæſt.* 7. & Cap. *Multa De prebendis* eodem modo Epiſcopus ſe in ordine ad cõferendum beneficium ſi non extaret dictum ſtatutum Synodale: & poterit eligere non pollentẽ cantum firmum; Quia ex æqualiter approbatis eligere poteſt, quem voluerit. Cap. Cum autem. De *iurepatron.* cum *ibi* notatis, & obſeruat Rota coram Pennia *deciſ.* 1155. *num* 1. & *deciſ.* 1386. *num.* 3. & *deciſ.* 253. *nu.* 2. *par.* 2. Recent. & *deciſ.* 579. *num.* 1. *par.* 3. Recent.

8 Soluitur videtur poſſe obiici. Quod ſtante dicto Statuto habens cantum firmum habet ius, vt præferatur non habẽti ſtante aliàs æqualitate idoneitatis. Et ex alia parte epiſcopus tenetur eligere magis idoneum vnde non videtur, quod poſſit ipſum prętermittere. Reſp. Illud ius, quod acquirit vigore dicti ſtatuti, eſt ius ſubordinatum voluntati epiſcopi, quia ſicut lex quæ, dat hoc ius depẽdet in manuteneri à voluntate epiſcopi, qui poteſt ipſam tollere, aut ſuper ipſa diſpenſare; ita etiam ius, quod ab ipſa prouenit; & proinde eſt ius reuocabile tandiù durans, quandiu lex viget. Vnde cum poſſit epiſcopus diſpenſare in lege, aut ipſam tollere, poterit etiam facere ceſſare hoc ius, quia cum fuit conceſſum mediante ſtatuto, non fuit ab epiſcopo ſublata facultas tollendi ſtatutum, aut diſpenſandi ſuper ipſo.

9 Quod autem epiſcopus teneatur eligere magis idoneum, intelligitur quò ad illas qualitates, quæ de iure cõmuni,

& ex diſpoſitione Concilij Tridentini requiruntur, & quæ concernunt munus curæ animorum, qualis non eſt peritia in cantu, quæ nunquam conſideratur à Doctoribus, vt qualitas, quæ faciat, quod vnus alteri præferendus ſit. Quod vero ſpectat ad ſtatutum, hoc nō obligat epiſcopum, ſicut obligat ius commune, ſed tantum directiuè, ſicut leges cœteræ obligant ſuos legiſlatores. Quam tamen obligationem poteſt facere ceſſare diſpēſando, vt dictum eſt ſuper ſtatuto.

An ſtante clauſula A quibuſcunque peccatis, nec non à quibuſuis ſententijs cenſuris &c. quas incurrit vſque ad receptionem præſentium litterarum dumtaxat, *poſſit pænitens abſolui à mortali commiſſo poſt receptionem &c. Quæſt. 275.*

S V M M A.

1 *Pœnitens poteſt abſolui à mortalibus commiſſis poſt receptionem litterarum non obſtante clauſula &c.*
2 *Dictio,* Quas, *eſt reſtrictiua.*
Clauſula eſtque ad receptionem ea, *complet reſtrictionem.*
3 *Relatio debet fieri ad proximà immediata.*
4 *Clauſula in fine poſita, ſi non poteſt ſtare per ſe, refertur ad immediatè antecedentia.*
5 *Diuerſa ratio facit vt clauſula referatur ad ſola immediatè præcedentia.*
In odioſis clauſula refertur ſolum ad immediatè antecedentia.
6 *Verba debent intelligi cum effectu.*
7 *Nemo ex propria fraude commodum reportare debet.*

1 SVpponitur, quod confeſſarius reſpectu pœnitentis non habeat aliam iuriſdictionem, & facultatem abſoluendi niſi illam, quam illi tribuunt Litteræ Pœnitentiariæ, quæ continent prędictam clauſulam. Et proinde dubitatur, an peccata mortalia cadant ſub hac facultate, ſi commiſſa ſint poſt receptionem Litterarum ante tamen earumdem exequutionem. Videtur enim quod non ſe extendat cum ſit coarctata ad peccata commiſſa ante receptionem litterarum. Tenendum tamen eſt. *Pænitentem poſſe abſolui vigore harum litterarū ab omnibus mortalibus commiſſis etiam poſt receptionem litterarum.*

2 Ratio eſt, Quia clauſula, *vſque ad receptionem præſentium Litterarum dumtaxat*, non refertur ad peccata, ſed ſolum ad ſententias, & cenſuras. Nam in illa dictione, *Quas incurrit*, quæ eſt relatiua ad ſententias, & cenſuras, incipit Oratio reſtrictiuæ conceſſionis, quam reſtrictionem affert ipſa dictio, *Quas*, iuxta *l. A filio. §. Teſtator ff.* De *alimen. & cib. leg.* & *l. Ea tamen adiectio. ff.* De *leg.* 3 & notant Bar. *ibid.* Iaſ *in §. Omnium* Inſtit. *De act.* Abbas *in Cap. De cætero.* De *cler. non reſident* Cotta *in Memorabilib.* verbo. *Quis* Alex *conſil.* 29. *num.* 4. *lib.* 1. *Dec. conſil.* 261. *numer.* 1. Ruin. *conſil.* 30. *num.* 6. *lib.* 1. Rota coram Coccino. *deciſ.* 2617. *num.* 2. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 274. *num.* 4. Clauſula vero, *vſq. ad receptionem litterarū dumtaxat* eſt complementum orationis reſtrictiuæ, & determinat reſtrictionem inceptam in dicta dictione, *Quas*, & ideo non poteſt referri, niſi ad ea, ad quæ refertur oratio ipſa reſtrictiua. Conſtat autem, quod Oratio reſtrictiua non refertur ad peccata, ſed ſolum ad cenſuras, quia dictio, *Quas* quæ trahit ſecū totam orationem reſtrictiuā, non refertur, niſi ad cenſuras.

3 Præterea cum relatio debeat fieri ad proxima, & immediata *l. Idem cum eodē. §. fin. ff.* De *iuriſdict. om. iud.* vbi id notant Gloſ. & Doctores. Item Gloſ. *in l.* 1. *ff.* De *prę ſtam.* Bart. *in l. Haredes Palam. §. Sed ſi notum. ff* De *teſt.* Gaſtrenſ. & cœteri Doctores *ibid.* Rota coram Ludouiſ. *deciſ.* 33. *num.* 3. illa clauſula, *Vſque ad receptionē præſentium litterarum dumtaxat,* non poterit referri, niſi ad ſententias, & cenſuras, & proinde non excludet abſolutionem à peccatis commiſſis poſt receptionem litterarum, ante tamen exequutionem.

4 Præſertim quia prædicta clauſula eſt poſita in fine, & non poteſt ſtare per ſe, & ideo referenda ad illam partem diſpoſitionis, quę immediatè antecedit, iuxta ea,

ta ea. quæ tradunt Bart. *in l. fin. numer. 1. ver. Si enim ff. De reb. dub.* Socin. *ibid.* iun. *conſil.* 26. *numer.* 5 *lib.* 3. Dec. *conſil.* 92. *num.* 2. Alexan. *conſil.* 158. *num.* 7 *lib.* 6. Menoch. *conſil.* 1117. *num.* 10. Atque adeo ſolum reſtringet facultatem abſoluendi ſolum quò ad cenſuras contractas vſque ad tempus receptionis litterarum.

5 Accedit etiam quod diuerſa eſt ratio de peccatis, ac de cenſuris abſolutio enim à peccatis facilius cõmittitur, quàm abſolutio à cenſuris; nam maior cognitio cauſæ requiritur in abſolutione à cẽſuris, quàm in abſolutione à peccatis. Et ideo in prædicta cõmiſſione adfuit maior ratio, cur limitaretur facultas abſoluendi quò ad cenſuras ad tempus receptionis litterarum, quia iam eæ fuerunt expoſitæ. & non quò ad peccata. Ita autem diuerſitas rationis facit, quod clauſula, *Vſque ad præſentium litterarum receptionem dumtaxat,* referatur ad cenſuras immediatè ante expreſſas, & non ad peccata iuxta ea, quæ tradunt Alexan. *conſil.* 138. *dub.* 3. *lib.* 1. Socin. ſen. *conſil.* 156. *num.* 6. *lib.* 2. Felin. *in cap. Cauſam, quæ.* ver. *Limita ſecundo. De reſcrip.* Boer. *quæſt.* 146. *num.* 5. Menoch. *præſump.* 181. *num.* 16. *lib.* 4. Ruin. *conſil.* 123. *n.* 12. *lib.* 3. Bald. *conſil.* 357. *lib.* 4. Craueta *conſil.* 112. *num.* 5. *lib.* 4. Aretin. *conſil.* 116. *nu.* 3. Rota coram Pennia *deciſ.* 51. *numer.* 18. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 384. *numer.* 2. Præſertim quia ſumus in odioſis, nã agitur de reſtringenda facultate Confeſſarii in ordine ad abſolutionem pœnitentis, in quibus cum ſit facienda reſtrictio, clauſula reſtrictiua dictę facultatis debet tantũ referri ad proximè, & immediatè præcedentia iuxta doctrinam quam tradunt Capic. *deciſ.* 108. *nu.* 14. Rota coram Mantica *deciſ.* 52. *num.* 3. & 7.

6 Imò etiam ſecluſa dicta relatione adhuc videtur poſſe pœnitentem abſolui à peccatis commiſſis poſt receptionem litterarum, ante tamen earumdem exequutionem. Nam appellatione receptionis non venit nuda receptio, ſed receptio cum effectu, hoc eſt ad abſolutionẽ, ita vt recipiantur litteræ ſimul cum earumdem effectu: & proinde cum exequutione. Quod deducitur ex illa regula quod verba debent intelligi cum effectu. *l. 1. §. Hæc verba ff.* Quod *quiſque iuris.* & *l. Quoties ff.* Qui *ſat. ſd. cog.* & *l. Si per alium. §. Dicere. ff.* Ne *quis eum, qui iniuſ. vocat. eſt & l. 1. §. Hoc autem* C. De *Cõmun. de legat.* & Cap. *Hæc autem verba.* De *pænit. Diſt.* 1. & Cap. Relatum. *De cler. non reſident.* vbi Gloſ. *verbo.* Cum *effectu.* & Cap. Si *à iudice. De appellat. in* 6. & notant Gloſ. *ibid* verbo *Cum effectu.* Federic. de ſenis *conſil.* 10. *in fine.* Becc. *conſil.* 6. *numer.* 2, Surd. *conſil.* 179. *num.* 49. Peregrin. *deciſ.* 137. *numer.* 18. Rota *deciſ.* 177. *num.* 36. *par.* 5. Recent.

7 Quod tamen intelligi debet, ſi litteræ ſtatim exequutioni mandentur, ac commodè fieri poteſt, nec dedita opera differatur exequutio, quia tunc pœnitens non procederet ſincere, ſed fraudolenter. Nemo autem ex propria fraude commodum reportare debet *l. Tranſactione.* C. De *tranſactio.* & *l. Itaque ſalſo. ff. De Furt.* & Cap. *Tue.* De *cler. non reſident.* & Cap. *Ex tenore. De reſcrip.* & Cap. 2. De *dolo.* & Cap. *Tuus.* De *vſur.* Et proinde illa malitioſa dilatio exequutionis nõ faciet quod peccata commiſſa vltra congruum tempus exequutionis contineantur ſub facultate abſoluendi in litteris conceſſa.

An ſi peractis pluribus ſcrutinijs non ſequatur electio Prouincialis deuoluatur ad Generalem ſuffragantem in eodem Capitulo Prouinciali. Quæſt. 276.

S V M M A

1 *Electio non deuoluitur ad alios, niſi elapſo tempore eligendi.*

2 *Generalis ſimul cum Capitulo Prouinciali poteſt abbreuiare tempus eligendi Prouincialem.*

3 *Si intra præfixum tempus non ſequatur electio Prouincialis, deuoluitur ad Generalem.*

Quando Generalis ſuſtineat iura duplicis perſonæ.

1 ELectionem non deuolui ad alios, niſi poſt elapſum tempus eligendi conceſſum Capitulo Prouinciali eligendi Prouincialem, eſt reſoluendum. Intelligitur autem de tempore præfixo vel à Conſtitutionibus Religionis, vel à iure communi. Quia pluralitas ſcrutiniorum non conſumit poteſtatem eligendi, quæ durat toto tempore conceſſo pro electione. Cap. *Ne pro defectu. De elect.* Vnde poſſunt electores vti temporis conceſſi beneficio ad concordanda vota in vnum ex eligendis: nec interim poſſunt dici diſcordes, ſed nondum concordes.

2 Si tamen non expediret religioni protrahere capitulum Prouinciale, per totum tempus conceſſum pro electione, quod de iure eſt trium menſium à die vacationis ex dicto Cap. *Ne pro defectu.* Poſſet Generalis ſimul cum Capitulo abbreuiare tempus, & præfigere certum terminum, intra quem ſequi debeat electio, vt notant Syluester *verbo*, Electio 1. *nu.* 8. Miranda *tom.* 2. *Manual. quæſt.* 23. *ar.* 10. *concluſ.* 4. *in fine.* Donat. *in Praxi rer.* Regul. *par.* 3. *tract.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 1.

3 Et tunc ſi intra tempus præfixum non ſequatur electio deuoluitur ad Generalem ex dicto Cap. *Ne pro defectu.* Quia licet ſuffragatus fuerit ſimul cum cœteris in Capitulo Prouinciali, in quo non eſt ſequuta electio non tamen per hoc amittit iura ſuæ ſuperioritatis, atque adeo nec ea, quæ ipſi conueniunt iure eiuſdem ſuperioritatis. Nam ſubſtinet iura duplicis perſonæ vnius tanquam Capitis Prouincialis Capituli; & alterius tanquam ſuperioris totius Religionis, ad quem ſpectat illam regere, & prouidere, vbi inferiores deficiunt iuxta *l. Paterfamilias.* §. *Qui duos. ff.* D.e *adopt*, & iuxta ea quæ tradunt Gloſ. *ibid* verbo. *Qui duos.* Iaſ. *conſil.* 58. *num.* 6. *lib.* 2. Craueta *De antiquo tempore. par.* 4. §. *Abſolutis differentijs. numer.* 34. Syluanus *conſil.* 49. *num.* 35. Rota coram Eminentiſſ. Otthobono. *deciſ.* 201. *num.* 9. & *in Romana dotis.* 12. *Ianuarij.* 1643. coram Ghiſlerio

An Regularis laborans mala fama poſſit aſſumi ad Dignitates Religionis. Quæſt. 277.

SVMMA

1 *Infamis infamia facti non poteſt eligi ad Dignitates.*

2 *Laborans mala fama non poteſt aſſumi ab dignitates.*
Dignitates non poſſunt conferri cum ſcandalo.

3 *Superior. & ſubditi debent computari ſicut Grex & Paſtor.*

4 *Maior idoneitas attenditur in ordine ad munus, ad quod eligitur.*

5 *Quomodo conſtare debeat de mala fama, vt quis non eligatur.*

1 PRæſens difficultas conſiderat tantum malam famam Regularis, non autem eiuſdem cauſas, & proinde procedit, ſiue mala fama orta ſit ex cauſis veris, ſiue falſis, dummodo tamen, ſi falſę ſint, non conſtet de falſitate; ſed in communi opinione fama habeatur pro fundata. Reſoluendum eſt autem. Quod *Regularis laborans mala fama non poteſt eligi ad dignitates Regulares.* Hoc autem non intelligitur de eo, qui eſt propriè infamis infamia facti, quia certū eſt hanc nec poſſe eligi, & ſi eligatur, electionem eſſe nullam. Cap. 1. *De reg. iur. in* 6. et Cap. *Infames* 6. *Quæſt.* 1. & Cap. *Cū in cunctis.* De elect. & Cap. *Laici Diſt.* 33. & notant communiter Doctores, quorū, plures recenſent Peirin. *De Prælato relig. quæſt.* 2. *cap.* 5. §. 4. *num.* 54. Sed de ijs, de quibus currit in communitate religioſa mala fama, etiam ſi non ſit talis, nec habeat tale fundamentum, vt ſufficiat ad reddendum infamem infamia facti.

2 Hoc autem deſumitur ex eo, quod mala fama non pertingat ad veram, & propriam infamiam; eorum tamen electio non poteſt eſſe abſque ſcandalo, dum Religioſi vident promoueri ad dignitates eos, qui malè audiuntur apud Religionem. Et hoc præbet occaſionem cœte-

ris

ris male viuēdi, & committendi delicta, quia ſibi perſuadere poſſunt, quod ipſorū mala fama, quam incurrent, excuſabitur, & ſicuti cœteri poterūt ad dignitates promoueri. Hoc autem ſufficit, vt laborantes mala fama etiam ſi nullum defectum patiantur, non poſſint eligi iuxta ea, quæ tradunt Abbas *in cap.1.num.6 De elect.* Sigiſmundus à Bononia *De elect.dub.45.nu.7.* Rota coram Seraphino *deciſ.516. nu.4.* & coram Eminent. Otthobono *deciſ.202. num.15.*

3 Et hoc à fortiori habet locum, ſi poſſint alij eligi qui ſint bonæ famæ: nam hi magis idonei ſunt, quia laborantes mala fama ſunt contemptibiles apud ſubditos, & prabent illis continuam occaſionē detrahendi de electoribus, ſequendi veſtigia ipſorum quò ad ea, de quibus malè audiantur. Conſtat autem, quod electores tenentur eligere magis dignos & idoneos, tum ex natura rei, quia qui præeſſe debet, oportet vt habeat qualitates fundamētales præſidendi, & proinde ſit cœteris excellentior, vnde debent ſubditi reſpectu ipſius comparari tāquam grex reſpectu Paſtoris, vt dicitur in Cap *Vnum* *Diſt.25.* Tum quia ea diſpoſitione Clementis VIII. in Conſtit. pro reformat. Regul. quæ eſt 60. *tom. Bullar.* debent electores, iurare ſe electuros ſecundum cōſcientiam digniorem iudicant.

4 Et cū maior dignitas ſit attendenda in ordine ad munus, ad quod quis eligitur, vt docent communiter cum D Th. 2.2. *quæſt.63.ar.2.* & *quæſt.185.ar.3.* Caiet. *ibid.* Azor. *par.2.lib.6.cap.15.quæſt.1.* Sotus *lib.3. De iuſt. & iur. quæſt.6.ar.2. concluſ.9.* Ledeſ. *par.2. ſum. tract.7. cap.2. concluſ.8. dub.9.* Vaſquez *Opuſ. de Benefic. cap.2.§.3.dub.1.num.49.* Rodriquez *par.1. ſum.cap.16.nu.2.* Miranda *tom.2. Manual. quæſt.23.ar.13.concluſ.3.* Laborans mala fama eſt minus idoneus cœteris ob malā opinionem, quàm de ipſo haberent ſubditi, quę eſſet cauſa multorum incommodorum in ipſo regimine.

5 Verum dubitari poteſt, quomodo conſtare debeat de mala opinione ad effectum, vt malè audiens non poſſit eligi. Reſp. Quod cum non agatur de auferenda dignitate iam obtenta, ſed ſolum de non eligendo, in quo qui non eligitur nō priuatur aliquo iure, non ſunt neceſſariæ probationes concludentes, ſed ſufficiunt leuiores iuxta ea, quæ notant Paris. *de confident quæſt.68.num.15.* Beltramin. *ad deciſ. Ludouiſ.238 numer.13.* Rota coram Seraphino. *deciſ.1029.num.1.* & *in Beneuent. Parochialis apud* Marcheſan. *de commiſ. par.1.nu.3.fol.297.* & coram Eminent. Orthobono *deciſ.201. num.16.* Præſertim quia talis probatio requiritur ſolum pro informanda conſcientia electorum: vnde ſufficiet etiam dictum vnius fide digni, cū ſufficiat pro informatione, ſeu teſtificatione malæ opinionis, ſi poſſit ex propria notitia informare.

An peccet ſuperior Regularis ſi ſuis tantū aſſeclis concedat gratias &c. Quæſt. 278.

S V M M A.

1 *Superior Regularis peccat, ſi ſuis tantum aſſeclis diſtribuat gratias.*
2 *Acceptio perſonarum quando committatur.*
In diſtributione gratiarum quid debeat attendi.
3 *Gratioſa ſunt debita communitati.*
Debent rationabiliter diſtribui ſecundū exigentiam boni communis.
4 *Conceſſio gratiarum debet ordinari in bonum commune.*
5 *Diſpenſatio eſt gratia.*
6 *Cadit in iniuriam, ſi non concedatur gratia concedi ſolita.*
7 *Gratiæ cur dicuntur gratiæ licet aliquo modo debitæ.*
8 *A quo arbitrio concedentis dependeat.*

1 NOmine gratiarum comprehēduntur ea omnia, quæ aliquō modo ex liberali, & beneuolo animo proficiſcūtur, vt ſunt diſpēſationes, licentiæ, facultates, indulta, et alia huiuſmodi. De quibus inſurgit dubium, an ſi à Superiori concedantur ijs tantum, qui aut ipſi ſuffragati ſunt, aut illius cen-

ſenſibus tãquam aſſeclæ adhærent, peccet, & qualiter peccet. Reſoluendum autem eſt *Peccare peccato acceptionis perſonarum.* Ita etiam Bannes, 2.2. *quæſt.* 63. *ar.* 1. ver. *Ex quo ſequitur.* Candidus *tom.* 1. *diſquiſiti Moral. diſquiſit.* 4. *ar. vnico. dub.* 3. *num.* 7.

2 Ratio autem eſt. Quia tunc committitur peccatum acceptionis perſonarum, quando quæ ſunt debita ex iuſtitia diſtributiua diſtribuuntur ex cauſa, quæ non facit ad rem, ſeu ad diſtributionem: ita vt non exigat ſic diſtribui, vt communiter docent cũ D. Th. 2.2. *quæſt.* 63. *ar.* 1 Hoc autem contingit, quando Prælatus diſtribuit prædictas gratias iis, qui ei ſuffragati ſunt, & ipſius ſenſibus adhærent. Quia tunc diſtributio non eſt ex cauſa, quæ faciat ad rem, ſiquidem merita, & proportio dignitatis in ordine ad cõmune bonum eſt cauſa, quæ debet attendi in diſtributione gratiarum, vt cum eodem D. Th. 2.2. *quæſt.* 63. *ar.* 2. *in corpore,* non autem quia ſuffragatus ſit, aut quia adhæreat ſenſibus diſtribuentis; ſiquidem fieri poteſt, quod hoc ipſum reddat indignum gratijs,

3 Occurri tamen poteſt. Id quidem habere locum, quando bona, quæ diſtribuuntur ſunt aliquo modo debita, quia tunc ſeruanda eſt iuſtitia diſtributiua: non autem, quando ſunt merè libera, & gratioſa. Vnde Deus in diſtribuẽdis donis gratiæ non committit acceptionem perſonarum, quia ſunt dona omninò libera, & gratioſa. Verũ hoc non obſtat. Quia diſpenſationes, licẽtiæ, & huiuſmodi aliæ gratiæ non ſunt bona omninò libera, et gratioſa: ſed aliquo modo debita. Nam ſunt neceſſaria pro cõſeruando bono ſtatu communitatis, quia ſine ipſis regimen euaderet nimis rigidum, et detraheretur bono communi, quia ſingulares perſonæ non procurarẽt acquirere merita, et prærogatiuas, quibus redderẽtur gratiabiles, quod vergeret in damnum communitatis, quia careret cõmunitas in ſuis mẽbris excellentijs illis, quibus redditur conſpicua. Vnde cum ſint debitæ communitati, debent rationabiliter diſpenſati, & ſecundum exigẽtiam communitatis ita vt cedant in bonum ipſius, et non ad merũ libitum; et proinde debet interuenire aliqua ratio, quæ exigat huic potius conferri, quàm illi, vt euiterur acceptio perſonarum iuxta doctrinam, quam tradit D. Th. 1.2. *quæſt.* 97. *ar.* 4. *ad* 2. Cum enim tanquam perſona, cui commiſſum eſt regimen communitatis, debeat ſuperior ad commune bonum reſpicere, non poteſt eſſe acceptor perſonarum, cũ hoc vergat in maximum detrimentum communitatis, tanquam euertens ordinem iuſti regiminis, vt proinde iniunxerit Deus Rectoribus multitudinis Deuter. 1. *Ita paruũ audietis vt magnum, nec accipietis alicuius perſonã, quia Dei iudiciũ.* Eſſet autem acceptor perſonarũ, ſi cõcederet gratias iis, in quibus nõ adeſt ratio vt concedi debeant, ex eo, quia ſunt eiuſdem amici: & non ijs, qui aliàs digni ſunt.

4 Quod præſertim locum habet, quia concedũtur gratiæ per illam poteſtatem, per quam præeſt, & moderatur communitatem, quæ propterea eſt ordinata ad bonum communitatis. Et ideo, ne abutatur hac poteſtate, tenetur gratias quas concedit, ordinare in bonum communitatis; quod aſſequi non poteſt, niſi eas diſtribuat iuxta exigentiam rationis, et publicæ vtilitatis, atq. adeo ijs, in quibus militat ſpecialis ratio in ordine ad commune bonum, vt concedantur. Vnde D. Th. 1. 2. *quæſt.* 97. *ar.* 4. *in Corpore.* habet. *Si autem abſque hac ratione pro ſola voluntate, licentiam tribuat non erit fidelis in diſpenſatione, aut imprudens. Infidelis quidem, ſi non habet intentionem ad bonum cõmune: imprudens autem, ſi rationem diſpẽſandi ignoret.* Eſt enim abuſus poteſtatis non concedere gratias, ſicuti concedendæ ſunt.

5 Hinc quando agitur de diſpenſatione, quæ eſt vna ex gratiis, quæ concedi ſolent Cap. *Didici.* 1. *Quæſt.* 7. & Cap. *Poſtulaſti. De cler. excom.* & Cap. *Licet canon. De elect. in* 6. non eſſe concedendam, niſi ex neceſſitate, vel vtilitate, vel ex prærogatiua meritorũ. tradunt Sacri Canones. Cap. *Tali.* 1. *Quæſ.* 7. et Cap. *Ex poſuiſtis. De prabend.* & notant Gloſ. *ibid.* verbo. *Neceſſitas, vel vtilitas.* Eſt autem eadem ratio de

coete.

cœteris gratijs, quia procedunt ex eadẽ poteſtate ordinata ad eumdem finem, per quem omnis eius actus menſurari debet. Et ideo non eſt in libera poteſtate Prælati concedere gratias, quibus libuerit, ſed ijs, quibus ratio dictat eſſe concedendas. Dictat autem ſolum cõcedendas ijs, qui ex ſpeciali ratione digni ſunt, nam hoc pacto cõceſſio dirigitur tunc ad publicam vtilitatem.

6 Et hæc potiori modo locũ habent, ſi agatur de gratijs, quæ ſolitæ ſunt concedi, quæ ſi non concedantur, cedit iniuriam poteſtatis, vt obſeruant Bart. *in l. 1. §. penul. ff.* De *aqua pluu.* Afflict. *ad Conſtit.* Neapolit. *lib.* 1. *Rubr.* 97. *De pœna contum. num.* 23. Gabr. *concluſ.* 8. *De Iure Emphyth. num.* 2. *lib.* 3. Vnde ſi Prælatus cõcederet has gratias ſuis amicis, & cœteris denegaret, cederet in eorum iniuriã & eſſet quædam ſpecies vindictæ, ſi denegaret, quia ipſi ſuffragati non fuiſſent, aut quia non adhærerent ſenſibus ipſius.

7 Ex dictis colligitur. Cur iſtæ gratiæ dicantur gratię, & cur dependeant ab arbitrio Prælati. Dicuntur enim gratiæ quia non ſunt omninò debitæ, quia ſolum præcedit in perſona gratiabili non ius ad ipſas, ſed congruitas quædam, ob quam huic potius conferenda ſit, quàm alteri. Vnde etiam iuſtificatio eſt gratuita, ſeu gratis fit, quia ea, quæ ipſam præcedunt non ſunt eiuſdem meritoria, vt definit Concil. Trident *ſeſſ.* 6. *cap.* 8. quamuis præcedant diſpoſitiones, quæ præparant ad gratiam iuſtificationis, & ſuo modo cooperatur vt habet idem Concil. *ead. ſeſſ.* 6. *can.* 9.

8 Dependent autem huiuſmodi gratiæ ab arbitrio Prælati non abſolutio, & effreni, ſed ratione regulato, quod dicitur arbitrium boni viri. In hoc enim ſenſu ſumitur arbitrium. *l. In perſonam.* §. *Generaliter. ff. De reg. iur.* Et notant Gloſ. *ibid.* Dec. Cagnol. *eod. num.* Bart. *in l. Cum filius* §. *Pater. num.* 2. *ff.* De *leg.* 2. Alexan. *conſil.* 218. *num.* 5. *lib.* 2. Menoch. *de Arbitr. quaſt.* 7. *num.* 15. *&* 57. *lib.* 1. aliàs ſi non regulatur ratione, non eſt arbitrium, ſed effrenis voluntas. Et ideo in diſpenſandis gratijs debet ſequi rationem; & ſolum debet arbitrari, an adſit ſufficiens ratio concedendi, nam ex hoc capite dicuntur dependere ab eius arbitrio.

An Prouincialis titularis poſſit eligi Prouincialis adminiſtrans, ſi expleto triennio non poſſit fungi eodem munere. Quaſt. 279.

S V M M A

1 *Dignitas diſtinguit officia à puris adminiſtrationibus.*
2 *Conſtitutio Sixti V. arcet illegitimos ab Officijs, quæ ſunt dignitates.*
3 *Prouincialis titularis poteſt eligi realis non obſtante Conſtitutione &c.*
Fungi officio eſt exercere miniſterium.
4 *Fungi munere eſt exercere, & operari quæ praſcribit munus.*
5 *Prouincialatus titularis, non eſt offitium, ſed pura dignitas.*
Officium importat adminiſtrationem.
6 *Prouincialatus titularis & adminiſtrans non ſunt idem officium, nec eadem dignitas.*
7 *Qualitas præſertim ſubſtantialis ponit in alia ſpecie.*

1 Extat Conſtitutio apud Religionem N. per quam prohibetur, quod vltra triennium non poſſit quis fungi eodem officio ex qua inſurgit dubium, an qui per triennium fuit Prouincialis Titularis, poſsit poſtea eligi Prouincialis cum adminiſtratione. Et pro parte negatiua facit, quod Conſtitutio loquitur de Officio, quod dignitatem importat; & proinde identitas officij attendi debet ſecundum dignitatẽ, & præeminentiam, non autem ſecundũ adminiſtrationem. Hæc enim officia conſtituuntur, & diſcriminantur à cœteris, quę ſunt puræ adminiſtrationis, per dignitatem, & præeminentiam, quam ſecum trahit dignitas, vt obſeruãt Lezana *in ſum. verbo.* Officia Religionum. *num.* 3. Garzia *in Politica Reg. tract.* 9. *diffic.* 1. *dub.* 1. *num.* 2.

2 Quod

2 Quod etiam deſumitur ex Conſtit. Sixti V. in ſua Conſtitutione moderatoria Cōſtitutionis à ſe æditę cōtra illegitimos, quæ incipit, *Ad Romanum ſpectat Pontificem*, quæ eſt poſt 71 *tom. 2. Bullar.* In qua declarat, nomine Officiorum, ad quæ illigitimi erant declarati inhabiles, intelligi dignitates. Cum ergo Prouincialatus titularis, & Prouincialatus adminiſtrationis ſit eadem dignitas, qui fuit per triennium Titularis, non poterit eligi ad Prouincialatum adminiſtrationis.

3 His tamen non obſtantibus tenendum eſt. *Quod poſſit eligi ad Prouincialatū habentem adminiſtrationem.* Conſtitutiones namque non obſtant huic electioni, quia diſponunt, quod quis non fungatur eodem officio vltra triennium: & proinde diſponunt ſolum de officio, quod habet annexum adminiſtrationem, quale non eſt Prouincialatus Titularis. Fungi enim officio eſt exercere auctoritatem, ſeu miniſterium, quod eſt annexum officio, vt *in l. Iudex. ff. De re iud.* & *l. Cætera, it aque res. §. 1. ff. Famil. Erciſcund.* Vnde cum Prouincialatus titularis non habeat annexam officii adminiſtrationem, qui per triennium fuit Titularis Prouincialis, non dicitur fūctus officio Prouincialatus, cum nihil geſſerit auctoritate dignitatis, & ideo non remanet inhabilis ad Prouincialatū habentem adminiſtrationem.

4 Et paſſim in iure habetur, quod fungi munere nihil ſit, quàm exercere munus, ſeu officium, atque adeo quod importet functio miniſterium aliquod *l. Honor Municipalis. §. fin. ff. De muner. & honor.* ibi. *Vt ſi alij non erunt idonei, qui hoc munere fungantur, ex ijs, qui iam functi ſunt, creentur* Et iudex dum iudicat dicitur fungi munere iudiciario *l. A iudice, ff. De iudic.* Et fungi munere legationis, qui exercet legationem. *l. Sciendum eſt. §. Ordine. ff. De legat.* Et fungi munere, ſeu officio tutoris eſt adminiſtrare tutelam *l. 1. init. De eo, qui pro tut.* & *l. Coloni. C. De excuſat. tut.* & alibi paſsim fungi munere, ſeu officio non eſt aliud quàm illud adminiſtrare. Vnde etiam in prædictis conſtitutionibus fungi officio eodem, erit ipſum adminiſtrare, quod cum non habeat locum in Prouincialatu titulari, ſi quidem nullam habet adminiſtrationē, non comprehendetur dictus Prouincialatus ſub diſpoſitione Conſtitutionum.

5 Accedit etiam. Quod licèt Prouincialatus titularis ſit dignitas, & trahat ſecum prçeminentiam, non eſt tamen officium, ſed pura dignitas; cum in tantum dignitas ſit etiā officiū in quantū annexā habet iuriſdictionem, ſeu adminiſtrationem. Officiū enim importat adminiſtrationem, & miniſterium, vt deſumitur ex *l. Honor municipalis. §. Munus publicum. ff. De muner.* & *l. 2. ff. De his, quib. vt indign.* & *l. Pupillus. §. Munus. ff. De verbor. Significat.* & alibi paſſim. Vnde Prouincialatus titulares nullá habent adminiſtrationem, nullum miniſterium, non poteſt dici functus officio Prouincialatus, qui fuit titularis; et ideo ſi eligatur Prouincialis adminiſtrans, non eligetur is, qui functus ſit eodem officio.

6 Denique Prouincialatus tirularis, & Prouincialatus adminiſtrans non ſunt idem officium, etiam ſi attendatur ſecundum qualitatem dignitatis. Nam Prouincialatus titularis conſiſtit in ſolo titulo: & eſt dignitas ſolum ornans perſonam. Prouincialatus vero realis ratione tituli, & dignitatis habet in ventre *iuriſdictionem*, & ius adminiſtrandi, quæ radicatur in ipſa dignitate; & eſt qualitas, quæ ipſum longè diſcriminat à Titulari, & ponit in alia ſpecie, *l. Ius Ciuile, ff. De iuſt, & iure.* & *l. Si cui. ff. De leg. 3.* & Cap. *Cum Marth. §. Quęſiuiſti. De celebrat. miſſar.* & Cap. *Statutum. De elect. in 6.* & notāt Gloſ. ibid. & *in Clemen. 2.* verbo *Sanctioni. De vita & honeſt. Cler.* Bart. *in dict. l. Ius ciuile.* Iaſ. & cœteri Doctores *ibid.* Curt. ſen. *conſil. 43. circa fin.* Socin. ſen. *conſil. 27. lib. 1.* Gomez *in §. Perſonam, num. 16.* Inſtit. *De act.* Marſil. *ſingul. 520.* vbi plures citat Alexan. *in l. 1. §. Si quis ſimpliciter. ff. De verbor. obligat.* Felin. *conſil. 25. num. 23.* Menoch. *de Recuper. poſſeſ. remed. 6. nu. 8.* Et eo magis quia qualitas iuriſdictionis eſt qualitas ſubſtātialis, quę proinde antiat ſubſtantialiter dignitatem; & facit, quod Prouincialatus titularis ſit veluti æquiuale Prouincialatus titularis ſit veluti æquiuocè Prouincia-

cialatus tanquam carens iuriſdictione, & officio. Ratio in oppoſitum allata remanet ſoluta ex dictis: nam Conſtitutiones non diſponunt de Prouincialatibus titularibus: neque Prouincialatus titularis eſt idem officium, ſeu eadem dignitas cum reali.

An Epiſcopi Canonici &c. poſſint vnire trimeſtre abſentia vnius anni cum trimeſtri anni ſequentis. Quæſt. 280.

S V M M A

1 *Epiſcopi non poſſunt abeſſe vltra tres menſes ſingulis annis.*

2 *Canonici Præbendarij &c. poſſunt abeſſe tribus menſibus ſingulis annis.*

3 *Abſentia à reſidentia vnius anni non poteſt coniungi cum abſentia anni ſequentis.*

Modicum tempus dicitur arbitrio iudicis.

4 *Trimeſtre abſentia vnius anni vnitum trimeſtri alterius non eſt intra terminos Concilij Trident.*

Diſpoſitio ſecundum terminos rationis regulatur.

5 *Quando æquipollentia inferunt eumdem effectum, non refert, quid ex ipſis fiat.*

6 *Epiſcopus non poteſt coniungere vnam viſitationem liminum Apoſtolorum cum alia.*

7 *Epiſcopus, quando debet abeſſe ex cauſis neceſſarijs, non tenetur vti trimeſtri &c.*

Poteſt vti trimeſtri conceſſo ad relaxationem animi.

1 Concil. Tridentinum *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *De reformat.* concedit Epiſcopis, vt ſingulis annis abeſſe poſſint à Diœceſi per trimeſtre ex æqua tamen cauſa, licèt non neceſſaria, ibi. Quia autem ij, qui aliquantiſper tantum abſunt ex cœterum Canonum ſententia non videntur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt, Sacroſancta Synodus vult, illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis ſiue continuum, ſiue interruptum extra prædictas cauſas, nullo pacto debere duos, aut ad ſummum tres menſes excedere, & haberi rationem, vt id æqua ex cauſa fiat, & abſque vllo gregis detrimento. Quod an ita ſit, abſcedentium conſcientiæ relinquit, quam ſperat religioſum, & timoratum fore. Et hortatur, vt hæc abſentia non contingat in Aduentu, Quadrageſima, Natiuitate, & Reſurrectione Domini, Pentecoſte, & in feſto Corporis Chriſti.

2 Et *ſeſſ.* 24, *cap.* 12. *de Reformat.* concedit Dignitatibus, Canonicis, Præbendariis, Portionarijs, vt ad ſummum per trimeſtre ſingulis annis abeſſe poſſint non obſtantibus quocunque ſtatuto, aut conſuetudine in contrarium, niſi tamen Eccleſiarum Conſtitutiones longius ſeruitii tempus requirant, quia tunc non intendit Concilium concedere maiorem licentiã, quàm concedant Cõſtitutiones Eccleſiæ. Hinc autem inſurgit dubium, an poſſit Epiſcopus, Canonicus &c. coniungere abſentiam vnius anni cum abſentia ſequentis anni, ita vt abſit per tres vltimos menſes anni, & per tres primos ſequentis anni.

3 Tenendum autem eſt. *Quod non poſſit fieri huiuſmodi coniunctio.* Ratio eſt. Quia in tantum Concilium concedit tres menſes, in quantum eſt modica abſentia, & qui aliquantiſper abeſt, non videatur abeſſe: & hæc eſt tota ratio indulgentiæ. Oppoſitum autem contingeret, ſi trimeſtre vnius anni coniungeretur cũ trimeſtri alterius anni, quia abſentia duplicaretur, & proinde non eſſet modica in tali caſu, quæ ſufficeret, vt abſens non videretur abeſſe. Cum enim modicum tempus iuxta magis receptam ſententiam dicatur arbitrio iudicis, habita ratione ſubiectæ materiæ, & circumſtantiarum, *l.* 1. ff. *De iure deliberan.* & notant Gloſ. *in l.* 1. §. *Quod autem ff. Superſ.* & *in l. Et ſi poſt tres. ff. Si quis caut.* Bart. *in l. Si inſulam num.* 3. *ff.* de *verbor. obligat.* Alexan. *conſil.* 219. *num.* 11. *lib.* 6. Menoch. *de Arbitrar. caſu.* 4. *num.* 5. *lib.* 2. Afflict. *deciſ.* 241. *nu.* 3. Roſental. *De feud. cap.* 6. *concluſ.* 59. Rota coram Seraph. *deciſ.* 580. *n.* 5. & corá Coccino *deciſ.* 100. *num.* 2. Vnde cum in præſenti materia Concil. duos vel tres menſes abſentiæ iudicet modicam abſentim negari non poteſt, quod hæc abſentia duplicata non ſit magna: & conſequenter, non ſit

illa, de qua intelligit Concilium, quod non habeatur pro abſentia.

4 Confir. Concil. ponit ſummum terminum abſentiæ intra quem Epiſcopus, aut Canonicus poſſit dici aliquantiſper abeſſe: & hunc vult eſſe ſpatium ad ſummum trium menſium. Vnde ſi excedatur iſte terminus, non erit amplius illa abſentia, quę ſecundum Concil. facit aliquantiſper abeſſe; atque adeo non erit abſentia ab ipſo conceſſa. Quando autem coniungitur trimeſtre vnius anni cum trimeſtri ſequentis anni, exceditur terminus præfixus à Concil. & non habet amplius locũ ratio ab ipſo aſſignata, & proinde nec etiam indulgẽtia abſentiæ, quia ad ceſſationem rationis menſuranda eſt *l. Si qui. ff. De acquir. poſſeſ.* & *l. Sunt leges. ff. De legib.* & *l. Cum mulier. 1. Soluto matrim.* et notant Cuman. Caſtrens. Imola, & cœteri Doctores *ibid.* Bald. *in l.* Si *quis ſeruo.* C. De *furt.* Rom. *in l. Contra legem. ff. De legib.* Paris. *conſil.* 16. *num.* 29. *vol.* 3. Tiraquel. *tract. Ceſſante cauſa par.* 1. *nu.* 138. qui alios citat. Riminal. ſen. *conſil.* 183. *nu.* 3. Euerar. *in Topica loco. A ratione leg. ſtricta.* ver. *Virtus enim legis.*

5 Nec obſtat, quod vnum trimeſtre referatur ad vnum annum, & aliud, ad ſequentem. Quia cum coniungatur abſentia vnius anni cum abſentia alterius, fit notabilis abſentia, & quò ad effectum æquipollet abſentiæ eiuſdem quantitatis, quæ reſpõderet eidem anno; quia per ſex menſes continuos remouet paſtorem à cura ſui gregis, & ideò non refert, quò ad effectum, an incidat tota in eodem anno, an intra duos, quia ex æquipollẽtibus nõ refert, quid ex ipſis fiat, quando inferunt eumdem effectum *l. Mulier. ff.* Ad *Trebellian.* & *l. fin.* C. De *donat. quæ ſub modo.* & *l.* 3. C. De *inſtit. & ſubſtit.* Et notant Socin. iun. *in l. Gallus. §. At quid ſi tantum. nu.* 28. *ff.* De *lib. & poſth.* Iaſ. *in l. Si tantum. num.* 3. C. De *inſtit. & ſubſtit.*

6 Ex quibus deducitur reſolutio alterius difficultatis. Nempe nõ poſſe Epiſcopum coniungere tempus conceſſum pro viſitatione liminum Apoſtolorum cũ tempore conceſſo pro alia viſitatione. Nã in hoc quoque militat eadem ratio proportionaliter. Et etiam ſpecialis ratio, ſcilicet, quod non poſſint coniungi duæ Viſitationes liminum Apoſtolorum. Finis enim Viſitationis liminum Apoſtolorũ non ſolum eſt illa ſpecialis obedientia, & obſequium, quod exhibetur ſummo Põtifici, ſed etiam informatio eiuſdem Pontificis de ſtatu Eccleſiæ vt deſumitur ex *Conſtit.* 15. §. 3. Sixti V. *tom.* 2. *Bullar.* Poſtquam Epiſcopus exhibuit informationẽ pro vna Viſitatione, non poteſt ſtatim aliã informationem exhibere pro alia Viſitatione: tum quia non ſupponitur ſtatim mutatus ſtatus Eccleſiæ; tum quia non ſtatus Eccleſiæ eſſe de nouo examinatus, vt poſſit aliam nouam relationem facere. Cum examinatio huiuſmodi depẽdeat ſpeciali modo à Viſitatione Diœceſis. Vnde cum non poſſint coniungi fines Viſitationum liminum Apoſtolorũ, nec etiam poterunt coniungi ipſę viſitationes, atque adeo nec tempus pro ipſis conceſſum.

7 Secundo deducitur. Quod, quando adſint legitimæ cauſæ abſentiæ, de quibus Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *De reformat.* nõ tenetur Epiſcopus protrimeſtri conceſſo, ſed poterit vltra ipſum abeſſe, quantum exigunt cauſæ propter quas abeſt. Nam Concil. concedit trimeſtre abſentiæ vltra prædictas cauſas, nempe illas ratione quarum dixerat Epiſcopum poſſe abeſſe: vt conſtat ex illis verbis. *Extra prędictas cauſas nullo pacto debere duos, aut adſummum tres menſes excedere.* Cum enim abſentia trium menſiũ ſit conceſſa ex ęqua cauſa pro ſingulis annis nõ eſt cõceſſa pro illis cauſis ſpecialibus, ex quibus, quoties opus fuerit poteſt Epiſcopus abeſſe, quas enumerat. Concil. et ſunt Chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, ac euidens Eccleſiæ, vel Reipub. vtilitas. Et proinde poſſe Epiſcopos vti trimeſtri conceſſo ad relaxationem animi, trahunt Azor. *par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *quæſt.* 9. Santarel. *Variar. reſol. quæſt.* 4. *nu.* 5. *in fine.*

An

An reſignans beneficium, ſciens, quod ſeruabitur indemnis, quò ad fructus excedentes penſionem, committat ſimoniam. Quæſt. 281.

S V M M A

1 *Reſignans beneficium ſciens, quod ſeruabitur indemnis quò ad fructus an committat ſimoniam.*
2 *Simonia inducitur ſolo pacto, & conuentione.*
3 *Pactum ſeu conuentio eſt neceſſaria etiã pro ſimonia confidentiali.*
4 *Pactum ſeu conuentio eſt forma ſimoniæ.*
Simonia exigit aliquod principium vnde oriatur neceſſitas.
5 *Pro ſimonia ſufficit pactum tacitum.*
Simonia requirit, quod antecedat, quod neceſſitet.
6 *Significatio faciendi aliquid &c. non inducit ſimoniam.*
Tractatus non inducit obligationem.
Tractatus non attenditur in ordine ad ſimoniam.
7 *Declaratio propoſiti non inducit ſimoniam.*
Verba curialia non inducunt obligationem.
8 *Non reſignaturus niſi crederet ſe indemnem ſeruandum non eſt ſimoniacus.*
9 *Simonia mentalis quando inducatur.*
Explicatur Cap. *Tua nos. De ſimonia.*
10 *Præſumptio ſimoniæ, quando excludatur.*
11 *Simonia non præſumitur ex ijs, quæ ſequuntur actum.*
Pro ſimonia conſtare debet de pacto antecedenti.
12 *Reſignans poteſt rogare, vt ſeruetur indemnis.*
Preces non inducunt ſimoniam.
Dummodo non contineant pactum tacitum.

---

1 Titius rogatus à Patre, vt reſignet beneficium, impoſita penſione, quam obtinere poteſt, in fauorem fratris eiuſdem Titij, venit ad actũ reſignationis ſibi perſuadens, quod pater eũ indemnem ſeruabit quò ad fructus qui excedunt penſionem, eò quod pater ita ſignificauerit, vnde dubitatur, an in hac reſignatione interuenerit ſimonia ſupponitur autem quod nullum interuenerit pactum, aut conuentio de eo ſeruando indemni, nec reſignatio facta ſit ſub hac conditione, quod ſeruetur indemnis, ſed reſignans ſolum ſe remittat bonæ voluntati Patris. Reſoluendum autem eſt. *Non interuenire ſimoniam in huiuſmodi reſignatione.*

2 Ratio eſt. Quia ſimonia inducitur per ſolum pactum, & conuentionem, ad quam reducitur etiam conditio. Quia quando apponitur conditio, actus non eſt habiturus locum, niſi exiſtente conditione atque adeò interuenit conuentio, quo ad actus redditur conditionalis: & ideo conuentio tantum, ſeu pactum inducunt ſimoniã, quando antecedit Cap. *Actaldus.* 8. *Quæſt.* 1. & Cap. *Tua nos.* De *ſimon.* Et notant communiter Gloſ. *ibid.* & in Cap. *Quam pia* verbo. *Poſtmodum.* 1. *Quæſt.* 2. & in Cap. *Ordinationes. verbo.* Pretii. 1. *quæſt.* 1. Cardin. Alexand. *ibid. n.* 33. Alciat. *conſil.* 2. *nu.* 20. *lib.* 1. Paris. *conſil.* 30. *num.* 21. *lib.* 4. Butrius *in Cap. Quæſitum num.* 3. ver. *Et nota.* De *rer. permut.* Anan, *num.* 5. Hoſtienſ. *in Cap.* 1. *num.* 3, ver. *Alios ſi. De ſimon.* Anchar. *num. item* 3. ver. *Non tamen prohibet.* Dec. *conſil.* 118. *num.* 4. Farinac. *conſil.* 180. *num.* 6. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 210. *num.* 16. Mohedan. *deciſ.* 1. *num.* 3. *De ſimon.* Lotter. *de Beneſic. lib.* 3. *quæſt.* 29. *num.* 42. Paris. alios citans, *De confident. quæſt.* 26. *nu.* 4. Rota coram Puteo *deciſ.* 167. *num.* 5. & coram Seraphino *deciſ.* 1029. *num.* 8. & coram Caualerio *deciſ.* 359. *num.* 7. & coram Martino Andrea *deciſ.* 94. *numer.* 5. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 517. *num.* 30. & *deciſ.* 166. *numer.* 9. *par.* 2. Recent. *& in Romana ſeu Hiſpalenſi prætenſæ ſimoniæ.* 7. *Februar.* 1596. corã Blanchetto, & in *Calaguritana confidentiæ.* 25. *Iunij.* 1593. coram Pamphil. & in *Aquenſi beneficij. ſeu ſimoniæ.* 17. *Maij* 1593. corã Blanchetto, & in *Cuſentina prætenſæ confidentiæ* 4. *Februar.* 1591. coram Orano, & communiter Doctores in Cap. *Tua nos.* De *ſiman.* & in Cap. *Quæſitum.* De *rer. permutat.*

3 Nec etiam locum habet ſimonia confidentialis, quia quamuis reſignans confidat, quod ſeruabitur indemnis, quò ad fructus, quos aliàs reſignando amittit, non tamen de hoc interuenit pactũ, aut con-

conuentio aliqua, quæ ſimiliter pro ſimonia cõfidentiali eſt neceſſaria, vt de communi teſtatur Paris. *De confident. quæſt.* 26. Rota coram Veral. *Deciſ.* 201. *&* 202. *par.* 1. Etiam, poſt Conſtit. Pij IV. & Pij V. ſuper confidentiis, vt tradunt Nauar. *in Manuali cap.* 23. *nu.* 109. Gabr. *conſil.* 172. *num.* 4. *lib* 2. Boccac. *ad Conſtit. Picen. num.* 60. Vgolin. *tab.* 2. *de ſimon. cap.* 22. §. 1. *n.* 2. Menoch. *Præſump.* 9. *lib.* 5. Lopez *in Inſtruc. conſcien. tom.* 1. *cap.* 240. Vega *par.* 2. *ſum. cap.* 101. *caſu* 56. Rodriquez *tom.* 2. *ſum. cap.* 56. *num.* 2. Rota *deciſ.* 166. *nu.* 4. *par.* 2. *Recent.* & coram Ludouiſ. *deciſ.* 238. *num.* 9. vbi citantur aliæ deciſiones.

4 Pactum namque, & conuentio eſt forma, qua conſtituitur ſimonia, vt conſiderant Mohedan. *deciſ.* 1. *de Simon.* Ludouiſ. *deciſ.* 517. *nu.* 32. Nam exigitur aliquod principium, vnde oriatur neceſſitas, exequendi, quod fuit in tractatu, vt obſeruant Abbas *in Cap. Cum M. Ferrarienſ. nu.* 24. *De conſtit.*. Rota coram Veral. *deciſ.* 239. *num.* 7. *par.* 3. Vnde ſecluſo pacto, & conuentione excluditur cõſtitutiuum Simoniæ atque adeo omnis ſimonia etiã confidentialis.

5 Et licèt pro inducenda ſimonia nõ requiratur pactum explicitum, ſed ſufficiat tacitu n vt obſeruant Ancharan. *in Cap. Quæſitum numer.* 2. *De rer. permutat.* Cardin. *ibid.* & *eod. num.* & alii. Attamen neque hoc pactum in præſenti caſu reperitur; quia relinquitur liberæ voluntati inſtãtis pro reſignatione reddere in demnem reſignãtem, & non ponitur aliquid ante reſignationem, quod poſſit neceſsitare ad ſeruãdum indemnem, quod omninò eſſet neceſſariũ pro ſimonia, vt notant Io. Andr. *in Cap. Veniens.* 1. *numer.* 1. *De teſtib.* Dec. *conſil.* 118. *num.* 4. alios adducens. Rota *in Balneoregienſi Simonia* 17. *Maij.* 1634. coram Coccino.

6 Nec obſtat, quod reſignanti ſignificata fuerit voluntas reddendi ipſum indemnem quoad omnes fructus; & quod ipſe motus ſit ad reſignandum à tali ſignificatione; quia hæc ſignificatio pertinet ad tractatum, qui de ſui natura nullam inducit obligationem *l. Sciendum.* §. 2 *&* 3. *ff.* De *ædilit. edic.* & Cap *Dudum.* De *conuerſat. coniug.* & notant Abbas *ibid.* Ias. *in l. Si quis cum aliter. num.* 3. *ff.* De *verbor. obligat.* Gail. *obſeruat.* 140. *num.* 11. Et ideo tractatus non attenditur in ordine ad inducendam ſimoniam Cap. *Cum pridem. De pactis.* vbi Doctores. Et notant Abbas *in cap. Quæſitum. num.* 10. De *rer. permut.* Barbatia *num.* 1. ver. *Nota quod licet.* Caccialup. De *penſion. quæſt.* 19. *nu.* 16. Felin. *in Cap. Ad audientiam* 2. *num.* 3. De *reſcrip.* Gambar. *de legat. lib.* De *penſion. n.* 126. Gigas *de Penſion. quæſt.* 4. *num.* 2. D. Anton. 2. *par. tit.* 1. *cap.* 5. ver. De *renunciat.* Nauar. *in Manual. cap.* 23. *nu.* 107.

7 Nec item obſtat, quod interuenerint verba, quæ declarauerint propoſitum ſeruandi indemnem, vt ſi inſtans pro reſignatione dixiſſet, quod nullo modo patietur, quod reſignans ſubeat aliquod dãnum: & alia huiuſmodi. Quia huiuſmodi verba tanquam Curialia. vulgo *Di complimento* nullam tradunt obligationem *l. Quod. venditor. ff. De dolo*, & *l. Sciendum. ff.* De *edilit. ędict.* & *l. Ea quæ. ff.* De *contra. ben. empt.* & Cap. *Cum veniſſent.* De *inſtit.* & notant Cardin. & Imola *ibid.* Ias. *in l. Ita ſtipulatus. num.* 19. *ff.* De *verbor. obligat.* Alexan. *num.* 6. Roman. *in Rubr.* De *recep. arbitr. num.* 15. Cardin. *in Clemen. Exiui.* §. *Nos igitur.* De *verbor. ſignificat*, Angel. *in l. Si cui. ff.* De *ſeruit.* Rota coram Seraph. *deciſ.* 136. *num.* 3. & coram Penia *deciſ.* 100. *num.* 5. & coram Coccino *deciſ.* 239. *num.* 7. Vnde ſi ſiſtunt inter terminos vrbanitatis, nec euadant in conuentionem, nõ inducunt ſimoniam, quæ requirit pactum iuxta dicta in ſuperioribus, & notãt Farinac. *conſil.* 180. Lotter. cum aliis. De *benefic. quæſt.* 29. *num.* 51. *lib.* 3.

8 Hinc etiam fit, quod non obſtet, quod non eſſet reſignaturus, niſi ſibi perſuaderet, quod eſſet ſeruandus indemnis. Quia quod ſit ſeruandus indemnis eſt tãtum cauſa impulſiua reſignandi: non autem inducit pactum, aut conuentionem, ſeu neceſsitatem ſeruandi indemnem, ſed adhuc relinquitur in libera poteſtate: et ideo nulla inducitur ſimonia iuxta ea, quæ tradunt Syluester, *verbo.* Renunciatio. *quæſt.* 6. ver. *Secundò.* Vgolin. *tab* 1. *De ſimon. cap.* 22. §. 1. *num.* 4. Leſſius *lib.* 2.

de

de iuſt. & iure cap. 35. num. 95. Garzia *de beneſic. par. 11. cap. 3. num. 184.*

9 Neque item ex hoc inducitur ſimonia mentalis, ſeu confidentia ex parte Reſignantis iuxta Conſtit. Pii V. ibi. *Licèt ipſum confidentiæ crimen alterius tantū pratis conſcientia ſit admiſſum.* Quod videtur decerni in Cap. *Tua nos. De ſimon.* ibi. *Si tamen is, qui talem donationem facit ea, intentione dicatur, vt per temporalia bona, quæ offert ſpiritualia valeat adipiſci. Et Clerici, qui eum in fratrem admittunt, non eſſent eum, niſi commoda temporalia percipe- reut, admiſſuri; ſine dubio tam ille, quam iſti, apud diſtrictum iudicem culpabiles iudicantur.* Nam hic tex. intelligitur, quando intentio dandi eſt dandi temporalia pro ſpiritualibus, aut ſpiritualia pro temporalibus, quia tunc ſpiritualia deducuntur mentaliter in contractum, & æſtimātur compenſabilia per temporalia. Quod inter alios notat Garzia *par. 11. de Beneſic. cap. 3. num. 186.* Et colligitur hæc explicatio ex ipſo tex. ibi. *Vt per temporalia bona ſpiritualia valeat adipiſci.* Adipiſci enim ſpiritualia per temporalia eſt dare temporalia in compenſationem ſpiritualium Et hoc modo etiam committitur vſura mentalis; quæ pari paſſu cum ſimonia ambulat, ita vt non habeat locum, niſi ex titulo mutui intendatur aliqua compenſatio, vt tradunt communiter Doctores.

10 Solum videtur remanere ſcrupulus. Quia ſi ſt[illegible] poſt reſignationem reddatur inde [illegible]etur ſuſpicio, et præſumptio de conuentione antecedenti, atque adeo de ſimonia. Verum quò ad cōſcientiam hoc non habet locum, quia quiſque ſibi teſtis eſt, quod nullum inierit pactum aut conuentionem, atque adeo quòd nulla interuenerit ſimonia. Sed neque pro foro externo poteſt cum fundamento ſuboriri ſuſpicio, aut præſumptio de ſimonia, nam quod reſignās reddatur indemnis poteſt eſſe ex alia cauſa, vt reuera eſt, quàm ex pacto, cum poſſit eſſe ex gratitudine, & ex eo, quod ille, ad cuius inſtantiam facta eſt reſignatio nolit accipere gratificationem cum detrimento reſignantis, vt notat Gloſ. *in Cap. Quam pio, verbo: Poſtmodum. 1. quæſt. 3.* Paſqualig. Quæſt. Select. Et proinde non poteſt ex hoc argui præcedens conuentio.

11 Et proinde ex iis, quæ requirunt actū in quo prætēditur ſimonia, non poſſe præſumi ſimoniam, licèt immediatè ſubſequantur tradunt Gloſ. *modo cit. Dec. conſil. 118. num. 4.* Mohed. *deciſ. 266.* Puteus *deciſ. 167. numer. 5.* Rota *in Romana, ſeu Hiſpalenſi ſimonia. 7. Februar. 1596.* coram Blanchetto, & *in Calaguritana confidentiæ 25. Iunij. 1593.* coram Pamphilio, & corā Ludouiſ. *deciſ. 517. num. 31. & deciſ. 166. n. 9 par. 2.* Recent. et communiter Doctores in Cap. *Tua nos. De Simon.* Quia nimirum quæ ſubſequuntur actum, non ſunt ſimoniaca, niſi ſubſint præcedenti conuentioni, à qua tota ſimonia dependet, vt dictum eſt.

12 Pro complemento autem inquiri poteſt, an reſignaturus poſſit rogare patrē ſuum, ad cuius inſtantiam reſignat fratri, vt ſe indemnem ſeruet quoad fructus, quos reſignando amittit. Et affirmatiuè reſoluendum eſt. Quia preces non inducunt ſimoniam, cum relinquant liberam facultatem. Et ſtatuitur in Cap. *Tua nos. De ſimon.* qui tex. eſt valdè notabilis. Reſp. enim Pontifex. Quod ſi Clericus largiatur ſua bona Eccleſiæ pro erigendo canonicatu cum pacto, conuentione, aut conditione, quod eligatur Canonicus, & retineat ſua bona pro præbenda, committitur ſimonia. Si verè abſque pacto, conuentione, aut conditione ea offerat, et roget, vt in Canonicum admittatur, et poſſit retinere ſua bona pro præbenda, et Clerici Eccleſiæ in id conſentiant, non erit ſimonia. Ex qua reſponſione conſtat, quod preces antecedentes actum non inducūt ſimoniam, etiamſi annuatur iiſdem precibus. Quia nimirum deficit pactum, ſeu conuentio, atque adeo forma quā conſtituitur ſimonia. Vndè etiam in præſenti poterit reſignaturus rogare, vt ſeruetur indemnis. Rectè tamē aduertit Gloſ. *in dict. Cap. Tua nos verbo. Purè conſentiant, in fine. De ſimonia.* Ne fraus committatur, quod facilè poteſt contingere, dum ſub ſpecie precum poteſt induci pactum tacitum.

potuiſſet. Gratia enim iſta eſt iuſtificata, tum quia agitur de fauore fidei, qui maximas eſſe debet Cap. *fin.* De *conuerſat. infid. l.* & Cap. *Significaſti* De *homicid.* Et cũ Iudæorum pecunia ſit expoſita negociationi, & habeant ſemper in promptu occaſiones negociandi, & lucrandi, interueniunt requiſita, vt ſubintrare poſſit lucrũ ceſſans iuxta doctrinam Caſtrens. *in l.* 3. *§. Ratione ff. De eo, quod certo loco &c.* quã ſemper ſequitur Rota in hac materia.

6 Quod autem poſſit Pontifex concedere gratiam reſtitutionis in integrum, fingendo ſtante æquitate non factum, quod eſt factum, conſtare ex Clement. vn. De immunit. Eccleſ. & tradunt Bald. *in l. Non dubium, C. De legib.* Bart. *ibid.* & communiter Doctores. Vnde Ancharan. *conſil.* 225. *num.* 2. dicit, quod fictiones auferunt quæſita vni, & dant alteri, vt conſtat ex ff. & C. *De captiuit. & poſtlim. reuer.*

7 Hinc etiam poteſt Princeps in præiudicium hæredum reualidare donationem excedentem quingentos aureos nõ inſinuatã, & facere, vt per inde ſe habeat, ac ſi fuiſſet inſinuata, & valida, vt obſeruant Abbas *conſil.* 84. *nu.* 6. *par.* 1. Caſtrenſ. *conſil.* 178. Vnde etiã videtur, quod poſſit Pontifex conualidare contractum vſurarium reducendo ad debitos terminos, & facere, vt perinde ſe habeat, ac ſi ab initio fuiſſe legitimus.

8 Rurſus Legitimatio quoque trahitur retro ad tempus natiuitatis *l.* 2. *ff. De nat. reſt.* & *§. Illud.* & *§. Nulla.* Auth. *Quib. mod. natur. effic.* & notant Bart. *in l. Ex facto ff. De vulg. & pupil. ſubſtit.* & cæteri communiter. Non obſtante, quod filii legitimi minus capturi ſint de paterna hæreditate. Ergo eodem modo poterit Pontifex legitimare contractus Iudæorũ venientium ad fidem, ità vt legitimatio retrò trahatur ad tempus, in quo initi ſunt, non obſtante, quod aliquid minus mutuatario ſit reſtituendum.

9 Nec fit iniuria illis, quibus eſſent reſtituendæ vſuræ, quia ex iuſta, & legitima cauſa non veniunt reſtituendæ in totum, nempe quia gratia Pontificis interuenit ſuper radice, vnde eſſent reſtituendæ, quam cum immutet, operatur, vt non amplius inferat neceſſitatem reſtituendi totas vſuras, ſed tantum partem. Vt contingit etiam in gratia plenariæ reſtitutionis in integrum, quæ facit, vt iura reſoluantur, quæ alicui quæſitæ ſunt ex alieno delicto, vt tradunt Bald. *in l. fin. n.* 5. C. De *ſent. paſ. & reſt.* & in *l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. num.* 15. ver. *Secus, ſi immediatè. ff.* De *liber. & poſth.* Alex. *num.* 19. Paris *conſil.* 1. *num.* 47. & 52. *lib.* 4. Ancharan. *conſil.* 408. *num.* 8. ver. *Item Verbum.* Natta *conſil.* 471. *num.* 2. *lib.* 2. Rolan. *conſil.* 45. *num.* 25. *lib.* 4. Bellam. *deciſ.* 742. & 743. Oddus *de reſtit. in integ quæſt.* 99. *nu.* 74. Brunor. à ſole. *quæſt.* 19. *num.* 45. Rota coram Merlino *deciſ.* 125. *nu.* 46. Et ea ratio eſt, quia bona, quæ ex delicto alterius alicui acquiruntur, cenſentur acquiri reſolubiliter ſub hac tacita conditione. Si Princeps reſtituerit in integrum. Vndè etiam in caſu præſenti vſuræ cenſentur ſtare ſub obligatione reſtitutionis, niſi Põtifex reducat contractus Iudęorũ venientium ad fidem ad terminos legitimos, quia tunc non erunt in totum reſtituendæ.

An Pontifex poſſit vniuerſaliter ſtatuere, quod Iudæi venientes ad fidem reſtituant tantum partem ex vſuris. Quæſt. 283.

S V M M A.

1. *Pontifex poteſt ſtatuere, quod pars vſurarum certarum remaneat Iudæis conuerſis.*
2. *Vſura reſtituenda à Iudæis conuerſis, quomodo poſſint conſiderari.*
3. *Pontifex poteſt fingere quod vſuræ reſtituendæ à Iudæis conuerſis ſint in eo ſtatu, in quo erant, priuſquam cogitarent de conuerſione.*
4. *Et quod non acquirant maiorem æſtimationem ex conuerſione.*

Lex quando fingit facit quod fingit.

5. *Fictio idem operatur quod veritas.*

1 CVm poſſit Summus Pontifex, vt cõſtat ex dicta *quæſt, prę cedenti*, cõdonare Iudæis venientibus ad fidem illam partem ex vſuris certis, quàm aliàs percepiſſent ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, videtur, quod poſſit etiam generali Conſtitutione ſtatuere, quod eadem pars ex vſuris certis remaneat venientibus ad fidem. Nam militat eadem ratio æquitatis, faciendi iis, qui veniunt ad fidem, & tollendi impedimenta, quãtum fieri poteſt, quæ obſtare poſſent, ne Iudæi conuerterentur.

2 An autem hoc alio modo præſtare poſſit. Reſoluendum putarem. *Poſſe etiã id prę ſtare ſtatuendo, quod vſuræ certę conſiderentur in eo ſtatu, in quo ſunt quando Iudæus nihil cogitat de conuerſione ad fidem & quod reſtituantur, prout æſtimantur, quandiù ſunt in illo ſtatu*. Quamuis enim vſuræ ſint de iure naturali reſtituendæ: attamen, quia Iudæi, numquam eas reſtituant, & putant, ſe non teneri ad reſtitutionem, ita vt ſolum reſtituant eo caſu, quo veniunt ad fidem: & exigua ſpes adſit, quod veniât ad fidem, ideo huiuſmodi vſuræ parui æſtimantur tanquam abſque probabili ſpe recuperationis: & propterea quocũque pretio ſoluto redderetur iũs ad ipſas ab eo, ad quem pertinent.

3 Et propterea poterit Pontifex ſtatuere, quod hæ vſuræ in veniẽtibus ad fidem eo pacto æſtimentur, quò æſtimantur non venientibus ad fidem. Æquitas enim exigit, & fauor fidei, vt quantum fieri poteſt adiuuetur conuerſio Iudęorũ: atque adeo quod bona voluntas ipſorum non pariat impedimenta conuerſioni, ſicut pareret, ſi vſuræ ab ipſis reſtituendæ pluris æſtimarentur, quam æſtimentur reſtituendæ à cœteris Iudæis. Vnde ſtante hac æquitate poterit Pontifex fingere, quod ſint in eo ſtatu in quó erant ante propoſitum conuerſionis *l. Æmilius. ff.* Ad *mino.* & *l. Poſtliminium. init. ff. De capt.* & *poſtlim. reuer.* & *l. Denique* & *l. Nec vtilem. ff.* Ex *quib cau. maior.* & tradunt communiter Doctores *in l. Si is, qui pro emptore. ff.* De *vſur.*

4 Et quamuis venientibus ad fidem Iudæis vſuræ retinendæ acquirant maiorem æſtimationem, cum ſpes reſtitutionis habeat firmum fundamentum, attamen, quia poteſt Pontifex facere, quod non æſtimentur ex hac contingentia, ſed ſecundum ſuum ſtatum, quem acquirunt, quando ſoluuntur; ideo virtute fictionis, qua fingit remanere in priſtino ſtatu, verè operatur, quod non nõ acquirant maiorem æſtimationem ex eo, quod Iudæi ſint amplexuri fidem iuxta doctrinam, quam tradunt Bart *in l. Si maritus. §. Legis. circa fin. ff.* Ad *leg. Iuliam de adult.* Iaſ. *in l. Filio, quem pater num. 16. ff.* De *liber. & poſtb.* Alex. *in l. Qui ſe patris. C.* Vnde *liberi.* Roman. *ibid.* Caſtrenſ. *conſil. 6. circa fin. ver. Cum igitur.* Hyppolit. Riminal. *conſil. 23. num. 110. lib. 1.* Paris. *conſil. 71. n. 5. lib. 1.* Ruin. *conſil. 86. num. 14. lib. 3.* Menoch. *conſil. 124. num. 106.* Et conſequenter poteſt operari, quod Iudæi venientes ad fidem teneantur tantum reſtituere illam quantitatem, qua æſtimarentur vſuræ reſtituẽdæ, ſi non venirent ad fidem.

5 Et ſicuti ſi Iudæus antequam declaraset propoſitum veniendi ad fidem, vellet concordare ſuper vſuris reſtituendis, mutuatarii illas ęſtimarent ſecundũ ſtatum, quem vniuerſaliter habent apud Iudęos, & valeret trãſactio ſuper ipſis iuxta conuentionem, nec Iudæus ad aliquid amplius teneretur. Ita etiam poteſt Pontifex facere, quod vacatio ſtatus Iudęi declarantis ſe velle ſuſcipere fidem non influat in vſuras reſtituendas, & proinde retineant illam ſolam æſtimabilitatem, quam antea habebant fingendo quod in ordine ad hunc effectum Iudæus habeatur pro Iudæo, & non pro conuerſo ad fidem. Et tunc idem operabitur fictio, quod veritas. *l. Filio quem pater. ff.* De *liber. & poſtb.* & *l. Si is, qui. ff. De vſucap.* & *ſilium ex oratione. ff.* De *excuſat. tut.* & Cap. *Cum dilectus.* & Cap. *Ad reſidentiam*, De *cler. non reſident.* & notant Decian. *reſp. 11. num. 150.* Gonzales *ad* Reg. 8. *Cancel. gloſ. 51. num. 28.* Euerard. *in Topica in loco. A vi fictionis. num 4.* Rota *decis. 266. num. 8. par. 1. Recen.* Et coram Penia *decis. 152. num 5.*

An

An priuilegium miniſtrandi Viaticum, & extremam vnctionem veniat in communicationem priuilegiorum. Quæſt. 284.

S V M M A.

1 *Priuilegium circa miniſtrationem viatici, & extremæ vnctionis.*

2 *Non venit ſub generali communicatione priuilegiorum.*

Miniſtratio viatici, & extremæ vnctionis eſt reſeruata Parochis &c.

Excommunicatio contra Religioſos miniſtrãtes extremam vnctionem.

3 *Priuilegium miniſtrandi viaticum, & extremã vnctionem eſt ſpeciali nota dignum.*

4 *Priuilegium miniſtrandi viaticum, & extremam vnctionem eſt difficilis conceſſionis.*

Priuilegia quæ difficilè conceduntur non veniunt ſub generali communicatione.

5 *Priuilegium miniſtrandi viaticum, & extremam vnctionem, non eſt participabile, niſi in ſpecie concedatur.*

Priuilegia alteri præiudicialia non veniunt ſub generali conceſſione.

1 Pius V. conceſſit nobis Clericis Regularibus ſingulare priuilegium circa miniſtrationem viatici, & extremæ vnctionis, vt in ſua *Conſtit. 31. §. 17. tom. 2. Bullar.* Nempe vt *Eucharistia, etiam pro viatico, ac etiam conſtitutis in articulo mortis, ac extremæ vnctionis, cæteris Clericis, & Fratribus Congregationis huiuſmodi, ac etiam mercenarijs, operarijs, & ſeruis eiuſdem Congregationis. Ac quibuſuis hoſpitibus etiam ſæcularibus, & extraneis, quos in locis vel habitationibus Congregationis huiuſmodi tunc reperiri contingerit, etiam in mortis articulo & quoties de illo dubitari contingerit, etiam Diœceſanorum locorum, & ſacerdotum Curatorum quorumcunque etiam in quorum Ciuitatibus, & Diœceſibus, ac Eccleſiarum Parochijs reſpectiuè Eccleſiæ, & loca ipſorũ Congregationis nũc, & pro tempore fuerint, aut aliorum quorumcunque licentia minimè petita, nec obtenta. Et in caſum in quo non daretur ſpatium petendi talem licentiam propter repentinam neceſſitatem, etiam quibuſcunque alijs perſonis, quæ in huiuſmodi neceſſitate intra Eccleſias, Collegia, Domos, & Habitationes prædictorum reperiri contigerit, ac extra illa alijs quibuſuis infirmis, etiam in mortis articulo conſtitutis vbique in caſu neceſſitatis ſupradictæ etiam nulla ad hoc per eos petita: nec eis conceſſa licentia cuiuſuis ſacerdotis curati pœnitentiæ ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrare poſſint.* Ex quibus conſtat, Priuilegium huiuſmodi tribuere facultatem miniſtrandi viaticũ, & extremam vnctionem hoſpitibus etiã ſæcularibus, & extraneis, qui reperiuntur in locis Congregationis Clericorum Regularium, nullius petita licentia. Et inſuper etiam quibuſuis perſonis, quæ in tali neceſſitate conſtituerentur in Eccleſiis, & alijs locis eiuſdem Congregationis, quando non daretur ſpatium petendi licentiã. Et deniq; miniſtrandi pœnitentiæ ſacramenta eccleſiaſtica, nempè confeſſionẽ, & extremam vnctionem quibuſuis conſtitutis in articulo mortis in quocunque loco nulla petita licentia, quando non adeſt ſpatium petendi. De hoc ergo priuilegio dubitatur an veniat ſub communicatione priuilegiorum.

2 Reſoluendum autem eſt. *Huiuſmodi priuilegium miniſtrandi viaticũ, & extremam vnctionem venire ſub generali communicatione priuilegiorum.* Dixi ſub generali, Quia ſi communicatio eſſet talis tenoris, vt traheret etiam priuilegia, quæ exigunt ſpecialem mentionem, traheret etiam huiuſmodi priuilegium. Ratio eſt. Quia miniſtratio viatici, & extremæ vnctionis eſt reſeruata Parochis in ſignum ſubiectionis plebanorum, & vt ipſi poſſint proprias oues recognoſcere. Vnde in Clemen. *Dudum De ſepult.* ponitur excommunicatio contra Religioſos, qui præſũpſerunt extremam vnctionem miniſtrare ſæcularibus, vt hoc ius Parochis præſeruetur. Et in priuilegijs, quæ conceſſa ſunt Regularibus miniſtrandi Euchariſtiam excipi ſolet Euchariſtia per modum viatici. Et ſi fortè non excipiatur, ipſo iure, & communi ſenſu intelligatur excepta, vt cum communi omnium ſententia no-

tat

tat Suarez *De Euchariſt. diſp. 72. ſect. 2. ver. Vltimo verò.*

3 Ex quo fit, quod priuilegium miniſtrandi Viaticum, & extremam vnctionem ſit ſpeciali nota dignum tanquam illud, quod tangit ea, quæ ſunt reſeruata Parochis in ſignum ſuperioritatis ipſorũ, & quæ ſolent excipi in conceſſione aliorũ priuilegiorum. Priuilegia autem, quæ sũt ſpeciali nota digna non veniunt ſub generali communicatione Priuilegiorum, Argumen. ex §. *Sed, & quod.* Inſtit. *De iur. natur. Gent. & ciuili.* & *l. 1. ff. De conſtit. Princip.* & notant Iaſ. *in l. 1. num. 21. ff.* De *leg. 1.* Natta *conſil. 4. num. 6.* Butrius *conſil. 19. num 9.* Riminal. iun. *conſil. 46. nu. 100.* & poſt in Rota *deciſ. 54. num. 14. par. 2. Diuer.* & *deciſ. 214. num. 5. par. 2.* Recent. & *deciſ. 4. num. 1. par. 4.* & coram Buratto *deciſ. 704. num. 13.* & coram Merlino *deciſ. 855. num. 6.*

4 Ex eo etiam, quod eſt reſeruata Parochis miniſtratio viatici, & extremæ Vnctionis in ſignum ſuæ iuriſdictionis circa miniſtrationem Sacramentorum fit, quod priuilegium circa talem adminiſtrationem ſit ex illis, quæ difficilè & rarò conceduntur. Quod etiam conſtat ex praxi cum non inueniatur in ſpecie conceſſum alijs forte, quàm Clericis Regularibus. Priuilegia autem quæ rarò, & cum difficultate conceduntur, non veniunt ſub generali communicatione, vt tradunt cõmuniter Doctores. Socin. *in l. 1. nu... & num. 3. in fine. ff.* Delegat. 1. Iaſ. *numer. 22. ver. Primò limita.* Ripa *num. 9.* Aleiat, *nu. 4.* Nauar. *conſil. 13. num 4.* De *priuileg.* Rota *in Caurienſi nullius iuriſdictionis. 15. Ianuar. 1577.* coram Cantuecio. & *deciſ. 214. num. 5. par. 2.* Recent. & *deciſ. 40. n. 1. par. 4.* & coram Penia *deciſ. 190. num. 12.*

5 Imo ex eodem capite fit, quod huiuſmodi priuilegium ſit aliquo modo Parochis præiudiciale, quia licèt non auferat ab ipſis facultatem, quam concedit, quia illam concedit cumulatiuè; attamen offuſcat iuriſdictionem ipſorum, dũ quod eſt ipſis reſeruatum in ſignum propriæ iuriſdictionis facit etiam aliis commune. Et ideo hoc priuilegium non eſt participabile, niſi in ſpecie, aut concedatur, aut communicetur iuxta communem doctrinam, quam perpetuò ſequitur Rota, vt in *Valentina decimarum. 28. Decembr. 1603.* coram Lancellotto, & in *Toletana decimarum 6. Decembr. 1605.* coram Iuſto. & in *Mediolanenſi Decimarum 10. April. 1606.* coram Coceino & in *Valliſoletana Quarta funeralis. 19. April. 1606.* corã Iuſto, & coram Caualero *deciſ. 101. num. 3.*

An delictum reuelationis cõfeſsionis pertineat ad Tribunal Inquiſitionis. Quæſt. 285.

S V M M A

1 *Delictum reuelationis confeſsionis non pertinet ad Inquiſitores.*
2 *Si tamen ſit ſimplex reuelatio.*
Pœna reuelantis confeſsionem.
3 *Facultas Inquiſitorum de iure communi quænam ſit.*
4 *Reuelatio confeſsionis quando pertineat ad Tribunal Inquiſitionis.*
5 *Reuelatio confeſsionis quando ſit qualificata in ordine ad Tribunal Inquiſitionis.*
6 *Inquiſitores quando non poſsint interrogare, qui reuelauit confeſsionem.*
7 *Conſuetudo reuelandi confeſsionem cur generet ſuſpicionem hæreſis.*

1 QVod pertineat ad Tribunal Inquiſitionis ſentit Alphonſ. de Leone. *de Offic. confeſſar. Recollect. 22. num. 12. caſu. 3.* dum vult reuelantes confeſſionem eſſe Inquiſitoribus denunciandos. Verum oppoſitum tenent Rodriquez *par. 1. ſum. cap 63. numer. 10.* Molfeſ. *par. 1. ſum. tract. 7. cap. 23. nu. 68.* Bonac. *diſp. 5. de pœnit. quæſt. 6. ſect. 5. pun. 1. num. 6.* Carena *de Offic. Inquiſit. par. 1. tit. 17. §. 23. num. 91.* qui teſtatur de Praxi, Diana. *par. 4. tract. 8. reſol. 95.* Gabr. à S. Vincent. *De ſacra pœnit. diſp. 10. quæſt. 4. ver. Quæres tertio.*

2 Et quidem ſi loquamur de ſimplici delicto reuelationis confeſſionis, non videtur pertinere ad Tribunal Inquiſitionis

tionis, ſed ad iudicem Ordinarium Eccleſiaſticum. Quod colligitur ex Cap. *Omnis vtriuſque ſexus. De pœnitent. & remiſſion. in fine.* Vbi cum Pontifex præmiſiſſet prohibitionem, decernit pœnam contra delinquentes, nempè depoſitionem, & detruſionem in Monaſterium ad perpetuam pœnitentiam, & nullam mentionē facit de Inquiſitoribus, quod ſatis indicat, hanc cauſam ad Ordinarium tribunal ſpectare.

3 Ratio verò eſt. Quia reuelatio confeſsionis ſecundum ſe nec continet hæreſim, nec ſuſpicionem hæreſis, quia delinquit ſolum circa præceptum, quod non concernit fidem. Facultas autem Inquiſitorum de iure eſt tantum ad inquirendum contra hæreſim Cap. *Accuſatus. §. Sanè cum. De hæret. in 6.* Vnde neque poſſunt de iure communi procedere contra ſacrilegos, & diuinatores, niſi ſacrilegia, & diuinationes ſapiant hæreſim manifeſtam, vt ſtatuitur in eod. *§. Sanè.* Et quamuis poſtea iniunctum ſit Inquiſitoribus, vt procedant contra ſortilegia, et alia delicta, id tamē eſt de iure ſpeciali quod ius ſpeciale non eſt conditum pro delicto reuelationis confeſſionis. Et ideo cum ex natura ſua neque contineat hęreſim, neque inducat ſuſpicionem hæreſis, non pertinebit ad tribunal Inquiſitionis.

4 Si verò reuelatio confeſſionis ſit ita qualificata, vt inde oriatur hæreſis ſuſpicio, tunc poterunt Inquiſitores contra reuelantes procedere, ſaltem ad inquirendum, quid ſentiant de fide, vt notant etiā Molſes. et Carena *num.* 1. citati. Nam tunc ſubintrat Inquiſitorum iuriſdictio tanquam ea, quæ conceſſa eſt pro conſeruatione fidei Catholicæ; tunc etiam delictum ob ſuſpicionem hæreſis, quam generat contrariatur fidei, et ideo ſpectat ad iuriſdictionem conceſſam Inquiſitoribus.

5 Tunc autem reuelatio confeſſionis eſſet qualificata in ordinę ad hunc effectum, quando non ex malitia reuelantis cenſeretur prouenire, ſed ex eiuſdem prauo ſenſu circa res fidei, vt ſi reuelans frequenter incidiſſet in huiuſmod crimen, quia tunc oſtenderet, ſe contemnere obligat onem ſigilli, et proinde de illa malè ſentire. Aut ſi ita reuelaret, confeſsionem vt ſimul verbis aut facto declarare ſigillū confeſſionis eſſe parui pendendum, et nō curandum. Quia hoc pacto videretur non credere ſtrictam obligationem ipſius, aut aliquo alio modo declararet, ſe non æſtimare huiuſmodi ſigillum.

6 Ex quibus deducitur cum Carena *de Offic. Inquiſit. par. 2. tit. 17. §. 23. nu. 9.* Non poſſe Inquiſitores interrogare reum, qui confeſſionem reuelauit, ſi reus ſit probatæ, et integræ vitæ. Quia tunc excluditur ſuſpicio hæreſis, et præſumitur commiſſum delictum ex alio motiuo, quod non contrarietur fidei. Debet tamen excipi caſus, in quo eſſet in hoc conſuetudinarius, licèt aliàs probatæ vitæ: nam ex hoc ſufficienter habetur fundamentum ſuſpiciendi, quod malè ſentiat de hoc ſigillo. Imò ex eo, quod eſt aliàs integræ vitæ creſcit ſuſpicio: quia non eſt veriſimile, quod cum ſit probatæ vitæ reuelaret frequēter cōfeſſiones, niſi malè de ſigillo ſentiret. E cōtra verò, ſi ſit aliàs ſuſpectus de hæreſi, etiam vnica reuelatio confeſſionis prębebit ſufficiens fundamentum ſuſpiciendi, quod malè ſentiat de ſigillo.

7 Obijci poteſt. Si quis eſſet conſuetudinarius in reuelando, quod ſub ſigillo ſecreti naturalis ei communicatur, non præberet ſuſpicionem hæreſis, nec pertineret ad tribunal Inquiſitionis. Ergo nec qui eſt conſuetudinarius in reuelando, quod accipit ſub ſigillo confeſsionis. Reſp. Eſſe diuerſam rationem. Quia ſigillum ſecreti naturalis non pertinet ad fidem; & ideo qui frequenter violat, quamuis violet legem naturalem, non tamen prębet ſuſpicionem, quod malè ſentiat in materia fidei. At ſigillum confeſſionis tanquam cōſequens ad inſtitutionem ſacramenti pœnitentiæ, pertinet ad fidem, et ideo ex illius frequenti violatione oritur ſuſpicio hæreſis, quia oritur ſuſpicio, quod malè ſentiat de ſacramento pœnitentiæ, in quo radicatur ſigillum confeſsionis.

An Superiores Regulares electi à Sūmo Pontifice cenſeantur eodem iure, ac ſi electi eſſent à Religione. Quæſt. 286.

1 *Superiores Regulares à Pontifice electi eodem iure cenſentur electi à Religione.*
2 *Tanquam ſubrogati in locum eligendorum à Religione ſubſunt iiſdem iuribus, obligationib. &c.*
3 *Cenſentur iidem Superiores, ac ſi eſſent electi à Religione.*
Subſunt iiſdem diſpoſitionibus.
4 *Electio Pontificia non immutat ſtatum Superiorum Regularium.*
Pontifex conferendo beneficium non immutat eius ſtatum.
5 *Superior Regularis electus, à Pontifice ſeruare debet, dum renunciat, præſcriptionem Conſtitutionum.*
In ſubrogato ſeruanda eadem determinatio.

1 SVuperiores Regulares electos à Summo Pontifice *cenſendos eſſe eodem iure, ac ſi electi eſſent à conſuetis electoribus Religionis*, reſoluendū eſt. Et proinde cenſeri electos ad idem tempus, ad quod ſolent Eligi à Religione, cum iiſdem obligationibus iuribus; qualitatibus, præeminentiis &c. Ratio eſt. Quia Pontifex ſolum aſſumit ſibi electionem, quæ eſſet facienda per electores Religionis, & eligit loco ipſorum: vnde eligit ſecundum formam Conſtitutionum Religionis. Et ideo electi ſecundum talem formam tenentur in omnibus ſeruare Conſtitutiones non ſecus, ac ſi electi fuiſſent ab Electoribus Religionis.

2 Electio enim facta à Pontifice ſubrogatur in locum electionis quæ erat facienda per Electores religioſos, & ipſi in locum illorum Superiorum, qui erant à religione eligendi. Et ideo locum habent quò ad ipſos eadem iura, prærogatiuæ, obligationes, quæ locum haberent, ſi conſueto modo fuiſſent electi. *l. Si eum. §. Qui iniuriarum. ff.* Si quis caut. & *l. Filiæ ſuæ. §. Tritia. ff. De condit. & demonſtrat. & l. In duobus. §. 1 ff.* De iureiur. Et Cap. *Eccleſ. 1.* Vt *lite penden.* & notant Gloſ. *ibid.* ver. *Et eſt hic.* Marſil. *ſingul.* 255. Gabr. *concluſ.* 2. *De reg. iur.* Surd. *deciſ.* 35. *num.* 9. Bald. *in l. Parabolani. C. De Epiſcop. & Cler.* Cephal. *conſil.* 20. *num.* 2. *lib.* 1. Crauet. *conſil.* 973. *num.* 2. Decian. *conſil.* 43, *num.* 14. *lib.* 3. Socin. *Regul.* 34.

3 Imò cenſentur iidem Superiores, ac ſi ab electoribus Religionis electi fuiſſent tamquam in eorumdem locum ſubrogati §. Si *igitur defunctus* ver. *Vnde conſequēs.* Authen. *De hered. ab inteſt. venient.* Et notant Bald. *in l. Per diuerſos. num.* 21. *C. Mandati.* Natta *conſil.* 346, *num.* 3. Dec. *conſil.* 52. *num.* 53. *in fine. lib.* 1. Rota corā Merlino *deciſ.* 445 *num.* 2. Et ideo comprehenduntur ſub iiſdem diſpoſitionibus, ſub quibus comprehenduntur, qui electi fuiſſent ab electoribus Religionis: vnde etiam tenentur eas ſeruare.

4 Accedit etiam, quod Pontifex eligendo hos Superiores non immutat ſtatum, & conditionem eorumdem. Sicut etiam conferendo beneficia non immutat ſtatum, & qualitates eorumdem, quāuis non ſeruet in conferendo eumdem ſtatum, & qualitates. Vt frequenter firmauit Rota coram Coccino *deciſ.* 174. *n.* 4. & coram Durano *deciſ.* 320. & coram Caualerio *deciſ.* 252. *num.* 2. & *deciſ.* 340. *num.* 6. *par.* 3. Recent. *& in Monopolitana hebdomadæ* 11. *Decemb.* 1615. coram Veroſpio. Vnde cum non immutetur ſtatus, & qualitas dignitatum, & Officiorum regulariū per electionem Pontificis, eodem modo ſe habebunt, ac ſi cōſueto modo ſequuta fuiſſet electio: & in omnibus ſeruabuntur, quæ aliàs ſeruarentur ſecundum præſcriptum Conſtitutionum.

5 Ex quibus deducitur. Quod ſi contingat aliquem ex his electis debere renūciare dignitati, aut officio, vel quia non poſſit onus ſuſtinere, vel ex aliquo alio capite, ſeruandus erit modus, quem pro renunciatione præſcribunt Cōſtitutiones. Quia tanquam electus ad formam Conſtitutionum, in omnibus, quæ conſequūtur ad electionem eas ſeruare tenebitur. Et tanquam in ſubrogato loco illius, qui aliàs per electores Religionis fuiſſet electus, ſeruanda erit eadem determinatio, quò ad renunciationem *l. Cum in fundo. §. Si fundus. ff.* De iure dot. & obſeruant Batt-

in

in Repet. l. Pater filium. num. 13. *ff.* De *inoſfic. teſtamen.* Socin. ſen. *in l. Filium. nu.* 13. *ff. De condit. & demonſtrat.* Rota coram Merlino *deciſ.* 445. *num.* 3.

An Prior, qui non recedit ex diſpenſatione Capituli Generalis, poſſit eligi in Abbatem. Quæſt. 287.

S V M M A

1 *Prior, qui ex diſpenſatione Capituli Generalis nõ recedit, an eligi poſsit in Abbatem.*
2 *Diſpenſatio præuentiua præſeruat habilitatem.*
3 *Diſpenſatio poteſt valere quò ad vnum, & non quò ad alium effectum ſeparabilem.*
Legislator poteſt diſpenſare in ſuis, & ſuorum prædeceſſorum legibus.
4 *Statutum confirmatum à Papa habetur pro Papali.*
5 *Facultas quando ſe extendat ad diſpenſandũ ſuper confirmatis à Papa.*
6 *Statuta confirmatá à Papa quando fiant Papali.*
A Confirmatio Papalis quãdo relinquat ſtatutum in ſuo ſtatu.

1 Extat ſtatutum apud Religionẽ N. quod vt Priores poſſint eligi in Abbates, requirit; quod per triennium exercuerint Officium Prioratus. Vnde dubitatur, an qui fuit diſpẽſatus à Capitulo Generali ſuper reſidentia, poſſit eligi in Abbatem, ſiquidem cũ exercuit officium Prioris per triennium, ſicut requirit ſtatutum. Et reſpõdendum. *Poſſe eligi ſtante diſpenſatione Capituli Generalis ſuper reſidentia.*

2 Ratio eſt. Quia totum impedimentum prouenire tãtum poteſt à ſtatuto requirente, quod per triennium exercuerit Officium Prioratus. Ceſſat autem hoc impedimentum ex diſpenſatione ſuper reſidentia; quæ ſe extendit ad omnia conſequentia, quæ habent pro neceſſario fundamento ipſam reſidentiam, & ſine qua ſtare non poſſunt, vt eſt exercere munus Prioratus. Eſt enim diſpẽſatio præuẽtiua, quæ præſeruat, habilitatem, & impedit, ne ſuperueniat impedimentũ cũ tale impedimẽtũ, ſit effectus iuris poſitiui inductus à ſtatuto Religionis iuxta ea, quæ tradũt Geminian. *in Cap. Quiſquis. Diſt.* 84. Turrecrem. *ibid. ante n.* 1. Præpoſit. *n.* 1. Io. Andr. *in cap. In generali. num.* 3. ver. *Quadrageſimus ſeptimus. De regul. iur. in* 6. Couarruu. *in Clemen. Si furioſus. par.* 2. §. 3. Auila *de cenſur. par.* 7. *diſp.* 6. *dũ.* 2. Rota *in Ferrar. penſionis* 21. *Martij* 1627. & *in Ceſarauguſtana penſionis* 18. *Iunij.* 1610. *num.* 13. coram Lancellotto.

3 Videtur tamen hoc totum corruere ex eo, quod Capitulũ Generale nõ poteſt diſpenſare Superiores ſuper reſidentia. Quicquid ſit, an poſſit diſpenſare ſuper reſidentia; credo enim non poſſe diſpenſare totaliter. Quia tamen talis diſpenſatio habet plures effectus ſeparabiles, poteſt eſſe valida quò ad vnum, & non quò ad alium. Vnde quatenus verſatur circa habilitatem acquiſitam, ex exercitio Officij Prioratus per triennium, cum ſit inducta ex ſtatuto eiuſdem Religionis, poteſt eſſe valida, & prçſeruare ab impedimento proueniente ex eo, quod diſpenſatus nõ exercuerit per triẽnium dictum officium. Poteſt enim Capitulum generale ſuper ſtatutis Religionis diſpenſare, cũ quilibet legislator diſpenſare poſſit in ſuis legibus, & ſuorum prædeceſſorum, vt tradunt communiter Panorm. *in Cap. At ſi Clerici.* §. *De adulterijs. num.* 10. *De iud.* Dec. *ibid. num.* 98. *in noua edit.* Felin. *numer.* 6. Alexander de Næuo. *num.* 16. Angel. *verbo.* Beneficium. *numer.* 22. Sylueſter. *verbo.* Diſpenſat. *nu.* 19. Nauar. *cap.* 25. *Manual. num.* 74. Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *quæſt.* 3. Salas. *diſp.* 20. *De legib. ſect.* 4. Sanchez qui alios citat *lib.* 8. *de matrimon. diſp.* 17. *num.* 27.

4 Solum obſtare videtur, quod dictũ Statutum, requirens, quod Priores per triennium exercuerint proprium munus, vt poſsint aſſumi in Abbates confirmatũ fuit in forma ſpecifica ex certa ſcientia à Summo Pontifice; & proinde habeatur pro lege Papali, & conſequenter nõ poſſit Capitulum Generale ſuper ipſo diſpenſare iuxta ea, quæ tradunt Syluester *verbo.* Beneficium 3. *num.* 13. Angel. *num.* 22.

Armilla *num.* 27. Tabiena *verbo*, Beneficium, 2. *num.* 17. Sayr. *lib.* 6. *de cenſur. cap.* 11. Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 15. *quæſt.* 7.

5 Verum hoc non obſtat, quin poſſit Capitulum Generale ſuper hoc ſtatuto diſpenſare. Nam Conſtitutiones concedunt eidem Capitulo facultatem diſpenſandi in ſpecie ſuper hoc ſtatuto. Vnde cum Conſtitutiones confirmatæ fuerint ex certa ſcientia, & toto earumdem tenore inſerto à Summo Pontifice, facultas diſpenſandi ad hoc quoque Decretũ, ſeu ſtatutum ſe extendet. Quia ſi ob confirmationem Decretum cenſetur Papale, facultas quoque diſpenſandi ratione eiuſdem confirmationis cenſebitur Papalis, & æquiualebit ſtatuto, quod tanquam diſpenſabile eidem facultati ſubijcietur.

6 Deinde tunc ſolum ſtatutũ reputatur Papale ex confirmatione Papæ, quando aliàs ſine confirmatione non eſſet vires habiturum, eò quod in ſtatuentibus non adſit facultas ſtatuendi, niſi cũ approbatione Pontificis iuxta ea, quæ tradit Bart. *deciſ.* 60. *num.* 4. *par.* 4. *Recent.* Aut quando editur auctoritate Papæ, vt ponderat Rota *deciſ.* 98. *num.* 2. *Recent.* per tex. Cap. *Si Apoſtolicæ.* De *prębend. in* 6. Quò ad ſtatuta tamen edita ab inferioribus facultatem ſtatuendi addit tantum robur, & relinquit in eo ſtatu, in quo reperit, vt tradunt Ruin. cum Bald. *conſil.* 12. *numer.* 26. *lib.* 3. Curt. *conſil.* 55. *num.* 17. Peregrin. *conſil.* 63. *numer.* 6. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 361. *nu.* 37. Rota *deciſ.* 429. *num.* 1. *& deciſ.* 555. *num.* 2. *par.* 2. *Recent.* et coram Ludouiſ. *deciſ.* 267. *n.* 1.

An Magiſtratus cogere poſſit meretrices ad deferendum habitum diuerſum ab habitu honeſtarum mulierum. Quæſt. 288.

S V M M A

1 *Adminiſtrantes Rempub. diſponere poſſunt circa habitum meretricum.*
2 *Magiſtratus prohibere poteſt meretricibus habitum honeſtarum mulierum.*
3 *Meretrices publicæ ſunt infames.*
4 *Meretrices quæ vni aut alteri copiam faciunt ſunt turpes perſonæ.*
His prohiberi poteſt habitus honeſtarum mulierum.
5 *Mulieribus, quæ occultè ſunt inhoneſtæ non poteſt prohiberi habitus communis honeſtarum.*

1 IN *l. Mimę.* C. De *Epiſcop. audient.* prohibetur meretricibus, ne vtantur habitu, quo vtuntur Virgines, Deo dicatæ. Introduxerant enim vſum huius habitus, vt propriam turpitudinem occultarent. Quia tamen id reſultabat in dedecus illius habitus Virginum Deo dicatarum, ideò ipſis prohibitus eſt talis vſus. Ex quo tex. deducitur, quod adminiſtrantes Rempublicam ciuilem habent poteſtatem diſponendi circa habitũ meretricum, et prohibendi certas ſpecies habituum, præſertim quando ex eorumdem vſu reſultat aliquod inconueniens.

2 Vnde reſoluendum eſt. *Magiſtratũ prohibere poſſe ne meretrices deferant habitum honeſtarũ mulierum.* Et conſequenter Ipſas cogere, vt deferant ſpecialem habitum, quo ab honeſtis fœminis diſcriminentur. Ità Bald. in dict. *l. Mimæ.* C. *De Epiſcop. audient.* vbi etiam Roman. Alexan. et cœteri Doctores Iaſ. *in l. Iuſtitia. ff. De iuſt. & iure.* Dec. *in l. Semper in contractibus. num.* 3. *ff. De reg. iur.* Caſtrens. *in l. Nullus. C. De ſum. Trinit.* Franciſc. Marc. *quæſt.* 459. *num.* 1. Et militat eodem ratio. Nam indecens eſt, quod habitu ſe oſtendant mulieres honeſtas, et ipſam non ſolum

vita

vita, ſed etiam inceſſu, licentia oculorũ, & toto corporis habitu deshoneſtent. Et rectæ rationi aduerſatur, quod cum honeſtis mulieribus communicent in habitu, dum publicè inſeruiunt inhoneſtati.

3 Accedit etiam, quod meretrices, quæ publicè ſui copiam faciunt, ſunt infames. *l.3.§.Lege Iulia.ff.* De teſtib. & obſeruant A Coſta alios citans *in Cap.Si pater, par.1.* verbo *Legauit nu.*40. *De teſtam.* Grarian. *Diſcep. forenſ. cap.*135.*num.*5.& 8. Surd. *De alimentis tit.*7.*quæſt.*4. *numer.*34. Vnde dum ab ipſis defertur habitus honeſtarũ mulierum maculatur ex earundem infamia, quæ aliquo modo in ipſum redundat; & ideo æquitas exigit, quod non communicent in habitu cum honeſtis mulieribus, ne iſtæ in habitu proprio deturpentur ab infamibus.

4 Verum inſurgit dubium, an poſſit Magiſtratus cogere omnes meretrices ad deferendũ habitum, quo ab honeſtis mulieribus diſcriminentur. Et difficultas procedit quò ad eas, quæ vni tantũ, aut alteri ſui copiã faciũt; nam de cœteris nõ adeſt difficultas, cum ſint infames, vt dictum eſt *num. præced.* Et quidem, ſi publicum ſit, quod alicui ſui copiam faciant, poterit magiſtratus eas in habitu diſcriminare ab honeſtis mulieribus. Nam quamuis non ſint infames, ſunt tamen perſonæ turpes, vt notant Io. Faber. *Inſtit. De inoffic. teſtam. in princ ip.* verbo *Adulterinus.* Surd. *cit. tit.*7. *de alimen. quæſt.*4. *num.*35. & cœteri *num. præced.* citati. Et notat Faber, quod adhuc eſt perſona turpis illa, quæ abſque lucro alteri ſui corporis copiam facit. Et ideò adeſt ſufficiens fundamentũ, vt tanquam perſonæ turpes poſſint à cœteris in habitu diſcriminari.

5 Porrò ſi occulta ſit mulieris inhoneſtas, cum adhuc retineat apud populũ ius bonæ opinionis, non eſt æquum eam grauare bona opinione, præſertim quia habitus honeſtarum mulierum nondum eam dedeceat, ſiquidem adhuc pro honeſta habetur. Et quamuis poſſet Magiſtratus in pœnam inhoneſtæ vitæ eam cogere, vt in habitu diſcriminaretur ab honeſtis mulieribus, hoc tamen non poteſt facere de facto, ſed iuris ordine ſeruato, nam pœna debet eſſe publica vindicta delictorum: & ideo nõ poteſt infligi, niſi ſeruato iuris ordine delicta fiant in actis publica.

An confiſcatis bonis penſionarij penſio ei ſoluenda tranſeat in fiſcum. Quæſt. 289.

S V M M A

1 *Confiſcatis bonis penſionarij penſio non tranſit in fiſcum.*
2 *Titulus penſionis non poteſt tranſire in fiſcum, vt incapacem.*
Penſio conferenda ſolum clericis.
3 *Iura perſonalia non deuoluuntur ad fiſcum.*
4 *Penſio comparatur vſufructui.*
5 *In fiſcum tranſeunt ſola bona præſentia.*
6 *Et cur.*
Idem crimen non poteſt pluries puniri.
7 *Penſio non tranſit in fiſcum eccleſiaſticum.*
Ius vſufructus Clerici non confiſcatur.
8 *Penſiones decurſa, & nõ ſoluta an tranſeant in fiſcum.*
Confiſcatio abſoluta cõprehẽdit iura, & actiones.
9 *Penſiones decurſa tranſeunt ad hæredes.*
In fiſcum tranſeunt, quæ tranſeunt ad hæredes extraneos.

1 QVamuis non deſunt, qui putent, quod confiſcatis bonis penſionarii, penſio ſit à Titulari ſoluenda fiſco. Oppoſitum tamen tenendum eſt, *ità vt nullo modo veniat ſoluenda fiſco.* Quod venit inconſequentiam ad ea, quæ in ſuperioribus dicta ſunt de penſione, quæ erat ſoluenda illi, cuius bona ob delictum confiſcata ſunt. Ratio eſt. Quia in penſione duo conſiderantur, & titulus exigendi & quantitas exigenda, quæ eſt titulus exigendi, & quantitas exigenda, quæ eſt portio fructuum beneficij.

2 Quod ſpectat ad Titulum. Certũ eſt, non poſſe tranſire in fiſcum. Nam præterquã quod eſt incapax talis tituli, quia ſi ſit penſio Clericalis, requirit pro capacitate

citate Clericatum: & ſi ſit laicalis requiritur diſpenſatio Pontificis, quia cum penſiones non ſint conferendæ, niſi ſolis Clericis per Conſtit. Pij V. 73. §.2. tom. 2. Bullarij. & notant Nauar. conſil. 11. num. 2. De tempor. ordinat. Garzia de benefic. par. 1. cap. 5. nu. 121. Sanchez lib. 7. de matrim, diſp. 44. num. 9. Alciat. conſil. 90. num. 7. lib. 9. Lotter. de benefic. quæſt. 35. num. 103. lib. 1. vt conferantur laico, eſt neceſſaria diſpenſatio; & proinde Fiſcus tanquam incapax non poteſt acquirere titulum pẽſionarii, cuius bona confiſcantur.

3 Sed etiam, quia titulus penſionis importat ius perſonale, quod perſonam non egreditur, & cum ipſa extinguitur. Iura autem perſonalia non deuoluuntur ad fiſcum in cõfiſcatione bonorum, aliàs non eſſent iura perſonalia, quia egrederẽtur perſonam. l Ex facto §. Si quis rogatus. ff. Ad Trebel. & iuxta ea, quæ tradunt Caſtrenſ in l. penul. ff De libe. & cor. liber. Loffred. conſil. 5. dub. 2. nu. 17. Cephal. conſil. 321. num. 55. Alexan. conſil. 23. num. 1. Roland. conſil. 29. num. 19. Boſſius. Tit. De publicat. bonor. num. 16. Alciat. conſil. 67. lib. 9. Boer. deciſ. 268. num. 6. Bart. in l. Eum qui. oppoſit. 1. ff. De interdic. & relig. Peregrin. De iure fiſci. lib. 5. tit. 1. num. 91. Sanchez lib. 2. ſum. cap. 14. num. 6. Suid. deciſ. 140. num. 19. Farinac. in Praxi. quæſt. 25. num. 141. Bellon. iun. De iure accreſcen. cap. 7. quæſt. 46. num. 48. Arias de Meſa Variar. reſol. cap. 42. num, 17. Cancer. Variar. reſol. cap. VI. num. 160. ver. Hinc neque par. 3. Salgad. par. 2. Labyrint. Creditor. cap. 2. nu. 84. Leſſius lib. 2. de iuſt. & iure. cap. 6. nu. 37. Guazin. ad defenſ. animar. lib. 2. defenſ. 6. cap. 19. qui in varijs caſibus loquuntur de ijs omnibus, quæ perſonalia ſunt, nec ad extraneos tranſmiſſibilia.

4 Si verò conſideretur penſio, prout importat quantitatem, ad quam penſionarius habet ius, neque hæc poteſt tranſire in fiſcum. Cum enim penſio annuatim ſoluenda ſit, tot ſunt penſiones, quot ſunt anni: nec penſionarius illas acquirit niſi annuatim ſucceſſiuè, vnde hoc anno non habet ius ad penſionem anni ſequẽtis, cum fieri poſſit, quod moriatur, & extinguatur ius exigendi. Et proinde penſio comparatur vſufructui, vt obſeruant Cardinal. in Clemen. 1. §. Eadem. num. 4. De ſupplen. negligent. Prælat. Gigas de penſion. quæſt. 49. & 53. Vallent. de Benefic. lib. 4. tit. 14. num. 1. Mohedan. deciſ. 4. num. 7. De locato. Rota deciſ. 401, num. 4. par. 1. Diuerſ. & deciſ. 530. num. 2. par. 4. Recent. Vnde ſicuti vſusfructus ſolum annuatim acquiritur, ità etiam quantitas penſionis.

5 Ex hoc porrò fit, quod penſiones ſubſequentes confiſcationem bonorum annuatim ſoluendæ non tranſeant in fiſcum. Siquidem in eum non tranſeunt, niſi bona ſola, quæ tempore confiſcationis acquiſita ſunt, vt obſeruant communiter Gloſ. in l. Non adeo. verbo. Præſens. ff. De condit. & demonſtr. vbi & Doctores. Bart. in l. 1. ff. De bon. damnat. Bald. in l. Etiam. in fine. C. Ad leg. Falcid. Dec. in l. 3. §. Illud. ff. Quod quiſq. iuris. Alexan. ibid. Iaſ. in l. Si ſtipulatus §. Cum ſtipulamus. ff. De verbor. obligat. Caſtrens. conſil. 56. lib. 1. vbi latè Socin. conſil. 275. num. 18. Natta conſil. 482. num. 7. Ruin. conſil. 123. vol. 4. Curt. ſen. conſil. 60. num. 32. Menoch. conſil. 101. num. 24. Peregrin. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. num. 132. Azor. par. 1. lib. 5. cap. 3. quæſt. 8. Sanchez lib. 2. ſum. cap. 14. num. 10. Bellon. iun. de iure accreſcen. cap. 7. quæſt. 46. num. 29. Guazzin. ad defenſ. animar. lib. 2. defenſ. 6. cap. 49. num. 25.

6 Et hoc fundamentum habet in pluribus tex. vt in l Si mandauero. §. Is cuius ff. Mandati. ibi. Quicquid poſtea acquiritur nõ ſequitur fiſcum. & l. 1. ff. De pæn. & l. Eius qui. §. 1. ff. De teſtam. ibi. Bona quoque quæ tunc habuit, cum damnaretur publicabũtur. Et conſonat etiam ius canonicum Cap. Felicis. §. Cum talis. De pæn. in 6. ibi De poſtmodum acquiſitis repetitio non denegetur. Et ea ratio eſt. Quia bona acquirenda non pertinent ad perſonam: vnde cũ pœna non debeat egredi perſonam delinquentis, & eiuſdem bona, non poteſt extendi ad bona acquirenda. Et quamuis poſsit pœna extendi ad priuationem facultatis acquirendi. Si tamen remaneat facultas acquirendi non poſſunt acquiſita trahi ad fiſcum, quia hoc eſſet noua punitio eiuſdem criminis, quod eſt vnum ius l. Senatus conſult. ff. De accuſat. & l.

Recto,

Rectores. C. De *pæn*. & Cap. *Si Clerici. in fine*. De *iudic*. & notatſit Bart. *in l. Is, qui reus*. *ff*. De *publ. iudic*. vbi etiam cœteri Doctores. Bal. *in l. Cuius*. *ff. De furt*. Alex. *in l. Senatus ff. De attriſut*.

7 Quæ autem dicta ſunt, locum habent etiam quoad fiſcum eccleſiaſticũ: nam quoad ipſum, quoque militant eædem rationes, ſcilicet, quod ius exigendi penſionem non poſsit tanquam perſonale tranſire in fiſcum. Et quod penſiones annuatim exigendæ nondum ſint in bonis damnati, & proinde non poſſint pertinere ad fiſcum. In hoc enim Fiſcus eccleſiaſticus æquiparatur ſeculari, ita vt quæ non poteſt capere vnus, nec etiam poſſit capere alter. Vnde ius ad vſumfructum, quod habet Clericus, non confiſcari tanquam perſonale, tradunt Bald. *in l*. 1. C. De *bon. libert*. Alex. *conſil*. 2. 3. *vol*. quos ſequitur Diaz *in pract. cap*. 124. *num*. 8. ver. *Si vero Clericus*. Guazzin. *de confiſcat. bonor. concluſ*. 13. *ampl*. 24. *numer*. 16.

8. Quod ſpectat ad penſiones decurſas, nec ſolutas exiſtimo, quod veniant in confiſcatione bonorum ſimpliciter, & abſoluta, nam hęc complectitur etiam iura, & actiones, vt tradunt Alexan. *conſil*. 59. *num*. 4. *vol*. 6. Guazzin. *de confiſcat. bonor. concluſ*. 13. *limit*. 30. *num*. 7. Vnde cũ penſiones nondum ſolutæ non ſint in bonis damnati, ſed tãtum habeat ius, & actionem ad ipſas, oportet, vt confiſcatio cõprehendat iura, & actiones, vt ſe extendat ad has penſiones.

9 Penſiones autem decurſæ tanquã bona temporalia tranſire poſſunt in fiſcũ tanquam iura acquiſita à penſionario, nã tranſeunt etiam ad hæredes penſionarij iuxta ea, quæ tradunt Riminal. iun. *conſil*. 684. Alexan. *conſil*. 15 *numer*. 3. *vol*. 2. Ferret. *conſil*. 372. *num*. 9. ver. *Hinc ſuccedit*. Gabr. *conſil*. 151. *numer*. 13. ver. Tametſi Honded. *conſil*. 86. *num*. 23. *lib*. 2. Surd. *conſil*. 333. *num*. 2. ver. *Videmus enim* Caccialup. De *penſion. quęſt*. 25. Couaruu. *lib*. 1. *Variar. cap*. 15. *num*. 13. Molina *lib*. 3. *de primogen. cap*. 11. *num*. 4. Alter Molina *de iuſt. & iure. tom*. 3. *diſp*. 635. *nu*. 8. Zechius *De rep. Eccleſ. tit. De beneficiat. num*. 11. *in fine*. Gigas *de penſion. quæſt*. 52. Gratian. *diſcep. forenſ. cap*. 548. *num*. 43. Caccialup. *De penſion. quæſt*. 25. Gamar. *de offic*. Leg. *lib*. 6. *nu*. 584. Garzia *de benefic. par*. 2. *cap*. 1. *num*. 120. Vallenſ. *de benefic. lib*. 4. *tit*. 12. *numer*. 23. Rota coram Mantica *deciſ*. 14. *num*. 10. & *deciſ*. 648. *par*. 4. *Diuerſ*. & corã Durano *deciſ*. 448. *nu*. 34. vbi plures aliæ deciſiones cumulantur. Vnde tranſire poterit etiam in fiſcum, cũ in ipſũ tranſeant omnia quæ per contractum, aut per vltimam voluntatem in extraneos alienari poſſint vt tradũt communiter Gloſ. *in l*. 1. C. De *bon. liber*. Bald. & cœteri *ibid*. Bart. *in l. Eum, quo. ff*. De *interdic*. & *releg*. Dec. *in l. Ea ſola. ff*. De *regul. iur*. Socin. ſen. *conſil*. 121. *num*. 17. *lib*. 4. Socin. iun. *conſil*. 51. *num*. 3. *lib*. 2. Natta *conſil*. 528. *nu*. 23. Alexan. *conſil*. 23. *num*. 9. *lib*. 1. Peregrin. *de iure fiſci lib*. 5. *tit*. 1. *num*. 68. Iulius Clarus *quæſt*. 78. *num*. 7. *vbi* Brear. *num*. 112. Boſſius *de publicat. bonor. num*. 16. Farinac. *in Praxi quęſt*. 25. *num*. 51. Guazzin. *de confiſcat. bonor. concluſ*. 13. *num*. 9.

An abſentia mariti per triginta annos ſufficiat, vt mulier poſſit tranſire ad ſecundas nuptias. Quæſt. 290.

S V M M A.

1 *Abſentia viri per triginta annos &c. an ſufficiat pro tranſitu ad ſecundas nuptias.*
2 *Probabilitas moralis mortis alterius coniugis an ſufficiat pro nouo matrimonio.*
3 *Pro nouo matrimonio requiritur certus nuncius de morte alterius coniugis.*
4 *Ex diſpoſitione ſacrorum Canonum.*
5 *Quorumcumque annorum abſentia alterius coniugis non ſufficit pro nouo matrimonio.*
Dictio, Quantocumque, *comprehendit omnē numerum.*
Eſt apta importare infinitatem.
Dictio, Quandocumq. *importat infinitatem.*
6 *Incertum non poteſt prævalere contra certu.*
Sequens incertum relicto certo temerè agit.
7 *Senſus Cap. Quoniam. Vt lite non conteſtata.*
8 *Opinio aſſerens abſentiam triginta annorum ſuf-*

ſufficere pro nouo matrimonio non eſt probabilis.

9 *Bona fides locum non habet in ſecundis nuptijs, niſi ſit certa mors alterius coniugis.*

Ignorantia iuris, quando non excuſet mulieres.

10 *Diſpoſitio Cap. Dominus in quo reſpiciat præteritum.*

Dictio, Hactenus, *importat præteritum.*

11 *Tranſiens ad ſecundas nuptias ſine certitudine mortis alterius coniugis punitur ab Inquiſitoribus.*

---

1 SVpponitur, quod in toto ſpatio triginta annorum mulier de viro ſuo nihil audiuerit, nec poſſit vti diligentijs, ad certificãdam vitam, vel mortem, cum neſciat vbi reperiatur, aut quo iuerit, & proinde pro morte faciat ſola lònga abſentia abſque eo, quod aliquid de ipſo intellexerit. Et videtur affirmatiuè reſpondendum, quia longa abſentia triginta annorum abſque vllo nũcio de perſona præbet ſufficiens motiuũ iudicandi, quod ſit mortuus, cum non ſit veriſimile, quod ſi viueret, nõ audiuiſſet aliquid vxor de marito. Hoc autẽ ſufficit, vt poſſit mulier tranſire ad ſecundas nuptias per tex. Cap. *Quoniam. §. Porro.* ver. *Sin autem. Vt lite non conteſ.* ibi. *Si autem de carnali coniugio ſit agendum, tandiu alteruter coniugum expectetur, donec de ipſius obitu veriſimiliter pręſumatur.*

2 Nec valet reſponſio Guttierez *Pract. quæſt.* 8. *numer.* 4. *lib.* 2. Hunc tex. eſſe correctum per Cap. *In pręſentia.* De *ſponſal.* quia hoc Cap. *In præſentia eſt* Clement. III. dict. autem Cap. *Quoniam* eſt Innocentij III. qui regnauit poſt Clementem III. Non poteſt autem lex poſterior corrigi per priorem, cum è contra poſterior corrigat priorem. Et huic opinioni fauent ij Doctores, qui putant, ex dic. Cap. *Quoniam.* ſufficere probabilitatem moralem mortis vnius coniugis, vt poſſit alter tranſire ad ſecundas nuptias. Ita Gloſ. *in Cap. In præſentia.* verbo. *Viris. De ſpõſalib.* Hoſtienſ. *in ſum.* Tit. *De ſponſa duor. num.* 6 Butrius *in Cap. In præſentia. num.* 7. *De ſponſal.* Ancharan. *num.* 6. Roſel. *verbo.* Impedimentum. 12. *nu.* 1. & 3. Tabiena *ibid.* *impedimento.* 10. *quæſt.* 1. *numer.* 2. Sylueſter alios referens, *verbo.* Matrimonium 8. *quæſt.* 13.

3 Tenendum tamen eſt. *Non ſufficere abſentiam mariti per triginta annos, vt poſſit mulier ad ſecundas nuptias transire, etiam ſi toto hoc tempore nihil audiuerit de viro ſuo.* Hoc deſumitur ex communi ſententia, quatenus docet, quod pro tranſitu ad ſecundus nuptias requiritur, quod vnus coniugum acceperit certum nuncium de morte alterius. Ita Gloſ. *in Cap. In præſentia in fine.* De *ſponſal.* Alexan. de Næuo *ibid. num.* 22. Abbas *in Cap. Quoniam. §. Porro, nu.* 12 *Vt lite non conteſ.* Innocent. *in Cap. Dominus. De ſecun. nupt.* Ancharan. *ibid. in fine.* Roland. *couſil.* 93. *num.* 8. *vol.* 3. Guttierez *pract. quæſt.* 8. *numer.* 4. *lib.* 2. Couaruu. 4. *Decret. par.* 2. *cap.* 7. §. 3. *numer.* 13. Ioſeph Ludouic. *deciſ. Peruſ.* 12. *n.* 7. *tom.* 1. Cuchus *lib.* 5. *Inſtit. maior. tit.* 12. *num.* 231. Maſchard. *de probat. concluſ.* 1074. *numer.* 4. vbi plures alios refert Lopez *par.* 1. *Inſtr. cap.* 83. *§. Qui vtrum.* Sotus *in* 4. *diſt.* 37. *quæſt. vn. ar.* 5. ver. *De hac vero.* Sãchez *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 46. *num* 6. Ledeſma *de matrim. dub.* 52. *§. Vltimo.* Rodriquez *tom.* 1. *ſum. cap.* 253. *num.* 2. & 4. Angles. *in Florib. par.* 1. *quæſt.* 11. *de impedimen. ordin. ar.* 3. *dub.* 1. Pontius *de matrimon. lib.* 7. *cap.* 53. *num.* 2. Coninch. *de ſacram. diſp.* 25. *num.* 3. *in fine.* Palaus *par.* 5. *oper. moral. diſp.* 4. *pun.* 13. §. 1. *num.* 3. Nauar. *cap.* 21. *Manual. n.* 53. Speculum Coniug. *par.* 1. *artic.* 42. Valent. *par.* 4. *ſum. diſp.* 10. *quæſt.* 2. *pun.* 2. Bonac. *quæſt.* 3. *De impedim. matrim. numer.* 13. qui loquitur in terminis abſentiæ per multos annos. Auerſa *de matrimon. quæſt.* 14. *ſect.* 3 ver. *Cõmuniter tamen.* Amicus *de matrim. diſp.* 22. *numer.* 9. *Caſpenſ. tom.* 2. *curſ. theol. tract.* 26. *diſp.* 9. *ſect.* 10. Præpoſit. 3. *par. qu.* 7. *de impedimen. matrim. dub.* 18 *num.* 161 qui loquitur in terminis longæ abſentiæ Ludouic. à S. Io. *in ſum. quæſt.* 6. *de matrimon. ar.* 19. *dub.* 3. Sylnius 3. *par. quæſt.* 6. *ſupplemen. ar.* 2. *quæſt.* 3. ver. *Cenſetur autem,* qui ſimiliter loquitur in terminis longæ abſẽtiæ, & in iiſdem terminis etiam Trullẽch, *lib.* 7. *de ſacramen. cap.* 9. *dub.* 14. *numer.* 7. Carena *de offic. Inquiſit. par.* 2. *tit.* 5. §. 4. *num.* 24.

4 Et hoc deſumitur ex Cap. *Dominus* De ſecund. nupt. ibi. *Id vobis reſpondemus, vt nullus amodo ad ſecundas nuptias migrare præſumat, donec ei conſtet, quod ab hac vita migrauerit coniux eius.* Vbi notandum eſt verbum, *Conſtet*, quod non ſignificat ſolam probabilitatem, ſed euidentiam, aut ſaltem certitudinem. Et ex Cap. *In præſentia.* De ſponſal. ibi. *Conſultationi ergo tuæ taliter reſpondemus, quod quantocunque annorum numero, ita remaneat, viuentibus viris ſuis, non poſſunt ad aliorum conſortium canonicè conuolare, nec auctoritate Eccleſiæ permittas contrahere, donec certum nuncium recipiant de morte virorum.* Vbi notandum eſt, quod requiritur certus nuncius. Et hi tex. loquuntur non ſolum de ſecundis nuptijs celebrandis auctoritate Eccleſiæ, ſed etiam de facultate contrahendi, quam negant habere ante certum nuncium, vt conſtat ex illis verbis. *Nullus migrare præſumat, & non poſſunt ab aliorum conſortium, &c.*

5. Atque ex Cap. In præſentia. De ſponſalib. excluditur, quod nulla, quantumuis longa abſentia alterius coniugis ſufficiat, vt poſſint iniri ſecundæ nuptiæ, vt conſtat ex illis verbis, *Quantocunque annorum numero ita remaneant*, hoc eſt præſtulantes abſentes viros. Vult enim Pontifex, quod quantocunque annorum numero mulieres præſtolatæ ſint abſentes viros, atque adeo etiam per triginta annos, non poſſint tranſire ad ſecundas nuptias, donec certum nuncium de morte acceperint. Dictio enim, *Quantocunque* eſt vniuerſaliſſima, & comprahendit quemlibet numerum annorum, vt in *l. Bolliſta. ff.* Ad Trebel. & notant Gloſ. *ibid.* verbo *Etiam fructus.* vbi etiam Bar. & in Clement. 1. *§. fin.* De foro com. pet. vbi Gloſ. verbo *Quanticunque*, notat, quod hæc dictio excludit terminum: vnde fit, quod ſit apta importare etiam infinitatem. Quam infinitatem importari etiam per ſimilem dictionem *Quandocunque* tradunt Alexan. *conſil.* 145. *ver. Sed hoc lib.* 2. Menoch. *conſil.* 151. *num.* 33. Tiraquel. De retrac. tit. 2. §. 1. Gloſ. 2. num. 19. Rota *deciſ.* 21. *num.* 13. *par.* 5. Recent.

6 Ratio vero eſt. Quia de priori matrimonio certo conſtat, & proinde certum eſt adeſſe impedimentum diximus aliud matrimonium. Quod autem diſſolutum ſit matrimonium per mortem alterius coniugis, & ſublatum impedimentum, non certo conſtat, ſed ſolum eſt dubium, & ad ſummum adeſt leuis probabilitas. Non poteſt autem, quod eſt incertum elidere quod eſt certum, nec contra ipſum præualere: vnde cum in certa mors coniugis, ita ſe habeat, vt poſſit eſſe ſequuta, & non poſſit eſſe ſequuta, remanet in ſuo ſtatu impedimentum ligaminis, quod impedit, & dirimit ſecundas nuptias. Et qui hoc non obſtante tranſit ad ſecundas nuptias, tamen ſequitur incertum relicto certo contrà regulam agibilium moralium *l. Non quemadmodum. ff.* De iudic. & *l.* 1. *ff. De in lit. iuran.* & *l. Pactum. C.* De pact.

7 Neque obſtat tex. Cap. *Quoniam* Vt *lite non conteſt.* allat. *num.* 1. Quia ibi Pontifex non agit de notitia, quæ neceſſaria eſt de morte alterius coniugis, vt poſſit fieri tranſitus ad ſecundas nuptias: ſed de examinatione teſtium in cauſa matrimoniali contra maritum, abſentem, & vult, quod huic examini ſuperſedeatur donec, de abſentis morte veriſimiliter præſumatur. In illo enim Cap. Pontifex decernit, quod ante litis conteſtationem non examinentur teſtes. Deinde ponit caſus in quibus id permittitur: & ſubdit, quod quando agendum eſt de coniugio carnali, debet expectari, donec veriſimiliter præſumi poſſit mors mariti abſentis. Et redditur ratio. Quia poteſt eſſe abſens abſque culpa, aut abſque malitia licèt ex propria voluntate. *Vt de facili, vel in breui citari non poſſit. Et ei quidem præiudicari non debet, cum habeat forſan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendum.* Quæ ratio non haberet locum ſi ageretur, de tranſitu ad ſecundas nuptias, quia in hac cauſa, nec maritus citandus eſt, nec locum habent exceptiones mariti contra intentionem vxoris: ſicut quando agitur contra ipſum in alijs cauſis matrimonialibus. Et ideo vult Pontifex, quod expectetur, donec poſſit præſumi mors ipſius, vt ceſ-

vt ceſſet neceſſitas citationis.

8 Ex dictis infertur. Opinionem, quæ aſſerit, ſtante abſentia triginta annorum poſſe mulierem tranſire ad ſecundas nuptias ſtante probabilitate mortis, ſi nunquam ſit aliquid auditum de viro, nullum habere probabilitatem. Nam non eſt probabile, quod certum impedimentum auferatur per incertam diſſolutionem; quia impedimentum durat, quouſque conſtet fuiſſe ablatum: incerta autem diſſolutio nihil amplius, poteſt operari, quàm quod dubitari poſſit, an ſit ablatum: in dubio autem impedimentum ſtat in ſua poſſeſſione. Deinde cum habeamus textus expreſſos, quod requiratur certus nuncius de morte, & quod debeat de ipſa conſtare, opinio, quæ eſt contra hos textus non poteſt eſſe probabilis.

9 Secundo infertur. Contra Simancham *Catholicar. Inſtit. tit.* 40. *num.* 3. Gutierez *Practicar. quæſt.* 8. *nu.* 3. *lib.* 2. In contrahendis ſecundis nuptijs non poſſe amplius habere locum bonam fidem, ſi contrahantur abſque certitudine mortis alterius coniugis. Nam iura prohibentia ſunt clara. Ignorantia autem iuris neminem excuſat. *l. Iuris ignorantia*, C. qui *admitti*, vbi communiter Doctores. Nec etiam fœminas, quando potuerunt peritos conſulere, vt tradunt Dec. *conſil.* 351. *in fine.* Craueta *conſil.* 285. *in fine.* Iaſ. *conſil.* 28. *poſt init. lib.* 3. Ruin. *conſil.* 139. *in fine*, Alciat, *Reg.* 3. *præſump.* 31. Menoch. *conſil.* 35. *num.* 24. præſertim quia mulieres tranſeuntes ad ſecundas nuptias non certæ de morte prioris viri debent ſuperioribus ſtatum ſuum aperire: & non aperiendo ſunt in dolo.

10 Tertiò infertur. Quod diſpoſitio Cap. *Dominus. De ſecundis nuptijs*, quatenus diſponit. *Si vero aliquis, vel aliqua id hactenus non ſeruauit, & de morte prioris coniugis adhuc ſibi exiſtimat dubitandum; & qui ſibi nupſit debitum non deneget poſtulanti, quod à ſe tamen nouerit nullatenus exigendum.* Hæc enim diſpoſitio non eſt pro tempore futuro, atque adeo nec pro matrimonijs ſubſequuturis ab illo tempore, ſed tãtum reſpicit matrimonia illuc vſque contracta, vt ſatis declarat dictio *Hactenus*; quæ ſignificat tempus præteritum, vt obſeruant Gloſ. *in princip. ff. De oper. noui nunc.* vbi etiam Doctores. Signorol. *conſil.* 22. *circa fin.* Menoch. *conſil.* 1061. *num.* 42. *init.* Rolan. *conſil.* 8. *num.* 49. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 1223. *num.* 8. *par.* 2. *Recent.* Hoc autem diſpoſuit Pontifex de matrimonijs præteritis, quia cum illuc, vſque non adfuiſſet ius expreſſum, quod deberet conſtare de morte alterius coniugis, vt locum habere poſſent ſecundæ nuptiæ fuit locus bonæ fidei, quæ locum habere non potuit poſt diſpoſitionem dicti Cap. *Dominus.*

11 Et proinde tranſeuntem ad ſecundum matrimonium abſque certificatione de morte alterius coniugis puniri poſſe ab Inquiſitoribus, tradunt Farinac. *De hæreſi. quæſt.* 178. *num.* 71. Carena *de offic. Inquiſit. par.* 2. *tit.* 5. *§.* 4. *num.* 27. qui teſtatur de praxi. Quia ſcilicet abutitur ſacramento, dum adhuc dubius, an ſit ſolutus vinculo prioris matrimonij tranſit ad ſecundum contra expreſſam prohibitionem ſacrorum Canonum, qui requirunt certitudinem de morte, vt poſſit ſuperſtes coniux ad ſecundas nuptias tranſire.

An peculium Religioſi, qui eſt electus ſuperior alterius Monaſterij, & moritur ante apprehenſam poſſeſſionem, pertineat ad hoc Monaſterium. Quæſt. 291.

S V M M A.

1 *Quod nam peculium poſſint habere Religioſi.*
2 *Monachus quicquid acquirit monaſterio acquirit.*
3 *Peculium Religioſi electi in ſuperiorem poſſeſſione nondum adepta ad quodnam monaſterium ſpectet.*
4 *Peculium ſpectat ad monaſterium, ad quem ſpectat Religioſus.*
Superior poteſt reuocare vſum conceſſum Religioſo.
5 *Superior quomodo habeat vſum peculij.*
6 *Mutato ſtatu perſonæ mutatur ſtatus rei, quæ ipſi adhæret.*

7 *Adep-*

7 *Adeptio poſſeſſionis prælaturæ regularis non requiritur pro incorporatione.*
Confirmatio facit, quod Epiſcopus non acquirat amplius Religioni.
8 *Peculium quomodo tranſeat cum Religioſo de vno ad aliud monaſterium.*
Poteſt ex conſuetudine tranſire.
Conſuetudo quando inducat ius.

---

1 Difficultas locum habet quo ad illud peculium, quod conſiſtit in rebus verè conſumptibilibus, ſiue ſint pecunia, ſiue aliquid aliud. Cum enim Religioſi poſſint habere de licentia ſuperioris huiuſmodi peculium iuxta Cap. *Monachi. De ſtatu monachor.* vt illud conuertant in proprios vſus religioſos, dubitatur, ad quodnam monaſterium pertineat, ſi contingat, quod. Religioſus vnius Monaſterij eligatur ſuperior alterius Monaſterii, & moriatur ante apprehenſam poſſeſſionem ſui Officii.

2 Cum enim quidquid Monachus acquirit, Monaſterio acquirat, nec proprium poſſit habere. §. *ſi qua mulier.* Authent. *De ſanc. Epiſcop. & §. Illud quoque* Authent. *De monach.* & Authen. *Ingreſſi.* C. *De ſacroſanc. Eccleſ.* & Cap. *ſi qua mulier.* & Cap. *Quia ingredientibus.* 19. *Quæſt.* 3. debet neceſſariò huiuſmodi pecuniam pertinere ad aliquod Monaſterium; & conſequenter aut ad Monaſterium, à quo aſſumitur, aut ad Monaſterium, cuius eſt electus ſuperior.

3 Tenendum autem eſt. *Spectare ad Monaſterium, cuius fuit electus ſuperior.* Ratio eſt. Quia cum peculium ſit ipſi conceſſum iuxta conſuetudinem Religionis pro vſibus propriis, habet ſolum vſum fructi iuxta ea, quæ tradunt communiter Doctores Nauar. *Com.* 1. *De regular. num.* 13. & *Com.* 2. *num.* 2. Rodriquez *quæſt. Regular.* 29. *ar.* 4. *tom.* 3. Azor. *par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 12. *quæſt.* 1. & 2. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure cap.* 3. *dub.* 8. *num.* 31. Sanchez *lib.* 7. *Sum. cap.* 18. *ſum.* 8. Vnde poſſidetur à Monaſterio, apud quod eſt dominium. Non poſſidetur à quocunque Monaſterio, ſed ab eo, ad quod ſpectat perſona Religioſi. Spectat autem ad Monaſterium, cui eſt incorporatus, vel tanquam ſuperior. Eo ipſo autem, quod Religioſus eligitur ſuperior alicuius Monaſterii ipſi incorporatur tanquam caput, & principale membrum eiuſdem Monaſterii.

4 Quod præſertim locum habet, quando agitur de pecunia ita conceſſa in proprios vſus, vt ex conſuetudine, & ſaltem tacita licentia ſuperiorum ſequatur perſonam, quando de vno Monaſterio transfertur ad aliud. Ex hoc enim fit, quod ſicuti Religioſus incorporatur Monaſterio, incorporetur etiam pecunia, quam ſecum defert, quia vſus illius deſinit eſſe dependens à ſuperiore prioris Monaſterii: & ſi Religioſus ſit ſubditus, dictus vſus fiat dependens à ſuperiori Monaſterii, cui de nouo incorporatur, qui poterit reuocare talem vſum, & conuertere pecuniam in alios vſus Monaſterii. Vſus enim particularis cuiuſcunque Religioſi eſt dependens à licentia proprii ſuperioris, ita vt poſſit eam reuocare quamuis promiſerit, ſe non reuocaturum, vt tradunt communiter Abbas *in Cap. cum ad Monaſterium. num.* 11. De *ſtatu monach.* Io: Andr. *in Cap. Non eſt obligat. in fine.* De *reg. iur. in* 6. Francus *ibid. in fine.* Syluester. *verbo.* Abbas. *num.* 7. Angel. *num.* 24. Nauar. *conſil.* 20. *num.* 12. *De Regular. lib.* 3. *in* 1. *edit.* & in 2. *conſil.* 14. *num.* 12. *De ſtatu Monach.*

5 Si vero ſit ſuperior, poteſt habere vſum huiuſmodi pecuniæ, quatenus tanquam adminiſtrator bonorum Monaſterii, poteſt ſibi indulgere, quod poteſt indulgere ſuis ſubditis. Quod certè non poſſet, niſi talis pecunia computaretur inter bona Monaſterii, cuius eſt ſuperior, quorum tantùm eſt adminiſtrator. Quod ſi dicta pecunia pertineret ad prius Monaſterium, non poſſet de ipſa diſponere in proprios vſus, cum eius facultas non ſe extendat circa bona alterius Monaſterii. Si ergo dum viuit poteſt de tali peculio diſponere tanquam de bonis proprii Monaſterii, ſi contingat mori, pertinebit ad idem Monaſterium ratione incorporationis perſonæ.

6 Accedit etiam. Quod mutato ſtatu perſonę mutatur etiam ſtatus rei, quæ adhe-

adhęret perſonæ *l.1.C. De impoſit. lucr. deſ. lib.10.* & tradunt Doctores in *Cap.1. num. 9. De immunit. Eccleſ. in 6.* Niger *in Repet. Extrauag. vn. num. 224. De vita, & boneſt. Cler.* Anchar. *conſil. 129. num. 2.* Gutierez *Practicar. quęſt. 3. num. 15. lib. 1.* Maranta *conſil. 99. num. 3.* Rota coram Merlino *deciſ. 902. num. 74.* Vt proinde ex hoc inferant Doctores, quod dum perſona fit Eccleſiaſtica, bona quoque ipſius mutant ſtatum, & ſubtrahuntur à iuriſdictione laica. Cum ergo Religioſus de ſubdito fit ſuperior, atque adeo ſubtrahitur à iuriſdictione ſuperioris cui prius ſubiectus erat, bona quoque, quæ ipſi adherent pro vſibus propriis, atque adeo peculium, ſequens perſonam ſubtrahitur, ab eadem ſubiectione, & ſequendo perſonam incorporatur Monaſterio, cui per electionem incorporatur ſuperior tanquam caput ipſius.

7 Nec obſtat. Quod ſuperior nondum apprehenderit poſſeſſionem Prælaturæ. Quia apprehenſio poſſeſſionis requiritur pro exercendis actibus iuriſdictionalibus: non autem pro incorporatione, quia eò ipſo, quod quis eligitur in ſuperiorem Monaſterii, ipſi incorporatur, nam per electionem fit membrum, nempe caput eiuſdem Monaſterii: & conſequenter incorporantur etiam ea bona, quæ ſequuntur eiuſdem perſonam. Et ſicuti eò ipſo, quod quis eſt confirmatus Epiſcopus deſinit acquirere Religioni; & quæ deinceps habet non ſunt amplius ſub eius poſſeſſione, quamuis nondum apprehenderit poſſeſſionem, vt notant Rodriquez *quæſt. Regul. 69. art. 4. tom. 3.* Fauſtus *lib. 8. Theſauri Religioſ. quæſt. 46.* Sanchez *lib. 7. Sum. cap. 32. num. 67.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi allegat. 114. num. 29.* Ita etiam, quando quis fit ſuperior alterius Monaſterii, quæ habet in vſus proprios conceſſa tanquam ſequentia perſonam incorporantur cum eadem perſona Monaſterio, cui præficitur.

8 Videtur tamen obſtare. Quod huiuſmodi peculium erat iam acquiſitum priori Monaſterio; & proinde non poſſe tranſire in Monaſterium, cui Religioſus præficitur. Verum hoc non obſtat; nam cum huiuſmodi peculium tanquam conceſſum in vſus proprios Religioſi ex conſuetudine Religionis ſequatur eiuſdem perſonam, ita vt ſecum ipſum deferat, quando tranſit de vno ad aliud Monaſterium, cenſetur acquiſitum priori Monaſterio ſecundum terminos huius conſuetudinis atque adeo transferibiliter ad aliud Monaſterium. In hac enim conſuetudine adeſt licentia tacita ſuperiorum iuxta id, quod notat Sanchez *lib. 7. Sum. cap. 19. num. 7.* quæ ſufficit pro tali translatione, vt notant communiter tam Canoniſtæ, quàm Theologi cum D. Th. *2. 2. quæſt. 32. ar. 8. ad 1.* Et etiam declarat, quod ea, quæ conceſſa ſunt in proprios vſus Religioſi, ſequuntur eiuſdem perſonam de vno ad aliud Monaſterium; & ita interpretatur dominium, & poſſeſſionem Monaſterium quò ad huiuſmodi peculium. Et cum ſimus in materia capaci diſpoſitionis humanæ, poteſt ex hac continuata obſeruantia induci ius *l. De quibus. ff. De legib.* & *l. Nulli. ff.* Quod *cuiuſque vniuer.* & *l. Obſeruare §. 5. ff. De offic. Proconſul.*

An nulliter profeſſus ob non peractum nouitiatum in loco deſignato, ſi poſt quinquennium fugerit, ſit tutus in conſcientia. Quæſt. 292.

S V M M A

1 *Nouitiatus, & ei in loco non deſignato reddit profeſſionem nullam.*
2 *Nullitas profeſſionis non poteſt deduci poſt quinquennium.*
3 *Profeſſus nulliter ſi poſt quinquennium deponit habitum eſt tutus in conſcientia.*
4 *Nullitas profeſſionis impedit omnem obligationem erga Religionem.*
Quod nullum eſt perinde ſe habet, ac ſi non eſſet.
5 *Lex fundata in falſa præſumptione non obligat in conſcientia.*
6 *In foro conſcientiæ attenditur ſola veritas.*
Præſumptio cedit veritati.
7 *Immiſcere ſe actibus profeſſorum nõ ratificat profeſſionem.*
8 *Profeſſio nulla ob peractum nouitiatum in loco*

loco deſignato non poteſt ratificari &c.
8 *Taciti, & expreſſi eſt idem iudicium.*
Decretum irritans ſemper reſiſtit contrarij diſpoſitioni.
9 *Actus nullus ob defectum formæ non poteſt reualidari abſque forma.*
Reualidatio actus eſt nouus actus.
Decretum irritans inducit formam.
10 *Tacita profeſſio non habet locum, quando requiritur certa forma.*
11 *Nullitas profeſſionis ex defectu nouitiatus in loco deſignato coram quo deducenda.*
Nulliter profeſſus non poteſt licitè de ſe deponere habitum: depoſito tamen eſt tutus in conſcientia.

1 Qvãdo quis non peragit nouitiatũ in locis deſignatis, & ibi nõ admittitur ad profeſſionẽ, nulliter profiteri, conſtat ex diſpoſitis à Clemen. VIII. in ampliatione ſui Decreti circa receptionem Nouitiorum annexi eiuſdem *Conſtitutioni 83. tom. 3. Bullarij* §. 8. vbi ita diſponitur. *Receptiones vero, & profeſſiones quaſlibet eorũ, qui contra huiuſmodi Decretum admiſſi fuerint, nullas, & irritas eſſe ad quemcunque effectum & nunc decernit, & declarat.* Decreto autem prohibet, ne nouitij recipiãtur, & ad profeſſionem admittantur niſi in locis deſignatis, ex quibus conſtat profeſſionem eſſe omninò nullam, nec aliquem parere effectum defectu poteſtatis Religionis, quæ cum illam habeat à Summo Pontifice, poteſt ſolum vti ſecundum menſuram illi conceſſam, & proinde cum ſit reſtricta ad certa loca remanet ſublata quò ad alia. Ex quo fit quod qui emiſit profeſſionem in locis nõ deputatis, poſſit intra quinquennium reclamare, iuxta diſpoſitionẽ Concil. Trid.

2 Quia tamen Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 19. De Regul.* diſponit, quod Regulares prætendentes nullitatem profeſſionis debeant intra quinquennium reclamare, & deducere cauſas nullitatis, aliàs poſt quinquennium non debeant audiri, & proinde inducit præſumptionem iuris, & de iure pro validitate profeſſionis, quod ſpecialiter de nulliter profeſſis ob non peractum nouitiatum in locis deſignatis ſanciuit S. Congregat. in Decreto poſt Vrbani VIII. *Conſtit. 115. §. Quod ſi to. 4. Bullar.* Idcirco, ſi ſponte dimittant habitum in foro externo habendi erunt pro Apoſtatis, & tanquam tales puniendi nõ ſolum ex præfata diſpoſitione Concilij Trident. ſed etiam ex præfato Decreto in quo. §. *Si verò* diſponit, *Si verò ijdem recepti vt ſupra, & Profeſſi iuribus ſuis minimè deductis coram ſacra Cõgregatione, auſi fuerint recedere, recepti, & profeſſi tanquam Apoſtatæ puniantur, & pro talibus habeantur. Nec non eoſdem iuxta forma Decreti De Regularibus Apoſtatis, & eiectis eiuſdẽ Sanctitatis ſuæ iuſſu ab eadem Congregat. ſub die 21. Septemb. 1634. editi procedatur, & Superiores, qui eiecerint pœnis ſuſpenſionis à diuinis, nec non priuationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebant, ac perpetua inhabilitatis ad ea impoſterum obtinenda, vocique actiua, & paſſiua ipſo facto, & abſque alia declaratione incurrant.* Ex quibus conſtat, quod nedum poſt quinquenniũ, ſed etiam ſi intra quinquennium quocũque modo deponant habitum abſque licentia S. Congregationis, tanquam Apoſtatæ habendi ſunt, & puniendi.

3 Quod autem ſpectat ad forum cõſcientiæ, *Poterit huiuſmodi nulliter profeſſus, ſi depoſuerit habitum eſſe tutus in conſcientia manendo extra Religionem ſecluſo tamen ſcandalo.* Deſumitur ex iis quæ in hac materia tradũt communiter, præſertim Sotus *lib. 7. de iuſt. & iure quæſt. 1. ar. 2. §. An verò qui tale votum.* Angles *in Florib. par. 2. quæſt. de voto quæſtion. 1. ar. 1. difficul. 4. concluſ. 3.* Rodriquez *tom. 2. ſum. cap. 92. num. 1.* Henriquez *lib. 11. ſum. cap. 11. nu. 3.* Arragon. *2. 2. quæſt. 88. ar. 1. ante 3. concluſ.* Sanchez *lib. 4. de matrim. diſp. 15. nu. 5. ver. Quartò probatur* Leſſius *de iuſt. & iure, lib. 2. cap. 41. dub. 7. numer. 65.* Zech. *in Praxi Nouitior. diſp. 14. nu. 5.* Scroſa *quæſt. moral. 8. num. 4. in fine.* Donat. *in praxi Rer. Regul. par. 4. tract. 8. quæſt. 11. num. 19.* Nauar. *in ſua allegat. 1. ver. Na.*

2 Ratio eſt. Quia profeſſio ob non peractum nouitiatum in loco deſignato ità eſt nulla ex diſpoſitione Clemen. VIII. vt dictum eſt nu. 1. vt hæc nullitas ſe extendat ad omnes effectus. Ergo non inducit aliquam obligationem in nulliter profeſſo manendi in Religione, ſed relinquit

quit in illo ſtatu, in quo eſſet, ſi non emiſiſſet profeſſionem aliquam, nec in conſcientia, habet aliquam obligationem erga Religionem. Alioquin ſi nulliter profeſſus non remaneret in ſua libertate recedendi à Religione ſicut erat prius, profeſſio induceret aliquem effectum contra diſpoſitionem Pontificis: nec eſſet irrita quò ad quoſcunque effectus. Siquidem quod nullum eſt perinde ſe habet, ac ſi omninò non fuiſſet factum *l.* 1. §. *Hęc autem.ff.* Quod *quiſq. iur. ſtatu*, & notant Felin.*in Cap. Illud.num.9.* De *pręſcrip.*Tiber. Decian.*reſpon.* 10.*num.*34.*vol.*1.Thomin. *deciſ.*20.*num.*14.

5 Et quamuis elapſo quinquennio profeſſio habeatur pro valida, hoc tamen non facit, quod ſit valida, ſi aliàs fuit nulla, non fuit ratificata: cum tota validitas ſit tantũ fũdata in pręſumptione eo quod ius præſumat pro validitate, cum autem præſũptio ſit falſa non obligat in cõſcientia, quia lex fundata in falſa præſumptione non obligat in conſcientia vt tradũt Abbas *in Cap.*1. *num.*10. De *conſht.* Felin.*nu.*4. Dec. *numer.*8. *in* 1. *lect.* & cœteri *ibid.* Bald. *in l. Cum quis. numer.* 19. C. De *iur. & fac. ignorant.* Bart. *in l. Si is, qui. ff.* De *vſucap.* Adrian. *Quodlib.* 6. *ar.* 1. ver. *Ex quo infero.* Sotus *lib.* 1. *de iuſt. & iure. quęſt.*6.*ar.*4.*in fine.* Syluester *verbo.* Lex. *quęſt.*9. Angel.*num.*4. Tabiena *numer.* 28. Rodriquez *tom.*1. *ſum. cap.*194. *concluſ.*3. Caſtro *lib.* 1. De *lege pæn. cap.* 5. *docum.* 1. *in fine* Vaſquez 1.2.*diſp.*163.*cap.*3.Azor. *par.*1.*lib.*5. *cap.*6. *quęſt.*4.Couatuu.*in Cap. Cum eſſeſ. num.* 9. De *teſtamen.*Iaſ.*in Rubr. ff.* De *acquir. hæredit. numer.* 25. Io. Andr. *in Cap. 1. qui fidem.* De *ſponſal.* Richar. *in* 4. *diſt.*28. *ar.*1. *quæſt.*3. & 4. Nauar.*cap.*17. *Manual.nu.*284. Innocent. *in Cap. Quia propter.* De *elect.* Suarez *lib.*3. *de legib.cap.*23.*nu.*9. Valent.*tom.*2.*ſum.diſp.*7.*quæſt.*5. *pun.*6. Salas *diſp.* 10. *de legib. ſect.* 4. Sanchez *lib.*4.*ſum.cap.* 15. *num.* . Sayr. *lib.*3. *Clau.reg.cap.*7.*num.* 8. Pontius *lib.* 5. *de matrimon.cap.*5.*num.*6. & 10. Bonac. *diſp.* 1.*de legib.quæſt.*1.*pun.*7.§.3.*numer.*1. & 6. Palaus *par.*1.*oper.moral. tract.*3.*diſp.*1.*pun.*14.*num.*2. & communiter.

6 In foro enim conſcientiæ attenditur ſola veritas Cap. *Ita nos.* De *ſponſalib.* & ideo cum præſumptio ſit falſa corruit lex quæ ipſi innititur, præſertim quia obligat ex præſuppoſitione talis præſũptionis: Cũ ergo in foro conſcientiæ, non habeat locum præſumptio tanquam falſa, nec etiã locum habet diſpoſitio legis; ſed præſumptio cedit veritati. *l. Cum de indebita ff.* De *probat. & l. In rebus.* C. De *iure dot.* & notant Rolan. *conſil.*99.*nu.*11. *lib.*1. Paris. *conſil.*29.*num.*44.*lib.*2.Surd.*conſil.*28.*num.*110. Menoch.*conſil.*86.*num.* 106. Vnde etiam ſtante falſitate præſumptionis deficit intentio legiſlatoris, qui ideo intendit obligare, quia ſupponit eſſe verũ, quod præſumit, & ideo eius intentio non extẽditur vltra veritatem præſumptionis.

7 Quæ autem dicta ſunt locum habent, etiam ſi nulliter profeſſus ſe com miſcuerit actibus propriis profeſſorum, quia ex hoc non ſequitur ratificatio profeſſionis, vt notant etiam Nouar.*in dict. allegat.* 1. ver. *Et ſecluſis.* poſt *Lucer. Regular.* Donat. *in praxi rerum Regular. par.*4.*tract.*8. *numer.*1. vbi plures citat, qui generaliter volunt, quod tacita profeſſio nulla non reualidetur per actus proprios profeſſorũ. Ratio eſt. Quia pro reualidanda profeſſione, aut tacita inducenda requiritur facultas ex parte Religionis recipiendi ad profeſſionem, & quod talis profeſsio non ſit prohibita profiteri volẽti: tota enim validitas profeſsionis dependet à Romana Sede, & ideo non poteſt exequutioni mãdari, niſi ſecundum menſuram facultatis ab ipſa conceſſæ. Cum ergo ſit conceſſa facultas ſolum quò ad loca deſignata, & ſublata quò ad reliqua ſub conditione, quod in ipſis peragatur nouitiatus, non poteſt reualidari profeſsio, niſi ſecundum terminos huius facultatis, atque ideo niſi de nouo peragatur nouitiatus in locis deputatis, & ibi admittatur nulliter profeſſus ad nouam profeſſionem. Vbi enim nõ poteſt eſſe expreſſa profeſsio, nec etiam tacita locum habere poteſt.

8 Accedit etiam, quod tacita profeſſio non minus eſſet contra diſpoſitionem Clementis VIII. quam ſit expreſſa, quia eodem modo ſicuti expreſſa incorporaret Religioni. Taciti enim, & expreſsis

eſt

eſt idem iudicium, *l. Cum quid. ff.* Si *certum pet.* & *l. Item quia ff. De pact.* & *l. fin. ff.* De *leg. 2.* Vnde cum diſpoſitio Clemen. VIII. habeat Decretum irritans, nedum reſiſtit profeſsioni expreſſæ, ſed etiam tacitæ, & illam annullat, quia annullat omnia, quę contrariantur diſpoſitioni Cap. 1. *De conceſ. præbend. in 6.* & Cap. *Si eo tempore. De elect. in 6.* & notant Anton. Gabr. *concluſ. 3. num. 56. De clauſ. lib. 6.* Gomez *ad Regul. de annali. quæſt. 4.* Menoch. *conſil. 83. n. 7.* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancel. gloſ. 67. nu. 12.* Caſſador. *deciſ. 1. nu. 7. De reſtit. ſpoliat.*

9 Rurſus quando ex præſcripto actus celebrari debet cum aliqua certa forma, ſi ſit nullus defectu formæ non ſeruatæ, non poteſt reualidari, niſi de nouo celebretur cum eadem forma. *l. Si vt proponis. C. De nupt.* & *l. Nuptiæ. ff. De ritu nuptiar.* & tradunt Socin. *conſil. 92. num. 11. lib. 3.* Aretin. *conſil. 128. nu. 6.* Roman. *conſil. 12. n. 3.* Dec. *conſil. 536. num. 6.* Berous *conſil. 134. num. 1. lib. 1.* Rota coram Seraphino *deciſ. 1242. num. 2.* & coram Ludouiſi *deciſ. 395. num. 11.* vbi alias deciſiones allegat. Tum enim reualidatio actus eſt nouus actus *l. Aſſe toto. ff.* De *hæred. inſtit.* & *l. Obuenire ſolet. ff.* De *verbor. ſignificat.* & notant Menoch. *conſil. 80. num. 66.* Socin. dicto *conſil. 92. num. 11. lib. 3.* Et ideo neceſſarium eſt, vt interueniat forma, cum qua ex præſcripto legis fieri debet, alioquin ſi ab initio fuit nullus ob defectum formę, ſemper erit talis, quoad vſque ponatur eadem forma. Si ergo profeſsio fuit nulla ob peractum nouitiatum in loco deputato; & proinde defectu formæ ſtante Decreto irritante, quod inducit formam, vt cõmuniter Doctores. Felin. *in Cap. Cum acceſſiſſent. num. 8.* De *conſtit.* Dec. ver. *Et ad hoc etiam.* Paris. *conſil. 19. num. 185. lib. 2.* Socin. iun. *conſil. 71. num. 23. lib. 1.* Grat. *reſpon. 16. init. lib. 1.* Rota *deciſ. 225. num. 5. par. 2. Recentior.* Non poteſt reualidari abſque eadem forma; & conſequenter non poteſt induci tacita profeſsio.

10 Hinc Sixtus V. in ſua Conſtit. moderatoria Conſtit. circa receptionem Nouitiorum, quæſt. 71. *tom. 2. Bullar.* § 3. decernit, eſſe nullam etiam tacitam profeſſionem, quando non ſeruatur forma ſeruanda pro expreſſa, quia eſt eadem ratio de tacita & expreſſa, ibi. Sed cum eadem ratio vigeat in tacita profeſsione emittẽda, quæ militat in expreſſa, ſtatuimus, quod in quibuſcumq; Ordinibus, & Religionibus neque etiam tacita profeſsio, quorumcũque Religioſorum induci poſſit, nec inducta intelligatur niſi in receptione Conſtit. forma ſeruata fuerit. Et Vrbanus VIII. in ſua *Conſtit. 115. tom. 4. Bullar.* ſuper Profeſsionibus emiſsis in locis non deſignatis ſupponit omnes tales profeſſiones fuiſſe & adhuc eſſe nullas, ſicut etiã eſſe nulla quæcunque inde ſequuta ſunt, & proinde concedit, vt de nouo emittantur, & reualidat actus nullos inde ſequutos, nec ſupponit aliquam tacitam profeſsionem.

11 Supra dictis obſtare videtur Decretum S. Congregat. annexum *eidem Conſtit. 115.* Vrbani VIII. in quo decernit, quod huiuſmodi nulliter profeſsi etiam intra quinquennium, ſi exire voluerint, debeant coram S. Congregat. deducere ſua iura. Et proinde non poterunt alio modo deſerere Religionem, quàm per ſententiam; & conſequenter non erunt tuti in cõſcientia, ſi propria auctoritate deſerant. Reſp. tamen aliud eſſe, quod non poſsint licitè deſerere, & aliud, quod non poſsint validè. Licitè quidem nõ poſſunt, ſine auctoritate S. Congregat. non ſolũ ratione dicti Decreti, ſed etiam ex natura rei, quia cum præſumatur pro profeſſione, requiritur auctoritas ſuperioris pro declaranda eiuſdem nullitate. Et ideo ſtante tali præſumptione vult S. Congregat. quod dimittentes habitum auctoritate propria habeantur, & puniantur tanquam Apoſtatæ. Validè tamen dimittunt habitum, & deſerunt Religionem qui nullo vinculo tenentur, ſed ſunt omninò ſui iuris, cum profeſsio nullum effectum induxerit; & ideo in conſcientia non tenentur redire; & quò ad hoc tuti ſunt, cum non teneant aliquam obligationem ſere. ſtituendi Religioni.

An cenſendus ſit irregularis, qui dubitat de occiſione à ſe commiſſa in bello defenſiuo. Quæſt. 293.

S V M M A

1 *Dubius de homicidio eſt irregularis.*
2 *Dubius an occiderit, in bello iuſto, an irregularis.*
3 *Aſſiſtens bello iuſto, incitans, &c. non ſit irregularis.*
4 *Exiens contra aggreſſores noſtri non ſit irregularis.*
5 *Dubius an in bello defenſiuo occiderit, an irregularis.*
Moderamen inculpatæ tutelæ non habet locum in bello.
6 *Pugnans in bello defenſiuo non ſit irregularis, niſi conſcientia remordeat de occiſione.*
Remorſus conſcientiæ eſt de certis.
7 *In bello defenſiuo non attenditur pro irregularitate exceſſus defenſionis ſed occiſio.*
8 *Occiſio in bello fit auctoritate publica; & ideo licita.*
Occiſio ob priuatam defenſionem quomodo licita.
Irregularitas cur poſita pro occiſione in bello defenſiuo.
9 *Appellatione homicidij venit occiſio criminoſa.*
10 *Explicatur* Cap. *Petitio tua. De homicid.*
11 *Explodens in bello iuſto ſclopum ſine pila non eſt irregularis.*

1 Videtur affirmatiuè reſoluendum propter diſpoſitionem iuris Cap. *Ad audientiam*, & Cap. *Significaſti.* 2. De *homicid.* vbi ſequuto homicidio etiam dubius an ipſum commiſerit debet ſe habere pro irregulari. Hoc enim eſt ſpeciale in hac irregularitate, vt etiam in dubio locum habeat. Et ideo dubios, an occiderint in bello iuſto eſſe irregulares generaliter tradunt D. Antonin. 3. *par. tit.* 29. *cap.* 2. *§. fin.* Angel. *verbo.* Irregularitas 1. *num.* 6. & 11. Tabiena *verbo.* Irregularitas 3. *num.* 11. *concluſ.* 7. Syluester *verbo.* Homicidium 3. *quæſt.* 6. ver. *Sextum.* Polancus *in Director. cap. De irregular.* Auila *De cenſur. par.* 7. *diſp.* 6. *ſect.* 3. *dub.* 2. *concluſ.* 3. Bonac. *diſp.* 3. *De cenſur. quæſt.* 1. *pun.* 5. *nu.* 31. Sayr. *lib.* 6. *de cenſur. cap.* 19. *num.* 13. Villalob. *par.* 1. *ſum. tract.* 21. *difficul.* 28. *num.* 6. Quorum plures addunt, non eſſe irregularem, ſi certus ſit, ſe neminem occidiſſe, aut magis probabiliter iudicet, ſe non occidiſſe.

2 Qui verò generaliter tenent, quod dubius, an occiderit in bello iuſto, non ſit irregularis, id ipſum tenebunt etiam de eo, qui dubitat an occiderit in bello defenſiuo. Ita autem tenent Henriquez *in ſum. lib.* 14. *cap.* 3. *num.* 4. Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 10. *nu.* 50. Merol. *tom.* 1 *Theol. moral. diſp.* 3. *cap.* 3. *num.* 152. ver. *Quæres quarto.* Bardus *de conſtitut. diſp.* 6. *de conſcient. dub. cap.* 7. §. 9. *num.* 1. Del Bene *tract.* 3. *de conſcient. dubia. dub.* 14. *num.* 14. Giballin. *De irregularit. cap.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 25. ver. *Reſpondetur.* Præpoſit. 3. *par. quæſt.* 5. *de irregular. num.* 97.

3 In hac difficultate illud videtur certum; Quod non incurrat irregularitatem ex eo, quod aſſiſtit bello iuſto, quale eſt defenſiuum, & ſua aſſiſtentia animat, & incitat cœteros, ſiquidem quilibet ex militibus ex aliorum conſortio, tanquam compugnantibus animatur ad pugnandum. Hoc deſumitur argumento ex contrario ſenſu ex Cap. *Quod in dubijs,* De *pœnis.* Nam ibi Pontifex Innocent. III. declarat irregulares, qui incitant ad pugnandum, quia enormiter peccant. Vnde ceſſante ratione peccati non eſſent irregulares. In bello autem iuſto præcipue defenſiuo incitantes non peccant, ſicut nec peccant pugnantes.

4 Deſumitur etiam ex Cap. *Petitio tua.* De *homicid.* vbi Honor. III. declarat, Sacerdotem, qui exiuit è caſtro contra aggreſſores illius, & ob plurium occiſionem, quærebat, an eſſet irregularis, non eſſe irregularem, ſi eum non remordet conſcientia de aliquo homicidio. Et ita etiam notat Gloſ. *in hoc Cap.* verbo. *Remordet.* & in dict. *Cap. Quod in dub.* verbo. *Incitant.* Couaruu. *in Clemen. ſi furioſus. par.* 2. §. 3. *num.* 2. De *homicid.* Philiarc.

liat c. de offic. ſacerd. lib. 4. cap. 11. §. 5. in fine. Sayr. lib. 6. de cenſur. cap. 19. num. 7. Giballin. *De irregular. cap. 4. quæſt. 3. nu. 37. ver.* Dixi *tertio.*

5 Sed neque ratione dubij de occiſione à ſe commiſſa cenſendus eſt irregularis. Hoc videri poſſet conuinci ex eo, quod ſumus in caſu defenſionis, in quo certa occiſio neque inducit irregularitatem iuxta Clemen. *ſi Furioſus.* De *homicid.* Verum hoc non videtur poſſe habere locum in bello. Quia vt occiſio ob defenſionem non inducat irregularitatem, requiritur, quod ſeruetur moderamen inculpatæ tutelæ, vt dicitur in dic. Clemen. Hoc autem non videtur poſſe habere locum in bello defenſiuo, quia milites toto conatu nituntur in hoſtes, & procurant iis inferre totum illud damnum, quod poſſunt.

6 Concluditur tamen ex dict. Cap. *Petitio tua.* De *homicid.* in quo videtur caſus eſſe deciſus. Nam aggredientibus hoſtibus Caſtrum exierunt plures contra ipſos, inter quos quidam presbyter, & cum plures hinc inde occiſi fuerint, dubitauit presbyter, an eſſet irregularis, & conſuluit Pontificem. Qui reſpondet. *Mandamus, quatenus ſi de interfectione cuiuſquam in illo conflictu tua conſcientia te remordeat, miniſterio altaris abſtineas reuerenter, cum ſit conſultius in hoc dubio abſtinere, quàm temerè celebrare.* Ex quibus conſtat, quod non debebat ſe reputare irregularem, niſi eum conſcientia remorderet, de interfectione alicuius. In dubijs autem conſcientia non remordet, ſed ſolum in certis, aut quaſi certis. Quia remorſus conſcientiæ in eo conſiſtit, quod conſcientia redarguat de male factis: redargutio autem ſupponit male factum vnde Origen. *lib. 2. in Cap. 2. ad Roman.* habet. *Hæc enim.* (Conſcientia) *& alibi dicitur, quia reprehendat, non reprehendatur. & iudicet hominem non ipſa iudicetur, ſicut ait* Ioannes. *Si conſcientia inquit, non reprehendat nos, fiduciam habemus ad Deum. Et iterum ipſe Paulus alibi dicit. Quia gloriatio noſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Et Chryſoſt. hom. 20. in cap. 4. Geneſ. *Quis enim iſtam, dic obſecro talem ad confeſſionem adegit, nullus alius, quàm conſcientia, & incorruptus ille index. Nam ſimul ac in peccatum declinauerat, & opere perfecerat malum conatum, ſtatim ſurrexit conſcientia inclamanſque, & oſtendens peccatorum magnitudinem.* In dubijs autem hæc non habent locum, quia non adeſt, quid redarguatur: & proinde non remordet conſcientia.

7 In quo etiam tex. eſt notandum, quod non dicit Pontifex, eſſe irregularem, ſi eum conſcientia remordeat de exceſſu defenſionis, ita vt non ſit obſeruatum moderamen inculpatæ tutelæ, ſed abſolutè, ſi eum conſcientia remordet de alicuius interfectione. Quia ſcilicet, vt dicebatur ſupra *num.* 5. in bello non poteſt habere locum moderamen inculpatæ tutelæ, quia nec diſcerni poteſt, quouſque pertingere debeat neceſſaria defenſio, nec cum aliquo moderamine pugnatur, ſed toto conatu repellitur hoſtis: Et ideo pro irregularitate ſolum attenditur, an quis occiderit, an non.

8 Et ea ratio eſt. Quia in bello occiduntur hoſtes auctoritate publica; & ideo intenditur eorumdem interfectio, tanquam illorum, qui nocent communitati iuxta doctrinam D. Th. 2. 2. *quæſt. 64. ar. 2. in corpore,* & *ad* 3. Vbi docet, quod licet interficere auctoritate publica malefactores. Vnde licet etiam intendere eorundem interfectionem. Et proinde occiſio in bello tanquã intentata, & auctoritate publica facta inducit irregularitatem ex defectu bonitatis, ſiue ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod non contingit, vt dictum eſt, ſiue non. Oppoſitum autem contingit in occiſione ob priuatam defenſionem, quia vt ait D. Th. ead. *quæſt. ar. 7. in corpore,* Illicitum *eſt, quod homo intendat occidere hominem, vt ſe ipſum defendat, niſi ei qui habet publicam auctoritatem, qui intendens hominem occidere ad ſui defenſionem, refert hoc ad publicum bonum, vt patet in milite pugnante contra hoſtes.* Quando autem agitur de priuata defenſione, licèt vim vi liceat repellere, ſolum tamen licet intendere conſeruationem propriæ vitæ, quanuis inde ſequatur occiſio præter intentionem. Ita

6 *Non ceſſat diſpoſitio, quando ex pluribus cadẽ-*
tis finalis vna remanet.

---

1 APud Religionem N, extat ſtatutum, quod Socius Generalis poſſit eligi in Abbatem poſtquam per trienniũ exercuit hoc munus. Dubitatur autem, an ſi aliquo caſu abſque illius culpa accidat, quod nõ poſſit accedere ad locum, vbi degit Generalis, vel quia tranſitus non ſit tutus, vel quia non ſit habiturus commercium ob ſuſpicionẽ peſtilentiæ, vel ex aliquo alio capite, adhuc tamen poſſit eligi in Abbatem. Pars negatiua ex eo ſuaderi poteſt, quod hoc videtur diſpoſitum, vt per electionem in Abbatem. Pars negatiua ex eo ſuaderi poteſt, quod hoc videtur diſpoſitum, vt per electionem in Abbatem remunerentur labores, qui ſubſtinentur in exercitio officij. Qui autem non exerciat cum effectu, non ſubſtinuit labores.

2 Reſoluendum tamen videtur. *Adhuc poſſe eligi in Abbatem.* Ratio eſt. Quia eò ipſo, quod aſſumptus fuit ad huiuſmodi officium, & habuit animum cum effectu exercendi, niſi aliàs impeditus fuiſſet, ſufficit vt dicatur exercuiſſe munus proprium, vt notat Bertachin. in *Repert. verbo. Exercens.* Sic etiam è contra non dicitur deſinere exercere, qui licèt actualiter non exerceat, habet tamen animum paratum exercendi, vt notat Cardin. in *Clemen. 1. De vita, & honeſt. Clericor.*

3 Verbum enim *exercere* non ſolum ſignificat actuale exercitium, ſed etiam habituale; vnde ſecundum quoque communem modum loquendi dicitur ille exercere artem, ſeu munus, ſi paratus ſit actu exercere, quando ſe offerat occaſio exercendi. Quodcum concurrat in prædicto ſocio Generalis, verificatur de ipſo diſpoſitio, quod exercuerit proprium munus, quia ſemper fuit paratus ad exercendum, & per ipſum non ſtetit, quia exerceret. Vnde cum verbum Exercere ſit ex illis, quæ non tàm ad actum, quàm ad habitum referri poſſunt iuxta Cap. *Maiores. §. Cæterum. De baptiſ.* ibi. *Secũdum communem vſum loquendi non ad actum, ſed ad aptitudinem referuntur.* Debet accipi non ſolum ſecundum actum, ſed etiam ſecundum habitum. Quia ſumus in diſpoſitione fauorabili, quæ amplianda eſt, quantum admittit propria verborum ſignificatio, etiam ciuilis vt tradunt Bald. *in l. Qui ſe patri.* C. Vnde *liberi.* Caſtrenſ. Salicet, & alii *ibid.* Calderin. *conſil. 1. init.* De *conſanguin. & affinit.* Crauetta *conſil. 217. num. 12.* Suarez *lib. 6. de legib. cap. 2. num. 5.* Salas *diſp. 21. de legib. ſect. 3.* Palaus *par. 1. oper. moral. tract. 3. diſp. 5. pun. 3. §. 3. num. 8.* Rota coram Ludouiſ. *deciſ. 193. num. 4.* Et deſumitur ex *l. Cum lege. ff.* De *teſtam.* & Cap. *Si quem De ſentent. excommunicat.*

4 Et confir. poteſt. Ratione feudi ij ſeruire dicuntur, qui præſtare poſſunt officium, quod eſt debitum intuitu feudi, quamuis actualiter non exhibeant. *lib. 2. Feudor. tit. 34. De lege Corrad. §. 4.* Rurſus, Serui quoque dicũtur ſeruire, quos ægros curamus, quatenus capientes ſeruire ob ægram valetudinem impediuntur *l. 4. §. Stychus. ff.* De *ſtat. lib.* Ergo Socius quoque Generalis dicetur ſeruire in ſuo munere, quatenus eſt potens ſeruire, & paratus, licet impediatur, ne poſſit accedere ad locum, vbi ſeruitium præſtare debet.

5 Denique prædictum ſtatutum videtur habilitare. Socios Generalis, vt poſſint eligi in Abbates ſub cõdicione tes quod per triennium exercuerint huiuſmodi officium. Quæ conditio cum non ſit euentualis, ſed poteſtatiua, habetur pro impleta, quoties per eum, qui implere debuit, non ſtetit, quia impleretur. *l. Quæ ſub conditione. §. Quoties. ff.* De *condit. inſtit.* & *l. In iure ciuili. ff.* De *condit. & demonſtrat.* & *l. Si poſt diem* ver. *Sed ſi ita. ff.* Quando *dies leg. ced.* & *l. 1. C.* De *inſtit. & ſubſtit.* & *l. 1. ver. Si per te.* C. De *his, quæ ſub mo.* & tradunt Bart. *in l. 1. num. 13.* ver. *Idem dico. C. De inſtit. & ſubſtit.* Cinus. *num. 6.* Caſtrenſ. *num. 1.* Iaſ. *num. 3.* Dec. *num. 5.* & alij *ibid.* Socin. ſen. *in l. In teſtamento. 2. num. 2. & 7. ff. De condit. & demonſtrat.* Peregrin. *De fideicom. ar. 16. num. 122.* Menoch. *conſil. 30. num. 19.* Mantica *de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 16. num. 16.* Rota *deciſ. 262. num. 6. par. 1. Recent.* & *deciſ. 35. numer. 6. par.*

*par.*4.& coram Penia, *deciſ.*1314. *num.*4. &coram Merlino. *deciſ.*556. *num.*13. Vnde cum per Socium Generalis non ſteterit, quin exercuerit munus ſuum, conditio huius exercitij habetur pro impleta, & proinde eligi poteſt in Abbatem.

6 Neque obſtat ratio dubitandi. Quia licèt finis ſtatuti ſit compenſare labores Socij Generalis tribuendo habilitatem, vt poſtquam per triennium exercuerit Officium poſſit eligi in Abbatē, non tamen eſt finis adæquatus; nam intenditur etiā, quod huiuſmodi Officium ſit gradus ad dignitatem Abbatis: & quod augeatur æſtimabilitas ipſius, quæ habent locum, etiamſi nō adſint labores remunerandi. Quando autem diſpoſitio habet plures cauſas finales, vna ceſſante ipſa non ceſſat, ſed adhuc habet locum *l. Si ventr.* §. *In bonis.ff.* De *reb.auct. iud.poſſeſ.*& *l.Si non lex.ff.* De *hared. inſtit.* & notant ibi Bald. Imola, & alij Aret. §. *Suorum* Inſtit. *De nup.* Roman. *conſil.*497. *in fine.* Surd. *conſil.* 361. *num.*20. Barz. *deciſ.Bonon.*25. *nu.*86. Rota *deciſ.*587. *num.*7. *par.*1. *Recent.* & coram Merlino *deciſ.*129. *num.*15.

An Apoſtata poſſit redire ad Religionem petendo admitti tanquam ſecularis in prouincia, vbi non eſt notus. Qu. 295.

S V M M A

1 *Apoſtata quando non poſſet redire ad Religionem tanquam ſecularis.*
2 *Religioſus non poteſt tranſire ſine licentia ad aliam Religionem.*
3 *Profeſſio eſt contractus ſpiritualis.*
4 *Apoſtata in alia prouincia &c. cum licentia ſui ſuperioris validè profitetur.*
Superiores de iure communi concedant trāſitum ad aliam religionem.
5 *Apoſtata obtinens tranſitum ad aliam religionem definit eſſe Apoſtata.*
Excommunicatio non obſtat validitati profeſſionis.
6 *Defectus boni zelus non inualidat profeſſionē in alia Religione.*
Apoſtata quando tranſeat bono zelo ad aliā Religionem.
7 *Dictio, Alius, importat diuerſitatem.*
Profitentes eamdem regulam poſſunt recipi à Religione non obſtante probibitione &c.
8 *Taciturnitas eorum, quæ redderent conceſſionem difficiliorem, non reddit ſubreptitiam quò ad inferiores Papa.*
9 *Prælatus de iure concedit trāſitum ad æqualem Religionem.*
10 *An ad laxiorem.*
11 *Quomodo Pius V. probibeat recipi Religioſos.*
12 *Qui nam tranſitus ad aliam Congregat. probibeatur.*
13 *Apoſtata licitè poteſt admitti vt ſecularis.*
Poteſt quis occultare qualitatē ſibi indecorā
Non tenetur quis ſuam turpidinem prodere.
14 *Extra iudicium non tenetur quis ſe prodere.*

1 Poteſt redire Apoſtata ad Religionem per modum ſecularis vel in Prouincia quæ non communicet ſub eodem Capite, ſeu Generali cum Prouincia cuius ipſe eſt Religioſus, vel in Prouincia, quæ cōmunicet, & proinde eidem ſuperiori remaneat ſubiectus. Quod ſpectat ad primum modum reuertendi, certum eſt, quod nec licitè poteſt, nec vali dè abſque licentia ſuorum ſuperiorū. Quia licèt ſit eadem Religio vtriuſque Prouinciæ quò ad Regulam, dummtamen habet diuerſa capita perinde ſe habet quò ad regimen, ac quoad re aquitionem propriorum ſubditorum, ac ſi eſſet multiplex, & diuerſa Religio; & ideò quò ad hoc procedendum eſt eo modo, quo procederetur ſi tranſiret ad aliam Religionem.

2 Conſtat autem, quod Religioſus non poteſt tranſire ad aliam niſi cum licentia ſuorum Superiorum: vnde etiam ſi tranſeat ad ſtrictiorem, neceſſe eſt, quod petat licentiam etiam non obtenta poſſit tranſire, quia tunc ei de iure conceditur. Et ita tradunt Gloſ. *in Cap.* 2. *verbo.* Monachus. 19. *Quæſt.*3. & in Cap. *Intelleximus.in fine.* De *ſtatu, & qualit.* Innocen. *ibid.num.*2. Abbas *nu.*1. *oppoſit.*1. Hoſtienſ. *num.*5. & *in Cap.Licet. num.*9. & 15. *ver. Bonum obedientiæ* De *Regular.* vbi etiam idem Abbas *num.*10. Ancharan. *num.*12. *quæſt.*1. Io. Andr. *num.*21. Cardin. *numer.*3.

quæſt.

quæſt. 2. Butrius *num.* 13. Henr. *numer.* 8. Lapus *allegat.* 130. *aliàs* 135. *num.*2. Mandos. *ibid. in Addit.* Calderin. *conſil* 25. *De Regular.* Roman. *conſil.* 341. *num.*3. Nauar. *conſil.* 59. *num.* 2. *De Regular. in* 1. *edit.* in 2. verò *conſil.* 52. D. Antonin. 3. *par. tit.* 16. *cap.*4. §. 1. *in fine.* Maior *in* 4. *diſt.*38. *quęſt.* 21. *in argum. contra* 2. *concluſ.* Roſel. *verbo.* Religio 4. *num.*4. Leſsius *lib.* 2. *de iuſt. & iure cap.*41. *dub.* 13. *num.* 101. Sanchez *lib.*6. *ſum. cap.*7. *nu.* 95. & alii, qui volunt, quod etiam ſi tranſierit ad ſtrictiorem Religionem renouari poſsit.

3 Et habetur ex dicto Cap. *Licet.* De *Regular.* ibi. *Debet transeundi licentiam poſtulare, ne bonum obedientia contemnere videatur,* & loquitur Pontifex de volente tranſire ad ſtrictiorem Religionem. Profeſſio enim eſt contractus ſpiritualis, qui hinc inde inducit mutuã obligationem. Cap. *Porrectum,* & Cap. *Ad Apoſtolicam. De Regular.* & notant Gloſ. *in dic. Cap. Porrectum.* verbo *Non faciat.* Abbas. *ibid. num.*16. Nauar. *conſil.*26. *nu.*1. *De Regular.* Rodriquez *quęſt. Regular.*15. *ar.* 12. *tom.*3. Sanchez *lib.*5. *in Decal. cap.* 4. *numer.* 62. & communiter. Vnde non poteſt Religioſus ſine licentia ſe ſubtrahere obligationi aſſumptæ inſeruiendi Religioni.

4 Suppoſita autem licentia. Hoc videtur certum, quod in Religione alterius Prouinciæ poſsit validè profiteri, & ſe obligare Religioni, ſicut erat prius obligatus in alia Prouincia. Sicut enim validè profiteretur, ſi acceptaretur tanquam tranſiens de alia ad illam Religionem cum licentia Superiorum, cum talis tranſitus de iure communi ſit permiſſus iuxta ea, quæ tradunt D. Th. 2.2. *quęſt. vlt. ar.*8. Paludan. *in* 4. *diſt.*38. *quæſt.*2. *n.*17. D. Antonin. 3. *par. tit.*16. *cap.*4. *init.* ver. *Poteſt tamen.* Syluester. *verbo.* Religio 4. *quęſt.* 1. *not.*1. Nauar. *Comen.*4. *de Regular. num.*2. & communiter. Ità etiam in caſu præſenti. Quia licèt acceptetur tanquam liber, & ſæcularis, licèt ſit Religioſus, cum tamen habeat licentiam perinde eſt, ac ſi eſſet liber, ſi quidem ei eſt liberum ingredi virtute licentiæ obtentæ.

5 Nec obſtat, quod ſit Apoſtata, & conſequenter excommunicatus. Quia per hoc quod obtineat licentiam tranſeundi à ſuo Prelato deſinit eſſe Apoſtata: ſi quidem dum petit licentiam, & obtinet, in his actibus interuenit virtualis reſtitutio, qua ſe reſtituit Religioni & ab ipſa poſtea licentiatur pro tranſitu; cum per hoc conſtituatur in illo ſtatu, in quo ſunt, qui volunt tranſire ad ſecundam Religionem, & ſoluatur criminoſus receſſus à Religione. Vnde etiam fit, quod ceſſante contumacia poſſit abſolui ab excommunicatione, quamuis hæc non impediat validitatem profeſſionis, vt tradũt Sanchez *lib.*5. *ſum. cap.*4. *num.*36. Sayr. *lib.* 2. *de cenſur. cap.*9. *num.*19. Nauar. *com.*4. *De Regular. numer.*25. ver. *Quartò.* Rodriquez *quęſt. Regul.* 63. *ar.*3. *tom.* 2. Bonac. *quæſt.*2. *de excommunicat. pun.*5. *nu.*2. Portel. *par.*1. *caſu* 9. *num.*3. Bordon. *De profeſ. Regul. cap.*2. *quæſt.*36.

6 Nec item obſtat. Quod iſte tranſitus non videatur eſſe ex bono zelo, qui requiritur, vt trãſitus ſit permiſſus per Cap. *Licet.* De *Regular.* Quia defectum huius conditionis non inualidare profeſſionem tradunt Bonac. *quæſt.*2. *de Clauſ. pun.*9. §. 3. *difficul.*1. *num.*7. ver. *Idem.* Bordon. *de profeſſ. Regul. cap.*2. *quęſt.* 72. ver. *Quando deeſt quarta.* Licèt Sanchez *lib.*6. *ſum. cap.* 7. *num.*91. oppoſitum ſentiat. Quia hæc conditio eſt neceſſaria non pro valido trãſitu, ſed vt Prælatus teneatur concedere licentiam, aliàs intelligitur conceſſa à iure, vt colligitur ex eod. Cap. *Licet* De *Regular.* Deinde dum Apoſtata intendit hunc tranſitum, & ob verecundiã, & alia huiuſmodi motiua ſentit ſe impediri, ne reuertatur, vnde diſceſſit, intendit zelo melioris vitæ, quia inẽdit corrigere Apoſtaſiam, & emendare vitam præteritam.

7 Et quæ dicta ſunt, locum habent, etiam ſi Religio, apud quam eſt profeſſurus, prohiberetur recipere profeſſos alterius Religionis, etiam cum Decreto irritãte. Quia qui recipitur, non eſt alterius Religionis cum profiteatur eamdem Regulam. Dictio enim, *alius,* in ſubiecta materia importat diuerſitatem iuxta ea, quæ tradunt Corn. *conſil.*5. *nu.*3. *lib.*1. Decian. *conſil.*24. *nu.*99. *lib.*1. Socin. iun. *conſil.*107. *num.*45. *vol.*3. Menoch. *conſil.*335. *num.*20.

Vna autem Religio non eſt diuerſa ab alia, niſi ratione Regulę, quam profitetur, & ratione diuerſarum Conſtitutionum. Vnde quando eadem Religio eſt diuiſa in diſtincta membra ſub diuerſis capitibus, non poteſt dici, quod vnum membrum ſit diuerſa Religio ab alio.

8 Nec rurſus obſtat validitati profeſſioni, quod ſi recipientes ſciuiſſent, petentem admitti eſſe Religioſum Apoſtatam, aut non recepiſſet, aut ſaltem difficilius, & proinde defectu intentionis admiſſio tanquam ſubreptitia ſit nulla. iuxta Cap. *Poſtulaſti*. *De reſcrip.* & notat Rota coram Seraphino *deciſ.* 19. *num.* 2. & coram Mantica *deciſ.* 214. *num.* 1. & coram Merlino *deciſ.* 701. *num.* 1. Quia hoc habet locum quò ad ſummum Pontificem, quia ita ius decernit, & ſeruatur de ſtylo. Vnde non debet extendi ad inferiores Prælatos. Deinde quod ſit Religioſus Apoſtata, dum eſt eiuſdem Ordinis, fieri poteſt, quod talis notitia redderet faciliorem receptionem tum vt lucrarentur ouam deperditum, tum quia reciperent iam conſuetum Regulæ, & non omnino extraneum.

9 An autem ſufficiat licentia Prælati Religionis pro hoc tranſitu. Videtur *affirmatiuè reſoluendum*. Quia de iure ad ipſum ſpectat concedere talem licentiam vt deſumitur ex dicto Cap. *Licet* De *Regular.* Præſertim quia Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 19. *de* Regular. ſolum prohibet, quod nullus Regularis cuiuſuis facultatis vigore transferatur ad laxiorem. Vnde poſſe Prælatos Religionis concedere licentiam tranſeundi ad æqualem, & locales cum conſenſu Capituli ex iuſta cauſa, tradunt Gloſ. *in Cap. Cum ſingula.* §. *Prohibemus.* verbo, *Canonic.* De *pręben. in* 6. & in Cap. *Non eſt*. verbo. *Permittatis* De *Regular.* Io. Andr. *ibid. num.* 6. Bellamera *in* Cap. *Ex parte in fine.* De *tempor. ordinat.* Lapus *allegat.* 130. *alias* 135. *num.* 1. Roſel. *verbo.* Abbas *num.* 3. Angel. *verbo.* Religioſus. *num.* 34. Tabiena *verbo.* Religio. *num.* 24. Syluester *verbo.* Religio 4. *queſt.* 9. Cuch. *lib.* 3. *Inſtit. maior tit.* 1. *num.* 132. Lopez *l.* 9. *verbo.* Maſuortes *tit.* 7. *par.* 1. Hoſtienſ. *in Cap. Non eſt. num.* 2. De *Regul.* D. Antonin. *3. par. tit.* 11. *cap.* 2. §. 9. *ver. Hoc autem videtur* Paludan. *in* 4. *diſt.* 38. *quęſt.* 4. *ar.* 4. *nu.* 43. Maior. *quęſt.* 21. *concluſ.* 5. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure cap.* 41. *dub.* 13. *nu.* 103. Sanchez *lib.* 6. *ſum. cap.* 7. *num.* 65. qui tamen intelligit non de prælato locali, ſed de prouinciali. Miranda *to.* 1. *Manual. queſt.* 31. *ar.* 5. *concluſ.* 2. Vecchius *in Praxi Nouit. diſp.* 15. *dub.* 4. Fauſt. *lib.* 5. *Theſauri Religioſ. quęſt.* 346. Bordon. in *conſil.* Regul. *reſol.* 2. *Reſol.* 29 *nu.* 13. De iure enim is poteſt relaxare obligationem, cui quis tenetur, quatenus ad ipſum pertinet talis obligatio. Vnde cum obligatio Religioſi ſit erga Prælatos Religionis, et cum in tranſitu ad aliam Religionem non ſoluatur obligatio religioſa tranſeuntis, ſed mutetur reſpectu vnius ſuperioris ad alium, & remaneat æquè obligatus, ac antea quantum eſt ex vi ſolemnitatis voti, & reſpectu Pontificis, poterit Prælatus Religionis concedere hanc mutationem obligationis cedendo iuri proprio.

10 Imo poſſe dare licentiam tranſeundi ad laxiorem exiſtente legitima cauſa, tradunt Nauar. *conſil.* 56. *num.* 3. *De Regular.* Azor. *par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 15. *quęſt.* 1. Rodriquez *tom.* 2. *ſum. cap.* 6. *num.* 8. Leſſius *lib.* 2. *de iuſt. & iure cap.* 41. *dub.* 13. *num.* 103. Sà *verbo* Religio *nu.* 39. Sanchez *lib.* 6. *in Decal. cap.* 7. *nu.* 68. Miranda *tom.* 1. *Manual. quęſt.* 31. *art.* 5. *concluſ.* 3. Fauſt. *lib.* 5. *Theſauri Religioſ. queſt.* 345. Vecch. *in Praxi Nouit. diſp.* 15. *dub.* 5. *num.* 2. qui pro hac ſententia plures alios citat. Sanctarel. *De Apoſt. cap.* 8. *num.* 7. Addentes Concil. Trident. cit. *cap.* 19. *de* Regul. *ſeſſ.* 25. prohibens tranſitum ad laxiorem vigore cuiuſcunque facultatis loqui de tranſitu abſque iuſta cauſa.

11 Nec in contrarium fuit Conſtitutio Pij V. *Quacunque ſacrarum*, quæ eſt 89. *tom.* 2. *Bullar.* in qua prohibet, ſuperioribus Regularium recipere ad Religionem alios Regulares; imo iubet receptos reſtitui ſuis Superioribus. Nam diſponit de receptione, quæ fiat virtute priuilegiorum, quæ in illa Conſtitutione reuocat: non autem de receptione, quæ fit ſecundum

cundum ius commune, vt ſatis declarant illa verba, *Vigore huiuſmodi priuilegiorum tantum, ac præter iuris communis diſpoſitionem*. Receptio autem de qua agitur, eſt ſecundum diſpoſitionem iuris ex iuxta cauſa, & ea cognita. Deinde diſponit etiam Pontifex de Religioſis alterius Ordinis, & obſeruantiæ, vt conſtat ex illis verbis, Nullum prorſus alterius Ordinis, vel obſeruantiæ Regularem. Hic autem cogitur de Regulari eiuſdem Ordinis.

12 Vnde nec etiam in contrarium fuit declaratio quædam S. Congregat. in *vna Capuccinorum ſub die* 25. *April*. 1653. in qua habetur, quod ſub prohibitione transeundi de vna Religione ad aliam intelligitur etiam prohibitus tranſitus de vna Congregatione ad aliam eiuſdem Ordinis. Nam non ſumus in caſu prohibitionis tranſitus ad aliam Religionem, ſed in caſu, in quo eſt licitus de licentia ſuperiorum: & ideo erit licitus eodem modo etiam tranſitus ad aliam Congregationem eiuſdem Ordinis.

13 Adhuc tamen dubitari poteſt, an tranſitus prædictus ſit licitus. Quod autem non poſſit contingere abſque pluribus peccatis venialibus, videtur extra controuerſiam, nam fieri moraliter non poteſt, quin interueniant plura mendacia in materia leui, ſimulationes, &c. Vnde ſolum dubitatur, an interueniat peccatum mortale. Et quod ſpectat ad Apoſtaſiam, hæc non poteſt inferre peccatum mortale, quia cum ſit ſublata per licentiam transeundi, dum ſe oſtendit tanquam ſæcularem, atque adeo liberum ad ingrediendum, ſe oſtendit talem, qualis eſt, cum reuera ſit liber, vt poſſit ingredi, nec tenetur qualitatem ſuam, qua fuit Apoſtata declarare, ſed poteſt occultare iuxta Cap. *Vtilem*, & Cap. *Queritur*, 2.2. *Quæſt*. 2. Nam cum non agatur de eo, quod obſtet validitati profeſſionis. Sed imo de eo, quod iam euanuit, non tenetur ſuam prodere turpitudinem Cap. *Dudum*. De *elect*, *& notant*, Bald. *in l*. 2. §. *Quod obſeruari*. C. De *iureiur. prop. calum*. Angel. *in l. Marcell. ff*. Rer. amot. Bart. *in l. Qui turbare*. §. *ſi pater*. *ff*. De *iureiur*. Alexan. & Iaſ. *ibid*. Abbas *in cap*. 2. *nu*. 16. De *confeſ*. Speculat. *Tit*. *de poſit*. §. 7. ver. 19. *num*. 40. Et ideo non tenetur manifeſtare, quod fuerit Apoſtata, quod obtinuerit licentiam ingrediendi, ſeu tranſeundi, &c. nam hoc pacto proderet ſuam turpitudinem.

14 Nec obſtat, quod oſtendendo ſe alterius qualitatis perſonam, ac ſic occultet malos mores, qui præſumuntur in Apoſtatis, ob quos forte non reciperetur. Quia quo ad mores ſe tradit probandum, quos cum propoſuerit corrigere non tenetur illos manifeſtare, cum nemo teneatur ſe prodere præſertim extra iudicium Cap. *Officij*. De *penit. & remiſ*. & notant Gloſ. *in l. Ampliorem init* C. De *appellat*. Angel. *ibid*. Natta *in Repet. Clement*. *Sæpe* §. *Quia* ver. *Et fallit*. *ſecundo*. De *verbor*. *obligat*. Bald. *in l*. 2. *circa fin*. C. De *exbiben. reis*. Couaruu. *in Cap. Peccatum*. *par*. 1. *init*. *num*. 2. De *reg. iur*.

An nulliter profeſſus ob metum, poſſit elapſo quinquennio reſtitui ad reclamandum, ſi intra quinquennium extra iudicialiter ſit proteſtatus de metu, &c. Quæſt. 296.

SVMMA.

1 *Pontifex elapſo quinquennio poteſt reſtituere nulliter profeſſum ad reclamandum.*
Et quando abſque derogatione Concil. Trident.
2 *Concil. Trident. ex ſilentio quinquennij præſumit validitatem profeſſionis.*
Præſumptio iuris, & de iure quænam ſit.
3 *Præſumptio Concil. pro profeſſione quando non habeat locum.*
4 *Præſumpta profeſſio ex lapſu quinquenni quando impediatur.*
5 *Ceſſante præſumptione præſuppoſita à Concil. ex lapſu quinquennij, non habet locum eius diſpoſitio.*
6 *Metus durans toto quinquennio impedit tacitam profeſſionem non obſtantibus actibus aptis eam inducere.*
Metus excludit conſenſum.
7 *Impedito reclamare intra quinquennium debet concedi reſtitutio in integrum.*

Quod

1 QVod quilibet elapſo quinquennio poſſit reſtitui ad reclamandum ſuper nullitate profeſſione ſiue ob metum, vel ob aliam cauſam cum derogatione diſpoſitionis Concil. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 19. de Regular.* eſt omnino certum, cum poſſit Pontifex diſpenſare ſuper dicto Decreto. Vnde ſolum dubitatur, an abſque derogatione, aut diſpenſatione ſuper hoc Decreto poſſit reſtitutio habere locum ſi nulliter profeſſus intra quinquennium declarauerit animum ſuum, quod non intendit eſſe Religioſus, & quod conquæſtus ſit, quod per vim, & metum profeſſionem emiſerit. Et *affirmatiuè reſoluendum eſt, ita vt non ſit neceſſaria aliqua diſpenſatio, ſed ſola declaratio, quod poſſit audiri tanquam in caſu non comprehenſo ſub diſpoſitione Concilij.*

2 Et ratio ex eo deſumitur. Quod Concil. ideo diſponit, quod nulliter profeſſus elapſo quinquennio non audiatur, quia præſumit, quod dum non reclamauit intra quinquennium, ratificauerit profeſſionem, vnde conſurgit præſumptio iuris, & de iure, quia Concil. præſumit, & ſuper hac præſumptione ſtatuit, vt non poſſit profeſſus audiri iuxta, ea quæ tradunt Gloſ. *in Cap. Fraternitatem verbo.* Dicitur. *Diſt.* 54. & Gloſ. ciuil. *in l. ſiuè poſſideatis.* verbo. *Facti.* C. De *probat.* Bart. *ibid. num.* 12. Salicet. *nu.* 16. Bald. *in Cap. Quoniam frequenter. num.* 7. ver. *Item vbicunque.* Vt *lite non conteſt.* Felin. *in Cap. Quanto. num.* 3. De *præſumpt.* Abbas *ibid. num.* 2. Alciat. *De præſumpt. in Pralud. par.* 2. *num.* 3. Menoch. *quæſt.* 3. *num.* 22. *lib.* 1. *De præſumpt.* Maſcard. *De probat. concluſ.* 1218. *num.* 4. & in terminis dicti quinquennij Nauar. *com.* 4. De Regul. *num.* 73. Sanchez *lib.* 7. *de matrimon. diſp.* 37. *num.* 16.

3 Hæc autem præſumptio non habet locum, quando nulliter profeſſus extraiudicialiter declarat animum ſuum, quod non intendat ſe eſſe religioſum, quod metu, & coactus emiſerit profeſſionem, quod non ſit talis coram Deo. Huiuſmodi enim declarationes, & proteſtationes obſtant ne inducatur præſumptio profeſſionis tacitæ, vt tradunt Innocent. *in Cap.* 1. *in fine.* De *his, quæ vi, metuſue.* Hoſtienſ. *ibid.* Honded. *conſil.* 78. *num.* 25. *lib.* 2. Rota in *Neapolitana profeſſionis* 26. *April.* 1599. coram Gyptio, & *in Brixien. Paroch.* 20. *Martij* 1620. coram Vbaldo, & *deciſ.* 579. *num.* 4. *par.* 1. Recent. & *deciſ.* 705. *num.* 5. *par.* 2. vbi quod declarationes Concil. Trident. in contrarium, quod ſcilicet poſt quinquennium non competat audientia, aut reſtitutio non habeat locum, quando ex proteſtationibus conſtat de diſſenſu cum enim præſumptio cedat veritati, dum ex frequenti animi declaratione conſtat de voluntate aliena à ſtatu religioſo, eliditur præſumptio tacitæ profeſſionis, quam ſupponit Concil. & ideo non habet locum eius diſpoſitio.

4 Deinde Ratificatio profeſſionis, ſeu tacita profeſſio, quę elapſo quinquennio præſumitur ex taciturnitate, tollitur, & impeditur per contrarias præſumptiones, quia vna præſumptio elidit aliam; & à fortiori per contrariam animi declarationem, vt tradunt Cardinalis *in Cap.* 1. *in fine* De *his, quæ vi, metuſue. cau. fiunt.* Ancharan. & Innocent. *ibid.* vterque in fine Io. de Anan. *n.* 7. & 9. Abbas *in Cap. Conſulti. num.* 1. ver. *In ſecundo vero.* De Regular. Butr. *in Cap. Cum M. Ferrar. nu.* 43, ver. *Melius.* De *conſtit.* Bald. *conſil.* 296. *num.* 4. Barbatia *conſil.* 59. *num.* 2. Decian. *conſil.* 18. *num.* 5. *lib.* 3. Nauar. *conſil.* 34. *nu.* 3. De Regul. Rodriquez *quæſt. Regul.* 17. *ar.* 15. *tom.* 3. Rota *deciſ.* 216. *num.* 21. *par.* 2. Diuer. & in *Neapolitana profeſſionis* 26. *Iunij.* 1599. coram Gyptio. & *deciſ.* 179. *num.* 1. *par.* 4. Recent. & *deciſ.* 533. *num.* 5. *ead. par.* & in *Vlixbonen. nullitatis Profeſſionis.* 10. *Decemb.* 1646. §. *Cum ergo* coram Arguel.

5 Cum igitur nulliter profeſſus intra quinquennium ſæpe repetit quærelas, quod per vim profeſſionem emiſerit, & declarat animum ſuum, quod non ſit coram Deo Religioſus, excluditur tacita profeſſio præſumpta, quæ eſt præſuppoſitum diſpoſitionis Concil. Triden. Vnde cum ceſſet præſuppoſitum dictæ diſpoſitionis, ceſſat & ipſa diſpoſitio *l. Mancipia.*

C. De

C. De *ſeru. fugit.* & notant Gloſ. & Bart. *ibid.* Ripa *in Cap.* 2. *num.* 39. De *reſcrip.* Dom. Bec. *conſil.* 53. *num.* 7. Roland. *de lucro dot. quaeſt.* 11. *num.* 17 Hippolyt. Riminal. *conſil.* 29. *num.* 10. Roman. *Singul.* 495. Socin. iun. *conſil.* 114. *num.* 22. *vol.* 3. Cephal. *conſil.* 90 *num.* 51. Ruin. *conſil* 83. *num.* 5. *vol.* 1. Surd. *conſil.* 159. *num.* 70. Socin. ſen. *in Authen. ſiquis ex aliquo. num.* 13. C. De *eden.* Alexan. *conſil.* 124. *num.* 9. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 137. *num.* 7. & *deciſ.* 146. *num.* 4. & *deciſ.* 590. *num.* 2. *par.* 4. Recent. & coram Ludouiſ. *deciſ.* 208. *num.* 2. & coram Merlino *deciſ.* 589. *num.* 6.

6 Et prædicta à fortiori locum habent, ſi metus toto quinquennio durauerit: nam ſicuti obſtat validitati profeſſionis expreſſæ, ita etiam impedit, ne inducatur tacita, quamuis aliàs intercedant actus apti eam inducere, vt tradunt Bart. *in l.* 2. *num.* 7. C. Quod *met. cau.* Roland. *conſil.* 2. *nu.* 92. *lib.* 1. Calderin. *conſil.* 1. *nu.* 6. Tit. Quod *met. cau.* Oſaſch. *deciſ. Pedemon.* 179. *num.* 12. Menoch. *præſump.* 4. *nu.* 22. *lib.* 3. Honded. *conſil.* 23. *num.* 41. *lib.* 1. Nauar. *Conſil.* 6. *num* 2. De *his, quæ vi, metuſue cau. fiunt.* Miranda *tom.* 1. *Manchal. quaeſt.* 30. *ar.* 1. *concluſ. vn. in fine.* Crabrera. *de metu lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 35. Barboſa *in l.* 1. *par.* 4. *num.* 95. *ff.* Soluto *matrim.* Rota coram Seraphino *deciſ.* 851. *num.* 1. & *deciſ.* 1166. *par.* 2. Diuer. & *deciſ.* 705. *num.* 1. *par.* 2. Recent. Semper enim metus excludit conſenſum *l. Nibil ff.* De *regul. iur.* & ideo impedit tacitam profeſſionem, quæ ſine conſenſu ſaltem tacito induci non poteſt.

7 Et ideo nō reclamantē intra quinquennium propter metum, vel aliud impedimentum poſſe vti beneficio reſtitutionis in integrum, reſoluunt Riccius *conſil.* 57. *num.* 8. Bombin. *conſil.* 22. *num.* 7. Flores de Mena *quaeſt. Variar.* 23. *num.* 68. Nauar. *com.* 4. *num.* 71. *De regul.* & *conſil.* 6. *num.* 2. *De his, quæ vi. lib.* 1. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 37. *nu.* 22. Rodriquez *quaeſt. Regular.* 17. *ar.* 16. *tom.* 3. Miranda *tom.* 1. *Manual. quaeſt.* 30. *ar.* 3. Graſ. *conſil.* 1. *nu.* 8. *de regular. tom.* 1. Nouar. *in Lucerna Regul. verbo* Profeſſio. *nu.* 31. & *verbo* Reclamare. *num.* 5. vbi teſtatur de Praxi Ricc. *Collect.* 2637. Azor *par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *quaeſt.* 10. *ver. Poſtremo.* Sanctarel. *quaeſt. Variar.* 48. *num.* 3. Vilalob. *par.* 2. *ſum. tract.* 35 *diſficul.* 25. *num.* 8. Barboſa *de poteſt. Epiſ. allegat.* 194. *num.* 17. Corrad. *in Praxi diſpenſat. Apoſtol. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 14. Donat. *in Praxi rer. Regul. par.* 4. *tract.* 12. *de reclam. profeſ. aul. quaeſt.* 14. *num.* 1. Crabrera *de metu lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 31. Quia cum caſus ſit extraordinarius, debetur etiam remedium extraordinarium.

An ſi aduocatus obijciat accuſatori aliquid, vnde ipſi mors, aut mutilatio, ſequatur, fiat irregularis. Quaeſt. 297.

S V M M A

1 *Aduocatus in cauſa ſanguinis non fit irregularis.*
2 *Quid ſi obijciat actori, vnde ei ſequatur mors. Accuſator in cauſa ſanguinis fit irregularis.*
3 *Obiectio criminis pro defenſione non includit irregularitatem.*
4 *Obiectio criminis pro defenſione, eſt ſolum occaſio mortis.*
5 *Irregularitas ex defectu lenitatis à quibus contrahatur.*
6 *Aduocatus in cauſa ſanguinis obiiciens crimina an debeat proteſtari, &c. ne incurrat irregularitatem.*
Animus potius quam verba attendendus.
Proteſtatio reſultans ex facto fortior eſt, quàm verbalis.

1 Quamuis Aduocatus concurrat in cauſa ſanguinis, vt perſona pertinens ad integritatem iudicij, non tamen fit irregularis ex defectu lenitatis, vt inter alios notant Suarez *diſp.* 47. *De cenſur. ſect.* 4. *num.* 6. Turrian. *lib.* 9. *de cenſur. diſp.* 66. *dub.* 3. Villalob. *par.* 2. *ſum. tract.* 21. *difficul.* 27. *num.* 6. Quia nullo modo nec vt perſona priuata, nec vt miniſter publicus influit in ſententiam ſanguinis: imo quantum eſt ex ſe conatur illam auertere, dum defendendo reum procurat ne

morte

morte puniatur. Quando tamen contingit, quod aliquid obijciat actori, vnde illi mors ſequatur, aut mutilatio, dubitatur, an tunc fiat irregularis.

2 Pro ſolutione autem difficultatis videndum eſt, an obiectio criminis, ſeu calumniæ ſit neceſſaria pro defenſione, an non. Quia ſi non eſt neceſſaria, eadem eſt ratio de aduocato in tali caſu, ac de accuſatore: tunc enim obiectio criminis vertitur in accuſationem, quia non ſiſtitur intra terminos defenſionis, propulſando accuſationem; ſed fit tranſitus ad offenſionem, quæ quamuis judicialiter intentetur, & per viam iuſtitiæ, variat tamen munus Aduocati, & facit, quod aſſumat etiam officium accuſatoris. Conſtat autem, quod accuſator, etiam ſi iuſtè accuſet, fit irregularis ex defectu lenitatis Cap. *fin.* De *homicid.* & Cap. *Sententiam*, & Cap. *Clerici.* Ne *Clerici, vel Monachi*, & notant communiter Doctores Couaruu. *in Clemen. ſi furioſus. par.2. §. 5. De homicid.* Maiol. *lib.2. de irregularit. cap. 7.* Nauat. *Cap.27. Manual. num.* 212. Sayr. *lib.6. de cenſur. cap. 16. num.6.* Auila *par.7. de cenſur. diſp.5. ſect. 2. dub.8.* Turrian. *lib. 9. de cenſur. diſp. 66. dub. 2.* Laiman. *lib. 3. Theol. moral. ſect. 5. tract. 3. par. 3. cap.7. in fine.*

3 Si autem obiectio criminis, aut calumniæ ſit neceſſaria pro defenſione, reſoluendum eſt. Non fieri irregularem, etiam ſi ſequatur mors accuſatoris, aut mutilatio. Ita deſumitur ex Filliuc. *tract. 19. cap.9. quæſt. 12. num.257.* Præpoſito 3. *par. quæſt.5. de irregular. dub.* .. *nu.*104. Giballin. *de irregularit. cap.4. quæſt. 3. reg.3. conſect. 7. difficult.*16. *num.68.* ver. *Exiſtimo ſecundo.* Leander *de irregularit. tract.2. diſp. 7. quæſt. 80.* Iranco *de proteſtat. conſiderat. 46. num. 39.*

4 Ratio deſumitur ex eo, quod mors, ſeu mutilatio, quæ ſequitur ex tali obiectione, eſt præter intentionem obijcientis, quia ipſe ſiſtit intra puros terminos neceſſariæ defenſionis: & obiectio criminis, ſeu calumniæ eſt tantum occaſio mortis, ſiue mutilationis; quatenus ſubminiſtrat iudici materiam puniendi. Defenſio autem, quamuis inde ſequatur mors aggreſſoris, non infert irregularitatem, vt conſtat in eo, qui ſe defendit contra aggreſſorem corporalem iuxta Clemen. *Si furioſus. De homicidio.*

5 Nec dici poteſt. Quod licèt non inferat irregularitatem ex delicto, quia defenſio eſt iuſta, & neceſſaria, inferet tamen irregularitatem ex defectu lenitatis. Quia hęc irregularitas non habet locum, niſi quò ad eas perſonas, quæ tanquam miniſtri publici ratione ſui muneris exercent aliquam actionem, quæ influat in mortem; vt tradunt Couaruu. *in Clemen. Si furioſus par.2. §.4. num.9.* ver. *Ex his.* De *homicid.* Turrian. cum Vaſquez *lib.9. de cenſur. diſp.66. dub.3.* Gaſpar Hurtad. *de cenſur. diſp.2. de irregularit. difficul.11. num.* 40. Cœleſtin. *in Compen. Theol. moral. tract. 4. cap.5. quæſt.1.* Diana *par.3. tract.5. reſol.* 79. Bannius *par.2. theol. moral. tract.11. qu. 23. dub.11.* Machud. *de perfec. confeſſor. to. 1. lib.2. par.3. tract.18. docum 5. num.5.* Palaus *par.6. theol. moral. diſp.6. de cenſur. pun. 14. nu.1.* Monteſin. *1.2. quæſt.76. ar.4. diſp. 8. quæſt.12. num. 161.* ver. *Neque audiendi ſunt.* Giballin. *De irregularit. cap. 4 quæſt. 3. in expoſit. Reg.3.* ver. *Maior videtur.* Pellizzer. *tom.2. Manual. tract.7. cap 5 ſect.4. quæſt. 11, num.170.* Leander *De irregularit. tract.2. diſp.7. quæſt.35. in fine.* Aut ad ſummum quò ad eas, quæ exercent aliquam actionem, quæ ſit contra lenitatem, & proinde de ſe influat in mortem. Defenſio autem, quamuis contineat obiectionem criminis, aut calumniæ, cum tamen ſiſtat intra terminos neceſſariæ defenſionis, non eſt contra lenitatem, nec de ſe influit in mortem, cum tendat ad fauorē rei; & Aduocatus ſiſtit intra terminos aduocationis, vnde non exercet actionem ratione ſui muneris, quæ tanquam miniſtri publici influat in mortem.

6 An autem ſit neceſſarium, quod Aduocatus, dum obijcit crimine, aut calumniam proteſtetur, ſe non intendere mortem, aut mutilationem, partem affirmatiuam videntur tenere Doctores *num.* 3. citati. Verum non videtur neceſſaria, quia tunc ius præſcribit proteſtationem, quando interponenda eſt aliqua actio, quæ de ſe tendit ad condemnationem, vt

eſt

eſt accuſatio, teſtificatio, traditio Curiæ ſæculari. Obiectio autem criminis non fit in ordine ad condemnationem, ſed in ordine ad defenſionem. Et cum conſtet, quod ſit in ordine ad defenſionem; & quod Aduocati animus non reſpiciat ad punitionem, ex facto ipſo reſultat proteſtatio, cum potius animus, & ſenſus ſit attendendus, quàm verba *l. Diuus. §. Item Senatus ff.* Ad *leg. Cornel. De falſ.* & *l. Vbi. §. 1. ff.* Ad *Senat. conſul.* Trebel. & *l. 6. §. Verbum. ff.* De *verbor. ſignificat.* Et talis proteſtatio fortior eſt, quam ſi reſultaret ex verbis *l. Certum. ff.* Si *cert. pet.* & Cap. *Dilecti. De appellat.* & notant Iaſ. *conſil. 159. ver. Confirmantur prædicta lib. 2.* Roman. *conſil. 291 num. 4.* Alexan. *conſil. 117. num. 2. vol. 5.* Cephal. *conſil. 77. nu. 2. lib. 1.* Crauetta *conſil. 776. num. 6.* Natta *conſil. 341. num. 4. vol. 2.* Dec, *conſil. 586. num. 13.*

An qui nunciauit aduentum alicuius intendenti occidere contraxerit irregularitatem. Quæſt. 298.

S V M M A.

1 *Nuncians aduentum inimici volenti occidere, fit irregularis, ſi ſcit intentionem occidendi.*
2 *Nuncians aduentum occidendi volenti occidere cooperatur homicidio.*
3 *Sciens inimicitiam, & nuncians aduentum fit irregularis.*
4 *Quid ſi neſciat inimicitias.*
Ex actione illicita non contrahitur irregularitas.
5 *Homicidium non imputatur ei, qui non fuit in culpa, nec dedit operam rei illicitæ.*

1 EXercens inimicitias cum aliquo committit nuncio, vt aduentum illius attendat in certo loco, & poſtea ſibi nunciet intendens eum in illo loco occidere. Dubitatur, an nuncius contraxerit irregularitatem, dum nunciato aduentu mors ſequuta eſt. In qua difficultate cum diſtinctione procedendum eſt. Vel enim nuncius ſciebat intentionem volentis occidere. Vel non. Si ſciebat non poteſt excuſari ab irregularitate tanquam cooperator homicidij. Iuxta ea quæ tradunt communiter præſertim Felin. *in Cap. Sicut dignum. De homicid.* Molina *de iuſt. & iure diſput. 33. memb. 6. num. 8.* Vgolin. *De irregular. cap. 17. num. 3.* Caiet. *2. 2. quæſt. 64. ar. 8.* Suarez *de cenſur. diſp. 45. ſect. 2. num. 1.* Filliuc. *tract. 24. cap. 4. quæſt 7. num 11.* Bonac. *de cenſur. diſp. 7. de irregular. quæſt. 4. pun. 8. nu. 35.* Nauar. *cap. 27. Manual. num. 220.* Henriquez *lib. 14. Sum. cap. 16. num. 1.* Martin. Ledeſ. *2. par. 4. quæſt. 28. ar. 2. De irregular.* Sayr. *lib. 7. de cenſur. cap. 2. num. 3.*

2 Et deſumitur ex Cap. *Suſcepimus* & Cap. *De cætero.* De *homicidio.* Et ex eiſdem tex. deſumitur ratio, nempe quia dum ſciret intentionem ſibi committentis nunciare, nunciando dedit operam rei illicitæ; & grauiter peccauit tanquam cauſa, & cooperator homicidij; nunciatio enim ipſius fuit cauſa, vt arctior iret ad inimicum, & expleret propoſitum occidendi. Hoc autem inducit irregularitatem ex dict. tex. ex toto fere titulo. De *homicid.*

3 Rurſus quamuis non ſciret intentionem occidendi, ſi tamen ſciebat inimicitiam erit irregularis. Deſumitur ex Doctoribus *num. 1.* citat. & Suarez *diſput. 45. De cenſur. ſect. 2. num. 3.* Et habet locum in hoc caſu ratio adducta in Cap. *fin.* De *homicid. in 6.* Quia licèt non ſciret intentionem occidendi; ſciebat tamen intercedere inimicitiam: vnde nunciando in culpa fuit, & debuit cogitare fieri poſſe, quod vellet moneri in hunc finem, vt iret ad occidendum. Ob quam rationem in dic. tex. ſtatuitur irregularitas, licèt in alio caſu. Rurſus nunciando aduentum inimici, fuit cauſa vt nunciatarius iret ad occidendum: vnde cum dederit cauſam homicidio ſubintrat diſpoſitio Cap. De *cætero* de *homicidio*, per quam ſtatuitur irregularitas pro dante cauſam homicidio.

4 Si verò neque ſciat intentionem nunciatarii, neque inimicitias, immunis erit ab irregularitate. Ita Doctores *nu. 1.*

citati,& tradunt,& deſumitur etiã ex illis Doctoribus, qui cũ cõmuni tradũt quod quãdo mors ſequitur præter intentionẽ, & per accidens ex actione licita, non cõtrahitur irregularitas, vt Henriq. *lib. 14. ſum. cap. 13. n. 4.* Auila *De cenſ. par. 7. diſp. 6. ſect. 3. dub. 5.* Reginal. *lib. 30. Praxi fori pœnit. cap. 12. num. 147.* Bonac. *diſp. 7. de irregularit. quæſt. 4. pun. 8. num. 34.* Nauar. *cap. 27. Manual. num. 227.* Vgolin. *de irregularit. cap. 18. §. 2.* Qui duo poſteriores tenent oppoſitum, quando actio, ex qua per accidens ſequitur homicidium non eſt licita.

5 Deducitur autẽ ex Cap. *Lator.* & Cap. *Dilectus.* & Cap. *Ex litteris* & Cap. *Significaſti 1.* & Cap. *Exhibita.* & Cap. *Ioãnes. De homicidio.* Ex quibus textib. homicidium non imputatur ei, qui non fuit in culpa, nec dedit operã rei illicitæ: & conſequenter nec etiam locum habet irregularitas, vt ibid. ſtatuitur. Qui enim neſciens malam intentionem iubentis nunciari, nec ſciens inimicitiam ei nunciat, nullo pacto eſt cauſa homicidij: & proinde nec in culpa; quia talis nunciatio poteſt eſſe etiam ad bonum finem, & de ſe nec eſt mala, nec inductiua ad occidendum, nec vllam connexionem habet cum occiſione, & ideo nec etiam inducit irregularitatem.

An ad vitandam damnum temporale, aut ob commodum notabile poſſit quis manere in proxima occaſione peccandi. Quæſt. 299.

S V M M A

1 *Opinio Io. Sanchez circa tollendam occaſionem proximam.*
2 *Occaſio proxima peccandi auferenda etiam cum damno notabili corporali.*
3 *Anima diligenda poſt Deum ſupra omnia.*
Anima rebus omnibus præferenda.
4 *Velle perſeuerare in proxima occaſione peccãdi eſt velle proprium peccatum.*
Scandalizatio quid ſit.
Inducit ad peccandum.
Peccatum non eſt elegibile.
5 *Propoſitum non peccandi non poteſt eſſe cum voluntaria proxima occaſione peccandi.*
Vera pœnitentia non compatitur affectum ad proximam occaſionem peccandi.
6 *Proxima occaſio peccandi non poteſt permitti: & ſi permittatur ob bonum &c. virtualiter eligitur.*
7 *Non patitur occaſionem proximam, qui poteſt tollere.*
Non excuſatur, qui poteſt tollere impedimentum.

1 IO. Sanchez *in ſelect. diſputat. de ſacramen. diſp. 10. num. 20.* docet, nõ eſſe negandam abſolutionem ei, qui non eſſet recuperaturus centũ aureos, quos mutuò dedit concubinæ, ſi eam domo expellat. Vel è contra ſi concubina non eſſet recuperatura centum ſibi debita ſi domum cõcubinarij deſereret et ſubdit. Imò ſi concubina nimis vtilis eſſet ad oblectamentum concubinarij, vulgo *Regalo*, dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tedio magno cõcubinarium afficeret, & alia formula ad id nimis difficilè adinueniretur; eijcere illam non erit concubinarius obligandus. Quia oblectamentum dictis circumſtantij conſideratum eſt maioris cõſiderationis, quàm quodcunque horum temporale, ob quod fas erit cuique de nouo admittere fœminã ad ſui famulatum, quantumcunque metuat labendi periculum; ſi aliam non adinueniat paris qualitatis in illis rebus, quæ ſibi ſunt maximè vtiles. Si enim ob hanc cauſam iam receptam expellere non conſtringitur, eodem iure de nouo admittere illam erit conceſſum. Ita Sanchez, quem nonnulli Recentiores ſequuti ſunt vt Diana *par. 2. tract. 16. Reſol. 45. init.* & nonnulli alij.

2 Sed hæc opinio directè pugnat cum verbis Chriſti. *Marci 9.* ibi Si *ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde eam. Bonum eſt ibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam.* Rurſus. *Si pes tuus te ſcandalizat, amputa illud. Bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam.* Item. *Si oculus tuus ſcandalizat te, eijce eum. Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quam duos oculus habentem*

mitti in gehennam ignis. Quibus Chriſtus ſignificauit, quod ea, quæ nobis ſint ſcādalo, atque adeo occaſio proxima peccandi ſunt auferenda cũ iactura pedis, manus, & etiam oculi, hoc eſt cum iactura notabili corporali: & à fortiori cum iactura notabili externorum bonorum. Vnde dicere, quod ne fiat iactura centum aureorum poteſt retineri concubina & conſequenter, & perſeuerare in proxima occaſione peccandi, aut ne concubinarius careat cibis delicatis, & cogatur ad eos quibus ægrè veſceretur, eſt contradicere citatis verbis Chriſti.

3 Confir. In ordine diligibilium ex charitate anima eſt præferenda cœteris omnibus rebus creatis corpori bonis externis, &c. vt proinde homo debeat diligere ſeipſum quantum ad animam poſt Deum ſupra quemcunque alium, vt cum communi ſententia docet D. Thom. 2.2. *quæſt. 26. ar. 4. in corp.* Imo etiam debeat diligere proximum quò ad animam magis quàm proprium corpus, & cõſequenter magis quàm alia bona creata, vt docet idem D. Th. *ead. quæſt. ar. 5. in corpore.* Vnde Luc. 12. 23. *Anima plus eſt quam eſſe, & corpus pluſquam veſtimentum*, & Matth. 6. 25. *Nonne anima plus eſt, quàm eſca, & corpus pluſquam veſtimentum?* Et proinde anima eſt rebus omnibus præferenda *l. Sancimus*, C. *De ſacroſanct. Eccleſ.* & Cap. *Præcipimus. 2. Quæſt.* 11. Ergo ne periclitetur anima ſicuti periclitatur quãdi quis perſiſtit in proxima occaſione peccandi, debent cœtera omnia poſponi, & anima tanquam magis diligibilis ex charitate debet à periculo iacturæ præſeruari, etiam ſi ſequatur iactura cœterorum omnium. Dicere autem, quod ne fiat iactura oblectamenti ciborum poteſt retineri concubina cum occaſione proxima peccandi, eſt dicere, quod plus eſt eſca quàm anima.

4 Prætereà velle perſeuerare in occaſione proxima peccandi, eſt ponere ſibi ſcandalum: & velle virtualiter proprium peccatum, quod ex tali ſcandalo ſibi poſito prouenit. Scandalizatio enim eſt inductio ad peccandum, vt docet *D.* Th. 2. 2. *quæſt. 43. ar. 1. in corpore*, & eſt ſcandalizatio per ſe quando de ſui ratione habet quod inducat ad peccandum vt notat *ibid.* D. Th. in *reſpon. ad 4.* Voluntas autem permanendi in occaſione proxima peccandi de ſui ratione inducit ad peccandum, quia directè vult occaſionem peccandi, & proinde talis voluntas eſt intrinſecè mala, & habet obiectum intrinſecè malum, nempe occaſionem proximam peccandi, in qua virtualiter eſt volitum peccatum, quod nullo modo eſt eligibile vt inquit D. Th. *ead. quæſt. ar. 7. ad* 5. Et proinde ex nullo fine, & circumſtantia poteſt honeſtari, vt reddatur licitè eligibile.

5 Atque hinc excluditur, quod aſſerunt Doctores oppoſitę opinionis. Nempè quod ſufficiat in eo, qui perſeuerat in proxima occaſione peccandi propoſitum non amplius peccandi. Quia huiuſmodi propoſitum non poteſt eſſe verum propoſitum non peccandi cum ſit ſimul cũ voluntate virtuali peccandi. Qui enim vult occaſionẽ proximam peccandi vult virtualiter peccatum, vt dictum eſt. Propoſitum autem verum non peccandi excludit etiam affectum ad quodcunque peccatum. Hinc dum remanet affectus ad occaſionem proximam peccandi, atq. adeo ad peccatum in ea virtualiter contentũ non adeſt vera pœnitentia. Cap. *Pænitẽtiã agere.* ibi. *Qui ſic alia deplorat, vt tamen alia committat adhuc pænitentiam agere, aut diſſimulat, aut ignorat*, & Cap. *Ille pænitentiam.* & Cap. *Pænitentes.* ibi. *Si ergo pænitet, cur facis, quod mala feciſti*, & Cap. *Qui admiſſa. De pænitent.* Diſt. 3.

6 Neque dici poteſt cum iiſdem *Doctoribus*. Quod non ſit velle occaſionem proximam peccandi, ſed permittere, cum non vitare occaſionem non oriatur, quia velit pœnitẽs in illa permanere, ſed quia velit nõ incurrere damnũ in vita, honore, & pecunia, quod abiecta occaſione obueniret. Quia non poteſt quis permittere, quod tenetur vitare, quia eo ipſo, quòd non vitat, cum poſſit, id illi imputatur, cum non faciat, quod tenetur facere. Deinde ideo perſeuerat in proxima occaſione peccati, quia vult non ſubire damnum in vita, honore, aut aliquo alio ex

bonis externis: & proinde habet pro fine conſeruationem illius boni in quo non vult ſubire damnum; & pro hoc fine aſſequendo eligit tanquam medium perſeuerantiam in occaſione proxima peccãdi. Hoc autem eſt velle talem occaſionẽ, cum media ſint poſitiuè volita, quando adeſt intentio finis, quia eliguntur pro illius aſſequutione. Rurſus ex eo, quod etiã ſolum permitteret occaſionẽ proximam deccandi, quam tamen tenetur auferre adhuc ſequitur, quod præferat animæ illud bonum, in quo non vult pati damnũ, & conſequenter, quod peccet contra charitatem, qua tenetur quis ſeipſum quò ad animam diligere.

7 Vnde nec etiam dici poteſt, quod non velit occaſionem proximam peccandi, ſed illam patiatur, nam cum debeat illam tollere etiam cum iactura illius boni, quod non vult amittere, & poſſit, non dicitur illam pati, ſed illam velle, & proinde non excuſatur, ſicut non excuſatur impedimento is, qui poteſt ipſum tollere. *l. Quibus diebus init. ff. De condit. & demonſtr.* & *l. Sed & ſi per Prætorem* §. 2. *ff.* Ex *quib. cau. ma.* et notant Bart. *ibid.* & in *dict. l. Quib. dieb.* Socin. *ibid. not.* 3. Dec. *in l.* 1. *in fine*. C. De *bonor. poſſeſ. ſecundum tab.* Cozadin. *conſil.* 38. *num.* 11. Crauet. *conſil.* 270, *num.* 3. Socin. iun. *conſil.* 76. *numer.* 89. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 792. *numer.* 15. Rota coram Mantica *deciſ.* 72. *num.* 2. & coram Seraph. *deciſ.* 1206. *num.* 1. et coram Penia *deciſ.* 570. *num.* 4.

An Decreta S. Rituum Congregationis ſuper cultu Beatificatorum comprehendant electos in Patronos. Quæſt. 300.

S V M M A

1 *Beatificati non poſſunt eligi in Patronos.*
Decreta ſuper cultu Beatificatorum non cõprehendunt electos in Patronos.
2 *Diſpoſitio non extenditur vbi eſt diſparitas rationis.*
3 *Diſpoſitio vniuerſalis non comprehendit priuilegiatos in eo, in quo ſunt priuilegiati.*
4 *Speciali nota digni ſunt exprimendi aut in ſpecie, aut in genere.*
Perſonæ inſignes aliqua prærogatiua ſunt ſpecialiter exprimendæ.
5 *Approbatio in Patronos concedit honores perſonarum.*
Conceſſio antecedentis, eſt conceſſio conſequentis.
6 *Conceſſio præcipui cultus eſt etiam conceſſio minoris.*
Argumentum à parte ad totum valet, ſi adſit identitas rationis.
7 *Idoneitas rationis extendit comprehenſiuè conceſſionem.*
8 *Dictio,* Veluti, *parificat.*
9 *Quod vni tribuitur, tribuitur etiam alteri ex parificatis.*
10 *Honor debetur excellentiæ, & ſecundum menſuram ipſius.*
11 *Obſeruantia declarat, quid in priuilegijs ſit conceſſum.*
12 *Cultus Perſonarum Beatificatorum in quo diuerſus à cultu Canonizatorum.*
Patroni Canonizati etiã poſt electi præcedũt Beatificatos.
Diuerſitas inducitur ex diuerſa qualificatione.
13 *Conceſſio, quod Reliquiæ reponantur in certo loco, in quo reponuntur in ordine ad cultum eſt etiam conceſſio cultus.*
Cõceſſio menſuratur à fine propter quem fit.
Et à conſuetudine ſecundum quam exercetur actus conceſſus.

1 PRocedit difficultas de Beatificatis, qui ſunt legitimè electi in Patronos, hoc eſt ex facultate conceſſa ab Apoſtolica Sede, ſeu electione ab ipſa poſtea approbata, quando non prohibebantur eligi in Patronos. Modo enim adeſt prohibitio, quod Beatificati tantũ non poſſint eligi in Patronos, emanata à S. Rituum Congregat. de ordine S.D.N. Vrbani VIII. *ſub die* 23. *Martij.* 1630. Suppoſita autem legitima electione in Patronos, reſoluendum eſt. *Decreta S. Rituum Congregat. ſuper cultu Beatificarum non comprehendere electos in Patronos quò ad illa loca, quorũ Patroni ſunt, & quò ad illum cultum, & honores, qui ſolent deferri Patronis.*

2 Ratio eſt. Quia dicta Decreta procedunt de ſimpliciter beatificatis, non autẽ de beatificatis habentibus aliàs ſpeciales

ciales prærogatiuas, qualis eſt qualitas Patroni. Vnde non debent ipſos comprehendere intra loca, quorum ſunt Patroni ob diſparitatem rationis iuxta doctrinam quam tradunt Io. Andr. *in Addit. ad Specul.* Tit. *De emphyteu. quæſt.* 4. Riminal. *conſil.* 12. *num.* 31. & 39. Aret. *conſil.* 35. *nu.* 4. Rota *deciſ.* 139. *num.* 8. *par.* 1. *Diuer.*

3 Cum enim in ea diœceſi, cuius ſũt Patroni, ſint ſpecialiter priuilegiati prærogatiua patroni non debent in eo, in quo ſunt priuilegiati contineri ſub vniuerſali diſpoſitione de Beatificatis iuxta cõmunem doctrinam, quod perſonæ priuilegiatæ non continentur ſub generali lege, ſed ſolum in eo, in quo non ſunt priuilegiatæ; quam tradunt Ancharan. *in Cap. Nemo De elect. in* 6. Menoch. *in Extrauag.* 1. *verbo Clericus. De ſentent. excommunic.* Felin. *in Cap. Ad aures. num.* 8. ver. *Eſt verum.* De *præſcript.* Caſtrenſ. *in l. fin. ff. De verbor. ſignificat.* Mohedan. *deciſ.* 23. *De renunc.* Rota coram Puteo *deciſ.* 139. *lib.* 12. & coram Mantica *deciſ.* 230. & coram Veral. *deciſ.* 83. *par.* 2. & coram Durano *deciſ.* 67. *num.* 7. & *deciſ.* 46. *num.* 10. & in Recent. *deciſ.* 464. *nu.* 3. *par.* 5.

4 Rurſus ex eadem Patroni prærogatiua ſequitur, quod iſti Beati ſint ſpeciali nota digni; vnde vt ſub præfatis decretis comprehenderentur, quò ad loca in quibus ſunt patroni, debuiſſet de ipſis fieri ſpecialis mentio, aut in genere, aut in ſpecie *l. Item apud Labeonem.* §. *Hoc edictum. ff.* De iniur. & *l. Eos* C. *De aquæd.* iuxta cõmunem doctrinam, quam tradunt Paris. *conſil.* 3. *num.* 3. & *conſil.* 12. *nu.* 63. *lib.* 1. Gozadin. *conſil.* 101. *num.* 16. Alex. *conſil.* 104. *in fine. lib.* 1. Craueta *conſil.* 180. *num.* 19. Afflict. *deciſ.* 111. *num.* 9. Et quò ad perſonas aliqua prærogatiua inſignes. Dec. *in Cap. Præterea. num.* 6. *in fine. De offic. deleg.* idem Paris. *conſil.* 23. *n.* 260. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 250. *num.* 59.

5 Et hæc quæ dicta ſunt ſpeciali ratione locum habent, ſi electione Beatificatorum in patronos approbata ſit à S. Rituum Congregat. cum conſenſu Sanctiſſimi; Tunc ad huiuſmodi approbationem venit in cõſequentiam, quod approbati etiam ſint conſueti honores, qui in tali loco deferuntur Patronis tanquam conſequentes ad dictam electionem, cum conceſſio antecedentis ſit etiam conceſſio conſequentis *l.* 2. *ff. De iuriſdic. om. iud.* vbi Bart. *num.* 5. Iaſ. ibid. Curt. iun. *num.* 7. Carocius alios citans *in Repet. Cap. Cum quid limit.* 4. *De regul. iur. in* 6. Menoch. *de recuper. poſſeſ. remed.* 6. *num.* 43. alios adducens. Quod habet locum etiam in materia, quæ exigit ſtrictã interpretationem, vt tradunt Iaſ. *in l. fin. num.* 44. *ff De conſtit. Princip.* Socin. ſen. *conſil.* 226. *circa fin. lib.* 2. Ruin. *conſil.* 153. *num.* 4. *lib.* 4. Gammar. *de legato lib.* 10. *num.* 22. Et dum conceditur electio in Patronum, conceditur in eadem conceſſione venerari poſſe electum vt patronum.

6 Imò ſi S. Congregatio cum beneplacito Sanctiſſimi concedat Beatificatis electis in Patronos præcipuos honores, & præcipuum cultum Patronorum, nempe recitationem Officii, & celebrationem miſſæ pro tota Ciuitate, & Diœceſis, cenſetur etiam concedere minores honores, non per extenſionem, ſed per comprehenſionem eiuſdem cõceſſionis, ob identitatem rationis, quæ facit, vt valeat argumentum à parte ad totum. *l. Illud init. ff.* Ad *leg. Aquil.* & *l. A Titio init. ff.* De *verbor. obligat.* Cantuin. *in Topica legali loco.* 6. Andr. Gammar. *in Dialect. leg. loco.* 5. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 174. *num.* 5. *par.* 1. *Recent.*

7 Finis enim huius conceſſionis, vt quoniam Beatificatus electus eſt in Patronum, poſſit etiam vt Patronus coli, atque adeo illi deferri totus ille cultus, qui Patronis deferri ſolet. Vnde cum S. Congregat. approbet electionem, approbat etiam rationem finalem electionis, & cõſequenter, quod deferatur totus ille cultus, qui Patronis deferri ſolet; & identitas rationis finalis facit, quod conceſſio comprehendas totum cultum deferri ſolitum Patronis *l. Scire etiam.* §. *Aliud. ff.* De *excuſat. tut.* & *l. Cum mulier. ff.* Soluto *matrimonio.* & *l. Hi, ſolis.* §. *Satis etiam cautè,* C. *De reuocan. donat.* & *l. Illud.* C. *De ſacroſac. Eccleſ.* & *Cap. Si poſtquam.* §. *Si verò.* De *elect. in* 6. notant Gloſ. *in Cap.* 1. *verbo.* Italia. *De temporib. ordinat. in* 6. Alexan. *in l. Peregre.* §. 1. ver. *Non obſtat. ff.* De *acquir. poſſeſ.*

poſſeſ. Imola *in l. Si vero.§. De viro. num.* 14. *ff.* Soluto *matrim.* Rolan. *conſil.* 27. *num.* 8. *vol.* 1. Socin. iun. *conſil.* 3. *num.* 82. *lib.* 1. Tiraquel. *in l. Si vnquam verbo.* Libertin. *num.* 45. Craueta *conſil.* 133. *num.* 3. Riminal. iun. *conſil.* 67. *numer.* 17. Calderin. *conſil.* 1. *init.* Vt *lite penden.* Rota coram Puteo *deciſ.* 55. *nu.* 3. *lib.* 3. & *deciſ.* 246. *n.* 5. *par.* 4. Recent.

8 Quod amplius vrget cũ S. Congregatio in approbatione huiuſmodi electionis æquiparet Beatificatorum electum in patronũ in recitatione Officij, & celebratione miſſæ, atque adeo in cultu exhibendo cœteris Patronis, vt ſi concedar celebrari Officium, & miſſam, veluti de alijs Patronis celebratur, aut alia ſimili clauſula. Talis enim dictio, *Veluti,* inducit ſimilitudinem, & æquiparationem, vt obſeruant Dinus *conſil.* 41. *num.* 3. Calderin. *conſil* 153. *aliàs* 8. *De verbor. ſignificat.* Menoch. *pręſumpt.* 52. *num.* 6. *lib.* 4. Hac enim clauſula S. Congregatio declarat, intentionis ſuæ eſſe; vt electus in Patronũ ad inſtar cœterorum Patronorum colatur.

9 *Stante* verò hac æquiparatione reſultat conceſſio totius cultus, & honorũ omnium, qui cœteris tanquam patronis exhibentur; & conſequenter expoſitio Reliquiarum, & earumdem delatio in proceſſionibus &c. cum ea natura æquiparatorum ſit, vt quod tribuitur vni tribuatur etiam alteri in eo, in quo ſunt æquiparata *l.* 2. *ff.* De *legat.* 1. & notant Bart. *ibid.* Ripa, & cœteri. Abbas *conſil.* 75. *n.* 6. *ver. Præterea lib.* 1. Ruin. *conſil.* 10. *nu.* 11. *lib.* 3. Paris *conſil.* 22. *numer.* 42. *lib.* 2. Menoch. *conſil.* 159. *num.* 49. Euerard. *in Topica loco à ratione leg. larga. num.* 52.

10 Quinimò eo ipſo, quod S. Congregatio concedit alicui ex Beatificatis dignitatem & excellentiam Patroni, ex natura rei fiunt ipſi debiti honores, qui Patronis ſolent exhiberi. Honor namque debetur debito morali conſtitutis in dignitate ratione excellentiæ, vt docet D. Th. 2. 2. *quęſt.* 102. *ar.* 2. *ad.* 2. Et ſecundũ diuerſas excellẽtias debetur diuerſus honor, vt idem D. Th. *ead.* 2. 2. *quęſt.* 81. *ar.* 4. *in corpore.* Vnde non eſt in poteſtate alicuius priuare aliquem honore debito ipſius prærogatiuæ, et dignitati, quia eſſet contra debitũ morale. Vnde non eſt omnino veriſimile, quod S. Congregatio nõ concedat honores, et prærogatiuas conſuetas Patronorum, quando concedit dignitatem, et excellentiam Patroni.

11 Et eo magis ſi obſeruantia ſubſequuta ita declarauerit conceſſionem S. Congregat; quia hæc declarat quid in Priuilegiis ſit conceſſum, vt notant Craueta *conſil.* 211. *num.* 8. Caſtrens. *deciſ.* 347. *num.* 4. *lib.* 1. Rota coram Mantica *deciſ.* 320. *num.* 5. & *deciſ.* 24. *nu.* 8. *par.* 3. Recent. Huius enim obſeruantiæ tanta eſt vis, vt præferatur cuicũque interpretationi, quæ aliàs verior eſſet, & magis conformis iuri, vt tradunt Honded. *conſil.* 92. *num.* 30. *lib.* 1. Beltramin. *ad deciſ. Ludouiſ.* 184. *nu.* 8. Rota coram Buratto. *deciſ.* 944. *num.* 6. et in *Barcbinonẽſi Canonicat.* §. *Nec prædicta.* 15. *Decem.* 1645. coram Rojas. Et ideò ſtante tali obſeruãtia manifeſtũ fit, quod Decreta præfata S. Congreg. nõ habeant locum quò ad Beatificatos electos in Patronos.

12 Neque obſtat, quod cultus, qui exhibetur beatificatis debeat eſſe diuerſus à cultu, qui exhibetur Canonizatis. Quia adhuc ſaluatur huiuſmodi diuerſitas, ſiquidem Canonizati poſſunt eligi in Patronos abſque ſpeciali licentia, et illis deferri vbique cultus, qui defertur Beatificatis Patronis in loco Patrocinij. Beatificati verò ſine ſpeciali licentia non poſſunt eligi. Imò in loco quoque patrocinij cultus Patronorum Beatificatorum diuerſificatur à cultu Patronorum Canonizatorũ: nam in honoribus publici Canonizati præcedunt Beatificatos, etiam ſi hi prius ſint electi in Patronos ex declaratione S. Rituum Congregat. in vna Neapolitana *die* 8. *Iunij.* 1641. & confirmata ab Vrbano VIII. ſub *die* 2. *Octobris eiuſdem anni* 1641. Vnde cum in iſto cultu tribuatur præcedẽtia Canonizatis, adhuc diuerſimodè qualificatur, et proinde ſufficit ad inducendam diuerſitatem, iuxta ea, quæ tradunt Berous *conſil.* 142. *num.* 11. *lib.* 3. Ruin. *conſil.* 114. *num.* 1. *lib.* 5. Riminal. *conſil.* 129. *num.* 4. *lib.* 3.

13 Ex dictis deducitur. Quod in ali-

quo

quo loco Reliquiæ Patronorum reponantur in aliquo ſpeciali loco deputato non ſolum pro conſeruatione, ſed etiam pro veneratione vt ſcilicet exponantur, deferantur in Proceſſionibus, vt fit in Eccleſia Cathedrali Neapolitana, vbi in Capellam magnificentiſsimè ornata, quæ vocatur Theſaurus conſeruatur Reliquiæ Protectorum, exponuntur, & deferuntur in Proceſsionibus. Si Pontifex, aut S. Congregatio concedat reponi in eodem loco Reliquias Patronorum Beatificatorum, cenſetur conceſſa expoſitio, delatio in proceſſionibus, et omnes cœteri actus, qui tendunt ad cultum, et ſolent exerceri circa Reliquias Patronorū Canonizatorum. Cum enim obſeruantia notificet finem | repoſitionis dū Pontifex conceſsit, quod Reliquiæ alicuius Patroni Beatificati reponantur in tali loco tanquā Reliquiæ Patroni cenſetur indulgere ſecundū naturam eiuſdem repoſitionis, et iuxta finem, propter quem reponuntur iuxta *l. Quæro. §. Inter locatorem. ff. Locati.* & *l. Si ſtipulatus. ff.* De *vſur.* & *l. 1. §. Si quis ſub conditione. ff.* Vt *leg. nom. ciui.* et iuxta ea, quæ tradunt Dec. *in l. In omnibus obligat. num. 5. ff.* De *reg. iur.* Affict. *deciſ.* 307. *nu.* 21. Alciat. Reg. 3. *præſumpt.* 32. *numer.* 1. Bart. *in l. Quidem cum filium. ff.* De *verbor. obligat.* Iaſ. *num.* 21. Menoch. *præſump.* 10. *num. 1. lib.* 6. Atque adeo etiam in ordine ad conſuetudinem exponendi, et deferendi in proceſſionibus iuxta tradita per Dec. *in l. Semper in ſtipulationibus. num. 8. ff. De regul. iur.* per illum tex. Socin. ſen. *conſil.* 196. *lib.* 2. Menoch. *præſumpt.* 38. *num.* 9. Curt. iun. *conſil.* 171. *num.* 4. ver. *Ex præmiſſis.*

14 Et ità declarauit S. Rituum Congregatio, vt conſtat ex litteris miſsis ſub die 25. Martii 1660. ad Eminentiſſ. Cardinalem Filomarinum Archiepiſcopum Neapolitanum. ibi. S. eadem Congregat. Em. V. ſignificandum duxit, Decretum huiuſmodi quò ad expoſitionem et delationem Reliquiarum non comprehendere Beatos illos, quorum electioni in Patronos locorum Apoſtolicæ Sedis acceſſit auctoritas, &c. Ex qua declaratione conſtat non fuiſſe mentem S. Congregat. in illis Decretis comprehendere Beatos in Patronos auctoritate Apoſtolica electos quò ad illos honores qui tribuuntur Patronis. Quæ autem in toto hoc volumine dicta ſunt, omnia S. R. E. cenſuræ ſubiicio et nihil approbare intendo, quod ab ipſa reprobatur.

FINIS.

Cum ad manus prouenerit allegatio quædam Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Aloyſij Pappacodæ Lycienſis Eccleſiæ Epiſcopi vigilantiſsimi, cuius virtutum ſplendor vbique irradiat, in qua neruosè, & profundè ſuper cultu Sanctorum hominum memoriam excedente dixerit, & rem totam radicitus explicat, operæ pretium duxi, ſi eam tibi Auctuarij loco exhiberem benigne Lector. Plurimum enim vtilitatis ex hac eius lucubratione percipere poteris, & diſcere quantæ doctrinæ ſit vir iſte, atque eccleſiaſticæ eruditionis.

LYCIEN-

LYCIENSIS
CORAM
SACRA RITVVM
CONGREGATIONE.
PRO

Obtinenda confirmatione Sanctorum Iuſti Martyris, Orontij, & Fortunati Epiſcoporum, & Martyrum in Patronos.

Illuſtriſſimi atque Reuerendiſſimi Aloyſij Pappacodæ Epiſcopi Lycienſis.

SVMMA.

1 *Qui ſcripſerint de Sanctis Protectoribus Ciuitatis Lycienſis.*
2 *Traditio de eorundem ſanctitate.*
3 *Cum ſignis ſanctitatis depicti.*
4 *In publicis precibus inuocati.*
5 *Templa, & altaria in eorundem honorem erecta, & Miſſa celebrata.*
6 *Feſtiuitates ſolemnizatæ.*
7 *Reliquiæ ſeruatæ.*
8 *Sanctis canonizatis, qui honores tribuantur.*
9 *Sancti ex antiqua conſuetudine venerantur.*
Immemorabilis dat titulum iuſtum, & meliorem omnibus.
Etiam in reſeruatis Principi.
Habetur pro veritate.
10 *Titulus immemorabilis ſanctitatis optimus.*
11 *Titulus ſanctitatis immemorabilis admiſſi ab Vrbano VIII.*
12 *Cultus notorius erga Sanctos ſupponitur notus Pontifici.*
13 *Noui Sancti non poſſunt deſcribi in Martyrologio.*
Cultus Sanctorum particularium Eccleſiarum permiſſus.
14 *Feſta etiam localia, de quibus fit officium in Martyrologio primo loco legenda etiam ſi ipſi non ſint inſerta.*
15 *Etiamſi Sancti non ſint canonizati.*
16 *Concluſio Lectionis Martyrologii refertur etiam ad ſanctos, qui coluntur in Eccleſiis particularibus.*
17 *Sancti coluntur etiam de conſuetudine particulari Eccleſiarum.*
18 *Etiamſi non ſint deſcripti in Martyrologio.*
19 *Diſpoſitio generalis ex ratione particulari reſtringitur.*
Reſcripta accipienda iuxta communes regulas.
20 *Conſuetudini celebrandi feſta ſolemnia non derogatur, &c.*
21 *De non canonizatis non poteſt recitari officium.*
22 *Ordinarij non poſſunt introducere noua officia.*
Immemorabilis conſuetudo ſubſiſtit pro feſtis non canonizatorum.
23 *Conſuetudo venerandi non canonizatos ab initio Eccleſiæ ortum habuit.*
24 *Antiquitus martyres canonizabantur ab Epiſcopis.*
25 *Martyres ſtatim poſt paſſionem venerati.*
26 *Ab initio Eccleſiæ ſacrificia in honorem martyrum collata, & Eccleſiæ erecta.*
27 *Sacrificia quotannis nomine martyrum offerenda.*
28 *Canonizatio Sanctorum fuit prius introducta quo ad Martyres, quàm quo ad Confeſſores.*
29 *Nullus adoratur pro Sancto niſi canonizatus à ſede Apoſtolica poſt Decreta Alexan. III. & Innoc. III.*
30 *Ante prædicta decreta aliqui Sancti fuerunt à ſummis Pontificibus canonizati.*
31 *Mos canonizandi tam Martyres, quàm Confeſſores per Concilium Synodale, & Prouinciale.*
32 *Conſuetudo colendi Sanctos non canonizatos à ſede Apoſtolica non ſubiacet periculo falſi cultus.*
33 *Cultus exhibitus viris impijs fuit manifeſtatus*

tui particulari Dei prouidentia.
34 *Rec geſta ab Apoſtolis non fuerunt omnes ſcripta à D. Luca.*
35 *Quinam fuit Iuſtus de quo hic.*
36 *Paulus Regius primum ſcripſit vitam Iuſti, & Orontij.*
37 *Vnde illam collegerit.*
38 *Et adhibita fides pro ſanctis antiquis.*
39 *Sacra Rituum Congregatio admiſit auctoritatem Pauli Regij.*
40 *Diſcipuli Pauli fuerunt innumeri.*
41 *Sacra Rituum Congregatio S. Riccardum in Martyrologium inferri iuſſit.*
42 *Multi codices antiqui iacturam paſſi ſunt.*
43 *Eccleſia Lycienſis aliquando non celebrauit Feſtum Sanctorum Iuſti, & Orontii.*
44 *Talis omiſſio celebrationis fuit iubente Epiſcopo, & renuente Capitulo.*
45 *In celebratione Sanctorum conſulenda eſt Sacra Rituum Congregatio.*
46 *Praiudicium Capituli Lycienſis hic.*
47 *Decretum Clementis VIII. ſuper veneratione non comprahendit Sanctos antiquos.*
48 *Sancti qui per immemorabile tempus coluntur debent manuteneri.*
49 *Non poſſunt eligi in Patronos Sancti quos vniuerſalis Eccleſia non veneratur.*
50 *Ad quos Sanctos ſe extendat Decretum.*
51 *Motiua qua habuit Ciuitas Lycienſis in hac ſupplicatione.*
52 *Decretum Sacra Rituum Congregationis pro veneratione Sanctorum Iuſti, Orontii, &c.*

VT Eminentiſſimis Patribus Sacrę Rituum Congregationis, pateat Iuſtitia Ciuitatis, & Capituli Lycienſis ad obtinendum, vt Sancti Iuſtus Martyr, & Orontius ipſius Ciuitatis Primus Epiſcopus, & Martyr in ſuos Patronos antiquos, quatenus opus ſit, ab eis confirmentur, & D. Fortunatus Orontij Nepos, & in Epiſcopatu immediatus ſucceſſor, in nouum Patronum benignè concedatur, ex cauſis in eadem Sacra Congregatione deductis, infrà commemorandis.

1 Sciendum eſt, quod præter illa, quę de his Sanctis ſcripſerunt Paulus Regius Epiſcopus Vici Equenſis, Antonius Beatillus è Societate Ieſu, in vita Sanctæ Irenes Virginis, & Martyris, cap. 7. in annot. Philippus Ferratius in noua Topographia in Martyrologiū Romanum, verbo, Aletium, & in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, in menſe Auguſti, octauo Kal. Septembris, in annot. qui Auctor laudibus extollitur à doctiſſimo, & eruditiſſimo Lezana conſult. 2. num. 23. & 46. ac tandem Iacobus Antonius Ferrarius Patritius Lycienſis in deſcriptione Corinthi, quam anno 1552. confecit, & in Paradoxica Apologia rationum Ciuitatis Lycij: cuius vtrumque Opus manuſcriptum legitur, ex Proceſſu in Curia Epiſcopali Lycien. ad inſtantiam ipſius Ciuitatis, & Capituli inſtructo conſtat, ab immemorabili tempore.

2 Primò, hos tres Sanctos in eadem Ciuitate, imò Iuſtum, & Orontium etiam in Prouincia Hydrūtina, ſemper pro Sanctis habitos eſſe, & tales fuiſſe vocatos, & immemorabilem traditionem eſſe, Iuſtum à Paulo Apoſtolo Corinthi degente Romam miſſum ad oras maritimas Lycienſes appuliſſe, & Orontij Hoſpitem fuiſſe, eumque, ac Fortunatum, aliosue illis ſanguine coniunctos ad Fidem Catholicam conuertiſſe, ac baptizaſſe, ad Vrbem deinde acceſſiſſe, & ab ea expeditum, Liciumquè reuerſum quamplurimis alijs ab Orontio cathechizatis Baptiſmum quoque contuliſſe, & cum ipſis Orontio, ac Fortunato Corinthum rediſſe, ibique à Paulo Apoſtolo Orontium Epiſcopum Lycienſem creatum eſſe, & ipſum Iuſtum ad prædicandum Euangelium ei Socium datum fuiſſe, hoſque omnes Lycium repetiiſſe, ibique, & in tota Prouincia Fidem Catholicam propagaſſe, & tandem ipſos Iuſtum, & Orontium Neroniana vigente contra Chriſtianos perſecutione, die vigeſimaſexta Auguſti, quarta Dominica eiuſdem menſis, anno ſexageſimo octauo, variis cruciatibus ſimul Martyrio coronatos, ad Cœlum euolaſſe, & Fortunatum in Epiſcopatu Orontio ſucceſſiſſe, Martyriumque quoque paſſum eſſe.

3 Secundò, ſemper cum ſignis Sanctorum eorum Imagines depictas, & Statuas erectas fuiſse.

4 Tertiò, in publicis Deo exhibitis precibus inuocatos illos eſse, præſertim Diuum Orontium, ad cuius Eccleſiam

Pro-

proceſſionaliter pro pluuia impetranda accedere conſuetum fuiſse, & ipſum Orontium, ac Iuſtum ſemper, vti ſuos Patronos, eandem Ciuitatem exiſtimaſse, ac coluiſse.

5 Quartò, in honorem Sanctorum Iuſti, & Orontii Templa, & Altaria Deo dicata eſse, ac inter antiquos Eccleſiæ Cathedralis Lycienſis Canonicatus, alterum ſub ſancti Iuſti, alterum verò ſub ſancti Orontii titulo ab immemorabili tempore eſſe fundatos, & in Ciuitatis Monopolitanæ Territorio Prouinciæ Barenſis adeſſe Eccleſiam ſub inuocatione Sancti Orontii, quàm Alexander Tertius inter Eccleſias in Iuriſdictionis confinibus Epiſcopatui eiuſdem Ciuitatis aſſignatas recenſuit in ſua Bulla expedita anno 1180. originaliter in illo Epiſcopali Archiuio ſeruata, cuius exemplar in Proceſſu eſt deductum, vna cum ſcripta atteſtatione iuramento roborata Syndici, & aliorum de Regimine eiuſdem Ciuitatis, ab immemorabili tempore hoc Templum ibidem conſtructum inſpici, & in eo ſemper Miſſam celebratam eſſe, & nunc celebrari. Conſtat etiam ex ſimplici auditu teſtium aliquas Eccleſias antiquiſſimas ſub eodem ſancti Orontii titulo in aliquibus locis Prouinciæ Hydruntinæ conſtitutas eſſe. In honorem verò ſancti Fortunati in eadem Cathedrali Lycienſi immemorabile Altare fuiſſe erectum cum duobus beneficiis in eo, ſub ipſius Sãcti titulo inſtitutis, quorum collationes vltra centum annos, nempè anno 1494. vna, anno verò 1551. altera, ex Actis antiquarum viſitationum Marci Antonii Ptolomei, & Io. annis Baptiſtæ Caſtromediani Epiſcoporum Lycienſium apparent; ex quo longè ante ea erecta fuiſſe arguitur; Licèt idem Altare, quia vni ex ipſius Eccleſię Columnæ hærebat, & ideò illi impedimento erat, Præſulis tunc temporis iuſſu fuerit demolitum, Miſſarum eorumdem Beneficiorum oneribus in alia Altaria eiuſdem Eccleſiæ translatis.

Quintò, in SS. Iuſti, & Orontii memoriam Miſſæ Sacrificium Deo fuiſſe oblatum.

6 Sextò, dicta quarta Dominica Auguſti ſemper in ipſorum Sanctorum Iuſti, & Orontii honorem ſingulis annis vſque ad annum 1640. Feſtum ſolemniter cum Miſſa ſolemni, & Officio ſub ritu duplici cum Octaua de Comm. plur. Mart. (confirmato deinde in Diœceſana Synodo Lycienſi anno 1628. celebrata) Concione, & multoties aſſiſtentibus Syndico, & Decurionibus in forma Ciuitatis; in ſignum, quod eos vti Patronos venerabantur, celebratum fuiſſe, & eadem die Nundinas celebres habitas eſſe, & nunc haberi.

Septimò, Sanctorum Iuſti, & Orontii pignora, ex immemorabili traditione, in ſuis Eccleſiis extra Ciuitatem Lycii olim erectis antiquitus ſeruata, ob bella, ad Cathedralem Eccleſiam translata, ſub eius pauimento eſſe recondita; ſed quo eius loco, ignoratur.

7 Ex quibus omnibus clarè apparet, hos Sanctos, præſertim Iuſtum, & Oronrium præditos eſse omnibus illis ſeptem honoris qualitatibus, quas Sanctis tribui ſolere docet *Bellarm. controu. tom. 1. controu. 7. general. de Beat. & Sanct. lib. 1. c. 7. verſ. ad ſeptimum*, qui infra *cap. 10. verſ. quantum ad tertium*, tradit quoque, quod, vt pro talibus habeantur, ſufficeret, vel in eorum honorem Templa, & Altaria tantum Deo eſse conſtituta, cùm illa publicum cultum nomine Eccleſię denotent, & erectio Altaris cum Imagine alicuius Sancti ſignum ſit Canonizationis; Canonizatis enim tantùm Eccleſia ea permittit, vt ex *Petro Damiano* docet *Baronius Annal. tom. 10. anno 993. §. Non eſt autem, verſ. Concedere*, quem refert, & ſequitur *Molfeſ. conſ. 45. num. 32.* Vel, Sacrificium in illorum memoriam Deo eſſe oblatum, quod magis, ac præcipuè ipſum nomine Eccleſiæ cultum confirmat; cùm nullum in ea adſit Sacrificium, quod non ſit commune à Deo inſtitutum, & Templa, & Altaria ad ipſum referantur; *Bellar. loc. cit.*

9 Non obſtat, quod prædicti Sancti non ſint à Sede Apoſtolica canonizati, neque eis ab Eccleſia Vniuerſali hi honores exhibeantur.

Quia reſpondetur; quod ne dùm Ec-

cleſiæ particulares, ſed etiam Eccleſia Vniuerſalis venerantur Sãctos antiquiores, non ex vi Legis, vel alicuius Decreti Summorum Pontificum, ſed ex antiqua Conſuetudine, cum expreſſo, vel ſaltem tacito Sedis Apoſtolicæ conſenſu, ſine quo illa nulla eſſet, vt in terminis *Bellarm. loc. cit. cap. 8. in fine ex Diuo Thoma 1. 2. quæſt. 97. art. 3.* quem ſequitur *Molfeſ. conſ. 46. num. 12.* & latè P. *Lezana d. conſult. 2. num. 11. & ſeqq.* Vbi in propriis terminis Sanctorum ſuæ Religionis Carmelitanæ, qui à Sede Apoſtolica non fuerunt canonizati, ſed ex antiqua conſuetudine ab eadem Religione coluntur, probat hanc Conſuetudinem ſufficere, vt eorum feſta celebrentur, & Officium recitetur.

Verùm hæc conſuetudo debet eſſe immemorabilis, prout eſt in caſu noſtrorum Sanctorum, quia ea probata, cenſetur probatus iuſtus titulus *cap. 1. ad finem, de præſcript. in 6. Maſcard. de probat. concl. 1229. num. 8. & concl. 1377. nu. 16. 22. 24. 36.* & præcipuè *num. 49.* & iuſtitiam permanentem habere cenſetur. *Maſcard. ead. concl. 1377. num. 20.* & tituli defectum ſupplet, *Couar. de præſcript. par. 2. §. 3. num. 9. verſ. Primum*, & Titulus ex ea inſurgens præſumitur Iuris, & de Iure, & non admittit probationem in contrarium, ſecundum communiorem opinionem, vt ex innumeris DD. probat *Gabriel. comm. concl. de preſcript. concl. 1. num. 5. præſertim in fine, Sperell. deciſ. 37. num. 15.* ita vt alius Titulus non requiratur. *Gabriel ibidem num. 4. & 47. Rot. Rom. deciſ. 977. num. 4. par. 1. deciſ. 11. num. 2. & 3. par. 2. & deciſ. 631. num. 3. in fine par. 4. recent.* Et hic titulus dicitur melior de Mundo, vt docet eadem *Rot. deciſ. 654. num. 1. par. 2. & deciſ. 150. num. 4. par. 6. recent. & apud Peniam in deciſ. impreſſis deciſ. 137. num. 2. & deciſ. 377. num. 71. Sperell. d. deciſ. 37. num. 13.* & habet vim Priuilegij, *eadem Rot. deciſ. 977. num. 4. par. 1. deciſ. 389. num. 3. par. 3. & deciſ. 942. num. 2. par. 4. recent.* quidquid Paulus Rubeus *ad deciſ. 14. num. 20. par. 3. recent.* dicat, nempè, quod non ſit ſimpliciter verum, quod immemorabilis ſit melior titulus de Mundo, & habeat vim Priuilegii, quia Rota paſſim contrarium docet, vt ait *Sperel. d. deciſ. 37. num. 13.* & habet locum etiam in reſeruatis Principi *l. hoc iura, §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æſtiu. cap. ſuper quibuſdam §. præterea, & ibi gloſ. verbo Non extat memoria, de verb. ſignif. Maſcard. d. concl. 1377. num. 23. Gabriel. loc. cit. num. 3. Rota d. deciſ. 11. num. 2. p. 2. recent. & alibi*, vt tradit *Sperell. d. deciſ. 37. num. 5.* Et Immemorabilis, ac Priuilegium Apoſtolicum pari paſſu ambulant *Rot. deciſ. 614. num. 2. par. 2. recent. Sperell. loc. cit. num. 6.* & ita habetur pro veritate, vt non requiratur ſcientiæ Principis probatio ſecundum opinionem receptiorem, de qua *Alex. conſ. 6. col. 2. lib. 1. notabiliter Decius conſ. 2. lib. 1.* vbi multis exornat, & *conſ. 272. num. 3. ac conſ. 341. num. 14.* & ex curſu tanti temporis præſumitur iuſtus vſus, & quod interceſserit auctoritas, & conſenſus Pontificis, ex Iuribus congeſtis *à Rot. d. deciſ. 11. num. 3. & à Sperell. d. dec. 37. num. 10.*

10 Et in terminis immemorabilis tituli Beatitatis acquiſiti ante decretum Alexandri Tertij *in cap. Audiuimus de Reliq. & Veneratione Sanctorum*, infra citando, illum eſse meliorem de mundo, tradit *Scacch. de Cult. & Veneratione Sanctorum ſect. 1. cap. 8. verſ Si vero titulum Beatitatis fol. 49. littera C.*

11 Sed efficacius in terminis noſtri adeſt Conſtitut. Vrban. VIII. quæ incipit, *Sanctiſsimus, edita 4. Aprilis 1625.* vbi Summus Pontifex, poſtquam prohibuit Venerationem, & cultum hominum, qui obierint cum fama Sanctitatis, vel Martyrii, à Sede Apoſtolica non Canonizatorum, nec Beatificatorum, ſubdit hęc verba: *Declarans, quod per ſupraſcripta præiudicare in aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut Patrum, Virorumque Sanctorum ſcripta, vel longiſsimi temporis ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicę, vel Ordinarij coluntur*, quod tempus longiſſimum, illiuſue immemorabilem curſum, idem Vrban. VIII. in ſua Conſtitutione, quæ incipit, *Cæleſtis Ieruſalem, edita 5. Iulij 1634.* declarauit, debere eſse illud, quod excedit metam centum annorum. Sufficit ergo pro Venera-

nera-

neratione Sanctorum, Immemorabile tempus, ſeu ſcientia, ac tolerantia Sedis Apoſtolicæ, vel Ordinarii, vltra centum annos.

12 Et hæc ſcientia, ac tolerantia magis præſumitur, quando hic cultus adhibitus eſt notoriè, quia tunc veriſimile eſt, Summum Pontificem illum ſciuiſſe, *Capic dec. 4. n. 30.* quem citat, & ſequitur *Menoc. de præſumpt. præſump. 132. n. 71. in fine*, & multò magis præſumitur ſcientia, ac tolerantia Ordinarii, quando hic cultus publicè eſt exhibitus in locis ſuæ Iuriſdictionis, cùm non ſit veriſimile, quod res tanti ponderis, quæ publicè fit, ab eo fuerit ignorata; & ex dict. Conſt. Vrb. VIII. *Sanctiſſimus*, alternatiuè ſufficit ſcientia Sedis Apoſtolicæ, aut Ordinarii ob dictionem, *Vel*, quæ ex ſui natura, maximè quando inter diuerſa replicatur, eſt diſiũctiua, ſeũ alternatiua, *Barboſ. tract. var. tit. de diction. vſufreq. dict. 414. num. 1. 2. & 3.* & ſufficit, vt vna pars verificetur. Quæ omnia procedunt tàm de conſuetudine, qua Sancti coluntur ab Eccleſia Vniuerſali, quàm de ea, qua illos venerantur Eccleſiæ particulares, vt diximus, etiam ſi in Kalendario, & Martyrologio Romanis nõ ſint deſcripti, vt expreſsè hoc probatur.

13 Primo ex Conſt. Greg. XIII. quæ incipit, *Emendato iam Kalendario*, impreſſa in principio Martyrologii à Cardinale Baronio notis inſtructi, vbi Summus Pontifex poſtquam decreuit, vt in peragendo Diuino Officio de Sanctis in Choro, illud tantùm Martyrologium adhibeatur; nè exiſtimetur, vt perpendit Lezana in terminis *d. conſul. 2. num. 23.* non poſſe fieri Officium de Sanctis in ipſo Martyrologio non appoſitis, ita ſubdit *(Si quos alios habuerint Sanctos in ſuis Eccleſÿs, aut locis celebrari ſolitos, eos in hunc librum nè cenſeant, ſed ſeparatim deſcriptos habeant)* ex cuius Conſtitutionis verbis elicitur, vt ait *Sebacchus de Cultu, & Vener. Sanct. ſect. 11. c. 4. verſ. verùm contra hoc*, à Gregorio prohibitum eſſe conſcribi in hoc Martyrologio nomen cuiuſuis Sancti, licèt de eo in aliqua Eccleſia Officium recitetur, quia aliud eſt legitimo loco legi, aliud eſt nomen eiuſdem imprimi; illud enim reſpicit horarũ Canonicarum recitationem, & Veſperas illius diei, vnde vbi aliquod Officium Veſperarum dicitur, ex Rubrica primo loco legi debet in Martyrologio; licèt in lectione ipſius Martyrologii eiuſdem diei vltimum locum, aut nullum haberet; hoc verò, nempè imprimere nomen illius in eodem Martyrologio, reſpiceret quamdam extentionem cultus, quod nemini, abſque Sedis Apoſtolicæ conſenſu, nec Epiſcopis permittitur. Et propterea verum eſt, ſubdit *Scacchus loc. cit. verſ. ſeq. qui incipit, argumentum*, non valere argumentum ad effectũ Canonizationis à recitatione Officii ad impreſſionem in Martyrologio, quamuis, ſi Officium conſtaret recitari de licentia Sedis Apoſtolicæ, eſſet validum argumẽtum ad extenſionem cultus Sancti, de quo recitatur in particulari Eccleſia, & propterea in Martyrologio poſset deſcribi de licentia eiuſdem Sedis, ad quam pertinet extollere, & extendere cultum Sanctorum *Lezan. loc. cit. num. 7.*

14 Secundo probatur ex *Rubrica ipſius Martyrologÿ* §. 4. in qua hæc habentur verba: *Feſta; de quibus eodem ſit Officium, ſemper primo loco ponuntur, quod etiã ſeruandum erit & in Feſtis mobilibus, quæ pronuncianda ſunt, vt infra dicetur, & in Sanctis proprÿs particularium Eccleſiarum in hoc Martyrologio non appoſitis, qui in ÿs tantùm Eccleſÿs, & locis, vbi præcipuè eorum memoria celebris habetur, legi poterunt etiam primo loco, ſi de illis ibidem agatur, ſi verò non agitur, poſt Sanctos in hoc Martyrologio deſcriptos, ordine ſuo; videlicet, Martyres, poſt Martyres Confeſſores poſt Confeſſores, & Virgines poſt Virgines.*

15 Et licèt *Scacchus loc. cit. d. ſect. 11. c. 4. in fine* dicat, hanc Rubricam debere intelligi de Sãctis Canonizatis, vel receptis ab Eccleſia Romana vt Canonizatis, tamen, pace tanti Viri, ſi quod ipſe tradit, verum eſſet, ijdem Sancti fuiſſent deſcripti in ipſo Martyrologio, & per totam Eccleſiam Vniuerſalem colerentur; igitur intelligenda eſt de Sanctis, de quorum Canonizatione non conſtat, ſed de Conſuetudine in aliquibus Eccleſiis coluntur. Imò ipſe Scacchus ibidẽ [illegible] affirmat ex ea.

ex eadem Rubtica poſſe ob hanc Conſuetudinem in particularibus Eccleſiis legi in Martyrologiis Sanctorum nomina, qui in illis coluntur, & negat poſſe eorum cultum per Vniuerſalem Eccleſiam extendi, ipſos in Martyrologium prędictum, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, inſerendo.

16 Accedat quod in eadem *Rubrica Martyrologij §.5.* præſcribitur, vt quęlibet lectio quotidiana debeat terminari his verbis: *Et alibi aliorum plurimorum Sanctorum, & Confeſſorum, atque Sanctarum Virginum*, quæ clauſula eſt antiquiſſima, & legitur in antiquiſſimis Martyrologiis, & præcipuè in ſingulis lectionibus Martyrologii Adonis, & in quodam vetuſtiſſimo Martyrologio manuſcripto in charta pergamena, quod ſeruatur in Archiuio Abbatiæ Sanctæ Mariæ de Pulſano Montis Gargani in Apulia, vt teſtatur *Ioannes Paulus Grimaldus Societatis Ieſu in Vita Sancti Rugerij Epiſcopi Cannenſis, ſeu Canuſini, annot. 1. in fine*, ſub cuius verbis legitur implicitè in ſingulis Eccleſiis memoria cuiuslibet Sancti, qui in aliqua particulari Eccleſia tantùm colitur. *Scacch. d. tract. ſect. 1. c. 7. verſ. Communis Eccleſiæ praxis, ſol. 81 litt. N. & fol. 82. litt. A.* Cuius verba hic annectere confert, ſic enim inquit: *Communis quoque Eccleſiæ praxis, plauſum populorum de Sanctitate alicuius prædefuncti roborat, atque confirmat. Vt nulla indigere Beatificatione, aut Canonizatione ferè videatur, qui communi populum voto Sanctus cenſetur, vel ſi de Beatificatione, aut alicuius talis* Dei *ſerui Canonizatione agatur, pręſtantiſſimum inde argumentum, & validum hauriri conſtat.* Per *totam namque Eccleſiam diuerſis in Epiſcopatibus, Ciuitatibus, Oppidis, & locis plures Dei Serui coluntur, adeorumdem honorem Horæ Canonicę recitantur, & Miſſa Sacrificium ad illorum memoriã ſupremo Numini offertur; de quorum* Beatificatione, *ac Canonizatione nihil certi habetur. Quin etiam plurimorum talium Seruorum Dei nomina ſub titulo Sanctitatis in Martyrologijs leguntur, quorum quidem tãta eſt multitudo in diuerſis Orbis regionibus, vt propterea in fine Lectionis eiuſdem Martyrologij addatur* [*Et alibi aliorum plurimorum Sanctorum Martyrum, & Confeſſorum, atque Sanctarum Virginum*] *Quibus quidem ſub titulis comprehenduntur quotquot per Orbem Sanctitatis ſub titulo à fidelibus venerantur.*

17 Tertiò probatur ex *Rubrica prima Breuiarij Romani de Off. dupl.* vbi hęc ſunt verba, *Officium fit duplex &c. & in Feſtis Sanctorum, qui apud quaſdam Eccleſias, Religiones, vel Congregationes conſueuerint ſolemniter celebrari cum Officijs proprijs à Sede Apoſtolica approbatis, aut ex eiuſdem Sedis auctoritate receptis, vel recipiendis (ſeruata tamen forma huius* Breuiarij) *alioquin de communi, etiam ſi prædicta in hoc Kalendario non ſint deſcripta;* ex cuius Rubricæ verbis clatè apparet, poſſe etiam recitari Officium duplex de Sanctis non canonizatis à Sede Apoſtolica, qui de conſuetudine alicuius particularis Eccleſiæ, Religionis, vel Congregationis ſolemniter coluntur, quamuis in Kalendario Romano non ſint deſcripti, vt eamdem Rubricam in terminis prædictorum Sanctorum ſuæ Religionis Carmelitanæ conſiderat Lezana *d. conſul. 2. num. 2.* Nec refragatur, quod alia ſit ratio Martyrologii, alia Kalendarii Romani, cum in hoc tãtùm Sancti, quorum recitatur Officium Eccleſiaſticum, in illo vero omnes Sancti ab Eccleſia Vniuerſali approbati ſcribi conſueuerint, vt perpondit *Baronius in eod. Martyrol. die 22. Iunij in notis Sanctorum decem millium crucifixorum, circa initium*, & ideo hæc Rubrica intelligi debet, quod habear locũ in Sanctis non deſcriptis in Kalendario, dummodo tamen ſint appoſiti in Martyrologio Romano, & nõ eſt inferenda ad Sanctos in hoc non congeſtos, et qui ab Eccleſia Vniuerſali non coluntur; Quia reſpondetur, eãdem Rubricam neceſſariò intelligendam eſſe etiã de Sanctis in ipſo Martyrologio Romano non deſcriptis, quos Eccleſiæ particulares tantum venerãtur; alioquin repugnaret dictę Conſtit. *Grgor. XIII. Emendato iam Kalendario, & ipſius Martyrologij Rubrica §.4.* paulo ante recenſitis, in quibus ſtatutum eſt, vt diximus, poſſe dici Officium de Sanctis, qui tantùm ab Eccleſijs particularibus coluntur, etiam ſi in Mar-

non coluntur, quia pro eorum cultu deficit communis cōſenſus ipſius Eccleſiæ, & ideo pro Sanctis canonizatis dici tantùm poſſe, inquit *gloſ. In c. 1. verbo. Sedis Apoſtolicę eod. tit. de Reliq. & Vener. Sanct. in 6.* prout & alij Doctores docent, Nec Ordinarij, inconſulta ipſa Sede Apoſtolica propriis Kalendariis Sanctorum Officia addere poſſunt, nam hoc prohibuit *Sacra Congreg. Rit. 8. Aprilis 1628. apud Barboſ. in ſumm. deciſ. Apoſt. verbo, Officium Diuinum, ſeù collect. 532. num. 17.* & refert *Gauant. in Indice decretorum eiuſdem Sacrę Congregationis num. 33.*

22 Quia reſpondetur, *Gloſam, & Doctores in loc. cit.* non poſſe intelligi de Sanctis, qui ex immemorabili conſuetudine nō ſolum ab Eccleſia Vniuerſali, ſed ſed etiam ab Eccleſiis particularibus coluntur, nàm alioquin, quæ docent aduerſaretur prædictis *Conſtitutionibus Vrbani* V I I. *Sanctiſſimus, & Cæleſtis Hieruſalē, & Gregor. X I I I. Emendato iam Kalendario, ac dicta* Rubrica *prima Breuiarij Romani de Offic. duplici, & recenſito* §. 4. *Rubricę Martyrologij* Romani, vel ſaltem ex earum diſpoſitionibus *Gloſ. & Doctorum,* doctrina locum habere deſinit. Et prædictum decretū *Sac. Cong. Rit. de anno 1628.* poſſet ita intelligi, nempè quod Ordinarijs non ſit permiſſum abſque conſenſu Sedis Apoſtolicę addere Kalendariis Officia Sanctorum ab ipſis compoſita, vt colligirur ex illis ſubſequentibus verbis *niſi ea dūtaxat, quæ Breuiarij* Romani *Rubricis, vel* Sacrorum Rituum Congregationis *ſeù Sedis Apoſtolicæ licentia concedantur.* Sed dato, quod indifferentet intelligatur ex eo prohibitum eſſe Ordinarijs concedere facultatē recitandi Officia pro Sanctis, etiam de communi, inconſulta Sede Apoſtolica, nihilominus nos ſumus in caſu conſuetudinis immemorabilis illud recitandi, ob quam eiuſdem Sedis, vt probauimus, licentia interceſſiſſe præſumirur, alioquin prædictum decretum non ſolum diſpoſitionibus, quoque memoratarum, *Conſt. Vrb. V I I I. & Gregor. X I I I. ac Rubricarum* Breuiarij, *& Martyrologij Romani* repugnare, ſed etiam eſſet contrariū alteri decreto ipſiuſmet Sacræ Congrega-

tionis *in vna Viſen. 2. Iulij* 1605. *penes eūdem Barboſ. d. collect. 532. nu. 11. & collect. Bullar. verbo, Officium Diuinū. 1.* cuius verba ſunt: *Officium pro Sanctis etiam non canonizatis poteſt recitari de communi, vbi viget conſuetudo immemorabilis recitandi.*

23 Et hæc conſuetudo immemorabilis venerandi Sanctos non canonizatos à Sede Apoſtolica incæpit ab initio naſcētis Eccleſiæ quoad Martyres; & habuit originem etiam ab Apoſtolis. Et vt hoc pateat, ſciendum eſt, duobus modis canonizationes Sanctorum in Eccleſia Dei introductas eſſe, nempè, particulariter, & vniuerſaliter; *Bellarmin. loc. cit. d. c. 8.*

24 Particulariter; vt in vno loco particulari; ſcilicet in vna Diœceſi, vel Prouincia colantur, honorentur, & habeantur pro Sanctis, & hoc modo in primordio Eccleſiæ Martyres canonizabantur ab Epiſcopis, in quorum Diœceſibus paſſi erant, cum ad eos hoc munus pertineret; vt notant *Canoniſtę in c. fin. de ferijs,* & tradunt *Bellarm. loc. cit;* & alij quos refert *Troilus Maluet. de canonizat. Sanct. dub. 2. per totum. Molan. in Natali Sanctorum* Belgij 23. Maij, *Diuus Aug. in Breuic. collat. cum Donatiſtis. collat. 3. diei c. 13. Optatus Mileuitanus lib. 1. contra Donatiſtas, & alij apud Molſeſ. conſ. 46. num. 10.* Et patet ex *Epiſtola Pij Summi Pontificis ad Iuſtum apud Baron. Annal. tom. 1. anno 166. num. 3.* ibi; *Cura autem, Sanctorum Martyrum corpora, ſicut membra Dei, quemadmodum curauerunt Apoſtoli Stephanum, carceres Sanctorum viſita, nè aliquis tepeſcat in fide. Martyria Sancta Spiritu ſancto proba.* Diuus quoque Cyprianus Epiſcopus Carthaginenſis in ſua *Epiſt. 37. ad Presbyteros. & Diaconos Carthaginenſes,* quam in terminis refert *Baron. de Martyrolog. cap. 41 & annal. eodem tom. 2. anno 253. nu. 40.* ſic ait: *Denique dies eorum, quibus excedūt, adnotate, vt commemorationes eorum inter memoriam Martyrum celebrare poſſimus:* Et idem ſeruatum fuit, vt ait ipſe *Baron. annal. d. tom. 2. anno 254. num. 57.* à Magno Gregorio Thaumaturgo de populati lætitia in Natalitijs Martyrum, teſte Gregorio Nyſſeno in vita eiuſdem Gregorij, ita de eo ſcribente: *Deſcendit rurſum in Vrbē,*

& omni circa regione vndique peragrata, ac perluſtrata, additamentum, quaſi corollarium ſtudij ſui ergà Numen Diuinum inſtituebat, apud omnes vbique Populus ſancitũ, vt nomine eorum, qui pro fide certaſſent, dies Feſti, atque ſolemnes Conuentus celebrarẽtur: cumque alij in alium locum corpora Martyrũ deduxiſſent, per Anniuerſarij circuli ambitum congregati lætabantur in honorem Martyrum ferias agentes. Hæc Nyſſenus.

25 Sed longè ante Pii Summi Pontificis, ac Cypriani, & Gregorij Thaumaturgi Epiſcoporum tempora, egregiam à maioribus eidem rei nauatam eſſe operam; ità vt non modò ab Epiſcopis, Præſulibus, aliiſque, qui in Eccleſia illuſtriores erant, ſed etiam ab infimi ordinis hominibus Martyrum acta conſcriberentur, & ſtatim ac paſſi erant, illorum oſſa, vel cineres honorificè ſeruarentur, colerentur, & in ipſorũ honorem ſacrificia à Chriſti fidelibus Deo offerrentur, tradit idem *Baronius ex Pontio Cypriani* Diacono *in eodem Annal. tom. 2. anno 258. nu. 5. qui tom. 1. anno. 58. num.* 93. ait, hanc Conſuetudinem ab Apoſtolis emanaſſe, his verbis: *Non negligenda in primis videntur, quæ de his apud Clementem (nempè Conſtit. lib. 8. cap.* 39.*) ſcripta leguntur, manaſſe hac ſcilicet ex Apoſtolorum inſtitutis; cum antiqua traditioni Sanctorum Natalitijs celebrandis complures antiqui Scriptores adſtipulentur, nemo certè niſi Apoſtolorum auctoritate rem tantam in noua* Eccleſia, *abſque vllo diuinæ Scripturæ exemplo, introducere præſumpſiſſet, neque rurſum ab Vniuerſali Eccleſia recepta eſſet, niſi id omnes ex Apoſtolica* Traditione *manaſſe nouiſſent.* Et faciunt plura, quæ ſequuntur, quæ legi ſatis conſentaneum erit.

26 Et idem *Baronius de Martyrolog. cap. 4. in initio,* inquit, quod, ſicut olim Romæ fuit commiſſum Notariis negociũ de conſcribendis Natalitiis Sanctorum Martyrum, ita hoc idem fuit impoſitum in aliis Eccleſiis alicui ex earum Clero, vt quotannis eodem recurrente die in cuiuslibet Sancti Martyris memoriam Deo offerrent ſacrificium. Et *eodem cap. 4. inferius* proſequitur hæc verba: *Et prædicta igitur nota dierum Natalium Sanctorum Martyrum pro commemorationibus faciendis, Martyrologij ſcribendi prouenit occaſio, cùm enim frequens eſſet Martyrum numerus (decem enim illis, quas numerant, perſecutionibus, in vnaquaque Prouincia necatos fuiſſe quamplurimos nemo poterit dubitare) atque in Chartis Eccleſiæ ſingulorum nomina, & dies, quibus Martyrium conſumaſſent, notata haberentur, ex eiſdem Eccleſiaſticis monumentis pridiè dies Natalis (vt hodie fit in Martyrologio) annunciabatur in Eccleſia, quorum Natalitia recenſenda eſſent die ſequenti, eorumdemque vna cum ſacrificio foret commemoratio facienda, eiuſmodi Eccleſiaſticas tabulas, quibus ſingulorum Martyrum Natalitia conſcripta haberẽtur, faſtos fuiſſe appellatos optimè, eruditèque notat* Pamel. *in d Epiſt.* 37. *Cypriani, ille enim in libro de corona Martyr. hæc ait. Habes tuos cenſus, tuos faſtos, nihil tibi cum gaudijs &c.* Hactenùs Baronius, qui ſubdit *loc. cit.* quod hæc antiquitas veneranda, & ab Apoſtolis manans, ſemperque ſeruata, ac propagata traditio non tantùm egit, vt anniuerſaria celebritate Sanctorum cõmemoratio ageretur, ſed etiã, vt in ipſorum honorem memoriæ paſſim erigerentur; memoriæ enim vocabuntur Eccleſiæ, quæ in Sanctorum Martyrum honorem Deo conſecrabantur, vt teſtatum fuiſſe, ait *Diuus Auguſt. de Ciuit. Dei lib. 2. c.* 10. Et hic quidem laudabilis vſus ab Apoſtolorum temporibus viſus eſt duxiſſe initium, ea nimirũ occaſione, quod veneranda Martyrum Corpora ſub Altaribus recondi conſueuerunt, ſecundùm illud *Ioan. in Apocalypſi c. 6. Vidi ſub Altare Dei animas interfectorum propter teſtimonium, quod habebant,* vt omnes, præſertim antiquiores, tàm Græci, quàm Latini declarant interpretes. Vt tradit *Baron. Annal. tom. 2. anno. 275. num. 2.*

27 Ex cuius Sacræ Scripturæ in Apocalypſi auctoritate infert idem *Baron. loc. cit. num.* 7. quod licèt Felix I. decreuerit, vt quotannis Sacrificia, Martyrum nominè, celebrarentur, vt ait *Platina in eius vita,* tamen longè ante Felicis tempora Eccleſia eiuſmodi inſtitutionẽ ſibi vindicauit, & huius Summi Pontificis decretum ſtabiluiſse

biliuiſſe potiùs videtur, quod abſq. ſcripto Canone, traditione tantùm ſimpliciter, ſeruabatur. Ex his omnibus patet, hanc conſuetudinem eſſe inceptam ab initio naſcentis Eccleſiæ, & ab Apoſtolis emanaſſe.

28 Modus enim hic antiquus canonizandi Sanctos fuit priùs introductus quoad Martyres, quàm quoad Confeſſores, de eis enim, & non de his Eccleſia ab initio Feſtum celebrare cœpit, & poſt multos annos à Chriſtianæ Religionis fũdatione in Pontificatu Bonifac. IV, nempe anno 608. ignorabatur, fuiſſe generaliter conſtitutos dies Feſtos pro Sanctis Confeſſoribus, ex quo cum ab eodem Bonifacio Pantheon in honorem Beatæ Virginis, & omnium Sanctorum conſecraretur, titulus fuit ei datus *Sanctæ Mariæ ad Martyres*, nulla habita Sanctorum Confeſſorum commemoratione, *Platina de Vitis Pontific. in initio Vitæ eiuſdem Bonifacij, Innoc. III. de Myſter. Miſſæ lib. 3. c. 10. & Diuus Auguſtinus de Sancta Virg. c. 45.* & ex eadem ratione in Canone Miſſæ Sanctorum, & Sanctarum Martyrum memoria tantùm, & non Confeſſorum recenſetur, quia tempore, quo idem Canon fuit compoſitus nullum feſtum de Sanctis Confeſſoribus celebrabatur; & quod hæc Sanctorum Martyrum commemoratio in Canone Miſſæ ſit vetuſtiſſima, tradit quoq. *Durant. de Ritibus Eccleſ. Cathol. lib. 2. c. 35. num. 3.*

29 Hic mos canonizandi particulariter ceſſauit, & vt Sanctorum canonizatio fieret cum omni rectitudine, & nẽ Populo daretur errandi occaſio, ita vt nõ Sancti pro Sanctis haberentur, & ob alias rationes, quas refert *Tuſchus pract. concluſ. verbo, Canonizatio, concl. 41. in principio, & ante eum gloſ. in cap. 1. verbo, Sedis Apoſtolicæ, de reliq. & vener. Sanct. in 6.* fuit ſecundus modus canonizandi vniuerſaliter præſcriptus *ab Alex. III. & Innoc. III. in c. 1. & 2. extra eodem tit. de reliq. & vener. Sanc.* nempè, vt nullus pro Sancto colatur, niſi fuerit canonizatus à Sede Apoſtolica, ad quam pertinet ſolùm decernere quid credendum, & quid agendum ſit de rebus, quæ fidem, & Religionem reſpiciunt, *Doctores citati à Molſeſi d. conſ. 46. num. 11. Tuſchus loc. nup. r. cit.* & hi ab vniuerſali Eccleſia, ſeu fidelium Congregatione vti Sancti coli debent.

30 Eſt tamen verum, quod antè prædicta Alex. III. & Innoc. III. decreta traditur, aliquos Sanctos fuiſſe à Sũmis Pontificibus canonizatos, qui fuerunt vndecim, quorũ nouem enumerantur, *à Rocca. de Canoniz. Sanct. inter Catalogum à Summis Pontificibus ab anno 804. vſque ad annum 1601. canonizatorum, in fine dicti ſui operis impreſſum*, & duo alij fuerũt ab ipſo prætermiſſi, quorum Conſtitutiones ſunt inter congeſtas in *Bullar. tom. 1.* Ante verò annum 804. non legitur aliquis in Sanctorum numerum ab vllo Sũmo Pontifice aſcriptus, vt ait, ſe credere *Bellarm. loc. cit. d. c. 8. verſ. Dices*, & refert quoquè *Surius tom. 2. c. 9.* licèt Auctores in hoc non conuenire doceat *Molſeſius dicto conſ. 46. nu. 15.* nam aliquos, inquit, exiſtimaſſe, Beatum *Trudpertum anno 770*, fuiſſe canonizatum à Stephano Papa III. vt ex libello Sanctorum Eccleſiæ Conſtantienſis nondùm typis impreſſo haberi, & alios alia docere ſubdit. Hi primi vndecim Sancti fuerunt canonizati, nempè.

1. S. *Suitbertus à Leone III. anno 804. nonas Septembris.*
2. S. *Vldaricus Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopus à Ioanne XV. anno 993. menſe Februarij.*
3. S. *Simeon Monachus Treuirenſis à Benedicto IX. anno 1035.*
4. & 5. S. *Stephanus primus Vngarorum Rex, & S. Emmericus eius filius ab eodem Benedicto IX. anno 1036. 4. Nouembris.*
6. S. *Vuolfangus Ratiſponæ Epiſcopus à Leone IX. anno 1049.*
7. S. *Gerardus Epiſcopus Tullenſis ex Colonia Agrippina, ab eodem Leone IX. anno. 1052.*
8. S. *Antilanus Epiſcopus Zamorenſis ab Vrb. II. anno circa 1088.*
9. S. *Petrus Epiſcopus Anagniæ à Paſchale II. anno 1110. 4. Iunij.*
10. S. *Hugo Epiſcopus Gratianopolitanus ab Innocentio II. anno 1134. 22. Aprilis*

11\. *S. Henricus primus Romanorum Imperator ab Eugenio III. anno 1152. 13. Martij.*

Poſt prædicta verò decreta Alex. III. & Innoce. III. ij, qui fuerunt in Sanctorum numerum cooptati ab eodem Alexand. sūt Eduardus Anglorum Rex, Bernardus Claræ Vallis Abbas, Thomas Epiſcopus Cantuarienſis, & M. Galganus Eremita; reliqui fuerunt canonizati à Sūmis Pontificibus ſucceſſoribus, ita vt omnes, cōputatis prædictis vndecim Sanctis ante Alex. III. vſque ad Pontificatū Vrb. VIII. incluſiuè, qui fuerunt congeſti à Rocca loc. cit. & referuntur in prædictis Conſtitutionibus Apoſtolicis, in Bullario poſitis, ad ſeptuaginta duos tantum aſcendant (præter aliquos Regulares Martyres ab eodem Vrb. VIII. Sanctos declaratos) & ſi qui hunc numerum excedunt, per paucos eſſe, ait *Rocc. d. Catolog. in fine*; & de his à Summis Pontificibus in Sanctorum numero ante tempus Alexand. III. aſcriptis, poterunt videri *Trithemius in lib. de viris illuſtribus. Demochares in tabulis Epiſcoporum Aurelian. num. 5. lib. de omnibus Epiſcopatibus Germaniæ. c. 9. & ſeqq. ac Molan. in append. ad Martyrol. Vſuardi à Molſeſio conſ. 46. nu. 19. 22. & 24. citati.* Cæteri verò innumerabiles Sancti Martyres, & Confeſſores ab Eccleſia Vniuerſali, & Eccleſijs particularibus, ſiuè ſint in Kalēdario, & Martyrologio Romanis, ſiuè non deſcripti, dè conſuetudine coluntur.

31 Et vt tradunt *Diuus Auguſtinus in Breuic. collat. d. coll. 23. Molan. loc. cit. & Baronius in notis Martyrolog. 2. Aprilis, verbo, Sanctorum numero*, aliusmos fuit deindè in Eccleſia Catholica introductus in canonizatione Sāctorum Martyrum, cùm enim quis martyrio occubuiſſet, Epiſcopus, ſub cuius ditione hoc cōtingebat, rem deferebat ad Primatem, qui, conuocāto Epiſcoporum ſuffraganeorum Concilio, eius Martyrium illis communicabat, & ſi, re benè perpenſa, decernebatur, paſſum inter Sanctos in tota Eccleſia habebatur, et hunc morem cœpiſſe in Africa tradit *Baron. annal. tom. 2. anno. 302. nu. 126.* quem in aliis Prouinciis ſeruatum quoque credit, et hanc fuiſſe veterem praxim Eccleſiæ, affirmat *Scacchus d. ſect. 1. eod. cap. 7. verſ. vetus quoquè praxis fol. 28.* Et *Molſeſ. d. conſ. 46. num.* 13. ait, idem antiquitùs fuiſſe poſtea quoque introductum pro Sanctis Confeſſoribus, ſi quis enim cum opinione Sanctitatis obierat, & in vita, et in morte miraculis claruiſſet, res hæc agebatur, et benè diſcutiebatur, in Synodo, ſeù Concilio Prouinciali, et eius aſſenſu iſte eleuabatur, ideſt canonizabatur cum mirabili gaudio, ac concurſu Populorum. Et ideò innumeros Sāctos Confeſſores, non à Sede Apoſtolica, ſed hoc modo in Sanctorum numerum relatos Vniuerſalis venerata eſt, et veneratur Eccleſia, quorum plurimi referuntur *à Sāncto Gregorio Turonenſi in hiſtoria Sanctorū Patrum, & à Sancto Gregorio Papa in lib. Dialogorum*, & inter eos plures Sancti inſignes conſpiciuntur, vt inquit *Molſeſ. d. conſ. 46. num. 12.* quales ſunt, Antonius Abbas, Hylarion, Gregorius Nyſſenus, Io: Chryſoſtomus, Auguſtinus, Hieronymus, Ambroſius, et alii. His adductis, ac perpenſis, fatendum eſt noſtrorum Sanctorum Venerationem cæptā eſse, vel quia Epiſcopi ſucceſſores, ex conſuetudine; qua Martyres vindicandi, ſeu probandi facultas ad Ciuitatum Antiſtites pertinebat, eos pro Sanctis exiſtimari, et coli debere decreuerint, vel ex prima naſcentis Eccleſiæ conſuetudine, qua Chriſti fideles, ſtatim ac quis Martyrio coronatus erat, eius oſſa, et cineres honorificè ſeruabant, colebant, ac ſuper eis Sacrificia Deo offerebant, quod veroſimilius eſt; nam ex antiquiſſima traditione probatum eſſe diximus, Iuſtum, et Orontium anno 68. et Fortunatum poſt aliquot alios annos paſſos eſſe.

32 Non obſtat, quod hæ conſuetudines colendi Sanctos non canonizatos à Sede Apoſtolicà, magnò periculo falſi cultus exhibendi. ijs, qui verè Sācti non ſunt, nec cœleſti gloria fruūtur, ſubiacent, prout aliquando contigit in Eccleſia, ſpecialiter in caſu illorum, qui venerati ſunt Ebbriom occiſum, vti ſantum, qui refertur *in d. c. 1. de reliq. & ven. Sanct.* & in altero caſu.

caſu, qui commemoratur à *Seuero Salpitio in Vita Sancti Martini Turonenſis*, nempè eorum, qui quemdã Latronem, vti Martyrem, venerabantur, quod confirmat illud quod tribuitur Auguſtino, *Multorum Corpora honorantur in terris, quorum animę torquentur in Gehenna*, ideò ſemper hac in re Eccleſia magnam adhibuit diligentiam, nè falſis Sanctis cultus aliquis adhiberetur, vt patet ex pluribus Conciliis, quæ refert *Lezan. d. conſult. 2. num. 28. & ex Concil. Trid. ſeſſ. 25. tit. de inuoc. vener. & reliq. Sanct.*

33 Quia reſpõdetur cum eodem *Lezan. loc. cit. num. 29.* quod caſus prædicti, & alii conſimiles particulari Dei prouidentia fuerunt manifeſtati, & verba Auguſtini *Bellarm. d. lib. 1. de Sanct. & Beat. c. 10. verſ. Sed obÿciunt quidam*, teſtatur, quod nunquam in eius operibus reperire potuit, & etiam ſi reperientur, ſubdit, intelligi debere de impiis, qui ſuperbiſſimis ſepulchris honorantur in terris, quorum animæ in Gehẽna torquentur, vel de corporibus defũnctorum fraude aliqua pro corporibus Sanctorum ſuppoſitis, vel de Martyribus Donatiſtis, qui ab hæreticis, vti Sancti honorabantur; & ſi prædicta vrgerent, neceſſariò ſequeretur, quod ſolùm ii, qui à Sede Apoſtolica ſunt canonizati, ab Eccleſia coli deberent, & tamẽ verum eſt, innumeros non canonizatos ab eadẽ Sede ex longæua conſuetudine, cum eius tacito, vel expreſſo conſenſu, legitimè præſcripta ab Eccleſia vti Sanctos coli, & honorari, vt ſupra probauimus. Præterea caſus prædicti raro eueniunt, & ideò non poſſunt vitiare factum legitimum ex immemorabili conſuetudine, vt in terminis docet *Moiſeſ. d. conſ. 45. nu. 68.* lex enim attendit ea, quæ ordinariè, non quæ raro contingunt *l. nam ea. ff. de legib.* quod apud omnes vulgatum eſt.

Nec obſtat, quod ex prædicto Proceſſu probatum dicitur, Iuſtum fuiſſe Diſcipulum Pauli Apoſtoli, & SS. Orontium, & Fortunatum ad eumdem Apoſtolum Corinthi degentem viſendum acceſſiſſe, & ipſum Orontium ab illo Epiſcopum Lycienſem creatum fuiſſe, & tamen de eis nihil legitur in Actis Apoſtolorum, & *Gauant. in ſuo libello de Paulo Apoſtolo, impreſſo in calce ſui Comment. in Rub. Breu. Rom. anno 1632. fol. mihi 12.* Iuſtum inter illius Diſcipulos, quos ibidem recenſet, non enumerat.

34 Quia reſpondetur, non omnia Acta ab Apoſtolis, & ſignanter à D. Paulo, fuiſſe à *D.* Luca ſcripta, vt tradit *Baron. Annal. tom. 1. anno 34. num. 235. verſ. porrò, & anno 58. num. 24. verſ. horum quidem*, dicens. horum quam plurima à Luca eſſe prætermiſſa, omnibus patere; idque non inuidię, vel obſcitantię cauſa, ſed quod in multis, vt ipſe Baronius obſeruauit, non niſi ea, quibus præſens fuit, ſingillatim recenſuerit, cætera verò adeò ſummatim ſcripſerit, vt tribus ferè verbis res geſtas plurium menſium, ac annorum perſtrinxerit, nam, vt ſupra dixiſſe, ait, Pauli Epheſo diſceſſionem, in Macedonia commorationem, profectionem in Græciam, & nauigationem Troadem, quæ duorum propè annorum ſpatio eſse peracta, Epiſtolę eius profectò declarant, per paucis abſoluit, *& ibidem anno 61. nu. 6. verſ. hoc eodem*, inquit, Lucam interpolatis temporibus, & diſtinctè proſecutum fuiſse eadem Acta circa ea, quibus præſens fuit, cætera verò, quæ, ſe abſente, contigerunt, vel breui compendio ſummatim ſcripſiſse, aut intacta reliquiſse.

Sed ſi legatur *cap. 18. Actorum Apoſtolorum*, inuenietur, quod Paulus Athenis venit Corinthum, vbi cum Iudæi, & Græci noluiſsent ab eo intelligere, eſse Chriſtũ, ait Lucas, *& migrans inde intrauit domum cuiuſdam nomine Titi Iuſti colentis Deum*, ſuper quo textu *Cornelius à Lapide verſ. 7.* ſic ait; *Titum cognomento Iuſtum fortè à Iuſtitia, qua praecellebat, ita dici ex Beda, & alium eſſe à Tito Pauli Diſcipulo, quem Paulus Creta conſtituit Epiſcopum, ad quem vnam ſcripſit Epiſtolam; & Ioannes Lorinus ad d. cap. 18. verſ. 7.* idem confirmat, & inſuper *in fine eiuſdem verſ* ſubdit, *Cæterum de hoc Tito Iuſto nihil vſpiam aliud legitur*, Quod facilè contingere potuit, cum Iuſtus noſter fuerit miſsus Lycium cum D. Orontio, qui poſt aliquos annos ibidem ſimul paſſi ſunt Martyrium.

35 Inſuper Paulus Apoſtolus ſcribens

bens *ad Roman. cap. 16. in eius initio* commendat illis Phæben, quæ erat in miniſterio Eccleſiæ, *& Paulus Regius in vita dictorum Sanctorum Iuſti, et Orontij cap. 1.* ait non ſolum prædictum Titum Iuſtum, de quo *in Actis Apoſtolorum d. cap. 18.* fuiſſe noſtrum Iuſtum, ſed etiam *cap. 3.* refert, hanc Phæben fuiſse ſimul cum D. Iuſto Vrbe reuerſam, et ea eſt, quam *Baron. in Martyrolog. 3. Septembris*, notat eſse illam, de qua *D.* Paulus *loco citato*, ac Corinthiam fuiſse, tradit *Gauantus in d. Catalogo Diſcipulorum dicti Apoſtoli, et menſe Septembris* eius Feſtum quoque ponit.

36 Non obſtat, quod Paulus Regius, qui hæc refert, & Sanctorum Iuſti, & Orontij vitam typis imprimi curauit, ſit Auctor modernus de anno 1590. nec quę de eis ſcripſit, ab aliis Auctoribus antiquioribus excerpſiſſe tradat, cum nullus alius Auctor eo antiquior reperiatur, qui de ipſis Sanctis tractet.

37 Quia reſpondetur, quod idem Regius inquit, vitam dictorum Sanctorum collegiſſe ex Codicibus antiquis Lycienſibus, & certum eſt, quod Baronius in notis plurimorum antiquorum Sanctorum in Martyrologio deſcriptorum refert, eos in illud illatos eſſe, ob cognitionem tantum, quæ de illis habita fuit ex Monumentis, & Tabulis, ac Manuſcriptis antiquis aliquatum Eccleſiarum, nullos Auctores, qui de iis ſcripſerunt, adducendo, vt legi poterit in notis Sanctorum *Siridionis Epiſc. 12. Ianuarij; Armentarij Epiſc. 30. eiuſdem menſ. Bernardi Epiſc. 12. Martij. Anſouini Epiſc. 13. eiuſdem menſis.* Fidelis *Martyris 23. eiuſdem. Clinij 30. eiuſdem. Paulini Epiſc. 29. Aprilis. Fulci 22. Maij. Creſcentiani 1. Iunij. Fortunati eadem die. Octuaginta militum 24. Iunij. Sancti Mauri Epiſc. & Sociorum 27. Iunij*, de quibus tantum conſuetudinem Eccleſiæ Vigiliarum in Apulia, *in Annal. tom. 2. anno 118. num. 7. in fine*, ad quem locum ſe refert, allegat, *Baſſa, et Sociorum* 10. *Auguſti. Paterni Martyris 21. eiuſdem menſis. Felicis 26. eiuſdem menſis. Ioannis Epiſcop. 27. eiuſdem. Priſci 1. Septembris. Pamphili 7. eiuſdem menſis. Andrea, et Sociorum 23. eiuſdem. Grimaldi 29. eiuſdem. Bernardi Epiſc. 14. Octobris. Philippi Epiſc. 22. eiuſdem menſis. Gerardi Epiſc.* 30. *eiuſdem.* Rufi *Epiſc. 12. Nouembris. Demetrij, et Honorij 21. eiuſdem. Blaſij, et Demetrij 29. eiuſdem.* Pelini *Epiſc. 1. Decembris* Raynerij *Epiſc. 30. eiuſdem menſis.* Stephani, *et* Sociorum *31. eiuſdem.*

38 Et eidem Paulo Regio fides adhibenda eſt, prout ei adhibita eſt pro aliis Sanctis antiquis in Martyrologio deductis, vt ex eorum notis ab ipſo Baronio inſtructis, apparet, in quibus ſolum eius auctoritatem adducit, vt videre eſt in notis Sanctorum *Antonini Abbatis 14. Februarij.* *Seueri* Epiſc. 30. *Aprilis. Euphebij 22. Martij. Athanaſij 15. Iulij. Aſpreni 3. Auguſti. Patritia 25. eiuſdem menſis.* Candidę *Senioris 4. Septembris. Agrippini 9. Nouembris.*

39 Imò ipſa Sacra Rituum Congregatio in notis Sanctorum additorum prędicto Martyrologio, poſt obitum Baronii edito, anno 1630. valdè detulit auctoritati eiuſdem Pauli Regii, cum ſolum in notis littera curſiua impreſſis die 9. Iunii ad Sanctum Riccardum Epiſcopum Andrienſem, qui vixit circa annum 500. nouiſſimè illi adiunctum, ipſe, & Philippus Ferrarius tantùm referantur, qui de dicto Sancto vitam ſcripſerint, & tamen, ſi legatur eius vita ab eodem Paulo Regio ſcripta, & quod de ipſo dixit idem Ferrarius, nullus Auctor antiquus, qui de hoc Sancto aliquid tradiderit, ab illis adductus inuenietur; ex quo infertur, auctoritatem Regii S. Congregationi prædictæ nimis arriſiſſe pro hoc Sancto tam antiquo in Martyrologium Romanum inferendo; & tantùm reperitur eius corporis inuentionem de anno 1438. ſcriptam fuiſse *à Francisco Baucio, eiuſdem Ciuitatis Duce, in ſua hiſtoria, quam edidit anno* 1451. vbi tradit, miſiſse bis ad Eugenium IV. Summum Pontif. Oratores, nempè prima vice vnum cum antiquo Kalendario, in quo fiebat mentio dicti Sancti, & cum folio Miſsalis vetuſti, in quo tantùm legebantur illius Oratio, Secreta, & Poſtcommunio, reliquum enim erat antiquitate conſumptum, & cum parte miraculorum illius, teſtibus inſtrumento rogatis

proba-

probatorum, vt ex his ille canonizaretur ab eodem Summo Pontifice, qui nihil voluit de eo decernere, ſed tantum conceſſit Indulgencias in Feſtiuitate ſuæ Inuentionis. Secunda verò vice miſit alium cum quibuſdam antiquis Breuiariis, in quibus dies erant dicto Sancto deſignati, ac cum quadam ſcripta fide aliquorum Presbyterorum affirmantium legiſse eius vitam, vt rursùs ipſius canonizationem expeteret, & obtineret ab eodem Summo Pontifice, qui rem commiſit Cardinali Præneſtino Archiepiſcopo Tarentino, à quo fuit ſcriptum eidem Duci, nihil agendum de Sancti tàm antiqui canonizatione, quia, ſi quis ab ipſo peteret, an Sanctus Cataldus Archiepiſcopus, & Patronus Ciuitatis Tarenti fuerit à Sede Apoſtolica canonizatus, nullam de hac canonizatione rationem reddere poſſet; intendens, quòd non debet Sanctorum antiquorum cultus infringi, ex quo de eorum canonizatione Apoſtolica non conſtat, cum plures Sancti ab Eccleſia honorentur, & colantur, qui antè dicta decreta *Alex. III. & Innoc.* III. floruere.

40 Quod verò obiicitur de Iuſto, quod non ſit numeratus à Gauanto inter Diſcipulos Pauli, nihil refragatur; imò Gauanti auctoritas nobis fauet, ait enim *loc. cit.* inter innumeros eiuſdem Apoſtoli Diſcipulos nobiliores eſſe, quos ipſe per menſes, in quibus eorum feſta in prædicto Martyrologio ponuntur, enumerat, Ergo, ſi fuerunt innumeri, & eos, præter nobiliores, non recenſet Gauantus, non repugnat, quod inter illos fuerit Iuſtus nôſter, ex immemorabili traditione in dicto Proceſſu probata.

41 Non obſtat ſi diceretur, quòd Codices antiqui, qui de his Sanctis loquuntur, non reperiantur, quia ſufficeret, quod ex illis eorum vitam excerpſiſſe teſtetur Paulus Regius, cuius auctoritas magna eſt, vt paulo ante diximus de eo, quod ſcripſit circa vitam S. Riccardi Epiſcopi Andrienſis, quod cum tantùm eam ex Monumentis illius Eccleſiæ collegiſſe teſtatus ſit, S. tamen Rit. Cong. ob fidem habitam huic Auctori, illum in Martyrologium inferri iuſſit; ſed etiam ſi nunquam eos ille vidiſſet, & nulla adeſſet eorum memoria, parum hoc referret, quia ſatis notum eſt, acta Martyrum, quæ Romæ iuſſu Clementis, & in aliis Prouinciis iuſſu aliorum Romanorum Pontificum congeſta ſunt, magnam iacturam paſſa eſſe tempore Imperatorum, qui Chriſtianos perſequebantur præſertim Diocletiani, vt tradit *Baron. Annal. tom.* 1. *anno* 60. *num.* 45. his verbis. *At non Romæ tantum, & locis iuxta Vrbem poſitis, ſed in alijs Ciuitatibus, atque Prouincijs ſub eodem Nerone paſſi Martyres reperiuntur, nam tradit Oroſius lib. 7. cap. 7. Per omnes Prouincias pari perſecutione Chriſtianos vexari à Nerone mandatum eſſe; horum enim magna ex parte nomina exciderunt, exuſtis Eccleſiarum monumentis à Diocletiano Imperatore, vt ſuo loco dicemus; adeò, vt vix paucorum habeatur mentio in Romano Martyrologio; ſed omiſſis cæteris (cum non noſtri ſit inſtituti omnium Eccleſiarum Martyres omnes proſequi) quæ pertinent ad ea, quæ Romæ geſta ſunt, tantummodò nunc proſequamur.*

42 Videatur etiam ipſe *Baronius de Martyrol. cap.* 3. vbi fusè agit de iactura Actorum Martyrum, quorum non ſolum plura fuerunt flammis tradita, ſed etiam alia diminuta conſpiciuntur, ita vt, quo Martyrii genere aliqui eorũ, quos etiam Eccleſia Vniuerſalis veneratur, obiere, ignoretur, vt inquit idem *Baron. Annal. tom.* 2. *anno* 302. *num.* 128. *et de Martyrol. cap.* 8. vbi refert, *Greg. Papam lib.* 7. *Regiſt. Epiſt.* 29 *ad Eulogium Epiſc. Alexandrinum* hoc ſic atteſtantem, *Nos penè omnium Martyrum, diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus, collecta in vno Codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Miſſarum ſolemnia agimus, Non tamen in eodem volumine quis, qualiter ſit paſſus, indicatur, ſed tantum locus, et dies paſſionis ponitur. Vnde fit, vt multi ex diuerſis* Terris, *atquè Prouincijs per dies, vt prædixi, ſingulos cognoſcantur coronati.* Et quo tempore fuerint aliqui ex prædictis Martyribus paſſi, etiam ignoratur, vt habetur in Martyrologio in iiſdem notis, nempè *Baſſę, & Sociorum* 10. *Auguſti*, ab eodem Baronio inſtructis. Sufficit ergo

Tra.

Traditio, ſeu conſuetudo immemorabilis de eorum cultu.

43 Non obſtat quoque, quod huic immemorabili conſuetudini Eccleſię Lycienſis celebrandi feſtum, cum Miſſa ſolemni, & Officio duplici cum Octaua dictorum Sanctorum Iuſti, & Orontii, videntur ipſa Ciuitas, & Capitulum Lycienſe renunciaſſe anno 1640. quo, & pluribus annis ſequentibus illud celebrare omiſerunt, vt ex eodem Proceſſu conſtat.

44 Quia hæc omiſſio non contigit ex propria Ciuitatis, & Capituli voluntate, ſed ſic iubente Epiſcopo, ipſo Capitulo renuente, vt ex dicto Proceſſu liquet.

45 Verùm, etiam ſi voluntariè illam celebrare omiſiſſent, id non accidit, quia dubitauerint de illorum Sanctitate, ſed quia timuerunt transgredi, quod præcipitur in decreto *Sacra Congregationis Rit. in initio Breu. Rom. impreſſo*; nempè, quòd nihil conſtituatur de Sanctis Epiſcopis locorum Martyribus, & Ciuibus, & aliis feſtis, de quibus in Kalendario Romano, ſeù Rubricis Breuiarii nihil habetur, ſed omninò conſulatur eadem Sac. Rit. Congreg. quod decretum mouit Epiſcopum ad ipſam feſtiuitatem ſuſpendendam. Sed, cum deinde animaduerterint, illud non intelligi de Sanctis ab immemorabili tempore in Vniuerſali, vel particularibus Eccleſiis coli conſuetis, quorum feſta, & Officia fieri poſſunt ex recenſitis Conſtitutionibus *Vrb. VIII, et Gregor. XIII. et Rubricis Breu. ac Martyrolog. Rom.* non ſolum eadem Ciuitas, & Capitulum potuerunt iuſtè recurrere ad eamdem Sac. Congregationem pro dictæ feſtiuitatis celebrandæ reintegratione, ſed etiam eis propria auctoritate illam reſumere licuiſſet; quia, cum in dicto Decreto habeatur, quod nihil conſtituatur de feſtis, &c. de quibus in Kalendario Romano, ſeù Rubricis Breuiarii nihil habetur, potiùs illud videtur fauere eiſdem Ciuitati, & Capitulo; nam, cum in Rubrica dicti Breuiarii de Offi. duplici decernatur, poſſe fieri Officium duplex de Sanctis in Eccleſiis particularibus, Religionibus, vel Congregationibus ſolemniter coli ſolitis, poſſumus ex ea inferre, quod de noſtris etiam Sanctis, licèt ſub generali diſpoſitione loquatur; cum, vt probatum eſt, ab immemorabili tempore ſolemniter ab Eccleſia Lycienſi colantur.

46 Et ex hac ratione, refert *Lezan. d. conſult. 2. num. 52. 62. et 63.* Fratres Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo Diſcalceatos, propria auctoritate reſumpſiſſe feſta cum Officiis Sanctorum totius Religionis Carmelitanæ à Sede Apoſtolica non canonizatorum; nec in Martyrologio deſcriptorum, ab ipſo Auctore commemoratorum, quæ tempore editionis Breuiarii Romani, Pii V. iuſſu editi prætermiſerunt, vt voluntati eiuſdem Summi Pontificis ab omnibus illud recipi cupientis adhærerent; non quia de eorum Sanctitate ancipites eſſent, & non obſtante quod antea per 40. annos tantum, & non per immemorabile tempus, vt in caſu noſtro, illa celebrauerint, id licitè feciſſe, Rota Romana in voto quod protulit, audito Vicario Generali eiuſdem Ordinis Diſcalceatorum, adducto ab eodem *Lezana in fine d. conſ.* declarauit ex rationibus ab ea congeſtis; & præcipuè, quia, quæ tunc diſpoſuerat Clem. VIII. ſuper præcauenda veneratione hominum mortuorum non dum canonizatorum, aut Beatificatorum, non comprehendebant Sanctos antiquos, imò eos expreſsè Summos Pontifex præſeruauerat.

47 Inſuper, vt ait idem *Auctor loc. cit. num. 58.* per hanc omiſſionem ex cauſa prædicta, renunciatio ſui Iuris, vel Priuilegii non præſumitur, & hoc caſu non procedit communis Regula, quod Priuilegia ipſo iure per renunciationem omittuntur: & eſto, quod Ciuitas, & Capitulum Lycienſe per hanc omiſſionem ſibi in aliquo præiudicauerint; præiudicium fuit quantum ad hoc, quod eſt, hos Sanctos in corpore Breuiarii, vel Martyrologii Romani collocari, non tamen quantum ad id, de quo agitur: nempè poſſe facere feſtum, & recitare Officium eorumdem Sanctorum; nam renunciatio ſtrictè eſt intelligenda, ac interpretanda, vt minus, quàm fieri poteſt, lædat renunciantem *l. ſi domus ff. de ſeruit. vrb. præd. Becci us conſ. 111. ſub num. 31. Surd. conſ.* 446.

446. Et ideò in hoc feſto cum ſuo Officio peragendo reintegrari, & ſi illud reſumpſiſſent, manuteneri debent; licèt enim cedens, & renuncians, dominium, ac poſſeſsionem, ſaltem de iure perdere dicatur; nihilominùs, ſi poſteà incumbat de facto, & realiter inheræat poſseſsioni, adhuc ad ſtatum eſt manutenendus, imò, & reintegrandus, ſi ſpolietur; ſunt verba *Merlin. deciſ.* 299. *num.* 12. ad quod probandum vtitur auctoritate *Calder. cap.* 4. *de renunc. Innoc. in cap. ſuper hoc eodem tit. Rot. deciſ.* 1. *num.* 2. *ipſomet titulo, in nouis Caſſador. deciſ.* 4. *de reſt. ſpoliat. num.* 2. *&* 4. *verſ. tradit tamen*. Et in terminis latè hoc probat *Molſeſ. conſ.* 45. *nu.* 75. *et ſeqq.* Etiam exemplis, & reſolutionibus diuerſis factis coram Summis Pontificibus, præſertim circa cultum ergà DD. Carolum, Philippum Nerium, & B. Caietanum, reſpectu cuius coram Paulo V. fuit reſolutum, Patres Clericos Regulares eſſe manutenendos in poſseſsione illum venerandi, vti Beatum; & ſi ab aliis turbarentur, ad Sacram Congregationem Supremæ Vniuerſalis Inquiſitionis recurrere poſsent, quæ eos in hoc tueretur.

48 Et prædictæ reſolutiones editæ ſunt ante *Conſtitutionem Vrbani* VIII. *Sanctiſsimus*, qua, vt dictum eſt, prohibitus eſt cultus Sanctorum non canonizatorum, nec beatificatorum, ex ſola poſſeſſione, in qua reperiebantur colendi Sanctos Carolum, ac Philippum Nerium, & Beatum Caietanum, priuſquàm fuiſſent à Sede Apoſtolica declarati Sancti, vel Beati; Quantò magis in caſu noſtro Ciuitas, & Capitulum Lycienſe in poſſeſſione, quam reſumpſiſſent, celebrandi feſtum cum Miſſa, & Officio de SS. Iuſto, & Orontio, dum in dicta Conſtitutione excipiuntur Sancti, qui per immemorabile tempus coluntur, prout illos per hoc tempus venerata eſt Lycienſis Eccleſia, & ideò concurreret iuſtus titulus, vt ſupra probatum eſt, manuteneri deberent? Et ſi aliqua mutatio, vel innouatio fieret, maximum ſcandalum oriretur, quod omni iure vitandum eſt; inſurgeret enim ſuſpicio, vt ij, qui pro Sanctis habebantur, & in quorum honorem Templa, & Altaria ab immemorabili tempore ſunt erecta, ac Sacrificia Deo oblata, & Officium recitatum, fuerint viri malæ conditionis, & non ſolum Lycij, ſed in tota Eccleſia hoc exemplo Chriſti fideles à cultu tot Sanctorum non canonizatorum, qui in Martyrologio non ſunt deſcripti, & in diuerſis Eccleſijs particularibus pro Sanctis per idem tempus habentur, & coluntur, facilè retraherentur; vt hoc ſcandalum in terminis vitandum eſſe perpendit *Molſeſ. conſ.* 45. *in fine*.

49 Non obſtat tandem, quod ex Decreto *Sacr. Congr. Rit. ſub die* 23. *Martij* 1630. à Sanctiſſimo Domino Vrb. VIII. approbato, & à *Gauant. in Rubr. Breuiar. ſect.* 3. *cap.* 12. *de Patron. loc. et Tit. Eccl.* relato, non poſſunt eligi in Patronos Locorum, niſi ij Sancti, quos Vniuerſalis veneratur Eccleſia; & ideò cum hi Sancti tantum à Lycienſi, & Prouinciali, & non ab Vniuerſali Eccleſia colantur, nequeunt ab eadem Sacra Congregatione in Patronos eiuſdem Ciuitatis confirmari.

50 Quia reſpondetur, hoc Decreto non fuiſſe abrogatum patrocinium Sanctorum, qui ante illius publicationem in diuerſis locis pro Patronis habebantur, ſiuè ab Vniuerſali, ſiuè ab aliqua particulari Eccleſia colerentur; notorium enim eſt, eis cultum, qui ad præſcriptum Rubricarum Breuiarii Romani priùs ab Eccleſijs aliquarum Ciuitatum, vel Prouinciarum adhibebatur, nunc exhiberi, & illud fuit editum pro futuris Electionibus nouorum Patronorum tantùm, vt clarè patet ex ſuis verbis in initio, ibi: *In electionibus Patronorum mandauit infraſcripta in poſterum ſeruari debere*. Et circa finem ita legitur: *Et tertio, quod cauſæ electionis nouorum Patronorum debeant in Sacra Congregatione deduci*, & lex ex ſua natura ad futura dirigitur, & non ad præterita extenditur *l. leges Sacratiſsimæ* 9. *ff. de legib. & alijs Iuribus, quæ cum pluribus DD. citat Barboſ. in axiom. iur. vſu freq. axiom.* 36. *num.* 22. Sancti verò Iuſtus, & Orontius ab immemorabili tempore à Populo Lycienſi, pro ſuis Patronis habiti ſunt, vt ex eodem Proceſſu liquet, & ipſorum confirmatio in Patronos fuit petita, quatenus

tenus opus eſſet, quia feſti celebratio erat omiſſa per aliquot annos, vt ex publicis concluſionibus Ciuitatis,& Capituli euidenter apparet; ergo debent Lycienſis Eccleſia, eademque Ciuitas manuteneri, vel ſaltem reintegrari in poſſeſſione,quam habebant colendi eos, vti Patronos, ante, & poſt dictum Decretum; prædicta enim ipſorum Feſtiuitatis omiſſio ex recenſito Proceſſu conſtat quod contigerit anno 1640. vt paulo ante diximus. Quoad Diuum Fortunatum vero, quem ab immemorabili tempore vti Sanctum, ſed non vti Patronum venerata eſt ipſamet Lycienſis Eccleſia, eadem Ciuitas humiliter ſupplicauit eidem Sacræ Congregationi,vt in poſterum,etiam vti Patronum colere poſſit, benignè concedat.

51 Cauſæ enim harum ſupplicum precum ſunt antiqua, & recentiora beneficia, tàm publica, quàm priuata, à Ciuibus Lycienſibus, ob merita eorumdem Sanctorum, ſemper in propriis neceſſitatibus à Deo obtenta, ob quæ ab immemorabili tempore in eis viua Fides, ac Religio in dicto Proceſſu probata continuè viguit, quod in ſingulis publicis periculis, & neceſſitatibus, etiam inaſpectatè, ope dictorum Sanctorum diuinitùs ſemper præſeruabantur, & nunc magis aucta eſt, cum à recenti, ac crudeli lue, qua Neapolis, & quamplurimæ Ciuitates, & Oppida vndecim Prouinciarum Regni preſſa fuere, ſolum Ciuitas Lycienſis cum tota ſua duodecima eiuſdem Regni Prouincia, diuina pietate illæſa remanſit, ob merita, & interceſſionem eorumdem Sanctorum, præſertim Diui Orontii, quem inſuper hoc eodem tempore continuis inſignibus miraculis, quorum plura Teſtium iuramento roborata, ad eamdem Sacram Congregationem tranſmiſſa ſunt, Deus Optimus Maximus in ipſa Ciuitate, ac Prouincia,imò etiam extra eam illuſtrauit, & illuſtrare non deſinit.

ALOYSIUS PAPPACODA EPISCOPUS LYCIEN.

Propoſita cauſa ab Eminentiſſimo Domino Domino Iulio Cardinale Sacchetto in Sac. Rituum Congregatione habita die 13. Iulij, præſentis anni 1658. fuit ab illius Eminentiſſimis Patribus prolatum decretum, Ciuitati Lycienſi tranſmiſſum, ſubſcriptione, ac ſigillo ipſius Eminentiſſimi Sacchetti eiuſdem S.Congregationis Præfecti roboratum, tenoris ſequentis.

LYCIENSIS.

52 Sacra Rituum Congregatio approbauit Electionem habitam à Ciuitate Lycien. Sanctorum Orontii, Iuſti, & Fortunati in Patronos; eorumque feſtum, tanquam de Patronis æque principalibus vna, eademque die de Præcepto ſeruari; necnon Officium è communi Martyrum ſumendum ab vtroque Clero ibidem recitari, & Miſſam celebrari poſſe ad Rubricarum præſcriptum, indulſit. Die 13. Iulii 1658.

IVLIVS EPISCOPVS SABINEN.
CARD. SACCHETTVS.

Loco † Sigilli.

Franciſcus Maria Phœbeus Sacræ Rituum Congreg. Secret.

F I N I S.

INDEX RERVM NOTABILIVM

Primus numerus Quæſtionem indicat, Secundus ſectionem Quæſtionis.

A

Abbas.

ABbates Monachorum ter in anno Pontificaliter celebrare poſſunt quæſt.110 nu.1.

Vna ex his an poſſint celebrare ratione exequiarum q.110. n.2.

Quid conceſſum Abbatibus Monachorum circa vſum Pontificalium q.109.nu.1.

Innouata ab Epiſcopis contra Abbates circa vſum Pontificalium ſunt reuocanda q. 109. num.4.

Inhibitio Epiſcopi facta Abbatibus Monachorum circa vſus Pontificalium non eſt attendenda q.109.nu.3.

Decretum S. Congreg. pro Abbatibus circa vſum Pontificalium q.110.nu.7.

De æquitate & ex interpretatiua voluntate celebrare poſſunt Abbates Pontificaliter occaſione exequiarum q.110.nu.5.

Abbatiſſa.

Abbatiſſa non poteſt ferre cenſuras ratione ſexus q.40.nu.6.

Ablatiuum.

Ablatiuus abſolutus importat conditionem qu. 110. num.4.

Abſens.

Breuiter reuerſurus non eſt abſens q.45.nu.2.

Abſolutio.

Abſolutio non reſeruata eſt conceſſa inferiori qu.189.num.3.

Pœnitens poteſt abſolui à mortalibus commiſſis poſt receptionem literarum non obſtante clauſula, &c. q.275.nu.1.

In aliena diœceſi poteſt quilibet abſolui à ſimplici confeſſario à reſeruatis in propria diœceſi q 56.nu.1.

Habens peccata reſeruata non poteſt abſolui à Regularibus in proprijs locis exemptis q. 56. num. 4.

Abſolutio ſacramentalis requirit iuriſdictionem in abſoluendum. qu.56.nu.4.

Abſolutio, & reſeruatio.

Derogatio priuilegiorum abſoluendi à reſeruatis Ordinario, &c. q.177 nu.4.

Prohibitio abſoluendi à reſeruatis Ordinario innouata à Paulo V. q.177.nu.5.

Abſolutus.

Non condemnatus habetur pro abſoluto qu. 166. num. 3.

Acceptio.

Acceptio eſt cum qualitate impoſita rei datæ. quæſt.209.nu.3.

Acceptio Perſonarum.

Acceptio perſonarum quando comittatur. q. 278. nu. 2.

INDEX

Acceſſorium.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. qu.233.num.3.
Acceſſoria veniunt in conceſſione principalis. qu.205.num.3.
Quid requiratur, vt acceſſorium ſequatur naturam principalis. q.233.num.9.

Accuſator.

Accuſator in cauſa ſanguinis fit irregularis. q. 207.num.2.

Acquiſitio.

Acquiſita ex alieno delicto ſunt acquiſita reſolubiliter. q.282.nu.9.
Acquiſitio non impleto modo quando reſoluatur. qu.32.num.3.
Quod acquiritur ex aliena pecunia, fit acquirentis. q.152.nu.6.
Acquiſita reuocabiliter poſſunt à Prælato alienari ſine ſolemnitate. qu.209.num.5.

Actus.

Actus auctorizandus à ſuperiore.q.284.nu.6.
Vnus actus exprimitur, & implicatus in expreſſo tacetur. q.206.nu.2.
Ad vitandum circuitum vno actu expreſſo alter tacetur. q.196.nu.3.
Qui poteſt facere actum, poteſt etiam qualificare. q.209.nu.3.
Faciens actum cenſetur ſe adſtringere legibus de ipſa diſponentibus. q.4.nu.7.
Quiſque præſumitur facere actum prout licitè poteſt. q.134.num.6.
Poteſtas, & voluntas ſufficiunt pro validitate actus. q.54.num.3.
Reualidatio actus eſt nouus actus, quæſt.291. num. 9.
Pactum fit validum ratihabitione ſuperioris. qu.191.nu.2.
Animus faciendi actum in diem incertum eſt conditionalis. qu.244.num.14.
Actus regulantur ſecundum ſuam cauſam. qu. 57. num. 4.
Actus externus, vt eſt exequutio interni, ipſi conformatur. qu.165.nu.6.
Quando actus non habetur pro perfecto, quicquid interponitur, habetur pro interpoſito, antequam actus perficiatur.q.193.n.15.
Nihil cenſetur factum, ſi ſuperſit aliquid faciendum. q.193.nu.6.
Subſtantia actus dependet à voluntate, & poteſtate. qu.134.nu.3.
Actus non extenditur vltra intentionem operantis. quæſt.134. num. 4.

Actus nullus.

Actus nullus ob defectum formæ non poteſt reualidari abſque forma.q.292.nu.9.
Lex ratificat actum nullum præſertim ob reſiſtentiam iuris. q.203.num.4.
Actus nulli aliquando puniuntur. q.15. nu.4.
Actus nullus violat ius prohibens.q.15.n.4.
Actus eſt nullus omiſſis ſolemnitatibus. quæſt. 101. num. 3.
Exceſſus extra terminos potentiæ reddit actum nullum. quæſt.134.num.9.

Adiectiuum.

Adiectiua referuntur ad ſubſtantiua præcedentia. quæſt. 261. num. 4.

Aduena.

Aduena non tenentur legibus loci. q.11.nu.1.

Adultera.

Adultera quando non teneatur ad aliquid erga legitimos filios. qu.85.nu.6.

Aduocatus.

Aduocatus in cauſa ſanguinis non fit irregularis. qu.207.n.1.
Quid ſi obiiciat actori, vnde ei ſequatur mors. qu.297.nu.2.
Munus aduocandi eſt remunerandum. quæſt. 8.num.4.
Aduocatus in cauſa ſanguinis obiiciens crimina an debeat proteſtari, &c. ne incurrat irregularitatem. q.297.nu.6.

Aequiparata.

Aequiparatio debet eſſe à lege, vt diſpoſitum de vno ſit diſpoſitum de alio. quæſt. 226. num. 10.
Debet eſſe æquiparatio vniuerſalis in omnibus. qu.226.num.10.
Diſpoſitum de vno eſt etiam diſpoſitum de alio in æquiparatis. qu.226.num.7.
Quod vni tribuitur, tribuitur etiam alteri ex parificatis. qu. 300.nu.9.
Diſpoſitum de vno quando ſit diſpoſitum de alio ex æquiparatis. qu.226.nu.9.

Aequipollens.

Ex æquipollentibus non refert quid fiat, quæſt. 196.num.2.
Quando æquipollentia inferunt eumdem effectum, non refert, quid ex ipſis fiat. qu. 280. num.5.

Affinis.

Affines quinam ſint. qu.117.nu.4.
Affines non veniunt appellatione coniunctorum in conſanguinitate. q.117.nu.4.
Vocatis coniunctis in conſanguinitate non veniunt affines. qu. 119.nu.3.
Affines quinam ſint. q.110.nu.4.
Affines in iure accipiuntur pro conſanguineis. qu.119.nu.1.

Affinis ſumitur pro coniuncto genericè. qu. 119. num. 10.
Nomen affinis ſumitur genericè, & ſpecificè. qu. 119. nu. 9.
Nomen affinis per aliquid ſuperadditum determinatur, vt ſtet pro conſanguineo. qu. 119. num. 11.

Affinitas.

Affinitas non ſumitur pro conſanguinitate. qu. 119. num. 13.
Niſi determinetur ab adiunctis. ibidem.
Papa poteſt diſpenſare in primo gradu affinitatis ex copula illicita. qu. 155. nu. 4.
Affinitas non oritur ex matrimonio, ſed ex copula. qu. 155. nu. 5.
Doctores, qui ſentiunt, non poſſe Papam diſpenſare in primo gradu affinitatis lineæ rectæ. qu. 155. nu. 1.
Pœnitentiaria frequenter diſpenſat. quæſt. 155. num. 4.
Affinitas ex copula illicita non eſt affinitas legalis. qu. 155. nu. 4.
Eſt facilius diſpenſabilis. q. 155. nu 4.

Aggreſſio.

Tranſitus ab vno genere aggreſſionis ad aliud facit, quod diuerſo iure cenſeatur. quæſt. 19. num. 8.

Aggreſſor.

Primus aggreſſor an teneatur fugere, vt vitet neceſſitatem occidendi ob defenſionem. qu. 19. num. 9.

Alienatio.

Alienans reſeruato beneplacito Apoſtolico, &c. non incidit in pœnas. qu. 191. nu. 1.
Alienatio cum reſeruatione beneplaciti Apoſtolici non eſt independens ab ipſo. qu. 191. num. 2.
Sufficit, ſi beneplacitum Apoſtolicum ex poſt facto interueniat. q. 191. nu. 2.
In alienatione rerum Eccleſiæ requiritur vtilitas, & ſolemnitas copulatiuè. quæſt. 194. num. 5.
Solemnitas in alienandis rebus Eccleſiæ cur introducta. qu. 194. nu. 6.
Pro alienandis bonis de hæreditate ad ſoluenda debita non indiget eccleſiaſticus hæres conſenſu Apoſtolico. qu. 148. nu. 2.
In alienatione intium Eccleſiæ, quando non requirantur ſolemnitates. qu. 14. nu. 1.
Regulares poſſunt pecunia deſtinata ad aliquem vſum pro interim emere fundum fructiferum, & poſtea alienare. quæſt. 209. num. 6.
Bona Eccleſię an alienari poſſint pro donatione remuneratoria. q. 194. nu. 3.
Alienatio omnis rerum eccleſiaſticarum eſt prohibita. quæſt. 194. num. 4.
Prohibitio alienationis coarctatæ non ſe extendit ad non coarctatam. qu. 68. nu. 3.
Ex cauſa euidentis vtilitatis res Eccleſię alienari poſſunt. q. 191. nu. 5.
An tunc neceſſarius conſenſus Apoſtolicus. q. 191. nu. 5.

Alimenta.

Alimenta trahunt etiam expenſas pro Medico. qu. 58. num. 4.
Quænam veniant appellatione alimentorum. quæſt. 57. num. 3.
Quilque tenetur alere eos, quorum opera vtitur. qu. 32. nu. 5.
Sub alimentis veniunt etiam medicinæ. quęſt. 58. num. 3.
Quiſque habet ius à natura ad alimenta. qu. 62. num. 3.
Tenemur alere, quos habemus in obſequio. qu. 71. num. 4.
Alere manentes in noſtro obſequio eſt de iure naturę. qu. 5 nu. 3.
Agenti ad recuperanda propria bona, debentur alimenta. qu. 78. nu. 6.
Alimenta debentur ei, cui ob hęreſim confiſcata ſunt bona. qu. 62. nu. 2.
Alimenta quando debeantur collitiganti, licet non conſtet de paupertate. qu. 78. nu. 4.
Ius alimentorum cedi non poteſt. q. 62. nu. 5.
Alimenta debentur iis, qui ſunt in obſequio, quęſt. 5. num. 2.
In præſtatione alimentorum habetur ratio etiam infirmitatis. qu. 58. nu. 3.
Sufficientia alimentorum taxatur iuxta conditionem perſonæ. q 69. nu. 2.
In alimentis pręſtandis attendenda eſt conditio perſonæ. qu. 58. nu. 1.
Cauſa finalis alimentorum. qu. 58. nu. 5.

Alimentarius.

Alimentarius poteſt cogere, ſi infirmetur, vt ſibi inſeruiunt alimentetur. q. 58. nu. 1.
Alimentario debetur famulus, ſi eius conditio ipſum requirat. qu. 58. num. 2.
Si alimentarius ſua culpa incidat in infirmitatem, an debeantur medicinæ, &c. qu. 58. num. 5.

Alternatio.

In alternatiuis ſufficit alteram partem habere locum. qu. 65. nu. 1.

Alternatiua.

Alternatiua non eſt latius interpretanda, quàm patiantur verba. qu. 50. nu. 10.
Ingreſſurus mox diœceſim an gaudeat alternatiua. qu. 47. nu. 5.
Ceſſat alternatiua, ſi Epiſcopus diſcedat à Diœceſi. qu. 50. nu. 9.

Declaratio S. Congregat. circa reſidentiam pro alternatiua hodie non habet locum. qu. 46.nu.8.
Regula alternatiuæ requirit copulatiuè animum reſidendi, & præſentiam corporalem. qu.46.nu.7.
Reſidentia in loco propinquo diœceſi non ſufficit pro alternatiua. qu.47.nu. 2.
Alternatiua requirit reſidentiam corporalem. qu 46.num.3.
Obſeruantia Rotæ in iudicando declarat alternatiuam. qu.50 nu.10.
Alternatiua quomodo menſes alternet. qu.50. num. 6.
Cauſa finalis alternatiuæ habet locum in reſidentia in loco exempto diœceſis.qu.48.n.5.
Menſes alternatiuæ quomodo diuidantur. qu. 50.num.4.
Quomodo cadant ſub alternatiua. ibid.
Si alternatiua non intrat initio menſis, non amplius intrat. qu.50.nu.5.
Epiſcopus regulariter non reſidens, non gaudet alternatiua, ſi ſit intra diœceſim animo diſcedendi. qu.46.nu.1.

Anima.

Anima diligenda poſt Deum ſupra omnia. queſt.299.num.3.
Anima rebus omnibus præferenda. quæſt.299. num. 3.

Animus.

Animus potius quam verba attendendus. qu. 397. num. 6.

Annata.

Si vniatur beneficium vacans ſoluenda annata pro illa vice, ſi aliàs eſſet ſoluenda. qu.140. num. 7.
Non tamen poſtea ſoluenda quindennia pro compenſatione annatæ. qu.140.nu.7.

Annus.

Annus non eſt integer,ſi quid minimum deſit. qu.158.nu.7.
Annus, cui aliquid deeſt, non habetur pro complero. qu.158.nu.5.
Annus non completus non poteſt numerari. qu.158.num.5.

Antianitas.

Elapſo quinquennio non poteſt opponi contra antianitatem poſſeſſam ratione profeſſionis. qu.203.nu.6.
Cauſa antianitatis non poteſt prius agitari, niſi agitata cauſa profeſſionis. q.203.nu.8.

Apoſtata.

Apoſtata in alia prouincia, &c. cum licentia ſui ſuperioris validè profiterur. q.295.n.4.
Apoſtata licitè poteſt admitti, vt ſæcularis, orig.
Apoſtata quando non poſſet redire ad Religionem tanquam ſæcularis.q.295.nu.1.
Apoſtata quando tranſeat bono zelo ad aliam Religionem. qu.295.nu.6.
Apoſtata obtinens tranſitum ad aliam religionem deſinit eſſe Apoſtata. qu.295.nu.5.

Apoſtolus.

Res geſtæ ab Apoſtolis non fuerunt omnes ſcripta à D.Luca. al.nu.34.

Appellatio.

Appellatio à reiectione appellationis eſt admittenda. qu.160.nu.3.
Appellatio à reiecta appellatione ſuſpendit omnia. qu.160.nu 3.
Appellatio ſuſpendit rem iudicatam. qu.160. num. 2.
De iure canonico licet à quocunque grauamine appellare. qu.160 nu.4.
Si intereſſe ſit euidens, non poteſt appellatio reiici. qu.160 nu.4.
Pendente appellatione quicquid fit, eſt attentatum. qu.160.nu.7.
Dum diſcutitur, an appellatio ſit admittenda, innouatio omnis eſt attentata. quæſt. 160. num. 6.
Pendente tempore ad appellandum ſententia remanet ſuſpenſa. qu.111.nu.3.
In dubio, an appellatio ſit admittenda, omnia in eodem ſtatu conſeruanda. qu. 160.nu.5.
Stante appellatione res in eodem ſtatu permanere debent. qu.160.nu.2.
Appellatio in habitu idem operatur, ac appellatio in actu. qu.111 nu.3.

Approbatio.

Approbatum non poteſt ampliùs rettactari. qu.225.nu.5.
Semel approbatum non poteſt reprobari. qu. 24.num.2.
Poteſtas approbandi, & reprobandi in correlatiuis, quomodo limitetur. qu.24.n.3.

Arbiter.

Error arbitri non debet nocere partibus. qu. 198.nu.5.

Archidiaconus.

Munus Archidiaconi N. q.268.nu.1.
Archidiaconus licet non addictus choro, &c. tenetur reſidere. qu.268.nu.2.
Archidiaconus,&c. quatenus teneatur reſidere. qu.268.nu.3.

Argumentum.

Argumentum à contrario ſenſu valet exiſtente ſine contrario. qu.116.nu.3.

Non

Non valet argumentum à dote vxoris, ad do- tem Monialis. q. 33.n.7.
Valet argumentum de vno ad aliud ex Aequi- paratis. qu.7.num.3.
Argumentum à parte ad totum valet, ſi adſit identitas rationis. qu. 300.nu.6.
Argumentum de toto ad partem quando va- leat. q.209.n.2.

Arma.

Armorum appellatione veniunt offenſiua, & defenſiua. qu. 187.nu.3.
Fuſtus, & ſaxa. qu. 187.nu. 3.
In odioſis ſola offenſiua. qu. 187.nu. 3.
Arma defenſiua. Quando computentur inter offenſiua. qu.187.nu.4.
Quid prohibeatur per edictum prohibens de- lationem armorum. qu.187.nu.1.
Iuſta cauſa excuſat deferentem arma. qu.188. num. 1.
Licentia Epiſcopi an neceſſaria, vt quis defe- rat arma ratione inimicitiæ.q.188.nu.4.
Deferens ſclopum aucupandi cauſa non violat edictum prohibens arma. q.187.nu.2.
Prohibitio armorum non comprehendit au- cupatoria. qu. 187.nu.5.
Delatio armorum dat occaſionem violentiis, rixis, &c. qu.187.nu 7.

Arx.

Arx quando ſit in damnum principatus. qu. 164.num.7.

Aſſecuratio.

Aſſecuratio extenſa ad rem peremptam habet admixtum alium contractum. qu. 75.nu.7.
Aſſecuratio eſt quædam venditio. q 75.nu.6.
Aſſecuratio mercium, quæ perierunt, an va- leat. qu.75.num.1.
Aſſecuratio heri poteſt ſuper re perempta, & quando. qu.75.nu.2.
Aſſecuratio quando extendatur etiam ad res peremptas,& quid requiratur.qu.75.nu.3.
Simplex aſſecuratio non ſubſiſtit, quando pe- riit res aſſecurata. qu 75.nu.4.
Subſtantia, & materia aſſecurationis in quo conſiſtat. qu.75.num.4.

Attentatum.

Attentata poſt citationem ex puro officio iu- dicis reuocantur. q.161 nu. 3.
Quod fit pendente tempore ad appellandum, eſt attentatum. q.111.nu.2.

B

Baculus.

Baculo ſe defendens contra aggredien- tem pugnis, an excedat. quæſt. 21. num. 2.

Bannitus.

Bannitus capitaliter cum confiſcatione bono- rum amittit penſionem. qu.26.nu.1.
Bannitus reſtitutus, quando recuperet benefi- cium. qu.26.nu.4.
Bannitus capitaliter habetur pro mortuo.qu. 26.num 2.
Bannitus reſtitutus non recuperat penſionem. qu.26.nu. 3.

Baptiſmus.

Baptiſmus non remittit pœnam pro foro ex- terno. qu 168.nu.5.

Beatificatus.

Vide *Canonizatos.*
Cultus Perſonarum Beatificatorum in quo di- uerſus à cultu Canonizatorum. quæſt. 300. num. 12.

Bellum.

Bellum iniuſtum infert vim, iniuſtum, nec de- turbat poſſeſſione. q 4.nu.12.
Bellum eſt de iure gentium, & ſecundum ip- ſum regulatur qu.4.nu.2.
Bellum quando poſſit habere locum. quæſt. 4. num. 19.
Praxis declarat, in bello iniuſto non poſſe ra- pi hoſtium bona. qu.4.nu 17.
Capta in bello iniuſto ſolemni fiunt capien- tis. qu. 4. nu.3.
Ius belli non deſtruit ius naturale: quæſt. 4. num. 13.
Quæ ex hoſtibus capiuntur, fiunt capientis. q. 4. num. 5.
Capta in bello iniuſto non fiunt capientis co- gnita iniuſtitia. qu.4.num.10.
Ius belli non aſſiſtit bello iniuſto.q.4.nu.11.
Leges belli diſponunt ſolum de bello iuſto. qu.4.nu.21.
Capta in bello iniuſto an fiant capientis. qu. 4. num. 1.
Explodens in bello iuſto ſclopum ſine pila non eſt irregularis. qu.293.nu.11.
De bello defenſiuo non attenditur pro irregu- laritate exceſſus defenſionis: ſed occiſio. qu. 293.nu.7.
Occiſio in bello fit auctoritate publica;& ideo licita. q.293. nu.8.

Ius belli diſponit, quod capta fiant capientis, licet bellum ſit iniuſtum. q.4.nu.8.
Capta in bello fiunt capientis, ſi bellum ſit ex titulo iuſto. qu.4.nu.8.
Res iure belli quomodo poſſint amitti. qu. 4. num.22.

Beneficiarius.

Beneficiatus omittens recitare Officium, non facit fructus ſuos. qu.98.nu.2.
Beneficiatus poteſt multipliciter recitare Officium non conceſſum. qu.98.nu.1.
Beneficiarii officium non recitantes non tenentur reſtituere penſionem,q.211.nu.3.
Beneficiarii, & penſionarij poſſunt ſibi inuicem fructus cedere.qu 118.nu.2.
Beneficiarius circa fructus tantum cedere poteſt,quantum poteſt lucrari. q.118.nu.8.
Concil. Trident. admittit, quod noui beneficiarii ſoluant aliquam quantitatem conuertendam in vſus pios.qu.139.nu.3.
Idem etiam admittit Pius V. q.139.nu.3.
Beneficiarius quando non teneatur recitare officium, ſi non percipiat fructus. qu. 215. num.6.
Valet conſuetudo exigendi aliquid à nouis beneficiatis pro vtilitate Eccleſiæ. quæſt. 139. num. 5.
Et etiam ſtatutum ex declarat. S. Congregat. qu.139.nu.6.
Aequitati conſonat, quod beneficiati conuertant in vtilitatem Eccleſiæ aliquam portionem fructuum.qu.139.nu.7.

Beneficium.

Beneficium eſt latè interpretandum, ſicut etiam priuilegium.q.230 nu.4.
Beneficium principis derogans iuri publico ſtrictè accipitur.qu.3.nu.5.
Beneficium Principis eſt latiſſimè contra ipſum interpretandum qu.50.nu.2.
Qui approbatur pro ordine, approbatur, & pro beneficio. qu. 122.nu.6.

Beneficium Eccleſiaſticum.

Beneficium tranſit cum onere penſionis qu. 218.nu.2.
Peccetne procurans beneficium cum animo dimittendi. q.224.n.11.
Non intelligitur quis priuatus beneficio, niſi in ſententia exprimatur. q.113.nu.2.
Collatio benefici nulla ex incapacitate perſonæ, non conualidatur, niſi de nouo interueniant, quæ erant ab initio neceſſaria,qu.30. num. 5.
Beneficium ſecundum quandiu litigioſum non facit vacare primum incompatibile. qu. 84. num. 3.
Beneficium ſemel affectum ſemper remanet affectum. qu 50.nu.5.
Poſſeſſio beneficii litigioſi non eſt tuta. qu. 84. num. 2.
Beneficium, quod ſuccedit loco patrimonii,eſt eiuſdem conditionis cum ipſo. qu.68. nu. 6.
Acceptans beneficium non cenſetur renunciare penſioni, quam habet. q.239.nu.8.
Beneficia iuriſpatronatus regulantur ſicut cætera. qu.236.nu.3.
Beneficium, ſi non requirit reſidentiam, eſt ſimplex, licet habeat aliquam iuriſdictionem. q.230. n.3.
Pro beneficio obtinendo non poteſt aliquid tradi pro fabrica, donariis, &c. quæſt. 139. num. 1.
Beneficium liberaliter confertur. q.240.n.17.
Beneficium quando ſit litigioſum. quæſt. 84. num. 5.
Simplex dimiſſio beneficij comprehenditur ſub iuramento exigito in Curia, quæſt. 244. num. 6.
Quid ſi beneficium aliàs ſimplex requirat reſidentiam. q.244.n.7.
Beneficium datur propter officium. qu. 240. num. 16.
Animus retinendi beneficium ſub conditione impoſſibili contrariatur iuramento,& Conſtitutioni Pauli IV. q.244.nu.9.
Diuiſio patrimonij Eccleſiæ quando ſacta. qu. 240.nu.8.
Impetrans beneficium, vt retineat,donec pinguius obtineat non obſtat Conſtitut. Pauli Quarti, &c.qu. 244.nu.15.
Conſtitutio Pauli IV. non afficit impetrantes cum animo liberè dimittendi. q.244 n.3.
Maiora merita, &c.exigunt plus participare de beneficijs. q.240.nu.12.
Beneficium quando agitur de cauſa hereſis ſumitur amplè. qu.82.nu.2.
Inſtitutio beneficiorum eccleſiaſticorum eſt de iure eccleſiaſtico. q.240.n.9.
Maiora à Papa minora ab Epiſcopis inſtituuntur. qu.240.nu.9.
Habens plures penſiones eſt capax beneficiorum. q.239.n.4.
Beneficia quando ſint ſimplicia, licet habeant aliam denominationem, q.230.n.2.
Animus dimittendi beneficium ſuperueniens impetrationi,non contrariatur,&c. qu.244. num. 13.
Nec etiam animus reſignandi poſt longum tempus. q.244.n.14.
Procurantis beneficia cum animo reſignandi in fauorem tertij pœnæ.q.244.n.1.

Beneficiorum pluralitas.

Pluralitas beneficiorum an aliquando ſit in fraudem vltimarum voluntatum. qu. 240. num. 18.
Pluralitas beneficiorum an fomentum auaritię, &c.qu.240.nu.19.

Quam

Quam pluralitatem beneficiorum prohibeat Trident. q.237.n.5.
Concilium Trident. quomodo prohibeat conferri eidem plura beneficia. q.236.n.9.
Conſuetudo retinendi plura beneficia ſimplicia. q.240 nu.1.
Ante Concil. Trident. an valeret. q.240.nu.2.
Quid poſt dictum Concilium, & num. ſeq. qu. 240.nu.3.
Conſuetudo participandi plura beneficia an generalis. q.240.nu.44.
Valet conſuetudo retinendi plura beneficia ſimplicia. q.240.nu.10.
Conſuetudo retinendi plura beneficia eſt rationabilis. qu.240.nu.14.
Plura beneficia ſolo iure canonico prohibentur. q.240.n.10.
Hæc prohibitio ceſſaret, ſi ceſſaret inſtitutio beneficiorum. q.240.n.10.
Plura beneficia quando ſint ſecundum iuſtitiam. q.240.n.16.
Plura beneficia ſunt incompatibilia. qu. 236. num. 1.
Etiam ſi ſint iuriſpatronatus. q.236. nu.2.
Retinens plura beneficia quando ſit in ſtatu peccati. q.240.nu.20.

Beneficium ſufficiens.

Beneficium ſecundum ſe ſufficiens poteſt conferri habenti ſufficiens. q.238.n.6.
Habens inſufficiens beneficium ratione penſionis poteſt obtinere aliud. q.237.n.7.
Et retinere vacante penſione. q.237.nu.9.
Habenti inſufficiens beneficium poteſt conferri ſufficiens. q.237.n.3.
Regula ad cognoſcendum, quando beneficium ſit ſufficiens. q.69.nu.4.
Aduentitia non computantur, quando conſideratur ſufficientia beneficij. q.69.n.5.
Eleemoſinæ intuitu miſſarum non attenduntur, quando conſideratur, an Clericus habeat, vnde viuat. q.69.n.5.
Beneficium, vt ſit ſufficiens, debet subminiſtrare alimenta, victum, veſtitum, &c. qu. 69. num 3.
Collato ſufficienti an vacet inſufficiens beneficium. q.238.nu.1.
Habenti ſufficiens beneficium, ſi conferatur inſufficiens cur vacet primum. q.238. n.7.
Quid, ſi inſufficiens ſit purè ſimplex. qu. 238. num. 8.
Beneficia iuriſpatronatus quando poſſint conferri habenti beneficium ſufficiens. q. 236. num. 8.
Habenti inſufficiens poteſt conferri aliud ſufficiens beneficium. q.238. n.2.
Non dimittendum beneficium inſufficiens, ſi alterum fiat ſufficiens. q.237.n.3.
Habens duo beneficia inſufficientia an alterum teneatur dimittere, ſi vnum fiat ſufficiens. q.237 nu.1.
Non tenetur dimittere, ſi ex eius induſtria fiat ſufficiens. q.237.n.2.

Beneficij vacatio.

Beneficium non vacat per mortem coadiutoris. q.79.n.4.
In beneficijs vnitis non habet locum vacatio. q.140.n.4.
In dubio, an beneficium vacauerit poſt mediam noctem, quid faciendum. quæſt. 245. num. 2.
An Gallorum cantus attendendus. quæſt. 245. num. 3.
Iudicandum in fauorem illius, ad quem ſpectat menſis, qui finitur. q.245.nu.4.

Beneficium vnitum.

Vide *Vnio beneficiorum.*
Beneficium vnitum non eſt amplius beneficium, ſed fundus illius, cui vnitur. qu.140. num. 1.
Beneficium vnitum ſubeſt iiſdem oneribus, quæ prius ſuſtinebat. q.140.nu.2.
Dummodo onus non afficiat ipſum ratione vacationis. q. 140. n.3.
Beneficium vnitum non trahit onera vacationis ad vacationem illius, cui vnitur. qu.140. num. 5.

Beneplacitum.

Reſeruatio beneplaciti Apoſtolici dat implicitam validitatem. q.191 nu.2.
Tradens poſſeſſionem rei eccleſiaſticæ emptori antequam ſuperueniat beneplacitum Apoſtolicum reſeruatum, an incidat in pœnas q.193.nu.1.
Quid, ſi adhuc reſeruatur beneplacitum. qu. 193. nu.2.
Reſeruatio beneplaciti Apoſtolici relinquit venditionem in ſuſpenſo. qu.191. nu.10.

Blaſphemia.

Blaſphemans an mitius puniendus, ſi obtineat abſolutionem à Confeſſario. q.168.n.2.

Bona.

Bona quomodo ſequantur perſonam. qu. 31. num. 18.
Perſona principalior debet plus participare de bonis communitatis. q.140.n.13.
Subditi non tenentur conſeruare propria bona ſub iuriſdictione laica. q.270.nu.5.
Bona mentis non ſunt ſub iure Religionis. qu. 34. nu. 5.
Bona ſuſcipientis clericatum ſubtrahuntur iuriſdictioni principis laici. q.270.nu.3.
Dignitas perſonæ facit immunia bona clericorum. qu.270.nu.6.
Bona tranſeunt cum onere alendi, ad quem ſpe-

ſpectant. quæſt. 78. num. 6.
Bona relicta illegitimis transfeunt ad Cameram Apoſtolicam. q.131.nu.7.
Eccleſiaſtici non eſſent plenè exempti, niſi eſſent exempta bona ipſorum. q.270.nu.5.
Bona Cathedralis adminiſtrantur à Capitulo. qu.125.nu. 1.
Appellatione bonorum veniunt, quæ ſuperſunt ære alieno deducto. qu.148.nu.2.
Bona rapientium, corrumpentium, &c. mulieres religioſas tribuuntur Monaſterio. qu. 31.nu.13.

Bona Fides.

Vide *Fides.*
Cogens ludere, non tenetur reſarcire damna ludentis, ſi perdat. qu.4.nu 4.

Bonitas.

Bonitas, & malitia actus externi, & interni eſt eadem. qu.165.nu.8.

Bulla Cenæ.

Canon. 15. Bulla cœnæ quos excommunicet. qu.264.nu.8.
Canon. 16. Bulla cœnæ quos recurrentes ad tribunalia ſecularia excommunicet. quæſt. 264. nn. 9.
Canon. 14. Bulla cœnæ quos comprehendat. qu.217.nu.2.
Quæ actiones prohibeantur in canone 12.Bulla cœnę. q.217.num.3.
Detinentes accedentes ad Romanam Curiam excommunicantur in Bul. cænæ. qu. 217.nu.6.
Si tamen iter aggreſſi ſint. qu.217.nu.6.
Quibus bonis ſpoliare prohibeat canon. 12. Bulla cenæ. quęſt. 217. num. 4.

C

Campanile.

Campanile coniunctum Eccleſiæ gaudet immunitate, q.3.nu.1.
Quid, ſi ſit ſeparatum. qu.3 nu.2.
Campanile ſeiunctum ab Eccleſia non eſt locus ſacer, nec religioſus. q.3.nu.3.
Campanile diſtans ab Eccleſia qualis pars Eccleſię. qu.3.nu.4.

Cancellatio.

Pacti cancellatio poſt ſignatam ſupplicationem non nocet. qu.70.nu.4.
Ad quid tendat cancellatio ralis pacti, quęſt. 70. num. 4.

Canonicus.

Canonici Præbendarij, &c.poſſunt abeſſe tribus menſibus ſingulis annis.qu.180.nu.2.

Canoniſta.

Canoniſtæ fruuntur priuilegijs conceſſis apud Religioſos pro Theologis. qu. 7.nu.4.

Canonizatio.

Canonizatio Sanctorum fuit prius introducta quo ad Martyres, quàm quo ad Confeſſores. al.nu.28.
Conſuetudo venerandi non canonizatos an initio Eccleſiæ ortum habuit. al.nu.2.
Sanctis canonizatis qui honores tribuantur. al.nu.8.
Antiquitus martyres canonizabantur ab Epiſcopis. al.nu.24.
Mos canonizandi tam Martyres, quam Confeſſores per Concilium Synodale, & Prouinciale. al.nu 31.
Nullus adoratur pro Sancto niſi canonizatus à ſede Apoſtolica poſt Decreta Alexan. III. & Innoc. al.nu.29.
Ante prædicta decreta aliqui Sancti fuerunt à ſummis Pontificibus canonizati. al. nu. 30.

Capellania Capellanus.

Capella vendi poteſt ab ijs, ad quos ſpectat Eccleſia. q.96.nu.4.
Non interuenit propriè venditio, & quid interueniat q.96.nu 4.
Obtinens Capellam in Eccleſia non habet illius dominium. qu.96.nu.2.
Habens Capellam an teneatur ſuſcipere ſacerdotium. q.13.nu.5.
Habens Capellam in Eccleſia an poſſit illam vendere. qu.96.nu. 1.
Capellania cum onere celebrandi poteſt conferri ſimplici Clerico, niſi aliter cautum ſit. qu.13.nu.5.
Capellanus non poteſt inuari præſcriptione immemorabili, ſi conſtet de fundatione. qu 144 nu.2.
Si ſit præſentandus Capellanus, qui miſſas celebret, inſtituitur ſimplex Capellania. qu. 13.nu.2.
Quid, ſi dicatur, quod præſentetur Sacerdos, ſeu præsbiter. q.13.nu.4.
Capellania manualis, ſi erigatur in titulum non obligat ad reſtituendos fructus non recitantem officium. q.212.nu.5.
Reductio oneris Capellaniæ vnde poſſit præſumi. qu.144.nu.7.
Capellanus omittens Officium non tenetur reſtituere fructus Capellaniæ, quæ non eſt collatiua. qu.212.nu.1
Quid, ſi ſit collatiua, & fructus non excedant onus celebrationis. qu.212.nu.2.

Præ-

Præſcripta reſidentia,& perſonali ſeruitio Capellania, aliàs ſacerdotalis, poteſt conferri ſimplici Clerico. q.13. nu.2.

Capitulum Capitularis.

Vide *Collegium.*
Capitulum admittens ad profeſſionem, quam intentionem habeat. q.134 n.5.
Capitulum nihil poteſt contra Regulam, & propria ſtatuta. qu.134.nu.2.
Capitulum repræſentat Eccleſ. q.125.n.2.
Deputato à teſtatore adminiſtratore non ſe ingerit Capitulum. q.125.nu.4.
Præſumendum, Capitulum admittere ad profeſſionem iuxta Conſtitutiones. quæſt.134. num.6.
Standum ijs, quę fiunt à maiori parte Capituli. q 137.nu.1.
In probabilibus, qui non conſenſit, tenetur ſubſcribere determinationi Capitulari, qu. 137. nu.2.
Quid in dubijs. q.137.nu.3.
Cur etiam in dubijs debeat ſubſcribere. qu. 137. nu 4.
Si determinatio Capitularis ſit iniuſta,& e qui ſentiant teneri ſubſcribere, qui non eſt ſuffragatus. qu.137.nu.5.
Nec tenetur, nec poteſt ſubſcribere. qu. 137. num.6.
Quid requiratur, vt Capitularis euadat pœnas alienantium ſine ſolemnitate. qu. 138. num.1.
Capitularis tenetur contradicere alienationi ſine ſolemnitate. qu.138 nu.2.
Non contradicens alienationi, licet non ſuffragetur, non euadit pœnas, etiam in conſcientia. qu.138.nu.3
Capitularis ad quid teneatur ex officio cum agitur de alienatione. q.138.nu.4
Qui non ſuffragatur in Collegio, concurrit tamen ad exequutionem q.138.n.5.

Cardinalis.

Titulares Cardinales non diſponunt de legatis relictis nouis Eccleſijs titularibus. qu. 127.num.2.
Quæ bona Titularium Eccleſiarum nouarum adminiſtrari poſſint à Cardinalibus Titularibus. q.127.nu.8
Titulares diſponunt de legatis relictis ſuis eccleſijs titulorum antiquorum. quæſt. 127. num. 10.
Ita diſponente Sixto V. q.127.nu.10.

Caſtrum.

Dominus caſtri non tenetur ad expenſas factas à principe pro eo muniendo, &c. qu. 164. nu. 8.

Caſus Reſeruatus.

Vide *Reſeruatio.*
Ordinarius reſeruans ſibi caſus quam iuriſdictionem exerceat. q.56.nu.6.

Cauſa.

Cauſæ ad Romanam Curiam deuolutæ numquam inde extrahuntur. q.102.n.2.
Ita exigente maieſtate Sedis Apoſtolicæ. qu. 102.nu.3.
Ex cauſis connexis, quæ prius agitanda. qu. 203. num. 8.
Cauſa transfundit ſuam limitationem in effectum. qu.57.nu.5.
Cauſæ camerales pertinent ad Cameram priuatiuè. qu.167. nu.7.
Ex eadem cauſa non prodeunt contrarij effectus. q.225.nu.6.
Vt poſſit quis iudicare, debet præcedere cauſæ cognitio. q.172.nu.6.
Ex limitatione cauſæ quo ad locum, & tempus limitatur etiam effectus. qu.133.nu.3.
Non eſt iuſtum, quod remiſſio cauſæ fiat remiſſio de maiori ad minorem. q 102.n 3.
Cauſa ſemel commiſſa Cardinalibus non debet committi inferioribus. qu.102.n.1.

Cauſa finalis.

Vide *Finis, Ratio.*
Cauſa finalis extendit diſpoſitionem comprehenſiuè. q.82.nu.4.
Etiam pœnalem, & odioſam. q.82.nu 5.
Cauſa finalis coarctat diſpoſitionem ad ſuos terminos. q.212. nu. 3.
Cauſa finalis vbi ceſſat, etiam ceſſat diſpoſitio. q.190.n.4.
Cauſa finalis regulat mentem diſponentis. qu.228.nu.3.
Cauſa finalis regulat totam diſpoſitionem. qu. 219. nu.4.

Cenſura.

Vide *Excommunicatio, &c.*
Cenſuræ imponuntur actibus externis, vt dependent ab internis. q.228. n.5.
Superiores Religioſi, licet non initiati prima tonſura poſſunt ferre cenſuras. q.40.n.2.
Poteſtas ferendi cenſuras ſequitur iuriſdictionem fori externi. q.40. n.5.
Cenſura locum non habet, niſi interueniat actus perfectus. q.217. n.9.
Poteſtas ferendi cenſuras non poteſt conuenire laicis. qu.40. nu.1.

Cenſus.

Vide *Diſdicta.*
Cenſus continentur ſub prohibitione alienandi prohibita alienatione immobilium, qu. 199. num. 3.

Etiam

Etiam rerum Eccleſiaſticarum. qu.199.n.3.
Pius V. annullat pacta, &c. non autem contractum cenſus. q.221.n.6.
Proteſtatio ſeruandi Bullam Pij V. in fundationibus, facit, quod contraria habeantur pro non appoſitis. q.221.n.7.
Pacta, quæ non mutant ſubſtantiam cenſus, non pertinent ad eius formam. quæſt. 221. num. 10.
Cenſus æquiparantur immobilibus. qu. 199. num. 2.
Quos contractus cenſuales Pius V. declaret fœneratitios. q.221.nu.8.
Quomodo ſaluetur iuſtitia cenſus, dum ex credito conſtituitur. q.196.nu.3.
Quæ pœnæ prohibeantur in fundatione cenſus ex Conſtit. Pij V. q. 219.nu.3.
De iure communi in fundatione cenſus poteſt apponi pœna. q.219 n.2.
Cenſus conſtitutus in certa moneta ſoluendus eſt iuxta valorem tempore ſolutionis. qu.220.nu.1.
Cenſus ſubſiſtit, & reijciuntur pacta prohibita. qu.221.nu.3.
Quæ pacta prohibeantur in fundatione cenſus. qu.219.nu.1.
Pacta contra ſubſtantiam reddunt cenſum nullum. q.221. nu.1.
Quid, ſi non deſtruant, ſed ſolum ſint prohibita. q.221. nu.2.

Ceſſio.

Cedens bonis tenetur ſoluere, ſi veniat ad pinguiorem fortunam. q.91.n.7.
Ceſsionarius vtitur iure cedentis. quæſt. 215. num. 4.
Dans alteri dat ſecundum menſuram iuris, quod habet. q.216.n.2.

Citatio.

Citatio inducit pendentiam litis. q.161. n.5.
Citatio cur ſit neceſſaria in ſpecie pro ſententia. q.172.n.5.

Clauſula.

Clauſula abſque præiudicio venientium ab inteſtato, non excludit à legitimo. qu. 214. num. 8.
Clauſula annullatiua alterius contractus non præiudicat contractui, cui apponitur. qu. 118.nu.9.
Clauſula Codicillaris fauore piæ cauſæ ſubintelligitur. q.18.n.5.
Clauſula Codicillaris ſuſtinet teſtamentum, quod præmortuo hærede corruit. qu. 18. num.6.
Repetit legata à venientibus ab inteſtato.qu. 18. num. 6.
Clauſula Conſtituti transfert poſſeſſionem, & dominium. q.191.nu.2.
Clauſula Decreti irritantis annullat contraria. qu. 250. nu.4.
Præſeruat legem contra contrarium vſum.qu. 250. num. 5.
Clauſula, De plenitudine poteſtatis facit, vt nihil poſſit opponi. q.243. n.13.
Clauſula in fine poſita, ſi non poteſt ſtare per ſe, refertur ad immediatè antecedentia. qu. 275. nu. 4.
Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, ſi adoptari poſſit. q.221.n.9.
Sicut ad illa ſolum, quibus poteſt conuenire. qu.221. nu.9.
In odioſis clauſula refertur ſolum ad immediatè antecedentia. q.275.n.5.
Clauſula non refertur ad ea, ad quæ non permittit referri diuerſitas rationis. qu. 246. num. 10.
Clauſula, *abſque alia declaratione*, non excludit declaratorum criminis. q.172. n.3.
Diuerſa ratio facit vt clauſula referatur ad ſola immediatè præcedentia.nu.275.nu.5.
Clauſula, *Attentis impedimentis*, quid dicat.qu. 243. num. 13.
Clauſula *Ad inſtar*, quid operetur. q.23.n.4.
Clauſula *eiſque ad receptionem ea*, complet reſtrictionem. q.275.n.2.
Clauſula, *Et alijs intereſſe habentibus*, quos comprehendat. q.251.nu.4.
Clauſulæ, *Etiam ſub eodem tecto*, effectus. qu. 9. num. 5.
Clauſulæ, *Ipſo facto*, & *ſine alia declaratione*, quid operentur. q.172.n.9.
Clauſula, *ſine præiudicio*, præſeruat omnia iura. q.127.nu. 3.
Clauſula, *Omnia alia*, non extenditur ad diuerſa ab expreſſis. q.219.nu.6.
Clauſula, *Quatenus opus ſit*, quid operetur. q. 191. num. 10
Clauſula *Quo modo voluerit* remouet ſolemnitatem legis. q.37 nu.7.
Clauſula, *ſeruata ſacror. Canon. forma*, non inſert neceſſitatem licentiæ Apoſtolicæ pro fundandis Monaſterijs. q.247.nu.2.
Clauſula, *ſine alia declaratione*, quid operetur iuncta cum clauſula. *Ipſo facto*. quæſt. 172. num.10.
Clauſula, *ſine præiudicio, &c.* non tollit, quin legitimatus poſſit hæreſeſſe. q.132.nu.2.
Clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, quid operetur. q.132.nu.3.
Non impedit, quin pater poſſit legitimatum inſtituere hæredem. q.132.nu.3.

Clauſura.

Vide *Monaſterium.*
Prohibitio, ne prætextu licentiarum admittantur mulieres in monaſteria. qu.170.n.1.
Non habet locum, niſi quò ad mulieres, prætendentes licentias. q.170.nu.2.

Sub quibus pœnis id prohibueter Pius V. qu. 170. num. 3.
Eius prohibitio an afficiat omnes mulieres, qu.170.nu.4.
Declaratio, quod afficiat omnes mulieres vi- næ vocis Oraculo, q.170.n.5.
Hæc declaratio non eſt noua extenſio, &c. q.170.nu.6.
Cauſa finalis diſpoſitionis habet locum quò ad omnes mulieres. q.170.n.7.
Verba *Mulieribus prætendentibus licentias*, ſtant demonſtratiuè, & quomodo. qu. 170. num. 82.
Suſpenſio à diuinis contrahitur abſque alia declaratione. q.172. nu.1.
Priuatio officiorum, &c. Bulla Pij V. &c. an requirat declarationem. q.172.nu.2.
Furtiua introductio mulierum an contineatur ſub prohibitione Pij V. q.171.nu.1.
Ratio finalis prohibitionis habet locum in furtiua introductione mulierum, qu. 171. num. 4
Introducens mulierem in monaſterium ex aliqua neceſſitate, non incurrit pœnas. quæſt. 171. nu. 7.
Obſeruantia ſubſequuta declarauit Conſtitutionem Pij V. afficere omnes mulieres. qu. 170. num.9.

Clericus Clericatus.

Clericus ratione inimicitiæ deferens arma contra ſtatutum, excuſatur, & num. ſeq. qu.188.nu.1.
Venatio, & aucupatio quando conceſſa clericis. qu.187.nu.6.
Clericorum arma quænam ſint. qu.187. nu.7.
Poteſt clericus conſentire legitimationi Principis laici. qu.231.nu.3.
Clericatus illegitimo modo ſuſceptus perinde eſt, ac ſi non eſſet ſuſceptus. q.201. nu 8.
Non operatur ſuos effectus. q. 201.nu.8.
Clericus puniri poteſt, & concubinarius, licet extra domum tetineat meliorem. qu. 271. num. 2.
Clericis ratione Clericatus prohibetur exercere officia ſæcularia. qu.201. nu.1.
Aſſumens clericatum, vt ſe ſubtrahat laicæ iuriſdictionis quomodo lædat Principem. qu.270. nu.7.
Eſt in dedecus Ordinis clericalis, quod quis illius mendicet, &c. qu.113. nu.4.
Clericus non ſubeſt pœnis ciuilibus impoſitis filijs damnatorum læſæ maieſtatis. qu. 90. num. 4.
Suſcipiens clericatum, vt ſe ſubtrahat iuriſdictioni laicæ non infert damnum laicis. qu. 270. num. 4.
Clericus quando accedit ad tribunal laicale debet iurare coram iudice eccleſiaſtico, qu. 263. nu. 3.

Coadiutor, Coadiutus.

Coadiutor non lucratur diſtributiones coadiuto excommunicato qu.79. nu.4.
Coadiutor non habet poſſeſſionem, nec titulum beneficij. qu.79.nu.4.
Coadiutor quo titulo recipiat diſtributiones ſibi aſſignatas coadiuto excommunicato. qu.79.nu.7.
Coadiutores dantur, vt ſuppleant vices coadiuti. qu. 79. nu.5.
Coadiutor percipit diſtributiones ſibi aſſignatas, licet coadiutus ſit excommunicatus. qu.79. nu.6.
Coadiutor tenetur inſeruire. qu. 80. nu. 3.
Coadiutor inſeruit nomine proprio, qu. 80. num. 3.
Cauſa finalis coadiutoriæ. qu.80.nu.4.
Coadiutor ratione muneris obligatur tanquam principalis. qu.80.nu.5.
Coadiutor excommunicato coadiuto non poteſt impediri, quin interueniat diuinis officijs. qu. 80. nu.1.
Imò tenetur interuenire. qu.80. nu.2.

Coarctatio.

Coarctatio non excludit extenſionem ad ea, quæ de iure veniunt in conſequentiam. qu.87.nu.7.

Coercitio.

Vis coercitiua eſt neceſſaria pro iuriſdictione. q.159.n.14.

Cæcus.

Cæcus eſt irregularis. q.38.n.1
Cæcus diſpenſari poteſt, vt ordinetur ſacerdos in ordine ad confeſſiones audiendas. qu.38 nu.2.
Cæcus non eſt omnino inhabilis ad celebrandum. q.38.nu.4.
Eſt habilis pro confeſſionibus audiendis. qu. 38. nu.4.

Cognatus.

Si familiæ ſubſtituantur coniuncti in conſanguinitate, veniunt Cognati. q.117.nu.1.

Collatio.

Collatio æquipollet electioni, confirmationi & inſtitutioni. q.27.nu.8.
In collatione beneficij poteſt aliquid exigi pro fabrica Eccleſiæ, ſacriſtiæ, &c. qu. 139. num. 3.

Collegium.

Collegium non poteſt remittere in priuatam perſonam commiſſionem ſibi factam de aliquo negocio determinando. q.53.nu.1
In commiſſione negocij grauis, & ardui facta

Collegio cenſetur electa communis induſtria, & prudentia. q.53.nu.5.
In commiſſione facta Collegio præſumitur habita ratio communis conſultationis. qu. 53. nu. 4.

Commenſalitas.

Quid ſufficiat pro commenſalitate. quæſt. 16. num.3.

Commiſſio.

Commiſſio non poteſt in alium transferri, quando eſt electa induſtria perſonæ. qu.53. num. 3.
In commiſſione facta ad arbitrium alicuius eſt electa induſtria illius. qu.53.nu.2.

Commodatarius.

Commodatarius non tenetur de caſu fortuito, niſi illum in ſe ſuſcipiat. q.167.n.1.
Commodatarius tenetur de caſibus fortuitis, ſi vtatur in alium vſum. q.167.n.2.
Commodatarius tenetur reſarcire, ſi recommodata vtatur ad illum vſum. q.167. n.3.
Commodatarius tenetur furti, ſi vtatur in alium vſum. q.167. nu. 3.
Quantum commodatarius teneatur reſarcire, ſi vſus conceſſus continetur in vſu vſurpato. qu.167.nu.4.
Quid, ſi non contineatur. q.167. nu.4.
Præſumpta voluntas commodantis excuſat vtentem in alium vſum. q.167.n.5.
Quid, ſi commodatarius bona fide vtatur in alium vſum. q.167.n.6.
Tenetur reſtituere, ſi ex vſu ſit ditior factus. qu.167.nu.7.
Pro foro externo commodatarius vtens in alium vſum, non excuſatur bona fide. qu. 167. nu. 8.
Quia obſtat ius, & ratio naturalis. quæſt. 167. num. 8.
Commodatarius tenetur de leuiſſima culpa. qu.167.nu.9.

Commodum.

Qui de præſenti grauatur, debet etiam de præſenti ſentire commodum. qu.206.nu 3.
Illius eſt commodum, cuius eſt periculum. q.108.n.5.

Communio.

Qui non communicauit in Paſchate, quando præſumatur in ſtatu peccati. qu.151. nu.5.

Conceſſio.

Vide *Gratia Priuilegium.*
Conceſſio accipitur in terminis habilibus. qu. 127.nu.9.
Conceſſio ex præſuppoſito eſt ſub conditione. qu. 229. nu.4.
Sufficit ſi conditio ſemel verificetur. qu. 219. num.5.
Generalis conceſſio operatur, ac ſi ſingula in ſpecie concederentur. qu.87.nu.1.
Prohibitum de vno, de altero cenſetur conceſſum. q.68.nu 1.
Verba conceſſionis comprehendunt omnia, quæ apta ſunt comprehendere quæſt. 238. num. 3.
Qui inuitus concedit, vere, & liberè concedit licet ſecundum quid nollet. q.100.n.2.
Conceſſio principis eſt ſine alterius præiudicio. qu.127.nu.9.
Conceſſio limitata non extenditur vltra expreſſa. q.43.n.4.
Conceſſio cenſetur facta in terminis habilibus. qu.43.nu. 5.
Conceſſo vno quænam ſint in conſequentiam conceſſa. q.43. n.6.
Limitata conceſſio non extendit effectum vltra ſuos terminos. qu.110.nu.4.
Sub conceſſione veniunt, quæ ſunt apta comprehendi ſub verbis. q.230.nu. 4.
Identitas rationis excludit comprehenſiuè conceſſionem. q.300.n. 7.
Conceſſum ſub certa conditione, ſub oppoſita non eſt conceſſum. q.47.nu.4.
Conceſſio præcipui cultus eſt etiam conceſſio minoris. q.300.nu.6.
Conceſſio antecedentis, eſt conceſſio conſequentis. q.300.n.5
Conceſſio non habet locum, niſi quatenus verba aptari poſſunt. q.110. nu.3.
Conceſſio menſuratur à fine propter quem fit. qu.300.nu.13.
Et à conſuetudine ſecundum quam exercetur actus conceſſus. qu. 300.nu.13.
Conceſſo vno conceduntur omnia, ſine quibus id expediri non poteſt. q.43. nu.1.

Concilium.

Concilia prouincialia, & nationalia non poſſunt decernere circa res fidei. quæſt. 259. num. 1.
Concilia Africanum, Arauſicanum, &c. ſolum examinauerunt errores hæreticorum. qu. 259. num. 6.
Concilia Prouincialia, & nationalia poſſunt examinare res fidei. qu.259.nu.5.

Concubina, Concubinatus.

Concubinæ appellatione quænam veniant. q. 271. num. 3.
Pro concubina quas conditiones requirat ius ciuile. q.271. nu.1.
Ad concubinatum de iure ciuili quid requiratur. qu. 271. nu.4.
Ius ciuile non improbat concubinatum, niſi inter quos non poteſt eſſe matrimonium. quæſt.

quæſt. 171. num. 4.
Diſpoſitio Concil. Tridentini de concubinarijs quomodo accipienda. q. 278. nu. 4.

Concurſus.

Statutum quod præferatur in concurſu ſtante æqualitate ſciens cantum firmum. quæſt. 274. nu. 1.
Poteſt Epiſcopus non præferre. quæſt. 274 n. 1.
Epiſcopus in concurſu tenetur eligere digniorem. qu. 274. nu. 2.
Si eligat minus dignum electio non eſt nullà ſed irritanda. qu. 274. nu. 3.
Electio dignioris in concurſu relinquitur conſcientia Epiſcopi. qu. 274. nu. 4.
Iudicium de digniori Trident. remittit Epiſcopo. qu. 274. nu. 5.
Stante idoneitatis æqualitate poteſt Epiſcopus eligere neſcientem cantum firmum. qu. 274. nu. 6.
Cantus firmus non confert curæ animarum. qu. 274. nu. 6.
Statutum quod in concurſu præferatur cantum firmum quodnam Ius tribuat. quæſt. 274. nu. 8.
Quæ idoneitas conſideranda in concurſu. qu. 274. nu. 6.
Quomodo Epiſcopus teneatur in concurſu eligere magis idoneum. q. 274. nu. 9.

Conditio.

Conditio, quæ inducit ad peccandum, non ponitur ſine peccato. q. 74. nu. 1.
Eſt de iure impoſſibilis. q. 74. nu. 1.
Conditio impoſsibilis vitiat contractum. qu. 74. nu. 1.
Datum ſub conditione, ſub oppoſita cenſetur non datum. q. 31. nu 8.
Conditio, quod res ſubhaſtata conſignetur vacua poſſeſſore, &c. non obſtante iuramento valet. qu. 74. nu. 2.
Impleri poteſt abſque peccato. q. 74. nu. 2.
Non continet ſcandalum. q. 74. nu. 3.
Non eſt de iure impoſſibilis. q. 74. n. 4.
Quod eſt ſub conditione, euaneſcit ea non purificata qu. 73. nu. 4.
Conditio valet, ſi quocunque modo impleri poteſt, qu. 74. nu. 4.
Sufficit conditionem exiſtere etiam pro momento temporis. qu. 52. nu. 3.
Conditio impleri debet in forma ſpecifica. qu. 46. nu. 5.
Conditio impoſſibilis remouet intentionem. qu. 244. nu. 9.
Conditio facit, quod actus non adſit. qu. 244. num. 8.
Conditionatum non attenditur. q. 244. n. 8.
Deficiente conditione actus habetur pro non facto. q. 120. nu. 4.
Conditio habetur pro impleta quando non fiat per implere debentem, q. 294. n. 5.
Conditiones appoſitæ in fundatione beneficij poſſunt præſcribi. q. 13. nn. 1.
Conditio habetur pro impleta, ſi non ſteterit per eum, à quo impleri debet. q. 47. n. 4.
Et quando, ibid.

Confeſſarius.

Confeſſarius iniungens aliquid nomine defuncti hæredibus, fungitur munere nuncij. qu. 104. nn. 2.
Confeſſarius tenetur ſequi opinionem probabilem pœnitentis. qu. 151. nn. 4.
Confeſſarij non priuilegiati an poſſint abſoluere à ſuſpenſione contra introducentes mulieres in Monaſteria. q. 174. nu. 2.
Confeſſarius audit confeſſiones, vt Chriſti miniſter. qu. 156. nu. 6.
Confeſſarij non priuilegiati cur poſſint abſoluere ab excommunicatione. q. 174. n. 6.
Confeſſarij non priuilegiati abſoluunt ab excommunicatione non reſeruata. qu. 174. num. 2.

Confeſſio Sacramentalis.

In pœnitentiali iudicio vnicuique credendum. q. 156. n. 3.
Poteſtas audiendi confeſſiones eſt diuerſa à poteſtate offerendi ſacrificium. q. 38. n. 4.
Quæ peraguntur in foro pœnitentiali, ſunt extra ſphęram ſtatutorum ciuilium. qu. 168. num. 3.
Audiens fortuitò, aut caſu confeſſionem tenetur ſigillo. qu. 156. n. 9.
Notitia ex confeſſione eſt extra commercium humanum. q. 156. n. 6.
Notitia habita in confeſſione non poteſt adhiberi in iudicio. q. 156. n. 5.

Confeſſionis Reuelatio.

Confeſſio iam reuelata cur non poſſit inſeruire in iudicio. q. 156. n. 7.
Reuelans confeſſiones qua pœna puniendus. qu. 156. nu 1.
Confeſſio reuelata an probet in iudicio. qu. 156. num. 2.
Reuelatio confeſſionis quando pertineat ad Tribunal Inquiſitionis. q. 285 nu. 4.
Reuelatio confeſſionis quando ſit qualificata in ordine ad Tribunal Inquiſitionis. quæſt. 285. nu. 5.
Conſuetudo reuelandi confeſſionem cur generet ſuſpicionem hæreſis. q. 285. nu. 7.
Conſulens alios ſuper auditis in confeſſione, quomodo non vtatur notitia habita ex confeſſione. qu. 156. nu. 8.
Delictum reuelationis confeſſionis non pertinet ad Inquiſitores. q. 281. nu. 1.
Si tamen ſit ſimplex reuelatio. qu. 285. nu. 2.

Confirmatio.

Confirmatio non præiudicat conſuetudini in contrarium, quando non eſt narrata, qu. 265.nu.4.
Poteſtas confirmantis eſt poteſtas iuriſdictionis. qu nu. 9.
Suſpicio falſi reddit ſubreptitiam confirmationem Pontificiam. qu.265.nu. 3.
Confirmatio Papalis quando relinquat ſtatutum in ſuo ſtatu. q.287.n.6.

Confiſcatio,

Confiſcatio abſoluta comprehendit iura, & actiones. q.289.nu.8.
Eccleſia confiſcando bona non intendit priuare alimentis. q.62.nu.4.
Ius vſuſructus Clerici non confiſcatur. quæſt. 289.nu. 7.
Ob crimen hæreſis bona ſunt ipſo iure confiſcata. qu.62.nu.1.
Si confiſcatio ſit tantum quò ad partem bonorum, non liberat à ſolutione debitorum. qu.91.nu.4.
Confiſcata parte bonorum, creditor ire poteſt contra ea, quæ ſuperſunt. q.91. n.4.
Ad confiſcationem bonorum extinguitur penſio. qu.26. nu.3.
Sub confiſcatione bonorum venit penſio. qu. 26. nu. 1.
Per confiſcationem omnia iura actiua, & paſſiua tranſeunt in fiſcum. q.91.nu.2.
Confiſcatis bonis vſufructuarij commoditas fructuum tranſit in fiſcum. q.118 nu.6.
Dominium directum Eccleſiæ impedit confiſcationem. q.90. nu.3.
Quæ non tranſeunt ad hæredem extraneum, non veniunt ſub confiſcatione. q.90.n.5.

Confraternitas.

Confraternitas eſt corpus, & communitas à Capitulo diſtincta. q.125.n.7.

Congregatio.

Congregationi B. Io: Dei conceduntur ſinguli ſacerdotes pro ſingulis conuentibus. qu. 142. nu. 1.

Congrua.

Congrua titulari manutenenda. q.218.n.9.

Connexio.

Connexa reputantur pro vno, & eodem. qu. 04. nu. 4.
Quæ non poſſunt ſtare ſeorſim, ſunt neceſſariò connexa. q. 54.n.8.

Conniectura.

Conniectura, vnde deſumitur pactum tacitum. q.179.n.3.

Conſanguinitas conſanguinei.

Conſanguinitas ſecundum ius ciuile non excedit decimum gradum. q 117.n.3.
Conſanguinei non ſumuntur pro affinibus. qu. 119.nu.8.
Conſanguinitas, & affinitas confunduntur. qu.119.nu.2.
Conſanguinitas iuncta coniunctione ſtat ſpecifice, & contradiſtincta ab affinitate. qu. 119.nu. 7.
Conſanguinei, qui ſint. qu.119.nu 5.
Conſanguinei iuxta communem vſum loquendi ſunt ſanguine coniuncti. qu.119. num. 6.
Conſanguinitas complectitur omnes ſanguine iunctos. qu.117. nu.2.
Quicunque conſanguineus eligi poteſt, quando eſt eligendus coniunctus in conſanguinitate cum familia. qu.117.nu.6.
Conſanguinei ſunt, qui ſanguine quocunque modo iuncti ſunt. q.117.n.4.
Conſanguineorum nomine propriè non veniunt cognati. q.117. nu.5.
Veniunt tamen, quando non poſſunt ſumi ſtrictè. q.117. n.5.

Conſcientia.

Remorſus conſcientiæ eſt de certis. qu. 193. num. 6.

Conſenſus.

Conſenſus ſuperueniens quando, conualidet actum. qu.121.nu.3.
Conſenſus ſolemnizans requiritur in ipſo actu. q.121.n.4.
Quando conſenſus requiritur pro forma, non ſufficit, ſi ſuperueniat, ſed debet cum actu concurrere. q.121, nu.5.
Conſenſus ſuperueniens ratificat actum, ſi agatur de intereſſe conſentientis. qu. 121. num 6.
Conſenſus reſpiciens fauorem publicum requiritur pro forma. q.121. n.6.

Conſequens, Conſequentia.

Quod venit in conſequentiam, non attenditur. q.233.n.3.
Si initium actus eſt licitum, omnes quoque ſequellæ licitæ. q.233. n.4.
Quando non attendatur, quod venit in conſequentiam. q.233. nu.10.

Conſilium.

Non poteſt retractari conſilium cum alterius iniuria. q.24. n. 2.

Conſtitutio.

Conſtitutio Clementis VIII. recipit interpretationem à Conſtitutione Gregor. XV. quæſt.

quæſt. 251. num. 3.
Formula facultatum Cardinalium Titularium ſupra Titulis eſt reſpectiua ad Conſtit. Sixti V. qu. 127. nu. 9.
Conſtitutio Pauli IV. non habet locum extra Romanam Curiam. qu. 244. nu. 12.
Conſtitutio pœnalis eſt reſtringenda. qu. 211. num. 6.
Conſtitutio Pauli IV. non comprehendit imperrantes cum animo permutandi. qu. 244. num. 5.
Anticipans tempus in legendis Conſtitutionibus an ſatisfaciat. q. 195 n. 6.
Conſtitutio Sixti V. priuans beneficijs, & penſionibus non deferentes habitum Clericalem eſt vſu recepta. qu. 182. nu 1.

Conſuetudo.

Vide *Immemorabilis.*
Conſuetudo non valet niſi ſit rationabilis. qu. 152. num. 3.
Conſuetudo inducens vſuras eſt extirpabilis. qu. 152. nu. 3.
Conſuetudo quando ſit immemorabilis. qu. 205. nu. 5.
Conſuetudo præualet iuri Canonico. qu. 240. num. 10.
Actus contrarius non finit, quod conſuetudo vires ſumat. q. 181. nu. 5.
Conſuetudo ſuperueniens poteſt derogare Conſtitutioni. q. 261. nu. 5.
Conſuetudo quando inducat ius. quæſt. 291. num. 8.
Conſuetudo quando fiat abuſus. quæſt. 240. num. 14.
Conſuetudo non tollitur, niſi exprimatur. qu. 261. num. 7.

Contractus.

Contractus non ſubſiſtit, ſi non ſubſiſtit res, quę venit in contractum. q. 75. nu. 5.
Etiam ſi prius ſubſiſteret, & caſu fortuito tempore contractus perierit. q. 75. n. 5.
In contractibus natura potius attenditur, quam verba. q. 192. n. 6.
Contractus tales cenſentur, quales nominantur. q. 195. n. 6.
Niſi repugnet natura contractus. quæſt. 192. num. 6.
Conſuetudo facit licitum contractum, de quo dubitatur. q. 152. n. 1.
In contractibus vtile per inutile non vitiatur. qu. 221. nu. 4.
Contractus regulandi ſecundum leges loci. qu. 11. nu. 1.
Contractus ſtare poteſt ſine pactis accidentarijs. q. 221. n. 6.
Contractus legem accipiunt à voluntate contrahentium. q. 219. n. 2.
Contractus ſubſiſtit reiectis pactis accidentalibus, &c. q. 221. n. 4.
Contractus admittit omnem interpretationem, qua ſubſtinetur. q. 196. n. 4.
Et implicite illos contractus, quorum ſubſtantias poteſt interuenire. q. 196. n. 4.
Quod dependet à præcedenti contractu, eſt pars illius. q. 195. n. 8.
Partes præſumuntur ſcire conuentiones contractuum expreſſas in inſtrumento quæſt. 220. nu. 6.
Adimplementum contractus poſt mortem contrahentis pertinet ad contractum inter viuos. q. 197. nu. 8.

Contumacia.

Contumacia quid ſit. quæſt. 173. num. 6.

Conuentio.

Vide *Pactum.*

Conuentus.

Vide *Monaſterium.*

Correctio.

Correctio iuris eſt viranda. q. 27. nu. 12.
Correctio iuris ſtrictè accipienda. quæſt. 222. num. 3.

Correſpectiuitas.

Correſpectiuitas ſtat cum interuallo temporis inter vnum, & alium actum. q. 179. n. 4.
Correſpectiuitas, quid operetur. q. 179. n. 5.
Ordo actuum adinuicem inducit correſpectiuitatem. q. 179. nu. 3.

Creditor Creditum.

Creditor retinet, quod ſibi ſolutum eſt, etiam ſi debitor non ſit anterioribus ſoluendo. qu. 197. nu. 3.
Anterior creditor non reuocat ſolutum poſteriori. q. 197. nu. 2.
Creditor retinet ſibi ſolutum à mercatore, licet adſint alij anteriores hypothecarij. qu. 197. nu. 6.
Creditor vti poteſt compenſatione, etiam ſi adſint creditores anteriores. q. 197. n. 4.
Creditor non poteſt retinere ſibi ſolutum, in præiudicium anteriorum hypothecariorum. qu. 197. nu. 5.
Creditor hypothecarius cæteris præfertur. qu. 197. num. 5.
Ex credito liquido poteſt conſtitui cenſus. qu. 196. num. 1.
In ipſo conſtituendo ſeruari poſſunt conditiones neceſſariæ. q. 196. n. 2.

Crimen.

Vide *Infamia.*

Sic criminoſus occultus prohiberi poteſt ab exercitio Ordinum.q.112 n.7.

Si crimen ſit publicum poteſt criminoſus prohiberi ab exercitio Ordinum, quæſt, 112, num. 7.

Cultus.

Vide, *Beati, Canonizatio, Sancti.*

Cultus notorius erga Sanctos ſupponitur notus Pontifici. al. nu. 12.

Cultus exhibitus viris impijs fuit manifeſtatus particulari Dei prouidentia, al.nu.33.

Cultus Sanctorum particularium Eccleſiarum permiſſus, al. nu. 13.

Decretum Clementis VIII.ſuper veneratione non comprehendit Sanctos antiquos. al. num. 47.

In celebratione Sanctorum conſulenda eſt Sacra Rituum Congregatio. al. nu. 45.

Conſuetudo colendi Sanctos non canonizatos à ſede Apoſtolica non ſubiacet periculo falſi cultus. al. nu. 32.

Diminutio cultus ſequens ad rationabilem diſtributionem beneficiorum non attenditur. qu.240. nu.16.

D

Dæmon.

Dæmon mouere poteſt imaginationem, paſſiones excitare, &c.quæſt. 114. num. 4.

Dæmon quomodo poſſit mouere voluntatem. q.114. n.3.

Damnatus.

Damnatus ad metalla recipit alimenta. qu. 62. num. 3.

Damna, quæ victor paſſus eſt ex cauſa litis, an reficienda à ſuccumbente. q.59. n.2.

Qui dat cauſam damni, tenetur reſarcire qu. 216.nu.4.

Dauid.

Dauid victis Amalecitis retinuit ſpolia, licet alias reſtituenda. q.4.n.6.

Quæ ſpolia Dauid abſtulerit ab Amalecitis, q.4.n.20.

Debitor, Debitum.

Debitor productis quietantijs non tenetur probare veram ſolutionem. q.72.n.3.

Is, cuius bona confiſcantur, liberatur à ſolutione debitorum in foro externo. q.91. n.1.

Debitori non poteſt deferri iuramentum de vera ſolutione, ſi producit quietantias. qu. 72. num.5.

Si bona confiſcata ſufficiant pro debitis, nec in conſcientia tenetur, ſi alia acquirat. qu. 91. num. 5.

Secus, ſi non ſufficiunt. q.91.n.6.

Acquirens poſt confiſcationem noua bona, non tenetur ad ſoluenda debita. quæſt. 91. num. 3.

Etiam ſi reſtituatur, dummodo illi non reſtituantur bona. q.91 n.3.

Debitor pecuniæ non ſatisfacit exhibendo æquipollentia. q.135.n.4.

Decima.

Quid concedatur laicis, quando conceduntur decimæ. qu.178.nu.2.

Declaratio.

Declaratio nihil facit de nouo, ſed factum oſtendit. q.51.nu.2.

Declarare opera pia in confuſo diſpoſita non eſt de nouo diſponere. q.51. n. 3.

Quid requiratur pro declaratione. q. 55. n. 6.

Declarationes circa hoc S. Congregat. qu. 141. num. 3.

Declaratio ineſt diſpoſitioni declaratæ. quæſt. 149. nu. 3.

Cenſetur emanaſſe ſimul cum ipſa. q. 149.n. 3.

Declaratoria.

Declaratoria cur ſit neceſſaria etiam ſtante clauſula *abſque alia declaratione*. qu. 172. num. 7.

Declaratoria, quid operetur ſtante clauſula *ſine alia declaratione*. q.172.n.9.

Quando lex operatur ex ſe, adhuc neceſſaria declaratoria. q.172. n.8.

Decretum.

Vide *Conſtitutio.*

Decreta, & Conſtitutiones ſingulis annis publicè legendæ. q.195.nu.1.

Extenſio temporis pro earumdem lectione. qu.195. nu.2.

Si legantur extra tempus præfixum, non ſatisfit obligationi. q.195. n.3.

Decretum ſub Vrbano VIII. de non alienando, &c. recipit interpretationem à Paulina, *Ambitioſa*. q.191. nu.7.

Decretum irritans.

Decretum irritans inducit formam. qu. 10. num. 2.

Decretum irritans inducit formam. qu. 292. num. 9.

Decretum irritans ſemper reſiſtit contrariæ diſpoſitioni. q. 292.nu.8.

Defenſio.

Defenſio eſt licita, ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ. q. 233. n. 5.
Defenſioni derogari non poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis. q 181. n. 7.
Inferens Iniuriam, quæ poteſt propulſari abſque occiſione, non ſe ponit in neceſſitate occidendi, ob defenſionem. q. 19. n. 7.
Defenſio conſiſtit in oſtendenda innocentia, qu. 234 nu 2.
Defenſio à nemine auferri poteſt. q. 188. n. 3.
Nec etiam neceſſaria pro defenſione. qu 188. num. 3.
Inter æquè fortes licet baculo contra pugnos defendere. qu. 21. nu. 6.
Quando ſit exceſſus in defenſione. q. 21. n. 2.
Obiectio criminis pro defenſione, eſt ſolum occaſio mortis. q. 297. n. 4.
Afficiens iniuria non amittit ius propriæ defenſionis q. 19. n. 4.
Enſe contra pugnos quando liceat ſe defendere. q. 21. nu. 5.
De iure naturali poteſt quiſque defendere ſe, & ſua. q. 4. n. 13.
Modus inculpatæ tutelæ in quo conſiſtat. qu. 21. num. 6.
Defenſio attenditur in eo, quod fit, non in inſtrumento. q. 21. n. 6.

Defloratio.

Deflorans virginem cum promiſſione matrimonij, tenetur eam ducere. q. 2. n. 1.
Quid, ſi contradicant parentes, & minentur exhæredationem. q. 2. n. 2.

Defunctus.

Defuncti voluntas omninò ſeruanda, & eo modo, quo poteſt. q. 155. n. 2.
Defunctus cenſetur per nuncium loqui. quæſt. 105. num. 2.
Elapſo tempore præſcriptionis adhuc durat obligatio defuncti, qui mala fide poſſedit. q. 145. n. 10.

Degradatio.

Iudex eccleſiaſticus non poteſt degradare ad inſtantiam laici, niſi ei conſtat, &c. qu. 273. nu. 6.

Delegatio, Delegatus.

Delegatus debet docere de ſua iuriſdictione inſerendo tenorem, &c. q. 273. n. 3.
Delegatus tenetur ſequi ſtylum delegantis. qu. 185. nu. 2.
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur cum Ordinario. q. 35. n. 4
Facit vnum Conſiſtorium cum ipſo. q. 35. n. 4.
Delegatus vtitur iuriſdictione delegantis. qu. 185. nu. 3.
Exercet alienam iuriſdictionem. q. 185. n. 3.
Delegatus extra Curiam tenetur ſequi ſtylum Curiæ. q. 185. nu. 4.

Delictum.

Delictum contemptus religionis non eſt præſumendum, niſi conſtet. q. 115. n. 8.
Ex qualitate pœnæ arguitur qualitas delicti. qu. 166. n. 3.

Derogatio.

Derogationes tollunt quicquid impedire poteſt effectum gratiæ. q. 64. nu. 5.
Etiam ſi contineant tantum clauſulas generales. q. 64. n. 6.

Determinatio.

Determinare opus pium non eſt vti aliquo dominio, aut iure. q. 51. nu. 7.

Detinere.

Detinere quid dicat. q. 217. n. 7.

Detractio.

Detrahens, & proteſtans, quod non intendit lædere famam, non excuſatur. quæſt. 232. num. 1.

Dictio.

Dictiones non operantur vltra expreſſa. qu. 141. num. 11.
Dictiones vniuerſaliſſimę non extendunt diſpoſitionem vltra ſubiectam materiam. qu. 141. nu. 11.
Dictio, *Alia*, coarctat vniuerſalitatem verbi; ad ſimilia expreſſa. q. 210. n. 5.
Dictio, *Alia*, quando ſtrictè accipienda. qu. 210. nu. 5.
Dictio, *Aliqua*, eſt vniuerſalis. q. 219. n. 1.
Vniuerſalitas dictionis, *Aliqua*, coarctatur à ſubiecta materia. q. 219. n 6.
Dictio, *Aliàs*, importat diuerſitatem. qu. 295. num. 7.
Dictio, *Alius*, repetit eaſdem qualitates. qu. 251. nu. 4.
Dictio Alijs relata ad perſonas importat perſonas eiuſdem qualitatis, q. 251. nu. 5.
Dictio, *Circiter*, refertur ad modicam quantitatem. q. 158. n. 4.
Dictio, *Cuiuſcunque*, facit comprehendi, quæ aliàs non comprehenderentur. quæſt. 236. num. 5.
Dictio, *Donec*, eſt limitatiua. q. 244. n. 15.
Dictio, *Donec*, reſoluitur in conditionem. qu. 244. num. 16.
Dictio, *Dumtaxat*, excludit omnes alios caſus. qu. 46. nu. 6.
Dictio, *Hactenus*, importat præteritum, qu. 290. num. 10.

Declaratio S. Congregat. circa reſidentiam pro alternatiua hodie non habet locum. qu. 46.nu.8.
Regula alternatiuæ requirit copulatiuè animum reſidendi, & præſentiam corporalem. qu.46.nu.7.
Reſidentia in loco propinquo diœceſi non ſufficit pro alternatiua. qu.47.nu.2.
Alternatiua requirit reſidentiam corporalem. qu 46.num.3.
Obſeruantia Rotæ in iudicando declarat alternatiuam. qu.50 nu.10.
Alternatiua quomodo menſes alternet. qu.50. num.6.
Cauſa finalis alternatiuæ habet locum in reſidentia in loco exempto diœceſis.qu.48.n.5.
Menſes alternatiuæ quomodo diuidantur. qu. 50.num.4.
Quomodo cadant ſub alternatiua. ibid.
Si alternatiua non intrat initio menſis, non amplius intrat. qu.50.nu.5.
Epiſcopus regulariter non reſidens, non gaudet alternatiua, ſi ſit intra diœceſim animo diſcedendi. qu.46.nu.1.

Anima.

Anima diligenda poſt Deum ſupra omnia. quæſt.299.num.3.
Anima rebus omnibus præferenda. quæſt.299. num. 3.

Animus.

Animus potius quam verba attendendus. qu. 397. num. 6.

Annata.

Si vniatur beneficium vacans ſoluenda annata pro illa vice, ſi aliàs eſſet ſoluenda. qu.140. num. 7.
Non tamen poſtea ſoluenda quindennia pro compenſatione annatæ. qu.140,nu.7.

Annus.

Annus non eſt integer, ſi quid minimum deſit. qu.158.nu.7.
Annus, cui aliquid deeſt, non habetur pro completo. qu.158.nu.5.
Annus non completus non poteſt numerari. qu.158.num.5.

Antianitas.

Elapſo quinquennio non poteſt opponi contra antianitatem poſſeſſam ratione profeſſionis. qu.203.nu.6.
Cauſa antianitatis non poteſt prius agitari, niſi agitata cauſa profeſſionis. q.203.nu.8.

Apoſtata.

Apoſtata in alia prouincia, &c. cum licentia ſui ſuperioris validè profitetur. q.295.n.4.
Apoſtata licitè poteſt admitti, vt ſæcularis, orig.
Apoſtata quando non poſſet redire ad Religionem tanquam ſæcularis.q.295.nu.1.
Apoſtata quando tranſeat bono zelo ad aliam Religionem. qu.295.nu.6.
Apoſtata obtinens tranſitum ad aliam religionem deſinit eſſe Apoſtata. qu.295.nu.5.

Apoſtolus.

Res geſtæ ab Apoſtolis non fuerunt omnes ſcriptæ à D.Luca. al.nu.34.

Appellatio.

Appellatio à reiectione appellationis eſt admittenda. qu.160.nu.3.
Appellatio à reiecta appellatione ſuſpendit omnia. qu.160.nu 3.
Appellatio ſuſpendit rem iudicatam. qu.160. num. 2.
De iure canonico licet à quocunque grauamine appellare. qu.160 nu.4.
Si intereſſe ſit euidens, non poteſt appellatio reiici. qu.160 nu.4.
Pendente appellatione quicquid fit, eſt attentatum. qu.160.nu.7.
Dum diſcuritur, an appellatio ſit admittenda, innouatio omnis eſt attentata. quæſt. 160. num. 6.
Pendente tempore ad appellandum ſententia remanet ſuſpenſa. qu.111.nu.3.
In dubio, an appellatio ſit admittenda, omnia in eodem ſtatu conſeruanda. qu. 160.nu.5.
Stante appellatione res in eodem ſtatu permanere debent. qu.160.nu.2.
Appellatio in habitu idem operatur, ac appellatio in actu qu.111 nu.3.

Approbatio.

Approbatum non poteſt ampliùs retractari. qu.225.nu.5.
Semel approbatum non poteſt reprobari. qu. 24.num.2.
Poteſtas approbandi, & reprobandi in correlatiuis, quomodo limitetur. qu.24.n.3.

Arbiter.

Error arbitri non debet nocere partibus. qu. 198.nu.5.

Archidiaconus.

Munus Archidiaconi N. q.268.nu.1.
Archidiaconus licet non addictus choro, &c. tenetur reſidere. qu.268.nu.2.
Archidiaconus, &c. quatenus teneatur reſidere. qu.268.nu.3.

Argumentum.

Argumentum à contrario ſenſu valet exiſtente ſine contrario, qu.116.nu.3.

Non

Non valet argumentum à dote vxoris, ad dotem Monialis. q. 32.n.7.
Valet argumentum de vno ad aliud ex Aequiparatis. qu.7.num.3.
Argumentum à parte ad totum valet, ſi adſit identitas rationis. qu. 300.nu.6.
Argumentum de toto ad partem quando valeat. q.209.n,2.

Arma.

Armorum appellatione veniunt offenſiua, & defenſiua. qu.187.nu.3.
Fuſtus, & ſaxa. qu.187.nu.3.
In odioſis ſola offenſiua. qu.187.nu.3.
Arma defenſiua. Quando computentur inter offenſiua. qu.187.nu.4.
Quid prohibeatur per edictum prohibens delationem armorum. qu.187.nu.1.
Iuſta cauſa excuſat deferentem arma. qu.188. num. 1.
Licentia Epiſcopi an neceſſaria, vt quis deferat arma ratione inimicitiæ.q.188.nu.4.
Deferens ſclopum aucupandi cauſa non violat edictum prohibens arma. q.187.nu.2.
Prohibitio armorum non comprehendit aucupatoria. qu.187.nu.5.
Delatio armorum dat occaſionem violentiis, rixis, &c. qu.187.nu 7.

Arx.

Arx quando ſit in damnum principatus. qu. 164.num.7.

Aſſecuratio.

Aſſecuratio extenſa ad rem peremptam habet admixtum alium contractum. qu. 75.nu.7.
Aſſecuratio eſt quædam venditio. q 75.nu.6.
Aſſecuratio mercium, quæ perierunt, an valeat. qu.75.num.1.
Aſſecuratio fieri poteſt ſuper re perempta, & quando. qu.75.nu.2.
Aſſecuratio quando extendatur etiam ad res peremptas,& quid requiratur.qu.75.nu.3.
Simplex aſſecuratio non ſubſiſtit, quando petiit res aſſecurata. qu.75.nu.4.
Subſtantia, & materia aſſecurationis in quo conſiſtat. qu.75.num.4.

Attentatum.

Attentata poſt citationem ex puro officio iudicis reuocantur. q.161 nu. 5.
Quod ſit pendente tempore ad appellandum, eſt attentatum. q.111.nu.2.

B

Baculus.

Baculo ſe defendens contra aggredientem pugnis, an excedat. quæſt. 21. num. 2.

Bannitus.

Bannitus capitaliter cum confiſcatione bonorum amittit penſionem. qu.26.nu.1.
Bannitus reſtitutus, quando recuperet beneficium. qu.26.nu.4.
Bannitus capitaliter habetur pro mortuo. qu. 26.num 2.
Bannitus reſtitutus non recuperat penſionem. qu.26.nu.3.

Baptiſmus.

Baptiſmus non remittit pœnam pro foro externo. qu.168.nu.5.

Beatificatus.

Vide *Canonizatos.*
Cultus Perſonarum Beatificatorum in quo diuerſus à cultu Canonizatorum. quæſt. 300. num. 12.

Bellum.

Bellum iniuſtum infert vim, iniuſtum, nec deturbat poſſeſſione. q 4.nu.12.
Bellum eſt de iure gentium, & ſecundum ipſum regulatur qu.4.nu.7.
Bellum quando poſſit habere locum. quæſt. 4. num. 19.
Praxis declarat, in bello iniuſto non poſſe rapi hoſtium bona. qu.4.nu 17.
Capta in bello iniuſto ſolemni fiunt capientis. qu. 4. nu.3.
Ius belli non deſtruit ius naturale: quæſt. 4. num. 13.
Quæ ex hoſtibus capiuntur, fiunt capientis. q. 4. num. 5.
Capta in bello iniuſto non fiunt capientis cognita iniuſtitia. qu.4.num.10.
Ius belli non aſſiſtit bello iniuſto.q.4.nu.11.
Leges belli diſponunt ſolum de bello iuſto. qu.4.nu.21.
Capta in bello iniuſto an fiant capientis. qu. 4. num. 1.
Explodens in bello iuſto ſclopum ſine pila non eſt irregularis. qu.293.nu.11.
De bello defenſiuo non attenditur pro irregularitate exceſſus defenſionis, ſed occiſio. qu.293.nu.7.
Occiſio in bello fit auctoritate publica;& ideo licita. q.293. nu.8.

Ius belli diſponit, quod capta fiant capientis, licet bellum ſit iniuſtum. q.4.nu.8.
Capta in bello fiunt capientis, ſi bellum ſit ex titulo iuſto. qu.4.nu.8.
Res iure belli quomodo poſſint amitti. qu.4. num.22.

Beneficiarius.

Beneficiatus omittens recitare Officium, non facit fructus ſuos. qu.98.nu.2.
Beneficiatus poteſt multipliciter recitare Officium non conceſſum. qu.98.nu.1.
Beneficiarii officium non recitantes non tenentur reſtituere penſionem, q.211.nu.3.
Beneficiarii, & penſionarij poſſunt ſibi inuicem fructus cedere. qu 118.nu.2.
Beneficiarius circa fructus tantum cedere poteſt, quantum poteſt lucrari. q.118.nu.8.
Concil. Trident. admittit, quod noui beneficiarii ſoluant aliquam quantitatem conuertendam in vſus pios, qu.139.nu.3.
Idem etiam admittit Pius V. q.139.nu.3.
Beneficiarius quando non teneatur recitare officium, ſi non percipiat fructus. qu. 215. num.6.
Valet conſuetudo exigendi aliquid à nouis beneficiatis pro vtilitate Eccleſiæ. quæſt. 139. num.5.
Et etiam ſtatutum ex declarat. S. Congregat. qu.139.nu.6.
Aequitati conſonat, quod beneficiati conuertant in vtilitatem Eccleſiæ aliquam portionem fructuum. qu.139.nu.7.

Beneficium.

Beneficium eſt latè interpretandum, ſicut etiam priuilegium. q.230 nu.4.
Beneficium principis derogans iuri publico ſtrictè accipitur. qu.3.nu.5.
Beneficium Principis eſt latiſſimè contra ipſum interpretandum qu.50.nu.2.
Qui approbatur pro ordine, approbatur, & pro beneficio. qu.122.nu.6.

Beneficium Eccleſiaſticum.

Beneficium tranſit cum onere penſionis. qu. 218.nu.2.
Peccetne procurans beneficium cum animo dimittendi. q.224.n.11.
Non intelligitur quis priuatus beneficio, niſi in ſententia exprimatur. q.113.nu.2.
Collatio beneficii nulla ex incapacitate perſonæ, non conualidatur, niſi de nouo interueniant, quæ erant ab initio neceſſaria. qu.30. num.5.
Beneficium ſecundum quandiu litigioſum non facit vacare primum incompatibile. qu. 84. num. 3.
Beneficium ſemel affectum ſemper remanet affectum. qu 50.nu.5.
Poſſeſſio beneficii litigioſi non eſt tuta. qu. 84. num. 2.
Beneficium, quod ſuccedit loco patrimonii, eſt eiuſdem conditionis cum ipſo. qu.68. nu. 6.
Acceptans beneficium non cenſetur renunciare penſioni, quam habet. q.239.nu.8.
Beneficia iuriſpatronatus regulantur ſicut cætera. qu.236.nu.3.
Beneficium, ſi non requirit reſidentiam, eſt ſimplex, licet habeat aliquam iuriſdictionem. q.230. n.3.
Pro beneficio obtinendo non poteſt aliquid tradi pro fabrica, donatiis, &c. quæſt. 139. num. 1.
Beneficium liberaliter confertur. q.240.n.17.
Beneficium quando ſit litigioſum. quæſt. 84. num. 5.
Simplex dimiſſio beneficij comprehenditur ſub iuramento exigito in Curia. quæſt. 244. num. 6.
Quid ſi beneficium aliàs ſimplex requirat reſidentiam. q.244.n.7.
Beneficium datur propter officium. qu. 240. num. 16.
Animus retinendi beneficium ſub conditione impoſſibili contrariatur iuramento, & Conſtitutioni Pauli IV. q.244.nu.9.
Diuiſio patrimonij Eccleſiæ quando facta. qu. 240.nu.8.
Impetrans beneficium, vt retineat, donec pinguius obtineat non obſtat Conſtitut. Pauli Quarti, &c. qu. 244. nu. 15.
Conſtitutio Pauli IV. non afficit impetrantes cum animo liberè dimittendi. q.244 n.3.
Maiora merita, &c. exigunt plus participare de beneficijs. q.240.nu.12.
Beneficium quando agitur de cauſa hæreſis ſumitur amplè. qu.82 nu.2.
Inſtitutio beneficiorum eccleſiaſticorum eſt de iure eccleſiaſtico. q.240.n.9.
Maiora à Papa minora ab Epiſcopis inſtituuntur. qu.240.nu.9.
Habens plures penſiones eſt capax beneficiorum. q.239.n.4.
Beneficia quando ſint ſimplicia, licet habeant aliam denominationem. q.230.n.2.
Animus dimittendi beneficium ſuperueniens impetrationi, non contrariatur, &c. qu.244. num. 13.
Nec etiam animus reſignandi poſt longum tempus. q.244.n.14.
Procurantis beneficia cum animo reſignandi in fauorem tertij pœna. q.244.n.1.

Beneficiorum pluralitas.

Pluralitas beneficiorum an aliquando ſit in fraudem vltimarum voluntatum. qu. 240. num. 18.
Pluralitas beneficiorum an fomentum auaritiæ, &c. qu.240.nu.19.

Quam

Quam pluralitatem beneficiorum prohibeat Tridenr. q.237 n.5.
Concilium Trident. quomodo prohibeat conferri eidem plura beneficia. q.236.n.9.
Conſuetudo retinendi plura beneficia ſimplicia. q.240 nu.1.
Ante Concil. Trident. an valeret. q.240.nu.2.
Quid poſt dictum Concilium, & num. ſeq. qu. 240.nu.3.
Conſuetudo participandi plura beneficia an generalis. q.240.nu.44.
Valet conſuetudo retinendi plura beneficia ſimplicia. q.240.nu.10.
Conſuetudo retinendi plura beneficia eſt rationabilis. qu.240.nu.12.
Plura beneficia ſolo iure canonico prohibentur. q.240.n.10.
Hæc prohibitio ceſſaret, ſi ceſſaret inſtitutio beneficiorum. q.240.n.10.
Plura beneficia quando ſint ſecundum iuſtitiam. q.240.n.16.
Plura beneficia ſunt incompatibilia. qu. 236. num. 1.
Etiam ſi ſint iuriſpatronatus. q.236. nu.2.
Retinens plura beneficia quando ſit in ſtatu peccati. q.240.nu.20.

Beneficium ſufficiens.

Beneficium ſecundum ſe ſufficiens poteſt conferri habenti ſufficiens. q.238.n.6.
Habens inſufficiens beneficium ratione penſionis poteſt obtinere aliud. q.237.n.7.
Et retinere vacante penſione. q.237.nu.3.
Habenti inſufficiens beneficium poteſt conferri ſufficiens. q.237.n.3.
Regula ad cognoſcendum, quando beneficium ſit ſufficiens. q.69.nu.4.
Aduentitia non computantur, quando conſideratur ſufficientia beneficij. q.69.n.5.
Eleemoſinæ intuitu miſſarum non attenduntur, quando conſideratur, an Clericus habeat, vnde viuat. q.69.n.5.
Beneficium, vt ſit ſufficiens, debet ſubminiſtrare alimenta, victum, veſtitum, &c. qu. 69 num 3.
Collato ſufficienti an vacet inſufficiens beneficium. q.238.nu.1.
Habenti ſufficiens beneficium, ſi conferatur inſufficiens cur vacet primum. q.238. n.7.
Quid, ſi inſufficiens ſit purè ſimplex. qu. 238. num. 8.
Beneficia iuriſpatronatus quando poſſint conferri habenti beneficium ſufficiens. q. 236. num. 8.
Habenti inſufficiens poteſt conferri aliud ſufficiens beneficium. q.238 n.2.
Non dimittendum beneficium inſufficiens, ſi alterum fiat ſufficiens. q. 237. nu.3.
Habens duo beneficia inſufficientia an alterum teneatur dimittere, ſi vnum fiat ſufficiens. q.237 nu.1.
Non tenetur dimittere, ſi ex eius induſtria fiat ſufficiens. q.237.n.2.

Beneficij vacatio.

Beneficium non vacat per mortem coadiutoris. q.79.n.4.
In beneficijs vnitis non habet locum vacatio. q.140.n.4.
In dubio, an beneficium vacauerit poſt mediam noctem, quid faciendum. quæſt. 245. num. 2.
An Gallorum cantus attendendus. quæſt. 245. num. 3.
Iudicandum in fauorem illius, ad quem ſpectat menſis, qui finitur. q.245.nu.4.

Beneficium vnitum.

Vide *Vnio beneficiorum.*
Beneficium vnitum non eſt amplius beneficium, ſed fundus illius, cui vnitur. qu.140. num. 1.
Beneficium vnitum ſubeſt iiſdem oneribus, quæ prius ſuſtinebat. q.240.nu.2.
Dummodo onus non afficiat ipſum ratione vacationis. q. 140. n.3.
Beneficium vnitum non trahit onera vacationis ad vacationem illius, cui vnitur. qu.140. num. 3.

Beneplacitum.

Reſeruatio beneplaciti Apoſtolici dat implicitam validitatem. q.191 nu.2.
Tradens poſſeſſionem rei eccleſiaſticæ emptori antequam ſuperueniat beneplacitum Apoſtolicum reſeruatum, an incidat in pœnas q.193.nu.1.
Quid, ſi adhuc reſeruetur beneplacitum. qu. 193. nu.2.
Reſeruatio beneplaciti Apoſtolici relinquit venditionem in ſuſpenſo. qu.191. nu.10.

Blaſphemia.

Blaſphemans an mitius puniendus, ſi obtineat abſolutionem à Confeſſario. q.168.n.2.

Bona.

Bona quomodo ſequantur perſonam. qu. 31. num. 10.
Perſona principalior debet plus participare de bonis communitatis. q.240.n.13.
Subditi non tenentur conſeruare propria bona ſub iuriſdictione laica. q.270.nu.5.
Bona mentis non ſunt ſub iure Religionis. qu.34.nu.5.
Bona ſuſcipientis clericatum ſubtrahuntur iuriſdictioni principis laici. q.270 nu.3.
Dignitas perſonæ facit immunia bona clericorum. qu.270.nu.6.
Bona tranſeunt cum onere alendi, ad quem ſpe-

ſpectant. quæſt. 78. num. 6.
Bona relicta illegitimis tranſeunt ad Cameram Apoſtolicam. q.131.nu.7.
Eccleſiaſtici non eſſent plenè exempti, niſi eſſent exempta bona ipſorum. q.270.nu.5.
Bona Cathedralis adminiſtrantur à Capitulo. qu.125.nu. 1.
Appellatione bonorum veniunt, quę ſuperſunt ære alieno deducto. qu.148.nu.2.
Bona rapientium, corrumpentium, &c. mulieres religioſas tribuuntur Monaſterio. qu. 31.nu.13.

Bona Fides.

Vide *Fides*.
Cogens ludere, non tenetur reſarcire damna ludentis, ſi perdat. qu.4.nu 4.

Bonitas.

Bonitas, & malitia actus externi, & interni eſt eadem. qu.165.nu.8.

Bulla Cænæ.

Canon. 15. Bulla cœnæ quos excommunicet. qu.264.nu.8.
Canon. 16. Bulla cœnæ quos recurrentes ad tribunalia ſæcularia excommunicet. quæſt. 264. nu. 9.
Canon. 14. Bulla cœnæ quos comprehendat. qu.217.nu.2.
Quæ actiones prohibeantur in canone 12. Bulla cœnę. q.217.num.3.
Detinentes accedentes ad Romanam Curiam excommunicantur in Bul. cænæ. qu. 217.nu.6.
Si tamen iter aggreſſi ſint. qu.217.nu.6.
Quibus bonis ſpoliare prohibeat canon. 12. Bulla cœnæ. queſt. 217. num. 4.

C

Campanile.

Campanile coniunctum Eccleſiæ gaudet immunitate, q.3.nu.1.
Quid, ſi ſit ſeparatum. qu.3.nu.2.
Campanile ſeiunctum ab Eccleſia non eſt locus ſacer, nec religioſus. q.3.nu.3.
Campanile diſtans ab Eccleſia qualis pars Eccleſię. qu.3.nu.4.

Cancellatio.

Pacti cancellatio poſt ſignatam ſupplicationem non nocet. qu.70.nu.4.
Ad quid rendat cancellatio talis pacti, queſt. 70. num. 4.

Canonicus.

Canonici Præbendarij, &c.poſſunt abeſſe tribus menſibus ſingulis annis.qu.180.nu.2.

Canoniſta.

Canoniſtæ fruuntur priuilegijs conceſſis apud Religiones pro Theologis. qu. 7.nu.4.

Canonizatio.

Canonizatio Sanctorum fuit prius introducta quo ad Martyres, quàm quo ad Confeſſores. al.nu.28.
Conſuetudo venerandi non canonizatos ab initio Eccleſiæ ortum habuit. al.nu.2.
Sanctis canonizatis qui honores tribuantur. al.nu.8.
Antiquitus martyres canonizabantur ab Epiſcopis. al.nu.24.
Mos canonizandi tàm Martyres, quam Confeſſores per Concilium Synodale, & Prouinciale. al.nu 31.
Nullus adoratur pro Sancto niſi canonizatus à ſede Apoſtolica poſt Decreta Alexan. III. & Innoc. al.nu. 29.
Ante prædicta decreta aliqui Sancti fuerunt à ſummis Pontificibus canonizati. al. nu. 30.

Capellania Capellanus.

Capella vendi poteſt ab ijs, ad quos ſpectat Eccleſia. q.96.nu.4.
Non interuenit propriè venditio, & quid interueniat q.96.nu 4.
Obtinens Capellam in Eccleſia non habet illius dominium. qu.96.nu.2.
Habens Capellam an teneatur ſuſcipere ſacerdotium. q.13.nu.5.
Habens Capellam in Eccleſia an poſſit illam vendere. qu.96.nu.1.
Capellania cum onere celebrandi poteſt conferri ſimplici Clerico, niſi aliter cautum ſit. qu.13.nu.5.
Capellanus non poteſt iuuari præſcriptione immemorabili, ſi conſtet de fundatione. qu.144 nu.2.
Si ſit præſentandus Capellanus, qui miſſas celebret, inſtituitur ſimplex Capellania. qu. 13 nu.2.
Quid, ſi dicatur, quod præſentetur Sacerdos, ſeu præsbiter. q.13 nu.4.
Capellania manualis, ſi erigatur in titulum non obligat ad reſtituendos fructus non recitantem officium. q.212.nu.5.
Reductio oneris Capellaniæ vnde poſſit præſumi. qu. 144.nu.7.
Capellanus omittens Officium non tenetur reſtituere fructus Capellaniæ, quæ non eſt collatiua. qu.212.nu.1
Quid, ſi ſit collatiua, & fructus non excedant onus celebrationis. qu.212.nu.2.

Præ-

Præſcripta reſidentia, & perſonali ſeruitio Capellania, aliàs ſacerdotalis, poteſt conferri ſimpliti Glerico. q.13. nu. 2.

Capitulum Capitularis.

Vide *Collegium.*
Capitulum admittens ad profeſſionem, quam intentionem habeat. q. 134. n. 5.
Capitulum nihil poteſt contra Regulam, & propria ſtatuta, qu. 134. nu. 2.
Capitulum repræſentat Eccleſ. q. 125. n. 2.
Deputato à teſtatore adminiſtratore non ſe ingerit Capitulum. q. 125. nu. 4.
Præſumendum, Capitulum admittere ad profeſſionem iuxta Conſtitutiones. quæſt. 134. num. 6.
Standum ijs, quę fiunt à maiori parte Capituli. q 137. nu. 1.
In probabilibus, qui non conſenſit, tenetur ſubſcribere determinationi Capitulati. qu. 137. nu. 2.
Quid in dubijs. q. 137. nu. 3.
Cur etiam in dubijs debeat ſubſcribere. qu. 137. nu 4.
Si determinatio Capitularis ſit iniuſta, &c. qui ſentiant teneri ſubſcribere, qui non eſt ſuffragatus. qu. 137. nu. 5.
Nec tenetur, nec poteſt ſubſcribere. qu. 137. num. 6.
Quid requiratur, vt Capitularis euadat pœnas alienantium ſine ſolemnitate. qu. 138. num. 1.
Capitularis tenetur contradicere alienationi ſine ſolemnitate. qu. 138 nu. 2.
Non contradicens alienationi, licet non ſuffragetur, non euadit pœnas, etiam in conſcientia. qu. 138. nu. 3
Capitularis ad quid teneatur ex officio cum agitur de alienatione. q. 138. nu. 4
Qui non ſuffragatur in Collegio, concurrit tamen ad exequutionem q. 138. n. 5.

Cardinalis.

Titulares Cardinales non diſponunt de legatis relictis nouis Eccleſijs titularibus. qu. 127. num. 2.
Quæ bona Titularium Eccleſiarum nouarum adminiſtrari poſſint à Cardinalibus Titularibus q. 127. nu. 8
Titulares diſponunt de legatis relictis ſuis eccleſijs titulorum antiquorum. quæſt. 127. num. 10.
Ita diſponente Sixto V. q. 127. nu. 10.

Caſtrum.

Dominus caſtri non tenetur ad expenſas factas à principe pro eo muniendo, &c. qu. 164. nu. 8.

Caſus Reſeruatus.

Vide *Reſeruatio.*
Ordinarius reſeruans ſibi caſus quam iuriſdictionem exerceat. q. 56. nu. 6.

Cauſa.

Cauſæ ad Romanam Curiam deuolutæ numquam inde extrahuntur. q. 102. n. 2.
Ita exigente maieſtate Sedis Apoſtolicæ. qu. 102. nu. 3.
Ex cauſis connexis, quæ prius agitanda. qu. 203. num. 8.
Cauſa transfundit ſuam limitationem in effectum. qu. 57. nu. 5.
Cauſæ camerales pertinent ad Cameram priuatiuè. qu. 267. nu. 7.
Ex eadem cauſa non prodeunt contrarij effectus. q. 225. nu. 6.
Vt poſſit quis iudicare, debet præcedere cauſæ cognitio. q. 172. nu. 6.
Ex limitatione cauſæ quo ad locum, & tempus limitatur etiam effectus. qu. 133. nu. 3.
Non eſt iuſtum, quod remiſſio cauſæ fiat remiſſio de maiori ad minorem. q 102. n 3.
Cauſa ſemel commiſſa Cardinalibus non debet committi inferioribus. qu. 102. n. 1.

Cauſa finalis.

Vide *Finis, Ratio.*
Cauſa finalis extendit diſpoſitionem comprehenſiuè. q. 82. nu 4.
Etiam pœnalem, & odioſam. q. 82. nu 5.
Cauſa finalis coarctat diſpoſitionem ad ſuos terminos. q. 212. nu. 3.
Cauſa finalis vbi ceſſat, etiam ceſſat diſpoſitio. q. 190. n. 4.
Cauſa finalis regulat mentem diſponentis. qu. 228. nu. 3.
Cauſa finalis regulat totam diſpoſitionem. qu. 219. nu. 4.

Cenſura.

Vide *Excommunicatio, &c.*
Cenſuræ imponuntur actibus externis, vt dependent ab internis. q. 228. n. 5.
Superiores Religioſi, licet non initiati prima tonſura poſſunt ferre cenſuras. q. 40. n. 2.
Poteſtas ferendi cenſuras ſequitur iuriſdictionem fori externi. q. 40. n. 5.
Cenſura locum non habet, niſi interueniat actus perfectus. q. 217. n. 9.
Poteſtas ferendi cenſuras non poteſt conuenire laicis. qu. 40. nu. 1.

Cenſus.

Vide *Diſdicta.*
Cenſus continentur ſub prohibitione alienandi prohibita alienatione immobilium. qu. 199. num. 3.

Etiam

Etiam rerum Eccleſiaſticarum. qu.199.n.3.

Pius V. annullat pacta, &c. non autem contractum cenſus. q.221.n.6.

Proteſtatio ſeruandi Bullam Pij V. in ſenſibus, facit, quod contraria habeantur pro non appoſitis. q.221.n.7.

Pacta, quæ non mutant ſubſtantiam cenſus, non pertinent ad eius formam. quæſt. 221. num. 10.

Cenſus æquiparantur immobilibus. qu. 199. num. 2.

Quos contractus cenſuales Pius V. declaret fœneratitios. q.221.nu.8.

Quomodo ſaluetur iuſtitia cenſus, dum ex credito conſtituitur. q.196.nu.3.

Quæ pœnæ prohibeantur in fundatione cenſus ex Conſtit. Pij V. q. 219.nu.3.

De iure communi in fundatione cenſus poteſt apponi pœna. q.219 n.2.

Cenſus conſtitutus in certa moneta ſoluendus eſt iuxta valorem tempore ſolutionis. qu.220.nu.1.

Cenſus ſubſiſtit, & reijciuntur pacta prohibita. qu.221. nu.3.

Quæ pacta prohibeantur in fundatione cenſus. qu.219.nu.1.

Pacta contra ſubſtantiam reddunt cenſum nullum. q.221. nu. 1.

Quid, ſi non deſtruant, ſed ſolum ſint prohibita. q.221. nu.2.

Ceſſio.

Cedens bonis tenetur ſoluere, ſi veniat ad pinguiorem fortunam. q.91.n.7.

Ceſſionarius vtitur iure cedentis. quæſt. 215. num. 4.

Dans alteri dat ſecundum menſuram iuris, quod habet. q.216.n.2.

Citatio.

Citatio inducit pendentiam litis. q.161. n.5.

Citatio cur ſit neceſſaria in ſpecie pro ſententia. q.172.n.5.

Clauſula.

Clauſula abſque præiudicio venientium ab inteſtato, non excludit à legitimo. qu. 214. num. 8.

Clauſula annullatiua alterius contractus non præiudicat contractui, cui apponitur. qu. 118.nu.9.

Clauſula Codicillaris fauore piæ cauſæ ſubintelligitur. q.18.n.5.

Clauſula Codicillaris ſuſtinet teſtamentum, quod præmortuo hærede corruit. qu. 18. num.6.

Repetit legata à venientibus ab inteſtato. qu. 18. num. 6.

Clauſula Conſtituti transfert poſſeſſionem, & dominium. q.191.nu.2.

Clauſula Decreti irritantis annullat contraria. qu.250. nu.4.

Præſeruat legem contra contrarium vſum. qu. 250. num. 5.

Clauſula. De plenitudine poteſtatis facit, vt nihil poſſit opponi. q.243. n.13.

Clauſula in fine poſita, ſi non poteſt ſtare per ſe, refertur ad immediatè antecedentia. qu. 275. nu.4.

Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, ſi adoptari poſſit. q.221.n.9.

Sicut ad illa ſolum, quibus poteſt conuenire. qu.221.nu.9.

In odioſis clauſula refertur ſolum ad immediatè antecedentia. q.275.n.5.

Clauſula non refertur ad ea, ad quæ non permittit referri diuerſitas rationis. qu. 246. num. 10.

Clauſula, *abſque alia declaratione*, non excludit declaratorum criminis. q.172. n.3.

Diuerſa ratio facit vt clauſula referatur ad ſola immediatè præcedentia. qu.275.nu.5.

Clauſula, *Amatis impedimentis*, quid dicat. qu. 243. num.12.

Clauſula *Ad inſtar*, quid operetur. q.23.n.4.

Clauſula *eſſque ad receptionem ea*, complet reſtrictionem. q.275.n.2.

Clauſula, *Et alijs intereſſe habentibus*, quos comprehendat. q.251.nu.4.

Clauſulæ, *Etiam ſub eodem tecto*, effectus. qu. 9. num. 5.

Clauſulæ, *Ipſo facto*, & *ſine alia declaratione*, quid operentur. q.172.n.9.

Clauſula, *ſine præiudicio*, præſeruat omnia iura. q.127.nu.3.

Clauſula, *Omnia alia*, non extenditur ad diuerſa ab expreſſis. q.219.nu.6.

Clauſula, *Quatenus opus ſit*, quid operetur. q. 191. num. 10

Clauſula *Quo modo voluerit* remouet ſolemnitatem legis. q.37 nu.7.

Clauſula, *ſeruata ſacror. Canon. forma*, non infert neceſſitatem licentiæ Apoſtolicæ pro fundandis Monaſterijs. q.247.nu.2.

Clauſula, *ſine alia declaratione*, quid operetur iuncta cum clauſula. *Ipſo facto*. quæſt. 172. num.10.

Clauſula, *ſine præiudicio, &c.* non tollit, quin legitimatus poſſit hæreſeſſe. q.132.nu.2.

Clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, quid operetur. q. 132.nu.3.

Non impedit, quin pater poſſit legitimatum inſtituere hæredem. q.132.nu.3.

Clauſura.

Vide *Monaſterium*.

Prohibitio, ne prætextu licentiarum admittantur mulieres in monaſteria. qu.170.n.1.

Non habet locum, niſi quò ad mulieres, prætendentes licentias. q.170.nu.2.

Sub quibus pœnis id prohibuerit Pius V. qu. 170. num. 3.
Eius prohibitio an afficiat omnes mulieres, qu.170.nu.4.
Declaratio, quod afficiat omnes mulieres viuæ vocis Oraculo. q.170.n.5.
Hæc declaratio non eſt noua extenſio, &c. q.170.nu.6.
Cauſa finalis diſpoſitionis habet locum quò ad omnes mulieres. q.170.n.7.
Verba *Mulieribus prætendentibus licentias*, ſtant demonſtratiuè, & quomodo. qu. 170. num. 12.
Suſpenſio à diuinis contrahitur abſque alia declaratione. q.172. nu.1.
Priuatio officiorum, &c. Bulla Pij V. &c. an requirat declarationem. q.172.nu.2.
Furtiua introductio mulierum an contineatur ſub prohibitione Pij V. q.171.nu.1.
Ratio finalis prohibitionis habet locum in furtiua introductione mulierum. qu. 171. num. 4
Introducens mulierem in monaſterium ex aliqua neceſſitate, non incurrit pœnas. quæſt. 171. nu. 7.
Obſeruantia ſubſequuta declarauit Conſtitutionem Pij V. afficere omnes mulieres. qu. 170. num.9.

Clericus Clericatus.

Clericus ratione inimicitiæ deferens arma contra ſtatutum, excuſatur, & num. ſeq. qu.188.nu.1.
Venatio, & aucupatio quando conceſſa clericis. qu.187.nu.6.
Clericorum arma quænam ſint. qu.187. nu.7.
Poteſt clericus conſentire legitimationi Principis laici. qu.231.nu.3.
Clericatus illegitimo modo ſuſceptus perinde eſt, ac ſi non eſſet ſuſceptus. q.201. nu 8.
Non operatur ſuos effectus. q.201.nu.8.
Clericus puniri poteſt, & concubinarius, licet extra domum retineat meliorem. qu. 271. num. 2.
Clericis ratione Clericatus prohibetur exercere officia ſæcularia. qu.101. nu.1.
Aſſumens clericatum, vt ſe ſubtrahat laicæ iuriſdictionis quomodo lædat Principem. qu.270. nu.7.
Eſt in dedecus Ordinis clericalis, quod quis illius mendicet, &d. qu.113. nu.4.
Clericus non ſubeſt pœnis ciuilibus impoſitis filijs damnatorum læſæ maieſtatis. qu. 90. num. 4.
Suſcipiens clericatum, vt ſe ſubtrahat iuriſdictioni laicæ non infert damnum laicis. qu. 270. num. 4.
Clericus quando accedit ad tribunal laicale debet iurare coram iudice eccleſiaſtico. qu. 263. nu. 3.

Coadiutor, Coadiutus.

Coadiutor non lucratur diſtributiones coadiuto excommunicato. qu.79. nu.4.
Coadiutor non habet poſſeſſionem, nec titulum beneficij. qu.79.nu.4.
Coadiutor quo titulo recipiat diſtributiones ſibi aſſignatas coadiuto excommunicato. qu.79.nu.7.
Coadiutores dantur, vt ſuppleant vices coadiuti. qu.79.nu.5.
Coadiutor percipit diſtributiones ſibi aſſignatas, licet coadiutus ſit excommunicatus. qu.79. nu.5.
Coadiutor tenetur inſeruire. qu.80.nu.3.
Coadiutor inſeruit nomine proprio. qu. 80. num. 3.
Cauſa finalis coadiutoriæ. qu.80.nu.4.
Coadiutor ratione muneris obligatur tanquam principalis. qu.80.nu.5.
Coadiutor excommunicato coadiuto non poteſt impediri, quin interueniat diuinis officijs. qu.80. nu.1.
Imò tenetur interuenire. qu.80. nu.2.

Coarctatio.

Coarctatio non excludit extenſionem ad ea, quæ de iure veniunt in conſequentiam. qu.87.nu.7.

Coercitio.

Vis coercitiua eſt neceſſaria pro iuriſdictione. q.159.n.14.

Cæcus.

Cæcus eſt irregularis. q.38.n.1
Cæcus diſpenſari poteſt, vt ordinetur ſacerdos in ordine ad confeſſiones audiendas. qu.38 nu.2.
Cæcus non eſt omnino inhabilis ad celebrandum. q.38.nu.4.
Eſt habilis pro confeſſionibus audiendis. qu. 38. nu.4.

Cognatus.

Si familiæ ſubſtituantur coniuncti in conſanguinitate, veniunt Cognati. q.117.nu.1.

Collatio.

Collatio æquipollet electioni, confirmationi & inſtitutioni. q.27.nu.8.
In collatione beneficij poteſt aliquid exigi pro fabrica Eccleſiæ, ſactiſtia, &c. qu. 139. num. 3.

Collegium.

Collegium non poteſt remittere in priuatam perſonam commiſſionem ſibi factam de aliquo negocio determinando. q.53.nu.1
In commiſſione negocij grauis, & ardui facta

Colle-

Collegio cenſetur electa communis induſtria, & prudentia. q.53.nu.5.
In commiſſione facta Collegio præſumitur habita ratio communis conſultationis, qu. 53. nu. 4.

Commenſalitas.

Quid ſufficiat pro commenſalitate, quæſt. 16. num.3.

Commiſſio.

Commiſſio non poteſt in alium transferri, quando eſt electa induſtria perſonæ. qu.53. num. 3.
In commiſſione facta ad arbitrium alicuius eſt electa induſtria illius. qu.53.nu.2.

Commodatarius.

Commodatarius non tenetur de caſu fortuito, niſi illum in ſe ſuſcipiat. q.167.n.1.
Commodatarius tenetur de caſibus fortuitis, ſi vtatur in alium vſum. q.167.n.2.
Commodatarius tenetur reſarcire, ſi commodata vtatur ad illum vſum. q.167. n.3.
Commodatarius tenetur furti, ſi vtatur in alium vſum. q.167. nu. 3.
Quantum commodatarius teneatur reſarcire, ſi vſus conceſſus contineatur in vſu vſurpato. qu.167.nu.4.
Quid, ſi non contineatur. q. 167. nu.4.
Præſumpta voluntas commodantis excuſat vtentem in alium vſum. q.167.n.5.
Quid, ſi commodatarius bona fide vtatur in alium vſum. q.167.n.6.
Tenetur reſtituere, ſi ex vſu ſit ditior factus. qu.167.nu.7.
Pro foro externo commodatarius vtens in alium vſum, non excuſatur bona fide, qu. 167. nu. 8.
Quia obſtat ius, & ratio naturalis. quæſt. 167. num. 8.
Commodatarius tenetur de leuiſſima culpa. qu.167.nu.9.

Commodum.

Qui de præſenti granatur, debet etiam de præſenti ſentire commodum. qu.206.nu 3.
Illius eſt commodum, cuius eſt periculum. q.108.n.5.

Communio.

Qui non communicauit in Paſchate, quando præſumatur in ſtatu peccati. qu.151. nu.5.

Conceſſio.

Vide *Gratia Priuilegium.*
Conceſſio accipitur in terminis habilibus. qu. 127.nu.9.
Conceſſio ex præſuppoſito eſt ſub conditione. qu. 129. nu.4.
Sufficit ſi conditio ſemel verificetur. qu. 219. num. 5.
Generalis conceſſio operatur, ac ſi ſingulæ in ſpecie concederentur. qu.87.nu.1.
Prohibitum de vno, de altero cenſetur conceſſum. q.68.nu 1.
Verba conceſſionis comprehendunt omnia, quæ apta ſunt comprehendere quæſt. 238. num. 3.
Qui inuitus concedit, vere, & liberè concedit licet ſecundum quid nollet. q.100.n.2.
Conceſſio principis eſt ſine alterius præiudicio. qu.127.nu.9.
Conceſſio limitata non extenditur vltra expreſſa. q.43.n.4.
Conceſſio cenſetur facta in terminis habilibus. qu.43.nu.5.
Conceſſo vno quænam ſint in conſequentiam conceſſa. q.43. n.6.
Limitata conceſſio non extendit effectum vltra ſuos terminos. qu.110. nu.4.
Sub conceſſione veniunt, qua ſunt apta comprehendi ſub verbis. q.230.nu. 4.
Identitas rationis excludit comprehenſiuè conceſſionem. q.300.n. 7.
Conceſſum ſub certa conditione, ſub oppoſita non eſt conceſſum. q.47.nu.4.
Conceſſio præcipui cultus eſt etiam conceſſio minoris. q.300.nu. 6.
Conceſſio antecedentis, eſt conceſſio conſequentis. q. 300.n.5
Conceſſio non habet locum, niſi quatenus verba aptari poſſunt. q.110. nu.3.
Conceſſio menſuratur à fine propter quem fit. qu. 300.nu.13.
Et à conſuetudine ſecundum quam exercetur actus conceſſus. qu. 300.nu.13.
Conceſſo vno conceduntur omnia, ſine quibus id expediri non poteſt. q.43. nu.1.

Concilium.

Concilia prouincialia, & nationalia non poſſunt decernere circa res fidei. quæſt. 259. num. 1.
Concilia Africanum, Arauſicanum,&c. ſolum examinauerunt errores hæreticorum, qu. 259. num. 6.
Concilia Prouincialia, & nationalia poſſunt examinare res fidei. qu.259.nu.5.

Concubina, Concubinatus.

Concubinæ appellatione quænam veniant. q. 271. num. 3.
Pro concubina quas conditiones requirat ius ciuile. q.271. nu.1.
Ad concubinatum de iure ciuili quid requiratur. qu. 271.nu.4.
Ius ciuile non improbat concubinatum, niſi inter quos non poteſt eſſe matrimonium. quæſt.

quæſt. 171. num. 4.
Diſpoſitio Concil. Tridentini de concubinarijs quomodo accipienda. q.271.nu.4.

Concurſus.

Statutum quod præferatur in concurſu ſtante æqualitate ſciens cantum firmum. quæſt. 274.nu. 1.
Poteſt Epiſcopus non præferre. quæſt.274 n.1.
Epiſcopus in concurſu tenetur eligere digniorem. qu.274. nu.2.
Si eligat minus dignum electio non eſt nulla ſed irritanda. qu.274.nu.3.
Electio dignioris in concurſu relinquitur conſcientia Epiſcopi. qu.274.nu.4.
Iudicium de digniori Trident. remittit Epiſcopo. qu.274.nu.5.
Stante idoneitatis æqualitate poteſt Epiſcopus eligere neſcientem cantum firmum. qu.274.nu.6.
Cantus firmus non confert curæ animarum. qu.274. nu.6.
Statutum quod in concurſu præferatur cantum firmum quodnam Ius tribuat. quæſt. 274. nu. 8.
Quæ idoneitas conſideranda in concurſu. qu. 274. nu.6.
Quomodo Epiſcopus teneatur in concurſu eligere magis idoneum. q.274.nu.9.

Conditio.

Conditio, quæ inducit ad peccandum, non ponitur ſine peccato. q.74.nu.1.
Eſt de iure impoſſibilis. q.74.nu.1.
Conditio impoſſibilis vitiat contractum. qu. 74. nu. 1.
Datum ſub conditione, ſub oppoſita cenſetur non datum. q. 31.nu 8.
Conditio, quod res ſubhaſtata conſignetur vacua poſſeſſore, &c. non obſtante iuramento valet. qu.74.nu.2.
Impleri poteſt abſque peccato. q.74.nu.2.
Non continet ſcandalum. q.74.nu.3.
Non eſt de iure impoſſibilis. q.74. n.4.
Quod eſt ſub conditione, euaneſcit ea non purificata qu.73. nu.4.
Conditio valet, ſi quocunque modo impleri poteſt. qu.74. nu.4.
Sufficit conditionem exiſtere etiam pro momento temporis. qu.52. nu.3.
Conditio impleri debet in forma ſpecifica. qu.46. nu.5.
Conditio impoſſibilis remouet intentionem. qu. 244. nu.9.
Conditio facit, quod actus non adſit. qu.244. num. 8.
Conditionatum non attenditur. q. 244. n.8.
Deficiente conditione actus habetur pro non facto, q. 120.nu.4.
Conditio habetur pro impleta quando non fiat per implere debentem, q.294.n.5.
Conditiones appoſitæ in fundatione beneficij poſſunt præſcribi. q. 13.nu.1.
Conditio habetur pro impleta, ſi non ſteterit per eum, à quo impleri debet. q.47.n.4.
Et quando, ibid.

Confeſſarius.

Confeſſarius iniungens aliquid nomine defuncti hæredibus, fungitur munere nuncij. qu.104. nu.2.
Confeſſarius tenetur ſequi opinionem probabilem pœnitentis. qu. 151. nu.4.
Confeſſarij non priuilegiati an poſſint abſoluere à ſuſpenſione contra introducentes mulieres in Monaſteria. q.174.nu.2.
Confeſſarius audit confeſſiones, vt Chriſti miniſter. qu.156. nu.6.
Confeſſarij non priuilegiati cur poſſint abſoluere ab excommunicatione. q.174.n.6.
Confeſſarij non priuilegiati abſoluunt ab excommunicatione non reſeruata. qu. 174. num. 2.

Confeſſio Sacramentalis.

In pœnitentiali iudicio vnicuique credendum. q.156.n.3.
Poteſtas audiendi confeſſiones eſt diuerſa à poteſtate offerendi ſacrificium. q.38. n.4.
Quæ peraguntur in foro pœnitentiali, ſunt extra ſphæram ſtatutorum ciuilium. qu. 168. num.3.
Audiens furtiuè, aut caſu confeſſionem tenetur ſigillo. qu.156.n.9.
Notitia ex confeſſione eſt extra commercium humanum. q.156. n.6.
Notitia habita in confeſſione non poteſt adhiberi in iudicio. q.156.n.5.

Confeſſionis Reuelatio.

Confeſſio iam reuelata cur non poſſit inſeruire in iudicio. q.156.n.7.
Reuelans confeſſiones qua pœna puniendus. qu.156.nu 1.
Confeſſio reuelata an probet in iudicio. qu. 156. num.2.
Reuelatio confeſſionis quando pertineat ad Tribunal Inquiſitionis. q.285 nu.4.
Reuelatio confeſſionis quando ſit qualificata in ordine ad Tribunal Inquiſitionis. quæſt. 285. nu. 5.
Conſuetudo reuelandi confeſſionem cur generet ſuſpicionem hæreſis q.285. nu.7.
Conſulens alios ſuper auditis in confeſſione, quomodo non vtatur notitia habita ex confeſſione. qu.156. nu.8.
Delictum reuelationis confeſſionis non pertinet ad Inquiſitores. q.281.nu.1.
Si tamen ſit ſimplex reuelatio. qu.285. nu.2.

Confirmatio.

Confirmatio non præiudicat conſuetudini in contrarium, quando non eſt narrata, qu. 265.nu.4.

Poteſtas confirmantis eſt poteſtas iuriſdictionis. qu nu. 9.

Suſpicio falſi reddit ſubreptitiam confirmationem Pontificiam. qu.265.nu. 3.

Confirmatio Papalis quando relinquat ſtatutum in ſuo ſtatu. q.287.n.6.

Confiſcatio.

Confiſcatio abſoluta comprehendit iura, & actiones. q.289.nu.8.

Eccleſia confiſcando bona non intendit priuare alimentis. q.[illegible].nu.4.

Ius vſufructus Clerici non confiſcatur. quæſt. 289, nu. 7.

Ob crimen hæreſis bona ſunt ipſo iure confiſcata. qu.62.nu.1.

Si confiſcatio ſit tantum quò ad partem bonorum, non liberat à ſolutione debitorum. qu.91.nu.4.

Confiſcata parte bonorum, creditor ire poteſt contra ea, quæ ſuperſunt. q.91. n.4.

Ad confiſcationem bonorum extinguitur penſio. qu.26. nu.3.

Sub confiſcatione bonorum venit penſio. qu. 26. nu.1.

Per confiſcationem omnia iura actiua, & paſſiua tranſeunt in fiſcum. q.91.nu.2.

Confiſcatis bonis vſufructuarij commoditas fructuum tranſit in fiſcum. q.118 nu.6.

Dominium directum Eccleſiæ impedit confiſcationem. q.90. nu.3.

Quæ non tranſeunt ad hæredem extraneum, non veniunt ſub confiſcatione. q.90.n.5.

Confraternitas.

Confraternitas eſt corpus, & communitas à Capitulo diſtincta. q.185.n.7.

Congregatio.

Congregationi B.Io: Dei conceduntur ſinguli ſacerdotes pro ſingulis conuentibus. qu. 142. nu. 1.

Congrua.

Congrua titulari manutenenda. q.218.n.9.

Connexio.

Connexa reputantur pro vno, & eodem. qu. 54. nu. 4.

Quæ non poſſunt ſtare ſeorſim, ſunt neceſſariò connexa. q. 54.n.8.

Coniectura.

Coniectura, vnde deſumitur pactum tacitum. q.179.n.3.

Conſanguinitas conſanguinei.

Conſanguinitas ſecundum ius ciuile non excedit decimum gradum. q.117.n.3.

Conſanguinei non ſumuntur pro affinibus. qu. 119.nu.8.

Conſanguinitas, & affinitas confunduntur. qu.119.nu.2.

Conſanguinitas iuncta coniunctione ſtat ſpecifice, & contradiſtincta ab affinitate. qu. 119.nu. 7.

Conſanguinei, qui ſint. qu.119.nu 5.

Conſanguinei iuxta communem vſum loquendi ſunt ſanguine coniuncti. qu.119. num. 6.

Conſanguinitas complectitur omnes ſanguine iunctos. qu.117. nu.2.

Quicunque conſanguineus eligi poteſt, quando eſt eligendus coniunctus in conſanguinitate cum familia. qu.117.nu.6.

Conſanguinei ſunt, qui ſanguine quocunque modo iuncti ſunt. q.117.n.4.

Conſanguineorum nomine propriè non veniunt cognati. q.117. nu.5.

Veniunt tamen, quando non poſſunt ſumi ſtrictè. q.117. n.5.

Conſcientia.

Remorſus conſcientiæ eſt de certis. qu. 193. num. 6.

Conſenſus.

Conſenſus ſuperueniens quando, conualidet actum. qu.121.nu.3.

Conſenſus ſolemnizans requiritur in ipſo actu. q.121.n.4.

Quando conſenſus requiritur pro forma, non ſufficit, ſi ſuperueniat, ſed debet cum actu concurrere. q.121, nu.5.

Conſenſus ſuperueniens ratificat actum, ſi agatur de intereſſe conſentientis. qu. 121. num 6.

Conſenſus reſpiciens fauorem publicum requiritur pro forma. q.121. n.6.

Conſequens, Conſequentia.

Quod venit in conſequentiam, non attenditur. q.233.n.3.

Si initium actus eſt licitum, omnes quoque ſequellæ licitæ. q.233. n.4.

Quando non attendatur, quod venit in conſequentiam. q.233. nu.10.

Conſilium.

Non poteſt retractari conſilium cum alterius iniuria. q.24. n.2.

Conſtitutio.

Conſtitutio Clementis VIII. recipit interpretationem à Conſtitutione Gregor. XV. quæſt.

quæſt. 251. num. 3.
Formula facultatum Cardinalium Titularium ſupra Titulis eſt reſpectiua ad Conſtit. Sixti V. qu. 127. nu. 9.
Conſtitutio Pauli IV. non habet locum extra Romanam Curiam. qu. 244. nu. 12.
Conſtitutio pœnalis eſt reſtringenda. qu. 211. num. 6.
Conſtitutio Pauli IV. non comprehendit imperrantes cum animo permutandi. qu. 244. num. 5.
Anticipans tempus in legendis Conſtitutionibus an ſatisfaciat. q. 195 n. 6.
Conſtitutio Sixti V. priuans beneficijs, & penſionibus non deferentes habitum Clericalem eſt vſu recepta. qu. 182. nu 1.

Conſuetudo.

Vide *Immemorabilis.*
Conſuetudo non valet niſi ſit rationabilis. qu. 152. num. 3.
Conſuetudo inducens vſuras eſt extirpabilis. qu. 152. nu. 3.
Conſuetudo quando ſit immemorabilis. qu. 205. nu. 3.
Conſuetudo prævalet iuri Canonico. qu. 240. num. 10.
Actus contrarius non finit, quod conſuetudo vires ſumat. q. 181. nu. 5.
Conſuetudo ſuperueniens poteſt derogare Conſtitutioni. q. 261. nu. 5.
Conſuetudo quando inducat ius. quæſt. 291. num. 8.
Conſuetudo quando fiat abuſus. quæſt. 240. num. 14.
Conſuetudo non tollitur, niſi exprimatur. qu. 265. num. 7.

Contractus.

Contractus non ſubſiſtit, ſi non ſubſiſtit res, quæ venit in contractum. q. 75. nu. 5.
Etiam ſi prius ſubſiſteret, & caſu fortuito tempore contractus perierit. q. 75. n. 5.
In contractibus natura potius attenditur, quàm verba. q. 192. n. 6.
Contractus tales cenſentur, quales nominantur. q. 195. n. 6.
Niſi repugnet natura contractus. quæſt. 192. num. 6.
Conſuetudo facit licitum contractum, de quo dubitatur. q. 152. nu. 2.
In contractibus vtile per inutile non vitiatur. qu. 221. nu. 4.
Contractus regulandi ſecundum leges loci. qu. 11. nu. 1.
Contractus ſtare poteſt ſine pactis accidentarijs. q. 221. n. 6.
Contractus legem accipiunt à voluntate contrahentium. q. 219. n. 2.
Contractus ſubſiſtit reiectis pactis accidentalibus, &c. q. 221. n. 4.
Contractus admittit omnem interpretationem, qua ſubſtinetur. q. 196. n. 4.
Et implicite illos contractus, quorum ſubſtantias poteſt interuenire. q. 196. n. 4.
Quod dependet à præcedenti contractu, eſt pars illius. q. 195. n. 8.
Partes præſumuntur ſcire conuentiones contractuum expreſſas in inſtrumento quæſt. 220. nu. 6.
Adimplementum contractus poſt mortem contrahentis pertinet ad contractum inter viuos. q. 197. nu. 8.

Contumacia.

Contumacia quid ſit. quæſt. 173. num. 6.

Conuentio.

Vide *Pactum.*

Conuentus.

Vide *Monaſterium.*

Correctio.

Correctio iuris eſt vitanda. q. 27. nu. 12.
Correctio iuris ſtrictè accipienda. quæſt. 222. num. 3.

Correſpectiuitas.

Correſpectiuitas ſtat cum interuallo temporis inter vnum, & alium actum. q. 179. n. 4.
Correſpectiuitas, quid operetur. q. 179. n. 5.
Ordo actuum adinuicem inducit correſpectiuitatem. q. 179. nu. 3.

Creditor. Creditum.

Creditor retinet, quod ſibi ſolutum eſt, etiam ſi debitor non ſit anterioribus ſoluendo. qu. 197. nu. 3.
Anterior creditor non reuocat ſolutum poſteriori. q. 197. nu. 2.
Creditor retinet ſibi ſolutum à mercatore, licet adſint alij anteriores hypothecarij. qu. 197. nu. 6.
Creditor vti poteſt compenſatione, etiam ſi adſint creditores anteriores. q. 197. n. 4.
Creditor non poteſt retinere ſibi ſolutum, in præiudicium anteriorum hypothecariorum. qu. 197. nu. 5.
Creditor hypothecarius cæteris præfertur. qu. 197. num. 5.
Ex credito liquido poteſt conſtitui cenſus. qu. 196. num. 1.
In ipſo conſtituendo ſeruari poſſunt conditiones neceſſariæ. q. 196. n. 2.

Crimen.

Vide *Infamia.*

Sic criminoſus occultus prohiberi poteſt ab exercitio Ordinum.q.112 n 7.

Si crimen ſit publicum poteſt criminoſus prohiberi ab exercitio Ordinum, quæſt, 112, num, 7.

Cultus.

Vide, *Beati, Canonizatio, Sancti.*

Cultus notorius erga Sanctos ſupponitur notus Pontifici. al. nu. 12.

Cultus exhibitus viris impijs fuit manifeſtatus particulari Dei prouidentia, al.nu.33.

Cultus Sanctorum particularium Eccleſiarum permiſſus, al. nu, 13.

Decretum Clementis VIII.ſuper veneratione non comprahendit Sanctos antiquos. al. num. 47.

In celebratione Sanctorum conſulenda eſt Sacra Rituum Congregatio. al, nu. 45.

Conſuetudo colendi Sanctos non canonizatos à ſede Apoſtolica non ſubiacet periculo falſi cultus. al. nu. 32.

Diminutio cultus ſequens ad rationabilem diſtributionem beneficiorum non attenditur. qu.240. nu. 16.

D

Dæmon.

Dæmon mouere poteſt imaginationem, paſſiones excitare, &c. quæſt. 114. num. 4.

Dæmon quomodo poſſit mouere voluntatem. q.114. n.3.

Damnatus.

Damnatus ad metalla recipit alimenta. qu. 62. num. 3.

Damna, quæ victor paſſus eſt ex cauſa litis, an reficienda à ſuccumbente. q.59. n.2.

Qui dat cauſam damni, tenetur reſarcire qu. 216.nu.4.

Dauid.

Dauid victis Amalecitis retinuit ſpolia, licet alias reſtituenda. q.4.n.6.

Quæ ſpolia Dauid abſtulerit ab Amalecitis, q.4.n.20.

Debitor, Debitum.

Debitor productis quietantijs non tenetur probare veram ſolutionem. q 71.n.3.

Is, cuius bona confiſcantur, liberatur à ſolutione debitorum in foro externo. q.91. n.1.

Debitori non poteſt deferri iuramentum de vera ſolutione, ſi producit quietantias. qu. 71. num. 5.

Si bona confiſcata ſufficiant pro debitis, nec in conſcientia tenetur, ſi alia acquirat. qu. 91. num. 5.

Secus, ſi non ſufficiunt. q.91.n.6.

Acquirens poſt confiſcationem noua bona, non tenetur ad ſoluenda debita. quæſt. 91. num. 3.

Etiam ſi reſtituatur, dummodo illi non reſtituantur bona. q. 91 n.3.

Debitor pecuniæ non ſatisfacit exhibendo æquipollentia. q.135.n.4.

Decima.

Quid concedatur laicis, quando conceduntur decimæ. qu.178.nu.2.

Declaratio.

Declaratio nihil facit de nouo, ſed factum oſtendit. q.51.nu.2.

Declarare opera pia in confuſo diſpoſita non eſt de nouo diſponere. q.51. n. 3.

Quid requiratur pro declaratione. q. 55. n. 6.

Declarationes circa hoc S. Congregat. qu. 141. num. 3.

Declaratio ineſt diſpoſitioni declaratæ. quæſt. 149. nu. 3.

Cenſetur emanaſſe ſimul cum ipſa. q. 149.n.3.

Declaratoria.

Declaratoria cur ſit neceſſaria etiam ſtante clauſula *abſque alia declaratione.* qu. 172. num. 7.

Declaratoria, quid operetur ſtante clauſula, *ſine alia declaratione.* q.172.n.9.

Quando lex operatur ex ſe, adhuc neceſſaria declaratoria. q.172.n.8.

Decretum.

Vide *Conſtitutio.*

Decreta, & Conſtitutiones ſingulis annis publicè legendæ. q.195.nu.1.

Extenſio temporis pro earumdem lectione. qu.195. nu.2.

Si legantur extra tempus præfixum, non ſatisfit obligationi. q.195. n.3.

Decretum ſub Vrbano VIII. de non alienando, &c. recipit interpretationem à Paulina, *Ambitioſa.* q.191. nu.7.

Decretum irritans.

Decretum irritans inducit formam. qu. 10. num. 2.

Decretum irritans inducit formam. qu. 292. num. 9.

Decretum irritans ſemper reſiſtit contrariæ diſpoſitioni. q. 292.nu.8.

Defin-

Deſenſio.

Defenſio eſt licita, ſed cum moderamine inculpatæ tutelæ. q. 233. n. 5.
Defenſioni derogari non poteſt, etiam de plenitudine poteſtatis. q 181. n. 7.
Inferens iniuriam, quæ poteſt propulſari abſque occiſione, non ſe ponit in neceſſitate occidendi, ob defenſionem. q. 19. n. 7.
Defenſio conſiſtit in oſtendenda innocentia. qu. 234 nu 2.
Defenſio à nemine auferri poteſt. q. 188. n. 3.
Nec etiam neceſſaria pro defenſione. qu 188. num. 3.
Inter æquè fortes licet baculo contra pugnos defendere. qu. 21. nu. 6.
Quando ſit exceſſus in defenſione. q. 21. n. 2.
Obiectio criminis pro defenſione, eſt ſolum occaſio mortis. q. 297. n. 4.
Afficiens iniuria non amittit ius propriæ defenſionis q. 19. n. 4.
Enſe contra pugnos quando liceat ſe defendere. q. 21. nn. 5.
De iure naturali poteſt quiſque defendere ſe, & ſua. q. 4. n. 13.
Modus inculpatæ tutelæ in quo conſiſtat. qu. 21. num. 6.
Defenſio attenditur in eo, quod fit, non in inſtrumento. q. 21. n. 6.

Defloratio.

Deflorans virginem cum promiſſione matrimonij, tenetur eam ducere. q. 2. n. 1.
Quid, ſi contradicant parentes, & minentur exhæredationem. q. 2. n. 2.

Defunctus.

Defuncti voluntas omninò ſeruanda, & eo modo, quo poteſt. q. 155. n. 2.
Defunctus cenſetur per nuncium loqui. quæſt. 105. num. 2.
Elapſo tempore præſcriptionis adhuc durat obligatio defuncti, qui mala fide poſſedit. q. 145. n. 10.

Degradatio.

Iudex eccleſiaſticus non poteſt degradare ad inſtantiam laici, niſi ei conſtat, &c. qu. 273. nu. 6.

Delegatio, Delegatus.

Delegatus debet docere de ſua iuriſdictione inſerendo tenorem, &c. q. 273. n. 3.
Delegatus tenetur ſequi ſtylum delegantis. qu. 185. nu. 2.
Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur cum Ordinario. q. 35. n. 4
Facit vnum Conſiſtorium cum ipſo. q. 35. n. 4.
Delegatus vtitur iuriſdictione delegantis. qu. 185. nu. 3.
Exercet alienam iuriſdictionem. q. 185. n. 3.
Delegatus extra Curiam tenetur ſequi ſtylum Curiæ. q. 185. nn. 4.

Delictum.

Delictum contemptus religionis non eſt præſumendum, niſi conſtet. q. 115. n. 8.
Ex qualitate pœnæ arguitur qualitas delicti. qu. 166. n. 3.

Derogatio.

Derogationes tollunt quicquid impedire poteſt effectum gratiæ. q. 64. nu. 5.
Etiam ſi contineant tantum clauſulas generales. q. 64. n. 6.

Determinatio.

Determinare opus pium non eſt vti aliquo dominio, aut iure. q. 31. nn. 7.

Detinere.

Detinere quid dicat. q. 217. n. 7.

Detractio.

Detrahens, & proteſtans, quod non intendit lædere famam, non excuſatur. quæſt. 232. num. 1.

Dictio.

Dictiones non operantur vltra expreſſa. qu. 141. num. 11.
Dictiones vniuerſaliſſimę non extendunt diſpoſitionem vltra ſubiectam materiam. qu. 141. nu. 11.
Dictio, *Alia*, coarctat vniuerſalitatem verbi ad ſimilia expreſſa. q. 210. n. 5.
Dictio, *Alia*, quando ſtrictè accipienda. qu. 210. nn. 5.
Dictio, *Aliqus*, eſt vniuerſalis. q. 219. n. 1.
Vniuerſalitas dictionis, *Aliqua*, coarctatur à ſubiecta materia. q. 219. n 6.
Dictio, *Aliàs*, importat diuerſitatem. qu. 295. num. 7.
Dictio, *Alius*, repetit eaſdem qualitates. qu. 251. nu. 4.
Dictio Alijs relata ad perſonas importat perſonas eiuſdem qualitatis, q 251. nu. 5.
Dictio, *Circiter*, refertur ad modicam quantitatem. q. 158. n. 4.
Dictio, *Cuiuſcunque*, facit comprehendi, quæ aliàs non comprehenderentur. quæſt. 236. num. 5.
Dictio, *Donec*, eſt limitatiua. q. 244. n. 15.
Dictio, *Donec*, reſoluitur in conditionem. qu. 244. num. 16.
Dictio, *Dumtaxat*, excludit omnes alios caſus. qu. 46. nn. 6.
Dictio, *Hactenus*, importat præteritum. qu. 290. num. 10.

Dictio, *Ita quod*, importat conditionem . qu. 253. num. 7.
Dictio niſi excipit, & dicit oppoſitum illius, quod eſt in Regula. q. 252. n. 4.
Dictio. *Niſi*, concedit in caſu excepto à prohibitione. q. 248. n. 3.
Dictio, *Niſi*, eſt taxatiua. q. 248. n. 3.
Dictio, *Niſi*, inducit conditionem. quæſt. 66. num. 4.
Et proinde etiam formam. q. 66. n. 5.
Dictio, *Donec*, limitat, & diuidit tempus. qu. 68. num. 4.
Facit, quod diſpoſitio non extendatur vltra tempus coarctatum. q. 68. n. 5.
Dictio, *Nec non*, copulat, & repetit omnes qualitates præcedentes. q. 120. n. 9.
Dictio, *Niſi*, excludit quicquid non exprimitur in exceptione. q. 252. n. 7.
Dictio, *Pro*, importat cauſam finalem. quæſt. 134. nu. 2.
Dictio, *Quamdiù*, diuidit tempora, & num. 8. qu. 50. nu. 2.
Dictio, *Quandocumque*, importat infinitatem. qu. 290. nu. 5.
Dictio, *Quamdiù*, importat conditionem. qu. 46. nu. 5.
Dictio, quatenus, importat conditionem. qu. 191. nu. 3.
Dictio, *Quas*, eſt reſtrictiua. q. 275. nu. 2.
Dictio, *Quantocumque*, comprehendit omnem numerum. qu. 290. nu. 5.
Eſt apta importare infinitatem. qu. 290. nu. 5.
Dictio, *Seu*, alternat diſpoſitionem. qu. 258. num. 2.
Extendit diſpoſitionem ad aliud diſiunctorum. qu. 258. nu. 3.
Relinquit facultatem eligendi alteram partem. qu. 258. nu. 3.
Dictio, *Alias*, diminuit, & inducit alium modum. qu. 258. nu. 4.
Dictio, *Tantum* addita reſtrictioni quid excludat. q. 175. nu. 7.
Dictio, *Tantummodo*, limitat diſpoſitionem ad expreſſa. qu. 127. nu. 5.
Dictio, *Tantummodo*, eſt taxatiua. quæſt. 142. num. 2.
Excludit quicquid non eſt expreſſum. q. 142. num. 3.
Dictio, *Seu*, ſtat augmentatiuè. q. 119. nu. 11.
Dictio, vel, ſtat diſiunctiuè, ſeu alternatiuè. qu. 222. nu. 5.
Dictio, *Veluti*, purificat. q. 300. n. 8.

Dignitas.

Dignitates non poſſunt conferri cum ſcandalo. qu. 277. nu. 2.
Laborans mala fama non poteſt aſſumi ad dignitates. qu. 277. nu. 2.
Dignitas diſtinguit officia à puris adminiſtrationibus. qu. 279. nu. 1.
Dignitas cum adminiſtratione quomodo maior. qu. 8. nu. 6.
Dignitas cum adminiſtratione eſt maior dignitate ſine adminiſtratione. q. 8. nu. 1.

Dimiſſoria.

Dimiſſoriæ directæ ad ordinantem in propria diœceſi ſunt coarctatæ. q. 87. n. 5.

Diſdicta.

Vide *Cenſus.*
Diſdicta cenſus contra Eccleſiaſticos quando facienda coram iudice laico. qu. 264. nu. 4.
Diſdicta cenſus obligat diſdicentem. qu. 264. num. 7.
Diſdicta cenſus non trahit ad iudicem. quæſt. 264. n. 1.

Diſiunctiua.

Diſiunctiua, *Vel*, ponitur inter diuerſa, ſed quæ ſint aliquo modo vnum. q. 249. n. 6.

Diſpenſatio.

Diſpenſatio non conceditur ex alia cauſa, quàm expreſſa. q. 269. n. 1.
Si cauſa vt magis grauis exprimitur, quam ſit expreſſa in ſupplicatione, non obſtat validitati diſpenſationis. q. 269. nu. 2.
Tot diſpenſationes requiruntur, quot ſunt impedimenta. q. 43. n. 3.
Si exequutor appoſuit manus, diſpenſatio non expirat morte concedentis q. 41. n. 5.
Quid, ſi res ſit integra q. 41. nu. 6.
Diſpenſatio extenditur ad connexa. qu. 224. num. 9.
Si tamen ſint neceſſario, & inſeparabiliter connexa. qu. 224. nu. 9.
Diſpenſatio eſt nulla, ſi non exprimatur qualitas de ſtylo exprimenda. q. 184. n. 4.
Etiam pro foro conſcientiæ. qu. 184. nu. 5.
Non expreſſa qualitate de ſtylo exprimenda, licet ex ignorantia, diſpenſatio eſt nulla. qu. 184. nu. 6.
Diſpenſatio extenditur ad annexa, & dependentia. qu. 64. nu. 2.
Diſpenſatio ad effectum expreſſum non eſt ad non expreſſum. qu. 224. nu. 6.
Verba diſpoſitionis comprehendunt, quo apta ſunt comprehendere. qu. 236. nu. 4.
Quando cauſa eſt euidens, non eſt neceſſaria diſpenſatio. qu. 188. nu. 5.
Quæ ſit iuſta cauſa diſpenſandi. q. 176. n. 7.
Diſpenſatio matrimonialis, &c. ſecundum alios non expirat morte Pontificis. qu. 41. num. 4.
Copula præſertim cum ſuſceptione liberorum eſt cauſa ſufficiens diſpenſandi in primo gradu affinitatis lineæ rectæ. q. 255. n. 6.
Diſpenſatio non extenditur ad acceſſoria, quando

quando ſuper principali ſortitur effectum. qu. 43. nu. 6.
Diſpenſatio non extenditur vltra rationem finalem. qu. 239. nu. 3.
Diſpenſatio quò ad ſubſtantiam perficitur voluntate. q. 269. nu. 2.
Et reſcripto. q. 269. nu. 3.
Cauſa eadem diſpenſationis continet varios modos eiuſdem cauſæ. qu. 269. nu. 4.
Diſpenſatio eſt ſtricti iuris, nec extenditur vltra expreſſa. qu. 65. nu. 6.
Diſpenſatio matrimonialis non mandata exequutioni expirat morte Pontificis. qu. 41. num. 3.
Diſpenſatio facit; quod nullum ſit diſcrimen inter diſpenſatum, & habilem. qu. 65. nu. 5.
Si cauſa in diſpenſatione exprimatur tanquam grauior, non debent ſcrupulizare. qu. 269. num. 7.
Diſpenſatio eſt gratia. qu. 278 nu. 5.
Diſpenſatio commiſſa exequutori eſt gratia facta. qu. 41. nu. 7.
Diſpenſatio præuentiua præſeruat habilitatem. q. 287. n. 2.
Diſpenſatio poteſt valere quò ad vnum, & non quò ad alium effectum ſeparabilem. quæſt. 287. nu. 3.
Diſpenſatio eſt ſtrictè interpretanda. qu. 224. nu. 6.
Diſpenſatio relaxat obligationem legis. qu. 274. nu. 7.

Diſpenſandi facultas.

Facultas quando ſe extendat ad diſpenſandum ſuper confirmatis à Papa. quæſt. 287. num. 5.
Verba facultatis diſpenſandi reſtringuntur ad expreſſa. qu. 262. nu. 2.
Poteſtas diſpenſandi eſt latè interpretanda. q. 261. n. 5.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio nouitij valet ſine ſolemnitate iuris ciuilis. qu. 37. nu. 4.
Diſpoſitio informata ſua cauſa comprehendit quæ ſub cauſa comprehenduntur. qu. 82. num. 7.
Diſpoſitio cenſetur facta, in tempore, in quod confertur. qu. 106. nu. 7.
Diſpoſitio non comprehendit, quos verba non comprehendunt. qu. 119. nu. 3.
Diſpoſitio habet locum, vbi reperitur cauſa finalis. q. 48. num. 5.
Diſpoſitio non habet locum, vbi verba non verificantur. q. 190. n. 3.
In diſpoſitionibus ad pias cauſas ceſſant ſolemnitates iuris ciuilis. qu. 18. nu. 2.
Diſpoſitum cadit, ſi non ſubſiſtat præſuppoſitum. qu. 118. nu. 9.
Diſpoſitio comprehendit ea, in quibus locum habet ratio legis. qu. 171. nu. 5.
Diſpoſitio hominis facit ceſſare diſpoſitionem legis. qu. 155. nu. 3.
Omnis diſpoſitio accipienda in terminis habilibus. qu. 213. nu. 11.
Diſpoſitum de vno ex æquiparatis, eſt etiam diſpoſitum de alio. qu. 253. nu. 9.
Ceſſante fine ceſſat diſpoſitio. qu. 210. nu. 4.
Vniuerſalis diſpoſitio reſtringitur ad ea, quæ ſunt eiuſdem generis. q. 207. n. 3.
Diſpoſitum de vno, eſt etiam diſpoſitum de alio ob rationis identitatem. q. 204 n. 5.
Diſpoſitio alternatiua habet locum vna tantum parte concurrente q. 222. n. 5.
Diſpoſitio non comprehendit, quibus verba non quadrant. q. 244. n. 4.
Non ceſſat diſpoſitio, quando ex pluribus cauſis finalibus vna remanet. q. 294. n. 6.
Poſterior diſpoſitio non tollit primam, niſi exprimatur. q. 260. n. 3.
Diſpoſitio habet locum, vbi habet ratio finalis. q. 237. nu. 6.
Diſpoſitio non extenditur vbi eſt diſparitas rationis. q. 300. n. 2.
Diſpoſitio circa materiam qualificatam non habet locum, niſi extante qualitate. quæſt. 246. num. 8.
Difformis diſpoſitio infert voluntatem diuerſam. q. 260. n. 6.
Diſpoſitio fauorabilis quatenus amplianda. qu. 244. nu. 3.
Diſpoſitio ſecundum terminos rationis regulatur. q. 280. nu. 4.
Corruente diſpoſitione corruunt annexa, & acceſſoria. q. 260. nu. 5.
Diſpoſitio non habet locum, ſi non concurrit qualitas requiſita. q. 47. nu. 3.
Diſpoſitio generalis ex ratione particulari reſtringitur. al. nu. 19.
Vbi diſpoſitio non diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere q. 238. n. 4.
Diſpoſitio dependens à futuro euentu eſt conditionalis. qu. 260. nu. 4.
Diſpoſitio pœnalis non admittit extenſionem. qu. 244. nu. 5.
Diſpoſitiones ità accipiendæ, vt non ſe inuicem deſtruant. q. 260. nu. 1.
Diſpoſitio vniuerſalis non comprehendit priuilegiatos in eo, in quo ſunt priuilegiati. qu. 300. nu. 3.
Deficiente conditione euaneſcit diſpoſitio. q. 260. nu. 4.
Diſpoſitio ſine ſolemnitate iuris ciuilis eſt nulla, licet intuitu ingrediendi Religionem. qu. 37. nu. 3.
Diſpoſitum de vno ex æquiparatis eſt etiam diſpoſitum de alio. q. 7. nu. 2.

Diſtributiones.

Diſtributiones amiſſæ de præterito an remitti poſ-

ti poſſint. qu. 141. nu. 8.
Quando remitti poſſint. q. 141. nu. 9.
Diſtributiones debentur titulo beneficij ex conditione intereſſentiæ. q. 79. nu. 5.
Sola remiſſio diſtributionum de futuro prohibetur. q. 141. n. 11.
Si diſtributiones amiſſæ non accreſcant intereſſentibus, non poſſunt de ijs diſponere. qu. 141. num. 4.
Diſtributiones acquiſitæ poſſunt donari ijs, qui eas amiſerunt. q. 141. n. 5.
Acquirens diſtributiones ab alijs amiſſas, poteſt donare, cui voluerit. q. 141. n. 6.
Capitulum non poteſt vlla via facere, quod abſentes percipiant diſtributiones. qu. 141. num. 2.
Diſpenſatus ſuper reſidentia percipit diſtributiones, licet obſtaret ſtatutum requirens ſeruitium ſacerdotale. q. 64. nu. 2.
Diſpenſatus ad Canonicatum, obtinet etiam diſtributiones. qu. 65. nu. 3.
Sublato impedimento quò ad Canonicatum, nullum remanet quò ad diſtributiones. qu. 65. num. 6.
Diſtributiones debentur ſolum intereſſentibus. qu. 141. nu. 1.
Diſtributiones non negantur, niſi ijs, qui non interſunt diuinis officijs. qu. 65. nu. 4.

Diuerſitas.

Diuerſitas inducitur ex diuerſa qualificatione. qu. 300. nu. 12.
A diuerſis non fit illatio. q. 201. n. 5.

Diuertens.

Diuertentes ad alium locum breuiter reuerſuri non acquirunt proprium Parochum. q. 11. n. 3.

Diuiſio.

Diuiſio rerum eſt de iure gentium. quæſt. 4. num. 9.
Diuiſio rerum ſub qua modificatione ſtet. qu. 4. num. 9.

Doctor.

Doctores actu non legentes, ſi ſint in aliquo exercitio ſui Doctoratus an fruantur priuilegijs, &c. q. 8. nu. 1.
Exercitium Doctoratus facit frui priuilegijs, &c qu. 8. nu. 2.
Doctores exercentes ſuam doctrinam in beneficium communitatis, non minus proſunt, ac ſi actu legerent. qu. 8. nu. 3.
Ius concedit priuilegia Doctoribus etiam non legentibus, ſi aliud munus exerceant. qu. 8. num. 5.

Dolus.

Dolus de præterito remitti poteſt, non autem dolus de futuro. q. 141. nu. 10.
Omittens inquirere, quòd deber, tàm eſt in dolo, quàm ſi inquireret. q. 162. n. 9.

Domicilium.

Domicilium retinetur retento animo redeundi, cum primum erit poſſibile. qu. 143. n. 8.
Habitans in propria domo non contrahit domicilium, niſi habeat animum permanendi. qu. 12. nu. 4.
Quid requiratur ad contrahendum domicilium. q. 12. n. 5.
Domus propria, & alia bona non inducunt domicilium. q. 12. n. 5.

Dominium.

Dominium bonorum eccleſiaſticorum penes quem ſit. q. 140. n. 7.
Dominium acceſſorij trahitur à dominio principalis. q. 205. nu. 3.
Dominium reſeruatum remanet penes reſeruantem. qu. 191. nu. 9.
Dominium reuocabile non eſt verum dominium. qu. 209. num. 5.

Donatio.

Donatio remuneratoria non eſt propriè donatio. qu. 194. nu. 2.
Donatio remuneratoria habet vim compenſationis. qu. 194. nu. 2.
Donatio facta Religioni intuitu ſequuturæ profeſſionis valet ſine ſolemnitate iuris ciuilis. qu. 37. nu. 1.
Seruata tamen forma Concil. Trident. q. 37. num. 1.
Donatio immobilium eccleſiaſticorum ad tempus regulanda, ſicut locatio. qu. 194. num. 7.
Prohibita donatione non prohibetur remuneratoria. qu. 194. nu. 1.
Donatio inter viuos intuitu ingreſſus Religionis valet ſine ſolemnitate iuris ciuilis. qu. 37. nu. 2.
Coniunctio ſanguinis facit præſumi donationem. qu. 135. nu. 4.
Donatio nulla non abdicat dominium à donante. qu. 36. nu. 2.

Dos.

Vide *Monialis.*
Dos ibi eſſe debet, vbi ſunt onera matrimonij. q. 32. n. 1.

Dubium.

Dubitans æquiparatur ignoranti, & cur. qu. 146. num. 4.
In dubijs melior eſt conditio poſſidentis. quæſt.

quæſt. 4 num. 10.
In dubio leuius delictum eſt præſumendum. qu. 174. num. 6.

E

Eccleſia.

Eccleſiæ vacantes intra tres menſes prouidendæ. qu. 241. nu. 1.
Tres menſes an computandi à die obitus, an à die ſepulturæ. q. 241. nu. 2.
Pontifex præſeruat omnia iura Eccleſijs nouiter erectis in Titulos. q. 127. n. 4.
Conſtituta in fauorem Eccleſiæ, Communitatis, non ſunt ſub priuata diſpoſitione. q. 14. num. 6.
Nouæ Eccleſię Titulares Cardinalium. qu. 127. num. 1.
Eccleſiæ nouiter erectæ in Titulos retinent omnia ſua iura. qu. 127. nu. 2.
Niſi ſoluatur pretium, dominium rei Eccleſiæ non tranſit in emptorem. q. 191. nu. 8.
Eccleſia pro imagine miraculis fulgente à quo eligenda. qu. 205. nu. 1.
Eccleſia tenetur alere patronum egenum. qu. 92. num. 1.
Non tamen ſi priuetur iurepatronatus. qu. 92. num. 2.
Eccleſia reddit Domino rem furatam à fore confugiente. qu. 190. nu. 4.
Non eſt contra reuerentiam remouere ab Eccleſia inferentem iniuriam. q. 190. nu. 7.
Eccleſia non poteſt fundari in loco, vbi præiudicet iam fundatis. q. 14. n. 4.
Tremeſtre, vltra quod non debet vacare Eccleſia, an computandum à momento obitus. qu. 241. num. 4.
Dans Eccleſiæ pecuniam reſeruato vſufructu, non poteſt poſtea imponere onus. qu. 206. num. 1.
Priuilegium de diſtantia aliarum Eccleſiarum eſt declaratiuum iuris communis, & ipſi ineſt. qu. 14. nu. 5.

Eccleſia Cathedralis.

Cathedralis eſt Parochias vniuerſalis. qu. 114. num. 1.

Eccleſia Regularis.

Vide *Monaſterium*.
Eccleſia eſt regularis, licet remaneat inea beneficium ſæculare, & antea eſſet ſæcularis. qu. 77. nu. 1.
Eccleſia ſæcularis, ſi vniatur Monaſterio; ſit regularis. q. 77. n. 2.
Eccleſia talis eſt, quale Monaſterium. qu. 77. num. 3.
Eccleſia eſt pars Monaſterij. q. 77. n. 3.
Eccleſia eſt regularis, ſi ſit ſub regimine Regularium. qu 77. nu. 4.
Eccleſia vnita Monaſterio exempto eſt exempta. qu. 77. nu. 5.
Regularium Eccleſiæ ſunt loca exempta. qu. 77. num. 5.
In Eccleſia Regulari poteſt eſſe beneficium ſæculare. q. 77. n. 6.
Quæ Eccleſiæ Regulares comprehendantur ſub diſpoſitione electionis intra trimeſtre. qu. 242. nu. 2.
Eccleſiæ Regularium non viſitantur ab Ordinarijs. q 159. nu. 2.
Eccleſiæ, & Monaſteria Regularium exemptorum non ſunt de Diœceſi. q. 159. n. 1.

Effectus.

Effectus non poteſt excedere virtutem cauſæ. qu. 33 nu. 3.
Nihil eſt in effectu, quod non ſit in influentia cauſæ. qu. 225. nu. 7.

Electio.

Electio non deuoluitur ad alios, niſi elapſo tempore eligendi. q. 276. nu. 1.
Quomodo conſtare debeat de mala fama, vt quis non eligatur. q. 277. nu. 5.
Ratio finalis electionis Prelati intra trimeſtre. q. 242. nu. 3.
Electores debent eligere intra trimeſtre à morte. q. 241. n. 4.
Diſpoſitio de electione intra trimeſtre quas eccleſias comprehendat. q. 242. n. 3.
Electio Prælati non poteſt differri vltra trimeſtre. qu. 242. nu. 1.
Si intra præfixum tempus non ſequatur electio Prouincialis, deuoluitur ad Generalem. q. 276. nu. 3.

Emptio.

Vide *Contractus*.
Emptio, & venditio non ſubſiſtunt, ſi parijs res vendita. q. 75. nu. 4.

Emphyteuſis.

Emphyteuſis eccleſiaſtica non cadit ſub confiſcatione. q. 90. nu. 3.

Ens.

Non entis nullæ ſunt qualitates. q. 75. n. 7.

Epiſcopus Epiſcopatus.

Vide *Alternatiua*.
Epiſcopus tenetur impedire conſuetudinem denudandi pectora. q. 233. nu. 10.
Quid, ſi conſuetudo ſit iam introducta. quæſt. 233. nu. 11.
Epiſcopi quando comprehendantur ſub generali

rali diſpoſitione. q. 210. n. 7.
Non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione ſuſpenſionis, & interdicti. quęſt. 210. num. 7.
Epiſcopi ex officio tenentur tollere, quæ impediunt ſalutem ſuarum ouium. quęſt. 223. num. 3.
Epiſcopus non poteſt excipere contra à ſe ordinatum ſine titulo. q. 122. n. 6.
Epiſcopus aliquando exercet iuriſdictionem in loco exempto. q. 48. n. 4.
Epiſcopus non poteſt procedere cenſuris contra Abbates excedentes in vſu Pontificalium. q. 109. n. 2.
Epiſcopus tanquam talis poteſt recognoſcere adminiſtrationem legatorum. q. 126. n. 3.
Epiſcopus tenetur ſubminiſtrare alimenta ordinato ſine titulo, donec prouideat de beneficio. q. 123. nu. 1.
Tenetur ea continuare, ſi non ſit idoneus pro beneficio. q. 123. n. 2.
Epiſcopus an teneatur prohibere ſuperfluum ornatus. q. 223. n. 9.
Epiſcopus ex æqualiter approbatis poteſt eligere quem voluerit. q. 274. n. 7.
Epiſcopus vnire poteſt beneficia ſimplicia Seminario. q. 120. n. 1.
Epiſcopus habet poteſtatem legiſlatiuam. qu. 274. num. 7.
Epiſcopus diſpenſat in irregularitatibus ex delicto occulto. q. 175. n. 2.
Epiſcopus non recitans Officium tenetur reſtituere fructus beneficiorum. q. 210. n. 6.
Epiſcopus non poteſt coniungere vnam viſitationem liminum Apoſtolorum, cum alia. qu. 280. nu. 6.
Epiſcopatus non venit ſuo generali appellatione beneficiorum. q. 210. n. 3.
Epiſcopus, vt de Capitulo concurrit ad adminiſtrationem legati, ſecus ſi Capitulum ſit exemptum, &c. qu. 125. nu. 3.
Si Epiſcopus commiſit alteri examen, an poſſit excipere contra ordinatum ſine titulo, & an teneatur prouidere. q. 122. n. 7.
Epiſcopus tenetur ſubminiſtrare alimenta ordinato ſine titulo, nec poteſt excipere. qu. 122. nu. 9.
Epiſcopus vexans Abbates circa vſum Pontificalium, tenetur reſarcire expenſas. quæſt. 109. nu. 5.
Epiſcopus quando ſe ingerat circa geſta à Capitulo, in quo ipſe ſuffragium dedit. quæſt. 126. nu. 4.
Suffragium Epiſcopi quando ſit tantum, quantum totius Capituli. q. 126. n. 3.
Epiſcopus viſitat Eccleſias exemptas ſeculares, etiam nullius diœceſis. q. 159. n. 2.
Diœceſanus dans licentiam ſuſcipiendi ordines ab alio, tenetur ipſum alere, ſi ordinetur abſque titulo. q. 124. nu. 1.
Epiſcopus reſidens in loco exempto ſuæ diœceſis gaudet alternatiua, ſi ibi exerceat iuriſdictionem. q. 48. n. 1.
Clerico pauperi tenetur Epiſcopus prouidere. q. 123. nu. 4.
Epiſcopus tenetur in conſcientia prouidere beneficium ordinato ſine titulo. qu. 122. num. 4.
Epiſcopus non poteſt in fraudem ordinare alienum ſubditum, licet conferat beneficium. qu. 27. nu. 1.
Confirmatio facit, quod Epiſcopus non acquirat amplius Religioni. q. 291. nu. 7.
Suffragium Epiſcopi in diſponendo de legatis relictis Eccleſiæ eſt ſimplex, ſicut vnius de Capitulo. q. 126. n. 1.
Epiſcopi ſequi poſſunt opinionem, quod fœminę peccent mortaliter vtentes ſuperfluo ornatu. q. 223. nu. 7.
Epiſcopus tonſurans, qui non habet ſincerum animum ſeruiendi Deo, peccat grauiter. qu. 270. nu. 9.
Epiſcopus è loco exempto diœceſis poteſt acceptare alternatiuam. q. 48. nu. 7.
Epiſcopus excluditur ab adminiſtrandis legaris Eccleſiæ. q. 126. nu. 1.
Epiſcopus minitans deputatis ad Romanam Curiam non incidit in cenſuras Bullæ Cœnæ. q. 217. nu. 1.
Epiſcopus poteſt prohibere ſuperfluum ornatum mulierum. q. 223. nu. 2.
Epiſcopus diſpenſat in lege Synodali. qu. 274. num. 7.
Epiſcopus quomodo ſe gerere debeat in iudicando, an qui fuit inſanus, poſſit ordinari. qu. 25. nu. 4.
Epiſcopus ſpecialiter delegatus, licet non ſit vicinior, poteſt exequi commiſſionem. qu. 6. nu. 5.
Epiſcopus an teneatur reſtituere fructus, ſi omittat horas canonicas. q. 210. nu. 3.
Proprius Epiſcopus, quinam ſit. q. 27. nu. 1.

Epiſcoporum Reſidentia.

Vide *Reſidentia.*
Epiſcopi non poſſunt abeſſe vltra tres menſes ſingulis annis. q. 280. n. 1.
Epiſcopus reſidens in loco exempto ſuæ diœceſis gaudet alternatiua. q. 48. n. 3.
Vt Epiſcopus gaudeat alternatiua an requiratur reſidentia pro toto menſe. qu. 50. n. 1.
Vt Epiſcopus gaudeat alternatiua, debet ab initio menſis reſidere. q. 50. n. 3.
Epiſcopus reſidens in loco ſibi plenè ſubiecto alienæ diœceſis non gaudet alternatiuæ. qu. 49. num. 1.
Verba diſpoſitionis non verificantur de hac reſidentia, ideo nec diſpoſitio. q. 49. n. 2.
Quid, ſi non habeat aliam reſidentiam. quæſt. 49.

49. num. 3.
Epiſcopus quando debet abeſſe ex cauſis neceſſarijs, non tenetur vti trimeſtri, &c. qu. 280. num. 7.
Poteſt vti trimeſtri conceſſo ad relaxationem animi. qu. 280. nu. 7.
Diſpoſitio Clemen. 1. *De foro compet.* circa Epiſcop. qui non poſſunt ingredi diœceſim. qu. 47. nu. 1.

Eques.

Vt quis fiat Eques Hieroſolimit. requiruntur inſignia nobilium, &c. q. 116. n. 4.
Equites militares capaces penſionis non tenentur deferre habitum Clericalem. quæſt. 181. nu. 3.

Error.

Error non nocet, nec mutat rei veritatem. qu. 225. nu. 3.
Error ſupponit cognitionem circa quod erratur. q. 114. nu 5.
Error excludit conſenſum. q. 10. n. 6.

Examinator.

Examinatores renunciant quinam ſint idonei, & Epiſcopus eligit magis idoneum. qu. 274. num. 5.
Quando requiritur approbatio Definitorum electio Examinatorum abſque ipſa non eſt valida. q. 272. nu. 1.
Approbatio Examinatorum per Definitores debet eſſe Collegialis. q. 272. nu. 4.

Exceptio.

Exceptio eſt neceſſariò de eo, quod eſt in Regula. q. 251. n 6.
Exceptio eſt de eo, quod continetur ſub regula. q. 238. nu. 5.
Exceptio à Regula prohibitiua eſt conceſſiua. qu. 252. nu. 3.
Exceptio à Regula eſt concludenter probanda. q. 208. nu. 11.

Exceptio Iudicialis.

Exceptio probanda eſt ab excipiente. qu. 116. num. 9.
Exceptio de ſe eſt perpetua. q. 250. n. 8.

Excommunicatio.

Vide *Cenſura.*
Excommunicatio non obſtat validitati profeſſionis. q. 295. n. 5.
Excommunicatio eſt pœna medicinalis. quæſt. 105. nu. 1.
Excommunicatio alteri non nocet. quæſt. 79. num. 6.
Excommunicatio ordinatur, vt medicina ad frangendam contumaciam. q. 264. n. 3.
Excommunicatio requirit actum perfectum. q. 144. nu. 10.
Excommunicatio ſecum affert priuationem fructuum beneficij. qu. 79. nu. 2.
Excommunicatio Ordinarij, & cenſuræ aliæ ſunt nulla contra exemptos. q. 109. n. 2.
Excommunicatio contra tenentes arma intra monaſteria afficit ſolos Monachos, non alios Religioſos. q. 189. nu. 5.
Ceſſante fine non poteſt habere locum excommunicatio. q. 255. nu. 4.
Quicunque habens iuriſdictionem fori externi abſoluere poteſt ab excommunicatione non reſeruata. q. 189. nu. 4.
Excommunicatio Gregorij XIII. contra introducentes mulieres in monaſteria non habet amplius locum. q. 173. nu. 1.

Excommunicatus.

Excommunicatus excluditur à communibus actibus. q 257. n. 6.
Excommunicatus amittit ipſo facto fructus beneficij. q 79 nu. 1.
Excommunicatus tenetur abſtinere à perceptione bonorum Eccleſiæ. q 79. n. 3.
Excommunicatus non toleratus non poteſt conſtituere procuratorem. q. 257. n. 7.
Conſtitutio eſt nulla. q. 257 n. 7.
Excommunicato non eſt adhibenda fides. qu. 257. nu. 6.
Excommunicatus non toleratus eſt ſuſpenſus ab officio. q. 257. n. 5.
Offerens ſatisfactionem non poteſt declarari excommunicatus. q. 256. n. 5.
Eripiens reum ſatellitibus Curiæ laicalis captum iuſſu Epiſcopi, an poſſit declarari excommunicatus. q. 256. n. 1.
Excommunicatus eſt incapax beneficiorum. qu. 231. num. 1.
Excommunicatus non poteſt permutare beneficia. q. 231. nu. 2.

Exemptio.

Exemptio non variat reſidentiam quò ad locum. q 48. num. 6.
Locus exemptus eſt locus diœceſis. quæſt. 48. num 3.
Exempti non poſſunt conſentire in alterius iuriſdictionem ſine conſenſu Papæ. qu. 109. num. 3.
Exempti habent iuriſdictionem quò ad perſonas, non quò ad loca. q. 159. nu. 9.
Locus exemptus æquiparatur loco extra diœceſim. q. 56. n. 3.
Exceptio eſt tantum de eo, quod continetur in Regula. q. 222. nu. 5.
Priuilegium exemptionis eximit à ſubiectione, non à ſituatione. q. 159. nu. 9.

Exe-

Exequutio Exequutor.

Exequutor validè exequitur, licet in alium poteſtatem exequendi tranſtulerit. qu. 54. num. 1.
Poteſtas exequutoris non tranſit in Prælatum. qu. 9. nu. 5.
Quando exequutio committitur arbitrio alicuius, eligitur eius induſtria. q. 54. n. 2.
Exequutor datus à Papa non poteſt mutari à Cancellaria. q. 6. nu. 9.

Exercitium.

Exercere importat actuale, & habituale exercitium. q. 294. n. 3.
Non ceſſat exercere, qui paratus eſt exercere. q. 294. nu. 2.

Expenſæ.

Expenſæ reſarciendæ ab eo, cui res reſtituitur. q. 164. n. 9.
Expenſæ in emendo officio pro filio, &c. ſunt etiam in commodum familiæ. q. 235. n. 5.
Præſumuntur donatæ ex cauſa. q. 235. n. 5.
Expenſæ litis quando non reficiantur. qu. 59. num. 4.
Refectio expenſarum litis cur neceſſaria. qu. 59. num. 3.
Litis expenſę reficiendæ à ſuccumbente. qu. 59. num. 1.
Quando non reficiuntur expenſę litis, nec etiam reficiuntur damna ex cauſa litis. qu. 59. num. 4.
Expenſæ quando ſint vtiles. q. 164. nu. 9.
Deſcriptio in libris rationem an excludat donationem expenſarum pro filio. quæſt. 235. num. 7.
Expenſæ factæ ab adminiſtratore non præſumuntur donatæ. q. 235. n. 7.
Expenſæ pro filio pro alimentis congruentibus ſtatui non computantur in duiſine hæreditatis. q. 235. n. 1.
Tex. vnde id deducitur. q. 235. n. 2.
Expenſæ pro filio ſubſtentando in Curia præſumuntur donatæ, & cur, q. 235. n. 3.
Expenſæ pro filio ob emendum officium, &c. præſumuntur donatæ. q. 235. n. 4.

Expreſſio.

Expreſſum, ſi de iure inſit, nil de nouo operatur. q. 87. nu. 7.
Expreſſio illius, quod tacitè ineſt, quando nihil operetur. q. 186. n. 9.
Quod non eſt expreſſum, non debet cenſeri intentum. q. 238. n. 4.
Quod non eſt expreſſum in ſe non eſt aſſerendum. q. 252. n. 5.
Reſultans ab expreſſo habetur pro expreſſo. qu. 59. nu. 7.
Expreſſio illius, quod tacitè ineſt, nihil operatur. q. 118. nu. 4.
Expreſſio falſi circa cauſam impulſiuam non vitiat reſcriptum. q. 6. nu. 2.
Quod non eſt expreſſum, non eſt volitum. qu. 50. nu. 2.

Exilium Exul.

Exilium ex quocunque crimine non cauſat infamiam. q. 112. n. 5.
Exul non amittit beneficium ſimplex. qu. 113. num. 1.
Exulans iniuſtè non amittit diſtributiones. qu. 113. nu. 9.
Exilium non trahit priuationem beneficij, etiam ſi ſit ob delictum dignum priuatione. q. 113. n. 5.
Exul ex culpa ſua amittit ſolas diſtributiones. q. 113. n. 9.
Exilio punitus an præſumendus irregularis. qu. 112. nu. 1.
Exilio punitus ob crimen, cui de iure eſt annexa infamia, eſt irregularis. q. 112. n. 2.
Punitus exilio poteſt celebrare, niſi aliud obſtet. q. 112. nu. 3.
Declaratio S. Congregat. circa Exules quò ad celebrationem. q. 112. nu. 3.

F

Factum.

Factum proprium nemo poteſt impugnare. q. 122. nu. 6.
Factum legitimè nō retractatur, etiam ſi veniat ad caſum, à quo non poſſet aliàs incipere. q. 237. nu. 4.
Nemo poteſt venire contra proprium factum. qu. 72. nu. 2.
Factum contrarium declarat animum contrarium proteſtationi. q. 232. n. 2.
Facta magis attenduntur, quàm verba. quæſt. 232. nu. 5.

Facultas.

Facultas conceſſa ſub condicione, non eſt conceſſa ea deficiente. q. 66. n. 6.

Fœmina.

Vide *Mulier.*
Fœminæ vtentes ſuperfluo ornatu an peccent mortaliter. q. 223. nu. 6.

Fama.

Deponens de publica voce, & fama, non probat, niſi ſciat, quid ſit. q. 81. n. 1.
Quomodo ſcire debeat, quid ſit publica vox, & fama

& fama. qu. 81. nu. 2.
Quid, ſi neſciat reſpondere, quid ſit publica vox, & fama. q. 81. n. 3.
Deponens de ſermonibus incertis, & varijs, non probat publicam vocem, & famam. qu. 81. nu. 4.
Si ex depoſitione teſtis non colligitur famam eſſe firmam, & conſtantem, non reuelat. q. 81. n. 5.

Familia.

Standum pro identitate familiæ ex identitate inſignium, &c. quouſque oppoſitum probetur. q. 116. nu. 9.
Fama, exiſtimatio, &c. probant identitatem familiæ, conſanguinitatem. q 116. n. 5.
Identitas cognominis, & inſignium arguit identitatem familiæ. q. 116. n. 2.
Cognomina, & inſignia, ſunt characteres familiarum. q. 116. n. 2.
Quando ab vltimo deſcendente eſt eligendus vnus de familia, ſufficit, ſi eligatur habens idem cognomen, & inſignia. q 116. n. 2.
Sola identitas cognominis, & inſignium an probet identitatem familiæ. q. 116. n. 7.
Identitas cognominis, & inſignium quando non ſufficiant. q. 116. n. 8.

Familiaris.

Vide *Commenſalis.*
Habitatio in domo illius cui exhibetur ſeruitium, non requiritur ad familiaritatem. qu. 16. nu. 4.
Non exigere expenſas ſibi aſſignatas non præiudicat familiaritati. q. 16. n. 2.
Quid requiratur, vt quis ſit familiaris. qu. 16. num. 1.

Falſitas Falſum.

Paucarum litterarum raſura non inducit ſuſpicionem falſi. q. 227. nu. 5.
Suſpicio falſi in quibus habetur pro falſo. qu. 265. num. 2.
Crimen falſi quando committatur. quæſt. 227. num. 3.
Mutatio verborum retento ſenſu non eſt falſificatio. q. 227. nu. 4.

Feſtum.

Feſtiuitas quando ſit ſpeciali nota digna. qu. 222. nu. 4.
Quid decernat Vrbanus circa licentiam laborandi in diebus feſtis. q. 253. n. 6.
Verbum *Feſtiuitas* non poteſt aptari exequijs. q. 110. nu. 3.
An gratis concedenda licentia aperiendi apothecas in feſtis. q. 253. n. 9.
Immemorabilis conſuetudo ſubſiſtit pro feſtis non canonizatorum. al. nu. 12.
Conſuetudini celebrandi feſta ſolemnia non derogatur, &c. al. nu. 10.
Ordinarij diſpenſare poſſunt, ſed gratis, vt in feſtis exerceantur opera ſeruilia. qu. 253. num. 1.
An poſſint iniungere aliquam eleemoſinam. qu. 253. nu. 2.

Feudum.

Dominus feudi cognoſcit contra Clericum. qu. 264. nu. 5.

Fictio.

Fictio idem operatur, quod veritas. qu. 283. num. 5.
Lex quando fingit facit, quod fingit. qu. 283. num. 4.
Fictio imitatur naturam. q. 133. n. 4.
Non poteſt fingi, quod eſt impoſſibile. q. 133. num. 4.
Fictio non extenditur ad id, quod de iure eſt impoſſibile. q. 133. nu. 5.
Duæ fictiones non habent locum circa idem. q. 133. n. 6.

Fideiuſſio.

Fideiuſſio, & pignus æquiparantur. quæſt. 22. num. 3.
Principalis obligatio eſt ſubſtantia fideiuſſionis. q. 22. nu. 1.
Si principalis obligatio eſt licita, eſt etiam licita fideiuſſio, & è contra. q. 22. n. 1.

Fides.

Fides nititur teſtimonio Dei, & requirit infallibilitatem propoſitionis. q. 259. n. 4.
Mala fides quomodo probetur. q. 144. n. 1.
Fides bona non præſumitur, quando lex reſiſtit. q. 152. n. 5.
Immemorabilis excludit malam fidem, ſi ſit tantum præſumpta. q. 144. n. 9.
Dubium excludit malam fidem, & bonam inducit. q. 146. n. 5.
In beneficiato bona fides, facit, quod acquirat fructus, quos in mala fide non acquireret. q. 99. nu. 8.
Bona fides non habet locum, quando aliquid ſcitur. q. 162. n. 5.
Cauſa colorata conſtituit in bona fide in ordine ad præſcribendum. q. 144. n. 8.
Dubium non inducit malam fidem. qu. 146. num. 4.
Mala fides defuncti an noceat hæredi inchoanti præſcriptionem ex propria perſona. q. 145. n. 2.
Error iuris reſiſtentis impedit bonam fidem excuſantem à reſtitutione fructuum. q. 160. num. 6.
Bona fides quando locum habeat. qu. 264. num. 2.

Bona fides excuſat in cenſuris. quæſt. 264. num. 2.

Vbi poteſt eſſe ſcientia præcurritur potius dolus, quàm bona fides. q.162. n.6.

Bona fides an locum habeat in commendatario vtente in alium vſum. q.167. n.7.

Negligens, quod tenetur ſcire, eſt in mala fide. q.144. n.4.

Mala fides defuncti obſtat hæredi, ne præſcribat. q.145. n.7.

Opinio grauium Doctorum cauſat bonam fidem. q.100. nu.3.

Bona fides impedit pœnam priuationis fructuum beneficij. q.99. n.9.

Bona fides facit, vt in beneficijs acquirantur fructus. q.99. n.4.

Ad cauſandam bonam fidem admittitur error iuris. q.99. nu.5.

Bona fides naſcitur ex quacunque cauſa veriſimili. q.99. n.6.

Et ex quali occaſione, qua excludat malam fidem. q.99 n.6.

Filius.

Filij ſuccedunt in bonis, quæ non cadunt ſub confiſcatione. q.90. nu.2.

Natus ex coniugatu præſumitur filius mariti. q.85. n.1.

Etiam ſi tempore conceptionis habuerit copulam cum adultero. q.85. nu.2.

Quid ſi filius in effigie referat adulterum. qu. 85. nu. 3.

Si marito non pateat aditus ad vxorem, eliditur præſumptio, quod natus ſit filius mariti. q.86. nu. 1.

Quod natus ex coniugata ſit filius mariti, eſt ſaltem præſumptio iuris. q.85. n.4.

Filij eorum, qui damnantur læſæ maieſtatis, ſuccedunt in *Emphyteuſi* eccleſiaſtica. qu. 90 nu. 2.

Adulter non tenetur alere filium natum ex adultera, nec aliqua damna reſarcire. qu. 85. num. 4.

Aſſimilatio prolis cum aliquo vnde prouenìat. qu. 85. nu. 3.

Filius non tenetur ſe gerere tanquam integritatem, ſi mater ei dicat, natum eſſe ex adulterio. q.86. nu.2.

In foro conſcientiæ non tenetur ſtare aſſertioni matris. q.86. nu. 2.

Confeſſio matris, quod conceperit ex adulterio, non admittitur. q.86. n.3.

Quid, ſi iuraret. q. 86. n.4.

Filius Clerici legitimatus, licet non ſuccedat in bona patris, ſuccedit tamen in aliorum bona. q.131. nu. 9.

Filius in nullo caſu tenetur ſtare aſſertioni matris, quod ſit natus ex adulterio. quæſt. 86. num. 6.

Conſtitutio Pij V. circa ſucceſſionem, qui ſunt Clericorum filij, afficit extra ſtatum eccleſiaſticum. q.131. n.5.

Filij nati ex matrimonio Monialis pendente cauſa ſuper nullitate profeſſionis, licet ſequuta ſententia, ſunt inhabiles ad ſucceſſionem. q.162. nu.4.

Filij ex matrimonio nullo, ſed bona fide contracto, ſunt legitimi. q. 103. n.5.

Declarato nullo matrimonio Monialis, & valida profeſſione, filij non ſuccedunt in bonis, quibus renunciauerat. q 163. n.1.

Finis.

Vide *Cauſa Finalis.*

Introductum ob plures fines habet locum, vnus ſubſiſtat. q.38. n.5.

A fine omnia regulantur. q.134. n.6.

Fiſcus.

Vide *Confiſcatio.*

Fiſcus tenetur ſoluere debita illius, cuius bona confiſcantur. q.91. n.2.

Penſiones decurſæ, & non ſolutæ an tranſeant in fiſcum. q.289. n.8.

In fiſcum tranſeunt ſola bona præſentia. qu. 289. num. 5.

Et cur. qu. 289. nu. 6.

Iura perſonalia non deuoluuntur ad fiſcum. qu. 289. nu. 5.

Penſio non tranſit in fiſcum eccleſiaſticum. qu. 289. nu. 7.

In fiſcum tranſeunt, quæ tranſeunt ad hæredes extraneos. q. 289. n. 9.

Forma.

Forma inducta ad certum effectum impletur, per æquipollens. q.195. n.6.

Forma non ſeruata non impletur conſtitutio. qu. 195. nu. 4.

Quando, quod de nouo inducitur per legem, habeat rationem formæ. q.103. n.8.

Forum.

Inchoatio, & fundamentum actionis pertinet ad forum rei. q. 264. n.7.

Fraus.

Fraus neminem iuuat. q. 203. n. 1.

Nemo ex propria fraude commodum reportare debet. q. 275. n. 7.

Fructus.

Fructus penſionis reſtituendi ob non recitatum officium decreſcunt commodatario. qu. 216. nu. 1.

Fructus beneficiorum, & penſionum ſunt quid temporale. q. 118. n.3.

Veniunt

Veniunt in commercium prophanum. qu.118. num. 3.
Eadem ratio de fructibus beneficij, decimarum, penſionum, &c. q.118. n.4.
Fructus percepti ex ſocietate ſupra valorem officij an reſtituendi. q.152. n.5.
Fructus ex poſſeſſione bonæ fidei ſunt ex radice inſecta, & ideo acquiſitio inſecta. quæſt. 99. num. 8.
Cauſa finalis, ob quam fructus beneficij ſunt reſtituendi, non habet locum in penſionem. qu. 211. nu 9.
Fructus induſtriales ſunt acquirentis ex alienare. q.198. n.3.
Fructus quando non acquirantur penſionario. q. 216. nu.2.
Fructus non acquiſiti penſionario non fiunt commodatarij. q.216. n.2.
Ius ad fructus Epiſcopatus non confertur propter Officium. q.210 n.4.
Quos fructus teneatur reſtituere beneficiarius non recitans officium. q.212. n.2.

Fundamentum.

Vide *Præſuppoſitum, Qualitas,*
Deficiente fundamento deficit, quod in ipſo fundatur. q.272. n.3.

Fundatio, Fundator.

Fundator beneficij cur poſſit apponere conditiones contra ius commune. q.1. nu.6.
In fundatione beneficij poſſunt apponi conditiones contra ius commune de conſenſu Ordinarij. q. 1. n. 2.
Fundatori patrono debentur alimenta ab Eccleſia, licet, ſit priuatus iurepatronatus, qu. 92. num. 9.
Fundator an poſſit apponere conditionem, quod beneficiatus nunquam teneatur ad horas Canonicas. q 1. n.5.
Fundator poteſt apponere conditionem, quod primus inſtitutus non teneatur ad horas Canonicas. qu.1. nu.2.
Quod fundator non expreſſit, cenſetur noluiſſe. q.240. n.18.
Lex fundationis ſemper loquitur. q. 144. n.5.
Reſiſtit præſcriptioni. q.144. n.5.

Fur, Furtum.

Furans in Eccleſia priuatis perſonis an ibi gaudeat immunitate. q. 190. n.6.
Furca continuata ex eodem propoſito furandi totum, ſunt vnicum furtum. q.165. n.5.
Fur reſtituens Eccleſiæ, quod ab ipſa furatus eſt, debet protegi. q.190. n.5.
Pluribus vicibus auferens, quod deſtinauit furari, an committat multiplex furtum. qu. 165. nu. 1.
Eſt multiplex, ſi interueniat aliqua retractatio voluntatis. q.165. n.2.
Quid, ſi non retractetur, ſed interrumpatur voluntas. q.165. n.3.

G

Gabella.

Gabella, ſi non ſoluitur, cedit in lucrum illius, cuius periculo non ſoluitur. q.108. n.6.
Quando gabella ſpectat ad venditorem, ſi non ſoluatur, cedit in lucrum emptoris, ſi periculo illius non ſoluatur. q.108. n.7.
Emptor poteſt detrahere de pretio gabellam, ſi ſua induſtria non ſoluat, quando tenetur ſoluere venditor. q. 108. n.3.
Quando merces tranſmittuntur periculo, & expenſis vendentis, ſi non ſoluatur gabella; cedit in eius lucrum. q.108. n.1.

Generalis.

Vide *Prælatus Superior.*
Generalis ſimul cum Capitulo Prouinciali poteſt abbreuiare tempus eligendi Prouincialem. q.276. n.2.
Quando Generalis ſubſtineat iura duplicis perſonæ. qu.276. nu.3.

Genus.

Genus comprehendit omnes ſpecies. qu.119. num. 9.

Gloſa.

Gloſa explicata. q.150. n.3.

Gradus.

Gradus proximior eſt exprimendus cum remotiori, & cur. q.262. n.1.
Non continetur ſub facultate diſpenſandi, niſi exprimatur, & cur. q.262. n.1.
Concurrente gradu remoto, & proximiori, attenditur ſolus remotus. q.261. n.2.
Potens diſpenſare in quarto mixto non poteſt in quarto, & ſecundo. q.262. n.1.
Quartus gradus non trahit ſecundum ratione mixtionis, niſi exprimatur. q.262. n.4.
Concurrente quinto gradu cum quarto non eſt neceſſaria diſpenſatio. q.261. n.2.

Gratia.

Gratia commiſſa exequutori in fauorem tertij expirat re integra morte concedentis. qu. 41. nu. 1.
Gratia non mandata exequutioni ante mortem concedentis ſe habet, ac ſi non eſſet facta.

cta. qu.41. nu.2.
Gratia facta non expirat morte Pontificis. qu, 243. num. 14.
Gratia quando ſit facta. q.41. n.8.
Gratiæ cur dicuntur gratiæ licet aliquo modo debitæ. q.278. n.7.
A quo arbitrio concedentis dependent. quæſt. 278. num. 8.
Conceſſio gratiarum debet ordinari in bonum commune. q.278. n.4.
Miniſtri in expediendis litteris non reſtringunt gratiam. q.269. n.7.
Cadit in iniuriam, ſi non concedatur gratia concedi ſolita. q.278. n.6.
In diſtributione gratiarum quid debeat attendi. q.278. n.2.
Gratia ſine executione adhuc eſt perfecta. qu.41. nu.10.
Gratia facienda expirat morte concedentis licet executor ſit neceſſarius. q.41. n.11.
Gratia eſt facienda, quando concedirur poteſtas pro ipſa. q.41. n.9.
Gratia facta eſt exequutioni mandanda mortuo concedente. q.41. n.7.
Gratia facienda habetur pro non facta morte concedentis. q. 41. n.9.

Gratioſum Gratis.

Gratioſa ſunt debita communitati. qu. 278, num. 3.
Debent rationabiliter diſtribui ſecundum exigentiam boni communis. q.278. n.3.
Gratis non datur, quod datur ſub aliquo onere, qu.253. nu. 3.

Gratitudo.

Quando liceat taxare, & quando non retributionem exhibendam ex gratitudine. qu. 186. nu. 10.

Grauatus.

Grauatus abſtinens ab vſu mobilium, quæ vſu conſumuntur, non tenetur reſtituere. quæſt. 130. nu. 5.
Nemo grauandus pro commodo alterius. qu. 133. nu. 3.

Gubernator.

Gubernator Vrbis cumulatiuè in criminalibus procedit contra Iudæos. quæſt. 267. num. 5.

H

Habilitas.

Vide *Qualitas.*

Habilitas perſonæ eſt cauſa finalis electionis pro commiſſione. quæſt. 6. num. 3.

Habitus.

Habitus clericalis conſiſtit in veſte, & tonſura copulatiuè. q. 181. n. 9.

Hæreditas.

Hæreditas continet legitimam, vt partem debitam filijs. q.214. n.5.
Hæreditas dupliciter dicitur tota, & integra. qu. 12. nu. 7.
Hæreditas includit onera, debita, &c. qu.148. num. 2.
Tota, & integra hæreditas admittit detractionem legitimæ. q.129. n.5.
Hæreditas, quæ de iure remanet ſubiecta fidei commiſſo, eſt tota, & integra. q.129. n.7.
Adiens hæreditatem cum creditoribus quaſi contrahit, & quomodo. q 148. n.4.
Renuncians hæreditati cenſetur renunciare legitimæ. q.214. n.5.
Detractio æris alieni diminuit hæreditatem. qu.148. nu 4.
Bona hæreditaria fiunt patrimonium adeuntis hæreditatem. q 148. n.1.

Hæres.

Hæres non tenetur reſarcire cohæredibus, quorum portionem emit. ſi hæreditas vitta ſpem creſcat ex eius induſtria. q 198. n.1.
Hæres detecta mala fide defuncti tenetur in conſcientia reſtituere. q.145. n.11.
Defectus hæredis eſt defectus ſolemnitatis ciuilis. q. 18. n.3.
Hæres non poteſt venire contra factum defuncti. q.105. n.4.
Confidentia oretenus expreſſa hæredi reddit fiduciarium. q. 149. n.3.
Hæres fiduciarius tenetur reſtituere, nec poteſt quicquam ſibi retinere. q.148. n.1.
Hæres detecta mala fide defuncti non poteſt vti acceſſione temporis ad præſcribendum. qu. 145. nu. 1.
Hæres promittens teſtatori reſtituere hæreditatem, tenetur ex pacto. q.149. n.5.
Inſtitutio hæredis vniuerſalis habet vim ſpecialis nominationis. q.214. n.6.
Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti. q. 145. n. 8.

Hæres

Hæres non iuuatur præſcriptione, ne teneatur exonerare conſcientiam defuncti. qu. 145. num. 9.
Hæres non poteſt improbare factum defuncti. qu. 164. nu. 1.
Hæres tenetur refarcire cohæredibus, ſi in tranſactione ſuper ipſorum portione ſint notabiliter læſi. q.198. n.4.
Hæredes venirent contra voluntatem, & factū teſtatoris, ſi non reciperent abſque alio iuramento eius nuncium. q.105. n.4.
Hæredes ſtare tenentur nunciationi illius, qui à defuncto nuncius eſt electus. q.105. n.3.
Inſtitutio hæredis eſt neceſſaria pro valore teſtamenti. q.18. n.1.
In hæredem vniuerſalem tranſeunt omnia iura hæreditaria etiam legitima. quæſt. 214. num. 2.

Hæreticus.

Cauſa finalis puniendi filios hæreticorum, quò ad beneficia, locum habet etiam quò ad penſiones. q.82. n.3.
Cauſa finalis, cur filij hæreticorum puniantur quænam ſit. qu.82. nu. 2.
Filijs hæreticorum debentur alimenta. quæſt. 62. num. 5.
Damnatus ob hæreſim eſt capax legati alimentorum. q.62. n.6.
Leges punientes filios hæreticorum ſunt fauorabiles. q.82. n.6.

Homicidium.

Homicidium caſuale non inducit irregularitatem, niſi coniunctum cum peccato mortali. q.21. n.3.
Homicidium caſuale quando inducat irregularitatem. q.19. n.5.
Percutiens gladio percuſſorem ad ſe venientem non tenetur de homicidio. q.21. n.6.
Vt homicidium inducat irregularitatem, debet res illicita, cui datur opera, influere aliquo modo in ipſum. q.19. n.6.
Appellatione homicidij venit occiſio criminoſa. q.293. n.3.
Nuncians aduentum occidendi volenti occidere cooperatur homicidio. q.298. n.2.
Punitus, vt vulnerator abſoluitur ab homicidio, ſi dubium ſit, an ex vulnere ſit mors ſequuta. q.166. n. 3.
Homicidium non imputatur ei, qui non fuit in culpa, nec dedit operam rei illicitæ, quæſt. 298. num. 5.
Homicidium ob propriam defenſionem non inducit irregularitatem. q.19. n.4.

Honeſtas.

Ius honeſtatis eſt exemptum ab omni ſuperioritate. q.213. n.9.

Honor.

Honor debetur excellentiæ, & ſecundum menſuram ipſius. q.300. n.10.
Honor eſt omnium bonorum pretioſiſſimus. qu.217. nu.4.

Horæ Canonicæ.

Recitans officium pro officio ſecundum ſe, & abſolutè non ſatisfacit. q.100. n.2.
Non ſatisfacit Horis canonicis, qui non recitat ex præſcripto Breuiarij Romani. qu. 98. num. 3.
Obligatio recitandi officium in quo radicetur. q.215. n.3.
Declaratio S. Congregationis circa recitandum Officium. q.98. n.5.
Recitans bona fide Officium non conceſſum, excuſatur à peccato. q.99. n.1.
Excuſatur etiam à reſtitutione fructuum. qu. 99. nu. 2.
Sufficit pro cauſanda in recitante bonam fidem opinio Doctorum. q.100. n.4.
Officium Paſchatis, aut Pentecoſtes non ſufficit pro alio officio. q.100. n.6.
Beneficiarius non percipiens fructus non tenetur ad Horas canonicas. q.215. n.2.
Opinio, quod valeat officium pro officio. qu. 100. nu. 3.
Diſcrimen inter recitare Officium, pro Officio, & recitare officium non conceſſum. qu. 100. nu. 1.
Recitans officium ſibi non conceſſum non ſatisfacit obligationi. q.98. n.3.
Beneficiarius non recitans officium cur teneatur reſtituere fructus. q.212. n.4.
Recitans officium non conceſſum perinde eſt, ac ſi non recitaret. q.98. n.4.
Talis recitatio habetur pro nulla. q.98. n.4.
Eccleſiæ ius ad horas Canonicas in beneficiatis poteſt ceſſare ex fundatione. q.1. n.4.
Obligatus recitare officium, tenetur recitare, vt præſcribitur. q.98. n.6.
Quos fructus teneatur reſtituere non recitans officium, ſi excedant onus celebrandi. qu. 212. nu. 6.
Titularis non tenetur recitare officium, ſi auctoritate Papæ habeat ſolum titulum, & alios fructus. q.215. n.2.
Obligatio ad horas Canonicas eſt de iure annexa beneficio. q.1. n.1.
Obligatio ad horas Canonicas in beneficijs in quo radicetur. q.1. nu.3.
Separatis omnibus fructibus à beneficio ceſſat obligatio horarum canonicarum. qu. 215. num. 7.
Obligatio reſtituendi penſionem ceſſat ceſſante obligatione recitandi. q.211. n.3.

Quorum beneficiorum fructui reſtituendi à non recitantibus officium. q. 212. n.3.
Recitans officium Breuiarij, ſed non iniunctum eo die, aut conceſſum, non recitat ex præſcripto Breuiarij. q.98. n.5.
Non recitans horas canonicas renetur reſtituere fructus beneficij. q.210. n.1.
Quomodo hæc reſtitutio facienda. q. 210. n. 2.
In recitatione officij non habet locum æquipollentia. q.98. n. 8.

Hoſpitale.

Hoſpitalia non poſſunt viſitari ab Ordinario, ſi ita caueat fundator. q.1. n.5,

Hypotheca.

Hypotheca generalis non impedit negociationem, & diſtractionem. q 197. n.6.
Hypotheca generalis, vel non cadit ſuper ijs, quę ſunt in negociatione, vel extinguitur ad diſtractionem. q. 197. n.7.
Quę tempore mortis ſunt in manibus defuncti remaneant ſub hypotheca. q. 197.n.8.

I

Indiuiduitas.

IN ſeparabilibus non habet locum indiuiduitas. qu.150. num.2.

Idoneitas.

Vide *Habilitas, Qualitas.*
Maior idoneitas attenditur in ordine ad munus, ad quod eligitur. q 277. n.4.

Indulgentia.

Indulgentia eſt ſtricti iuris. q.202. n.3.

Ignorantia.

Ignorantia iuris non admittitur in muliere, ſi potuit conſulere peritos, præſertim in re graui. q. 161. n.2.
Ignorantia iuris non adſcribitur culpa. qu. 161. nu. 4.
Ignorantia affectata habetur pro ſcientia. qu. 162. nu. 8.
Pręſumptio ſcientiæ non relinquit ignorantiam probabilem. q 162. n.8.
Ignorantia craſſa habetur pro ſcientia. q. 161. num. 3.
Quando ius reſiſtit, ignorantia iuris non excuſat à mala fide. q. 161. n.4.
Ignorantia eorum, quæ ſciri debent, non ſuffragatur; & quando. q.191. n.5.
Ignorantia, ſi non ſit culpabilis, excuſat ab excommunicatione. q.256. n.2.
Ignorantia iuris, quando non excuſet mulieres. q.290. n.9.
In muliere præſumitur ignorantia iuris. qu. 161. nu.1.

Illegitimus.

Illegitimus eſt capax penſionis laicalis. qu. 201. nu. 1.
Illegitimus eſt incapax beneficiorum. q. 201. num. 3.
Etiam penſionis erectæ in titulum. ibid. qu. 201. num. 3.
Illegitimus ſolum incapax Clericatus, non autem penſionis. q.201. n.6.
Conſtitutio Sixti V. arcet illegitimos ab officijs, quæ ſunt dignitates. q.279. n.2.
Illegitimus diſpenſatus ad ordines ſacros an ſit diſpenſatus ad beneficium ſimplex. qu. 224. nu. 1.
Negatiua opinio fundata in ſtylo Datariæ, qu. 224. nu 2.

Imago.

Imago adnexa parieti domus eſt domini domus. q.205. n. 2.
Prærogatiua miraculorum cur non trahat an ſe Imaginem. quæſt. 205. num 6.

Immemorabilis.

Vide *Conſuetudo.*
Titulus immemorabilis ſanctitatis optimus. al. nu. 10.
Titulus ſanctitatis immemorabilis admittitur ab Vrbano VIII. al. n. 11.
Immemorabilis dat titulum iuſtum, & meliorem omnibus. al. nu. 9.
Etiam in reſeruatis Principi. al. n. 9.
Habetur pro veritate. al. n. 9.

Immobilis.

Vide *Bona.*
Quomodo Eccleſiaſtici ſucceſſu temporis acquiſierunt immobilia. q. 240. n 6.
Antiquitus Eccleſiaſtici non poſſidebant immobilia, & quomodo viuerent. q. 240. n 5.

Immunitas.

Immunitas conceditur confugientibus ad Eccleſiam. q. 190. n. 2.
Quinam ſint confugientes. q.190. n. 3.
Exercitium operis pij non tribuit loco immunitatem. q. 3. n.8.
Quæ loca gaudeant immunitate. q.3 n. 2.
Cauſa finalis immunitatis. q.190. n. 4.
Priuilegium immunitatis an fauorabile. qu 3. nu. 5.
Immunitas deſcendit à iure diuino. q.270. n.6.

Furans

Furans in vna Eccleſia, ſi ad aliam confugiat gaudet immunitate. q.190. n.1.

In Eccleſia,in qua furatur, an gaudeat. quæſt. 190. nu. 2.

Impedimentum.

Sublato vno obſtaculo non tollitur alterum. qu.43. nu. 3.

Tot diſpenſationes requiruntur, quot ſunt impedimenta. q.102. n.4.

Tot diſpenſationes neceſſariæ, quot inhabilitates, & impedimenta. q.124. n.7.

Non excuſatur,qui poteſt tollere impedimentum. q.199. n.7.

Sublato vno impedimento, & defectu tollitur etiam connexum. q.64. n.4.

Non impeditus quis, quando poteſt tolli impedimentum q.39. n.4.

Quando concurrunt plura impedimenta requiruntur plures diſpenſationes. q.64. n.1.

Incertum.

Incertum non poteſt præualere contra certum. q. 190. n.6.

Sequens incertum relicto certo temerè agit. q.190. n.6.

Incorrigibilis.

Religioſus, qui retinetur vt correctus, eſt de nouo probandus, vt poſſit eijci. q.225. n.5.

Si religioſus probatus ſe oſtendat emendatum, Religio non amittit ius ex ſententijs acquiſitum. q.225. n. 3.

Declaratio incorrigibilitatis debet eſſe ex probatione, quæ illam oſtendat. quęſt. 225. num. 7.

Quid requiratur, vt poſſit Religioſus declarari incorrigibilis. q.225. n.1.

Non requiritur iteratio ſententiarum, ſi poſt oſtenſam emendationem ſit declarandus incorrigibilis. q.225. n 2.

Infamia Infamis.

Infamis Infamia facti non poteſt eligi ad Dignitates. q.177. n.1.

Infamia facti non cauſat irregularitatem, niſi accedat ſententia eam imponens. qu. 112. num. 6.

Crimen, cui eſt annexa infamia, non eam inducit, niſi ſit notorium. q.112. n.5.

Inferior.

Inferior non habet poteſtatem ſupra diſpoſita à ſuperiore. q.213. n.10.

Iniuria.

Iniurians, & proteſtans,ſe velle ſaluum honorem, infert nouam iniuriam. q.232. n.5.

Pars affecta iniurijs in iudicio poteſt inſtare pro punitione. q.234. n.4.

Et iudex tenetur punire. ibid.

Propulſatio iniuriæ alia iniuria non eſt licita defenſio. q. 233. n. 6.

Proferens iniurias in iudicio contra partem non excuſatur. q.234. n.1.

Verba tendentia ad eumdem effectum non inferunt diuerſam iniuriam. q.233. n.2.

Verbum qualificatiuè adiectum non infert nouam iniuriam. q.233. n.3.

Quando verbum qualificatiuum addat nouam iniuriam. q.233. n.8.

Proferens verba iniurioſa non excuſatur contraria proteſtatione. q. 232. n.4.

Inquiſitio.

Inquiſitiones præmittendæ pro recipiendis Nouitijs ex Bulla Sixti V. q.55. n.1.

Omiſſio inquiſitionum non irritat profeſſionem. q.55. n.2.

Etiam, ſi profitentes inhabiles ſint ex moderatione Clementis VIII. q.55. n.2.

Omiſſio inquiſitionum, ſi profitentes aliàs ſint habiles, non irritat profeſſionem etiam iuxta, Bullam Sixti V. q.55. n.3.

Irritatio reſpicit inhabilitatem, non autem omiſſionem inquiſitionis. q. 55. n.4.

Omittens inquiſitiones præmittendas pro receptione Nouitiorum non incurrit pœnas, &c. qu. 55. nu. 5.

Quænam cauſæ pertineant ad Tribunal Inquiſitionis. qu. 115. nu. 3.

Inquiſitor.

Inquiſitores quando non poſſint interrogare, qui reuelauit confeſſionem. q.285. n.6.

Facultas Inquiſitorum de iure communi quænam ſit. q.285. n.3.

Inſanus.

Inſania quando ſit perpetua, & quando temporalis. q.25. n. 1.

Inſanus ex læſione organorum non poteſt ordinari etiam comprobata ſanitate ſine diſpenſatione. q.25. n.2.

Quid, ſi ſit talis ex prædominante humore. qu.25. n.2.

Inſania quatenus reddat inhabiles ad ordines. qu.25. nu. 3.

Inſignia.

Inſignia impoſita rebus arguunt pertinere ad familiam. q.116. n.6.

Diſcrepantia in inſignibus infert diuerſitatem familiæ. q.116. n.3.

Aſſumptio alienorum inſignium habet vim exceptionis. qu.116. nu.9.

Inſtitutio.

Quando præſentatio eſt nulla, eſt etiam nulla inſtitutio. q.111. n.4.

Interpretatio.

Interpretatio capienda, quæ ſit de mente paciſcentis. qu.118. nu.10.
Interpretatio capienda, quæ delictum excludit. qu.118. nu.10.
Interpretatio ex ſubiecta materia eſt admittenda. q.129. n.7.
Interpretatio ea ſumenda, quæ ſuſtinet actum. qu.93. nu.6.

Irregularis.

Vide *Homicidium.*
Irregularitas ſolum prouenit ex homicidio directè, aut indirectè volito. q.19. n.4.
Dubius de homicidio debet ſe habere pro irregulari. q.166. n.1.
In dubio de homicidio ſequenda pars tutior, & cur. q.166. n.1.
Occidens damnatum ad mortem tanquam proſcriptum, non fit irregularis ex defectu lenitatis, ſi non ſit proſcriptus. q.17. n.4.
Exiens contra aggreſſores noſtri non fit irregularis. q. 293. n.4.
An ſi abſens damnatus ad mortem veniat in poteſtatem curiæ, fiant irregulares, qui concurrerunt ad damnationem. q.17. n.4.
Aſſiſtens bello iuſto, incitans, &c. non fit irregularis. q.293. n.3.
Dubius an in bello defenſiuo occiderit, an irregularis. q.293. n.5.
Baculo ſe defendens, & occidens aggredientem pugnis, quando ſit irregularis, & quando non. q.21. n.4.
Dubius de homicidio eſt irregularis. qu.293. num.1.
Pugnans in bello defenſiuo non fit irregularis, niſi conſcientia remordeat de occiſione. q.293. n.6.
Dubius an occiderit, in bello iuſto, an irregularis. qu.293. nu.2.
Nuncians aduentum inimici volenti occidere, fit irregularis, ſi ſcit intentionem occidendi. q.298. n.1.
Sciens inimicitiam, & nuncians aduentum fit irregularis. q.298. n.2.
Quid ſi neſciat inimicitias. q.298. n.4.

Irregularitas.

Irregularitas non eſt admittenda, niſi ſit in iure expreſſa. q.112. n.6.
Non habet locum irregularitas ex defectu lenitatis, niſi ſententia habeat effectum. qu.17. nu 3.
Quænam inducant irregularitatem in cauſa ſanguinis. q.17 n.2.
Irregularitas ex cœcitate eſt diſpenſabilis. qu. 38. nu. 3.
Præſumptio, quod mors non ſit ſequuta ex vulnere, excludit irregularitatem. qu.166. num.5.
Quodnam ſit fundamentum irregularitatis ex defectu lenitatis q.17. n.3.
Irregularitas cur poſita pro occiſione in bello defenſiuo. q.293. n.8.
Ex actione illicita non contrahitur irregularitas. q.298. n.4.
Iudicium peritorum, quod mors non ſit ſequuta ex vulnere excludit irregularitatem. q.166. n.4.
Obiectio criminis pro defenſione non includit irregularitatem. q.297. n.3.
Crimen occultum excepto homicidio non inducit irregularitatem. q.112. n.7.
Aggreſſor abſque animo occidendi, & vulnerandi, ſi cogatur ob defenſionem occidere, an fiat irregularis. q.19. n.2.
Irregularitas ex defectu leuitatis à quibus contrahatur. q.297. n 5.
Irregularitas, vt contrahatur ex homicidio inuoluntario, debet actio eſſe de ſe periculoſa, ita vt poſſit illud immediatè inferre. q.19. n.10.

Iubilatus.

Iubilatio non habet locum in coadiutore. qu 83. nu.7.
Iubilatus quando poſſit remouere ſubſtitutum. q.83. n.6
Iubilatio non acquiritur, niſi per ſeruitium perſonale. q.83 n.1.
Priuilegium iubilationis habet pro fundamento ſeruitium perſonale. q.83. n.2.
Iubilatus ceſſante ſeruitio ſubſtituti gaudet priuilegio. q 83. n.3.
Iubilatus ponendo ſubſtitutum non renunciat priuilegio iubilationis. q.83. n.4.
Iubilatio dat nouum titulum ad emolumenta. qu. 83. nu. 5.

Iudæus.

Iudæi in quibus ſubdantur Conſuli artis lanæ. q.267. n.9.
Iudæi in omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus iudicantur à Vicario Vrbis. qu. 267. num. 4.
Iudæi in quibus modo ſubdantur Auditori Cameræ. q.267. n.6.
In quibus ſubdantur Cameralibus. qu. 267. num. 7.
Pontifex quomodo poſſit facere, quod Iudæi venientes ad fidem retineant partem vſurarum certarum. q. 281. n.5.
Quando detur præuentio inter Vicarium, & Senatorem quò ad Iudæos. q. 267. n.8.
Iudæis venientibus ad fidem condonantur vſuræ incertæ. q 281. n.1.

Iudex.

Iudex ſæcularis cogere poteſt ad obſeruantiam iuramenti. q. 169. n°6.
Iudici eccleſiaſtico debet conſtare de iuriſdictione iudicis laici in cauſis clericorum. qu. 273. nu. 4.
Iudex in dubio debet pronunciare mortem non eſſe ſequutam ex homicidio. qu. 165. num. 2.
Adeundus iudex, cui ſubijcitur res, de qua agitur. qu. 264. nu. 4.
Iudex iniuria afficitur, dum reus in iudicio profert iniurias contra partes. q. 234. n. 5.
Iudex procedit contra offendêtes ſuam dignitatem. q. 234. n. 5.
Nec dicitur iudicare in propria cauſa. q. 234. num. 5.
Iudex laicus tenetur tradere copiam priuilegij eccleſiaſtico, dum procedit contra Clericos. q. 273. n. 5.
Iudex laicus procedens contra Clericum ex priuilegio debet ipſum regiſtrare in actis. q. 273. n. 1.
Et inſerere tenorem ipſius. q. 273. n. 2.
Stante priuilegio laicus procedit contra Clericum, vt delegatus Sedis Apoſtolicæ, quæſt. 273. nu. 2
Iudex laicus poteſt capere informationem a Clerico conueniente laicum. q. 263. n. 1.
Iudex laicus procedit contra ſacrilegia licet habeant annexam excommunicationem. qu. 263. nu. 4.
Iudæi in Vrbe ſubijciuntur iuriſdictioni Vicarij Vrbis. q. 267. n. 1.

Iuramentum.

Iuramentum nullum ſecundum ſubſtantiam ſe habet, ac ſi non eſſet interpoſitum. q. 44. num. 1.
Sine abſolutione poteſt quis venire contra iuramentum nullum ſecundum ſubſtantiam. qu. 44. nu. 1.
Lex annullans iuramentum, non annullat quò ad obligationem naturalem. q. 44. n. 6.
Iuramentum nullum defectu ſolemnitatis an requirat abſolutionem, & num. ſequent. q. 44. nu 3.
Iuramentum nullum defectu ſolemnitatis obligat naturaliter. q. 44. n. 5.
Iuramentum licitum eſt ſemper ſeruandum. qu. 44. nu. 5.
Iuramentum non ſanat nullitatem actus. qu. 54. nu. 3.
Iuramentum non impedit, quin validè operetur, qui ceſſit nulliter facultatem operandi. q. 54 n. 3.
Iuramentum impedit actum, non autem tollit facultatem ad ipſum. q. 93. n. 7.
Iuramentum quando reo deferri poſſit, quæſt. 72. num. 5.
Iuramentum non mutat forum, ſed addit foro foro. q. 169. n. 5.
Iuramentum nullum ſubſtantialiter requirit declarationem, vt contra ipſum fiat. qu. 44. num. 2.
Iuramentum habet vim probationis. qu. 216. num. 5.

Iuriſdictio.

Iuriſdictio conceſſa, vt exercenda in petentes eſt conceſſa priuatiuè. q. 266. n. 4.
Materia ſubiecta alicuius iuriſdictionis trahit ad ipſam omnes cauſas, & perſonas. quæſt. 267. num 2.
Iuriſdictio ſupremi Principis non ſe extendit ad perſonas eccleſiaſticas. q. 28. n. 2.
Iuriſdictio ſpecialis derogat generali. qu. 267. num. 3.
Iuriſdictio non extenditur extra territorium. qu. 168. nu. 3.
Conceſſa iuriſdictione conceduntur omnia neceſſaria, &c. qu. 263. nu. 1.
Iuriſdictio quando non cenſeatur conceſſa cumulatiuè, ſed priuatiuè. q. 266. n. 3.
Iuriſdictio conceſſa odio alicuius eſt cumulatiua. q. 267. n. 5.

Ius.

Vide *Benedicatio.*
Ius percipiendi alimenta ab Eccleſia tranſit cum iurepatronatus. q. 92 n. 2.
Adhæret iuripatronatus inſeparabiliter. q. 92. num. 2.
Iura concordanda, quantum fieri poteſt. qu. 103. nu. 5.
Vtens iure ſuo non committit fraudem. q. 27. num. 11.
Non tenetur quis ius ſuum relinquere. quæſt. 146. num. 5.
Nemo poteſt plus iuris in alium transferre, quàm ipſe habeat. q 163. n. 4.
Ius publicum exigit, quod delicta non fine impunita. q. 3. n. 5.
Ius gentium inualuit ex communi conſenſu. q. 4. n. 9.
Renunciatio iuris proprij implicati cum alieno non tenet. q. 14. n. 6.
Sine lege certa non priuatur quis iure ſuo. qu. 208. nu. 9.
Iura concordanda ſunt. q. 12. n. 6.

Iuſpatronatus.

Iuſpatronatus per ſe ſtans, non venit ſub confiſcatione iudicis laici. q. 92. n. 5.
Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum. q. 92. n. 3.
Quando iuſpatronatus non poteſt ex fundatione venire ſub confiſcatione, quid ſtat. quæſt.

queſt. 92. num. 8.
Iuſpatronatus comprehenditur ſub confiſcatione iudicis eccleſiaſtici. q. 92. n. 7.
Iuſpatronatus annexum certo fundo cadit ſub confiſcatione. q. 92. n. 4.
Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum. q. 76. n. 1.

S. *Iuſtus.*

Decretum Sacrę Rituum Congregationis pro veneratione Sanctorum Iuſti, Orontij, &c. al. nu. 52.
Eccleſia Lycienſis aliquando non celebrauit Feſtum Sanctorum Iuſti, & Orontij. al. n. 43.
Talis omiſſio celebrationis fuit iubente Epiſcopo, & renuente Capitulo. al. nu. 44.
Paulus Regius primum ſcripſit vitam Iuſti, & Orontij. al. nu. 36.
Vnde illam collegerit. al. nu. 37.
Ei adhibita fides pro ſanctis antiquis. al. nu. 38.
Sacra Rituum Congregatio admiſit auctoritatem Pauli Regij. al. nu. 39.

L

Laicus.

Laici ſubijciuntur foro ſæculari ſecundum menſuram finis politici. qu. 169. num. 5.
Laicus poteſt reconuenire Clericum coram iudice eccleſiaſtico. q. 263. n. 2.
Clericus poteſt conuenire laicum coram iudice laico. q. 263. n. 1.

Leander.

Lapſus Leandri circa priuilegia abſoluendi à reſeruatis. q. 177. n. 7.

Legatum.

Legatum factum Eccleſiæ non impleto onere non reſoluitur ſecluſo pacto reſolutiuo. qu. 63. num. 2.
Legatum compenſat debitum ob negocia geſta. q. 71. n. 7.
Cauſa finalis in relictis, & donatis Eccleſiæ eſt pietas, & obſequium Dei. q. 63. n. 4.
Relictum ſub modo reſoluitur non impleto modo. q. 9. n. 3.
Vſus perſonalis legati relicti Religioſo eſt voluntas teſtatoris. q. 9. n. 5.
Legatum ſub conditione, ſi non nupſerit, quando habeat locum. q. 53. n. 1.
Legatum factum Eccleſiæ reſoluitur non impleto onere, ſi adſit pactum reſolutiuum. qu. 63. nu. 1.
Quando legatum annuum alimentorum non ſit reſtituendum. q. 61. n. 6.
Legato fundo legatur etiam ſeruus ei addictus, licet abſens. q. 143. n. 4.
Rupto teſtamento, quia præmoriatur hæres, debentur legata pia. q. 18. n. 2.
Adminiſtratio legati relicti Cathedrali pertinet ad Capitulum. q. 125. n. 1.
Legata pia debentur, licet teſtamentum ſit nullum de iure ciuili. q. 18. n. 4.
Legatum habens tractum ſucceſſiuum reſoluitur, ſi ſuperiores negent, aut reuocent licentiam. q. 9. n. 4.
Relictum Capellæ aut Eccleſiæ habenti proprium Rectorem, &c. non adminiſtratur à Capitulo. q. 125. n. 5.
Legatum relictum confraternitati erectæ in Cathedrali non adminiſtratur à Capitulo. q. 125. n. 6.
Ex qualitate relicti colligitur mens teſtatoris. q. 214. n. 3.

Legiſlator.

Legiſlator poteſt diſpenſare in ſuis, & ſuorum prædeceſſorum legibus. q. 287. n. 3.
Legiſlator non præſumitur ſe corrigere in eadem conſtitutione. q. 127. n. 8.

Legitima.

Legitima non eſt quota hæreditatis, ſed quota bonorum. q. 214. n. 8.
Vnicus filius detrahit à fideicommiſſo tertiam partem pro legitima. q. 128. n. 6.
Excluſus generaliter à ſucceſſione, eſt excluſus à legitima. q. 214. n. 7.
Legitima debet eſſe immunis à fideicommiſſo, & quocunque alio onere. q. 128. n. 5.
Legitima ex natura rei connectitur cum legitimatione paſſiua. q. 213. n. 6.
Legitima cenſetur conceſſa legitimato limitate, ſi non prohibeatur ab inſtituente. qu. 214. nu. 4.
Legitima debetur de iure naturali ſecundum tamen taxationem iuris. q. 128. n. 3.
Filio naturali legitimato debetur legitima. qu. 128. nu. 2.
Et de iure naturæ legitima debetur legitimato. q. 213. n. 7.

Legitimatio.

Legitimatio per matrimonium ſubſequens incipit à tempore matrimonij. q. 133. n. 8.
Limitatio ſucceſſionis in legitimatione in quo conſiſtat. q. 213. n. 11.
Pro legitimatione in ordine ad ſucceſſionem requiritur conſenſus patris. q. 131. n. 3.
Princeps ſæcularis poteſt legitimare filios Clericorum. q. 131. n. 1.
Etiam in ordine ad ſuccedendum in bonis patrimo-

trimonialibus ipſius: ſed de iure veteri. qu. 131. nu. 2.

Legitimatus Legitimus.

Legitimatus grauatus reſtituere poteſt tranſmittere ſuam legitimam ad extraneum hæredem. q. 128. n. 1.
Legitimatio trahitur ad tempus natiuitatis. qu. 182. nu. 7.
Legitimatio poteſt eſſe limitata quò ad ſucceſſiones. q. 213. n. 2.
Legitimatus eſt verè legitimus q. 128. n. 4.
Legitimatus cum clauſulâ, *Sine praiuditio, &c.* & hæres inſtitutus, an poſſit retinere, quæ habet de paterna hæreditate, &c. ſi repellatur, &c. q. 132. n. 1.
De iure nouo filius Clerici legitimatus in nulla iura paterna ſuccedit. q. 131. n. 4.
Nec etiam indirectè per circuitum, Nec perſonas ad ipſum ſpectantes. q. 131. n. 4.
Legitimato ſine præiudicio venientium ab inteſtato an debeatur legitima. q. 213. n. 3.
Qui ſentiant deberi. q. 213. n. 4.
Legitimato debetur legitima. q. 213. n. 5.
Legitimatus ſi hæres inſtituatur, & impediatur, &c. poterit vti occulta compenſatione. qu. 132. nu. 4.
Legitimato, ſi hæres ſit inſtitutus, debentur alimenta, & expenſæ litis, ſi impediatur adire hæreditatem. q. 132. n. 5.
Legitimatus limitatè, ſi ſit hæres vniuerſalis detrahit legitimam, &c. q. 214. n. 1.
Legitimatus eſt verè legitimus. q. 213. n. 1.

Lex.

Vide *Conſtitutio, Decretum.*
Legem reuocatoriam priuilegij ſufficit promulgari in Curia. q. 177. n. 11.
In ſubiectione ad leges attenditur ſtatus præſens. q. 37. n. 5.
Quando in legibus recedatur à verborum ſignificatione. q. 271. n. 5.
Lex ciuilis non afficit, niſi ſubditos, & quaſi ſubditos. q. 168. n. 4.
Lex ponens pœnam ſine alia declaratione, cur adhuc exigat factum iudicis. qu. 172. num. 6.
Stante generalitate rationis, ſi lex exprimat quid particulare, ſtat demonſtratiuè. qu. 242. num. 7.
Lex pœnalis quatenus ſtrictè accipienda. qu. 271. num. 6.
Promulgatio in Curia ſufficit, vt lex obliget. qu. 177. nu. 10.
Lex non ſe extendit ad alias perſonas vltra expreſſas. q. 258. n. 3.
Lex continens odium, & fauorem, quando ſit fauorabilis, quando odioſa. q. 82. n. 6.
Mentio de aliquibus perſonis in legibus accipitur demonſtratiuè. q. 170. n. 12.
Lex extenditur ad terminos ſuæ rationis. qu. 208. nu. 4.
Lex non reſtringitur per verba exprimentia, quod frequentius occurrit. q. 171. n. 6.
Lex reſtringitur ad terminos ſuæ rationis. qu. 171. nu. 2.
Lex extenditur ad terminos ſuæ rationis. qu. 170. nu. 8.
Lex imponens pœnam ipſo facto, & ſine alia declaratione, habet vim ſententiæ, ſed vagæ. q. 172. n. 4.
Lex annullans actum quando impediat obligationem naturalem. q. 44. n. 7.
Leges non conſiderant propoſitum, ſed actum externum. q. 217. n. 6.
Quando lex habet rationem generalem, fit generalis. q. 204. n. 3.
Ad inducendam obligationem legis quid requiratur. q. 168. n. 4.
Lex non extenditur etiam in fauorabilibus vltra ſignificationem verborum. qu. 208. num. 3.
Caſus legis facit ceſſare dubium. q. 248. n. 2.
Leges Pontificiæ non vſu abrogantur. q. 182. num. 3.
Lex habet eamdem vniuerſalitatem, quam habet ratio. q. 242. n. 5.
Lex noua accipienda ſecundum antiquam. qu. 249. nu. 3.
Lex præcedens ſeruanda ſimul cum noua, quando illi non derogatur. q. 249. n. 4.
Lex non egreditur terminos rationis. qu. 1. num. 7.
In interpretandis legibus non recedendum à verborum ſignificatione. q. 246. n. 6.
Lex eſt omninò ſeruanda. q. 250. n. 3.
Lex non derogat conſuetudini immemorabili. q. 265. n. 6.
Lex non derogat conſuetudini particulari. qu. 265. num. 7.
Lex non extenditur vltra rationem finalem. qu. 246. nu. 4.
Lex proſpicit ijs, quæ frequenter accidunt, alias inepta eſſet. q. 271. n. 6.
Lex afficit omnes perſonas, quibus materia eſt communis. q. 204 n. 4.
Lex fundata in falſa præſumptione non obligat in conſcientia. q. 291. n. 5.
Lex quando admittat diſpenſationem. q. 255. num. 7.
Lex prior declaratur per poſteriorem. qu. 251. num. 3.
Lex continet omnes caſus ſub eadem communi diſpoſitione. q. 269. n. 4.

Libertas.

Emens tanquam ſeruos homines liberos tenetur reſtituere libertati. q. 115. n. 1.

Licen-

Licentia.

Voluntas reuocandi licentiam, niſi manifeſtetur, nihil operatur. q.200.n.5.
Licentia limitata non extenditur vltra terminos. q.87. n.2.

Lis.

Litigans, quando collitiganti debeat alimenta, qu.78. nu.2.
Cur debeat ſubminiſtrare. qu.78.nu.3.

Litteræ.

Litteræ reſeruationis penſionis ſub conditione non habent paratam exequutionem, niſi iuſtificentur. q.73. n.1.
Litteræ Apoſtolicæ habent paratam exequutionem. q.73. n.2.
Si tamen non indigeant iuſtificatione. qu. 73. num. 2.
Quid ſi titularis conſentiat, & exprimat valorem cum iuramento. q.73.n.5.
Litteræ explicandæ iuxta ſupplicationem. qu. 269. num. 6.
Si titularis conſentiat in penſionem, adhuc litteræ ſunt iuſtificandæ, ſi non ſint puræ. qu. 73.nu.3.
Litteræ non dicuntur expeditæ, niſi poſtquam plumbatæ ſunt. q.10. n.5.
Non attenditur data relaxationis litterarum, ſed plumbationis. q.10.n.5.
Litteræ Apoſtolicæ, ſi ſint puræ, habent ſtatim exequutionem paratam. q.73.n.6.
Falſificantes litteras Apoſtolicas excommunicantur in Bulla cœnæ. q.227.n.1.
Mutatio, quæ non tangit ſenſum litterarum Apoſtolicarum non ſubeſt excommunicationi. q.227. n.2.
Mutatio puncti, aut virgulæ in litteris Apoſtolicis quando ſubſit excommunicationi. qu. 227. nu.5.
Falſificans litteras Apoſtolicas, licet ijs non vtatur, incidit in excommunicationem. qu.228. nu.1.
Falſificans litteras Apoſtolicas, ſine animo vtendi non incidit in excommunicationem. qu.228. nu.1.
Falſificatio litterarum Apoſtolicarum eſt prohibita, vt continet crimen falſi. quæſt. 228. num. 4.
Quæ falſificatio litterarum Apoſtolicarum prohibeatur. q.228. n.3.
Litteræ Pontificiæ expediuntur reductis ſupplicationibus ad certas formulas. qu. 269. num. 4.
Litteræ, &c. per conſuetos miniſtros, expediendæ, cum hoc ſit omiſſum. quæſt. 243. num. 10.
Litteræ, &c. expediendæ ad libitum priuilegiatorum. qu. 243. nu. 11.
Non poſſunt impediri, aut ijs contradici. qu. 243. num. 12.
Pro expediendis his litteris an neceſſaria licentia Pontificis. q.243. n.14.
Licentia Pontificis pro his litteris cur neceſſaria. q.243. n.15.

Locatio.

Locatio fundi Eccleſiæ vltra triennium neque pro triennio valet. qu.194. nu.7.

Locus.

Quænam ſint loca religioſa. quæſt. 3. num. 3.

Loquutio.

Vide *Oratio.*
In generali loquutione non comprehenditur perſona loquentis. q.207. n.2.
Communis modus loquendi præfertur etiam in materia ſtricta. q. 271. n.3.

Lucrum.

Lucrum ceſſans quando habeat locum. quæſt. 282. nu. 5.
Animus lucrandi ſemper præſumitur. qu. 71. num. 6.

Ludens Ludus.

Cur coactus ludere non ſit indemnis ſeruandus. q.4. n.18.

M

Mala Fidei.

Vide *Fides.*

Mandatum.

Mandatum de faciendo continet gratiam factam. q.41. n.6.
Mandatum acceſſorium gratiæ iam factæ non expirat morte concedentis. qu. 41. num. 10.
Mandatum non præſumitur. q.273.n.3.
Mandatum expirat morte mandantis. qu. 41. num. 3.
Fines mandati non excedendi. qu. 243. n.15.
Mandatum de præſentanda certa perſona ante vacationem beneficij non valet. qu. 94. num. 2.
Neque conualidatur iuramento. q.94. n.2.

Maritus.

Maritus tenetur alere vxorem. q.5.n.1.
Obligatio mariti pro annua penſione vxori ſoluen-

ſoluenda oritur ex affectu maritali. quæſt.5. num. 6.

Mariti cur ſoluant vxoribus annuas penſiones. q.5.n.7.

Maritus non debet ex ſua malitia reportare commodum. qu.5.nu.8.

Martyres.

Sacrificia quotannis nomine martyrum offerenda. al nu.27.

Martyres ſtatim poſt paſſionem venerati. al. num.25.

Ab initio Eccleſiæ ſacrificia in honorem martyrum collata, & Eccleſiæ erectæ. al.n.26.

Martyrologium.

Noui Sancti non poſſunt deſcribi in Martyrologio. al. nu. 13.

Feſta etiam localia, de quibus fit officium in Martyrologio primo loco legenda etiam ſi ipſi non ſint incerta. al.nu.14.

Etiamſi Sancti non ſint canonizati. al.n.15.

Concluſio Lectionis Martyrologij refertur etiam ad Sanctos, qui coluntur in Eccleſijs particularibus. al. nu. 16.

Matrimonium.

Vide *Nuptiæ.*

Matrimonium abductæ non filio abducentis ſub ſpecie mutandi aerem non eſt nullam. qu.226. nu.2.

Matrimonium ſubſequens ex ſe legitimat abſque fictione. q.133. n.7.

Contrahens matrimonium præſumitur informatus de perſona, quam ducit, qu. 162. num.7.

Mala fides in initio matrimonij ipſum vitiat. qu. 162.nu.5.

Matrimonium putatiuum cauſat legitimitatem filiorum in ordine ad ſucceſſionem. qu.162. nu 2.

Et ſufficit bona fides alterius coniugis. quæſt. 162. num. 3.

Vnde habeat matrimonium ſubſequens, quod legitimet q.133. n. 8.

Matrimonium ſubſequens, cur non poſſit legitimare natos tempore, quo non poterat conſtare matrimonium. q.133.n.9.

Pro matrimonio non ſufficit dies vltimus inchoatus anni præfixi. q.158.n.7.

Matrimonium putatiuum an ſufficiat pro ſucceſſione. q.162.n.4.

Committens alicui aſſiſtere matrimonio committit iuriſdictionem. q.257.n.4.

Matrimonium contractum in facie Eccleſiæ eſt putatiuum, licet nullum. q 162.n. 1.

Quando qualitas poſſit reddere matrimonium nullum, ſi in ipſa erretur. q.134.n.13.

Subſequens matrimonium legitimat natos ante ipſum. q.133. n.1.

Etiam ſi non interuenerint inſtrumenta nuptialia. q.133 n.1.

Subſequens matrimonium non legitimat natos, quando non poterat adeſſe matrimonium.

Diuertentes ad locum, vbi non habent proprium Parochum, fiunt impotentes ad contrahendum matrimonium. q.11. n.4.

Hæretici, vbi Concil. Trident. eſt publicatum, tenentur formam præſcriptam ſeruare. qu. 11. nu. 4.

Etiam milites hæretici, & eorumdem mulieres. q.11. n.4.

Aetas habilis ad copulam requiritur pro contrahendo matrimonio. q.158.n.1.

Quot anni in viro, & quot in muliere requirantur. q.158. n.1.

Debent eſſe completi. q 158. n.1.

Quid, ſi deſint duo, tres, aut quattuor dies. qu.158.nu.2.

Si deſit aliquis dies annis præfinitis, non valet matrimonium. q.158.n.3.

Annus præfixus matrimonio diminutus per dictionem *Circiter* non ſufficit. quæſt. 158. num. 4.

Non habentes domicilium habitationis, licet aliud retineant, debent celebrare matrimonium coram Parocho loci, vbi ſunt. qu. 11. num. 7.

Contrahentes matrimonium, vbi Concil. Trident. eſt receptum, tenentur eiuſdem diſpoſitionem ſeruare. q. 11.n.2.

Pro nouo matrimonio requiritur certus nuncius de morte alterius coniugis quæſt.290. num. 3.

Ex diſpoſitione ſacrorum Canonum. qu. 290. num. 4.

Quorumcumque annorum abſentia alterius coniugis non ſufficit pro nouo matrimonio. q.290. n.5.

Matrimonium contractum à moniali eſt cum mala fide, ſi cauſa nullitatis profeſſionis adhuc pendeat, licet ſequuta ſententia. q.161. num. 2.

Matrimonium non poteſt contrahi ſine peccato cum indignatione graui parentum, &c. qu.2. nu. 5.

Quomodo conſtare poſſit, quod quis non habuerit intentionem contrahendi matrimonium. q.156. n.4.

Probabilitas moralis mortis alterius coniugis an ſufficiat pro nouo matrimonio. qu. 290. nu. 2.

Facta ſeparatione thori non tenetur maritus ad annuam penſionem ad libitum diſtrahendam, ſi fructus dotis inſumantur pro alimentis. q.5. n.5.

Melioramentum.

Melioramenta ſunt meliorantis q.198. n.2.
Melioramenta cedunt melioranti. quæſt. 217. num. 2.

Mendicantes.

Ius diſtinguit inter Mendicantes, & non Mendicantes. qu.146. nu.7.

Menochius.

Menochius ſcripſit pro præcedentia Archidiaconi ſupra Vicarium. q.183. n.1.

Menſis.

Vide *Alternatiua.*
Menſes in ordine ad reſeruationem beneficiorum quomodo computentur. q.245. n.1.
Menſis, qui non eſt integer, non eſt numerabilis q.50. n.6.
Collator beneficij poſſidet ius conferendi, quouſque conſtet elapſum eſſe menſem. qu. 245. num. 5.
Collationes menſis alternati non pendent a continuatione reſidentiæ. q.50. n.9.

Mentiri.

Cauſa defenſionis poteſt alicui obijci, quod mentiatur. q.233. n.1.
Liceatne addere *Mentiris vt latro, &c.* qu. 233. nu. 2.
Verba, *Vt latro*, addita verbo, *Mentiri*, tendunt ad diuerſum effectum, &c. quæſt. 233. num. 7.
Verbum, *Mentiris*, propulſat omnem iniuriam verbalem. q.233. n.5.
Vt iur, &c. non venit in conſequentiam ad verbum Mentiris. q.233. n.10.
Minæ relinquunt voluntarium abſolutè, & ſolum ſecundum quid cauſant inuoluntarium. q.217. n.7.
Verbum *Mentiris* quatenus licitum. qu. 233. num. 5.

Meretrix.

Vide *Concubina.*
Adminiſtrantes Rempub. diſponere poſſunt circa habitum meretricum. q.288. n.1.
Magiſtratus prohibere poteſt meretricibus habitum honeſtarum mulierum. qu. 288. num. 2.
Meretrices publicæ ſunt infames. quæſt. 288. num. 3.
Meretrices quæ vni aut alteri copiam faciunt ſunt turpes perſonæ. q 288. n.4.
His prohiberi poteſt habitus honeſtarum mulierum. q.288. n 4.

Merx.

Vide *Aſſecuratio.*
Merces quando tranſmittantur periculo mortis. qu.107. nu.10.

Metus.

Metus excludit conſenſum. q.196. n.6.
Metus non excuſat à peccato, &c. quæſt. 200. num. 4.
Voluntas, & iuramentum originatum à coactione non purgant metum, ſed potius confirmant. q.20. n.4.
Metu operans quomodo nolit. q.200. n.9.

Miles.

Miles dubius de iuſtitia belli, an excuſetur a reſtitutione. q.4 n.16.
Milites nullibi habent domicilium. quæſt. 11. num. 5.
Milites poſſunt excuſari à reſtitutione raptorum. q.4. n 14.
Milites vnde poſſint indicare bellum eſſe iuſtum. q.4. n.15.
Milites debent contrahere matrimonium coram Parocho loci, vbi ſunt. q.11. n.6.

Miſſa.

Translato officio Titularis celebratur miſſa iuxta Rubricam antiquam. q.222. n.1.
Quibus diebus modo non poſſit celebrari. qu. 222. nu. 2.
In prima Dominica Aduentus poteſt in Cathedrali Amalphitana celebrari miſſa de S. Andrea. q.222. n.3.
Onus miſſæ quotidianæ corruit, ſi corruat diſpoſitio, cui eſt annexa. q.260. n.1.

Mixtum.

Sub ſimplici continetur mixtum in materia fauorabili. q.262. n.4.
Si tamen de vtroque ſimplici fiat mentio. qu. 262. nu. 4.

Mobilia.

Vide *Bona.*
Mobilium, quæ vſu conſumuntur, poſt longum tempus non habetur ratio in reſtituendo. q.136. n 11.
Mobilia, quæ vſu conſumuntur poſt longum tempus præſumuntur conſumpta. qu. 130. num. 1.
Decennium eſt longum tempus, in quo præſumuntur conſumpta. q.130. n.2.
Decennio elapſo mobilia non reſtituuntur a granato. q.130. n.3.
Quid in foro conſcientiæ, ſi aliqua ex ipſis adhuc extarent. q.130. n.3.

Mobilia, quæ vſu conſumuntur, non comprehenduntur ſub fideicommiſſo. q.130. n.4.

Modus.

Modus habet tractum ſucceſſiuum, quando illum habet diſpoſitio, q.9. n.4.
In relictis Eccleſiæ modus non continet cauſam finalem, ſed impulſiuam. q.63.n.3.
Modus, qui non continet cauſam finalem, non eſt reſolutiuus. q.63. n.2.

Monachus.

Vide, *Regularis, Religioſus.*
Monachi non veniunt appellatione Mendicantium. q.246. n.7.
Monachi tenentes arma in Monaſterio ipſo facto excommunicantur. q.189. n.1.
Ab hac excommunicatione an abſolui poſſint à Prælato locali. q.189. n.2.
In foro conſcientiæ abſolui poſſint à confeſſario. q.189. n.3.
Monachi tenentes arma intra monaſterium abſolui poſſunt in foro externo à proprio Prælato. q.189. n.4.
Quicquid acquirit Monachus, monaſterio acquirit. q.199. n.1.
Monachus quicquid acquirit monaſterio acquirit. q.191. n.2.
Monachus in acquirendo æquiparatur ſeruo. qu.199. nu.1.

Monaſterium.

Vide *Eccleſia Regularis.*
Monaſteria Regularium ſunt omninò exempta. qu.159. nu.1.
Primum Monaſterium ad nihil tenetur ſecundo, ſi non inſtet, recipi monialem. qu. 33. num. 4.
Dos Monialium quo titulo tribuatur Monaſterio. q.32. n.1.
Bona nulliter à Nouitio donata Monaſterio, ſequuta profeſſione fiunt ipſius. q.36 n.2.
Primum monaſterium an teneatur ad alimenta, ſi ſecundum coactè recipiat Monialem. qu.33. nu.2.
Tenetur ad dotem, ſi inſtet recipi à ſecundo. qu.33. nu. 3.
Monaſterium nunquam poteſt reſtituere dotem. q.33.n.7.
Nulliter donata per profeſſionem alio titulo tranſeunt in Monaſterium. q.36.n.3.
Monaſteria, & Eccleſiæ Regularium ſunt loca exempta. q.56. n.2.
Monaſteria ſunt in Diœceſi. q. 159.n.10.
Onus Monaſterij alendi Monialem vnde naſcatur. q.32. n.4.
Monaſterium quomodo repræſentetur in monialibus, & quomodo in Prælatis. qu. 33. num. 6.
Regulares, & eorum loca quò ad effectus iuriſdictionis cenſentur extra Diœceſim. qu. 159. num. 3.
Conſenſus Superioris facit, quod Monaſterium non coactè recipiat monialem. qu. 33, num. 5.
Monaſterium non poteſt retinere bona, à quibus Nouitius profitendo cadit. q.36.n.1.
Monaſterium non læditur ob renunciationem monialis conſueto modo dotatæ. quæſt. 42. num. 2.

Monaſterij fundatio.

Pro fundandis Monaſterijs an ſufficiat tacita licentia Ordinarij. q.248. n.1.
Poſt Conſtitutionem Vrbani VIII. non ſufficit. qu.248. nu.2.
Tacita licentia Ordinarij pro fundandis Monaſterijs modo non habet locum. qu. 248. num. 4.
Diſpoſitio Gregor. XV. recipit declarationem à diſpoſitione Clemen. VIII. qu. 249. num. 5.
Monachi poſſunt fundare Monaſteria ſine licentia Apoſtolica. q.246. n.5.
Monachi virtute priuilegiorum poterant fundare Monaſteria ſine Apoſtolica licentia. qu.247. nu.3.
Conſtitutio Innocentij X. non diſponit de Monaſterijs fundandis. q.250.n.7.
Diſpoſitio Gregor. & Vrbani circa numerum Religioſorum pro ſingulis Conuentibus. qu.150. nu.1.
Diſpoſitio Innocentij X. qu.250. nu.2.
Forma Canonum quatenus requirit licentiam Apoſtolicam pro erectione Monaſteriorum à quibus ſeruanda. q 246. n.10.
Diſiunctiua eſt inter conſenſum Regularium, & inter id, quod conſtet Ordinario nouos Religioſos ſuſtentari poſſe, &c. quæſt.249. num 6.
Conſtitutio Vrbani non concedit fundari Monaſteria, ſi duodecim Religioſi non poſſint ſuſtentari, ſed ſi fundentur in pœnam ſubijcit Ordinario. q.250. n.6.
Pro fundando nouo Monaſterio, vbi non ſunt alij Religioſi incolarum conſenſus adhibendus. qu.249. nu.7.
Sine licentia Apoſtolica non poſſunt modo fundari Monaſteria. q.246.n.1.
Pro fundandis Monaſterijs de iure requiritur Apoſtolica licentia. q. 246. n. 2.
Monaſteria non poſſunt erigi ſine licentia Ordinarij. qu. 246. nu.3.
Licentia ordinarij, & Apoſtolica requiruntur copulatiuè pro fundandis Monaſterijs. qu. 246. num. 4.

Ratio finalis, ob quam prohibentur Mendicantibus fundare Monaſteria ſine licentia Apoſtolica, non habet locum in alijs. quæſt. 246. num. 9.
Poſt Conſtitutionem Clement. non fuit neceſſaria licentia Apoſtolica pro fundatione Conuentuum ante Conſtit. Innocent. qu. 252. num. 2.
Quinam conuocandi pro fundatione Monaſteriorum. q. 251. n. 1.
Parochi non ſunt audiendi, quando ſunt introducendi noui Religioſi, etiam vbi non ſunt alij Religioſi. q. 251. n. 2.
Ordinarius poteſt introducere nouam Religionem conſentientibus cæteris, aut ſi ipſi conſtet, poſſe ſubſtentari ſine aliorum detrimento q. 249. n. 1.
Debet ſemper audire alios Religioſos etiam ſi ipſi conſtet, &c. q. 249. n. 2.
Quia debet conſtare cauſa cognita. quæſt. 249. num. 2.
Pontifices proſpexerunt fundationi Conuentuum, & negotium reliquunt Ordinarijs. qu. 252. nu. 8.
Ordinarij non poſſunt concedere licentiam fundandi Monaſteria, in quibus non poſſint ſubſtentari duodecim Religioſi. quæſt. 250. num. 3.
Excipi poteſt contra licentiam fundandi, ſi duodecim Religioſi ali non poſſint. q. 250. num. 8.
Licentia Pontificia erigendi conuentus concedebatur Ordinarijs cum certa forma. qu. 252. num. 9.
Diſpoſitio Clement. Gregorij, & Vrbani circa erectionem Conuentuum. q. 252. n. 1.

Moneta.

Moneta certa debita ſoluenda eſt iuxta valorem tempore ſolutionis. q. 220. n. 2.
Quid, ſi tempore contractus ſit expreſſus valor certæ monetæ. q. 220. n. 3.
Obſeruantia declarat, quinam valor monetæ attendendus in ſolutione. q. 220. n. 4.
Valor monetæ expreſſus, quando ſtet demonſtratiuè. qu. 220. nu. 3.

Monialis.

Vide *Clauſura.*
Moniali translatæ ad aliud monaſterium ob pœnitentiam, ſunt à primo ſubminiſtranda alimenta. qu. 33. nu. 1.
Onus alendi Monialem ceſſat, dum tranſit ad aliud Monaſterium. q. 32. n. 5.
Monialis ſtante appellatione à reiectione appellationis ſuper nullitate profeſſionis non poteſt contrahere matrimonium. qu. 160. num. 1.
Monialis non ſuccedit titulo hæreditario renunciatis ſi adſint, qui ſuccedant. qu. 163. num. 3.
Dos Monialis non compenſat onus alendi. q. 32. num. 6.
Monialis tranſiens ad aliud Monaſterium non defert ſecum dotem. q. 32. n. 2.
Dos monialium vnde ſit proportionata. qu. 42. num. 5.
Monialis tranſiens ad aliud Monaſterium non trahit ſecum vſufructum dotis. quæſt. 32. num. 8.

Monitorium.

Monitoria ad reuelandum afficiunt ſolum iniuſtè detinentes. q. 197. n. 2.
Recipiens cedulam in ſolutum à ſuo debitore ex vi monitorij non tenetur eam notificare. qu. 197. nu. 1.

Mulier.

Vide *Fœmina.*
Mulierem ignorare, quæ circa proprias cauſas fiunt, eſt omninò inuerisimile. q. 161. n. 3.
Mulieribus, quæ occultè ſunt inhoneſtæ non poteſt prohiberi habitus communis honeſtatum. q. 288. n. 5.
Stante conſuetudine nudandi pectora, an mulieres peccent mortaliter. q. 223. n. 11.

Munus.

Fungi munere eſt exercere, & operari quæ præſcribit munus. q. 279. n. 4.

Mutuans, Mutuum.

Mutuans non poteſt mutuari ſub onere eleemoſinæ. q. 253. n. 5.

N

Negatiua.

Negatiua probatur ex inſpectione ſcripturæ, &c. q. 115. n. 4.
Dum non probatur affirmatiua, ſatis conſtat de negatiua. q. 115. n. 5.
Negatiua prohibitionis naturalis, &c. quomodo conſtet. q. 240. n. 11.

Negligentia.

Negligentia in amittenda inquiſitione illius, quod quis debet ſcire, non eſt tolerabilis. qu. 161. nu. 9.
Negligentia Prælati non poteſt præiudicare Eccleſiæ. qu. 60. nu. 2.

Nego-

Negotium.

Qui alterius negocia geſſit abſque prætio pacto an poſſit petere ſalarium. q.71. n.1.
Grauitas negocij requirit informationem certam. q. 162. n.10.

Non ens.

Non entis nullæ ſunt qualitates. q.106.n.6.

Nota.

Speciali nota digni ſunt exprimendi aut in ſpecie, aut in genere. q.300. n.4.
Speciali nota digna indigens ſpeciali expreſſione. q.122. n.4.

Notarius.

Notarius excipiens dicta teſtium in cauſa ſanguinis, eſt irregularis. q.17.n.1.

Nouitiatus.

Nouitiatus, &c. in loco non deſignato reddit profeſſionem nullam. q.292. n.1.
Profeſſus laicus, vt aſcendat ad ordinem clericalem, reperit nouitiatum. q.23.n.1.
Laicus agens nouitiarum, vt aſcendet ad ordinem clericalem, non poteſt expelli. qu. 24. num. 1.
Nouitiatus accipitur ſecundum morem Religionis. qu.23. nu.2.
Agens nouitiatum pro ordine Clericali ſolum in ordine ad ipſum poteſt approbari, aut reprobari. q.24. n.3.

Nouitius.

Vide *Renunciatio.*
Nouitij non poſſunt diſponere de rebus ſuis, niſi intra duos menſes proximos profeſſioni. q.37.n.6.
Nouitius eſt perſona eccleſiaſtica. q.37. n.5.

Nullitas, Nullum.

Nullum ab initio non conualeſcit poſtea etiam ſublato impedimento. q.67.n.5.
Quando, quod eſt nullum ab initio, non fit. metur tempore, q.106. n.6.
Quod fit contra legem prohibentem eſt nullum, & quando. q.134. n.9.
Quod eſt nullum ab initio, non firmatur tractu temporis. q.106.n.1.
Quod nullum eſt perinde ſe habet, ac ſi non eſſet. q.292. n.4.

Numerus.

Singularis numerus aliquando accipitur pro pluribus. q.23. n.6.

Numiſma.

Numiſmata Sixti V. relinquenda Eccleſiæ arbitrio poſſidentis. q.205. n.4.

Nuncius.

Nuncij ex ſpeciali indulto conferunt minora beneficia. q.229. n.1.
Etiam Sede vacante. q.229. n.2.
Sede vacante non ceſſat facultas Nuncij. qu. 229. num. 3.
Nuncij facultas eſt ordinaria. q.229.n.2.
Nuncius poteſt conferre beneficia habentia nomen dignitatis, ſi alias ſint ſimplicia. qu.230. nu.1.
Facultas Nuncij conferendi beneficia, &c. extenditur ad menſes Ordinarij. quæſt. 229. num. 7.
Nuncius ad nudum miniſterium remanet talis Sede vacante. q.229. n.2.
Facultas conferendi beneficia conceſſa Nuncijs ample accipienda. q.230.n.6.
Nuncius potens diſpenſare in quarto gradu mixto an poſſit etiam in tertio ſimplici. qu.261. nu.1.
Nuncians nomine defuncti hæredibus an debeat iurare. qu. 105. nu.1.
Nuncij fidelitas cenſetur electa. quæſt. 105. num. 2.
Quænam conſtituant aliquem nuncium. qu. 104. nu. 1.
Nuncius eſt organum illius, cuius nomine nunciat. q. 104. n. 2.
Nuncio credendum eſt. q.104. n.3.
Qui per nuncium facit, per ſe ipſum facere cenſetur. q.104. n.3.
Nuncio vt credatur, debet conſtare, quod ſit talis. q.104. n.4.
Si non conſtet, eſſe nuncium, perinde eſt, ac ſi non eſſet. q.104. n.4.
Nuncio non creditur in ijs, in quibus habet intereſſe, niſi, &c. q.104. n.5.
Non eſt credendum, ſi non conſtet fuiſſe conſtitutum nuncium. q.104. n.6.
Facultas Nuncij conferendi beneficia non eſt ex præſuppoſito reſeruationis. quæſt. 229. num. 6.

Nuptiæ.

Vide *Matrimonium.*
Abſentia viri per triginta annos, &c. non ſufficit pro tranſitu ad ſecundas nuptias. qu. 290. nu. 1.
Bona fides locum non habet in ſecundis nuptijs, niſi ſit certa mors alterius coniugis. q. 290. num. 9.
Tranſiens ad ſecundas nuptias ſine certitudine mortis alterius coniugis punitur ab Inquiſitoribus. qu.290. nu.11.

O

Obligatio.

Obligatio prouidendi Ordinatis ſine titulo eſt penes Epiſcopum. qu. 121. num. 8.
Obligatio eſt ſtrictè accipienda. q. 211. n. 4.
Obligatio ex cauſa ceſſat ceſſante cauſa. quæſt. 211. num. 4.
Relaxatio vnius obligationis non ſe extendit ad aliam. q. 202. n. 4.
Obligationem ex gratitudine an liceat deducere in pactum. q. 186. n. 2.
Obligatio ex cauſa cum tractu ſucceſſiuo ceſſat ceſſante cauſa. q. 5. n. 7.
Deficiente cauſa obligationis deficit etiam obligatio. q. 212. n. 5.
Obligatio acceſſoria non extenditur plus quàm principalis. q. 211. n. 5.
Obligatio naſcitur ex conſenſu duorum in idem. qu. 179. nu. 5.
Obligatio ex gratitudine deducta in pactum non eſt amplius ex gratitudine. q. 186. n. 6.
Obligatio ex gratitudine cur non poſſit deduci in pactum. q. 186. n. 7.
Obligatio alendi, & prouidendi de beneficio ordinatum ſine titulo ſunt diuerſæ. qu. 122. num. 3.
Solutione illius, quod debetur, extinguitur obligatio. q. 100. n. 5.
Deducere in pactum obligationem gratitudinis eſt deducere in pactum retributionem. q. 186. n. 5.
Non præſtans, quod debet, priuatur omni beneficio. q. 22. n. 2.

Obſeruantia.

Obſeruantia interpretatiua habet locum in dubijs non in claris. q. 220. n. 5.
Obſeruantia interpretatiua priuilegij non requirit præſcriptionem, ſed ſufficit ita aliquando fuiſſe obſeruatum. q. 153. n. 6.
Obſeruantia ſubſequuta declarat, quid contineatur in diſpoſitione. q. 170. n. 10.
Obſeruantia introducit ius. q. 142. n. 4.
Obſeruantia declarat, quid in priuilegijs ſit conceſſum. q. 300. n. 11.

Occaſio.

Occaſio proxima peccandi auferenda etiam cum damno notabili corporali. quæſt. 299. num. 2.
Proxima occaſio peccandi non poreſt permitti: & ſi permittatur ob bonum, &c. virtualiter eligitur. qu. 299. nu. 6.
Velle perſeuerare in proxima occaſione peccandi eſt velle proprium peccatum. q. 244. num. 4.
Non patitur occaſionem proximam, qui poteſt tollere. q. 297. n. 7.

Occiſio.

Vide *Homicidium.*
Occiſio ob priuatam defenſionem quomodo licita. q. 293. n. 8.
Occiſio ex percuſſione baculi eſt caſualis. qu. 21. num. 1.
Occidens ad defenſionem non fit irregularis. qu. 188. nu. 3.

Officium.

Vide *Munus.*
Officium importat adminiſtrationem. q. 279. num. 5.
Fungi officio eſt exercere miniſterium. q. 279. num. 3.

Officium Diuinum.

Vide *Hora Canonica.*
De non canonizatis non poteſt recitari officium. al. nu. 21.

Onus.

Onus, & conditio adiecta vni perſonæ non cenſetur repetita in alia. q. 260. n. 7.
Præſertim ſi adſit diuerſa ratio. q 260. n. 8.
Onus expreſſum in vna diſpoſitione, non habet locum in alia, ſi non exprimatur. qu. 260. num. 6.
Onus debet habere ſuam cauſam ſecundum quam reguletur. q. 206. n. 4.

Operans Operatio.

Operanti debetur merces. q. 71. n. 3.
Qui parentela coniungitur, quando præſumatur intendere lucrum ex opera ſua. qu. 71. num. 5.
Indigens præſumitur exhibere operam ſuam ob lucrum. q. 71. n. 6.

Opinio.

Opinio Io: Sanchez circa tollendam occaſionem proximam. q. 299. n. 1.
Quid requireretur ad optionem, ſi præbenda eſſent inſeparabiles à titulis. q. 231. n. 7.
Opinio aſſerens abſentiam triginta annorum ſufficere pro nouo matrimonio non eſt probabilis. q. 290. n. 8.
Sequenda neceſſariò opinio conformis ſtylo Romanæ Curiæ in ijs, quę dependent a volun-

voluntate Papæ. q.184. n. 1.
Opinio contra ſtylum non eſt probabilis. qu. 224. num. 5.
Poſſumus ſequi opinionem probabilem relicta probabiliori. q.100. n.4.
Opinio probabilis poteſt habere locum ſolum, ſi mens Papæ ſit dubia. q.224. n.4.
Poteſt quiſque ſequi opinionem minus probabilem. q.151. n.3.

Optio.

Optio in præbendalibus admittitur de æquitate canonica. q.254. n.1.
Non habet locum in menſibus reſeruatis. qu. 254. num. 2.
In optione non mutantur tituli beneficiorum, ſed ſolum præbendæ. q.231. n.4.
In optione acquiritur ſolum quid temporale. qu.231. nu.6.
Canonicus excommunicatus poteſt optare. qu.231. nu.3.
Optio præbendarum non ſeparat à titulo, ſed trahuntur ad mutationem tituli. qu. 254. num. 11.
Optio locum habet in abſolutè ſeparabilibus à titulo, etiam in menſibus reſeruatis. qu. 254. nu. 3.
Quid, ſi præbendalia ſint tantum ſeparabilia ab hoc, vel illo titulo. q.254. n.4.

Oratio.

Vide *Locutio.*

Oratorium.

Oratoria priuata non gaudent immunitate. qu.3. nu.8.

Ornatus.

Superfluus ornatus obſtat aſſequutioni ſalutis. q.223. n.5.
Superfluus ornatus quinam, & quotuplex ſit. qu. 223. nu. 1.
Superfluus ornatus ex ſola leuitate aliquando trahit ſecum peccatum mortale. quæſt.223. num. 8.

Ordinandus, Ordinatus.

Vide *Epiſcopus.*
Ordinatus ratione Ordinationis acquirit ius ad patrimonium Eccleſiæ pro ſubſtentatione. q.122. n.5.
Habens dimiſſorias ad ordinantem in propria diœceſi ordinari poteſt ab ordinante nomine Diœceſani. q.87. n.6.
Concil. cur requirat triennalem familiaritatem, vt alienus ſubditus ordinari poſſit. qu. 27. nu m. 13.
Fraus in ordinando alieno ſubdito cum collatione beneficij quando habeat locum. qu. 27. num. 2.
Ordinatus ex vi ordinationis acquirit ius ad alimenta de patrimonio Eccleſiæ. qu. 123. num. 3.
Ordinatus quando acquirat ius ad alimenta de patrimonio Eccleſiæ. q.123. n.5.
Alienus ſubditus præſentatus ad beneficium ordinari poteſt. q.27. n.14.
Ordinatio, quando inducat obligationem alendi ordinatum. q.123. n. 7.
Dimittens ſubditos ordinandos ab alio, tenetur prius approbare. q.124. n.2.
Ordinato debetur beneficium, non autem diſpenſato, vt ordinetur. q.224. n.8.
Habens de proprio cenſetur ordinari ad titulum patrimonij. q.123. n.5.
Et ſub hoc pacto tacito. q.123. n.6.
Habens dimiſſorias poteſt ordinari ab eo, qui ordinat vice illius, ad quem ſunt directæ. qu.87. nu. 3.
Habens dimiſſorias ad alium Epiſcopum non poteſt ordinari ab ordinante in aliena diœceſi cum licentia particulari. q.87. n.2.
Habens facultatem, vt poſſit Ordinari à quocunque Epiſcopo, poteſt ordinari ab ordinante in aliena diœceſi. q.87. n. 1.
Ratio cur alienus ſubditus ratione beneficij poſſit ordinari. qu. 27. nu.6.
Malè ordinatus, ita vt ſit ſuſpenſus, non eſt capax beneficij. q.30. n.1.
Quid, ſi bona fide excuſetur. q.30. n.2.
Ordinari quis non poteſt ſine titulo. qu. 122. num. 1.
Alienus ſubditus, ſi paulò ante collatum ſit beneficium, non poteſt ordinari. quæſt. 27. num. 3.
Quid ſufficiat, vt alienus ſubditus poſſit ordinari. qu. 27. nu.4.

Ordinans.

Vide *Epiſcopus.*
Ordinans cum licentia Papæ eum, qui non poteſt habere dimiſſorias à proprio Ordinario ob litem ſuper illarum conceſſione, tenetur inquirere ſuper idoneitate, &c. qu. 124. nu. 4.
Epiſcopus ordinans familiarem conferendo beneficium ordinat ſubditum. q.27. n 12.
Quid requirat Trident. vt Epiſcopus ordinet alienum ſubditum. q.27. n.3.
Epiſcopus ordinat non ſubditum, licet non ſit familiaris triennalis conferendo beneficium. qu.27. nu. 15.
Ordinans auctoritate alterius, nomine illius ordinat. q.87. n.4.
Ordinans familiarem triennalem non poteſt diſpen-

diſpenſate in impedimentis. q.43.n.3.
Ordinans alienum ſubditum ſibi dimiſſum non poteſt diſpenſare. q.43.n.2.
Ordinans ſine titulo tenetur alere ordinatum, donec conferat beneficium. quæſt.122. num.1.
Hæc obligatio tranſit ad ſucceſſorem. qu.122. num.2.
Non quia puniatur, ſed quia ordinatus habet ius pro alimentis ad bona Eccleſiæ. qu. 122. num.2.

Ordinarius.

Vide *Epiſcopus.*
Ordinarius modo non habet intentionem fundatam conferendi omnia beneficia. qu. 245. num. 8.
Ordinarij non erant exequutores licentiæ Pontificiæ in erectione Conuentuum. qu. 252. nu. 5.
Ordinarij non poſſunt introducere noua officia. al. nu. 22.
Ordinarij compellere poſſunt Abbates non obſeruantes Decreta, &c. etiam cenſuris. qu.109. nu. 6.
Ordinarius dans licentiam ſolum tribuentibus aliquod munus, violat Conſtit. Vrban. qu.253. nu.8.

Ordo, Ordinatio.

Ordinatio ſacerdotalis habet locum, ſi aliquis actus ipſius ſit poſſibilis. q.38.n.5.
Non ſumens ordinem infra annum annexum beneficio, ſi ſit litigioſum, non ſubiacet pœnis. q.84. n.2.
Si Epiſcopus ratam habeat ordinationem ordinati ſine licentia, ſit capax beneficij. qu. 30. num. 3.
Quid, ſi obtineat beneficium, antequam rata habeatur ordinatio. qu. 30.nu.4.
Ratificatio Ordinationis retrotrahitur. qu. 30. num. 4.
Tempus conceſſum ad ſumendos ordines adnexos beneficijs. q.84. n.1.

P

Pactum.

PActa, quæ tangunt fructus meros beneficij, non ſunt prohibita. quæſt. 118. num.7.
Pacta circa fructus beneficiorum, &c. ceſſant decedente altero beneficiario. quæſt. 118. num.8.
Pacta circa beneficia, & penſiones prohibita. qu. 118. nu.1.
Pacta ſunt ſeruanda, ſed non vltra intentionem paciſcentium. q.5.n 5.
Quod eſt licitum, non poteſt deduci in pactum, ſi ex deductione fiat illicitum qu.186. num. 8.
Conuentio de eo, quod de iure ineſt, exprimitur ad tollendam dubitationem. qu. 218. num. 5.
Pacta obligant Principes. q.147.n.9.
Pactum reſolutiuum facit, quod donatum non tranſeat abſolutè in donatarium. qu. 63. nu. 1.
In beneficialibus pacta omnia inducunt ſimoniam. q.186. n.5.
Pacta contra leges non valent. qu. 221. nu.5.
Perinde ſe habent, ac ſi non eſſent appoſita. qu.221. nu. 5.
Licet deducere in pactum; quod licitè præſtari poteſt. q 186. n.2.
Communis ſententia, quod non liceat. quæſt. 186. nu. 3.
Pactum, quod non implente Eccleſia onus poſſint donata capi propria auctoritate valet. qu.63. nu 1.
Pacta omnia in beneficialibus inducunt ſimoniam. qu.180. nu. 1.
Pactum quid ſit. q.253.n.4.
Quomodo tranſeat in contractum. qu. 253. num 4.
Pacta omninò ſeruanda. q.149 n.5.
Quod licitè ſit ex conſuetudine, poteſt etiam pacto ſeruari. q.139. n.4.

Palatium.

Palatia Epiſcopalia diſtantia ab Eccleſia an gaudeant immunitate, q. 3.n.6.

Parens.

Parentes ſpirituales magis venerandi, quàm carnales. q.157.n.2.

Parochia.

Acquiſitio Parochiæ an requirat domicilium. qu.143. nu.7.
Pro acquirenda Parochia ſufficit habitatio. qu.143. nu.9.

Par.

Paria ſunt, eſſe exemptum, & eſſe extra territorium. qu.48. nu.2.
Paria ſunt fieri tempore habili, aut prohibito, ſed conferri in tempus permiſſum. qu. 131. num.6.

Parochus.

Parochus aſſiſtens matrimonio auctorizat actum. qu.157. nu.3.

Exer-

Exercet iuriſdictionem parochialem. qu. 157. num. 3.
Parochus excommunicatus an poſſit dare licentiam aſſiſtendi matrimonio, & num. ſequen. qu. 157. nu. 1.
Parochijs ſingulis ſua iura ſeruanda. qu. 154. num. 8.
Parochus venit nomine proprij ſacerdotis. qu. 174. nu. 4.

Pars.

Pars maior trahit minorem. q. 138. n. 5.
Pars minor tenetur facere, quod facit pars maior Capituli. q. 137. n. 1.
Quando eadem ratio ſit de parte ad partem, quæ de toto ad totum. q. 50. n. 8.

Paſſio.

Paſſiones appetitus mouent voluntatem, & aliquando auferunt libertatem. q. 114. n. 4.

Pater.

Vide *Filius.*
Pater inſtituens legitimatum, &c. remouet impedimentum, quò ad legitimam. q. 114. num. 3.
Pater, ſi aliud non declaret, præſumitur donaſſe expenſas pro filio. q. 135. n. 6.
Pater quando poſſit in ſeruitutem vendere filium. q. 115. n. 7.

Patria.

Patria anteponenda parentibus. quæſt. 157. num. 3.

Patrimonium.

Patrimonium, aut penſio, quibus inhæret titulus Ordinationis, quando non poſſit alienari. q. 68. n. 1.
Quæ alienatio ſit prohibita. q. 68. n. 1.
Pro renunciando titulo patrimonij requiritur beneficium ſufficiens pro victu. q. 69. n. 1.
Ante Trident. patrimonium ordinationis poterat alienari. q. 68. n. 2.
Adeptus beneficium ſufficiens poteſt alienare patrimonium ſine licentia. q. 68. n. 3.

Patronus.

Patronus etiam Eccleſiaſticus poſt præſentationem vnius poteſt præſentare alterum ſub conditione. q. 95. n. 13.
Patronus Eccleſiaſticus an poſſit plures alternatiuè præſentare, & num. 8. q. 95. n. 7.
Iudex Eccleſiaſticus poteſt priuare patronum, cui confiſcata ſunt bona, iurepatronatus. qu. 92. nu. 6.
Patronus non poteſt promittere certam perſonam præſentare. q. 94. n. 1.
Patronus priuatus iurepatronatus per confiſcationem bonorum, ſi ſit eis adnexum. qu. 92 num. 3.
Patronus poteſt dare facultatem coarctatam præſentandi vnum ex pluribus expreſſis. qu. 95. nu. 14.
Patronus laicus ex cauſa poteſt recedere à prima præſentatione. q. 93. n. 1.
Patronus laicus poteſt alia præſentatione cumulare primam. q. 93. n. 2.
Etiam ſi iuraſſet non præſentare aliam. q. 93. num. 3.
Clemen. *Plures.* De *iurepatronat.* non habet locum, ſi patronus ſit vnus. q. 95. n. 9.
Patronus Eccleſiaſticus quomodo poſſit plures alternatiuè præſentare. q. 95. n. 10.
Patroni laici præſentantes vti ſinguli poſſunt plures præſentare, ſinguli ſuum. q. 95. n. 2.
Etiam ſi præſentātes ſint plures vniuerſitates. qu. 95. nu. e.
Patronus poteſt præſentare habentem beneficium ſufficiens. q. 36. n. 7.
Patronus non poteſt præſentare vnum nomine proprio, & alium nomine procuratorio. qu. 93. nu. 4.
Niſi habeter in mandatis certam perſonam præſentandam. q. 93. n. 5.
Plures patroni Eccleſiaſtici præſentantes, vti ſinguli poſſunt plures præſentare. quæſt. 95. num. 4.
Singularis patronus laicus poteſt plures alternatiuè præſentare. q. 95. n. 5.
Variatio poteſt fieri ſimul vnico contextu. q. 95. nu. 5.
Collegium laicale poteſt plures alternatiuè præſentare. q. 95. n. 6.

Patronus, Protector.

Patroni Canonizati etiam poſt electi præcedunt Beatificatos. q. 300. n. 12.
Beatificati non poſſunt eligi in Patronos. qu. 300. num. 1.
Decreta ſuper cultu Beatificatorum non comprehendunt electos in Patronos. quæſt. 300. num. 1.
Non poſſunt eligi in Patronos Sancti quos vniuerſalis Eccleſia non veneratur. al. nu. 49.
Ad quos Sanctos ſe extendat Decretum. al. num. 50.
Qui ſcripſerint de Sanctis Protectoribus Ciuitatis Lycienſis. al. nu. 1.
Traditio de eorundem ſanctitate. al. nu. 2.
Cum ſignis ſanctitatis depicti. al. nu. 3.
In publicis precibus inuocati. al. n. 4.
Templa, & altaria in eorundem honorem erecta, & Miſſa celebrata. al. nu. 5.
Feſtiuitates ſolemnizatæ. al. nu. 6.
Reliquiæ ſeruatæ. al. nu. 7.

Approbatio in Patronos concedit honores perſonarum. q. 300. n. 5.

Paulus.

Diſcipuli Pauli fuerunt innumeri, al. nu. 40.

Pauper.

Quorum bonorum carentia faciat pauperem. qu. 34. nu. 3.

Peccatum.

Propoſitum non peccandi non poteſt eſſe cum voluntaria proxima occaſione peccandi. qu. 299. nu. 5.
Peccatum non eſt elegibile. q. 299. n. 4.
Plures actus interni quando multiplicent peccata, & quando non. q. 165. n. 7.
Plures actus interni conſtituunt vnicum peccatum, ſi continuentur in eadem materia externa. q. 165. n. 3.
Vnitas propoſiti, quando non ſufficiat pro vnitate peccati. q. 165. n. 4.

Peculium.

Peculium quomodo tranſeat cum Religioſo de vno ad aliud monaſterium. q. 291. n. 8.
Poteſt ex conſuetudine tranſire. q. 291. n. 8.
Superior quomodo habeat vſum peculij. qu. 291. num. 5.
Peculium Religioſi electi in ſuperiorem poſſeſſione nondum adepta ad quodnam monaſterium ſpectet. q. 291. n. 3.
Peculium ſpectat ad monaſterium, ad quem ſpectat Religioſus. q. 291. n. 4.
Quod nam peculium poſſint habere Religioſi. q. 291. n. 1.

Pecunia.

Pecunia diuerſimodè accipitur. q. 136. n. 1.
Pecunia an contineatur ſub fideicommiſſo omnium bonorum. q. 136. n. 1.
Pecunia deſtinata pro immobilibus continetur ſub fideicommiſſo. q. 136. n. 2.
Pecunia deſtinata pro immobilibus connumeratur inter immobilia q. 136. n. 3.
Repræſentat immobilia. q. 136. n. 4.
Pecunia, & immobilia, in quæ eſt conuertenda, cenſentur vnum, & idem. q. 136. n. 5.
Diſponens de pecunia conuertenda in immobilia, diſponit de immobilibus. quæſt. 136. num. 5.
Pecunia per modum theſauri continetur ſub fideicommiſſo. q. 136. n. 6.
Se habet per modum rei immobilis, aut mobilis pretioſæ. q. 136. n. 6.
Pecunia, cuius vſuſfructus relinquitur, cadit ſub fideicommiſſo. q. 136. n. 7.
Pecunia deſtinata negociationi cadit ſub fideicommiſſo. q. 136. n. 8.
Pecunia inſeruiens negociationi ſe habet per modum rei ſtabilis. q. 136. n. 9.
Pecunia, quæ nullam habet deſtinationem, non cadit ſub fideicommiſſo. q. 136. n. 10.
Pecunia eſt mobile, quod ſeruando ſeruari non poteſt. q. 136. n. 10.
Licet non ſoluatur pecunia numerata, poteſt in quietantia exprimi, quod ſit ſoluta, & abſque mendacio. q. 135. n. 1.
Pecunia ſumitur pro omni eo, quo alteri ſatiſfieri poteſt. q. 135. n. 2.
Pecunia res omnes æſtimantur. q. 135. n. 3.
Pecuniæ ſubſtituitur loco res, & perinde ſe habet, ac ſi res ipſa interueniret. quæſt. 135. num. 3.

Penſio.

Penſio non reddit incapacem beneficiorum. qu. 239. nu. 2.
Titulus penſionis non poteſt tranſire in fiſcum, vt incapacem. q. 289. n. 2.
Moleſtiæ litis ſuper decurſis penſionibus pertinent ad reſignatarium. q. 218. n. 11.
Penſio conferenda ſolum clericis. q. 289. n. 2.
Inconuenientia ex pluralitate beneficiorum non habent locum in penſionibus. qu. 239. num. 3.
Quid ſi titularis conſentiat in penſionem, & exprimat valorem cum iuramento. qu. 73. num. 5.
Confiſcatis bonis penſio conſolidatur beneficijs. q. 61. n. 1.
Penſio ſubrogata beneficio an incompatibilis cum alio beneficio non ſub eodem tecto. qu. 239. nu. 8.
Si exigatur pars penſionis litteris non expeditis, an irritetur reſeruatio. q. 10. n. 3.
Succeſſor ſoluens penſiones decurſas, non repetit. q. 218. n. 6.
Reſignatarius ſuſcipiens onus penſionum decurſarum poteſt agere contra penſionarium. q. 218. n. 10.
Reſeruatio penſionis pura cum conſenſu titularis habet exequutionem paratam, qu. 73. num. 6.
Conſenſus titularis in penſionem eſt ſub conditione, ſub qua eſt reſeruatio. q. 73. n. 4.
Penſio remitti poteſt ſolo conſenſu penſionarij. q. 118. n. 9.
Reſeruatio penſionis, quando ſit conditionalis. q. 73. n. 4.
Si penſio exigatur ante expeditionem litterarum, reſeruatio irritatur. q. 10. n. 1.
Appellatione beneficij in materia odioſa non venit penſio. q. 83. n. 1.
Confiſcatis bonis penſionarij penſio non tranſit in fiſcum. q. 289. n. 1.
Penſio clericalis ſecundum aliquod eſt quis temporale, q 178. n. 1.

Diſpo-

Diſpoſitiones circa beneficia quò ad filios hæreticorum comprehendunt penſiones. qu. 82. nu. 2.

Penſiones decurſæ tranſeunt ad hæredes. qu. 289. num. 9.

Penſio ſubrogata loco beneficij eſt incompatibilis cum alio beneficio ſub eodem tecto. q.239. n.6.

Penſio comparatur vſufructui. q.289. n. 4.

Penſio eſt onus reale beneficij. q.218. n. 2.

Onus penſionum decurſarum tranſit ad ſucceſſorem. q.218. n.3.

Penſiones clericales ſunt quid adnexum ſpirituali, & materia ſimoniæ. q.178. n.4.

In quo conſiſtat connexio. q.178. n.5.

Diligentiæ contra prędeceſſores pro penſione præmittuntur ex æquitate. q.218. n.3.

Realis ſolutio penſionis, quando ſit ſimulata. qu. 180. nu. 3.

Penſiones laicales non ſunt materia ſimoniæ. qu. 178. nu. 2.

Penſio non eſt beneficium. q.201. n.5.

Penſio compenſata à penſionario eſt nullæ ſtante clauſula de reali ſolutione. quæſt. 180. num. 7.

Si penſio realiter non ſoluatur, redditur nulla ob clauſulam realis ſolutionis q.180. n.6.

Fraus, per quam onus penſionis redundat in ſolum ſucceſſorem in beneficio, inficit penſionem. q.180. n.2.

Transferri poteſt penſio in illegitimum, licet in conceſſione id non exprimatur. qu. 201. num. 7.

Penſio per modum beneficij eſt materia ſimoniæ. q. 178. n.3.

Penſio non venit appellatione beneficij etiam late ſumpti. q.211. n.8.

Inhabilitas ad beneficia non extenditur ad penſiones. q.201. n.3.

Penſio transferri poteſt in Clericum illegitimum abſque diſpenſatione. q. 201. n.4.

Translatio penſionis in Clericum illegitimum an valeat. q.201. n.2.

Pacta præcedentia reddunt ſimoniacam reſeruationem penſionis. q.180. n.1.

Penſio durat in beneficio vnito, & cur. q.240. num. 6.

Succeſſor ratificat conſenſum de penſione, & ratificatio retrotrahitur. q.218. n.8.

Commoditas penſionis differt à penſione. qu. 215. num. 1.

Donatio vſufructus æqualis penſionis facta conſentienti in penſionem quid operetur. qu. 180. nu. 3.

Non valet translatio penſionis in illegitimum, qui ſine diſpenſatione ſuſcepit Clericatum. q.201. n.8.

Penſio ſuccedit loco beneficij. q. 239. n.1.

Penſio, & beneficium ſub eodem tecto an ſe compatiantur. q.239. n. 5.

In iudicijs Conſtit. Sixti V. circa penſiones, &c. q.182. n.4.

Cedens commoditatem penſionis, quid cedat. q.215. n.4.

Conſenſus in penſionem poſt donationem æqualis vſufructus, eſt facta in vim talis donationis, &c. q.179. n.6.

Deferens veſtes clericales ſine tonſura an amittat penſionem. q.181. n.8.

Penſio adhæret ſpirituali, à quo veluti informatur. q.178 n.6.

Reſignans cum onere penſionis accurſæ non liberatur onere, quo aliàs non liberaretur. q.218. n.9.

Titularis conſentiens penſioni etiam pro ſucceſſore conſentit. q.218. n.7.

Penſionarius.

Penſionarius acquirit actionem perſonalem contra ſucceſſorem. q.218. n.7.

Quinam penſionarij poſſint incedere ſine habitu clericali. q.202. n. 1.

Penſionarij, licet incedant ſine habitu, non poſſunt exercere officia ciuilia, &c. qu. 202. num. 2.

Penſionarij non deferentes habitum clericalem ſunt ipſo facto priuati penſione. q. 181. num. 1.

Reſpectu quarum penſionum id habeat locum. q.181. n.2.

Penſionarius poteſt cedere fructus retento iure. q.218. n.4.

Penſionarius dum cedit commoditatem percipit commodum penſionis. q.215. n.5.

Durante lite ſuper penſione, ſi penſionarius non incedat in habitu, an poſſit poſtea exigere penſiones tunc decurrentes. quæſt. 181. num. 10.

Penſionarius non exigens penſionem declarat colluſionem, &c. q.180. n.5.

Indulgentia, quod penſionarij incedant ſine habitu, non ſe extendit ad exercenda officia ſæcularia. q.202. n.3.

Succeſſor quaſi contrahit cum penſionario. q.218. n.7.

Penſionarius cedens commoditatem penſionis tenetur recitare Officium. B. V. q.215. num. 3.

Obligatio deferendi habitum Clericalem, quando incipiat in penſionario. quæſt. 181. num 4.

Penſionarius non deferens habitum Clericalem amittit penſionem ſine decreto Iudicis. q.181. n.5.

Requiritur tamen, vt conueniatur, & declaretur delictum. q.181. n.6.

Penſionarius quomodo probet non recitaſſe Officium. q.216. n.5.

Pen-

Penſionarius omittens officium quando teneatur reſarcire fructus commodatarios. q.216 n.4.
Penſionarius poteſt transferre in alium commoditatem penſionis. q.215.n.1.
Simplex penſionarius tenetur recitare officium B. Virginis. q.211.n.1.
Prælatus ſubſtinet vniuerſum ius Eccleſiæ. q. 206.n.5.

Periculum.

Periculum venditoris fit emptoris, & è contra ſi propter ipſum contingat. q.108.n.4.
Suſceptio periculorum ad fauorem emptoris non comprehendit, quæ facto ipſius contingunt. q. 108.n.5.

Peritus.

Periti comparantur iudici. q.25.n.4.
Standum eſt iudicio peritorum. quæſt. 166. num. 4.

Perſona.

Perſonæ inſignes aliqua prærogatiua ſunt ſpecialiter exprimendæ. q.300.n.4.

Pertinentia.

Quod ſpectat ad aliquem, ſpectat ad ipſum ſolum. q.127. n.11.

Pictura.

Pictura trahit ad ſe tabulam. q.205.n.5.

Pignus.

Obligatus ad dandam fideiuſſionem, poteſt dare pignus. q.22. n.4.

Pœna.

Pœnæ recipientium inhabiles locum habent quò ad ſingulos Religioſos. q.55.n.6.
Requirunt declarationem. q.55.n.6.
Pœna non habet locum, vbi non eſt delictum commiſſum. q.99.n.9.
Pœna ſupponit eſſentialiter culpam. qu. 99. num. 2.
Pœna non habet locum pro eo, quod bona fide geſtum eſt. q.99.n.3.
Pœna impoſita à lege non habet locum, niſi actu perfecto. q.10.n.4.
Pœna legis non afficit ignorantes, nec cum bona fide operantes. q.99.n.9.
pœna priuationis non habet locum, niſi in ſpecie exprimatur. q.113.n.3.
Declarato crimine per ſententiam pœna intrat, ſi ipſo facto ſit poſita. q.113.n.6.
Et quando iudex nullam aliam pœnam imponit, ſed tantum damnat de crimine. qu.113. num. 7.
Secus ſi aliam pœnam imponat, non intrat pœna legis. q.113. n.8.
Pœnæ ſunt impoſitæ ijs, qui ſcientes, & volentes delinquunt. q.101. n.6.
In pœnis benigniſſimè procedendum eſt. qu. 113. n.4.
Ea interpretatio capienda, quæ excludit pœnam. q.113. n.4.
Ceſſante cauſa finali pœnæ ceſſat etiam diſpoſitio de ipſa. q 212.n.3.
Quando imponitur pœna ipſo iure, ſupponitur delictum punibile. q.181.n.6.
Pœnæ ſunt mitigandæ ex qualibet cauſa. qu. 168. num. 6.
Pœna debet commenſurari delicto. qu. 113. num. 5.
Pœna exilij non habet annexam priuationem beneficij. q.113. n.2.
Qualibet cauſa, etiam non iuſta, excuſat a pœna. q.182. n.6.
Pœna impoſita ipſo iure adhuc audiri debet delinquens. q.181 n.7.
In pœnis infligendis attendendæ circumſtantię. q.168. n.6.
Pœna filiorum damnatorum criminis læſæ maieſtatis. q 90. n 1.
Pœna de ſui natura eſt perpetua. quæſt. 173. num. 8.
Pœna reuelantis confeſſionem. quæſt. 285. num. 2.
In pœnis impoſitis à lege non poteſt inferior diſpenſare. q.176. n.3.
Pœna blaſphemantium. q.168. n.1.
Pœna impoſita à lege non poteſt tolli, niſi ad eo, qui eſt ſupra legem. q.173.n.8.
Pœna euitatur, quando Conſtitutio Pontificia, vt plurimum non ſeruatur. quæſt. 182. num. 6.
Vbi delictum non habet locum, nec etiam habet pœna. q.211.n.7.
Pœna non habet locum, niſi concurrant omnes qualitates, &c. q. 211.n.7.
Si extendatur Conſtitutio, non extenditur pœna. q.211.n 7.
Reuocata conſtitutione non habet locum pœna quò ad eos, qui ante deliquerant. qu. 211. num. 7.
Pœnæ Conſtitut. Pauli IV. locum habent, ſi non impetretur beneficium. q.244. n.10.

Pœnitentia.

Vera pœnitentia non compatitur affectum ad proximam occaſionem peccandi. quæſt. 299. num. 5.
In contractu profeſſionis, non habet locum pœnitentia. q.54. n.2.
Bona agentium pœnitentiam in monaſterio, cedunt monaſterio. q.31. n.13.

Pœni-

Pœnitentiaria.

Eligendus ad Canonicatum pœnitentiariæ debet eſſe annorum quadraginta. qu.258. num. 1.

Diſpoſitio Trident. circa pœnitentiarium afficit ſolos Epiſcopos. q 258 n. 5.

Papa poteſt abſque diſpenſatione Concil. admittere reſignationem Canonicatus pœnitentiariæ ad fauorem non habentis quadraginta annos. q.258.n.2.

Trident. quomodo requirat quadraginta annos in Canonico pœnitentiario. quæſt.258, num. 2.

Pontifex.

Pontifex conferendo beneficium non immutat eius ſtatum. q.286 n.4.

Vbi Papa manus apposuit, non poteſt inferior ſe ingerere. q 83.n.6.

Papa non intendit concedere gratiam, niſi ſub die datæ. q.243.n.6.

Quando Papa dat licentiam ſuſcipiendi ordines à quocunque Epiſcopo, à quo alendus ordinatus abſque titulo. q.124.n.2.

Pontifex non præſumitur priuare aliquem iure ſuo. q.208. n.9.

Papa concedens licentiam ſuſcipiendi ordinas à quocunque Epiſcopo, non afficitur diſpoſitione Cap. *Si Epiſcopus De praben.* in 6. q.124.n.3.

Pontifex non poteſt errare in approbandis Religionibus. q 207.n.5.

Soli Pontifici tributa poteſtas decernendi circa res fidei. q 259.n.1.

Solus Pontifex eſt iudex in rebus fidei. q.259. num. 2.

Pontifex quomodo poſſit paſci. q.259.n.2.

In rebus dubijs recurrendum ad Pontificem. qu.259. nu.3.

Papa poteſt diſpenſare in primo gradu affinitatis linea recta. q.255.n.2.

Praxis poteſtatis. q.255.n.3.

Pontifex an poſſit irritare votum Religioſi arctioris Religionis. q.207.n.1.

Ius afficiens Prælatos Regulares, non afficit Pontificem, vt ſupremum Prælatum. q.207. num. 2.

Pontifex poteſt facere quod contractus ab initio vſurarius reducatur ad terminos iuſtitiæ. q.282. n.5.

Papa eſt Dominus beneficiorum. quæſt. 229. num. 6.

Pontifex poteſt ſtatuere, quod pars vſurarum certarum remaneat Iudæis conuerſis. qu. 283. num. 1.

Pontifex eſt ſupremus Prælatus Religionum ratione poteſtatis Pontificiæ. q.207.n.4.

Pontifex Caput eſt Religionum, quatenus eſt auctorizat. q.207.n.5.

Pontifex poteſt reſtituere in integrum fingendo non factum, quod eſt factum. quęſt.282. num, 6.

Pontifex non poteſt diſpenſare in iure naturæ. qu.213. nu.9.

Pontifex poteſt fingere quod vſuræ reſtituendæ à Iudæis conuerſis ſint in eo ſtatu in quo erant priuſquam cogitarent de conuerſione. q.283.n.3.

Et quod non acquirant maiorem æſtimationem ex conuerſione. q.283.n.4.

Papa mouetur ad diſpenſandum ab expreſſis in ſupplicatione. q.269.n.2.

Papa ſemel in poſſeſſione menſis ſemper manet q.50.n.5.

Poſſeſſio.

Poſſidens eſt manutenendus, quouſque conſtet de non iure poſſidendi. q.245.n.6.

Dubius poteſt retinere rem poſſeſſam. q.146. num. 3.

Traditio poſſeſſionis reſeruato conſenſu Apoſtolico eſt conditionalis. q.193.n.3.

Non transfert dominium. q.193.n.4.

Adeptio poſſeſſionis prælaturæ regularis non requiritur pro incorporatione. quæſt. 291. num. 7.

Impari cauſa melior eſt conditio poſſidentis. qu. 146. nu. 3.

Poteſtas.

Poteſtas eſt in ædificationem, & non in deſtructionem. q.176. n.7.

Potentia non eſt ad id, quod ſine peccato fieri non poteſt. q.134 n.8.

Poſſe dicit arbitrium. q.267.n.5.

Vſui poteſtatis comn iſtæ præcipi poteſt. q.41. num. 11.

Prabenda.

Præbendalia ſunt quid annexum titulo ſpirituali ſaltem in genere. q.254 n. 5.

Cenſentur eodem iure, ac ſpiritualia. qu. 254. num. 5.

Mutua connexio ex natura rei inter præbendalia, & titulum. q.254.n.6.

Præbendæ Canonicatunm ſunt temporales. qu.231.nu.5.

Licet non ſeparabiles ab omni titulo qu.231. num. 6

Si præbendalia non poſſint eſſe ſine titulo ſpirituali, eodem iure cenſentur cum ſpiritualibus. qu.254. nu. 10.

Si tot ſint portiones præbendalium, quot tituli, arguitur inſeparabilitas, & quæ. qu. 254. num. 9.

Duplex ſeparabilitas præbendæ à titulo. qu. 254.

254. num. 3.

Prælatus.

Prælati negligentes corrigere tenentur de negligentia. q.213. n. 4.
Prælatus poteſt nomine Eccleſiæ venire contra proprium factum eidem nocinum. qu. 60. num. 4.
Prælati indocti peccant ferendo cenſuras ſine conſilio Doctorum. q.40.n.7.
Prælatus quando non teneatur ſoluere debita prædeceſſoris. q.164.n.6.
Non tenetur ſoluere pecuniam mutuatam prædeceſſore pro nobili ædificio non neceſſaria. q.164. n.6.
Poteſtas conceſſa Epiſcopis à Tridene, &c. non conuenit inferioribus *Prælatis*. q.175.n.5.

Prælatus Regularis.

Vide *Superior.*
Prælati Regulares poſſunt cum ſuis ſubditis, quod poſſunt Epiſcopi. q.175.n.4.
Prælati Regulares habent in ſuis Monaſterijs iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. qu.159. num. 8.
Poſſunt quò ad proprios ſubditos quicquid poſſunt Epiſcopi. q.159.n.8.
Loca Prælatorum Regularium faciunt territorium ſeparatum. q.159.n.8.
Superior poteſt reuocare vſum conceſſum Religioſo. q.291.n.4.
Poteſtas conceſſa Epiſcopis à Tridentino, &c. an conueniat Prælatis Regularibus. q.175. num. 3.
Prælati Regulares diſpenſant in irregularitate pro foro externo, niſi ſit ex homicidio voluntario. q.175. n. 6.
Prælati Regulares ex priuilegio diſpenſant in pœnis à lege impoſitis. q.176.n.4.
Etiam pro foro externo. q.176.n 5.
Si tamen intercedat iuſta cauſa, aliàs nulliter diſpenſant. q.176.n.6
Prælati Regulares habent territorium. q.159. num. 4.
Non ſolum per æquipatationem, ſed propriè. qu.159.nu.5.
Poteſtas irritandi vota in Prælatis regularibus non præiudicatur à ſubtractione incerta voti. q.108.n.9.
Prælatus Regularis poteſt acquirere Monaſterio reuocabiliter. q.209. n.1.
Prælatus Regularis in quærendis poteſt præiudicare Monaſterio. q.209. n.2.
Prælati diſpenſant in pœnis ſuos ſubditos Regulares. q.176.n.1.
Etiam per ſententiam inflictis ſecundum legem. q.176. n.2.
Si Prælatus acquirat reuocabiliter, id facit de mandato Monaſterij. q.209.n 4.
Quomodo poſſit reuocare acqu[illegible] reuocabilem. q.209. n.4.
Nouus Prælatus non poteſt eligi, niſi [illegible]to defuncto. q.241.n.2.
Prælati Regulares non poſſunt i[illegible]are v[illegible]m ſubditorum ſtrictioris Relig[illegible]nis. qu.2[illegible]8. num. 1.
Prælatus non poteſt cogere ſu[illegible]ditum, vt cedat Monaſterio vſum legati. q 9.n.5.
Prælatus poteſt diſpenſare ſuper voto [illegible]tis religionis. q.108. n.6.
Prælati Religionum exemplar[illegible]m poſſunt [illegible]re cenſuras. q.40.n.8.
Prior, qui ex diſpenſatione Capituli Generalis non recedit, an eligi poſſit in A[illegible]at[illegible], qu.287.nu.1.
Prælati Regulares tenentur conced[illegible]re tranſitum ad ſtrictiorem Religionem. quæſt.207. num. 3.
Prælatus de iure concedit tranſitum ad [illegible]alem Religionem. q.295.n 9.
An ad laxiorem. q.295.n.10.

Præmium.

Si præmium ſit vniuerſale, diſpoſitio quoque eſt vniuerſalis, etiamſi ſubijciantur verba particularia. q.242.n.6.

Presbyterium.

Præsbiterium quodnam ſit, & quibus alijs nominibus appelletur. q 97.n.1.
Laicis, & fœminis prohibetur ſtare, aut adere intra præsbiterium. q.97.n.2.
Etiam ſi ſint patroni. q.97.n.2.
Mulier, licet Princeps, non poteſt ſedens, aut ſtans aſſiſtere diuinis Officijs intra præsbiterium. q.97.n.3.
Rex cur admittatur ad ſedendum intra præſbiterium. q.97.n.4.

Præſcriptio.

Præſcriptio, quę ſine titulo ſubſiſtit, non ſubſiſtit cum vitioſo. q.145 n.6.
Præſcriptio immemorabilis tollit pręſumptionem malæ fidei. q.144. n.1.
Quid requiratur, vt conſtet de immemorabili præſcriptione. q.144.n.6.
Præſcriptio hęredis cum mala fide defuncti habet titulum nullum. q.145.n 5.
Præſcriptio nec quò ad materiam eſt de iure gentium. q.147.n.6.
Præſcriptio iuncta cum poſſeſſione iniuſta defuncti non ſubſiſtit. q. 145. n.7.
Titulus præſumptus, & putatiuus ſufficit pro pręſcriptione. q.144.n.8.
Subditi quo iure præſcribant contra principem. q 147.n.8.
Si conſtet de titulo nullo, vitiatur etiam immemo

memorabilis pręſcriptio. q.145.n.6.
Dubius ab initio non inchoat præſcriptionem. q.146.n. 1.
Dubium non interrumpit præſcriptionem.qu. 146. nu.1.
Dubium quam præſcriptionem impediat.qu. 146.nu.2.
Aut omnem impedit, aut nullam. ibidem.
Non obſtante dubio de poſſeſſione incipit præſcriptio q.146 n.3.
Vt quis præſcribat, numquam debet habere malam fidem. q.144.n.3.
Præſcriptio eſt inducta à iure Ciuili. qu. 147. num. 3.
Ex titulo nullo non procedit præſcriptio. qu. 145. num. 5.
Præſcriptio eſt inducta ad tollendas lites. qu. 147. nu. 1.
Præſcriptio hæredis non ſeparatur à poſſeſſione defuncti. q.145. n.7.
Sublato fundamento corruit præſcriptio. qu. 145.nu.6.
Præſcriptio tollit ius, & dominium ab vno, & transfert in alium. q.147.n.5.
Præſcriptio non habet locum inter ſupremos Principes. q.147.n. .
Præſcriptio cur non fit introducta inter Principes. q.147. n.11.
Præſcriptio requirit bonam fidem. qu. 220. num. 6.
Præſcribens vtitur iure prioris Domini. qu. 147. nu. 5.
Nulla pręſcriptio iuuat hæredem detecta mala fide defuncti. q.145.n.4.

Præſentatio.

Præſentatio quando deſcendit à propria voluntate præſentantis, non poteſt eſſe varia. qu.3. nu.5.
Quando ſubſtineri poſſit præſentatis duorum ab eo, qui pręſentat nomine proprio, & nomine procuratorio. q.93.n.6.
Licet requiratur qualitas ſacerdotis, quomodo præſentari poſſit non ſacerdos. qu. 106. nu. 2.
Valet præſentatio de proximè clericando. qu. 27. nu.10.
Mandatum, & promiſſio de certa perſona inducit votum captandę mortis alienę.qu.94. num. 3.
Votum captandę mortis non ſeparatur à promiſſione de pręſentanda certa perſona. q.9. num. 3.
Qui eſt de collegio vti ſingularis perſona non peccat grauiter, ſi promittat certam perſonam præſentare. q.94.n.5.
Hæc promiſſio non obligat ipſum vt membrum Collegij, & quam vim habeat. qu.94. num. 5.
Præſentatio quomodo æquiparatur electioni. qu.95.nu.11.
Præſentatio plurium conditionalis, alternatiua non continet variationem. qu.95.n 12.
In quò propriè conſiſtat præſentatio. qu.106. num. 3.
Præſentatio quid includat in ſuo intellectu. q. 106. nu.5.
Promittens præſentare certam perſonam ante vacationem grauiter peccat. q.94.n.4.
Præſentatio non eſt completa, niſi exiſtente conditione. q.95.n.10.
Præſentatio facta à victore in lite non elapſo tempore ad appellandum eſt nulla. q. 111. num. 1.
Habilitas præſentati quando examinanda. qu.106.nu.4.
Quando ad beneficia poſſint præſentari plures. q.95. n.1.
Præſentatio eſt præciſè actus ſiſtendi coram inſtitutore. q.106. n.6.
Præſentatio ſubijcit præſentatum. quæſt. 27. num. 9.
Elapſo termino ad appellandum præſentatio incipit habere locum, ſi non ſit interpoſita appellatio, & quomodo. q.111.n.5.

Præſentia.

Non eſt præſens, vbi eſt corpus, qui animo abeſt. qu.

Præſumptio.

Pręſumptio importat factum temerarium.qu 171. nu.7.
Præſumere quid dicat. q.191. n.4.

Præſumptio ciuilis.

Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium.q.103.n 9.
Præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium q 256.n.3.
Vehemens præſumptio quando habeatur. qu. 144. nu.7.
Præſumptio ceſſat. ſi conſtet de veritate. qu. 218. nu.11.
Præſumptio habetur pro veritate, donec de oppoſito conſtet. q.166 n.5.
Præſumptio habet vim probationis. quæſt.85. num. 4.
Præſumptio ſpecialis vincit generalem.qu.71. num. 5.
Habens pro ſe præſumptionem iuris transfert onus probandi in alium. q.145.n. 8.
Præſumptio habet vim probationis. qu. 166. num. 5.
Præſumptio iuris eſt liquidiſſima probatio.qu. 245. nu.8.
Præſumptio Concil. pro profeſſione quando non habeat locum. q.296.n.3.

Præſumptio cedit veritati. q.292.n.6.

Quod non eſt veriſimile, non poteſt præſumi. qu.216. nu.3.

Præſumptio iuris, & de iure quænam ſit. qu. 290. nu.2.

Præſuppoſitum.

Ceſſante præſuppoſito ceſſat conceſſo. qu.229. num. 4.

Pretium.

Pretium debet prius numerari, antequam res vendita tradatur emptori. q.107.n.6.

Aut interponi fides, & promiſſio. quæſt. 107. num. 6.

Pretium eſt de ſubſtantia venditionis. q.107. num. 3.

Pretium non ſtabiliri perinde eſt, ac ſi non apponatur. qu.107. nu.5.

Prædium.

Pars vnius prædi vi fluminis alteri addicta quando fiat domini huius prædij. qu. 147. num. 7.

Princeps.

Princeps eſt propter vtilitatem populi. q.164. num. 4.

Tenetur conſeruare principatum in ſtatu, in quo eſt. qu.164.nu.4.

Princeps non poteſt, quæ ſunt in præiudicium principatus. q.164.n.5.

Succeſſor non tenetur ſtare ijs, quæ ſunt in detrimentum Principatus. q.164.n.5.

Princeps laicus nihil poteſt circa ſpiritualia. qu. 61. nu.3.

Princeps habet ius imponendi tributa, &c. ſuper bonis laicorum. q.270.n.2.

Princeps, licet poſſit non legitimare, non tamen legitimando poteſt tollere debitum legitimæ. qu.213.nu.10.

Principes quomodo vtantur iure ciuili. qu. 147. nu.4.

Princeps non poteſt tollere, quæ ſunt de iure naturæ. q.213.n.8.

Poteſtas Principis non eſt contra aſſiſtentiam iuris naturalis. q.213. n.10.

In dubio præſumitur pro principe. quæſt. 4. num. 15.

Princeps poteſt reualidare donationem non inſinuatam in præiudicium hæredum. qu. 282. nu.7.

Principale.

Conceſſo principali conceduntur neceſſaria. qu.243. nu.7.

Principium.

Principium cuiuſque rei eſt ſpectandum. qu. 4. num. 11.

Priuilegium.

Quando ſibi præiudicet vtens ſtrictè priuilegio largo. q.153.n.5.

Priuilegium miniſtrandi viaticum, & extremam vnctionem eſt ſpeciali nota dignum. qu.284. nu. 3.

Priuilegium miniſtrandi viaticum, & extremam vnctionem, non eſt participabile, niſi in ſpecie concedatur. q.284.n.5.

Priuilegia quæ difficilè conceduntur non veniunt ſub generali communicatione. q.284. num. 4.

Conceſſiones, & priuilegia non extenduntur vltra verborum ſignificationem. quæſt.262. num. 3.

Priuilegium facultatiuum non amittitur per non vſum. q.153.n.4.

Priuilegia non extenduntur etiam ob maioritatem rationis. q.7.n.1.

Priuilegium circa miniſtrationem viatici, & extremę vnctionis. q.284.n.1.

Non venit ſub generali communicatione priuilegiorum. q.284 n.2.

Priuilegia abſoluendi à reſeruatis non fuerunt reſtituta per ſubſequentes confirmationes. q.177.n.1.

Priuilegium miniſtrandi viaticum, & extremam vnctionem eſt difficilis conceſſionis. qu.284.nu.4.

Priuilegium regulatur ſecundum obſeruantiam ſubſequutam. q.153.n.5.

Vtens ſtrictè priuilegio largo non ſibi præiudicat, ſi non adſit occaſio vtendi large. qu. 153. nu. 1.

Quid, ſi adſit occaſio vtendi largè. quęſt. 153. num. 2.

Vtens ſtrictè priuilegio largo cum proteſtatione ſibi præiudicat. q.153.n.3.

Vtens ſtrictè priuilegio largo, facultatiuo non ſibi pręiudicat. q.153.n.4.

Senſus communis Doctorum, quod ſint ſublata priuilegia abſoluendi, &c. q.177. n.6.

Reuocatio priuilegij, quæ fit ab homine, quomodo notificanda. q.177.n.11.

Renuncians priuilegio Eccleſiæ, aut cui ius alienum eſt immixtum, poteſt puniri. qu. 15. nu. 2.

Quæ ſubſcripta neceſſaria in litteris pro priuilegijs, &c. q 243 n. 7.

Renunciatio priuilegij, cui eſt implicatum ius tertij, non tenet. q.14 n.6.

Proprio priuilegio quiſque renunciare poteſt. qu.15. nu.2.

Non tamen, quando implicat ius Eccleſiæ, aut ſuperioris. ibidem.

Priuilegia extenduntur ad æquiparata. qu. 7. num. 2.

Priuilegij communicatio.

Priuilegia communicata quando non ceſſent mortuo principali. q.88.n.3.
Communicatio facit, vt priuilegia perinde ſe habeant, ac ſi eſſent principaliter conceſſa, qu.247.nu.4.
Communicatio priuilegiorum ſe extendit ad conceſſa, & quando etiam ad concedenda. qu.247. nu.5.
Priuilegia conceſſa vni loco Religionis. fiunt communia totius Religionis. q.247.n.6.
Priuilegia conceſſa certis locis, aut perſonis communicantur Cleric. Regul. quęſt. 247. num. 7.
Priuilegia per communicationem fiunt propria communicatarij. q.247.n.3.
Qualis communicatio priuilegiorum Clemen. tis VII. pro Cler. Reg. q. 243.n.1.
Similis communicatio pro Minimis. qu. 243. num. 2.
Diſcrimen inter vtramque. q.243.n.3.
Quomodo non contineat falſitatem. qu. 243. num. 3.
Priuilegia expedienda ſub nomine Clement. VII. virtute communicat. q.243.n.4.
Quis dies exprimendus in litteris pro his priuilegijs. qu.243.nu.5.

Probatio.

Renunciatio priuilegij Eccleſiæ eſt nulla. qu. 15. nu.1.
Priuilegium diſtantiæ Eccleſiarum eſt ob publicam vtilitatem. q. 14.n.7.
Priuilegia erigendi Monaſteria cum ſola licentia Ordinarij. q.247.n.1.
Priuilegia alteri præiudicialia non veniunt ſub generali conceſſione. q.284.n.5.
Ex coniecturis, & præſumptionibus deſumitur probatio. q.166.n.5.
In materia difficilis probationis admittuntur probationes, quę aliâs non admitterentur. qu.216.nu.5.
Poſſeſſio transfert onus probandi in alium. qu. 245. num.9.
In antiquis difficilis probationis ſufficiunt indicia præſumptionis, &c. q.116.n.7.
Non probans ſuccumbit tanquam iure deſtitutus. q.245.n.9.
Probatio dubia non releuat. q.245.n.7.

Proemium.

Narratiua proemij oſtendit cauſam finalem. q.219. n. 3.
Ex proemio deſumitur mens. q.244.n.12.

Profeſſio.

Defectus boni zelus non inualidat profeſſionem in alia Religione, q.295.n.6.
Auerſio à Religione pluries oſtenſa, & procuratio exeundi concludunt coactam profeſſionem. q.10.n.3.
Excludunt liberum conſenſum. q.20. n. 3.
Præſumpta profeſſio ex lapſu quinquenni quando impediatur. q.296.n.4.
Profeſſio eſt contractus ſpiritualis. quęſt. 295. num. 3.
Concil. Trident. ex ſilentio quinquennij præſumit validitatem profeſſionis. quæſt. 296. num. 3.
Ceſſante præſumptione præſuppoſita à Concil. ex lapſu quinquennij, non habet locum eius diſpoſitio. q. 296.n.5
Tacita profeſſio non habet locum, quando requiritur certa forma. q.292.n.10.
Cur Trident. exprimat Religioſos, & non Religionem, &c. q.204.n.6.
Profeſſio elapſo quinquennio ratificatur à lege. q.203 n.4.
Quod elapſo quinquennio profeſſio ſit valida eſt præſumptio iuris, & de iure. quæſt. 203. num. 9.
Diſpoſitio Concil. &c. eſt per ſe primò circa profeſſionem. q. 204 n.4.
Profeſſio amentis non valet. q.134.n.11.
Profeſſio moribundi valet. q 134. n.11.
Metus durans toto quinquennio impedit tacitam profeſſionem non obſtantibus actibus aptis eam inducere. q.296.n.6.
Profeſſio occultata qualitate obſtante an valida. q.134. n.1.

Profeſſio nulla.

Cauſa, ob quam Trident. prohibet audiri ſuper nullitate profeſſionis elapſo quinquennio. q.203. n.7.
Annullans profeſſionem præſumitur pauper. qu.78.nu.4.
Qualitates morbiferæ poſſunt reddere nullam profeſſionem. q.134.n.10.
Statuta Religionum circa nullitatem profeſſionis valent intra quinquennium. qu. 204. num. 7.
Nulliter profeſſus reclamans, non auditur, ſi dimiſit habitum. q.29.n. 1.
Auditur tamen, ſi cum licentia ſit nouitius alterius Religionis. q.29 n.2.
Series facti ex pluribus actibus metu extortis declarat nullitatem profeſſionis. q.10.n.2.
Profeſſio nulla ob peractum nouitiatum in loco deſignato non poteſt ratificari, &c. qu. 292. nu. 7.
Dimittens habitum, cur non audiatur pro nul-

nullitate profeſſionis. q.29.n.3.
De qua dimiſſione habitus loquatur Concil. dum prohibet audiri. q.30.n.4.
Nullitas profeſſionis non poteſt deduci poſt quinquennium. q.291. n.2.
Nullitas profeſſionis ex defectu nouitiatus in loco deſignato coram quo deducenda. qu. 204. nu. 11.
Nullitas profeſſionis impedit omnem obligationem erga Religionem. q.292.n.4.

Profeſſionis ratificatio.

Immiſcere ſe actibus profeſſorum non ratificat profeſſionem. q.292. n.7.
Ignorans nullitatem non ratificat profeſſionem. q.20.n.6.
Ratificatio profeſſionis iuxta conſuetudinem Religionis eſt meticuloſa, ſi profeſſio fuit ex metu. q.20.n.5.

Profeſſus.

Profeſſus poteſt declarare, & eligere opera prophana, pro quibus reliquit. q.51 n.8.
Profeſſus nulliter ſi poſt quinquennium deponat habitu n eſt tutus in conſcientia. qu. 291. nu.3.
Nulliter profeſſus, ſed bona fide, gaudet antianitate à die profeſſionis. q.203.n.2.
Nulliter profeſſus non poteſt licitè de ſe deponere habitum; depoſito tamen eſt tutus in conſcientia. q.291.n.11.
Profeſſus poteſt determinare opera pia, de quibus diſpoſuit in genere. q.51.n.4.
Quid importet hæc determinatio. quæſt. 51. num. 5.
Profeſſus poteſt declarare ſuam diſpoſitionem factam ante profeſſionem. q.51.n.2.
Profeſſus poteſt declarare opera pia, pro quibus ante profeſſionem reliquit. q.51.n.1.

Profitens.

Donata nulliter tertio à profitente, fiunt Religionis. q. 36.n.4.
Quamuis donatio oſtendat animum contrarium in profitente. q.36.n.5.
Omnia iura profitentis tranſeunt in Religionem, ita vt nullum apud ipſum remaneat, quò ad bona. q.31.n.6.
Bona profitentis fiunt abſolutè Religionis, & non ſub tacitæ conditione perſeuerantiæ. qu.31. nu.7.
Quæ bona, & iura profitentis tranſeant in Religionem. q 34 n 2.
Quomodo liberum ſit profeſſuris diſponere de proprijs bonis. q.37.n.7.
Finis tranſlationis bonorum profitentis in religionem eſt perpetuus; & quinam ſit. qu. 32. num. 12.
Datum Religioni à profitente eſt abſolutè datum ratione profeſſionis. q. 31.n.8.
Profitens eligit famulari Deo in vita paupeti. q.42. n.5.
Eligit viam ad perfectionem. q.42.n.5.
Efficax intentio dedicandi ſeipſum Religione præualet intentioni donationis, quæ fuit nulla. q.36. n.5.
Etiam ſi ignoretur nullitas. ibid.
Profeſſurus habet plenam facultatem diſponendi de proprijs bonis. q.42.n.3.
Profeſſuri vti poſſunt bonis ſuis, quomodo voluerint, & cur. q.37.n.8.

Promiſſio.

Promiſſio de accollando non eſt accollatio. q. 169. nu. 3.
Promiſſio de vendendo non eſt venditio. qu. 169. nu. 3.
Promiſſio renouandi inueſtituram non eſt renouatio. q.169. n.3.
Promiſſio facti non eſt ipſum factum. qu.169. num. 3.
Promiſſio non obligat, ſi ſuperueniat notabilis mutatio. q.2 n.3.
Promiſſionis obligatio ceſſat, quando contrariatur iuri naturali. q.2.n.4.

Prouincialis Prouincialatus.

Prouincialis titularis poteſt eligi realis non obſtante Conſtitutione, &c. q.279. n.3.
Prouincialatus titularis, & adminiſtrans non ſunt idem officium, nec eadem dignitas. q. 279. num. 6.
Prouincialatus titularis, non eſt officium, ſed pura dignitas. q.279.n.5.

Prouiſio.

Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem regis. q.123. n.6.
Si obligatio proueniat ex natura rei, aut iure communi, prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis. q.123. n.7.

Proteſtatio.

Proteſtatio reſultans ex facto fortior eſt, quam verbalis. q. 297.n.6.
Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis. q. 153. num. 3.
Proteſtatio contraria facto non prodeſt. qu. 232 nu. 1.
Proteſtatio contraria facto non iuuat. qu. 157. num. 10.
Proteſtatio remouens animum à facto iuuat. qu.232. nu.3.
Proteſtatio quando remoueat animum à facto. q. 232. n.3.

Publicum.

Publica priuatis præferenda. q.82.n.6.

Punitio.

Ad quem ſpectet punitio illius, quę vouit non delinquere. q.169. n.4.
Qui vere dolet de delicto poteſt mitius puniri. q.168. n.6.
Idem crimen non poteſt pluries puniri. quæſt. 289. num. 6.
Punitus medicinaliter poteſt iterum puniri etiam à iudice laico. q.171. n.7.

Q

Qualitas.

Qualitas fundamentalis iuriſdictionis eſt iuſtificanda q.6.n.8.
Qualitas fundamentalis quando ſufficiat adeſſe. q.27.n.7.
Qualitates variant ſubſtantiam in ordine morali. q.134. n.12.
Qualitates requiſitæ à fundatoribus quem finem reſpiciant. q.106.n.5.
Qualitas habilitans debet ineſſe ab initio actus. q.106. n.1.
Sufficit, ſi qualitas neceſſaria inſit, quando perficitur præſentatio. q.106.n.4.
Poteſt quis occultare qualitatem ſibi indecoram. q.295.n.13.
Qualitas, quæ ineſt vni parti diſpoſitioni, ineſt etiam alteri, quando partes inuicem continuantur, & eodem verbo reguntur. qu. 219. num. 5.
Qualitas ſubſequens qualificat omnia præcedentia. q.251. n.4.
Qualitas præſertim ſubſtantialis ponit in alia ſpecie. q.279. n.7.
Qualitas fundamentalis debet adeſſe tempore, quo inducitur ſucceſsio in officio. quæſt. 272. num. 3.

Quarta funeralis.

Si damnatus ad perpetuum carcerē moriatur, quarta debetur Parochię carceris. qu. 143. num. 6.
Damnatus ad tempus carceri, ſi moriatur, cui Parochiæ debeatur quarta. q 143. n.7.
Si carceratus moriatur in carcere, aut extra cauſa curationis, cui debeatur quarta funeralis. q. 143. n.2.
Quarta funeralis ſpectat ad Eccleſiam, cui de iure incumbit miniſtrare ſacramenta. q. 12. num. 2.
Si aduena decedat in propria domo, quarta funeralis an ſpectet ad Cathedralem. qu. 12. num. 3.
Stante conſuetudine quarta funeralis debetur Cathedrali, etiamſi aduena in certa Parochia receperit ſacramenta. quæſt. 12. num. 1.
Quarta quando debeatur Parochiæ, ſi aduena decedat in propria domo. q.12. n.6.

Quietantia.

Creditor non poteſt aliquid intentare contra debitorem productis quietantijs, niſi probet ſuam intentionem. q.72.n.4.
Producens quietantias non tenetur ad aliquid aliud. q.72.n.1.
Quietantiæ extinguunt omnem obligationem. q.72. n.2.
Continent confeſſionem creditoris. quæſt.72. num. 2.
Quietantiæ, & inſtrumenta non probant veram ſolutionem. q.180.n.7.

Quindennium.

Quindennia ex ſpeciali iure debentur ſoli Apoſtolicæ Sedi. q. 140. n.7.

Quintanaduenas.

Fundamentum Quintanaduen. pro manutentione priuilegiorum abſoluendi à reſeruatis Ordinario. q.177. n.9.

R

Radix.

Vitiata radice vitiatur, quicquid inde prouenit. q.145. n.6.

Raptus.

Raptus requirit vim. q.226.n.2.
Dolus abducentis non inducit raptum, de quo Concil. Trident. q.226.n.3.
Doloſa abductio quando æquiparetur raptui. q.226. n.4.
Doloſa abductio quando puniatur pœna raptus. q.226.n.5
Doloſa abductio non ponitur ſub diſpoſitione de raptu, vt eſt impedimentum dirimens. q.226. n.6.
Raptus, & doloſa abductio in aliquo tantum æquiparantur. q.226. n.10.
Raptus, & doloſa abductio quando æquipatentur, & in quo. q.226. n.8.
Impedimentum raptus eſt ſolum inter raptorem, & raptam. q.226. n.11.

Ratiſ-

Ratificatio.

Ratificatio quando retrottahatur ad tempus actus. qu.203. nu.3.

Ratio.

Vide *Cauſa finalis.*

Ratio finalis trahit ſecum diſpoſitionem. qu. 190. nu.5.

Ratio extendit diſpoſitionem ad ſui extenſionem. q.203. n.7.

Lex ſecundum menſuram rationis accipienda. qu.171. nu.3.

Naturalis ratio habet vim legis. quæſt. 182. num. 3.

Ratio finalis prohibendi pluralitatem beneficiorum. q.237.n.6.

Ratio extendit diſpoſitionem ad ſuos terminos. q.174.n.4.

Ratio expreſſa legis, aut ſi ſit vnica, comprehendit, in quibus locum habet. quæſt. 242. num. 4.

Ratio eſt forma, & anima legis. quæſt. 268. num. 7.

Vbi contraria ratio, ibi contraria diſpoſitio. q.130. n.4.

Ratio legis eſt ipſa lex, & quomodo. qu. 242. num. 5.

Ratio eſt virtus intrinſeca legis, & illa dominatur. q.171.n.3.

Magis attendenda ratio, quam lex; qu. 242. num. 5.

Ratio ampliat, & reſtringit legem. qu. 268. num. 8.

Ratio trahit legem, quo ipſa extenditur. qu. 204. nu. 3.

Recedere.

Recedens animo reuertendi non dicitur receſſiſſe. qu.45. nu.2.

Reclamatio.

Vide *Profeſſio nulla.*

Impedito reclamare intra quinquennium debet concedi reſtitutio in integrum. qu.296. num. 7.

Quinquennium ad reclamandum contra profeſſionem an afficiat Religionem. qu. 204. num. 1.

Concil. Trident. aſſignans quinquennium, &c. loquitur de profeſſis. q 204.n. 2.

Pontifex elapſo quinquennio poteſt reſtituere nulliter profeſſum ad reclamandum. quæſt. 296 num. 1.

Et quando abſque derogatione Concil. Trident. q.296. n.1.

Regula.

Regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, &c. quomodo accipienda. qu. 269. nu. 5.

Regula reſeruationis reperit præbendalia vnita titulo, & qua vnione. q.254. n.7.

Regularis.

Vide *Religioſus.*

Regulares an poſſint abſoluere à reſeruatis Ordinario. q.177 n.1.

Regulares non habent iuriſdictionem quò ad caſus reſeruatos. q 56.n.4.

Licet loca ſint exceptuata à viſitatione Ordinarij non obſtante cura animarum. qu. 56. num. 5.

Regularis ex pecunia ſibi conceſſa non poteſt fundare cenſum pro miſſis pro anima ſua, qu 199.nu.1.

Regulares non poſſunt in ipſis abſoluere à reſeruatis Ordinario q.56. n.5.

Regulares non poſſunt renunciare priuilegio de diſtantia aliarum Eccleſiarum. qu. 14. num. 3.

Prohibitio, ne Regulares abſoluant à reſeruatis Ordinario. q 177.n.2.

Regulares à quibus caſibus reſeruatis Pontifici non poſſint abſoluere. q. 177.n.3.

De iure regulares prohibentur abſoluere à reſeruatis Ordinario. q.177. n 8.

Regulares priuilegiati poſſunt abſoluere à reſeruatis cenſuris, ſententijs, pœnis, &c. qu. 174. nu.1.

Relatio.

Relatio operatur expreſſionem eorum, quæ ſunt in termino relato. q.23.n.3.

Non eſt plus in referente, quàm ſit in relato. qu.127. nu.9.

Relatio debet fieri ad proximè immediata. qu. 275. nu.3.

Relegatus.

Vide *Exul.*

Relegatus poteſt habere domicilium in loco, vnde arcetur. q.143. n.4.

Relegatus habet domicilium in loco relegationis. q.143. n.6.

Religio.

Religio quo ad Religioſos æquiparatur Patriæ. q. 157.n.3.

Profitentes eamdem regulam poſſunt recipi à Religione non obſtante prohibitione, &c. qu.297. nu.7.

Tranſi-

Tranſitus ad ſtrictiorem Religionem ſubtrahitur iuriſdictioni Prælati. q.208.n.8.
Finalis ratio conceſſionis tranſitus ad ſtrictiorem Religionem. q.208.n.4.

Religioſus.

Vide *Regularis.*
Religioſus non poteſt tradere amico pecuniam, vt poſt mortem celebrentur miſſæ, &c. q.199 n.4.
Tranſiens ad aliam religionem eſt incapax recuperandi bona data priori Religioni. qu. 31. nu. 9.
Bona acquiſita priori monaſterio ſequuntur tranſeuntem ad aliam Religionem ſecundum aliquos. q. 31.n.1.
Valet ſecundum alios de bonis tacitè acquiſitis monaſterio, non de expreſsè donatis. q. 31. nu. 2.
Secundum alios de bonis omnibus quocunque titulo acquiſiti. q.31.n.3.
Secundum alios tranſit cum Religioſo ſolus vſufructus. q. 31.n.4.
Tranſeunte Religioſo ad aliam Religionem prior retinet omnia bona. q.31.n.5.
Exemplaria vulganda præſertim impreſſa non deſert ſecum Religioſus ad aliam Religionem. q.34 n.8.
Tranſiens ad aliam Religionem deſert imprimenda cum emolumento. q.34.n.6.
Etiam ſi ſint tranſcriptæ. q.34.n.7.
Quæ ſcripta poſſit Religioſus ſecum deferre, dum tranſit ad aliam Religionem. q.34.n.1.
Poteſt ſecum ferre omnia ſcripta à ſe compoſita. q.34.n.2.
Relictum Religioſo in vſus proprios eſt ſub modo licentiæ Superiorum. q.9.n.2.
Religioſus nihil poteſt vti tamquam proprio. q 9.n.1.
Religioſus non poteſt conceſſa ad vnum vſum conuertere in alium. q.199.n.6.
Religioſus exequutor vltimarum voluntatum poteſt eligere pauperes. q.51.n 6.
Religioſus poteſt eſſe exequutor vltimarum voluntatum, etiam ad cauſas prophanas. q.51. n.8.
Religioſus retinens, quod ſuperior concedit ad vitandas quærelas, an peccet, &c. qu. 200. nu. 1.
Subditus licitè retinet conceſſa, licet ſuperior ex eo, quod timet quærelas, non reuocet, qu. 200. nu.5.
Subditus quando leuiter peccet obtinendo à ſuperiore licentiam alias non concedendam. q.200. n.7.
Religioſi ſubijciuntur ratione voti. qu. 159. num. 14.
Religioſus quicquid acquirit, Monaſterio acquirit. q.209.n.4.
Religioſus non poteſt tranſire ſine licentia ad aliam Religionem. q.295.n.2.
Religioſus poteſt eſſe exequutor vltimarum voluntatum. q.51.n.5.
Ius non concedit Religioſo votum ſtrictioris religionis independenter à Prælato. q. 208. num. 2.
Subditus extorquens licentiam à ſuperiore quando peccet. q.200.n.6.
Relictum Religioſo in vſus perſonales non poteſt applicari Monaſterio. q.9.n.1.
Subiectio Religioſorum eſt materia voti. qu. 159. nu.14.
Eſt perſonaliſſima. q.159.n.14.
Quomodo Pius V. prohibeat recipi Religioſos. q.295. n.11.
Religioſus an poſſit donare amico pecuniam, vt poſt eius mortem faciat celebrare miſſas, &c q.199.n.6.
Religioſi non habēt proprium velle, aut nolle. q.159. n.14.
Religioſus non poteſt teſtari, & quare. q. 199. nu.4.
Religioſus non poteſt diſponere per modum vltimæ voluntatis in ordine ad ſpiritualia. qu. 199.nu.5.
Religioſus priuatus poteſt acquirere Monaſterio. q.206 n.5.
Legatum in vſus perſonales non tranſit quo ad dominium in Religioſum. q 9.n.6.
Alij Religioſi non veniunt in odioſis appellatione Monachorum. q.189.n.5.

Reliquiæ.

Conceſſio, quod Reliquiæ reponantur in certo loco, in quo reponuntur in ordine ad cultum eſt etiam conceſſio cultus. qu. 300. num. 13.

Remiſſio.

Remiſſio, & donatio differunt. quæſt. 141. num. 7.
Cauſa finalis prohibitionis, ne remittantur diſtributiones, non habet locum in remiſſione de præterito q.141.n.10.

Renuncians, Renunciatio.

Renunciatio profeſſuri requirit licentiam Epiſcopi, aut Vicarij. q 35.n.1.
Non ſufficit licentia Vicarij foranei. qu. 35. num.1.
Quando ſufficit licentia Vicarij Monialium. qu.35.nu.2.
Renunciatio Monialis profeſſuræ an præiudicet Monaſterio. q.42.n.1.
Conſenſus Monaſterij non prodeſt pro renunciatione profeſſuri. q.42.n.6.
Renuncians non poteſt habere regreſſum ad bona,

bona, & iura renunciata. q.163.n.2.
Renunciatio profeſſuri tantum poteſt ſe extendere, quantum votum paupertatis. qu. 42.num.4.

Renunciatarius.

Renunciatarij tenentur ſubminiſtrare alimenta annullanti profeſſionem, ſi impugnant ſententiam nullitatis. q.78.n.1.

Repetitio.

Repetitio eſt eiuſdem rei reiteratio. quæſt. 23. num. 2.

Res.

Res omnes ſubſtinent vicem pecuniæ. qu. 135. num.3.
Sine ſubſtantialibus nulla res ſubſiſtit.qu.230. num.6.
Non fit iniuria rei, quando reſtituitur ad priſtinum ſtatum. q.14. n.2.
Res perit Domino. q.107.n.10.
Res perit emptori ſequuta traditione. q. 107. num.1.
Quiſque transfert res ſuas cum legibus, quas voluerit. q 1. n.6.
Res iudicata habetur pro veritate. quæſt. 225. num.4.

Reſcriptum.

Reſcripta accipienda iuxta communes regulas. al.nu.19.
In reſcriptis, &c. Verba non ſunt ſuperflua.q. 172.nu.2.

Reſeruatio.

Reſeruatio conditionalis quando tranſeat in abſolutam. q.191.n.3.
Quid requiratur, vt bona eximantur à reſeruatione, quando afficit titulum. quæſt.254. num.8.
Non reſeruatio eſt ratio,cur inferior abſoluete poſſit à cenſura. q. 174 n. 3.
Non eximitur à reſeruatione, quod non poteſt ſtare ſine titulo. q.254.n.10.
Reſeruatio eſt certa, quouſque durat menſis reſeruatus. q.245.n.7.

Reſidentia.

Reſidentia formalis materialem informat,&c. qu. 268.nu.7.
Abſentia à reſidentia vnius anni non poteſt coniungi cum abſentia anni ſequentis. qu. 280. nu.3.
Ex onere iniuncto colligitur neceſſitas reſidentiæ. q.268.n.5.
Reſidentia formalis menſurat materialem. qu.268.nu. 8.
Reſidentia quomodo conſideretur. q.45.n.3.
Epiſcopus cenſetur reſidere identidem receedens animo breui reuertendi q.45.n.1.
Diſpenſatio ſuper reſidentia eſt etiam ſuper ſeruitio exhibendo Eccleſiæ. q.64.n.3.
Reſidentia debet eſſe operatiua. quæſt. 45. num. 4.
Reſidentia conſtat ex præſentia, & operatione. q 45.n.4.
Reſidentia alia materialis alia formalis. qu. 268.nu. 3.
Temporanea reſidentia non inducit incompoſſibilitatem beneficij. q.268.n 6.
Speciales functiones certo tempore exercendæ non inquirunt,niſi temporanam an reſidentiam. q.268. n.6.
Trimeſtre abſentia vnius anni vnitum trimeſtri alterius non eſt intra terminos Concilij Trident. q.280 n.4.
Reſidentia perſonalis ordinatur ad ſeruitium, & miniſterium. q.268 n.4.
Concil. Trident. dat facultatem prius priuandi fructibus non reſidentes, non autem cogit. q.103. n.6.
In Cap. *Ex tua* De *Cler.non reſid.* duplex modus procedendi contra non reſidentes aſſignatur. q.103.n.7.
Reſidentia ciuili modo accipitur. quæſt. 46. num. 2.
Circa beneficiatos non reſidentes quid diſponat Concil. Trident.q.103.n.1.
Quid ius commune. q.103 n.2.
Antequam non reſidentes priuentur beneficijs prius puniendi in fructibus. qu. 103. num 3.
Alias priuatio ſecundum aliquos eſt nulla. qu.103.nu.3.
Epiſcopus poteſt non reſidentes immediatè priuare beneficijs. q.103.n.4.
Priuatio beneficiorum pœna impoſita in iure non reſidenti. q 103.n.5.

Reſignatio.

Reſignatio eſt nulla, licet reſignans habeat patrimonium, aut aliud beneficium inſufficiens. q 66. n.8.
Qui nulliter reſignauit,quia non remanet,vnde viuat, agit actione ſpolij, ſi priuetur poſſeſſione. q.66.n.9.
Beneficium non poteſt reſignari,ſi reſignans, non habeat, vnde ſubſtentetur,etiam ſi non ſit ordinatus ad ipſius titulum. quæſt. 66. num.2.
Reſignatio eſt nulla. q.66. n.3.
Pactum, quod reſignatarius faciat expenſas pro penſione reſeruata reſignanti, eſt illicitum. q.70.n.1.
Fit licitum, ſi narretur in ſupplicatione. qu. 70.nu. 1.
Reſignatio coram Papa eſt nulla, ſi reſignans

non

[illegible] habet. vnde viuat. q.66 n.7.
[illegible]io ordinationis ad titulum in reſignatione non poteſt per æquipollens ſuppleri. [illegible]67. nu.7.
Ad[illegible]ſſa reſignatione admittuntur etiam pa[illegible]a adnexa. q 70 n.3.
In reſignatione requiritur pro forma, quod [illegible]nſtet, reſignanti remanere, vnde viuat. q. 7. n.6,
Quid exprimere, & conſtare debeat in reſignatione beneficij, ad cuius titulum reſignans eſt ordinatus q.67 n. 1.
Expreſſio, quod reſignans ſit ordinatus ad titulum, eſt neceſſaria etiam in reſignatione ex cauſa permutationis. q.67.n.1.
[illegible] exprimendi in reſignatione Ordinationem ad titulum. q 67.n 3.
Expreſſio, quod reſignans ſit ordinatus ad titulum beneficij, requiritur pro forma. qu. 67. nu.4.
Reſignatio beneficij ad cuius titulum quis eſt ordinatus, eſt nulla hoc non expreſſo. qu. 66. [illegible] n.1.
Re[illegible]ans quando poſſit reſignare cum onere [illegible]onum decurſarum. q.118 n.1.
Reſignans poteſt ro[illegible]are vt ſeruetur indemnis. q.181.n 12.
Non re[illegible]gnaturus ni[illegible] [illegible]ederet ſe indemnem, [illegible]ruandum non eſt ſimoniacus. quæſt. 28. num. 8.
Reſignans beneficium [illegible]ciens, quod ſeruabitur ind[illegible]nis quò ad fructus an committat ſimoniam. q.181.n.1.
De [illegible]e conditione, quod reſignans non habeat, vnde viuat, reſignatio eſt nulla. q 1.66.nu.5.
[illegible]mus conditionalis reſignandi, &c. non comprehenditur ſub Conſtitutione Pauli Quarti, aut [illegible]ramento. q.244.n.8.

Retractio.

[illegible]s conceſſum vicino ad retrahendum n[illegible]rrit durante lite ſuper vicinitate. qu. [illegible] 4.
Tempus conceſſum proximiori ad retrahen. di, non currit durante lite ſuper proximitate. q.84.n.4.

Reſtitutio.

Dubius non tenetur reſtituere, aut reſarcire damna. q.85. n.5.
Poſſidens bona fide, tenetur reſtituere fructus quatenus factus eſt locupletior, adueniente mala fide. q.99.n.7.

Reſtitutio in integrum.

Reſtitutus pleniſſimè recuperat bona alienata. qu.61. nu.1.
Reſtitutio pleniſſima adæquat iudicis ſententiam. q.61.n.2.
Reſtitutus à Principe laico non recuperat penſionem. q.61.n.3.
Reſtitutus à Papa pleniſſimè quando non recuperet penſionem. q.61.n.4.
Reſtitutio pleniſſima Papæ quando reſtituat penſionem. q 61.n.5.
Stante læſione locum habet reſtitutio in integrum. q.198.n.4.
Reſtitutio plenaria reſoluit acquiſita ex alieno delicto. q.282.n.9.
Pontifex quando reſtituendo præſumatur vti ſola poteſtate ciuili. q.61.n.7.
Reſtitutio tendit ad abolendam ſententiam. qu.61.nu.7.
Reſtitutus, &c. non recuperat penſiones decurſas. q.61.n.6.
Reſtitutus à Principe non recuperat bona alienata. q.61.n.1.
Nec penſionem. ibid.

Reus.

Pendente cauſa reus non reaccuſat. qu. 234 num. 3.
Reus ratione iuramenti conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico. q.169.n.6.

Rex Regina.

Rex eſt perſona ſacra, & quare. q.97. n.4.
Regina non poteſt aſſiſtere intra presbiterium diuinis officijs. q.97.n.5.
Vbi locus ipſi parandus. q.97.n.5.

S. Riccardus.

Sacra Rituum Congregatio S. Riccardum in Martyrologium inſerri iuſſit. al.n. 41.

S

Sacerdos.

Sacerdotes B. Io: Dei non tenentur ad ſeruitium corporale hoſpitalis. quæſt. 142. num. 2.
Plures, & graues Doctores ſentiunt, ſacerdotes non obligari ad celebrandum ratione ſacerdotij. q.151. n. 2.
Praxis, quod ſacerdotes Congregat.B.Io:Dei ſint immunes à ſeruitio corporali. qu. 142. num.4.
Sacerdos cæcus quas functiones poſſit exercere. q.38.n.1.
Sacerdos damnatus ad degradationem, & traditionem Curiæ ſæculari ob proditionem an poſſit admitti ad celebrandum. qu. 89. num.1.

Sacer-

Sacerdos, qui nunquam celebrat, an abſoluendus. q. 151. n. 4.

Sal.

Proijcere ſalem in ignem ad amorem conciliandum an ſapiat hæreſim. q. 114. n. 3.
Proiectio ſalis in ignem non eſt ſacrificium, nec etiam præſumptiuè. q. 114. n. 7.

Salarium.

Salarium poteſt præſtari tutori. q. 57. n. 6.
Qui non eſt ſolitus operas locare adhuc poteſt petere ſalarium. q. 71. n. 2.
Salarium debet proportionari laboribus. qu. 57. n. 6.

Sanctus.

Sancti qui per immemorabile tempus coluntur debent manuteneri. al. n. 48.
Sancti coluntur etiam de conſuetudine particulari Eccleſiarum. al. n. 17.
Etiamſi non ſint deſcripti in Martyrologio, al. nu. 18.
Sancti ex antiqua conſuetudine venerantur. al. nu. 9.

Scandalum.

Scandalizatio quid ſit. q. 299. n. 4.
Inducit ad peccandum. q. 299. n. 4.
Quando timetur ſcandalum, diſſoluuntur ſponſalia. q. 2. n. 5.
Sponſalia occulta diſſoluuntur abſque iudicis auctoritate. q. 2. n. 6.

Scientia.

Quilibet præſumitur ſcire, quæ ad eius munus ſpectant. q. 144. n. 4.

Sclopus.

Sclopus pro aucupio non computatur inter arma offenſiua. q. 187. n. 4.

Scripta.

Scripta ſunt expreſſione Doctrinæ intellectus. q. 34. n. 5.
Scripta nunquam deſinunt eſſe componentis. q. 34. n. 4.

Sententia.

Sententia nulla non eſt habenda in conſideratione. q. 89. n. 2.
Non ſortitur aliquem effectum. q. 89. n. 2.
Sententia debet eſſe certa. q. 172. n. 4.
Sententia tribuit bonum ius. q. 78. n. 5.
Sententia eſt indiuidua, & non poteſt pro parte valere, & pro parte non valere. qu. 89. num. 3.
Sententia, quæ tranſiuit in rem indicatam habetur pro veritate. q. 166. n. 2.
Sententia eſt ſtrictè accipienda. quæſt. 112. num. 4.
Sententia ordinarij de degradatione Clerici ob proditionem eſt nulla. q 89. n. 3.
Si ſententia reuocetur in dubium, cauſat malam fidem. q. 162. n. 5.
Exequutio ſententiæ eſt attentata, dum diſcutitur, an appellatio ſit admittenda. qu. 160. num. 7.
Sententia tranſiens in rem iudicatam tribuit ius parti. q. 225. n. 2.
Sententia adhuc examinanda non tollit impedimentum matrimonij certum. qu. 162. num. 6.
Appellatione ſententiæ veniunt etiam Acta. qu. 17. nu. 2.
Proferens, aut dictans ſententiam in cauſa ſanguinis ſit irregularis. q. 17. n. 2.

Sepultura.

Sepulchrum eſt extra hominum commercium, nec eſt in bonis alicuius. q. 96. n. 3.
Acquiritur tantum illius vſus. q. 96. n. 3.
Finita Familia ius ſepulturæ familiaris reuertitur ad Eccleſiam. q. 76. n. 2.
Conceſſio ſepulturæ eſt conceſſio ſolius vſus, non proprietatis. q. 76. n. 2.
Ius ſepulchri hæreditarij tranſit ad extraneos hæredes. q. 76. n 4.
Ius ſepulchri hæreditarij tranſit ad extraneos hæredes. q. 76. n. 4.
Ius ſepulchri familiaris apud Gentiles tranſibat ad quoſcunque ſucceſſores. quæſt. 76. num. 5.
Cur non tranſeat apud Chriſtianos. quæſt. 76 num. 5.
Sepeliendus vbi de iure, qui non poteſt ſepeliri, vbi diſpoſuit ob impedimentum perpetuum. q. 155. n. 2.
Qui non poteſt in electa ſepultura ſepeliri ob impedimentum temporale, deponendus interim in parochia. q. 155. n. 3.
Ius ſepulturæ acquiritur miniſtranti ſacramenta. q. 143. n. 1.
Aduena, qui non poteſt recipere ſacramenta, adhuc ſepeliendus in Parochia. quæſt. 154 num. 7.
Electio ſepulturæ, quæ non poteſt habere effectum, non præbet impedimentum iuri. qu. 155. n. 4.
In Eccleſia interdicta non poteſt quis ſepeliri. q. 155. n. 2.
Miniſtratio ſacramentorum quando fundat ius ſepulturæ. q. 143. n. 10.
Ruri moriens ſepeliendus in ſua Parochia Vrbis. q. 143. n. 3.
Eligens ſepulturam quomodo nolit ſepeliri vbi de iure eſſet ſepeliendus. quæſt. 155. num. 5.
Aduenæ ſepeliendi in Parochia, in qua decedunt.

dunt. q.154. n.4.
Ius ſepulturæ ſequitur ad ius miniſtrandi ſacramenta q.154.n.5.
In ſepeliendis aduenis attendenda conſuetudo. q.154.n.1.
Reſponſio S. Congregat. circa ſepulturam aduenarnm. q.154.n 2.
Secluſa conſuetudine vbi aduenæ ſepeliendi. q.154.n.3.
Qui ſunt de familia, habenr ſoli priuatiuè quò ad alios ius ſepulturæ, quando eſt conceſſa pro familia. q.76.n.3.
Ex breni mora Eccleſia loci non acquirit ius ſepulturæ. q.12.n. 6.
Recipiens ſacramenta eligit tacitè ſepulturam, vbi recipit, niſi alibi ſit ſepeliendus. qu.154.n.6.
Vbi ſepeliendus, qui non poteſt ſepeliri in electa ſepultura. q.155. n.1.

Sequella.

Vide *Conſequentia.*
Quando ſequellæ ſint licitæ, ſi initium actus ſit ncitum. q.233.n.11.

Seruire.

Seruitium ſpirituale, eſt melius corporali, etiam in ordine ad finem voti inſeruiendi infirmis. q 142. n.6.
Quinam dicantur ſeruire, ratione fendi. qu. 294. nu.4.

Seruitus Seruus.

Seruus obtinere poteſt legatum alimentorum. q 61.n.6.
Venditio Chriſtiani tanquam Turcæ in ſeruitutem ex nullo capite contrariatur fidei. q. 115. nu.6.
Serui dicuntnr ſeruire, quos ægros curamus. q.294.n.4.
Venditio Chriſtiani in ſeruitutem non inducit contemptum religionis. q.115. n.8.
Venditio Chriſtianum in ſeruitutem videtur eſſe in contemptum religionis. quæſt. 115. num. 2.
Venditio Chriſtiani in ſeruitutem non pertinet ad Tribunal Inquiſitionis. quæſt. 115. num. 3.

Sigillum.

Sigillum cur neceſſarium. q.243. n.8.
Quodnam ſigillum apponendum in litteris, &c. q 243.n 9.
Sigillum debet eſſe proprium, ibidem.

Simonia.

Simonia probatur ex conuiecturis, & præſumptionibus. q.179.n.7.
Et ex correſpectiuitate actuum. quæſt. 179. nu.7.
Præſumptio ſimoniæ, quando excludatur. qu. 281. nu. 10.
Significatio faciendi aliquid, &c. non inducit ſimoniam. q.281.n.6.
Dependere à ſpirituali facit, quod temporale ſit materia ſimoniæ. q.178.n.5.
Ex actu licito non inducitur ſimonia. qu. 139. num. 4.
Simonia exigit aliquod principium vnde oriatur neceſſitas. q.281 n.4.
Declaratio propoſiti non inducit ſimoniam. qu.281.nn.7.
Pro ſimonia conſtare debet de pacto antecedenti. q.281.n.11.
Pro ſimonia ſufficit pactum tacitum. qu. 281. num. 5.
Simonia requirit, quod antecedat, quod neceſſitet. q.281.n.5.
Simonia inducitur ſolo pacto, & conuentione. q.281.n.2.
Donatio vſuſructus æqualis penſioni petitæ à beneficiario inducit ſimoniam. quæſt. 179. num. 2.
Simonia mentalis quando inducatur. qu. 281. num.9.
Ceſſat ſimonia de iure Eccleſiaſtico ex ſcientia Papæ. q.70.n.2.
Quicunque contractus circa ſpiritualia, aut adnexa inducunt ſimoniam. q.178. n.7.
Pactum ſeu conuentio eſt forma ſimoniæ. qu. 281. nu 4.
Pactum tacitum ſufficit ſimonię. quæſt. 179. num.2.
Simonia non præſumitnr ex ijs, quæ ſequuntur actum. q.281.n.11.
Declarans, ſe futurum gratum, &c. non committit ſimoniam. q.186.n. 4.
Pactum ſeu conuentio eſt neceſſaria etiam pro ſimonia confidentiali. q.281.n.3.
Preces non inducunt ſimoniam, dummodo non contineanr pactum tacitum. qu. 281. num.12.

Simulatio.

Simulatio ex qua coniectura deſumatur. qu. 180.n.5.
Iuſtitia, & realitas contractus excludit ſimulationem. q.196 n.5.
Iuſta cauſa præcedens excludit ſimulationem. q.196.n.5.

Societas.

Vendito vno officio non diſſoluitur ſocietas, ſi alterum ſubſtineat totam ſummam. qu. 150. nu. 1.
Quid, ſi non ſubſtineat. q.150.n.2.
In ſocietate officij loco fideiuſsionis poteſt accipi

cipi

cipi pignus. q.22.n.3.
In contractibus ſocietatis attendenda conſuetudo. q.152.n.1.
Ignorans ſummam excedere valorem officij poteſt ſe ſeruare indemnem q.152.n.6.
Bona fides ineuntis ſocietatem ſupra valorem officij, poteſt excuſare. q. 152.n.4.
Plura officia in ordine ad ſocietatem quando ſe habeant per modum vnius. quæſt. 150. num. 3.
Conſuetudo contrahendi ſocietatem ſupra valorem officij non valet. q.152.n.2.
Sciens ſocietatem excedere valorem officij, non poteſt habere bonam fidem. qu. 152. num. 5.
Fructus correſpondentes valori an iuſtè percipiantur, ſi ſumma excedat valorem. qu. 152.nu.8.
In ſocietate non præſtans fideiuſſorem, vt promiſit, non lucratur pecunias ex morte illius ſuper cuius vita inita eſt ſocietas. qu. 82. nu.2.

Socius.

Socius Generalis apud Religionem N. quando eligatur in Abbatem. q.294.n.1.
Quid ſi impeditus non exerceat munus ſocij. q.294. n.2.
Quid ſufficiat, vt quis dicatur exercere munus. q.294.n 2.
Quando ſocius poſſit retinere fructus perceptos, licet ſumma exceſſerit valorem officij. q.152.n.7.

Solitum.

Non poteſt imputari, ſi fiat, quod eſt ſolitum fieri. q.152.n.4.

Solutio.

Qui fit potens ad ſoluendum tenetur ſoluere qu.91 nu.6.
Non ſoluit, qui ſtatim eſt recepturus eamdem pecuniam. q. 196.n.6.
Secus tamen, ſi ſolutio ſortiatur ſuum effectum. q.196. n.6.
Solutio facta contra formam debitam non valet. q.98.n.7.
Solui vnum pro alio non poteſt inuito creditore. q.98. n.6.
Solutio ſimulata habetur pro non facta. qu. 180. n. 4.
Non cenſetur ſoluere, qui totum non ſoluit. qu.10.nu.3.
Soluendum eſt eo modo, quo adeſt obligatio, qu.98.nu.7.

Sortilegium.

Sortilegium continet pactum implicitum cum Dæmone. q.114.n.1.
Sortilegia alia ſapiunt; alia non ſapiunt hæreſim. q. 114.n 1.
Sortilegium quando ſapiat hæreſim. qu. 114. num. 2.
Vtens ſortilegio, vt dæmon moueat voluntatem, cur non erret. q.114.n.7.

Species.

Species derogat generi. q.267.n.3.

Spoliare.

Spoliare de quibus dicatur. q.217.n 5.

Spolium.

Quæ pertinent ad Eccleſiam, non comprehenduntur ſub ſpolio. q.101.n.1.

Status.

Status religioſus, & prima tonſura æquipollent quò ad capacitatem ferendi cenſuras. qu.40.nu.4.
Mutato ſtatu perſonæ mutatur ſtatus rei, quæ ipſi adhæret. q.291.n.6.
Status per quid conſtituatur. q.52.n.2

Statutum.

Statutum, quod parochia non ſit mutata, niſi poſt duos menſes quomodo accipiatur. q.143.n.5.
Statuta recipiunt interpretationẽ à iure communi. q.187.n.5.
In prouiſione Papali non attenduntur ſtatuta Eccleſiarum inferiorum. q.65.n.2.
Statutum, quod relicta in fauorem perſonalem Religioſi ſint certi Monaſterij, intelligitur quò ad dominium, non quò ad v[illegible]. qu.9.nu.6.
Statutum Eccleſiæ Ariminenſis. q.65.n.1.
Quos excludat à percipiendis Diſtributionibus. q.65.n.1.
Statutum excluſiuum fœminarum non oper[illegible] tur, quò ad non ſubditas ſtatuenti. qu. 28. num. 3.
Etiamſi ſit conceptum in rem, & non in p[illegible]ſonam. q.28.n.4.
Statutum excluſiuum fœminarum non affic[illegible], quæ tempore emanationis, ſunt Moniales. q.28.n.1.
Etiamſi ſit ſupremi Principis. q.28.n.2.
Statuta confirmata à Papa quando fiant Papalia. qu. 287. nu.6.
Statutum confirmatum à Papa habetur [illegible] Papali. q.287.n.4.
Finis ſtatuti prohibendi arma. quæſt. 187. num.7.

Stipendium.

Accipere plura ſtipendia an contra ius naturæ. q.240.n.15.

Stylus.

Stylus Curiæ facit ius. q.184.n.3.
Stylus Datariæ continet mentem Papæ. qu. 224.nu.3.
Stylus tanquam lex ſeruandus. quæſt. 224. num. 5.
Stylus, & mens Pontificis ſibi inuicem correſpondent. q.184.n.2.
Stylus Curiæ quando ſe extendat extra ipſam, & quando non. q 184.n.7.
Prælati Signaturæ, quibus delegantur cauſæ, debent ſequi ſtylum eiuſdem Signaturæ. q.185.n.1.

Subſcriptio.

Subſcribens approbat, quod ſubſcribit.q.137. num. 7.
Subſcribens afficitur à ſubſcriptis, & ſe obligat reſpectu ipſorum. q.137. n.8.
Qui non conſenſit concluſioni iniuſtæ, &c. nec in foro conſcientiæ poteſt ſubſcribere. qu. 137.nu. 10.
Opponens concluſioni Capitulari non debet ſubſcribere. q.137.n.10.
Qui non conſenſit in Capitulo, nec etiam præmiſſa proteſtatione ſubſcribere poteſt. qu.137.nu.10.
Subſcriptio eſt neceſſaria, vt ſcriptura fidem faciat. q.243.n.7.
Subſcriptio influit exequutionem concluſionis capitularis. q.137.n.9.

Subreptio.

Subreptitiè obtentum eſt nullum defectu voluntatis. q.134.n.7.
Subreptio quando inducatur. q.134.n.7.
In ijs, quæ de facili conceduntur, non habet locum ſubreptio. q.6.n.4.
Taciturnitas eorum, quæ redderent conceſſionem difficiliorem, non reddit ſubreptitiam quò ad inferiores Papæ. quæſt. 295. num. 8.
Falſitas circa accidentalia non inducit ſubreptionem. qu.6.nu.5.

Subrogatio, Subrogatum.

Subrogatum induit naturam illius in cuius locum ſubrogatur, & eodem iure cenſetur. q.178.n.3.
Idem ſeruandum in ſubrogato, quod in eo, cui ſubrogatur. q.239.n.6.
Subrogatum aſſumit qualitates illius, cui ſubrogatur. q.239.n.8.
Subrogatum comprehenditur ſub diſpoſitione, ſub qua eſt id, cui ſubrogatur. qu. 239. nu.6.
In ſubrogatis eadem determinatio ſeruanda, qu.211.n.2.
Subrogatus in alterius locum vtitur iuriſdictione ipſius. q. 66.n.5.
In ſubrogato ſeruanda eadem determinatio. q.286.n.5.
Subrogatum induit naturam illius, cui ſubrogatur. q.239.n.9.
Subrogatum aſſumit qualitates illius, in cuius locum ſubrogatur. q.49.n.3.
Comprehenditur ſub eadem diſpoſitione. qu. 49. nu.4.
Subrogatum trahit ea, quę trahuntur ab eo, in cuius locum ſubrogatur. q.49.n.4.
Omnia iura, & priuilegia illius, in cuius locum ſuccedit participat ſubrogatum. quæſt. 49. nu.4.

Subſtantia.

Non curandum de nomine, ſed attendenda ſubſtantia. q.230.n.5.
In omni re potiſſimum attenditur ſubſtantia. Ibid.

Subſtitutio.

Subſtitutio non habet locum, etiam ſi ex negligentia Prælati non impleatur onus annexum hæreditati. q.60.n.1.
Si Prælatus agnoſcat factum eſſe locum ſubſtitutioni ex proprio facto, adhuc Eccleſia eſt manutenenda. q.60.n.3.

Succeſſor Succeſſio.

Vide *Hæres.*
Succeſſor tenetur ſoluere debita prædeceſſoris contracta nomine dignitatis. quæſt. 164. num. 3.
Quid, ſi ars ſit in diſpendium Principatus. qu. 164.n.4.
Nulla ſucceſſio locum habet quò ad filios Clericorum legitimatos ad paterna bona. qu. 131.nu 6.
Si diſponentes ſint in Vrbe, aut diſtrictu infra decem milliaria. q 131.n.8.
Succeſſor in principatu an teneatur ſoluere debita contracta pro arce conſtruenda. qu. 164.nu.2.
Succeſſor in hæreditate Principis tenetur ſoluere debita quoquo modo contracta. qu. 164. n.1

Suffragium.

Suffragium Epiſcopi tantum eſt, quantum totius Capituli. q.126. n.1

Superior Superioritas.

Superior, & ſubditi debent computari ſicut Grex, & Paſtor. q.277.n.3.
Actus ſuperioritatis eſt actus iuriſdictionis. q.157. n.4.
Quando voluntas ſuperioris poſſit reduci ad æquitatem medio timore querelarum. qu. 200. num.8.

Superior Regularis.

Vide *Prælatus*.
Superior regularis diſpenſat in irregularitate ex delicto occulto. q. 175.n.1.
Superior Regularis, peccat, in ſuis tantum aſſeclis. q.278.n.1.
Superiores de iure communi concedunt tranſitum ad aliam religionem. q.295.n.4.
Superiores Religioſi tractant Eccleſiaſtica negocia. q.40. n.2.
Sunt perſonæ Eccleſiaſticæ. q.40.n.3.
Gaudent priuilegio Canonis, & fori. qu. 40. num. 3.
Superior poteſt irritare vota Religioſi etiam circa præcepta. q.208.n.5.
Superiores Regulares à Pontifice electi eodem iure cenſentur electi à Religione. qu. 286. nu. 1.
Tanquam ſubrogati in locum eligendorum à Religione ſubſunt iiſdem iuribus, obligationib. &c. q 286.n.2.
Cenſentur iidem Superiores, ac ſi eſſent electi à Religione. q.286.n.3.
Subſunt iiſdem diſpoſitionibus. quæſt. 286. num. 3.
Electio Pontificia non immutat ſtatum Superiorum Regularium. q. 286.n.4.
Superior Regularis electus à Pontifice ſeruare debet, dum renunciat, præſcriptionem Conſtitutionum. q 286.nu. 5.
Superior poteſt irritare vota dubiè exempta à ſua poteſtate. q 208.n.10.

Supplicatio.

Supplicatio ſe habet tanquam matrix, ex qua extrahuntur litteræ. q. 269.n.6.
Supplicatio aliquando vna die ſignatur, & alia datatur. q.243.n.5.

Suppellex.

Forma ſuppellectilis conformis vſui prophano indicat, non fuiſſe deſtinatam pro vſu Eccleſię. q.101.n.5.

Surdus.

Surdaſter poteſt eligi ad gradus Religionis etiam Generalatum. q. 39. n.2.
Minus audiens poteſt eſſe tutor. quæſt. 39. num. 2.
Surditas, niſi ſit totalis, non reddit inhabilem. q.39. n.3.
Surdus omninò, licet nutibus, &c. intelligat, non poteſt eligi ad gradus religionis. q. 39. num. 5.
Eſt inhabilis ad ea, quæ per auditum exercentur. qu. 39. nu.5.

Suſpenſio.

Suſpenſio contra introducentes mulieres in Monaſteria à quo tolli poſſit, & num. ſequ. q.173. n.2.
Suſpenſio quando ſit cenſura. q.173. n. 5.
Suſpenſio medicinalis tolli poteſt ab inferiori. qu 173.nu.8.
Suſpenſio eſt medicinalis, quando coniungitur cum alia pœna. q.173.n.7.
Suſpenſio pro delicto præterito aliquando eſt contra contumaciam. q.173.n.6.
Suſpenſio aliquando reſeruatur, aliquando non eſt pura pœna. q. 173.n. 4.
Iuriſdictio fori externi non requiritur ad tollendam ſuſpenſionem pro foro conſcientiæ. q. 174.n. 5.

Synodus.

Interuenientes ſynodo ſunt tantum conſiliarij. q.274. n.7.

T

Taciti.

Vide *Expreſſi*.
Taciti, & expreſſi eſt idem iudicium. qu.292. nu.8.

Tempus.

Tempus non præfinitum à lege intelligitur de decennio. q.130.n.2.
Aſſignato certo tempore pro aliquid præſtando, parte occupata, totum occupatur. qu. 50.nu 6.
Tempus regulariter computatur de momento ad momentum. q.141.n.4.
Tempus aſſignatum à iure ſumitur de momento

mento ad momentum, niſi aliter diſponatur. q.158.n.6.
Quando conſtitutio præfigit tempus, non ſeruans tempus, nec ſeruat conſtitutionem. q.195.n.3.
Tempus incipit ab actu quando attenditur ſecundum ipſum. q.241.n.3.
Tempus præfixum actui currit de momento. q.241. n.5.
Limitatio temporis extra ipſum operatur contrarium effectum. q.195.n.5.
Modicum tempus dicitur arbitrio iudicis. qu. 280.nu.5.
Lex præfigens tempus inducit formam. quæſt. 195. nu.4.
Conſtitutio requirens certum tempus, extra ipſum locum non habet. q.195.n.5.

Territorium.

Territorium non importat dominium terræ, ſed iuriſdictionem, & poteſtatem coercendi. q.159.n.7.
Territorium quid ſit. q.159. n.6.
Quid requiratur, vt conſtituatur diſtinctum territorium. q.159 n.11.
Facultas exercendi aliquos actus iuriſdictionis quò ad loca, & perſonas Regulares non obſtat ſeparationi territorij. q.159. n.12.
Nec etiam viſitatio quoad curam animarum; ſi Eccleſia ſit parochialis. q.159.n.13.

Teſtamentum.

Ex teſtamento minus ſolemni non oritur obligatio naturalis. q 18.n.7.
Sine inſtitutione hæredis aliquando valet teſtamentum de iure ciuilis. q.18.n.3.
Condere teſtamentum indulgetur in æquitate quæſt. 149. num. 2.

Teſtator.

Teſtator iubens reſtitui totam, & integram hæreditatem, an prohibeat Trebellianicam. q.129.n.2.
Facultas teſtandi eſt à lege. q.18.n.7.
Voluntas teſtatorum omnino ſeruanda. qu. 105.nu.3.
Teſtator tacitè committit alienationem bonorum pro ære altera. q.148.n. 4.
Et commiſſio habetur pro expreſſa. qu. 148. num. 4.
Voluntas teſtatoris de iure canonico quomodo probetur. q.18.n.7.
Teſtator cenſetur ſe conformare diſpoſitioni iuris. q.129.n.6.
Teſtator cenſetur noluiſſe, quod non expreſſit. q.260.n.6.
De iure canonico ſufficit, ſi conſtet de voluntate teſtatoris. q.18.n.7.
Quod teſtator non expreſſit, non habetur pro diſpoſito. q.136.n.11.
Si teſtator vocet deſcendentes, & poſtea vnum de familia intelligit de contentiua. qu.116. num. 1.
Voluntas teſtatoris accipit declarationem ex ijs, quæ ante, vel poſt dixit, vel fecit. q.149. num. 4.

Teſtis.

Teſtes cogi poſſunt ad teſtificandum. qu.157. num. 1.
Qui non communicauit in Paſchate repellitur à teſtificando. q.151.n.1.
Filius non admittitur teſtis contra Patrem. q.157.n.2.
Religioſus non poteſt cogi, vt teſtificetur contra propriam Religionem. q.157.n.2.
Non poteſt quis cogi, vt teſtificetur contra Patriam. q.157.n.3.
Omnes poſſunt eſſe teſtes, qui non ſunt prohibiti. q.151.n.5.
Non poteſt eſſe teſtis ſuper auditis in confeſſione. q 156.n.9.
Si ſolum extent teſtes, qui cogi non poſſunt, perinde ſe haber, ac ſi non extarent. q.157. num. 4.
Teſtis iuratus de facto propriam non facit plenam probationem. q 86.n.4.
Præſertim ſi non poſſit eſſe certus. quæſt. 86. num. 4.
Sacerdos, qui non celebrauit, poſtquam fuit ordinatus, non poteſt repelli à teſtificando, licet ſint elapſi plures anni. q.151.n.2.
Teſti non creditur ſine iuramento. quæſt.105. num. 6.
Libertus non poteſt cogi, vt teſtificetur contra Patronum. q 157.n.2.
Teſtis vnicus non probat. q. 104.n.1.

Textus explicati.

Senſus Cap. Ad audientiam 2. De reſcriptis. qu.239.nu.7.
Explicatur Cap. *Tua Dotis* de Teſtamentis. q.1.n.7.
Explicatur Cap. Petitio tua. De homicid. qu. 293. n.10.
Tex. l. *Ius familiarum* explicatur. quæſt. 119. nu.11.
Cap. *Cum tempore* De *Arbitr.* explicatur. qu. 15.nu 3.
Explicatur Cap. Tua nos. De ſimonia. quæſt. 281. nu.9.
Cap. Licet. De fer. quatenus correctum. quæſt. 253. nu.7.
Diſpoſitio Cap. Dominus in quo reſpiciat

præteritum. q. 290 n. 10.
Explicatur l. *Theopompus. ff.* De *dote prælegata.* q. 105. n. 5.
Cap. *Salubriter.* 35. *Quæst.* 8. explicatur. q. 119. num 14.
Senſus Cap. Quoniam. Vt lite non conteſtata. qu. 290. nn. 7.

Theologia.

Theologia, & ius canonicum æquiparantur. qu. 7. nu. 4.

Titularis.

Titularis non poteſt negligere iura beneficij. qu. 218. nu. 11.

Titulus.

Plures tituli poſſunt ſtare ſimul. q 83. n. 5.
Diſpoſitum in Conſtit. Sixti V. circa Titulos Cardinalium eſt in formula conceſſionis tituli. q. 127. n. 9.

Tonſura.

Suſcipiens tonſuram abſque animo progrediendi, peccat grauiter. q. 270. n. 1.
Concil. Tridentin. prohibens tonſurari, &c. non tollit ius ſe ſubtrahendi à Principe ſæculari. quæſt. 270. num. 8.
Alieno ſubdito poteſt eodem contextu conferri tonſura, & beneficium. q. 27. n. 5.

Tractatus.

Tractatus non inducit obligationem. qu. 281. num. 6.
Tractatus non attenditur in ordine ad ſimoniam. q. 281. n. 6.

Traditio.

Traditio pendente conditione ſe habet, ac ſi non fuiſſet. q. 193. n. 7.
Qua traditione ſequuta res pereat emptori. q. 107. n. 7.
Menſuratio, aut ponderatio quando inducat traditionem. q. 107. n. 8.
Menſuratio rei venditæ inducit traditionem. q. 107. n. 2.
Obſignatio proprij ſigilli rei venditę quando inducat traditionem. q. 107. n. 9.
Non inducit, quando contractus non eſt perfectus. q. 107. n. 9.

Tranſactio.

Tranſigens agnoſcit ius ſuper materia tranſactionis. q. 101. n. 2.
Bona fides tranſigentium ſuper iure Eccleſiæ excuſat à pœnis. q. 101. n. 6.
In tranſactione ſuper rebus Eccleſię requiruntur ſolemnitates. q. 101. n. 2.
Deficientibus ſolemnitatibus tranſactio eſt nulla. qu. 101. nu. 3
Accipiens in tranſactione pecuniam, cedit ius, pro quo datur. q. 101 n. 4.

Tranſmiſſio.

Tranſmiſſarius non vtitur alio iure, niſi tranſmittentis. q. 163. n. 5.
Quod tranſmittitur, debet eſſe in bonis tranſmittentis. q. 163. n. 4.

Tranſitus.

Vide *Religioſus.*
Qui nam tranſitus ad aliam Congregat. prohibeatur. q. 295. n. 12.

Trebellianica.

Trebellianica non cenſetur tacitè prohibita, ſi verba alium ſenſum habere poſſunt. qu. 129. nu. 3.
Vt detrahi non poſſit Trebellianica, an ſufficiat tacita prohibitio. q. 129. n. 1.
Hæres detrahit Trebellianicam, ſi filius grauatus reſtituet non detraxit. q. 129. n. 8.

Turpitudo.

Nemo poteſt propriam turpitudinem detegere. q. 86. n. 5.
Allegans propriam turpitudinem non attenditur. q 86. n. 5.
Non tenetur quis ſuam turpidinem prodere. q. 295. n. 13.
Extra iudicium non tenetur quis ſe prodere. qu. 295. nu. 14.

Turris.

Vide *Campanile.*
Turris commodata Eccleſiæ pro Campanili non gaudet immunitate. q. 3. n. 7.

Tutela.

Vide *Defenſio.*
Moderamen inculpatæ tutelæ non habet locum in bello. q. 293. n. 5.

Tutor.

Tutori ſubminiſtranda alimenta iuxta exigentiam paupertatis. q. 57. n. 4.
Non poteſt eſſe tutor, qui vriliter dari non poteſt. qu. 39 nu. 1.
Tutori on ſunt præſtanda alimenta. q. 57. n. 1.

Præſtanda ſunt, ſi ſit pauper. q 57.n.1.

V

Valor.

IVramentum operatur, quod valor expreſſus habeatur pro vero. q 73.n.5.

Verberatio.

Verberans Clericum pluribus verberibus vnicam excommunicationem contrahit. qu. 165.nu.6.

Verbum.

Vide *Dictio.*

Verba accipienda iuxta communem vſum loquendi. q.217. n.5.

Verba ſumenda, vt accommodata menti legiſlatoris. q.271. n 5.

Verba debent explicari iuxta mentem proferentis. q.23.n. 5.

A verbis præciſis non eſt recedendum. quæſt. 47.nu.2.

Verba ſubſeqnentia declarant antecedentia. q.236.n.6.

Verba in dubio accipiuntur demonſtratiue. q 110.n.6.

Verba debent intelligi cum effectu. qu. 275. num. 6.

Verbum relatiuum adiectum verbo futuri temporis importat conditionem. qu. 272. num.

Verba quando ſtent demonſtratiuè, & non reſtrictiuè q.170.n.12.

Verba ſubſequentia accipiunt interpretationem a antecedentibus. q.217.n.8.

Verba teſtatoris accipienda ſecundum communem vſum loquendi. q.119.n.6.

Verba accipiuntur cum effectu. quæſt. 228. num. 1.

Quando verba ſunt clara, non eſt diſpoſitio in dubium vertenda. q.110.n.2.

Verba accipiuntur ſecundum ſubiectam materiam q.35.n.5.

Verba ità accipienda, vt non ſint ſuperflua. q.201.n.3.

Diſpoſitio non conuenit, vbi verba non conueniunt. q.237.n.3.

Verba vrbanitatis non inducunt obligationem. q.94.n.6.

Verba præciſa, & clara non admittunt interpretationem. q.127.n.6.

Si verba ſint clara, ſtandum eſt aperto ſenſui ipſorum. q.127.n.7.

Verba accipienda ſecundum ſubiectam materiam. q.119.n.8.

Verba indefinita extenduntur ad omnia, quibus aptari poſſunt. q.127.n.10.

Verba curialia non inducunt obligationem. q.281.n.7.

Verbum, *Conferre*, quomodo accipiatur. qu. 236. n.6.

Verbum, *ipſi*, perſonaliſſimum eſt. quæſt. 127. num. 11.

Reſtringit actum ad perſonam, & excludit alias. q.127.n.12.

Verbum *Liberum eſt*, quid importet. qu. 37. num.2.

Verba, *ſibi benè viſum*, denotant arbitrium boni viri. q.54.n.2.

Verba, *Tota, & integra hæreditas* diuerſo modo accipi poſſunt. q 129.n.4.

Poſſunt continere prohibitionem alienationis cuiuſcunque partis hæreditatis. quæſt.129. num. 4.

Venditio venditor.

Venditor non poteſt grauari in expenſis, quæ non fiunt, ſi teneatur tranſmittere merces. qu.108.nu.2.

Inſtantia pro conſenſu Apoſtolico declarat, venditionem non fuiſſe perfectam. qu. 191. num. 10.

Si dominium remaneat apud venditorem non perficitur venditio. q.191.n.8.

Venditor reſeruans ſibi dominium, &c. poteſt ab emptore exigere annuam penſionem donec ſoluatur pretium. q.192.n.1.

Collatio taxationis pretij in alienum arbitrium, quando perficiat venditionem. qu. 107.nu.11.

Ante taxationem pretij venditio eſt conditionalis. q.107.n.12.

Pretium tranſmiſſum emptori perit venditori ſi pretium non ſit taxatum. quæſt. 107. num. 3.

Deficiente ſubſtantia contractus venditio non habet locum. q.107.n.5.

Vendens habet dominium rei venditæ. qu 96. num. 2.

Non ſequitur venditio, niſi taxetur pretium. q 107.n. 3

Sine determinatione pretij venditio eſt irrita. q.107. n.4.

Ex vi cuius contractus percipiat venditor penſionem, donec ſoluatur pretium. quæſt. 192.nu. 5.

Reſeruatio dominij quando non repugnet venditioni. q.192.n. 2.

Vendens iuſtè percipit annuam penſionem, donec ſoluatur pretium, &c. q.192.n.3.

Talis penſio compenſat vſufructum. qu. 192. num. 4.

Veri-

Veriſimilitudo.

Veriſimilitudo habetur pro veritate. qu. 110. num. 5.
Non veriſimilia non veniunt in generali obligatione. q 5.n.6.

Veritas.

In foro conſcientiæ attenditur ſola veritas. q. 292. n.6.

Vetuſtas.

Vetuſtas habet vim pacti, & in qua materia. qu.147.nu.9.
Vetuſtas habetur pro veritate.q.147.n.10.

Vicarius.

Vicarius Monialium eſt delegatus ad vniuerſitatem quò ad Moniales. q.35.n.4.
Vicarius Monialium præſumitur habere mandatum in eo, quod facit palam q.35.n.6.
Quam facultatem communicet Epiſcopus Vicario Monialium.q.35.n.3.
Vicarius Monialium abſolutus quos actus exercere poſſit.q.35.n.2.
Vicarius, interueniens vt canonicus tenet locum Canonici. q.183.n.4.
Vicarius Capituli Sede vacante incedit poſt primam dignitatem. q.183.n.5.
Vicarius facit vnum Tribunal cum Epiſcopo: Eſt ſuperior Archidiaconi. q.183. n.3.
Vicarius Generalis præcedit Archidiaconum etiam in functionibus Eccleſiaſticis. q. 183. num.2.
Vicarius, ſi ſit canonicus, non percipit diſtributiones, niſi ſedeat ſuo loco. q.183.n.4.

Vicinitas.

Vicinitas, quando ſit commiſſio viciniori, quomodo attendatur. q.6.n.6.
Si in ſignatione ſupplicationis non exprimatur certus Epiſcopus, attendenda maior vicinitas. q 6. n.8.
Locus quando dicatur vicinus. q.6 n.7.

Vidua.

Vidua teuertens ad domicilium propriȩ originis adhuc gaudet ciuilitate mariti. q. 88. num. 4
Secus tamen, ſi habeat animum deferendi ciuitatem. q.88.n.5.
In viduam, cujus vir fuit ciuis, alienari poſſunt bona prohibita alienari in exteros.qu. 88.nu 1.

Vindicta.

Vindicta priuata eſt prohibita.q.234.n.2.

Virtus.

Virtutes ſunt inter ſe connexæ. q.2.n.4.

Vis.

Vis æquali vi repelli poteſt. q.21.n.5.
Vim vi repellere licet. q. 88.n.4.
Vim vi repellere licet. q. 19.n.9.
Vis quando concedatur. q.4.n.19.

Viſitator.

Viſitator extraordinarius habet totam iuriſdictionem Ordinarij. q.266.n. 1.
Stante viſitatore extraordinario non poteſt Generalis concedere Ordinario, vt viſitet. q.266.n.1.
Extraordinarius viſitator apud Regulares facit ceſſare ordinarium. q.266.n.2.

Vnio.

Vide *Beneficij vnior.*
Vnio extinguit beneficium.q.236 n.6.
Forma præſcripta à Trident.in vniendis beneficijs Seminario eſt circa deliberationem, conſenſus Capituli circa exequutionem.qu. 120. num.8.
Forma ſeruanda ex Trident.in vnione beneficiorum Seminario. q.120.n.2.
Per vnionem extinguitur beneficium. qu.140. num.5.
Conſenſus Capituli pro vnione beneficiorum an ſufficiat, ſi ſuperueniat, & num. ſeq. qu. 121.num.1.
Diſpoſitio Clemen. 2. *De reb.Eccleſ.non alien.* circa vnionem beneficiorum.q.120.n.4.
Vnio beneficiorum etiam Seminario ſine conſenſu Capituli eſt nulla q.120.n.3.
Conſenſus Capituli in vnione Beneficiorum debet in ſpecie interuenire. q.120. n.5.
Conſenſus Capituli in vnione beneficiorum habet vim formæ. q.120.n.6.
Vnio beneficiorum eſt ex arduis. q.230. n.6.
Vnio beneficij non pręiudicat iuri acquiſito. q.140.n.6.
Trident. non derogat ſolemnitati aliàs requiſitæ in vnione beneficiorum. q.120.n.7.

Vnctio Extrema.

Excommunicatio contra Religioſos miniſtrantes extremam vnctionem. q. 284. n.2.
Miniſtratio viatici, & extremæ vnctionis eſt reſeruata Parochis, &c.q.284.n.2.

Voluntas.

Vide *Teſtator.*
Voluntas veriſimilis eſt attendenda. qu. 110. num.5.

Subſiſtente cauſa finali ſubſiſtit voluntas, licet deficiat impulſiua. q. 6. n. 2.
Vltima voluntas legitimè innoteſcens eſt ſeruanda. q. 149. n. 6.
Extorquere voluntatem eſt delictum. qu. 200. nu. n. 6.
Voluntas mente retenta nihil operatur. quaſt. 269. nu. 3.
Voluntas coacta eſt voluntas. q. 200. n. 3.
Sortitur ſuum effectum. q. 200. n. 3.
Duo teſtes ſufficiunt pro declaratione facta à teſtatore ſuæ vltimæ voluntatis. qu. 149. num. 6.

Votum.

Votum propria auctoritate poteſt mutari in melius. q. 142. n. 5.
Votum ſtrictioris Religionis æquè ſubeſt iuriſdictioni, ac poteſtati dominatiuæ Prælati. qu. 208. nu. 7.
Votum ſimplex caſtitatis ſufficit pro conſequendo legato ſub conditione, ſi non nupſerit. q. 52. n. 2.
Votum ſtrictioris Religionis eſt ſub iuriſdictione, & poteſtate Prælati. q. 208. n 6.
Votum paupertatis abdicat omnino bona à profitente. q. 31. n. 1.
Ingrediens religionem animo exeundi, non ſatisfacit voto ingrediendi. q. 31. n. 5.
Vouens caſtitatem ſi habeat cauſam pro obtinenda diſpenſatione, conſequitur legatum ſub conditione, ſi non contraxerit matrimonium. q. 52. n 4.
Quid, ſi voueat animo petendi diſpenſationem. q. 52. n 4.
Votum ſimplex conſtituit in ſtatu repugnante matrimonio. q. 52. n. 2.
Votum paupertatis non ſe extendit vltra bona corporis. q. 34. n 3.
Votum inſeruiendi infirmis complectitur etiam ſeruitium ſpirituale. q. 142. n. 7.
Votum Clericatus, aut Religionis an impediat, ne delinquens puniatur à ſæculari. qu. 169. nu. 1.
Votum Clericatus relinquit perſonam in ſtatu in quo erat. q. 169. n. 2.

Vſuſfructus.

Vſuſfructus finitur morte vſufructuarij. qu. 76. num. 3.
Pater percipit fructus filij vſufructuarij. q. 118. num. 6.
Vſuſfructus eſt pars dominij. q. 192. n. 4.
Vſuſfructus ſupponit, rem eſſe alienam. q. 206. num. 2.
Vſuſfructus eſt inſeparabilis ab vſufructuario. qu. 118. nu. 5.
Poteſt tamen ſeparari commoditas fructuum. q. 118. n. 5.

Vſura Vſurarius.

Vſurarius non acquirit dominium vſurarum. qu. 282. nu. 3.
Vſuræ quando poſſint ſine iniuria non reſtitui. q. 282. n. 9.
Mutuatarius retinet ius ad vſuras. quaſt. 282. num. 4.
Vſuræ reſtituendæ à Iudæis conuerſis, quomodo poſſint conſiderari. q. 283. n 2.
Acquiſita ex vſuris ſuis certis dominis de iure naturali reſtituenda q. 282. n. 2.

Vtile.

Quando contrahentes intendunt agere vnum factum, & non plura, vtile per inutile vitiatur, licet inuicem ſeparabilia. q. 150. n. 3.

Vulnus.

Infligens plura vulnera, vt occidat, vnicum peccatum committit. q. 165. n. 6.

Vxor.

Vide *Maritus.*
Vxor non poteſt priuari ſuis commodis, & iure quæſito. q. 5. n. 8.
Vxor cenſetur manere in obſequio mariti, ſi per ipſam non ſtet. q. 5 n. 8.
Alimenta debentur vxori iuxta ſtatum ipſius licet dos ſit exigua. q. 5. n. 4.
Vxor inſeruit marito. q. 5 n. 2.
Vxor acquirit ciuilitatem mariti. q. 83. n. 1.
Priuilegia mariti communicantur vxori. qu. 88. nu. 3.
Vxor mortuo viro gaudet iiſdem priuilegijs. qu. 88. n. 3.
Mortuo viro vxor retinet ciuilitatem mariti. qu. 88. nu. 2.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ.

REGESTVM,

✠ ✠✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee.

Omnes ſunt Terniones, præter ✠ Duerniones, & ✠✠ Quaterniones.

ROMAE,

Typis Hæredum Franciſci Corbelletti. M. DC. LXII.

SVPERIORVM PERMISSV.